

PLATONIS OPERA

Plato, Marsilio Ficino





14
21 Q
11



[illegible] libris [illegible]
[illegible]

PLATONIS OPERA

Venetiis 1517.







ℭPROOEMIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBROS PLATONIS AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

d Iuina prouidentia/fortiter attingẽs omnia/ſuauiterq; diſponens/magnanime Laurẽti/ſtatuit/religionem ſanctam/nõ ſolũ prophetis: & ſibilis/ſacriſq; armare doctoribus uerum etiã pia quadam/eleganti q; philoſophia/ ſingulariter exornare : ut ipſa pietas omniũ origo bonorũ tam ſecura/tandem inter omnes ſapientiæ/& eloquentiæ profeſſores incederet q̃ tuta peneſ domeſticos cõquieſcit. Oportebat enim religionem quæ unica eſt ad felicitatem uia: non rudioribus tantum hominibus/uerumetiam peritioribus cõmunem fore. Qua quidem duce omnes ad beatitudinem: cuius gratia nati ſumus: & ad quam cõſequendã/cõmuni ſtudio laboramus/facilius/tutiuſq; peruenire poſſemus. Itaq; deus omnipotẽs: ſtatutis temporibus diuinũ Platonis animum ab alto demiſit/uita/ingenio/eloquioq; mirabili/religionem ſacram apud omnes gentes illuſtraturũ. Cum uero ad hæc uſq; ſecula ſol platonicus/nõdum palam latinis gentibus oriretur/Coſmus italiæ decus/& inſignis pietate uir/platonicã lucem: religioni admodũ ſalutarẽ/a Græcis ad Latinos propagare contendẽs/me potiſſimum intra ſuos lares plurimũ educatum/tanto operi deſtinauit. Ego autẽ & ſi a tenera ętate nominis platonici cultor/rem tamen adeo grauem/ nõ meis quidẽ/ſed aui tui Coſmi proſpẽris auſpiciis/ ſum aggreſſus ſperãs diuinam opem tam neceſſario: tamq; pio officio non defuturã. Hac ergo in primis ſpe ductus/academiam ſum ingreſſus: decemq; ex ea Platonis noſtri dialogos/Coſmo/priuſq̃ naturæ cõcederet/latinos feci. Poſt eius obitum patri tuo Petro præſtantiſſimo uiro/dialogos nouem legendos dedi. Poſtquam uero Petrus e uita deceſſit/fortuna præclaris ſæpe operibus inuida/inuitũ me a traductionis officio diſtrahebat. Verũ tu & religionis cultor: & philoſophiæ patronus/me ad incœptum omni fauore: & auxilio reuocaſti. Quãobrẽ ad inſtitutum munus felicibus iterũ auſpiciis ſum regreſſus: neq; traduxi tantum: uerumetiam partim argumentis mentem perſtrinxi platonicam/partim quoad potui breuibus cõmẽtariis explicaui. Opus itaq; totum diuino auxilio iam abſolutum tibi libentiſſime dedico. Ad quẽ illa etiam: quæ maioribus tuis inſcripta ſunt: iure hæreditario pertinẽt: uirũ profecto auitæ paternæq; in patria colẽda uirtutis hæredem. Leges autẽ inter dialogos funebrẽ Platonis orationem pio fratri tuo Iuliano dicatã. Præterea ubi ad librum de regno perueneris: uidebis Federicũ urbinatẽ ducem/eo die a me honoratum quo ipſe tuas ędes honorifice ſalutauit. Non ſolũ uero ſeptẽ atq; triginta libri/qui ſolo tuo inſigniti ſunt titulo: ſed cuncti deniq; tui ſunt/quandoquidẽ omnes tui gratia ſunt abſoluti/atq; ego ſum tuus. Neq; uero me platonicum in his libris ſtilum omnino expreſſiſſe profiteor: neq; rurſus ab ullo/quãuis admodum doctiore: unquã exprimi poſſe confido: ſtilum inq̃ non tam humano eloquio: q̃ diuino oraculo ſimilem. Sæpe quidẽ tonantem altius: ſæpe uero nectare ſuauitate manantẽ: ſemper autẽ archana cœleſtia complectentem. Profecto quemadmodum mundus tribus præcipue dotibus eſt munitus: utilitate/ordine/ornamento: atq; ex his diuinum nobis teſtatur artificẽ. Ita platonicus ſtilus continens uniuerſum/tribus potiſſimũ abundat muneribus: philoſophica ſentẽtiarũ utilitate: oratorio diſpoſitionis elocutioniſq; ordine: florũ ornamẽto poeticorũ: & ubiq;/tum diuinis utitur teſtibus: tum etiã certiſſimum de architecto mundi deo perhibet teſtimoniũ. Valeant igitur Magnanime Laurenti/ualeant procul omnes/qui minutiſſimas erudiendæ pueritiæ a Platone rationes efflagitant. Erudiant alii rudiores: & eruditi deniq; fores platonicas adeant/inde non tam puerilia rudimenta: q̃ diuina myſteria tandẽ reportaturi. Dixi modo Laurenti tandẽ. Nã Plato noſter anteq̃ diuina fundat oracula: ne ſacra prophanis cõmunia fiant/audiẽtiũ aĩos triplici paulatim ad ſummũ calle perducit/purgatione/reſolutione/conuerſione: Quãobrẽ multa legũtur apud Platonẽ ad purgandos perturbationibus animos pertinentia. Plura rurſum ad ſoluendas mentes a ſenſibus. Plurima etiã ad conuertẽdas/tum in ſe ipſas/tum in deũ omniũ auctorẽ. In quẽ/ueluti ſolẽ/rite conuerſæ/optatis inde ueritatis radiis/feliciter illuſtrentur. Interea Plato noſter/ dũ occultis ſæpe modis humano generi neceſſariũ tractat officium/interdũ iocari uidetur & ludere. Verum platonici ludi atq; ioci admodũ grauiores ſunt q̃ ſeria Stoicorũ. Neq; enim per humiliora quędam dedignat̃ alicubi peruagari : modo ſenſim auditores captans humiliores facilius ad excelſa perducat. Miſcet frequẽter grauiſſimo quodã cõſilio utilia dulcibus: quo modeſtis ſermonis blandi leporibus/ aĩos natura proniores ad uoluptatem per ipſam uoluptatis eſcã/ad cibum alliciat ſalutarem. Fingit & ſæpe fabulas more prophetico: quippe cum ipſe Platonis ſtilus / non tam philoſophicus/ q̃ reuera propheticus uideatur: Furit enim interdum/atq; uagatur: ut uates: & ordinem interea non humanum ſeruat: ſed fatidicum: & diuinum: neq; tam docentis perſonam agit/q̃ ſacerdotis cuiuſdam: atq; uatis: partim quidem furentis/partim uero cęteros expiantis: & in diuinum furorem ſimiliter rapientis. Fabulis uero inter hæc ob id potiſſimum uti uidetur : ut inter uarios academiæ flores oblectentur quidem omnes. Sed expiati dumtaxat poma decerpant : ueſcantur ſuauius/facilius

conquoquant: perfectius nutriantur. Agit autem dialogis omnia: ut sermo uiuens/personas loquentes ante oculos ponat/persuadeat efficacius: & moueat uehementius. Accedit ad hæc quod amicos: ut par est/ oportune dialogis suis honestat: facilius multos posteritati commendans. Prę terea opiniones eadem de re diuersæ commodius dialogo recensentur. Mitto quod dialogus mira quadam uarietate delectat: & attentione audientes detinet: & legētes. Verū quidnā lōgius ꝑ minutiora quædā & humiliora digredimur? Sophia Magnanime Laurēti/quæ solo iouis capite nata/ab initio cū eo erat cūcta cōponēs/patrē imitans/ipsa quoq; filiā solo capite peperit/philosophiā nomine: cuius delitiæ forēt/esse cū filiis hominū. Hanc igiť in terra quōdā/per uarias gentes peregrinātē excellētiora passim admirabanť ingenia. Quorū in numero Plato noster/nō solum admiratus est illam: sed & primus & solus ad summum excoluit. Huic enim ille primus: tanquam sacre sacerdotia cinxit tempora mitra: præterea peplum induit: quod augustam filiam. Mineruæ deceret caput etiam manusq;: & pedes suauiter redolentibus illiniuit unguentis. Deniq; solum ipsum quacunq; philosophicum numen incederet/uariis aspersit floribus: & ornauit. Talis erat: atq; etiam est huius diuæ intra limites academiæ deambulantis habitus: talis ornatus. Quotiens uero extra hortos academicos peruagatur/non solum unguenta semper amittit: & flores: sed etiam proh nefas/ sæpe incidit in latrones: atq; amissis sacerdotii: & grauitatis insignibus nuda passim: & quasi prophana pererrat/adeoq; deformis apparet: ut neq; Phebo ulterius Mercurioq; eius familiaribus placeat. Neq; insuper uel auo ipsius Ioui uel Mineruæ matri probetur. Coeterum statim materno consilio intra parietes: & hortos academie se se recipiēs: antiquum resumit decus: & ibi uelut in patria libentissime requiescit. Quamobrem iuuat una tecum platonice Laurēti omnes: tum discendi: tum bene uiuendi cupidos: ad academiam platonicam cohortari. Hic enim iuuenes uel inter iocandum præcepta morum: uel inter ludendum industriam differendi iocunde admodum: & facile consequentur. Hic uiri etiam rei: tum familiaris: tum publicæ disciplinam abunde perdiscent. Hic senes pro mortali uita/uitam sperabunt ęthernam. In academiæ hortis poetæ sub lauris canentem Apollinem audient. In uestibulo academiæ oratores spectabunt Mercurium declamantem. In porticu uero: & aula iurisconsulti ciuitatumq; gubernatores/Iouem ipsum auscultabunt/sancientem leges/iura dictantem/imperia gubernantem. In ipsis denique penetralibus philosophi Saturnum suum agnoscent: coelestium archanorum contemplatorem. Vbique uero sacerdotes rerumq; sacrarum antistites arma reperient: quibus pietatem aduersus impios strenue protegant. Huc igitur/ huc precor/omnes accedite/qui liberales colitis disciplinas: hic eas: & libertatem uitæ pariter adepturi: huc denique cuncti concurrite: quos assequendæ ueritatis: & consequendæ beatitudinis perpetuus ardor inflammat: hic aspirante deo/ueritatem ad uotum: & felicitatem consecuturi. Verum interim ammonendi estis/ ne temere de rebus platonicis immo uero diuinis/feratis sententiam: sed longo: & ęquo examine iudicetis: neq; liuidam in eos censuram exerceatis: qui procul ab omni liuore uobis uigilant: & laborant. Immo uero fauete libenter auctori pio/fauete etiam traductori/non solum translatione uerborum: sed explicatiōe sententiarum communi omnium utilitati pro uiribus consulenti. Nolite precor antiquam salutaremq; doctrinam/heu iamdiu nimis oppressam/nuper autem in lucem diuina prouidentia prodeuntem insequi crudeliter: & opprimere: ne forte quam deus omnipotens uult ubique uiuā/mortalis homo frustra perditam uelit. Dextera enim domini fecit uirtutem: dextera domini iam exaltauit eā: non morietur: sed uiuet: & narrabit opera domini.

s Ed quonam optime Laurenti nos ingens in Platonem ac nesciens tenere modum/rapta uit amor? Num in Platonis causa declamauimus: oratoriæ facūdiæ principis? Satis enim superq; ipse pro sua causa declamauerit apud eos præsertim/ qui perturbationibus uacui/ ęquos se prestiterint auditores. Te uero in præsentia minime adhortabor: mirūm immodum ad hæc omnia uoluntate propensum: ingenio promptum: studio eruditum. Sed optabo dumtaxat: ut & legas feliciter: & felicissime uiuas/Marsilii tui memor. Dum uero Marsilium Ficinum nomino/Philippum quoque Valorem academicum nostrum intellige pariter nominatum. Nam si Valor atq; Marsilius in platone defendendo: & inte amādo idem sunt: proculdubio inter se quoq; sunt idem Valorem tibi Laurenti singularis sua uirtus probat/platonicus honor laudat/incredibilis in te amor ualde commendat.

Platonis

PLATONIS VITA ET PRIMO GENEOLOGIA ET GENESIS.

P Lato Athenienſis Ariſtonis & Perictiones ſiue Potonæ filius a Neptunno genus utrinq; ducit. Nam Solo a Nereo & Neptunno deſcẽdit. Solonis uero frater Dropides Critiam maiorem genuit a quo Caleſcrus ortus duos habuit filios Critiam ſcilicet minorem/qui unus ex triginta Athenarũ gubernatoribus fuit: atq; Glauconem Charmidis & Perictiones patrem. Perictiõe uero Ariſtoni nupta/Platonem peperit & Adimantum & Glauconem. Fœminam quoq; potonam/quæ Eurymedonti nupta/peperit Speuſippum. Rurſus Ariſto Platonis pater a Codro filio Melanti deſcendit: qui iterum in Neptunnum ſicut & Solo originem referunt. Ferunt Athenis celebre eſſe/ Ariſtonẽ Perictione cum eſſet ſpecioſiſſima congredi conatũ eſſe. Verum fuiſſe illius conatus irritos/ uidiſſeq; in ſomnis Apollinem/atq; ab eo iuſſum mundam a cõiugali copula quoad pareret ſeruauiſſe. Quod & Laertius/& Polycrates ſcribunt. Naſcitur Athenis uel in Egina a Troiæ captiuitate anno ſeptingẽteſimo quinquageſimoſexto: ab urbe condita trecenteſimotertio. Ante Chriſti aduẽtum quadringenteſimouigeſimotertio. Platonis geneſim qualem adoleſcens audiuerã in libro de amore ſignificaui: ſed nunc adducam qualem Iulius Firmius aſtronomus deſcribit. Cuius opinionem: hac in re exiſtimo ueriorem. Eſt autem eiuſmodi. In aſcendente aquario Mars/Mercurius/ Venus. In ſecũda. Sol in piſcibus. In quinta. Luna in Geminis. In ſeptima. Iupiter in Leone. In nõna. Saturnus in Libra. Hãc geneſim Iulius Firmius aſſerit ſignificare uirum/qui mirabili eloquentia polleat/ cœleſtiq; ingenio ad omnia ſecreta diuinitatis accedat.

EDVCATIO INDOLES ERVDITIO SOBRIETAS PLATONIS.

F Ertur cum in cunis eſſet in labiis infantis apes mel fudiſſe/eloquentiæ futuræ preſagium. Aiunt Socratem uidiſſe per ſomnium doloris pullum ſibi in gremio plumeſcere/qui continuo exortis pennis/expanſis alis in altum euolãs/ſuauiſſimos cãtus ediderit. Poſtridie cum a patre ſibi Plato cõmendatus eſſet/hunc eſſe cygnum: quem uiderat dixiſſe. Pœtico ſtilo in adoleſcentia floruit. Elegias compoſuit & tragœdias duas: quas & ipſe igni dedit/cum primum animum ad philoſophiam applicuiſſet. Primis litteris a dionyſio præceptore imbutus eſt/deinde Socratem audiuit uigeſimum annum ętatis agens. Poſt Socratis mortem Cratylo Heracliti diſcipulo/ & Hermogeni Parmenidis philoſophiam tuenti ſeſe accommodauit. Cum eſſet annorum duodetriginta Megaram ſe ad Euclidem cum aliis Socraticis contulit. Hinc Citenem profectus Theodorum mathematicũ audiuit/atq; inde in Italiam ad pythagoreos Philolaum & Architam tarentinum Euritiq; conceſſit. Ab his in ęgyptum ad prophetas & ſacerdotes ſe recepit. Decreuerat ad Indos Magoſq; progredi. Verum propter Aſiæ bella a propoſito deſtitit. Regreſſus demum Athenas in achademia uitã duxit/quem inſalubrem Atticæ locum dicitur elegiſſe: quod etiam diuus Baſilius & Hieronymus comprobant. ut nimis bonus corporis habitus ceu uitis nimia luxuries amputaretur. Erat enim & ſpecioſiſſimo & robuſtiſſimo corporis habitu. Vnde & a latis humeris ampla fronte: & egregio totius corporis habitu orationiſq; ubertate/Plato eſt nuncupatus. Cũ ante nominatus fuiſſet Ariſtocles. Nihil in eo deforme niſi forte uox aliquantulum gracilis/& neſcio quid ſub ceruice gibboſum cum aliquãtulũ deformabat. Ob achademiæ habitationem paſſus eſt quartanã febrẽ menſes decẽ atq; octo: ſed ſobrietate & diligentia ſua uires poſt febrẽ ualidiores q̃ ante recuperauit.

Marginal notes: doloris — Euclides Megarẽſis tpe Platonis extitit. — In Italia philoſophi.

MILITIA ET NAVIGATIO PLATONIS TRINA.

PRIMA NAVIGATIO.

M Ilitauit ter primo in Tanagram/ſecũdo in Corinthum/tertio in Delum /ubi etiam uictoria potitus eſt. In Siciliam ter nauigauit/primo ut inſulam & ethnea miracula crateresq; uideret. Agebat tunc. xl. ętatis annum: quo ẽt tempore Dionyſius Hermocratis filius ut ſecum loqueretur impulit: ubi cum ille de tyrãnide diſſereret dicens/non id præſtare quod ſibi ſoli eſſet utile/niſi uirtute etiam excelleret. Offenſum tyrannum atq; iratum dixiſſe aiunt. Verba tua ocioſorum ſenum ſunt. At ille. Et tua inquit tyrannidem ſapiunt. Ad hæc indignatum tyrannum primo quidem illum necare uoluiſſe. Deinde uero a Dione & Ariſtome obſecratũ/id minime effeciſſe. Verum polidi lacedæmonio qui per id tempus legatus ad ſe uenerat/cum tradidiſſe/ut uenundaretur. Eum ille in Eginam adductum uendidit. Quo tempore/& Chamander tanquam mortis reum accuſauit. Sane iuxta

promulgatam apud eos legem capitale erat/siquis Atheniensium eam insulam adiisset. Cæterum cum a quodam fuisset allegatum disciplinæ gratia eo philosophum ascẽdisse. Legemq; illam de hominibus non de philosophis qui super hoĩes sunt loqui/absolutum eum dimisere: neq; occidendũ sed uendendum decreuerunt. Aderat forte Anniceris cirenaicus / qui eum .xx. minis redemit/remisitq; Athenas ad amicos. Polidem uero a Cabria superatum & postmodum in Elice fuisse submersum fama est/demonio sibi nunciante talia illum philosophi gratia perpeti. Non tamẽ quieuit Dionysius. Verum cum cognouisset quæ illi contigerant/scripsit Platoni/ orans ne in se maledicta intorqueret. Ad quem ille scripsit/non tantum sibi a philosophia superesse ocii/ut Dionysii meminisset. Obtrectatoribus quibusdam Platonem & Dionysio derelictum obiectantibus rñdit/ immo uero a Platone Dionysius est relictus. Quo profectus est ad Dionysium iuniorẽ: ab eo & Dione philosophandi gratia accersitus. Hac quoq; spe ductus se suis consiliis effecturum ut illic ex tyrãnide: aut res.p. fieret/aut regnum/uisurumq; quod iam diu uehementer optabat: gubernationem: scilicet quandam maxime philosophicã/in qua uel gubernẽt philosophi/uel gubernatores philosophẽtur. Putabat enim ciuitates non aliter posse miseriam euitare. Id omne non ui aut dolo sed philosophicis rõnibus psuaso Dionysio fieri cupiebat. Sed quarto fere mense post Platonis accessum/Dionysius falsis impulsus calumniis Dionem quasi tyrannidi insidiantem expulit. Platonem uero libẽter amplectebatur. At Plato in patriam rediit. Tertio accessit Dionem Dionysio reconciliaturus: & ab utroq; iterum atq; iterum obsecratus. Rogatus etiam ab Archita. Tunc & Dionysius uictatã illi triremem obuiam misit/& Archidamum pythagoricum oratorem/nobilesq; permultos/& ipse quadrigis albis egredientem excepit. Postulauit Plato promissam Dionis restitutionem/ atq; insuper urbem ac hoĩes qui iuxta constitutam ab eo rem.p. uiueret. Idq; ille q̃q̃ pollicitus; implere detractauit. Cum uero Plato palam Dionysium redarugeret/quod fefellisset fidẽ/tum sibi de Dione restituendo/tum Theodoti suo de Heraclide seruãdo. Infensum deinde habuit Dionysiũ: unde in summo uiuebat periculo/ne a militibus interficeretur: sed Architas tarentinus Salmiscũ misit ad Dionysium oratorem una cum naui/rogans ut Platonem dimitteret. Ille eum dimisit / ac prebuit cõmeatum: Plato in patriam rediit: Dionysius paulopost a Dione ciuibusq; pulsus tyrãnide criminis in phiam cõmissi pœnas dedit: Plato miro quodam honore exceptus est in patria. Ibiq; ad rem pu. accersitus accedere noluit/quia plebs malis se motibus assuefecerat.

QVIBVS PLATO LEGES DEDERIT.

Fertur Archadas & Thebanos condita ciuitate honestæ magnitudinis rogasse illũ/ ut eam rem pu. institueret. Verum cum ille eos intellexisset/ęqualitatẽ sectari nolle/profectum non esse. Syracusanis uero expulso tyranno leges dedit / & Cretensibus Magnesia nuper condita siue instaurata ciuitate/scripsit leges .xii. in libros digestas. Misit ex familiaribus suis Aristonimum ad archadas legibus instituendos/ ad Ilios Phormionem. Ad Pyreos Meledimum.

CONTINENTIA GRAVITAS COMITAS PLATONIS.

Vixit autem cœlebs & sobrius admodũ & ut Aurelius Augustinus perhibet/castus. Vnde & in senio sacra naturæ fecisse dicitur/ut se apud uulgus a crimine sterilitatis absolueret. Iuuenis adeo uerecundus/adeo compositus fuit / ut nunquam ridere nisi modice/deprehensus sit. Iratum uero uidit nemo. Vnde apud Platonem educatus puer cum ad parentes reuersus uociferantem uideret patrem / nunquam inquit hoc apud Platonem uidi. Semel tantum clam subiratus est puero grauiter delinquenti. Sed Xenocrati inquit. Cæde tu hunc puerum. Ego enim quia iratus sum nequeo. Edebat quolibet die aut semel tantum / aut sibis/ parcissime. Dormiebat solus. Contrariam uitam multum uituperabat. Ad amandos adolescentes / quemadmodum & Socrates suus uidebatur paulo pronior. Verum uterque tam ratione continens q̃ sensu procliuis: q̃ diuine isti amauerint/ & quo pacto quæ de amore loquuti sunt/ exponantur/satis in libro de amore tractauimus. Optabat memoriam sui uel in libris/uel in amicis relinquere/& si melancolicus erat profundissimiq; ingenii/ut scribit Aristoteles/iocis tamen plurimis utebatur/atq; Xenocratem & Dionem seueriores sepissime admonebat/ut gratiis sacra facerent/quo iocundiores gratioresq; redderẽtur. Platonis autem grauitati comitas erat admixta.

DISCIPVLI

¶DISCIPVLI PLATONIS PRÆCIPVI.

Iſcipuli eius fuere Speuſippus Athenienſis. Xenocrates calcedonius. Ariſtoteles ſtagirites. Philippus opuntius. Eſticus pernitius. Dio ſyracuſanus. Amicles heracleotes. Eraſcus & Doriſcus ſceptii. Timolaus ciziceinus. Hebeon lampaſcenus. Pithon/& Heraclides henii. Hippothales & Calippus Athenieſes. Demetrius amphipolites Heraclides ponticus/& complures alii/& cũ his mulieres due Laſchenia matinea/& Axiothea phlyſia que uirili utebantur ueſte. Theophraſtum item illius fuiſſe auditorem ferunt & Hipericlem oratorem cameleon: & Lycurgum/& Demoſthenem quoq; ipſius fuiſſe ſtudioſum:& Meneſiſtratum. Veſtibulo achademię inſcriptum erat. Nemo huc geometriæ expers ingrediatur. Quod quidem non ſolum de linearum/ſed etiam de affectuum debita menſura uolebat intelligi.

¶LIBRI QVOS SCRIPSIT PLATO AC A POSTERIS IN QVATERNITATES NOVEM COLLECTI.

Prima quaternitas.

Euthyphro:uel de ſanctitate
Apologia Socratis.i.defenſio
Crito:uel de eo:qđ is egit in carcere cum Socrate:uel de agendo
Phædo:uel de animi immortalitate: uel de anima.

Secunda quaternitas

Cratylus:uel de recta noſum rõne
Theętetus:uel de ſcientia
Sophiſta:uel de ente
Ciuilis:uel de regno.

Tertia quaternitas

Parmenides:uel de uno omnium principio & de ideis
Philebus:uel de ſummo bono:uel de uoluptate
Conuiuium:uel de amore
Phædrus:uel de pulcro.

Quarta quaternitas

Alcibiades primus:uel de natura hoīs
Alcibiades ſecundus:uel de uoto
Hipparchus:uel de ſtudio lucrandi:uel de lucri cupiditate
Amatores:uel de philoſophia.

Quinta quaternitas

Theages:uel de ſapientia
Charmides:uel de temperantia
Laches:uel de fortitudine
Lyſis:uel de amicitia.

Sexta quaternitas

Euthydemus:uel litigioſus
Protagoras:uel de moribus ſapientię profeſſorum.
Gorgias:uel de rhetorica
Meno:uel de uirtute

Septima quaternitas

Hippias maior:uel de pulcro:uel de honeſto
Hippias minor:uel de mendacio
Io:uel de furore poetico:uel de iliade
Menexenus:uel de attica antiquitate: uel epithaphius.

Octaua quaternitas

Clitopho:uel exhortatorius
De re.pub.libri.x.uel de iuſto
Timęus de mundi natura
Critias:uel Atlanticus:uel Atlantica antiquitate.

Nona quaternitas

Minos:uel de lege
De legibus libri.xii.
Epinomi.i.legum appendix:uel philoſophus
Epiſtolę duodecim.

¶Hos omnes Platonis libros ipſi e Græca lingua tranſtulimus in latinam. Tres uero ſunt platonicorum ſpecies dialogorum. Aut enim ſophiſtas confutat:aut adoleſcentes adhortatur: aut docet adultos. Quæ in epiſtolis uel in libris de legib⁹ & epinomi Plato ipſe ſuo differit ore/certiſſima uult haberi. Quæ uero ĩ cęteris libris:Socratis:Timæi:Parmenidis:Zenonis ore diſputat/ueriſimilia.

PLATONIS VITA AVTORE MARSILIO

ℭELOQVENTIA SAPIENTIA AVCTORITASQVÆ PLATONIS.

Tilus Platonis/ut Ait aristoteles/medius inter solutam orationem & carmē. fluit suauitas & copia tanta/ut Cicero Platonem & intelligendi & dicendi grauissimum auctorem fuisse dixerit. Adiecit ꝙ si Iuppiter humana lingua loqui uoluisset / non alia quam Platonis lingua fuisse locuturum. Doctrina uero tanta in eo/ut cū ante illum omnes inter gręcos illustres/ad externas gentes sapientię gratia peregrinati fuissent: post Platonis tempora cęterę natiōes Athenas confluxerint. et Aristoteles tam miro ingenio prę ditus ac nouę heresis auidissimus/cum platonē iam pene adultus adisset/uiginti cum continuos annos audiuerit. Adde quod prius q̄ adiret Platonem/iam litteris puerctus erat Deinde Platonem solum habuit preceptorē. Mitto ꝙ a Cicerone scribitur. Malo cū Platone errare / q̄ cum cęteris recte sentire. Praeterea ꝙ una cum Panetio illum appellat Homerū philosophorum. Mitto illud Quintiliani Quis dubitet Platonē esse praecipuū/uel acumine differendi uel eloquendi facundia diuina quadam & homerica. Multum enim illius oratio supra prosam orationem/ & quā pedestrem Gręci uocant/surgit/ut mihi non humano ingenio/sed delphico quodā oraculo uideat instinctus. Diuina quidam sapientia & ꝓbitate mirabilem auctoritatē etiam in patria/ quod rarissime fieri solet/sibi cōparuisse uidet. Rursus ex Sicilia Plato cū ad magnificētissimā illam olympioꝝ celebritatem quasi quēdam orbis terrarum conuentū peruenisset / tam lętis cunctoꝝ occursibus exceptus est/ut e cœlo deus ad mortalis demissus uideret. Ludos deseri. Athletarum spectacula relinqui: Pugiles solos obmitti cerneres: & ꝙ amirabilius est/qui tam longis terrarum marisꝗ tractibus/pascendoꝝ oculoꝝ animūꝗ & animoꝝ gratia ad olympia uenerant. Oīs uoluptatis obliti Platonem adibant: Platonem intuebantur. In Platone perinde atꝗ amenissimo diuersorio cōquiescebāt. Cū tragœdiā qs referret/nec qspiā ṗter Platonē adesset/obiectātibꝰ qbusdā decori esse illi ꝙ nemo ṗter unū adesset. rńdit ille. Et hic unus plus ē/q̄ totꝰ atheniēsis populus.

ℭCHARITAS MAGNANIMITAS SANCTIMONIAQVÆ PLATON.

Vam magno & constanti animo/praesertim in amicoꝝ causa fuerit/declarant eius epistolę. Tyrānum sepe ꝙ iniuste gubernaret/quodue amicos falleret etiā praesentibus testibus audacter redarguebat/tantū aberat/ut illi assentaretur. Mitto minutiora illa/quale illud est quod iusserat Dionysius in conuiuio ut singuli purpura induti saltarent saltauit protinus Aristippus. Plato uero dicens nō conuenire philosopho muliebria & cōtemptus tirāni/dionisꝗ defensio. Praeterea Cabrię fortissimo duci Crobylus accusator improbus diem dixerat/& capitis iudiciū intētauerat: Quo circa cū a reliquis destitutus ciuibus metu periculi in arcē ascēderet. Solus Plato auxiliū ṗstaturus semp illi adfuit. Cū uero calūniator Crobylus ut eū a patrocinio deterreret minitās dixisset/aliis defensionē prę staturus aduētans / ignorans ꝙ te quoꝗ. Socratis uenenum expectat. Ipse rńdit. Olim Crobyle cū patrię dignitati militabā/in tolerādis periculis haud segnis eram: cū pro officio /& amici salute licet ferrū ac uenena mineris & ignē/nullum recuso discrimē. Cū Socrates carcere iniustissime inclusus esset/Plato pecunias cōgregauit/ut redimeret inocentē. Et dum iudiciū agebat / ascendens in suggestū sic cœpit orare Cu minor natu sim uiri atheniēses his oībus qui tribunal ascenderunt Veru tyrānici iudices ueriti/ne auctoritate & eloquētia sua ciues moueret. Interpellauerūt repēte/ reclamauerūtꝗ/descēde: Plato domū abiit. Nā quantū illi malę mētis morbo / tm̄ hic tūc morbo corpis laborabat. Socratis uero ꝑsecutores pœnas paulo post dederūt. Cū ex cōdiscipulis qdā isti garetur inuidia. Xenocratē adeo Platoni gratū acceptūꝗ eē/ut in eū cōflaret inimicitias/multa in Platonē Xenocratis maledicta renūciauit. Plato medio sermone criminationē respuens/obaudit. Instat obtrectator uultus seueritate crimē affirmās. Deniꝗ deos oēs/ac deas obtestāti: Plato ut ab eius sese ptinacia solueret / esto inqt. Sed ea Xenocrates fide ac grauitate pollet/ ut nisi si expedire iudicasset/dicturꝰ ea nunq̄ fuisset. Grauitatē/ magnanimitatēꝗ Platonis imitatū fuisse Xenocratē dilectū eius discipulū. Testis ē uita Xenocratis apud Diogenē: quę qdē est fortitudinis & sanctitatis exēplar. Imitatū quoꝗ fuisse Dionē: Plutarchꝰ ē testis. Pręterea Philiscus Lycurgi oratoris uitā describēs. Magnꝰ uir inquit fuit Lycurgus/multaꝗ sunt ab eo gesta ṗclare/q̄ facere nemo potuisset qui nō fuisset Platonis auditor: Demosthenes cū Antipatrū fugeret: Archiblandis uerbis se ei uitā seruaturū pollicēti/absit igt/ut uiuere turpiter malim q̄ honeste mori. Postq̄ Xenocratē & Platonē de imortalitate animi disserētes audiui Idē scribēs ad Heracleodoꝝ quēdā condiscipulum suū atꝗ eum reprehēdens ꝙ postq̄ Platonē audierant/negligeret bonas artes/& uitā parū honeste duceret. Nōne iquit erubescis ea negligere/ q̄ a Platone accœpisti: Dionysiꝰ ad Speusippū scribēs ait Plato

quidem

quidem Gratis sua limina terentes docebat. Tu uero tributa exigis/ & a uolentibus ac nolentibus accipis. Laertius quoq; carpit eundem/quod non sicut Xenocrates Platonis castitatem & fortitudinem/mansuetudinemq; fuerit imitatus. Illud uero de fortitudine Xenocratis tacere non possum/quod cum Platoni Dionysius diceret. Caput tibi quispiam tollet. Xenocrates qui aderat/inquit. Nemo istud prius quam meum hoc abscidet.

¶SENTENTIÆ ET PROVERBIA PLATONIS.

E Aristotele & Xenocrate hæc Plato dicebat. Hui qualem equum/ qualemq; asinum iungendos assumpsi. Aristoteles quidem freno idiget: Xenocrates uero calcaribus.
d Erat inter discipulos eius lautus nimium & curandæ cutis studiosissimus adolescens. Quem Plato rogauit. Quo usquæ tibi carcerem ędificare perges? Quotiens hominem amore irretitum uideret/ille aiebat proprio in corpore mortuus est uiuit in alieno. Addebat. Qui se ipse alterius gratia deseruerit: omnium esse miserrimum: quippe qui neque se possideat ulterius/neque alterum. Platonis quidam familiaris uir doctus/eum orabat/ut sibi aures paulisper accomodaret libellum a se editum lecturo/rogatus subinde a Platone/quæ libri esset inscriptio/respondit contradicendum non esse. Cui Plato. Cur igitur ipse hoc factitas? Cur cōtra dicentibus contradicis? Cur me consulis/ si tibi prohibes contradici. Leo ciuis potens in cetu carpebatur/quod magnas & immodestas in senatu uociferationes habuerat. Plato hoc ipsum inquit est uere leonem esse. Diogeni cynico dicenti/quod humana quidem ista uideret/ ideas uero nequaquam. Cui mirum inquit. Oculos enim quibus ista uidentur habes/& uteris: mente uero non uteris/qua sola illæ cernuntur. Mirantibus discipulis/ quod Xenocrates in omni uita seuerus/ nescio quid risu excipiendum dixisset. Quid inquit miramini inter spinas aliquando rosas & lilia nasci? Ad iuuenes crebro dicere solebat. Ocio labores ante ponite/nisi forte/rubiginem splendori præstare putatis. Iuuentutem ad beatam uitam hac ratione sæpissime incendebat. Contrariam uirtutis/ ac uoluptatis naturam animaduertite. Huius enim momentaneam dulcedinem subita penitētia sequitur dolorq; perpetuus. Illius autem breues labores/ętherna uoluptas. Cum uidisset quendam alea ludentem/arguit: & cum ille quam parua reprehendis diceret: Plato respondit. At non est paruum consuetudo. Ebriis & iratis consulere solitus erat/ se se ut in speculo studiose intuerentur: ab eiusmodi statim fœditate discessuros. Ebrietatem & somnum ualde detestabatur. Aiebat plurimum referre ad pueritiam educandam. Vt honestis solum gaudere pueri assuescerent. Alioquin uoluptatem dicebat escam esse malorum. Addebat sanitatem animi ueram esse philosophiā/ cæteras uero facultates non tam philosophiam quam ornamenta uideri. Nihil sanæ menti suauius esse quam uera dicere & audire. Veritate enim nihil uel melius uel durabilius. Interrogantibus quibusdam: quæ nam possessionum genera filiis essent potissimum comparanda. Ea dixit que nō grandinem/non hominum uim/non ipsum denique Iouem extimescerent. De modo eo & de filii eruditione consultanti/qualis inquit in arbusculis plantandis dirigendisq; talis & in filiis gignendis & instituendis cura esse debet. Hic labor/illic uoluptas. Cauendum autem ne in hoc sopiti/ in illo plus quam uigiles uideamur. Philedono cuipiam Platonem carpenti/ quod non minus in discendo quam in docendo studiosus ac sedulus esset/ & quoad discipulus esse uellet interroganti. Quoad inquit meliorem ac peritiorem esse me non pœnitebit. Interrogatus quid nam inter peritum imperitumq; interesset: quod inter medicum ęgrotumq; / respondit. Principibus nullum præstantius prediorum genus esse dicebat/quam eorum familiaritate hominum: qui cauponari nescirent. Principi non aliter necessariam esse sapientiam/quam corpori animam. Beatissimas fore res publicas. Si aut philosophi dominentur/ aut saltem qui gubernant/diuina quadam sorte phi losophentur. Nihil enim pestilentius esse potestate & audacia/quam ignorantia comitetur. Tales quoq; subditos esse solere/quales principes uideantur. Magistratui non proprium bonum sed publicum cogitandum/non partem solum ciuitatis quandam sed totam esse curandam.

¶QVANTVM PLATO NEGLEXIT HVMANA QVANTVM DIVINA DILEXIT

Epetebat quotidie sola ętherna esse uera. Temporalia uero uerisimilia. Dormire in corpore animum. Et quæ sensus appetit aut timet/nihil aliud esse quam somnia. Itaq;
r hæc omnia penitus contemnenda. Et ut mala uitētur qbus plenus ē mūdus ad ętherna cōfugiendū, aliter enī deuitari nō posse. Ipse quoq; q̄ præcipiebat/ipleuit: Nā cū & hereditario quodā iure & ciuium fauore princeps in rep. esset futurus: omnē prorsus ciuilem respuit dignitatē. Cum patrimonio ditissimus eēt/fratribus largitus ē oīa pter suburbanū

prediolum: quã Achademiã nominabant. Hoc solo contentus uixit/& si præceptor amicusq; prin/cipijs extitit/diuitias tñ ab his nullas accepit. Solebat rex dio suis dicere. Aristippus semp pecunias petit. Plato semp libros. Adde qđ neq; uxorem duxit/ueq; uixit in urbe. ab oĩbus liber/ soli seruiēs ueritati. Vnde diuus Hieronymus inqt. Plato ęgyptũ & architam tarẽtinum eamq; oram Italiæ q̃ quondam magna Græcia uocabatur/laboriosissime peragrauit. Vt qui Athenis magister erat & potens. Cuiusq; doctrinam Achademiæ gymnasia psonabant/fieret pegrinus atq; discipulus: mal lens aliena uerecunde discere: q̃ sua impudenter ingerere. Deniq; cum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur captus a pyratis & uenundatus/etiam tyranno crudelissimo paruit captiuus/ uinctus: & seruus: tamen quia philosophus: maior emente se fuit. Hæc Hieronymus.

ℭPIETAS ET GRATITVDO PLATONIS

g Ratus deo fuit/a quo principiũ cogitãdi/dicẽdi/agẽdi oĩbus in rebus/& faciendũ dicebat eẽ: & ipse semp efficiebat. Præterea deo gratias agebat quotidie/qđ homo natus esset/nõ brutũ. Quod græcus/nõ barbarus. Quod tpibus Socratis. Quãgratus præceptoribus fuerit/omnibusq; amicis/testimonio sunt eius dialogi. In qbus mirifice eos omnis honorat/atq; Socrati libros suos attribuit. Non solum enim illũ ĩ omnibus pene dialogis disputantẽ inducit/sed etiã oĩa se composita/scribit nõ sua sed Socratis esse.

ℭQVÆ PLATO AFFIRMAVIT

I N his q̃ sensibus subiacẽt partes Heracliti tuebatur. Porro in his q̃ ad intelligentiam ptinẽt/Pythagoræ maxĩe aquiescebat. In rebus aũt ciuilibus Socratẽ suũ amplectebatur. Quæ ubiq; asseuerabat/hæc sunt. Deũ oĩbus puidere. Animas hoĩum ĩmortales esse. Bonorũ premia/malorũ supplicia fore. Augustinus ĩ libro cõtra anchademicos inqt. Christi auctoritatẽ oĩbus anteponẽdã. Si aũt rõnibus agendũ sit/apud Platonicos repperire se dicit/qđ sacris christianorũ litteris nõ repugnet. Idẽ Dionysius Areopagita significauit. Eusebius postea & Cyrillus latius declarauerũt: Hinc Augustinus in libro de uera religiõe. Platonici inqt paucis mutatis christiani fierẽt/atq; in cõfessionibus narrat se phœmiũ iohanis euãgelistæ/ferme totũ apud Platonicos reperisse. Propterea in secũdo de ciuitate dei inqt. Labeo theologus apud gẽtiles. Platonem inter semideos cõnumerãdũ putauit/sicut Herculẽ atq; Romulũ/ semideos aũt heroibus añ ponit/sed utrosq; ĩter numina collocat. Verũtñ istũ quem appellat semideũ non heroibus tñ/uerũ ẽt diis ipsis præferẽdũ esse nõ dubito. Vnde ĩquit se platonicos añ alios elegisse: quia de rebus diuinis atq; humanis rectius admodũ q̃ cæteri philosophi senserint. Quod & marcus Varro antea iudicauerat/& Apuleius Platonẽ/nõ tñ heroib⁹ supiorẽ fecit/sed diis ęqualem: qa ualet diuinarũ rerũ adyta penetrauerit. Plato tanta fuit modestia preditus / ut cũ mirabilẽ sibi auctoritatẽ ante alios cõparauisset/tñ interrogatus a quodã quatenus præceptis suis parẽdum foret/tñderit: quoad in terris appareat sacratior aliqs/q fontẽ oĩbus ueritatis apiat: quẽ deniq; sequant omnis. Addidit nihil suo sed diuino tñ lumine reppisse. Quod aũt in phia senserit/satis ĩ libro de amore: & theologia nostra tractauimus.

ℭREDITVS PLATONIS IN PATRIAM CELESTEM ET LAVDES

f Atali suo decessit: & annũ unũ atq; octoginta impleuit sine ulla dubitatiõe: Ideo magi qui tũc Athenis erant Platoni imolauerũt/amplioris fuisse sortis q̃ humanæ rati/quia cõsumauisset numerũ pfectissimũ quẽ nouẽ nouies multiplicata cõficiũt: atq;/ qđ mirum est adhuc ĩ ea ętate & ĩ eo ipso die scribebat: de quo Cicero inqt. Est ẽt getæ & puræ atq; elegãter actæ ętatis placida ac leuis senectus/qualẽ accepimus Platonis/q uno & octuagesimo anno scribens mortuus est/Seneca ẽt affirmat id Platoni sobrietatis & diligẽtiæ beneficio contigisse. Alii inter scribendum/ alii discumbentem in nuptiis remotis dapibus inter disserendũ ad supos rediisse. Aristoteles in tẽplo arã Platoni statuãq; sacrauit hoc epigrammate.

.I. Arã Aristoteles hãc platoni dicauit uiro quẽ nephas ẽ/a/malis laudari. Addit Aristoteles. Qui solus uita/doctrina/morib⁹/ore. Admonuit cũctos & monimẽta dedit: Vt uirtute ~~que aũt~~ felicẽ ducere uitã. Nulla ferẽt talẽ secla futura uirũ. Adiũxerũt & sapiẽtes alii ĩ Platonis laudes carmĩa plurima: Sed pcipua epigrãmata tria. primi hæc est snia. Tẽperãtia iustitiaq; excelluit oĩb⁹: tñ uero sapiẽtia supauit: ut oẽm prsus inuidiã supauerit. Secũdi hic est sensus. Plato in deorum numerum est translatus

translatus. Lōginquæ hūc nationes honorant qa diuinā uitam ipse nouit aliisq; monstrauit. Tertii snia est huiusmodi. Phœbus Esculapiū genuit & Platonē/ut ille corporibus/hic aīus mederet. Præterea Mithridates psaq; rex Platonis statuā in Achademia ita locauit īscripta. Mithridates Rodobati filius pses musis imaginē Platonis dicauit Syllaniani opus. Ex his oībus id Plato ē cōsequutus ut græci Aristotelē qdē demoniū: Platonē uero diuinū cognominauerit. Quia uidelicet ille & uita human⁹ & scia naturalis maxie fuerit. Hic āt sciētia simul & uita sese potissimū ad diuinū cōtulerit.

ℂAPOLOGIA DE MORIBVS PLATONIS.

Inē iā uerbis īponā[illegible] pauca qdā rursus addidero. Sūt phœbei qdā uersificatores/q im merito poetaꝝ [illegible]ē usurpāt. Hi tā moꝝ dissimilitudine q̄ malignitate inuidiæ p uocati in optim[illegible] īpudētissime ludūt. Quibus summa quædā licētia ī bonos po tius q̄ in malos cōcedit. Tales igit olim poeticuli/diuinū Platonē/a Græcis Apollinis filiū: & Socratē ob Apolline grecoꝝ sapiētissimū iudicatum mordere nō dubitarunt. Quorū īpietatē Laertius Diogenes summope detestat: atq; ut ipse declarat/ridicula ēt comicorū cōuitia Aristippus auxit cyrenēsis homo pessimus & optimi cuiusq; suorū tēporū aduersarius/q sicut alios plerosq; modestissimos doctissimosq; ficta qdā historia uituperauit. Sic ēt Socratē præceptorē/& condiscipulos suos Xenophontē atq; Platonē/finxitq; horū noīe carmina quædā in scorta puerosq; lasciua/uidelicet ut falso magnoꝝ philosophoꝝ exēplo liberiorē ipse peccandi licētiā nācl sceret. Verū Aristoteles cui ueritas magisq̄ Plato fuit amica tā falsas in uirū sanctū calūnias substinere non potuit. Nā in elegiis ad Eudemū/illa de Platone quæ in superioribus diximus cecinit: id illi maxime tribuēs ut prophani nō solū uituperare Platonē ullo pacto non debeant. Verū etiā sub prætextu laudis sanctū illius nomē/ore prophano noīare/nō audeant. Neq; elegia eatenus fuit: sed etiā/ut tradit Olympiodorus/præclarā orationē de Platonis laude cōposuit. Obmutescant igitur apud superos inferni canes/atq; apud inferos latratu cerberū comitent. Nos aūt Platonis uitam: & sapientiā iudicio sapientū approbatissimam ueneremur: atq; una cū Apuleio medaurense libere proclamemus. Nos platonica familia nihil nouimus/nisi festum/lætum/cœleste/supernum.


ℂPLATONIS VITÆ FINIS.

ℂTabula librorum Platonis a Marsilio Ficino florentino traductorum. Item insunt partim argumenta/partim autem commentaria: per eundem Marsilium in libros eosdem composita.

ℂPrimi decē libri ad Cosmum medicen/ex reliquis autem nouē quidem ad Petrum medicen. septem uero atq; triginta/immo uero cuncti ad Laurentium medicen.

AD LECTOREM.

Ne forte putes amice lector tantū opus editū temere/ Scito cū iam cōposuissem/anteq̄ ederē/me cēsores huic operi plures adhibuisse Demetriū atheniensem nō minus philosophia & eloquio q̄ genere atticū. Georgiū Antonium Vespuccium. Iohannē Baptistā boninsegnium/florentinos/uiros latinæ linguæ græcæq; peritissimos. Vsum præterea accerimo Angeli Politiani doctissimi uiri iudicio. Vsum quoq; consilio Christophori Landini: & Bartholomei Scalæ/uirorum clarissimorum.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

¶MARSILII ARGVMENTVM IN HIPPARCVM.



Ropositum Platonis in Hipparcho ē docere nos oēs hoies bonū appetere:cum & illi qui pp auaritiam aberrare uidentur: bonum appetant. Illi siquidē lucricupidi sunt lucrū utile est: utile uero bonum: bonum itaq; cupiunt. Etenim lucrum dāno contrarium. Damnum uero cū obsit malū: malo igitur cōtrariū. Contrarium malo bonum: lucrum ergo bonū. Quāobrem cū illi ēt: qui ab appetitu boni declinare uidētur/bonū cupiāt/nihil iam repugnat: quo minus oēs hoies bonum appetāt:bonū autē duplex. Vnū finis. Ad finem alterū. Illud pp seipsum:hoc pp aliud expetendū. Illius appetitio uoluntas:huius electio. Illud uenerādum:hoc utile. Illo fruimur:hoc utimur. Illius adeptio beatitudo:huius lucrū uocatur. Lucrum igitur est boni utilis acquisitio/quod ad uenerandi boni consecutionem conducere pōt. Quod uero ad hoc non confert nec ipsum utile est:nec eius adeptio lucrum. Laudanda igitur lucricupiditas/q̄ oībus natura inest. Vituperanda aūt opinio falsa: quæ dum qđ reuera utile & lucrum est/ignorat/appetitum naturæ ad aduersa retorquet. Hæc oīa Plato latēter docet/dum Socrates definitiones falsas/quas Hipparchus de lucricupiditate refert:& inducendo & ratiocinando refellit. Vtitur tñ Plato hac propositione:oēs hoies bonū appetunt:tanq̄ manifesta ad concludendū: q̄ oēs natura lucrum appetunt/quodq; hæc appetitio naturalis laudanda est:hęc autem est conclusio quam mō quodā directo. Socrates tribus argumentandi modis infert.i.exēplo/inductione:ratiocinatione. Sed modo quodā conuerso ex oī hac disputatione p argumentationem a minori colligimus propositionem illā maxime confirmatam. Omnes.s.homines bonum appetunt: quæ huius libri finis ultimus est: cū primus finis sit ostendere omnes lucricupidos esse:neq; id esse uituperandum.

Colligitur diffinitio lucri.

lucrū qd.

Lucricupiditas oībus natura inest.

¶HIPPARCVS VEL DE LVCRICVPIDITATE VEL STVDIO LVCRANDI.

SOCRATES HIPPARCVS.

SO.

Vid nam lucricupiditas est? & qui sunt lucricupidi. HIP. Mihi quidem uidentur qui lucrandum putant ex rebus nulla existimatiōe dignis. SO. Videnē ne tibi scire/q̄ nullius precii sint/an ignorare? q̄ si ignorare/amentes lucricupidos uocas. HIP. At non amentes appello: sed callidos atq; improbos/& uictos a lucro/cognoscentes nullius precii esse/ex quibus lucrari audent: & tñ audent lucrari per impudentiā. SO. Num huiuscemodi lucricupidum uocas/ueluti si agricola plantans cognoscensq; nullius præcii plantam eē dignum tñ putet ex ea lucrari:talem ne ipsum nuncupas? HIP. Vndecūq; o Socrates lucricupidus querendū censet. SO. Ne adeo temere uerba effundas: ueluti alicui pp acceptā iniuriam īfensus:sed ad me potius attendens rñde:ac si a principio rursus interrogarē. Cōfiteris lucricupidum cognoscere quanti sit/unde lucrari dignum putat. HIP. Confiteor. SO. Quis peritus est circa plātarum/dignitatē qua in regione ac tpe plantare dignum sit:ut aliqđ & nos sapientū uerborū q̄bus elegātes causidici utunt/in medium afferamus? HIP. Agricolam arbitror. SO. Num dignū lucro uocas aliud q̄ lucrandū esse existimare? HIP. Idipsum. SO. Ne me coneris decipere uirum iam seniorem/cū adeo iuuenis sis rñdens queadmodum nunc q̄ ipse minime putas: sed rñde q̄ueríssime potes. An censes agricultorē quépiā cognoscentē arborē quæ nullo mō plātatione digna sit putare ex ipsa se lucraturū? HIP. Non p Iouē. SO. Equestrē præterea uirū intelligentē nullius precii pabulum se equo prebere/ignorare censes/q̄ equum pdit? HIP. Nequaq̄. SO. Nō igiē putat se ab huiusmodi pabulis lucraturū. HIP. Minime. SO. Gubernatorem uero q temone & uelis nullius extimationis nauē muniuerit/ignorare censes q̄ dāno efficieē & periculū īcurret/ne ipse simul & nauis & quecūq; in naui sunt/pdanē? HIP. Non certe. SO. haud igitur putat se ex eiusmodi instrumentis nullius precii lucraturū. HIP. Minime. SO. Item belli dux cernens exercitum uilibus armis confisum sperat ne ac dignum putat ex iis lucrū aliquod assequi? HIP. Nullum. SO. Eodē mō tibicem tibiam/ & citharista citharā/ & arcifer arcū/& ut breui cōplectar/quicūq; artifex/aut alius quisq̄ uir pitus organa/ac reliquū apparatū nullius precii habeat/putat ne ex iis aliq̄d se lucraturū? HIP. Nō ut apparet. SO. quos itaq; lucricupidos nūcupas? neq; eñ eos: quos supra retulimus: q ex rebus nulla rōne dignis renē oportere lucrari. HIP. At hoc mō o mirifice uir/quo ipse loqueris nullus hoīum lucricupidus eēt. Sed ego eos lucricupidos eē intelligo: q pp inexplebilē auiditatē minima quæq; atq; uilia:& nullius p̄cii mirūmodū sitiūt:& in iis ēt lucrū quærūt. SO. Non tñ o uir optime discer

Prīa falsa diffinitio lucricupiditatis.

Cōfutatio ab inductione.

Secūda diffinitio falsa lucricupidi.

nunt ista nullius eē pcii.lā.n.nosipsos in hoc ga eēt īpossibile/rōib⁹ redarguim⁹.HIP.mihi sane vr. SO.Si nō cognoscūt/ignorāt igit/opinanf tñ q nulli⁹ pcii sunt/ multifacieda eē.HIP.Appet.SO.

Confutatio a rationibus.

Lucricupidi nōne lucrū cupiūt.HIP.pfecto.SO.Lucrū uero dāno cōtrariū.HIP.Est.SO.Est ne bonū alicui dāno affici.HIP.Nemini.SO.Malū aūt.HIP.prsus.SO.Lędūtur itaq₃ a dāno hoīes. HIP.Lędunf.SO.Malū igif dānū.HIP.Malū.SO.cōtrariū dāno lucrū.HIP.Cōtrariū.SO.bonū ne igif lucrū.HIP.Certe.SO.Bonū igif amātes lucricupidos nūcupas.HIP.Videf.SO.Nō insanos qdē o amice lucricupidos dicis.Sed tu ipē utrū amas qđ bonū ē:an nō amas.HIP.amo eqdē. SO.An ē bonū qcq̄ qđ nō affect⁹/sed malū.HIP.Nō p Iouē.SO.At forsitā oīa bona affect⁹.HIP. Oīa.SO.Interroga isup & me utrū & ipse:bona eqdē amare me cōfitebor.sed pter me:ac te nōne reliq hoīes oēs amat bōa:mala oderūt.HIP.Videt.SO.lucrū aūt nōne bonū eē cōfessi sum⁹.HIP. Nēpe.SO.Oēs igif lucricupidi uidenf hoc mō:quo uero prius diximus/nullus lucricupidus esset.

Tertia diffinitio falsa lucricupidi.

Vtra igif istaꝝ rōnū aliqs utens nō aberrarit.HIP.Siqs o Socrates recte lucricupidū definiat/cū ut puto lucricupidū arbitrabif q studet iis:& decēs existimat in iis lucrū qrere/ex qbus boni uiri lucrari nunq̄ auderēt.So.At nō tenens quod pauloante inter nos cōuenit:lucrari scilicet eē utilitate affici.HIP.Quid tñ.SO.Quod ēt in hoc cōsensimus oēs semp bonū uelle.HIP.Confessi sumus.SO.

Confutatio a rationibus.

Nonne & boni uiri omne lucrum expectent:si quidē hmōi oē bonum est.HI.Non tñ ea lucra quibus lædi possint.SO.lædi uocas dānum pati:an aliud quippiā.HIP.nil aliud q̄ pati dānū.SO.A lucro ne dāno afficiunf hoīes/an a dāno potius.HIP.Ab utrisq₃ & enim a dāno:& a turpi lucro dāno efficiunf.SO.Num tibi uidef aliquid utile ac bonū turpe existere.HIP.Minime.SO.Nonne pauloante cōcessimus lucrū dāno malo existenti/contrariū eē.HIP.fateor.SO.Et cū sit malo contrarium esse bonum.HIP.Concessimus.SO.ergo ut uides me conaris decipere de industria contraria iis afferens/quæ supra confessi sumus.HIP.Non per Iouē o Socrates/Sed ecōtra tu me decipis/ ac nescio qūo in disputando rē sursum deorsumq₃ cōuertis.SO.Bona uerba quæso.Neq₃ enim recte facerem/nisi uiro bono & sapienti parerem.HIP.Cui nam/aut quid hoc tandem.SO.Conciui

Laudatur Hipparchus Pisistrati ut remittatur acies disputādi:

Honestus ac bonus nulli sapiam inuidet

meo & tuo Hipparco Pisistrati Philedonici filio/qui filioꝝ Pisistrati & maior natu erat & sapiētior/ qui & alia multa præclara opa sapiētiæ edidit/& Homeri libros primus in hāc urbem inuexit: coegitq₃ pœtas cantores carminū apud Athenienses referre p ordinem:quod ēt his tēporibus obseruant.Et Anacreonta Teium missa naui quinquaginta remoꝝ in hāc urbē accersiuit: Simonidem præterea chiū apud se semp habuit/amplius eū muneribus ornās.Hæc āt agebat oīa ciues suos instruere uolens/ut illis q̄ optime uiuētibus īperaret:ratus minime oportere/alicui sapientiā inuidere:quippe qui honestus ac bonus existeret.Cū uero ciues abunde eruditi essent:atq₃ eius sapientiā admirarentur/cōuertit animū ad agricolas & peregrinos erudiēdos.Atq₃ ideo colūnas siue quadratos lapides in singulis urbis triuiis erexit.Ex ea postmodū sapiētia quā prim didicerat/prim ipē inuenerat/eliciēs potiora/elegis īclusit carminibus:& instituta sapiētię īscripsit:adeo ut ciues haud amplius admirarēt egregia illa epigrāmata delphica.Cognosce te ipm.Nihil nimis:& reliq̄ huiuscemodi/sed Hipparci pcepta ueluti sapiētiora uenerarent.Deiñ hac atq₃ illac ptereūtes/ac legēdo illi⁹ sapiētiā degustātes ex agris & siluis ad reliqua doctrinę instituta pgebant.Erant aūt epigrāmata duo in qbusdā ad sinistrā cuiusq₃ colūnę/quę inscribebaf Mercurius loquēs: queue in medio urbis ac populi extabat.In qbusdā uero ad dexterā/ monumentū hoc Hipparci/ per ordinē perge iusta cogitans.Itē & alia carmina plura atq₃ præclara in cæteris colūnis intueri licebat.Sed in uia stiriaca inscriptū id erat.Monumentū hoc Hipparci.Ne amicum decipias.Quāobrem ego te mihi amicū fallere nunq̄ auderē/& illi tāto uiro repugnare.Quo uita functo tres annos sub fratre illius

Colūna uocata Mercurius loquens.

Precepta quædam Hipparchi.

Hippias tyrannus

Hippia tyrāni depressi Athenienses fuerunt.Ipse uero ab oībus senioribus accepisti solum id triēnium in hac urbe tyrānidem uiguisse.Reliquis aūt temporibus/ eodē pene modo quo Saturno regnante Atheniēses uixerunt.Traditur aūt ab elegātioribus uiris / mortis eius causam extitisse non eam quę uulgo fertur/sororis.f.Canephorię contēptum/ nam id credere absurdum est.Sed Harmodium amatū eruditūq₃ ab Aristogitone fuisse tradūt/ magnū quiddam futurū ex hac educatione sperante/fore nāq₃ Hipparchū aduersariū arbitrabaf.Interim cōtigisse ut Harmodius nobilem quēdam cuius nomē nō satis teneo/amaret/ qui primū Armodiū & Aristogitonem : ueluti sapientes admirabaf.Verum deinde familiaris factus Hipparcho contēnere illos cœpit quo illi indignati Hipparchum interemerunt.HIP.Videris ergo o Socrates uel amicū me non putare / uel si putas amicū/Hipparcho minime credere.Ego enim qūo me nō decipias disserendo psuaderi abs te nequeo.SO.Atqui uolo tibi perinde ac si talis luderem / retractare quicquid ex superioribus libet / ne te deceptum existimes.Vis ne illud īmutari/ quod diximus/ omnes homines bona appetere.HIP.Nolo.SO.Quid uero illud quod dannum / ac danno affici : malum esse concessimus. HIP.Neq₃ id mutari uolo.SO.Sed quid illud q₃ lucrum atq₃ lucrari/ & ipsi dāno & ei quod est dānum pati/ contraria sunt.HIP.Neq₃ istud quidē.SO.At illud forsitan q₃ lucrari utpote malo cōtrariū bonū est.HIP.Neq₃ id retractes.SO.Videf igif tibi ut apparet/ aliquod lucrū bonum esse/ aliquod

...a mortis hipparchi

Repetitur disputatio sed constructiua: ubi inter hāc & redargutionē historiam interiecerit:

totum.

aliquod uero malũ. HIP. Mihi uero. SC. Retracto itaq; tibi hoc. Esto enim lucrũ aliud bonũ/malũ aliud: nihilo tñ magis hoc q̃ illud lucrum est/nõne? HIP. Quid interrogas? SO. Dicã: cibus & bonus ẽ & malus. HIP. Est. SO. Est ne magis cibus alter altero: an silr cibi sunt ambo/neq; inquãtũ cibus unus ab altero differt/sed ĩquãtũ unus qdẽ bonus: alter uero malus. HIP. Est ut dicis. SO. Nõne & potus & reliqua oĩa/quæcũq; in specie eadẽ existẽtia talia sunt/ut ptim bona: ptim mala sint/nihil iter se differũt s̃m id quo eadẽ sunt queadmodũ hõ qdẽ unus bonus: malus ali?. HIP. Sic ẽ. SO. Cæterũ neuter illoꝝ: ut arbitror/magis aut minus hõ ẽ q̃ alius/neq; bonus malo: neq; bono malus. HIP. Vera dicis. SO. Nõne de lucro similiter iudicabimus? q; pariter lucrũ tã bonũ q̃ malum sit? HIP. necesse ẽ. SO. Nil grãdi magis lucrat: q bonũ lucrũ assequit: q̃ q malũ/neq; istoꝝ aliqd maius lucrũ appet/ut iam cõuenit. HIP. Profecto. SO. Neutro hic aut magis aut minus adest. HIP. Neutro. SO. Tali autẽ re/cui neutrũ hoꝝ cõpetit/qũo qs magis minus aliqd: aut ageret: aut ẽt pateret? HIP. Impossibile. SO. Postq̃ lucra & utilia sunt similiter ambo/hoc deinceps aĩaduertẽdum restat/pp qd utraq; ipsa lucrũ appellas? Quid nã idẽ in utrisq; aspicis/ueluti si ipse mõ me rogauisses/quare cibũ seu bonũ: siue malũ similiter cibũ appellẽ/rñdissem utiq;/qm̃ uterq; sicca ẽ/corpis esca/ideo utrũq; cibũ noĩo/qd qdẽ & tu nobis cõcederes/nõne? HIP. Fateor. SO. Et circa potũ eadẽ rursus rñdẽdi rõ eẽt/quod humido corpis alimẽto: seu bonũ siue malũ sit/id nomẽ potus ĩponit & ĩ aliis eodẽ mõ. Enitere itaq; me sic rñdentẽ imitari, quid nam idẽ in lucro bono & malo cernis/pp cuius pñtiam utrũq; lucrũ noĩas? Quod si tbi desit/qd mihi rñdeas/me dicente attẽde. Nũ lucrũ appellas oẽm possessionẽ/quã qs acqsiuerit/uel nihil expendẽs/ uel expẽdens parũ cũ plus accipiat? HIP. Id lucrũ uocare mihi uideor. SO. An hmõi dicis: ceu siqs nihil expẽdens abunde epulatus fit: & ex epulis morbũ acqsiuerit? HIP. Nõ p Iouẽ. SO. At bonã ualitudinẽ ex epulis adeptus/lucrum ne an dãnũ nãcisceret? HIP. Lucrũ. SO. Non est igit lucrũ quodlibet acqrere. HIP. Nõ certe. SO. Nunqd ita se habet/ut nõ lucret q quoduis assequit/siue bonũ seu malũ? HIP. Apparet. SO. Neq; in dãnum ĩcurrat: q in quoduis ĩcurrit/siue bonũ seu malũ. HIP. Mihi qdẽ uidet. SO. Cernis ergo q; circa idẽ reuolueris? Lucrũ. n. bonũ/dãnum uero malũ appet. HIP. Ignoro qd dicã. SO. Et iure qdẽ. Sed præterea hoc mihi rñde. Siqs minus expẽdens plus accepit/lucrari hũc diceres? HIP. Nõ malũ dico/uerũ si auri uel argẽti minus erogãs/plus accipiat. SO. Enimuero hoc ĩsup ĩterrogabo/siqs dimidiã auri librã erogãs/duplũ reportaret argentũ/lucrũ ne/an dãnũ eẽt? HIP. Dãnũ ꝑfecto o Socrates: nã pro duodecuplo p̃cio/duplũ solũmodo recipit. SO. Verũtñ plus accepit. An nõ plus est duplũ dimidio? HIP. Nõ eiusdẽ dignitatis ac p̃cii est argentũ cuius ẽ aurũ. SO. Ergo oportet hoc lucro adiicere/æstimationẽ. s. ac p̃ciũ. Nunc utiq; argẽtũ plus existẽs q̃ aurũ aut æque ęstimandum ac p̃ciosum dicis/& aurũ minus existẽs/p̃ciosum quoq; ac dignũ. HIP. Et maxĩe/sic enim se res habet. SO. Ipsa ergo æstimatio dignitasq; lucrũ continet/siue parua res siue magna sit. Indignũ uero æstimatione sine lucro ẽ. HIP. Profecto. SO. Ipsum p̃ciosum ac dignũ/uocas ne aliter dignũ q̃ adeptione dignũ? HIP. Adeptiõe. SO. Dignũ aũt adeptione utile an inutile? HIP. Vtile. SO. Vtile nõne bonũ? HIP. Est. SO. O uir oĩum fortissime/nõne iã tertio & quarto cõclusum a nobis ẽ lucrũ bonum eẽ? HIP. Videtur. SO. Memoria tenes unde sermo hinc incidit? HIP. Arbitror. SO. At si minus ipse memineris/ego in memoriã reducã. Ex eo enim q; dubitabas ne boni uiri lucra qualibet acceptare nolint: sed ex lucris bona dũtaxat/mala uero nequaq̃. HIP. Hinc sane. SO. Nõne lucra oĩa eẽ bona/seu magna siue pua sint/rõ nos fateri coegit? HIP. Coegit certe o Socrates me magisq̃ psuasit: sed forsitan deinceps psuadebit. SO. Nunc tñ siue persuasus fueris: seu qũocunq; aliter sis affectus/consentis nobisq̃cũ lucra oĩa & ampla & exigua bona esse? HIP. Consentio. SO. Et bonos uiros oẽs bona oĩa uelle fateris? nec ne? HIP. Fateor. SO. Malos autem dicebas oĩa lucra tã exigua q̃ magna cupe? Nõne igit s̃m sermonem tuum uniuersi hoĩes & boni pariter atq; mali lucri cupidi eẽnt? HIP. Videt. SO. Nõ recte igit uitupabit quispiã lucri cupidos/cũ ipse quoq; lucri cupidus sit.

Fit diuisio ut idiuisis colligat dyffinitio nẽ lucri.

bonus nemo nõ ẽ magis homo q̃ malus. Eatm r... et in alys

Ratio cibi est siccitas. Ratio potus ẽ humiditas.

In lucri rõne iest possessio acquisita.

Item inest acquisitio bõi.

Hinc uide singula auri pondo tũ ualuisse duodena pondo argenti.

Item ĩ lucro inest æstimatio.

Item ĩ lucro inest bonum esse.

Concludi tur oẽs hoĩes lucri cupidos esse.

HIPPARCI FINIS.

¶ ARGVMENTVM MARSILII IN LIBRVM PLATONIS DE PHILOSOPHIA SEV AMATORES.

S Vmma huius dialogi est/quid sit & quale officiũ philosophi diffinire. Est aũt philosophi officiũ/diuina nosse/gubernare humana: in illo contẽplatiua philosophia/in hoc actiua cõprehendit. Philosophus itaq; primo diuinam: idest absolutã ipsius boni naturã p sapiẽtiã cõtemplat. Deinde ad id bonũ uelut ad finẽ humanas opationes dirigens/humana gubernatio duo requirit. primum: ut quid humana natura sit: & quo pacto ducatur ad bonum a malo remoueat cognoscat/quod quidem per prudẽtiam philosophus agit. Alterum: ut sic instituat hoĩum/& affectus & actus/sic temperet atq; cohibeat/ut ad bonũ qd

sapientia ipsa inuenerat/& ad quod prudentia deinde direxerat/facile tendant. Id uero p morales uirtutes efficiť: quas oēs uno iustitiæ noīe Plato cōplectiť. Atq; ex iis duobus humanoꝝ guberna/tio cōstat. Eiusdē aūt est scire recte unū hoīem/ familiā: ac rem publicā gubernare. Quāobrē qui moralis est: idē dominus ciuilis rex idoneus esset. Ex qbus concludiť in ipso philosophantis officio hæc oīa cōtineri sapiētiā: prudētiam: iustitiā: moralē: domesticā: ciuilē ac regiam disciplinā. p sapiētiam diuina cognoscit: p prudentiam iustitiāq; humana gubernat/dum rē suā: rē familiarē: rem. p. administrat. Eiusmodi est phi ipsius officiū: quod Plato in libris de re publica latius explicat: ī hoc significat breuius. Ac primo duas alioꝝ opiones circa phi officium cōfutat. prima uideť uel Solo/nis fuisse uel similis alicuius dicētis id eē q̄plurima discere: secūda Hippiæ sophistæ uolētis phiam artiū oīum peritiā eē. His deniq; confutatis/sniam quā prædiximus/breuiter īnuit: Socrates ergo fingiť hæc in scholis Dionysi q grāmaticæ elemēta Platoni tradidit/aduersus discipulos duos Dionysii disputasse: deinde quæ ī scholis tractauerat: in corona familiariū suoꝝ a principio recensere.

Quę cōtineā tur in philo/sophantis of/ficio.

Occasio dialogi: q unū ē ex consentaneis ipsi dialogo: & si iterdum pretermitta/tur.

¶PLATONIS DIALOGVS DE PHILOSOPHIA VEL AMATORES.

SO.

D Ionysii grāmatici ludū ingressus iuuenes quosdā uidi honestā præse ferentes indolē/ claris ortos parētibus/cūq; his una eoꝝ ēt familiares. Aderant aūt duo quidā adole/scentuli inuicem cōtendētes; quæ uero esset illoꝝ quæstio haud satis aduerterā. Verū tamen de Anaxagora uel Oenopide disceptare uidebanť: circulos describētes & in/flexiones quasdā summo quodā studio manibus imitantes. Ego aūt alterius illorum amicū iuxta quē sedebam/cubito tangens/interrogaui cur ita cōtenderēt adolescentes/& num magnum quiddā esset & pulchrū? in quo tm̄ studium ponerēt? Tum ille qd inquit magnū & pulchrū. Nugantur enim isti de iis: quæ sublimia sunt: & philosophantes garriunt. Huius ego rn̄sum admi/ratus o adolescens inq̄. An turpe tibi philosophari uideť? curue tam acerbe rn̄des? Alter uero iux/ta enim assedebat æmulus qdam istius/cū & me interrogantē: & rn̄dentē illum audisset/nō expedit tibi Socrates inquit/interrogare hunc an turpe existimet esse philosophiam/nec ne. Nōne intelle/xisti ip̄m in tumiditate quadā & saturitate: atq; somnolentia uniuersam ętatē egisse: ut credas aliud quicq̄ eum tibi rn̄surum/q̄ q̄ turpe sit phia? Erat aūt iste in musica eruditus/alter aūt quē carpebat gymnastica. Videbaturq; mihi opottere aliū quē prius interrogaueram/missum facere: qm̄ haud sane in disputando: sed in agendo potius seipsum demonstrabat expertum. Interrogandū aūt censui illū/q̄ sapientiorē se ostendebat: ut si quomodo possem/ab eo utilitatē aliquam reportarē. Dixi igitur ad eum in cōi me quæstionē ꝓposuisse. Si autē tu putas melius isto te rn̄surum illud idem te nunc interrogo: utrū uideať tibi philosophari pulchrū esse an secus? Hęc fere dicētes nos audierūt adolescentes: atq; obmissa ea: quæ inter ipsos erat contentione ad ea quæ disserebamus/audien/da/seipsos silentio parauerūt. Rn̄dit aūt ille mihi/& ualde qdem ambitiose. Si qn̄ o Socrates philosophari turpe esse ducerem/neq; me hoīem putarem: neq; quēuis alium sic affectū. Innuens aūt in æmulum dicebat hæc ea uoce/ut amici exaudire possent. Hic ego pulchrū igitur tibi philosophari uideť: & maxime quidē inquit ille: quid ergo inq̄: num uideť tibi fieri posse: ut noscat quis turpe ne aliquid sit an pulchrū/nisi a principio quid ipsum sit nouerit? non. Nosti igitur inquā: q̄ est aliquid philosophari? Noui equidē. Quid est? Quid aliud q̄ secundū dicta Solonis. Dicebat enim Solō: se nescio semper plurima discens. Et mihi quidē uidetur semp sic oportere aliquid discere eū hoīem: qui philosophus futurus sit/siue iunior/siue senior sit: ut in uita q̄plurima discat. Atq; is primo ui/sus est mihi aliquid dixisse. Deinde mecū reputans interrogaui. An sibi philosophia polymathia: idest multa discere uidereť? Et ille oīo inquit. Existimas pulchrū aliquid solū esse philosophiam uel ēt bonum. Et bonū quoq;. Vtrū in philosophia id ꝓprium inspicis/an ēt in aliis eodem pacto iudicas/ut uerbi gfa: studiū gymnasticæ/nō mō pulchrū eē/sed ēt bonum. Tūc ille & ualde ironice duo diuersa protulit. Aduersus hunc inquit: dicať: q̄ neutrū sit. Aduersus aūt te o Socrates & pulchrū & bonum simul esse cōfiteor. Ergo in gymnasiis multū laborē existimas esse gymnasticæ studiū? Et maxime quidē inquit ille quēadmodū in philosophando multa discere/philosophiam puto. Atq; ego/credis ne gymnasticæ studiosos aliqd aliud appetere/q̄ ut eoꝝ corpa bn̄ se habeant? Id ip̄m inquit. Num multi labores bonā corporis habitudinē efficiunt. Quonam pacto inquit ille ex paucis laboribus robustū corpus fieri possit. At deinceps mihi uisus est gymnasticus ille ꝓuocandus esse/ ut mihi ex peritia gymnasticæ auxiliū ferret. Illum deinde ꝑcontatus sum. Quid aūt tu taces o uir optime hæc isto loquente? Num & tibi uideanť hoīes ex multis laboribus/an tēperatis robur acq/rere? Equidē o Socrates asserere ausim ex moderatis corpus bn̄ sese hr̄e. Vnde inq̄. Nō uirū uigilā tem dico & exuriētē: & insuetā spinā habentē/& curis extenuatū. Et cū hæc dixisset/delectari adole/scentes arriserunt. Alter autem ille erubuit. Tunc ego/quid tu igitur concedis ne nec paruos: neq; magnos labores habitudinē bonam corporis efficere/sed moderatos/an repugnas cū duo simus in disputatione

Vide iā dialogi formā esse bifariā: ut cū collocutiōis totius enarratio sola ē dialogus: ut cū p sonę loq itroducuntur.

Ordo qōnum analyticarum si sciretur quale: nisi sciatur quid sit: neq; qd sit si ignoretur: an sit.

Prima diffinitio philosophiæ ex solone.

Cōfutatio de rōne aliorum studiorum.

in disputatione concordes? Libenter quidē inquit huic repugnarē: atq; aduersus eum ualerem: id quod proposui/defendere etiam si causam haberē minus ualidam. Nullius enim precii est. uerum tecū nihil decet. preter opinionē contendere/sed confiteor nō multas/imo tēperatas exercitationes bonum corporis habitum hoībus præstare. Cibi autem inq̄ multi/an moderati? Et cibi ait: præterea compuli eum/ut concederet reliqua omnia quæ circa corpus uersantur/temperata quidem prodesse q̄plurimum: pauca uero uel nimia nunq̄. Et ille moderata iuuare cōfessus est. At quæ ad animam spectant/cum moderata adhibeantur/conducunt? an potius īmoderata? Moderata. Disciplinæ autem nonne ex iis sint/quæ animæ adhibentur & conferunt? Cōsensit. Ex disciplinis itaq; quæ temperatæ sunt: non quæ multæ/utilitatem afferunt. Concessit. Quem ergo interrogare merito conueniret quales sint labores atq; cibi moderati ad corpus? In hoc tres una conuenimus: medicum uidelicet uel pędotriuam .i. exercitationis magistrum interrogandū. Quem uero de spargendis seminibus/quot moderata sint? Agricultorem confessi sumus. At uero de se mente & plantatione disciplinarum in anima: quēnam merito pcontabimur? quales uel quātæ tēperatæ sint? Verum deinceps cū ambiguitatis pleni essemus/ego iocans inq̄/uultis ne post q̄ nos ī hoc ambigui sumus/ab iis adolescentibus id quæramus? An forsitan erubescimus quēadmodum procos inducit Homerus nolentes alium quēpiam præter se arcum intendere? Sed cum orationem meam grauiter ferre uiderentur/alia quadam uia id inuestigare aggressus inq̄. Qualia esse debere coniiciemus quæ oportet philosophum discere? cum neq; omnia neq; multa sequi debeat? Suscipiens uero sermonem sapiētior ille ait: pulcherrimas atq; maxime congruas animo disciplinas esse: ex quibus maximam quis gloriam in philosophia consequitur: maximam uero gloriam adipiscetur/si singularum artium peritus esse uideatur: si minus oīum plurimarū saltem: earumq; præsertim quæ estimatione sunt dignæ: ea præcæteris discens: quæ liberos homines decent: quæue intelligentiæ ratione/non manuum ministerio perficiuntur. Tum ego/sic inq̄ dicis: quemadmodum in fabria cōtingit? in qua fabrum quidem ministrum uel ad summū quinq; aut sex minis emeres: architectum uero neq; dragmarum decem milibus. nam per oēm Græciam rari admodum repetiuntur? numquid tale aliquid ais? Ille me audiens id ipsum se dicere cōfessus est. Eum mox interrogabam utrū possibile esset: duas eundē dūtaxat artes hoc pacto/ne dum permultas magnasq; percipere. Ne ita me dicere putes o Socrates quasi philosophantem oporteat singulas artes ad summum prosequi. quemadmodum artifices: uerū ut liberū uirum eruditūq; decet ut potis sit percipere: quæ a quocunq; artifice proferuntur: p[ræ] cæteris oībus qui præsentes sint: & ipse præterea ita mente coniiectare/ut semper ipse elegantissimus ac sapiētissimus præsentium omnium in his: quæ in unaquaq; arte & dicuntur & fiūt/appareat. Atq; ego: adhuc enim quorsum tenderet/ambigebā/intelligo ne inq̄ qualem dicis esse uirum philosophum? Videris enim mihi talem dicere/quales in certamine sunt pentathli .i. periti quinq; certaminum erga cursores uel peltastas .i. clippeatos iaculatores. Et enim illi a cursoribus uel peltastis in eorum certaminibus superanē atq; secundum ordinem obtinent. Reliquorum uero athletarū primi atq; uictores. Tale aliquid forte dicebas philosophiæ studium præstare philosophis: ut ab iis: qui in qua uis arte supremi sunt/in eadem arte intelligētia superentur: dumq; secundum locum tenent/sequentes reliquos antecedant/ut philosophus in singulis facultatibus secundæ sortis existat. Eiuscemodi mihi uideris philosophantem uirum ostēdere. Recte inquit o Socrates accepisse uideris quæ de philosopho dicta fuerunt: cum eum pētathlo cōparaueris. Est enim proculdubio talis: ut nulli negocio seruire penitus uelit/neq; in aliqua re usq; ad summum elaborare: ne propter unius exactam diligentiam in aliis omnibus facultatibus quēadmodum artifices omnino deficiat: sed omnia mediocriter temperateq; attingat: post hanc illius responsionem cupiens planius nosse quid diceret/interrogaui bonos uiros utiles ne an inutiles esse arbitraretur? Vtiles inquit o Socrates. Nonne si boni utiles/mali inutiles erūt? Cōsensit. Quid autem philosophos uiros utiles uel inutiles putas. Ad hæc ille maxime omnium utiles esse philosophos asseuerauit. Age igitur dinoscamus si tu quidem uera dicis/quomodo utiles nobis sunt isti secundæ sortis homines? Manifestum enim est q; singulis artē habentibus inferior est philosophus. Annuit. Age inq̄ si uel tu uel ex amicis aliquis tibi carissimus ægrotaret utrum ad curam ualitudinis philosophum illum secundarium induceres: an medicum? Vtrūq;. Ne mihi dicas utrūq;. Sed utrum potius? Nullus inquit ambigeret: quin medicum & magis & prius. Quid autem in naui fluctibus agitata: utrum te: & tua gubernatori: an philosopho cōmitteres? gubernatori equidem: & ī reliquis omnibus: donec artifex aliq̄s adsit/philosophus erit inutilis. Apparet inquit. Philosophus igitur nunc nobis inutilis est/cum artifices adsint. Confessi uero sumus bonos quidem utiles esse: malos inutiles. Coactus est deniq; confiteri. Quid ergo post hæc abs te petam? An forsitan inhumanum est/ultra perquirere? Quicquid lubet inquit. Nihil aliud pacto nisi ut iterum concedantur iam dicta: habent autem se in hunc modum. Confessi sumus philosophiam bonum esse: & extare philosophos: atq; ipsos philosophos bonos; bonos autem utiles malos contra inutiles. Deinde

Secunda philosophiæ diffinitio.

Declaratio eius diffinitionis.

Architecti rari admodū.

Cōfutatio ex rationibus.

peto

concessimus: donec artifices adsunt: philosophos inutiles esse & artifices adesse semp. Nonne con cessa hæc sunt? Sunt. Confitemur igitur ut uidetur secundū tuam orationē/siqdem philosophari ē esse scientem in artibus eo pacto quo ipse dixisti: malos ipsos esse & inutiles: q̄diu inter hoīes artes sint? Verum non sic habent o amice. Neq; philosophari est circa artes studiose uersari, nec multis negociis incūbere: neq; multa perdiscere sed aliud quiddam. siquidem existimarem: & absurdum hoc esse: & mechanicos appellari eos: qui artibus incūbunt: hoc autem modo planius ītelligemus an uera dicam: si hoc mihi respondeas. Qui equos recte domare sciunt/utrum qui illos meliores reddunt/an alii? qui meliores. Quid aūt canes/num qui illos meliores reddere/iidem & recte illos cohercere sciunt? Omnino. Eadē ergo ars & illos meliores reddit & recte cohercet. Eadem. Quid autē/utrum quæ & meliores facit/& recte cohercet/eadē cognoscit bonos & malos an alia? Eadē inquit. Voles igitur inq̄ idem de hoībus confiteri: quæ optimos reddit homines/eandē esse/quę & recte cohibet/& qui boni sint/quiue mali: cognoscit: prorsus inquit. Nonne quæcūq; unum eadē & multos: & quę multos unum? Ita. Et in equis præterea cæterisq; omnibus eodē modo. Eodem mo do. Quæ nam scientia est/quæ intemperantes & legum transgressores in ciuitate recte punit/nōne iudiciaria? prorsus. An uocas iustitiam aliam quandam præter istam? Non aliam. Nonne qua sciē tia recte castigant & puniunt/eadē bonos ac malos dinoscunt? Eadē. Quicūq; uero unū norit/plu res quoq; cognoscet. Cognoscet. Atqui multos ignorat/ignorabit & unū. Cōsensit. Si ergo equus existēs/bonos ac malos equos ignotet/seipsum ēt qualis est: ignorabit. Concessit. Et si bos cum sit/ haud nouerit: qui sint boni aut mali boues/sese ēt qualis ipse sit ignorare eum necesse est. Ita est in quit. Eodem quoq; modo si canis fuerit. Confessus est. Nunc uero cum homo quis existens igno ret bonos hoīes & malos: nonne sui ipsius ēt ignarus erit? bonus ne sit an malus? Adnuit. Seipsum ignorare/sapere est uel desipere? Desipere. Seipsum itaq; nosse/sapere est. Cōfiteor inquit. Hoc igi tur ut uidetur & inscriptio quæ in delphis est/præcipit: prudētiam. s. & iustitiam colere. Apparet. Hac eadem & recte cohibere scimus. Adnuit. Qua ergo recte cohibere scimus/ea utiq; iustitia est. Qua uero & nos ipsos & alios dinoscere possumus: prudentia. Videtur. Eadē igitur est iustitia atq; prudētia. Apparet. Quinetiam ciuitates tunc optime gubernantur/cum iniusti dant penas. Vera narras. Atq; hæc ciuilis scientia est. Est inquit. Quid uero quotiens uir unus recte ciuitatem insti tuit/nomen illi conueniens nōne tyrānus & rex? Adnuit. Nonne tyrānica aut regia arte gubernat? Immo hæ itaq; facultates eædē ac superiores sunt. Videtur. Quid uero cū uir unus domū recte di sponit/quod huic nomen maxime congruit? nonne economus ac dominus? Conuenit. Vtrū & iste iustitia bene regit familiā: an alia facultate? Iustitia. Idem est igitur ut apparet rex tyrannus: ciuilis: economus: dominus: prudēs: iustus. Atq; una quoq; ars est: regia: tyrānica/ciuilis/dominica: eco nomica/iustitia/atq; prudētia. Videtur quid itaq; philosopho uiro: quotiens medicus de ægrotan tibus quicq̄ dixerit/turpe est nō posse dicta illius assequi/neq; ex seipso aliquid cōiicere: & qncūq; alius quisq; alioꝝ artificū eodē pacto cum aūt iudex aut alius quis eorū: quos pauloante retulimus non absurdū in iis nec assequi dicta: neq; per seipsum coniicere? quid ni: eēt absurdū o Socrates in tantis rebus nihil hr̄e quod consulat? Vtrum igiť inquā & circa hæc philosophum ut pentathlū eē oportere dicimus: & secundus possidentē partes inutilem eē/donec aliquis ex superioribus adsit: uel primum quidē ipsum oportere domum suam nulli administrandam præbere: neq; secundas ī hoc partes tenere: sed ex seipso omnia castigare/iuste diiudicantē/siquidē eius familia recte admi nistrari debeat. Adsentiebatur ille mihi. Atq; ego addidi. Si ēt sibi amicus aliquis uitæ suæ rōnem aut ciuitas: aliquid decernēdum aut iudicandum cōmittat: eēt ne turpe illi o amice secundum ī iis eē/aut tertium: neq; ducem existere? Ita mihi uidetur. Absit igitur o uir optime ut philosophari sit plurima discere/artesq; tractare. Cum ista dixissem: sapiens quidē ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus aūt affirmauit sic eē: & cæteri omnes dicta laudarunt.

Aggreditur colligere ue ram philoso phiæ diffini tionem ex in ductione a ra tione.

Quæ diffini tio ē hęc.

Philosophia est qua q̄s se & alios boni ne an mali sit cognoscit.

Et philoso phia ē qua idē sunt regia ty rānica ciuilis dominica eco nomica iusti tia atq; prudē tia.

Item philoso phia est dum scimus ñ plu rima discēdo neq; artes tra ctando.

Pulchrę rōes ab eodē & di uerso & con trario sūptæ.

Qui alios bo ni an mali sit scit uel igno rat hunc ēt se ipsum aut co gnoscere: aut ignorarē opor tere.

Declaratio in scriptionis in Delphis pru dentiā & iu stitiam colas:

FINIS LIBRI DE PHILOSOPHIA.

ARGVMENTVM MARSILII IN LIBRVM QVI THEAGES INSCRI BITVR VEL DE SAPIENTIA.

d Istinguiť in hoc dialogo sapiētia/& ultimū distinctionis mēbrum sic inuestigandū ad summiť/ut quo pacto acquirať: ab hoībus pateat. Prima partitiōe sapiētia duplex di ciť. Vna absoluta/conditionalis altera. Absoluta quę simpliciter absq; additione ali qua sapiētia noīatur. Conditionalis/quæ nō simpliciter sapiētia/sed sapiētia quędam dicta est. Illa sic definitur. Cognitio earum reꝝ de qbus haberi scia pōt. Habetur autē scia de iis: quæ semp eadē: & eodē mō sunt. hmōi sunt: summa reꝝ principia & ęternę reꝝ oīum rō nes: hæc aūt diuina dicunť: quo fit ut sapiētia sit diuinarū rerū scia: quæ quidē absoluta sapiētia est.

Conditionalis

Conditionalis uero oibus artibus & facultatibus est cois. Nã summitas cuiusq artis sapientia quędam uocatur: ut sapientia gubernatoria: sapientia aurigaria: sapientia militaris. Ex oibus aut quæ cũ additione sapientiæ nuncupatur/præcipua est/quæ ceteris ut ministris utitur: cuiusmodi ciuilis sapientia est. Quæ quidẽ facultas cõe ciuitatis & gentium: bonũ coniectãs/definitur. hæc tũ ciuilis tum ẽt regia disciplina uocatur. Cuius subiectum ciuitas est. finis cõe bonum. ministræ artes oẽs. Officia duo/leges condere/& conditas exequi: illud per prudentiã nomotheticã/hoc p iustitiã legalẽ & iudiciariam agit. Verũ quo pacto quis ciuilem sapiẽtiam nãciscat: in plurimis eius disputationibus Plato dubitat. Et in presenti Theage utrũ ciuiles homines an sophistæ/an contemplatiui dũtaxat philosophi eã doceant: q a ciuilibus uiris/aut sophistis/aut soli cõtẽplationi deditis discatur in menone & hic quodãmodo negat: q illi ne filios quidem suos unq̃ docuerint. quod isti rationem boni non habeãt: quod hi rerũ humanarũ experti minime sint. Restat igit/ut hæc aut a philosophis & contẽplandi & agẽdi apprime peritis percipiatur/aut diuina sorte contingat. illi nusq̃ reperiuntur. Vnde in Menone & in Theage diuino munere fieri asserit/ut in animos ciuium tẽperatos dei prouidentia boni ipsius intelligentiã & leges ad id ducentes infundat. Quam sane notionem hic ciuilẽ sapientiã in Menone pro priori uocabulo uaticinium quoddã nominat: ciuilesq uiros furentibus cõparat. Sæpe ẽt ait nunq̃ a malis genus hoium cessaturũ: nisi aut legitimi philosophi dominent/aut ii qui gubernant rem. p. diuina quadã sorte philosophentur: hoc aũt libro cum Socrates in sua mẽbra sapientiã distinxisset/& hanc ciuilem sapientiã sub quadã ironiæ specie: nec a ciuilibus uiris/nec a sophistis/nec a se ut a philosopho contẽplationi dedito Theagẽ adipisci posse dixisset/subiunxit tentandã esse uim demonis/& deniq uoluntatẽ dei precibus exorãdã: quasi illinc ista discant/& dei prouidentia per medios spiritus/sępe hoĩbus agendorũ oracula pandat. Eos aũt ministros qui dei iussu bonorũ ciuium & legitimorũ principum mẽtes ad bene gubernandũ illuminant Dionysius Areopagita principatus nominat. Esset hic fortasse de demone Socratis disputandum/sed argumẽti breuitas prohibet. Quinetiã. Maximus tyrius: & Hermias: & Apuleius de hoc abunde disseruerũt. Inducit aũt hic tres Plato personas: Demodocũ ciuem Atheniensem una cũ filio suo Theage sapientiã affectante: & Socratem. Incipit uero a Demodoci petitione dialogus.

THEAGES VEL DE SAPIENTIA

DEMODOCVS SOCRATES THEAGES

DE. Ndigebam o Socrates quædã priuatim tecũ cõmunicare: siquidem ocium adsit: uel si sit negocium: neq id magnũ/uelim: tũ mea causa te ocium agere. SO. Equidẽ ociosus sum: sed tui causa maxime. Si ergo quid dicere uis licet. DE. Vis ergo secedamus huc in proximum Iouis liberatoris porticũ? SO. Vt lubet. DE. Eamus ergo o Socrates. Oẽs quidẽ plãtæ eodẽ se mõ habere uident: Et q̃ quidem ex terra oriũtur et aĩalia oĩa et hoẽs ipsi. Eniuero i plantis facillimum hoc est nobis: qui terram colimus/præparare quidẽ omnia/antequam plantemus ipsam ẽt plantationem: postquam uero quod plãtatum est/uiuit: tũc cultus ipsius uarius est: et dificilis: eodemque modo: et de hominibus uidetur. Ex meis eni rebus ad alia coniecturã facio. Eteni hæc mihi mei filii siue plãtatio/seu filii generatõ appellãda sit: omnium facillima extitit. Educatio autem difficilis: et semper i timore/maximũ metũ sui causa subeũti. Et alia quidem multa de hoc dici possent. præcipue uero cupiditas/quæ huic nũc inest: uehemẽter me sollicitat: Est enim non ingenerosa. Verum talis ut fallere possit. Cupit enim hic o Socrates ut ipse ait/sapiẽs effici. Et ut mihi uidet: populares qdã eius æquales in urbẽ ueniẽtes suis sermonib? hũc uehemẽter incitauerũt: quos hic æmulari cepit: & mihi iam pridẽ molestus est fas esse putans/me illius curã suscipere: ac pecuniã sophistæ alicui: q ipsum sapiẽtẽ reddat præbere. Mihi aũt pecuniarũ minor est cura. Verũ hunc existimo ob hoc eius studiũ in periculũ non mediocre incurrere: hactenus igitur huic obstiti/consolans: sed postq̃ ulterius nequeo/operęprętiũ fore duco ut sibi obtemperẽ/ne sine me frequẽter cũ aliis uiuens corrũpatur. Nunc aũt ad hoc proficiscor/ut eũ apud aliquẽ sophistarũ sistã. Tu igit peroportune nobis obuiã factus es: quẽ quidẽ hac in re mihi consultorẽ maxime cupiebã. Itaq siqd habes quod mihi in iis quæ audisti cõsulere queas licet & expedit. SO. Cæterũ o Demodoce cõsiliũ res sacra dicit: quod si unq̃ ullũ aliud hoc ẽ in primis/de quo queris. Non. n. est diuinius aliqd de quo hõ consulere queat/q̃ de eruditione sui atq suorũ. Primũ igit ego & tu cõueniamus/quidnã putemus hoc esse/de quo consultamus/ne sæpenumero ego qdem aliud illud existimẽ/tu itẽ aliud. Ac deinde longe dissentiamus/ridiculi qdẽ existentes ambo/& ego q do/& tu q postulas consiliũ/cũ in nullo inuicẽ cõsenserimus. DE. Recte qdẽ mihi dicere uideris o Socrates. Itaq faciẽdũ censeo. SO. Atqui recte qdẽ ex pte/non tñ oĩo dicebã recte: nã paulisper id muto. dubito. n. ne forte hic adolescentulus aliã quædã q̃ que nos rebamur/cupiat: q si aliẽ nos

Occasio dialogi ẽ oratio Demodoci: ĩ quo dialogo ut nomen hẽtur sapiẽtię: ita mõstratur p alia studia. q̃ nõ ẽ ita ut cũ q̃ sit: sed quæ nõ sit declaretur.

Prouerbium consilium res sacra.

Quid præuenire oporteat eos: qui de re consultare uelint.

Pulcra nomina īponenda pueris.

quoq̧ absurdiores essemus de alio cōsultantes. Rectissimū igit̄ mihi uidet̄/ut initium hinc sumentes: ipsum q̄d cupiat interrogemus. DEM. Apparet id quod dicis optimum esse. SO. Dic igit̄ mihi/quod pulchrū nomen est puero? quo noie ipsum uocabimus. DE. Theages o Socrates. SO. pulchrum o Demodice filio nomē īposuisti. Sed tu dic mihi theages/cupis ne sapiēs eē? ac dignū existimas eē/ut pr̄ hic tuus uirū inueniat/q te sua cōsuetudine sapiētē reddat? THE. Cupio. SO. Sapiētes aūt utrū uocas hoies sciam hn̄tes: quæcūq̧ illa sint quæ scierit nec ne? THE. Sciētes equidem. SO. Quid igit̄ nōne te pater edocuit/quæ hic nobiliū uiroꝝ filii docent̄? scilicet l̄ras/citharā pulsare/palestrā/& alia certamina? THE. Docuit. SO. Putas præterea te aliq̄ scia indigere/de qua curā suscipe tui cā patrē deceat? THE. puto. SO. Quæ ē igit̄ ipsa? dic nobis/ut tibi gratificemur. THE. Nouit & hic o Socrates/q̄m persæpe illi enarraui. sed de industria hæc nunc tecum loquit̄ quasi ne sciat quæ cupiā; hoc.n. mō & in aliis multis mecū pugnat: neq̧ uult alicui me tradere. SO. Atqui quæ hactenus aduersus hūc abs te dicta sunt/testibus carent: nūc aūt me adhibe testē: atq̧ corā me denuo recēse. Quæ nā est hæc sapiētia: quā appetis? Age si cuperes eā: qua hoies nauigia gubernāt & ego te rogarē qua nā o Theages sapiētia indigens/patri succēses q̧ te apud aliquō a q̄bus sapiēs reddaris/sistere nolit: quā nā ipsam eē r̄nderes? nonne gubernatoriā: THE. Certe. SO. Sin aūt illius cuperes eruditū te fieri: qua currus regunt̄/ac patri succenseres/ego uero iterrogarē/quæ nam eēt hæc sapiētia? nōne aurigariā r̄nderes: THE. Vtiq̧. SO. Quā igit̄ nunc cupis? Verū illā q̄dē nosti: nomē aūt ignoras? uel nomen ēt eius habes? THE. Et nomē equidē. SO. Dic ergo q̄d ē? THE. quod aliud nomen huic cōgruere q̄s diceret o Socrates/nisi sapientiam. SO. Nōne ēt aurigaria/sapientia est? An ignorantia tibi uidet̄? THE. Nullo mō. SO. An non sapiētia: THE. Sapientia? SO. Qua ad q̄d utimur? num qua scimus equoꝝ iuga regere? THE. pfecto. SO. At gubernatoria nonne & ipsa sapientia est: THE. Mihi quide uidet̄. SO. Num & ea est/qua naues gubernamus. THE. Ea utiq̧. SO. Ea uero quā nunc optas/quæ nā sapiētia est? q̄due illa scimus administrare. THE. Mihi quidē uidet̄ ea qua scimus hoibus īperare. SO. Num qua ęgrotātibus. THE. Minime. SO. Ipsa enim medicina est: nōne? THE. Est. SO. At qua canentibus scimus in choris pręcipere. THE. Nequaq̄. SO. Musica.n. est. THE. Ita. SO. Sed utrū illa qua certātibus pręcipere nouimus? THE. Nequaq̄. SO. Gymnastica.n. est. THE. Est. SO. Verū qua q̄d facientibus? conare exprimere/quēadmodum in supioribus ipse narraui. THE. Mihi plane uidet̄ ea: qua illis: qui sunt in ciuitate/præcipit̄. SO. Nōne in ciuitate ęgroti ēt sunt. THE. Sunt q̄dē: sed nō istis solū dico uerū oībus q in ciuitate uersant̄. SO. Intelligo quā artē dicis. Videris.n. non eā qua præesse nouimus metentibus: aut uindemiantibus: aut plantantibus: aut serentibus: aut triturantibus. ipsa.n. p quā iis imperamus: agricultura est. THE. est. SO. Neq̧ rursus qua secantibus uel pforantibus: uel polientibus: uel torno aliquid facientibus: nā hęc ad fabros ptinet. THE. Certe. SO. Verū fortasse qua iis uniuersis/& agricolis: & fabris: & artificibus oībus/ac priuatis cūctis mulieribusq̧ & uiris: īperitamus: eā tu sapientiā dicis. THE. Istā ipsam o Socrates iā pridē dicere uolebā. SO. potes ne dicere an Egistus: q̄ Agamenonem apud Argos interfecit: his oībus īperauit quos dixisti: artificibus. priuatis uiris: mulieribusq̧ uniuersis: uel aliis q̄busdā. THE. Nō aliis: sed iis oībus. SO. Quid aūt Peleus Eaci filius in Phthia/nōne iisdē dominatus est? THE. Eisdē. SO. Periandrū uero Cipseli nōne audisti apd Corinthios imperasse. THE. Equidē. SO. Nōne eisdē in eius ciuitate dominatus est. THE. Certe. SO. Quid uero Archelaū Perdicæ nup in Macedonia īperantē/num iisdē existimas dominatū? THE. Equidē. SO. Hippiā aūt Pisistrati in hac urbe dominantē: quibus nā pręfuisse arbitraris? nōne iisdē? THE. Quid ni? SO. Bacis uero & Sibyllą: & Emedapus Amphilytus/quonā pacto tibi cognominandi uiderent̄. THE. Non alio q̄ uatū noie. SO. Recte dicis eodē mō conare: ut inuenias quo cognomine Hippiā & Periandrū pp eundē principatū nomines. THE. Cur aliter q̄ tyrānos? SO. Ergo quicūq̧ cupit more istoꝝ uniuersis suis ciuibus īperare: dominationē tyrānicā appetit: seq̧ tyrānū fieri. THE. Ita uidet̄. SO. Hāc tu optas? THE. Videt̄ ex iis quæ dixi. SO. O scelește nobis more tyrāni præesse cupis? Ac iā dudū succenses patri: q te ad aliquē tyrānidis præceptorē non miserit? Et te Demodoce nōne pudet/cū olim noueris q̄d hic cōcupiscat. Et si habuisses quo ipsum mitteres eū artificē illius sapiētię quā appetit: effecisses. Deinde īuides ipsi nec uis mittere sed nūc uides. Cū uero te corā me accusauerit: cōsultemus simul ego ac tu. Est quo ipsum mittamus/ut pp alicuius cōsuetudinē sapiēs tyrānus efficiat̄? DEM. per Iouē o Socrates cōsultemus. Est.n. ut mihi uidet̄ cōsilio opus/& maxio. SO. Sine bōe uir/īterrogemus ipsum prius. DE. Interroga. SO. qui si Euripide ad aliq̄d utamur o Theages? Inq̄t.n. alle sapiētes tyrāni sapientū consuetudine. Siquis ab Euripide peteret: q̄ in re sapiētū cōsuetudie ais sapiētes eē tyrānos? quēadmodū si cū dixisset sapiētes agricolę sapiētū cōsuetudine pcontaremur: ī quo sapiētū: q̄d putas ipsum dicturū/an aliud q̄ in re rustica. THE. Nihil aliud. SO. eodēq̧ mō si dixisset/sapiētes coci/sapientū cōsuetudie/nosq̧ iterrogaremus/q̄ nā in re sapientū/q̄d aliud r̄nderet/q̄ in coquinaria. THE. Idipm. SO. Quid si dixisset sapiētes certatores sapiētū cōsuetudie & nos ī quo sapiētū iterrogarem⁹; nōne ī certādo r̄nderet?

Hic conceditur sapientia conditionalis quæ multifariā hētur:

Et si sapiētiæ nom̄ habeat illa: q̄ pprie & simpliciter ē sapiētia ab iis quæ nō pprie sūt sequestrata monstrat.

Quibus p̄sit agricultura.

THE.

THE. Immo. SO. Postq̄ aūt dixit sapientes tyrāni sapientū consuetudine: si interrogaremus illū: qua in re o Euripides sapientū: quid eum respōsurū putas? THE. Per Iouem nescio. SO. Vis tibi dicā? THE. Vt lubet. SO. Hęc sūt quę ait Anacreo ipsam Callicratē nosse. Audisti carmē? THE. Audiui. SO. Quid igitur? hmōi ne uiri consuetudinē cupis/ qui particeps esset eiusdem artis/ cuius & Callicrates Cyane nata: sciret q̄ tyrānica quę Callicratē nouisse pœta inquit? ut nobis & ciuitati tyrānus efficiaris? THE. Iamdudum me mordes Socrates atq̄ irrides? SO. Quāobrem? nōne ais hanc te sapientiā optare: qua cunctis imperes ciuibus? Atqui hęc faciens/ aliud ne q̄ tyrānus esses? THE. Optarē equidem omniū hoīum uel q̄plurimorū tyrānide potiri: quod idem de te ac cęteris oībus arbitror. Vel potius Deus esse. Verūtamē nō hoc appetere dicebā. SO. Quid tandē est hoc quod cupis? nōne ciuibus pręesse? THE. Non ui quidē/ neq̄ ut tyrāni/ sed uolentibus: queadmodum alii in ciuitate rationis cōpotes hoīes. SO. Dicis ergo qualis Themistocles fuit & Pericles/ & Cimo: & quicūq̄ alii in administratione reipublicę floruerunt? THE. Per Iouem istos inquā. SO. Quid uero si nobilem effici equestrē expeteres: & in ea arte sapientē/ ad quos nam ut hoc assequeris: accederes pręter q̄ ad equestres? THE. Ad nullos alios. SO. Quippe ad hos ipsos qui equestri arte pollerēt/ & qui equis/ tum nostratibus/ tum alienis q̄plurimis uterenť. THE. Scilicet. SO. Eodēq̄ modo si sapiēter iaculandi artē adipisci cuperes/ ad eos qui optime iaculentur/ & qui multis tam alienis q̄ ꝓpriis utuntur spiculis/ proficiscereris. THE. Mihi quidē uidetur. SO. Age itaq̄ postq̄ in ciuilibus erudiri uis: ad alios: ut in iis sapiens fias/ accedendum putas/ q̄ ad hos ciuiles homines/ qui disciplina ciuili summopere ualent & utunť ea/ tum patria/ tum aliarū ciuitatū & gręcarum & barbararū. An putas ab aliis sapientiā consequi eorū: quę isti soli cognorunt? THE. Audiui Socrates sermones quosdam/ quos tuos asserunt ciuilium uirorū filios/ nihilo meliores q̄ cerdonū esse. Et mea quidem sentētia uera dicis. Insipiens ergo essem/ si mihi persuaderē aliquē istorū mihi suam sapiētiam traditurum/ qui filios quidem suos minime iuuent putarēq̄ posse me ulla in re circa hæc cuiq̄ prodesse. SO. Quomodo te optime hominū uerteres/ si cum tibi filius esset: hęc tibi negocia pręberet/ & ostenderet cupere in optimū pictorem euadere: tibi aūt succēseret q̄ nullam in eo pecuniam horū gratia consumere uelles/ huius uero rei artifices pictores paruipenderet/ neq̄ ab eis aliquid uellet discere/ uel tibicinas tibicen effici uolens/ uel etiam citharedos: haberes ad qd eo utereris/ uel quo alio illum mitteres nolentē ab iis discere? THE. Minime per Iouē. SO. Nunc igitur eadem hęc aduersus tuum patrē faciens/ miraris ne atq̄ succenses/ si dubitat ad quid te utatur/ & quo te mittat: postq̄ Atheniensium in administranda re publica pręstētissimorū/ cuicūq̄ uoles cōmendaturi sumus: qui tecum sine pretio uersetur: & simul neq̄ argentū eroges/ & multomagis uulgo honoreris/ q̄ si aliis congrediaris. THE. Quid igitur Socrates nōne tu ex bonis uiris es? Si me susceperis/ sat habeo neq̄ alium quęrā. SO. Quid hoc dicis? DEMO. Non male dicit o Socrates: neq̄ mihi quicq̄ hoc iocundius utiliusq̄ ut arbitror esse posset/ q̄ si huic tua consuetudo placeret: & tu cum eo uersari uelles: & profecto pudore impedior dicere q̄ uehemēter affectem. Itaq̄ ambos uos rogatos uelim: & te ut uelis hunc suscipere: & te ne alium q̄ socratē quęras: meq̄ maximis curis & formidine plenis obsecro liberetis: quoniā nunc uehementer timeo: ne hic cuiuspiam alterius consuetudinem quęrat/ a quo deinde perdatur. THE. Ne ulterius mihi timeas mi pater si huic ꝑsuadere potes/ ut me suscipiat. DEMO. Recte loqueris: & aduersus te o Socrates omnis post hac sermo erit. Ego enim ut breuissime loquar: me simul ac mea omnia uel carissima: quocūq̄ indigeas tibi libentissime trado: si hunc Theagem susceperis: eiq̄ quoad poteris: benefeceris. SO. Equidem o Demodoce studium hoc tuū non admiror: siquidem existimas maxime a me hūc iuuari posse. Non enim noui cui rei maiorem diligentiam quisquis mentem habet adhibere debeat: q̄ ut filium optimū reddat. Sed unde tibi hoc ita uisum est/ meum tuū filium meliorē posse ciuē reddere q̄ te ipsum? Atq̄ unde hic sibi persuasit posse magis a me q̄ abs te ad hanc rem iuuari? Id ēnim uehemēter admiror: tu ēnim primū me senior es: deinde multis ac maximis apud Atheniēses functus es magistratibus. Neq̄ alius magis q̄ tu a popularib⁹ anagyrasiis ac reliquis ciuibus honorať. In me aūt horū aliqd neuter uestrū uidet. Verum si ciuilium uirorū consuetudines Theages iste cōtēnit/ aliosq̄ quęrit qui adolescētes instruere ꝓfitenť/ est hic Prodicus Chius & Gorgias Leontinus & Polus Agrigētinus/ aliiq̄ ꝑmulti/ qui adeo sapiētes sunt/ ut urbes adeuntes nobilissimos & ditissimos iuuenes ad seipsos adiiciant: qbus licet quorūcūq̄ ciuium uolunt/ grata familiaritate uti: q̄bus ꝑsuadent priori relicta consuetudine/ cū ipsis congredi/ magnū argenti pretium afferētes/ & gratiā insuper maximā habētes. Ex iis ergo decebat te ac filium tuū aliquem eligere: me uero ad id elegisse nō cōuenit. Nullā enim ex istis beatis & pulchris disciplinis ꝓfiteor: uellim tñ mihi illas adesse. Verū semp nihil scire me dico pręter exiguā quādam amādi disciplinam: hac utiq̄ disciplina apud quēlibet uehemētior/ tum sūperiorib⁹/ tum ēt ꝑntib⁹ uiris eē uideor. THE. Vides ne pater Socratē hunc non multū familiaritatē meam recipere? Nam quātum ad me attinet/ paratus sum/ mō ipse uelit: sed hęc omnia ille ioco aduersus nos dicit. Noui enim meorū ęqualiū & aliquāto seniorū

Nulli rei maior diligētia habenda q̄ filio.

Munus sophistarum.

Cū naso laudatis sophistis indicat ut in eis sapiētia non sit.

nõnullos/qui cũ antea nullius essent estimationis/postq̃ familiaritate istius usi sunt/breui omnium supremi illoꝝ euaserũt: quoꝝ infimi prius fuerãt. S O. Nosti quale hoc sit o Demodoci fili? T H E. Noui per Iouẽ, ꝙ si uolueris/talis fiam/quales illi fuerũt. S O. Non ita o optime: sed hoc te fefellit/ quale sit/ego aũt tibi dicã. Adest mihi diuina quadã sorte demoniũ quoddam a prima pueritia me secutũ: hoc enim uox est/ quę cũ fit semp eius rei quã facturus sum/ dissuasionẽ demõstrat: ꝓuocat uero nunq̃. Quod siqs amicoꝝ mecũ qñdoq: aliqd cõmunicat/ extatq: uox/hoc illa dissuadet/neq: facere finit. Cuius quidẽ rei uobis testes dabo. Charmidem uirũ bonũ Glauconisq: filiũ noscitis: hic aliquãdo in Nemea stadio se exercitaturus mecũ cõmunicabat. Ac statim ipse dicere incipiente/ꝙ se exercitaturus esset/adfuit uox/atq: ego ꝓhibui: sibi enarrans quẽadmodũ demonii uox extiterat/ne se exerceret. Tum ille/fortasse inquit significat/ꝙ me uictorẽ non euasurũ, ego aũt & si uictoria nõ sim potiturus/ tñ hoc in tpe me exercens/aliqd ꝓficiã. Atq: ita locutus / certaturus abiit. Operepretiũ igif est ꝑcontari quid sibi ex hoc certamine cõtigerit. Si aũt uultis Clitomachum Timarchi fratrẽ interrogare qd sibi Timarchus dixerit/quãdo ꝓpe modũ moriturus esset ipse simul & Euathlus/stadii quidẽ excursor qui illũ fugientẽ suscepit/referet uobis qd sibi tũc dixerit. T H E. Quid nam? S O. O Clitomache inquit/equidẽ q̃primũ moriturus uenio/ qm̃ Socrati obtemperare nolui. Quidue inquit Timarchus: ego dicã: quãdo surrexit ex cõuiuio Timarchus / & Philemon Philemonidis filius interfecturi Niciam Hiroscamãdri/ soli enim insidiarũ ii cõscii fuerãt: Timarchus mihi dixit. Quid ais o Socrates? Vos quidẽ bibite; me uero oportet alio exire/ redibo aũt paulopost/ si occasio contigerit. Tum mihi adfuit uox. Itaq: ne surgas iquã: solitũ mihi a demone signũ datũ afferens: quieuit ille. Deinde paulisper cõmoratus ardebat iterũ eundi cupiditate: dicens eo iam Socrates. Et quia iterũ uocẽ audiui/ rursus illum cohibui: donec ille tertio latere me cupiens danculum/ cũ ego mentẽ alio diuertissem se subripuit. Et sic ꝓfectus ea peregit. ex qbus in mortẽ incidit. Vnde hęc eadẽ fratri suo dixerat/ut ego nũc uobis / se scilicet moriturũ uenire ꝙ mihi credere noluisset. Audietis preterita ab iis qui in Sicilia sunt quę de exercitus conflictu predixerã. Et preterita quidẽ ab iis/qui illa nouerunt/audire licet. Tentare uero demonii signũ siquid forte dicat/ nunc etiã possumus. In expeditionẽ nãq: exiit Neonus Cali filius. Mihi aũt signũ adfuit/ proficiscitur uero nunc cũ Thrasylo aduersus Ephesum & Ioniam militaturus. ego aũt illum existimo uel interfectũ iri/ uel in hmõi aliquid incursurũ: & de alia negotiatione uehemẽter timeo. Hęc oĩa tibi ideo dixi: qa potentia hęc huius demonii i familiaritates eoꝝ: qui mecum uersanẽ / oĩa põt. Multis enim aduersaẽ: neq: licet his auxiliũ ferri: qui mecũ inuito demone consuetudinẽ habent/quare impossibile est: mihi cũ iis uiuere. Multis aũt hęrere nõ ꝓhibet / sed cõsuetudine nostra nihil omnino iuuanẽ. Quibus aũt fauerit in ipsa familiaritate potestas demonii/isti sunt de qbus ipse sensisti: breui enim ꝓficiunt. Sed eoꝝ parum hoc beneficium firmũ habent atq: durabile. pleriq: uero quoad mecũ sunt/ mirifice pollent. At cũ a me discesserint/ rursus nihilo ab aliis differũt: hoc quãdoq: accidit Aristidi Lysimachi filio. Nam mecũ cõmorans/breui multũ ꝓfecit: postea uero in militiã ꝓfectus est: rediens deinde offendit mecũ esse Thucydidem Melisii filium: hic aũt Thucydides pridie mihi aduersarius in sermonibus quibusdã extiterat. Cum me salutasset & quędã insup adlocutus esset Aristides/Thucydidem inquit o Socrates audio gloriari: & in qbusdã tecũ ẽt concertare: tanq̃ aliqd sit. Est inquã ut dicis: tum ille nõne meminit/inqd/anteq̃ tibi adhęreret: tanq̃ mancipiũ se fuisse? Nõ uideẽ inquã ꝑ deos. At ego inquit ille ridiculus sum. Quidnã maxime inquã. Quoniã priusq̃ hinc abirem/ cũ quouis disputare audebã: neq: aliquo uidebar in differendo deterior/adeo ut cetus prestantiũ uiroꝝ audacter adirem. Nũc aũt contra/ fugio quẽcunq: eruditũ esse intelligo adeo pudore abducor ob meã inscitiã. Vtrũ igiẽ inquã e uestigio te reliquit ipsa uis? an paulatim? paulatim iniquit. Quãdo uero in te incessit/ utrũ accidit tibi aliqd a me discenti: an aliter? Dicam o Socrates item quipẽ incredibilẽ: uerã tñ. Nihil unq̃ a te ut ipse scis/didici: ꝓficiebã aũt quotiẽscũq: tecũ essem: & si in eadẽ solum domo essem/ nõ tamẽ in eadẽ parte domus magis tamẽ quotiẽs eadem in parte. Et mihi qdẽ uidebar multomagis/quãdo in eadẽ parte existens / aliqd te dicentẽ intuebar: q̃ cũ alio intuerer. Sed longe magis ꝓficiebã/cũ apud te sedens / te tangebã. Nunc autẽ oĩs habitus ille defluxit. Est igiẽ o Theages hmõi nostra cõsuetudo. Si enĩ Deo gratũ est / ꝑmultũ qdẽ & breui ꝓficies. sin cõtra minime. Vide igiẽ ne tibi tutius sit ab aliquo illoꝝ erudiri / qui ipsi in sua potestate cõtinent utilitatẽ qua hoibus ꝓsunt: quã a me fortuna quadã id assequi. T H E. Mihi qdẽ sic faciẽdum Socrates uideẽ: ut cõsuetudine nostra demoniũ id tentemus. Quod si nobis adnuerit recte omnia: sin minus quid agendum sit inuicem consultabimus: utrum alteri cuipiam adhęreamus/uel hoc diuinum quod tibi insitum est: precibus & sacrificiis: & alio quouis pacto quo uates exponant placare conemur. D E M O. Nihil ad hęc o Socrates huic adolescenti repũgnes: bene enim dicit Theages. S O. Atqui si uideẽ oportere sic agere/sic agamus.

Aliqua de demone Socratis.

FINIS DE SAPIENTIA.

ARGVMENTVM

ARGVMENTVM MARSILII IN MENONEM DE VIRTVTE.

Q Vattuor esse argumentationũ genera quibus Plato utitur exemplum / inductionem / ratiocinationẽ / & enthymema & quo pacto fiant: satis in Alcinoi compendio / quod & nos traduximus declaratur. Vbi etiam tres platonicorum dialogorum species inuenimus & qbus argumẽtatiõibus in unaquaq; dialogi specie uti soleat. Aut enĩ solum inquirit fallaue confutat dialogus / aut solum uera exponit ac docet / aut in utroq; uersat: primus inquisitiuus & contentiosus. Expositiuus alter. Postremus mixtus est dictus. Menon autẽ licet mixtus sit / maiori tamen ex parte contẽdit & confutat: & omnes argumẽtationes atingit. Vt nisi qs ex aliis Platonis dialogis: qui ad expositionẽ magis q̃ ad disceptationẽ ptinent / sensa colligat / & Menoni huic adiiciat / difficile summã disputationis huius elicere possit. est autẽ hęc / quid uirtus sit / & quomodo nobis adsit inquirere. Id Socrates efficit / dum quattuor Menonis. Aristippi / Gorgię / & Prodici de uirtute definitiones confutat: & definitionẽ suam post illas inductã geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est aũt hoĩs uirtus affectio siue habitus animę / quo potentia naturalis eius quã optime suũ opus exercet: quę definitio in libris de re publica traditur. Opus cuiusq; potentię tũc optime exercet / cum ad finẽ suum dirigitur. Quod ad finẽ confert / utile dicit. Merito igit in hac disputatione cõmune uirtutis officium id esse tradit / ut & actiones & ea qbus agendo utimur / utilia reddat. Illa itaq; definitio huic dialogo cõsonat / cunctisq; uirtutibus est cõis Virtutũ pfecto spẽs plures sunt / pro uirium animę & actuũ diuersitate / in qbus una tamẽ quę dicta est cõis uirtutis rõ semp inspicitur. Prima uis animę mens est / cuius actus est perpetua contẽplatio ueritatis. Secũda ratio / cuius actus ueritatis inuestigatio. Tertia phãtasia / cuius actus collectio eorum quę sensus eius nuntii porrigũt: per quę illa discursus. Atq; he sunt uires animę: quę cognitiuę dicunt. Restant tres alię: quas appetitiuas uocant. Voluntas & irascendi uis & cõcupiscendi. Voluntatis actus / appetere quę mens & ratio porrigit. Irascibilis aggredi: quę rõ & phantasia pponit. Cõcupiscibilis actus adsciscere: quę phãtasia sensusq; obiiciunt. Sex insup istis duę subiiciuntur: mouẽdi & nutriẽdi uigor: sed hę cũ supioribus / aut nihil / aut uix & parũ admodũ in uirtute cõmunicant. Affectio mentis quę contẽplationẽ perficit / sapientia est: quę rationis indaginem / scientia / atq; prudẽtia: scientia quidem indagationẽ eorum quę natura facit: prudentia consultationem in iis quę nos agimus. Quę phantasię discursum / opinio recta / quã sagacitatẽ quidam uocant. Iustitia uoluntatẽ & liberalitas. Irascibilem fortitudo eiusq; pedissequę. Concupiscibilem cõtinentia simul & tẽperantia. His oĩbus id est cõe / ut quęlibet earũ sit affectio actũ potẽtię naturalis pficiens: dum decorum reddit & utilem ad finem ultimũ consequẽdum. Varię uero uirtutes diuerso modo habent. Sapiẽtia quidẽ natura: est enim ęterna rationũ omniũ in mente cõplexio / ppetuusq; ueritatis intuitus. Sciẽtia per doctrinã philosophię quę reminiscendã pstat / acquirit: dum rõ quae pẽnas olim abiecit / ad mentẽ cõuersa reminiscẽdo iterũ alas recuperat: prudẽtia doctrina simul & longo usu rerum aduenit. Recta opinio exemplis / auctoritate / inductiõe / sorte. Iustitia fortitudoq; & temperantia cæteręq; morales uirtutes prudentię rectęq; opinionis legibus & exercitatiõe legitima pficiuntur. Vnde duo hęc moralium uirtutũ principia Plato posuit / prudentiã & rectam opinionem. Quãobrem prudentia sępenumero totius moralis uirtutis apud Platonẽ nomẽ usurpat. Est & uirtus quędã ad rectã opinionẽ attinẽs q̃ legitimi principes ac ciues / in agẽdo honesti / contẽplationis tñ expertes bonũ publicũ curant / quã ciuilem peritiã nominant. Eamq; Plato facultatẽ / & in Theage & in psenti Menone: haud aliter q̃ sorte diuina / dari ciuilibus hoĩbus disputat: hac igit summula qs mentẽ Platonis in Menone colliget: & hmõi pręmissa distinctione cõtradictiones renuet / obiectiones uitabit. Disputationẽ uero illã de reminiscẽtia geometricisq; figuris in argumẽto tractare iccirco nõ placuit: qm̃ nõ ut principalis / sed ut accesoria est inserta. Argumentũ autem summã rei caputq; reqrit. Singula quippe discutere nõ argumẽti: sed cõmẽtarii potius est officiũ.

Tria dialogi officia.

Vires animę cognitiuę.

Vires appetitiuę.

Vigores duo

argumenti officium

MENO VEL DE VIRTVTE.
MENO SOCRATES PVER ANITVS

ME. P Otes ne mihi ostendere Socrates / utrũ uirtus doctrina: an exercitatiõe potius acqrat? An forsitan nec doctrina / nec usu ab hoĩbus comparetur / uerum ipsa natura / uel alio quoq̃ modo hominib⁹ insit. SO. Hactenus o Meno Thessalici homines inter Gręcos illustres / tum equęstri facultate / tum etiam diuitiis habiti sunt. Nunc autem ut mihi uidetur / sapientię quoq; gloriam consequentur: presertim amici tui Aristippi Larissei conciues. Atq; huius rei causa uobis Gorgias extitit / qui in urbem uestram profectus amicos sibi ob sapientiam comparauit / cũ reliquos thessalicos optimates: tum maxime Alleuadorum familiã / ex qua amicus tuus Aristippus originẽ ducit. Quãobrẽ sic uos Gorgias assuefecit / ut itrepide &

Tergiuersatio Socratis ne rñdẽt: sed ut eo deueniret ut interrogaret.

Thessaliã aliquãdo floruisse eqtibus diuitibus ac sapiẽtib⁹ uiris.

alto aīo interrogãtibus r̃ndeatis: quẽadmodum sciẽtes decet quippe & ipse cõcedebat grẽcorum cuiq; rogate quicquid uellet/ac singulis r̃ndebat: nobis o amice Meno contrariũ contigit/siquidẽ sapientia nostra quodãmodo iam exaruit: atq; ex iis locis ad uos diuertisse uidetur. Itaq; siquem nostrorum hominum hoc pacto percontari tentaueris: nemo utiq; erit: quin tibi subridendo respondeat. O hospes forte tibi beatus quidam uideor/q̃ me nosse existimas utrum doctrina/an alia quadam ratione uirtus hominibus adsit. Ego uero usq; adeo ab hac cognitiõe absum: ut nec quid ipsa sit uirtus intelligam. Atqui ipse quoq; o Meno sic affectus sum: in eadẽ q̃ppe paupertate animi qua & cõciues mei sum cõstitutus: ac me ipsum accuso: utpote q̃d sit uirtus penitus ignorantẽ. Cũ uero quid sit nesciã/quonam pacto quale sit nossem? Num tibi fieri posse uidet/ ut qui nullo modo quis Meno sit/nouerit/utrũ tñ bonus: aut diues: aut generosus/ an cõtra sit noscat? ME. Mihi q̃dem nequaq̃. At uero ipse reuera o Socrates: q̃d sit uirtus ignoras? Ista de te in patria renuntiabimus? SO. Non id quęso solum amice domi p̃dices/uerũ etiã q̃ nullum unq̃ ut mihi uidet/ id scientẽ nactus sim. ME. Ergo ne Gorgiã quidẽ cum hic cõmoraretur/ aliquando cõuenisti? SO. Egdẽ. ME. An hęc ignorare tibi uisus est? SO. Haud satis o Meno memini: ideoq; quid tum mihi uisum fuerit: in pręsentia referre nequeo. Sed forte & ille nouit: & tu q̃d ille docuerit/ tenes: quare si placet/ ipse dicas. Nam tu forsitan cũ illo conuenis. ME. Cõuenio equidẽ. SO. Eum igitur cũ absit: omittamus ipse uero o Meno: dic p deos obsecro: q̃d eẽ uirtutẽ existimes: dic inquã/nec inuideas/ ut fortunati cuiusdam mẽdacii redarguar/siq̃dẽ tu & Gorgias id cognoscere uideamini/ cum tamẽ ego nemini unq̃ hoc sciẽti occurrisse p̃dixerim. ME. At o Socrates nequaq̃ difficile est id dicere: & primo quidẽ si lubet quę uiri sit uirtus/ hęc plane est ad ciuiliũ rerum administrationẽ: sufficientẽ esse/ iisq; tractandis amicos iuuare/ inimicos lędere: nec non diligẽter cauere: nequid ipse tale aliquãdo patiatur. Quod si ulterius quę sit mulieris uirtus/nosse req̃ris/neq; id arduũ erit. Est enim mulieris uirtutis domũ recte gubernare/ dum custodit domestica/uiroq; obedit. Alia quoq; uirtus ẽ pueri fœminęq; & masculi: & uiri iam ętate maturi: nec nõ liberi si uelis alia & alia serui. Atq; alię p̃multę uirtutes existunt. Quãobrem haud nobis deest: q̃d de uirtutis definitione dicamus. Enimuero secundum singulas actiones atq; ętates ad opera singula singulis hominib⁹ uirtus adest. Totidẽ pręterea & de uitio o Socrates/ut arbitror dici possent. SO. Non mediocriter in hac uenatione fortunatus sum o Meno: siquidẽ unam uirtutẽ inuestigans: examen quoddam uirtutum apud te habitãtium reperi. Verũtamen o Meno secundũ hoc exemplum examinis/si me quę sit apis ipsius substãtia p̃contante: multiplices illarũ esse substantias respondisses/atq; ego iterum te rogarẽ/ nunq̃d ex hoc ais apum substãtias esse diuersas/ quo apes sunt? an alio quopiam? ueluti pulchritudine uel magnitudine/aut alio quopiam huiusmodi/quid inquã sic interrogatus potissimũ responderes? ME. Quod inuicẽ eo quo apes sunt/minime differunt. SO. Et si ego post hęc dicerem/ quid ergo id est o Meno/quo minime differunt: sed idem cunctę sunt? haberes ne quod mihi responderes? ME. Haberem profecto. SO. Eadẽ itaq; ratione uirtutes quãq̃ multę atq; uarię sunt/ unam tamẽ speciem quãdam in omnibus eandẽ habent qua uirtutes existunt: inquã respicere decet eum qui responsurus sit interroganti cuiq; quid uirtus sit. Tenes ne quid dicã? ME. Intelligere mihi uideor/ nõdum tamẽ ut uellem quod quęsitũ est/comprehendo. SO. Vtrum uero circa uirtutem id solum o Meno tibi uidetur/aliam quidem uiri esse aliam mulieris: & aliam reliquorum. An etiam circa sanitatẽ magnitudinẽq; & robur eodem modo/ut alia quidem uiri sanitas sit/ mulieris alia an poti⁹ eadẽ ubiq; sanitatis species est. Siquidem sanitas sit/seu uiro/siue mulieri/siue alteri cuilibet adsit. ME. Eadem mihi sanitas & uiri simul & mulieris esse uidetur. SO. Nõne igitur siquidem robusta sit fœmina eadem specie roboris robusta erit? Cum uero eandẽ dico q̃ nihil differt: qua robur ad hoc q̃ robur sit intelligo/seu uiro/siue mulieri insit. Num tibi differre aliqua ex parte uidetur? ME. Minime. SO. Ergo & uirtus/ad id quod uirtus sit. Differret ne? seu iuuenẽ/ seu senem/siue uirũ ornet/ siue fœminam. ME. Mihi quidem o Socrates hoc cęterorum simile nequaq̃ esse uidetur. SO. Nõne uiri uirtutem esse dixisti/ recte rem publicã gubernare mulieris uero domũ. ME. Dixi equidẽ. SO. An põt q̃sq̃ ciuitatẽ uel domũ/aut aliq̃d aliud recte disponere/nisi tẽperate siue prudenter ac iuste disponat ME. Nõ certe. SO. Nõne si tẽperate iusteq; instituũt/tẽperãtia/iustitiaq; instituẽt? ME. Necesse est. SO. Vtrisq; igit tam uir q̃ mulier indiget/si boni futuri sit tẽperantia. s. atq; iustitia. ME. Apparet. SO. Quid uero puer ac senex dum intẽperati & iniusti essent/ num boni existerent? ME. Nequaq̃. SO. At dũ tẽperati & iusti? ME. Ita. SO. Vniuersi igit homines eadẽ ratione boni fiunt: nam eorũdem p̃ticipatione boni semp efficiunt? ME. Videt. SO. Nunq̃ nõ eadẽ rõne boni fierẽt/ nisi eadẽ illorum uirtus esset. ME. Nunq̃. SO. Q̃m ergo eadẽ uirtus ẽ omniũ conare in memoriã reducere q̃d nam hoc eẽ Gorgias dixerit/ac tu una consenseris? ME. Quidnã aliud q̃ pęsse hoibus posse. Siquid unum in oĩbus exigis. SO. Requiro equidẽ attamen eadẽ ne pueri & serui uirtus erit o Meno pęsse posse domino/ac uidetur tibi ulterius seruus esse dum imperat. ME. Haud certe mihi uidet o Socrates. SO. Neq; enim o optime uir id fas eẽt/ sed hoc rursus cõsidera utrũ dominari posse aliquẽ

putas

Gorgias cõcedebat unicuiq; interrogare q̃cq̃d uellet.

Prima uirtutis diffinitio mala.

Cõfutatio diffinitiõis reddita ex inductione.

Secũda uirtutis diffinitio mala.

Confutatio.

putas/si iuste pręesse adiiciamus. Iniuste uero nequaq̄. ME. Puto eq̄dē. Iustitia.n. uirt⁹ ē. SO. Vtrū uirtus o Meno: an uirt⁹ quādā. ME. Quo pacto id ais. SO. Queādmodū de quouis alio: ut ecce de rotūditate dicerē eam figuram quādam esse non absolute figuram: atq; ob eā cām ita loquerer: qa alię quoq; figurę pręter rotūditatē sunt. ME. Recte admodū iuquis. Atqui & ipse nō iustitiā tantū: uerū etiā uirtutes alias eē fateor. SO. Ad quas dicis alias explica obsecro. Equidē si me de aliis figuris interrogasses/utiq; respōdissem: ergo & tu quę sint alię uirtutes enarra. ME. Fortitudo: temperantia: sapientia: magnificentia/ cæterę q; permultę. SO. Rursus in idem incidimus. Nam multas iterum uirtutes alio quodam pacto inuenimus: dum unā inquireremus: unā uero quę per omnes diffunditur/reperire nequimus. ME. Nōdum queo o Socrates: ut ipse quęris unā in oībus uirtutē queādmodū in cęteris asseq. SO. Et iure q̄dē: at ego si mō potuero: pducere nos conabor. Cognoscis ne sic in cunctis contingere: siquis a te petat idē qđ modo dicebā/ quid figura sit? ac tu ꝙ sit rotunditas respōderes/& ille tibi quę & ego inferret: utrū rotūditas sit figura: an figura quędā/an nō/ illi diceres figurā quādā eē? ME. Prorsus. SO. Nōne ob id qđ alię quoq; figurę sunt. ME. Ita. SO. Quod si quales illę sint: quęrat: euestigio respōdebis. ME. Eq̄dē. SO. Quinēt si de colore similiter/ q̄d si quęrat/& tu ꝙ albedo sit dicas/ ac ille sic deinde resumat: utrum albedo color sit/an color aliquis inferres/ne colorē quendam ob hoc esse/ꝙ alii quoq; colores reperiantur? ME. Maxime. SO. Si iterum colores cęteros referre iusserit: narrabis utiq; & alios multos / qui nihilominus q̄ albedo colores sint. ME. Narrabo. SO. Si aūt ut ego nūc: sermonē ille percurrat/ dicens ꝙ semp in multa declinaremus: quod ille nequaq̄ fieri permittat: sed postq̄ hęc multa uno nomine nūcupas/ dicisq; nihil ex iis esse quin figura sit quāuis ista inter se cōtraria sint/ est autem hoc quod non minus rotūdum continet q̄ rectum/ quā quidem figuram nominas/& nihilo magis inquis rotūdum q̄ rectum figuram esse/an si dicis? ME. Sic plane. SO. Nunquid cum ita dicis/tunc nihil magis dicis rotūdū esse rotundum q̄ rectum/neq; rectum magis rectū q̄ rotundum. ME. Non certe o Socrates. SO. Verūtamen asseris rotūdum nihil magis figuram esse q̄ rectum: neq; rectum magis q̄ rotundum. ME. Vera narras. SO. Quid ergo id est/cui nomē hoc figura competit? declarare enitere. Si itaq; sic pcontanti cuipiam de figura siue colore diceres: te nequaq̄ quid ipse uelit cognoscere / forte ille uehemēter admiraret/ac diceret/an nō intelligis ꝙ in iis omnibus idē quęro? Vel nō haberes o Meno: quod diceres/siquis quęrat quid in rotundo sit ac recto: & cęteris quas figuras appellas in oīb⁹ idem: explicare quęso id nitere/ut hoc pacto responsionem ad quęstionem de uirtute aliquam mediteris. ME. Nequaq̄/sed ipsemet o Socrates dissere. SO. Vis ne tibi gratificer? ME. Oīno. SO. Voles & ipse deinde uirtutis quęstionē soluere? ME. Equidē. SO. Expediēdum iam ē: decet enim. ME. Et maxime quidē. SO. Age experiamur/q̄d figura sit exprimere: & uide utrū istud admittas. Esto itaq; id nobis figura/quod solum ex omnibus semp colorē sequit. Satis ne tibi hoc est? an forte aliud exigis. Ego enim sat haberē/si mihi posthac uirtutē ipsam ostēderes. ME. At istud absurdum quiddā est o Socrates. SO. Quāobrē? ME. Quoniam figura secūdum rationē tuam est/quę semper colorem sequitur. Si ergo colorē quis nosse negaret/eodem modo: quo circa figuram dubitans/quid illi potissimū responderes? SO. Vera equidē. Nam si qui rogat: sapiētum aliquis & cōtentiosorq; ac pugnantium sit/responderē utiq; me dixisse/ꝙ si minus recte dixerim: ad te nunc attinet rationē sumere/ ac mea dicta refellere. Sinautem quemadmodum ego nūc & tu illi amici sint/ uelintq; inuicē disputare: decet profecto mitius & magis dialetico more respondere. Est autē dialeticus mos pręstantior non modo uerū proferre/sed iis illud rationibus approbare: quibus & ille qui rogat/ plane se dinoscere fateatur: hoc itaq; more nunc tecū in disserēdo uti conabor. Dic ergo/num finem appellas terminum quēdam: atq; extremū. hęc.n. oīa ueluti idē profero: forte uero Prodicus iis tanq̄ differētibus uteretur. Tu autem num dicis terminari aliquid atq; finiri? nihil quippe diuersum iis uerbis intelligo. ME. Dico sane & quod ais/intelligere arbitror. SO. Et planū aliq̄d uocas & solidū aliud? cuiusmodi quę in geometria tractant? ME. Voco equidē. SO. Iam igit quid figuram esse dicam/ex iis pcipies: in omni quippe figura id assero: figuram eē id in quod solidum desinit. Atq; ut summatim dicam figuram appello solidi terminū. ME. Colorē uero quid uocas o Socrates? SO. Procax nimiū es o Meno: homini iam seni onus imponis/ac respōdere tibi iubes: ipse aūt memor quid Gorgias uirtutē esse dixerit/diffinire minime uis. ME. At postq̄ id mihi declaraueris o Socrates tibi illud referam. SO. Quāq̄ in imperando supbior es q̄ deceat / gratificabor tñ ac breuiter respondebo. ME. Gratificare obsecro. SO. Vis ne tibi secundum Gorgiā respondeam: sic maxime assentieris? ME. Quid ni uelim? SO. Nōne defluxus quidam secundū Empedoclem a rebus manare dicuntur? ME. Et maxime quidē. SO. Ac pori.i. meatus in quod & per quos ēt defluxus hmōi manāt? ME. Oīno. SO. Ex defluxibus aūt q̄dā poris quibusdā cōgruere / q̄dā minores: aut maiores eē? ME. Sic ē. SO. Nūq̄d & uisum aliq̄d uocas? ME. Voco. SO. Ex iis iam q̄d uelī accipe: ut ait Pindar⁹. Est.n. color defluxus q̄dā rerū uisui cōgruēs: atq; sensibilis. ME. Optime mihi o Socrates rñdisse uideris. SO. Forte.n. tibi ut solit⁹ es audire nūc rñsum ē: & simul aduer

Translatio de uirtutis disputatōe ad figurę disputationem: ut ad euidentiā & notius.

Mos disputādi contentiosus: atq; acer: in quo cōtentio uult eē nō ueritatis platio.

Mos disputādi dialeticus mitis ac melior: in quo uult esse ueritatis osteusio & comprobatio.

Huius diffinitiōis colectio q̄a est ab interrogatis ē dialetica: nam si eēt a sensibilibus esset analytica.

Diffō dialetica figura ē solidi termius.

Secūdum placita Gorgię: Color defluxus rerum uisus cōgruēs: quę ēt dialectica est.

Color qo

Illa melior q analyticę uicinior.

Tertia uirtutis diffinitio mala.

Quarta diffinitio.

Confutatio quartę diffinitionis.

Quę media sunt iter mala & bona ea non esse bona nisi uirtutis pars adsit.

tis q ex hac responsione facile etiam diffinire queas/ quid sapor/ quid uox/ quid odor sit/ cęteraq huiusmodi plurima. ME. Prorsus. SO. Atqui tragica o Meno ista respósio est. Ideoq tibi magis q̄ figurę diffinitio placet. ME. Mihi uero. SO. At mihi qdē o Alexidemi fili minime persuadeo/ est eni illa melior/ forte ēt nec tibi ista placebit/ ut arbitror/ nisi nūc queadmodū & heri nobis obiicias te anteq̄ pficiantur mysteria/ discessurū/ sed pmaneas: atq hic mysteriis initieris? ME. At diu morarer o Socrates: mō huiusmodi multa narrares. SO. Nihil utiq ptermittā/ quin talia quędā & tui simul & mei gratia dicam. Vereor tamē ne minus possim huiusmodi plurima dicere. Cęterū iam ad pmissa seruāda nobis accingere: ac nobis cōiter qd uirt⁹ sit exprime: nec ut fecisti hacten⁹: deinceps unū in multa discerpas: quēadmodū dicaces aiunt/ mordētes eos: q aliqd semp in multa disp tiunt: sed dimictēs eā integrā atq sanari/ dic tandē quid uirtus sit. exēpla uero loquēdi a me accepisti. ME. Videt mihi o Socrates uirt⁹ eē/ ut pœta īquit/ gaudere honestis ac posse. Atq ego idipsum uirtutē uoco: honesta quidē appetere: eaq cōsequi posse. SO. Num honesta cupiētē/ bona cupe dicis? ME. Omnino. SO. Nunqd ita loqueris quasi sint nōnulli: qui bona cupiāt/ qdā uero qui mala? ME. Immo. SO. Non oēs igitur o optime uir bona tibi appetere uident. ME. Mihi nequaq̄. SO. Quidam itaq mala? ME. Ita. SO. An ita dicis/ quasi quę mala sint/ bona esse opinētur? aut ēt noscētes q mala sint/ nihilominus illa cupiant? ME. Vtrūq aio. SO. An censes aliquē cognoscentē mala q mala sint illa tamē appetere? ME. Arbitror. SO. Quid aūt exoptare hūc dicis: nū hęc sibi adesse? ME. Adesse sane: nam quid aliud optet? SO. Vtrum qui mala desiderat/ mala esse cognoscēs/ iuuare illa cum adsint/ existimat? an unūquodq potius sua pręsentia lędere? ME. Sunt certe q mala prodesse putēt nec desunt/ qui obesse cognoscant. SO. Vident tibi mala nosse q mala sint/ qui mala pdesse cuiq̄ opinantur? ME. Haud sane id mihi uidetur. SO. Ex iis igitur patet eos nō appetere mala: qui illa minime norint/ sed illa potius: quę bona eē putauerint: cum tamē mala sint. Quapropter ignorantes illa/ bonaq existimātes/ perspicuum ē bona potius exoptare. An nō? ME. Sic isti se habere uidetur. SO. At uero qui mala quidē affectant/ ut ipse inquis/ eaq cuicūq accidunt/ obesse cēsent/ noscūt ne q illoꝝ presentia lędent? ME. Necessario sequit. SO. Quid uero lęsos hoies: nōne isti miseros eē/ quatenus lęsi sunt/ opinant? ME. Hoc quoq necessariū. SO. Miseros aūt nōne infelices? ME. Reor equidē. SO. Est ne aliqs/ qui miser & infelix eē uelit. ME. Non uidet. SO. Nemo igit mala uult siqdē talis eē minime uelit. Nam quid aliud est eē miserum/ q̄ cupere mala/ in eaq incurrere? ME. Vera loqui uideris o Socrates: nemo eni uult mala. SO. Nōne pauloante dixisti uirtutē esse bona uelle/ ac posse? ME. Dixi equidē. SO. An nō ex eo quod dictū est: uoluntas quidē ipsa omnibus adest/ atq hac rōne nullus alio melior? ME. Apparet. SO. Ergo siquidē est alius alio melior: nec id fm ipsam uoluntatē/ sequitur ut secūdum ipsam potētiam sit melior? ME. Sequit. SO. Secūdum igitur rōnē tuam hoc est uirtus/ bonoꝝ cōparandoꝝ potestas. ME. Sic prorsus se habere uidetur/ ut nunc accipis. SO. Animaduertamus pohsta c/ utrū id uere asseras nec ne: forte enim bene loqueris: bona uēdicare posse/ uirtutē esse dicis? ME. Isthuc ipsum. SO. Bona uero nōne hæc uocas/ ceu sanitatē/ diuitias: aurūq & argentū plurimū possidere: honoribus pterea & magistratibus in re. p. fungi: num alia quędam pręter ista bona nūcupas? ME. Nequaq̄: sed omnia bona huiusmodi esse dico. SO. Eia aurū atq argētum acquirere uirtus est/ ut inquit Meno magni regis patrius hospes. Vtrū uero addis huic Lucro o Meno: iuste ac sancte lucrari? an nihil interest/ sed & si iniuste quis ista possidet/ nihilominus quęstum hmōi uirtutē uocas? ME. Nequaq̄ o Socrates: sed uitium. SO. Oino igit ut uidet huic possessioni: iustitię: uel temperātię: uel sanctitatis/ aut alterius uirtutis pſentia opus est. Alioquin uirtus minime erit: quis bona sibi uendicet? ME. Qui enim sine iis uirtus existat? SO. At nō cōparare aurum & argentū/ quando minime iustū sit/ aut sibi/ aut alteri: neq etiam uirtus est hęc egestas. ME. Videtur. SO. Nihilo magis igitur horum bonorū copia uirtus erit q̄ inopia. Verum ut uidetur/ quodcūq cum iustitia fit/ uirtus est: quod aūt absq illa: eiusq similibus/ prauitas. ME. Videtur mihi necessariū esse quod dicis. SO. Nonne unūquodq horum pauloante uirtutis partē esse diximus iustitiam & tēperantiam: cęteraq huiusmodi? ME. Diximus plane. SO. Siccine o Meno me deludis? ME. Quorsum hęc o Socrates. SO. Q m̄ cum te orassem: ne amplius uirtutē discerperes: & exēpla respondendi dedisse id tu neglexisti/ dicens: uirtutē esse: bona cum iustitia comparare posse: iustitiam uero uirtutis partē cōfessus es. ME. Sic est. SO. Nonne efficitur ex iis: quę iam concessisti/ uirtutē eē: agere cum parte uirtutis quicquid agitur. Iustitiam enim & huiusmodi singula uirtutis particulas cōfiteris. ME. Quid tum? SO. Quia cum rogassem/ ut totam ipsam uirtutem ostēderes/ quid ipsa sit: nullo modo explicuisti: oēm uero actionem quęcūq cum parte uirtutis fit/ uirtutem eē dixisti: quasi quid tota uirtus sit summatim prędixeris: atq ipse iam pceptúrus sim/ si tu eam in particulas diuidas. Eadem igitur quæstio rursus o Meno tibi suboritur: quid uirtus sit: siquidem omnis actio cum uirtutis parte sit uirtus. Id nāq tunc dicitur: cum omnis actio/ cum iustitia uirtus eē diffinitur. An nō eadem iterum quæstione opus esse uides? Num putas quēpiam uirtutis partē aliquam nosse/ qui totius naturam minime nouerit? ME. Non uidetur.

uidetur. SO. Si enim memineris quę in superioribus de figura tibi respondi/reiecimus utiq; re-
sponsionem illam quę per ea fit quibus ulteriori probatione opus est nec dum rata habentur. ME.
Et merito quidem reiecimus. SO. Neq; tu igitur o uir optime/cum quęritur: quid ipsa uniuersa-
lis: ac tota sit uirtus: secundum partes eius respondens eam quęrētibus patefacies: neq; aliud qcq̄
dum eodem modo respondeas/sed rursus eadem interrogatione opus erit: quid nam uirtus sit:
qua supposita ista dicis. Num aliquid tibi dicere uideor? ME. Mihi quidem probe loqui uideris.
SO. Responde itaq; iterum a principio: quid esse uirtutem & tu & amicus ille tuus asseritis. ME.
Audiueram equidem o Socrates anteq̄ te alloquerer/officium tuum nihil aliud esse q̄ dubitare &
aliis scrupulos dubitationum inicere. Et nunc quidem ut mihi uideris me pręstigiis? & ueneficiis
incantationibusq; perturbas: adeo ut ambiguitatis sim plenus. Ac mihi uideris omnino/si tamē
te iocando mordere aliquantulum decet: q̄similimus esse/tum forma/tum cæteris omnibus la-
tissimo illi pisci marino qui torpedo dicitur: ille siquidem hominem sibi propinquantem/atq; tan
gentem/stupidum reddit. Et tu quoq; nunc me stupefacis. Reuera enim & animū simul & os stu-
pidum habeo: hesitoq;: nec quid tibi respondeam inuenio: quamq̄ milies iam de uirtute permul
ta & aduersus q̄plurimos disputaui: & ut mihi uisus sum q̄ optime. At in pręsentia/nec etiam quid
ipsa sit uirtus proferre ullo pacto ualeo. Itaq; caute tibi consuluisse tē censeo/q; nunq̄ alio peregri-
naris. Nam si aduena in aliena urbe hæc ageres/utpote pręstigiator quidam/atq; ueneficus/sup-
plicio forsitan afficereris. SO. Callidus es o Meno: ac ferme nunc me decepisti. ME. Quamob-
rem o Socrates? SO. Aduerti iam quam ob causam imitatione quadam me depinxisti: quanam
alia de causa/nisi ut ipse quoq; te contra depingam? Viri enim honesto habitu prædití cum effin-
guntur/delectari solent illud quippe cōducit. honestorum enim honestę sunt & imagines. At ego
personam tuam minime effingam. Equidem si piscis ille stupidus ipse alios reddit stupidos/ei sum
persimilis: secus autem minime. Neq; ipse fœcundus/cæteros titubare compello: sed maxime
omnium ego dubitans/dubitare quoq; alios facio. Etenim in præsentia/quid uirtus sit/haud cer-
te noui: tu tamen forte priusq̄ mihi occurreres/noueras: nunc uero ignoranti mihi assimilis eua-
sisti. Verūtamen una tecum discutere hoc institui: quidue sit uirtus inuestigare. ME. At quo tra-
mite id inuestigabis o Socrates? quod quidem omnino quid sit ignoras? Quale enim tibi propo-
nens id quod ignoras inquires? Aut etiam si in illud incidas/quonam signo id quod ignorauetas
esse illud agnosces? SO. Intelligo quid uelis o Meno. At tu animaduertis ne quā litigiosam argu-
mentationem in medium aduxisti? q; uidelicet homo/neq; quod noscit/neq; quod ignorat inqui-
rit. Nam si noscit nulla inquisitione opus est. Sed neq; quod nescit inuestigat: non enim nouit quid
quęrat. ME. Nōne recte induci o Socrates hanc rationem existimas? SO. Nequaq̄. ME. Potes di-
cere cur tibi non placeat? SO. Possum. Id enim a uiris ac mulieribus diuinarū rerum peritis quā-
doq; percepi. ME. Quis istorꝝ sermo? SO. Verus: ut mihi uidetur atq; pręclarus. ME. Quis inquā
iste? & qui nam testantur? SO. qui hoc asserunt: religiosi uiri sunt/ac religiose etiam mulieres qui-
buscunq; cura extitit ut eorum quę profitentur rationem reddere possent. Tradit pręterea Pinda-
rus/& quicunq; ex poetis diuini sunt/talia quędam: quę aduerte quęso/num uera tibi uideantur:
ferunt enim hominis animū īmortalem esse: cumq; tum decedere/quod quidem mori uocāt/tum
iterum redire/interire uero nunq̄. Quam ob causam uitam quam sanctissime agere monent. Qui
cunq; enim pœnas antiquę miserię Proserpinę iam dederunt/iis illa ad supernum solem nono an-
no rursus animū reddit. Quousq; in reges gloria celeritate sapientiaq; pręstantes euadāt. Reliquū
autem tempus sancti hęroes inter homines uocantur. Cum ergo animus īmortalis sit/ac sępius in
hanc uitam redierit/uideritq; persępe & quę in hac: & quæ in alia uita sunt: omniaq; perceperit/ni
hil utiq; restat/quin ipse didicerit. Quāobrem nihil mirum est/si eorum quæ ad uirtutē & ad alia
pertinent/reminisci possit: quippe cum olim illa cognouerit. Cum enim tota natura cognata sit/
ac sibimet consona/& animus cuncta didicerit/nihil prohibet hominem unius cuiusdam remini-
scentem/quam disciplinam uocant/reliqua omnia recuperare: siquis adeo fortis sit/ut quęrendo
minime fatigetur. Quęrere igitur ac discere reminiscentia est. Quapropter litigiose illi argumen
tationi nequaq̄ credere decet: pigros enim nos quodāmodo redderet. Ea quoq; mollioribus ho-
minibus mirifice placet. Ratio autem nostra solertes rerum inuestigatores efficit: qua ipse utpote
uera fretus/una tecū quid sit uirtus/perscrutari desidero. ME. Immo o Socrates/sed nū absolute
id asseris nos minime discere? quā uero disciplinā uocamus reminiscentiā esse? potes ne hoc ita esse
me docere. SO. In superioribus quoq; o Meno te callidum esse dixi. Et nunc rogas utrum doce-
re te possim: cum ante nullam esse disciplinam/sed reminiscētiam asseruerim: ut e uestigio mihi ipsi
repugnare uidear. ME. Per Iouē o Socrates nō hoc aio/sed potius consuetudine quadā ita locutus
sum. Qđ si qua rōne illud mihi ostēdere potes/ośde obsecro. SO. haud quaq̄ facile ē: tui tñ gratia
explicare conabor. Verꝝ huc ad me unū aliquē istorꝝ q te sequūt/accerse: ut in eo demōstrationem
hāc experiamur. ME. Libēter: heus tu huc aduēta. SO. Gręcꝰ ne ē? & gręce loqt? ME. Et gręcꝰ ē: &
in domo mea genitꝰ atq; educatꝰ. SO. attēde igit nū illi memorē: an doceā? ME. attēdā certe. SO.


Relaxatio disputationis a moribus disputandi Socratis.

Menonis ambiguitas circa inquisitionē eius: quod ne scitur.

Pindari & diuinorꝝ poetarꝝ sñia de animę īmortalitate.

Quę disciplina secūdū illos.
Quę reminiscentia est.


Ostensio Socratis disciplinã eẽ reminiscentiã.




Dic age o puer cognoscis ne tale hoc spatium quadrãgulum esse. P V. Equidem. S O. Habet ne quadrangulus has omnes quattuor lineas ęquales? P V. Habet. S O. An non & istas que per mediũ protrahuntur / ęquales habet? P V. Et istas. SO. Nõne & maior & minor eẽ põt. P V. põt. S O. Si ergo sit hoc latus duorũ pedum / & istud quoq; duorum quot pedum totũ ipsum erit? Sic autẽ considera: si latus hoc duorũ esset pedum / illud uero unius / esset ne plusq̃ semel duorũ pedũ hoc spatiũ? P V. Semel. SO. Quoniã uero alterum quoq; latus / duorum pedum ẽ / num aliud q̃ bis duorũ pedum fit? P V. Istuc ipsum. S O. Duorũ ergo bis pedum efficit. P V. Ita. S O. Quot nam sunt bis duo pedes? computa. P V. Quattuor. SO. An non fieri posset spatium / aliud ad hoc duplum / habens similiter oẽs ęquales lineas quẽadmodũ istud habere uides? P V. Prorsus. S O. Quot pedũ erit. P V. Otto. SO. Age iam conare mihi dicere / qualis est quęlibet illius linea / huius siquidem duorũ pedum : linea uero illius dupli / qualis? P V. Patet o Socrates esse duplam. S O. Cernis o Meno : me nihil ex his docere / sed singula potius interrogare? Et nunc iste nosse se putat / qualis ea sit a qua spatium octo pedum cõficit. An nõ tibi uidet? M E. Mihi qdẽ. S O. Nouit igit? M E. Minĩe. S O. Putat aũt a dupla? M E. Ita. S O. Aspice deinceps hũc p ordinẽ ut oportet reminiscentẽ. Tu aũt dic amabo a dupla liea duplũ spatiũ nasci fateris? tale pfecto dico / q nõ hac lõgũ illa breue / sed equale undiq; quẽadmodum istud / duplũ uero isti? / octo pedũ / sed ĩspice an tibi adhuc a dupla fieri uideat. P V. Mihi plane. SO.



Nõne huius dupla hæc fit / si aliam ęqualem hic adiiciamus? P V. Prorsus. S O. Ab hac fore dicis octo pedum spatium? siquidem quattuor huic ęquales efficiantur? P V E R. Aio. S O. Describamus iterũ igit ab hac ęquales quattuor / aliud ne q̃ quod octo pedum uocas / suborietur? P V. Hoc ipsum. S O. Nonne in ipso sunt hæc quattuor / quorũ quodlibet isti quadrupedi ęquale est? P V. Certe S O. Quãtum itaq; fit? an non quater tantũ? P V. Quid ni? S O. Num duplum est id quod quater tantũ? P V. Non per Iouem. S O. At quotuplum? P V. Quaduplum. S O. A dupla ergo o Puer non duplũ sed quaduplum spatiũ pereat. P V. Vera loqueris. SO. Quater enim quattuor sex & decẽ cõplent nõne? P V. Sic ẽ. S O. Octo pedum aũt spatiũ a qua linea? nõne ab hac quaduplũ? P V. Fateor. S O. Quartum uero hoc ab hac dimidia. P V. Ita. S O. Age igitur octo pedũ nõne huius duplum est? illius uero dimidiũ. P V. Immo. SO. An nõ erit ergo a maiori linea q̃ hęc tanta & a minori q̃ illa tãta? P V. Mihi quidem uidetur. S O. Sic utiq; recte loqueris: quod enim tibi uidetur. id responde: ac mihi dicas. hęc ne duorum pedum / illa quattuor? P V. Ita. S O. Oportet itaq; octo pedum spatii lineã maiorem esse linea spatii bibedalis / minorem uero quadrupedalis linea. P V. Oportet. SO. Annittere ut nobis qualis sit dicas. P V E R. Tripedalis. S O C R A. Nõne si trepidalis est dimidium huius assumemus eritq; tripedalis. Duo namq; ii / is autem unus. & hinc eodem modo / duo quidem isti : iste autem unus : fitq; hoc quid ais spatium. P V E R. Ita. S O C R A.






Nõne si hęc trium est & illa trium totũ uti spatiũ ter triũ pedum conficitur. P V. Apparet. SO. Ter uero tres / quot pedes sunt? P V. Nouem. S O. Duplum aũt quot pedum esse supra oportuit? P V. Octo. S O. Nõ ergo a tripedali spatiũ octo pedũ exorit. P V. Nõ pfecto. SO. A qli igit conare nobis liqdo exprimere resq; nisi numerare uelis / saltẽ a q̃li demõstra. P V. Per Iouẽ o Socrates haud noui. S O. Aduertis iterũ o Meno quãtũ hic ad reminiscẽdũ pficiat. Nam ab ipso pricipio disputãdi nequaq̃ nouerat / q̃ sit octo pedũ spatii linea quẽdmodũ nec in pñtia noscit: uerũ tũc se nosse illã opinabat / & audacter nimiũ q̃si sciẽs rñdebat: nec deesse sibi qcq̃ putabat: nunc aũt egere se iã existimat / & ut ignorat / sic se ignorare fatet. M E. Vera dicis. S O. Nõne meli? nũc ad id qđ ignorat affect? ẽ? M E. hoc quoq; arbitror. S O. Cũ ergo ãbigere ipm cõpuleri & piscis illius more stupidũ feceri / nũ aliqd obfuit? M E. Nõ ut mihi vr. SO. Opeptiũ itaq; fecim? ad ueritatẽ inueniẽdã: nũc. n. utpote ignorãtię suę cõsci? libẽter & spõte pqrere. At nũc sine cõtrouersia & sępe & aduersus q̃plurios loq se recte arbitrabat: dũ spatiũ duplũ / duplã lõgitudie lineã hr̃e oportere pfiteret. M E. Videt. S O. Num censes ipm studuisse unq̃ id uel inuenire uel discere qđ cũ ignoraret / nosse rebat? priusq̃ in hãc ambiguitatẽ ĩcideret: qua & suã ignorãtiã re dephẽdit / & sciam appetere cepit. M E. Nequaq̃ o Socrates. S O. pfuit igit sibi stupor eiusmodi. M E. Vr. S O. cõsidera itaq; ex hac


Quum ignorantia ad dubitationẽ accesserit quis: tũc melius affectus est.

Ab istãtiis qs excitatur : ut ignorãtiã suã aduertat.

hac ambiguitate ꝙ iste una mecū inuestigās nihil me docēte:sed poti⁹ īterrogāte replet. Obserua obsecro diligēter num unq̄ docere hūc ac demōstrare illi quicq̄ uideat potius q̄ eiusmodi opinio/




nes singulas suscitari. Tu enī dic hoc ne spatiū quadrupedale est. Intellestin? PV. Equidē. So. Nū & hoc aliud equale isti apponere licet? PV. Licet. SO. Et tertiū istud utriq; istoꝝ ęquale. PV. Et istud. SO. Nonne hoc quod in angulo est cōplere licet. PV. prorsus. SO. Hęc inde ęqualia spatia quattuor nascerē tur? PV. Ita SO. Totū igit̄ hoc quotuplū ad istud efficit̄? PV. Quaduplum. SO. Oportebat autē duplū nobis cōtingere/nū recordaris? PV. Maxie. SO. Nōne hęc linea ab angulo in angulū aliquē porretta/in duo utrūq; spatiū di uidit? PV. Ita. SO. Ergo quattuor hę lineę ęq̄les fiūt/id spatiū cōprehenden tes? PV. Fiūt. SO. Cōsidera itaq; q̄le est id spatiū. PV. haud ītelligo. SO. Nō ne cū hęc quattuor sint/dimidiū cuiusq; linea quęq; secat intrinsecus? PV.



Seccat. SO. Quot igitur tanta in hoc sunt? PV. Quattuor. SO. Quot au tem ī isto? PV. duo. SO. An quattuor ad duo quotupla sunt. PV. Dupla? SO. hoc itaq; quot pedū fit? PVER. Otto. SO. A qua potissimum linea? PV. Ab hac. SO. ab eane:q̄ q̄ttuor pedū ē: an ab angulo ꝓtracta ī angu lū. PV. ab hac. SO. hāc uero diametrū sophistę nūcupāt:& si huic nomē ē diamett⁹ a diametro ut ipe ais o puer/duplū spatiū nasceret̄. PV. Pror sus o Socrates. SO. Quid tibi Meno uidet̄? rńdit ne hic unq̄ ex alterius q̄ sui ipsius opinione. ME. Nunq̄/sed ex ꝓpria semp. SO. Verūtn̄ haud no/ uit/ut pauloāte confessi sumus. ME. Vera loqueris. SO. Inerāt igit̄ huic opiniōes huiusmodi? ME. Inerant. SO. huic igit̄ ignoranti opiniones de iis que ignorat uere insunt. ME. Appet. SO. Nunc igit̄ huic opiniones tales quasi per somniū suscitatę sunt/ꝙ siqs īterroget hūc talia quędam sępe & multa/certo scias hūc ista/siqs alius nouit/ꝑfecte sciturū. ME. Videt̄. SO. Nōne ergo nemine pror sus docēte/sed interrogāte potius ista sciet/ex seipso scientiā ad se reuocās. ME. Sic est. SO. Resum mere uero scientiā in seipso/an non reminisci dicit̄? ME. Prorsus. SO. At uero scientiā quā hic nūc habet/aut accepit aliqñ/aut semp habuit. ME. Verū. SO. Et si habuit/semper sciens/semp extitit. sin qñq; percepit/hac in uita nequaq̄:nemo enim hūc geometrica docuit/cū in cęteris oibus quę/ cunq; uel ad geometriā uel ad alias disciplinas ptinent/hæc eadē sit facturus. Est ne aliquis a quo hic cuncta didicerit? Verisimile est te illū cognoscere/presertim cū penes te & natus & nutritus fue rit. ME. Noui equidē hunc neminē docuisse. SO. has ne opiniones habet? ME. Necessariū o Socra tes id appet. SO. Sin autē utpote in ꝑsenti uita minime adeptus/haud nouit/patet eum in alio quo/ dā tempore habuisse:atq; didicisse. ME. Apparet. SO. An nō tēpus iam fuit/cū nō dum homo hic erat? ME. Istuc ipsum. SO. Ergo si qñ tp̄s sit in quo homo non sit inerunt tamen ipsi opiniones ue rę:quę sciscitādo expergefactę/scientiæ fiūt certę per omne tēpus:hęc hominis animus sciet. nam omne per tp̄s/aut est/aut nō est homo. ME. Videt̄. SO. Nōne igit̄ si semp reꝝ oīum ueritas in aīo est/imortalis extitit? Quāobrē audacter & magna cū spe oportet/q̄ in ꝑsentia minime scimus/hoc ē minime recordamur/ut reminiscamur ingrere. ME. Bene mihi nescio qūo o Socrates loqui uide ris. SO. Mihi quoq; o Meno atq; cętera non admodum disputādo asseuerarē. ꝙ aūt dum putamus que quis ignorat:esse querenda potiores efficaciores q;/ac minus pigri sumus/q̄ si ignota nec inue/ stiganda esse nec inueniri posse arbitraremur/de hoc inq̄ si quomodo possem & uerbis/& ope de certarem. ME. hoc quoq; recte dicere uideris o Socra. SO. Vis ne igitur postq̄ cōfessi sumus igno ta perscrutari licere/quid uirtus sit/cōiter inuestigemus? ME. Quam maxime:gratius tn̄ mihi eēt audire prius/quod in principio disputationis interrogaui/utrum uirtuti incūbendum sit/quasi p doctrinā percipi possit/uel natura potius insit uel alio quopiā pacto hominibus adsit. SO. Atqui si tibi o Meno quēadmodū mihi ipsi īperarē/haud prius utrū doceat̄ necne:uirtus ꝑscrutaremur/q̄ qd ipsa sit indagassemus:postq̄ uero nec tu te tibi dominari cōtēdis ut liber uiuas/ac me ut tuo ar bitratu rńdeā obsecras/iā utiq; rńdebo. Vt igit̄ cōsiderādū eē q̄le sit ꝙ nōdū qd ē cognouimus. At tn̄ paulisp a ꝓposito tuo declina:idq; ex suppositiōe cōsiderare ꝑmitte utrū doctrina an uel alio pcō uirtus possideat̄. Ex suppositiōe āt sic dico/quēadmodū geometrę sępe discutiūt: postq̄ illos qspiā

Monstratur animus imortalis esse.

Quo pacto liceat disputare de re qualis sit qñ non cōpertū sit: quid sit.



interrogauit ueluti an possit in hunc circulum trigonus hic extēdi : ubi quis dixerit nondum se nosse an hoc huiusmodi sit uerum suppositionē arbitror talem conducere. Si enim est hoc spatium tale/ut ad positam eius lineā pro tendens ab eo deficiat quale ipsum Protensum est/aliud quiddā euenturum puto & aliud item si talia quędam pati nequeat/per suppositionem ergo di sputare decreui de iis que contingunt circa productionem illius in circulū aut si fieri possit aut non. Sic & nos de uirtute quoniam/nec quid/nec quale sit nouimus supponentes hoc/utrum doceri possit in hunc modum quęra

Spatiū triangulare hoc.

Hoc theorema discutitur in li. iiii. Euclidis pro positione secunda.

Nã𝔮 triãgulũ ęquãgulũ sim pliciter iſcri bi poſſe circu lo: ue𝔯 eſt: ęq latu𝔯 uero ñ ſimpliciter ē uerum.



mus. Si uirt⁹ ē aliqd co𝔯 q̃ circa aĩum uerſanť/aut doceri poterit/aut ñ. Prĩcipio. n. ſi aliud ē q̃ ſcĩa nũ doceri poterit an ñ: ul' poti⁹: ut mõ dixim⁹ mẽoria reuocari? nihil refert at apd nos utro noĩe utamur: ſed an doceri poterit? an id oĩb⁹ mãifeſtũ/q̃pter ſcĩam nihil hõ doceť. ME. Mihi ſane uť. SO. Si nãt ſcĩa q̃dã uirtus ē/doctrĩa pcipiť. ME. Quid ni? SO. ħ ergo q̃primũ expediť: nã ſi talis ſit/doceť: alr̃ uero neq̃q̃. ME. pſus. SO. poſt hac ĩueſtigãdũ cẽſeo utrũ uirtus ſcĩa: aut aliud quiddã ſit. ME. Mihi quoq̃ idẽ q̃rẽdũ eẽ uideť. SO. An uirtutẽ aliud q̃ bonũ eẽ dicimus? & hęc nobis poſitio ſtabilis pmanet/uirtutem ſcilicet eſſe bonũ? ME. Valde. SO. Siquidẽ eſt aliquod ſeorſum a ſcĩa bonũ/nõne uirtus forſitan ſcientia nulla erit? ſinautẽ nullum bonum eſt quin ſciẽtia cõprehendať/ſcientiã eſſe uirtutẽ ſuſpicantes/recte utiq̃ ſuſpicabimur. ME. Sunt hęc uera. SO. Quinetiã uirtute boni ſumus ME. ſumus. SO. Et ſi boni utiles/oĩa quippe bona/utilia. ME. Sic eſt. SO. Ergo & uirtus utile quiddã. ME. ex iis quę confeſſi ſumus/neceſſario ſequitur. SO. Conſideremus rurſus in ſingulis qualia ſint/quę nobis proſunt: ſanitas ne & robur/formaq̃ atq̃ diuitię cęteraq̃ huiuſmodi conferre dicũtur. ME. Ita. SO. Eadẽ hec aliquãdo nocere fatemur. An tu aliter ſentis. ME. Sic certe ſẽntio. SO. uide itaq̃ quo ducente hęc obſint/quoue proſint? nõne cũ rectus uſus pręeſt/iuuant/cõtra uero nocent. ME. Prorſus. SO. pterea que circa animũ uerſanť conſideremus. Tẽperantiã aliquid uocas & iuſtitiã/& fortitudinem docilitatẽq̃/& memoriã/& magnificentiã/& huiuſmodi reliqua. ME. Eq̃dem. SO. Aduerte quęſo quęcunq̃ ex iis ſcientię nequaq̃ eſſe uideнť/ſed aliud quiddã pręter ſcientiam/nonne interdum iuuant/aliquando lędunt? ueluti fortitudo remota prudentia: num fortitudo aliud eſt q̃ audacia quędã/& quãdo cũ ratiõe uir audet/iuuať: cũ abſq̃ rõne lęditur. ME. Sic eſt SO. Tẽperãtia quoq̃ & docilitas eodẽ mõ/cũ rõne quidẽ pcepta atq̃ cõdita emolumẽto ſunt/contra autẽ detrimẽto. ME. Quã maxime. SO. ut ergo ſũmatim dicã/oẽs aĩæ impetus. atq̃ oẽs declinationes ducẽte prudẽtia ad beatitudinẽ tẽdunt/imprudẽtia uero ad cõtrariũ. ME. Videtur. SO. Quapp ſi uirtus aliqd eſt eo𝔯 q̃ conſiſtunt in aĩo neceſſarioq̃ utilis eſt/prudẽtiã hãc eſſe oportet: quippe cũ oĩa quæ ſunt circa aĩum ipſa quidẽ ſecũdũ ſeipſa nec cõferẽtia neq̃ noxia ſint. Adiuncta uero prudẽtia uel ĩprudentia ſtatim aut utilia/aut noxia fiãt. hac itaq̃ rõne uirtutẽ cũ maxime omniũ cõferat/prudẽtiã quãdã eſſe cõcludiť. ME. Mihi ſane uideť. SO. Quinẽt in aliis q̃ mõ dicebamus: opulentiã atq̃ ſimilia tũ utilia eſſe/tũ noxia: nõne quẽadmodũ prudẽtia cęteris animi uiribus & officiis pſidens/utilia reddit: imprudentia uero cõtraria/ſic & illis animus recte utẽs/atq̃ ducens bona efficit/nõ recte aũt mala? ME. Prorſus. SO. Recte autẽ ducit aĩus prudẽs/ĩprudens aberrat. ME. Sunt hęc uera. SO. Quãobrẽ oĩno aſſerẽdũ eſt cætera qdẽ hũa oĩa referri ad animũ/& q̃ ĩ aĩo ſunt/ad prudẽtiã/ſi mõ bona futura ſunt: eaq̃ rõne prudẽtia ipm cõferẽs erit/uirtutẽ uero cõferre pdiximus. ME. Oĩno. SO. Ergo prudẽtiã uirtutẽ/aut uniuerſum/aut ptẽ aliquam cõfitemur. ME. Recte mihi hæc oĩa dici uideнť. SO. Nõne ſi hæc ita ſe hẽnt haud natura boni homines erũt. ME. haud mihi uideнť. SO. Id pterea cõtingeret/ſi natura boni fierẽt. Adeẽnt pfecto nobis q filios noſtros natura bonos dinoſcerẽt/eoſq̃ nos illo𝔯 ĩditiis ſeligẽtes/ĩ arce q̃dã cõſeruaremus: illos multo magiſq̃ au𝔯 obſignãtes/neq̃ corrumpet: ſed poſtq̃ adoleuerint/utiles eẽnt in rẽ. p. ciues. ME. Cõſentaneũ ħ o Socrates. SO. Cũ uero natura boni minime ſint: nũ forſitã diſciplina? ME. Neceſſariũ id appet. Ac ſecũdũ poſitionẽ noſtrã ſequiť/ut ſi ſcĩa uirtus eſt/doctrina pcipiať. SO. Forte p iouẽ uereor tñ ne id temere cõfeſſi fuerimus. ME. In ſupioribus plane id recte dici uiſum eſt. SO. At nõ in pterito ſolũ/ſed in pſenti ẽt & futuro tpe tale uideri debet/ſiquid ĩ eo ſinceri futu𝔯 ẽ. ME. Quid nã ĩpedimẽti eſt? ad qd potiſſimũ reſpiciẽs ſuſpicaris ac diffidis/ne forte uirtus ſcĩa minime ſit? SO. Dicã tibi o Meno: uirtutẽ quidẽ doceri poſſe/ſiquidẽ ſcĩa eſt/nequaq̃ reiicio/q̃ſi min⁹ recte ſit dictũ. Quod uero ſcĩa ſit: uide an iure diffidã. Age id mihi rñde. Siquid doceri põt: nõ de uirtute ſolum ſed quolibet alio loquor/an nõ illius pceptores diſcipuloſq̃ eſſe aliquos neceſſe eſt ME. Mihi quidẽ uideť. SO. An cõtra cuius nõ doctores extãt: nec auditores ſi id doceri nõ poſſe cõiiciamus/nõne pbabiliter cõiectabimus? ME. Sic eſt: ſed num uirtutis pceptores nullos eſſe cẽſes? SO. Sæpenumero ſiqui huius magiſtri eſſent oĩ ſtudio ĩueſtigaui: nõ unq̃ inueni: & ſi una cum cæteris pluribus/atq̃ iis ut uidebať/huius facultatis peritis id q̃ſiui. Et nunc quidẽ oportune o ME. iſte iuxta nos aſſedit: quẽ ĩ quiſitiõis huius pticipẽ faciamus. Ac merito ad id ſocium adhibebimus: hic enĩ primum diuite & ſapiẽte patre Anthemione natus eſt: qui pfcõ nõ caſu quodã aut alicuius largitione opulentus euaſit/quẽadmodũ nup thebanus, Iſmenias Polycratis pecũias nactus: ſed prudentia ppria atq̃ uigilantia lucratus eſt. pterea nec ſupbus ciuis neq̃ inflatus aut difficilis/ue𝔯 modeſtus & frugi faciliſq̃ uir extitit. Deĩde hunc bene educauit erudiuitq̃: cuius rei teſtis eſt oĩs atheníenſis populus/qui eum ad ſummos eligit magiſtratus. par eſt una cum hmõi uiris/an ſint aliqui uirtutis magiſtri/& qui ſint/paſſim inueſtigare. Ergo age o Anyte/quære mecũ/unaq̃ cum hoſpite tuo Menone/qui nã huius rei præceptores ſint: & in hunc modum cõſidera. ſi uellemus menonem hunc optimum fieri medicum/ad quos potiſſimum doctores perduceremus? nõne ad medicos?

An virtus doctrina cõparetur: q̃ritur ac primo oſtẽditur cõparari qua ſcĩa eſſe creditur. nec ẽt natura cõ ſiſtere.

Merita prudẽtiæ & imprudentiæ.

Prudẽtiã. aut virtutẽ totã: aut ptẽ virtutis eſſe.

Cõtrariũ oſtẽditur vt virtutẽ ñ doctrĩa cõparari: q ñ ſit ſcĩa ac p ſigna q̃dã indicatur non eſſe ſcientia.

Non eſſe pceptores virtutis tradende oſtenditur.

cos? ANY. prorsus. SO. Et si cerdoné optimũ euadere cupemus/an nõ ad cerdones? ANY. Ita. SO. Et in aliis eodé modo. ANY. Oĩno. SO. Sic iterũ de medicis mihi dicas/cũ diximus mittẽdũ hunc esse ad medicos si medicũ fore uelimus/an non id sentiebamus / ut sisti debeat apud eos dũtaxat: qui arté illã profitent/ac mercedé pro ea palã ab auditoribus capiũt/nõne huius ratio habenda est si modo illũ prudẽter locaturi simus? ANY. Sic est SO. Et de tibiarũ sono ac cęteris omnibus similiter iudicãdũ. Neq enim mediocris inscitia esset/dũ studeremus quépiã tibicinẽ fieri: cõmendare iis nolle qui facultaté hanc pollicent/mercedéq reportant/sed hoc onus illis imponere/qui nec doctrinã sibi uendicant: nec est apud illos ullus in hac arte discipulus : qua instrui hunc qué mittimus desideramus. An non pcul a rõne id esset. ANY. per ioué nõ modo absq rõne/uerũ ét dementia quedã. SO. probe loqueris. Nũc itaq licet tibi cõiter una mecum de hoc hospite tuo Menone deliberare: hic enim o Anyte iã pridé mihi dixit/se hãc sapientiã uirtutéq appetere : qua hoïes ciuitates & domos recte gubernanr/filiosq suos q̃optime educãt: ac ciues & hospites tũ admittere tũ dimittere sciũt: ut bono uiro dignũ est: meditare igit ad qué potissimũ huius comparãdę uirtutis gratia hunc mittere deceat. An ex his quę modo diximus patet: cõmittendũ his eé qui se docturos talia pollicent? seq palam cuiq gręcorũ discere uolẽti semp exponũt: huius disciplinę pręscriptũ pretiũ capientes. ANY. At quos dicis o Socrates? SO. Nosti quodãmodo & ipse hos esse qui publice sophistę uocant. ANY. Hercle bona uerba quęso o Socrates. Nullus cognatorũ: uel familiariũ uel amicorũ: aut ciuiũ/aut hospitũ in tantam insaniam incidat/ut istis adherens/inde pdat: eorũ quippe cõsuetudo mãifesta illorũ qui eos sectant: pestis est. SO. Cur ita dicis Anyte. nũ ii qui soli ex omni hominũ genere pdesse hominibus pfitent/tanto cęteris deteriores sunt/ut non modo nõ ~~inuenit~~ queadmodũ alii: quod ipsis traditũ sit/uerũ cõtra corrumpant: atq huius gratia uulgo mercedé exigant? Equidé nõ uideo qua ratione fidé tibi adhibeã. Noui enim uirum unum Protagorã qui plures ob hanc sapientiã pecunias cumulauit quã aut Phidias ille cuius tam perspicua pulchraq opera extãt: aut decé alii sculptores lucrati fuerint. ANY. Atqui absurdũ esset si qui calceos ueteres cõsuunt/uestesq resarciunt/latere nõ possent dies triginta/deteriores reddentes q̃ acceperint. SO. Cęterũ si talia facerent/breui fame perirẽt. Protagoras aũt uniuersam gręciã annos plusq̃ quadraginta decepit/dũ familiares peruerteret: deterioresq redderet q̃ accepisset. Nã reor illũ uita decessisse natũ annos pene septuaginta: q̃draginta uero in hac arte uersatũ. Ac p omne illud tps usq in hãc dié clarius extitit: neq Protagoras tm/sed alii quoq permulti/ptim priores illo/ptim ét nũc uitã agẽtes. Vtrũ fm orationé tuã dicemus eos cõscios decipere atq lędere iuuenes/an seipsos quoq latere/& ĩsanos hoc pacto illos eé/qui a nõnullis omniũ sapiẽtissimi iudicant? ANY. lõge abest/ut insanire dicant o Socrates: sed multomagis iuuenes. qui illis argentũ tradũt. Atq his ét deteriores sunt siqui illos quorũ ad se cura ptinet/iis cõmittãt. Oĩum postremo insanissime sunt res. p. q̃ illos excipiũt/neq expellũt/siue quis aduena seu ciuis hoc opus aggrediatur. SO. Nũ aliqs te sophistarũ o Anyte iniuria unq̃ affecit? uel quid illis ita succéses? ANY. Nulla mihi unq̃ cũ aliquo illorũ cõsuetudo fuit: neq meorũ aliqué illis uti pmitteré. SO. Nunq̃ ergo illorũ mores expertus es. ANY. Neq sim qd tũ? SO. Qua nã rõne dinosces bonũ ne an malũ sit cuius nullũ fecisti piculũ? ANY. Liquido istos noui q̃les sunt: siue exptus sim/siue nõ. SO. Vates forsitan es o Anyte: hoc. n. te alia rõne nouisse ex iis: q̃ modo dixisti: admodũ admirarer. Verũ nõ eos q̃rimus/ ad quos pfectus Meno ĩficiat/hi nãq si uis sophistę sint. Sed opé patrio feras amico ostẽde illi cui nã adherens eorũ qui tã amplã urbé colunt/eã quã narrauimus uirtuté adipiscet. ANY. cur ipse nõ ĩdicas? SO. At quos ego magistros existimauerã/in mediũ iã pduxi: uerũ secũdũ rõne tuã nihilo oĩno pfeci. Ac forte uera loqueris. Itaq tu quoq iã pté tuã huius muneris exple. Ostende ad qué atheniensium pficiscat. pfer cuius uis nomen. ANY. Quid opus est hominis unius nomé audire? quécũq atheniensiũ nactus fuerit ex bonis clarisq hominibus/melior illius familiaritate/si modo paruerit/euadet/q̃ cõsuetudine sophistarũ. SO. Vtrũ uero ii pclari boniq uiri ex seipsis nullo ĩstituente tales effecti sunt/eaq tñ docere alios possunt: licet ipi a nullo didicerint. ANY. A senioribus uiris praeclaris: atq bonis percepisse arbitror? An nõ tibi uident in hac ciuitate multi insignes & optimi homines extitisse? SO. Mihi quidé o Anyte esse hic uiros ciuilis administrationis pitos/ nec paucio res olim fuisse uidet. Sed nũ pceptores idonei uirtutis suę fuere? hoc enim est de quo nunc disserit nõ utrũ sint aut fuerint hic uiri boni/sed utrũ uirtus doceri possit: & ob hoc utrũ uiri boni siue superiores siue psentes uirtutem eã qua prediti sunt tradere alteri norint: an forte/nec tradi alteri/nec recipi uirtus possit. Id inq̃ est/quod dũdũ ego ac Meno inq̃rimus. Sic aũt ex ipsa tua oratione considera. Num Themistoclem uirum bonum fuisse fateris? ANY. Maxime omnium. SO. Et pceptorem bonũ uirtutis suę. siquis alius uirtutis magister sit/Themistoclem extitisse? ANY. Reor equidem dũmodo uoluisset. SO. Num censes ipsum noluisse alios quoq bonos fieri? filium suum praesertim? an putas inuidisse filio & de industria uirtutem ppriã minime cõmunicasse? Audistin Themistoclem filiũ suũ Cleophantum in equestri facultate strenuũ effecisse? adeo ut equis rectus insi

Carpuntur sophistę atq iterũ relaxatur disputatio.

inuenit—

Protagorã decuisse plusq̃ annos quadraginta.

ſteret:rectuſq; ex equo iacularet:cęteraq; ꝑmulta ſtupēda pficeret/ ꝗbus ille diligēter erudiri cura
uit ſapientēq; in ſingulis/ q̃ ꝑceptores erudiri callebāt/effecit:hęc a maioribus accepiſti? ANY. Au
diui. SO. nemo igit naturā filii utpote malā culpauerit. ANY. Nullus forte. SO. Quid uero ad hoc
audiſti ne ab aliquo ſeniore aut iuniore Cleophanū Themiſtoclis filiū bonū ac ſapientē in quibus
pater fuerat:extitiſſe? ANY. nunq̃. SO. Nū Themiſtoclē arbitramur alienis artibus imbuere filiū
uoluiſſe paterna uero uirtute nihilo uicinis ſuis pſtātiorē facere curauiſſe? ſiqdē doceri uirtus ullo
pacto poſſet? ANY. Forte p iouē minime. SO. Talis igit hic uirtutis magiſter fuit: quē ipſe unū ex
antiqs optimū aſſeris. Conſideremus iā & aliū Ariſtidē Lyſimachi filiū. nōne hūc quoq; bonū fuiſſe
cēſes? ANY. Et maxīe qdē. SO. An nō & iſte filiū ſuū Lyſimachū in oībus q̃ ꝑceptores ulli ꝓfiteren
tur:optime athenīēſiū oīum eruditū euadere uoluit? Nū quo uis alio meliorē uirū eū fecit? hūc &
enim allocutus es & qualis ſit optime noſti:ꝑterea ſi uis Periclē uirū magnopere ſapientē cōſidera.
duos ut te minime ꝑterit/filios educauit. Paralū & Xāthippū. ANY. Noui equidē. SO. Hos ut ipſe
noſti tū in eqſtri pitia tū in muſica tū ēt in certaminibus ꝑceteris athenienſibus īſtruxit. Ac deniq;
in nullo eoꝝ q̃ arte pcipiunt inferiores aliis eſſe uoluit bonos aūt uiros an nō fore cupiebat? uoluiſ-
ſe quidē exiſtimo ſed id doceri minime potuiſſe. Ne āt putes paucos ignobiliſſimoſq; athenienſiū
id aſſeq nō poſſe/aduerte iteꝝ ꝙ Thucydides duos filios educauit Meliſiā atq; Stephanū/ quos &
cętera diligenter edocuit/& paleſtrā in primis/ut ī ea athenienſes reliquos ſuparint. Vnū qdē Xā-
thię. Euodoro alteꝝ cōmendauit:hi uero in paleſtrę ludo cęteris oībus illis tpibus/ ꝑcellere puta-
bant nōne meminiſti? ANY. Audiui equidē. SO. Neq; uero iſte eū q̃ ſumptu maxīo diſcebant/ fi-
lios callere uoluerit/uirtutē ſolā quā abſq; pecuniis tradidiſſet:ſi mō doceri potuiſſet/aſſeq filios no
luiſſe putādus eſt. An forte Thucydides ignobilis erat:nec amici ſibi plurimi tā ciues q̃ comilito-
nes & ſocii aderāt? Quinimo & ampla familia ortus & ſumme cuiuſdā auctoritatis tū apud conci-
ues ſuos/tū ēt apud oēs gręcos erat. Ideoq; ſi p doctrinā cōparari bonitas potuiſſet/inueniſſet ſaltē
uel ciuē aliquem uel peregrinū/qui filios eius bonos efficeret ſi minus ipſi ad id docendū ocii a rei
p. negotiis ſupfuiſſet. Sed uide o amice Anyte. ne forte uirtus doceri nequeat? ANY. O Socrates
liberius q̃ decet/hoīes mihi uituperare uideris. Itaq; tibi conſulo ſi mō pere uis: ut tibi caueas: for/
te. n. alia in urbe lepe eſt/uel iniuria/uel beneficio ciues afficere:in hac aūt graue nimiū ac piculo-
ſum:neq; id te fugere arbitror. SO. O Meno anitus hic ſuccenſere mihi uidet: neq; id miror:pri/
mo. n. hos me uiros uitupare cēſet/deinde ſe unū ex iis arbitrat. Veꝝ hic ſiqñ didicerit quid ſit ho
minibus detrahere haud ulterius ſuccenſebit:in pſentia uero ignorat. At ipſe mihi dicas utꝝ apud
nos clari ac boni uiri ſint. ME. Sunt certe. SO. Volūt ne iſti iuuenibus ſeipōs ꝑceptores exponere?
atq; id pfiteri? uel uirtutē doceri poſſe fatent. ME. Nō p iouē o Socrates:ſed interdū ab illis doceri
poſſe uirtutē/alias nō poſſe audies. SO. An hos dicimus huius rei magiſtros/īter quos nōdū id cō
uenit? ME. Nequaq̃ mihi uidet o Socrates. SO. Quid uero/nū ſophiſtas ſiqdē ii ſoli id pdicant/ma
giſtros uirtutis exiſtimas? ME. Gorgiā ī hoc uehementer admiror & amo/ꝙ nūq̃ illū hoc pollicētē
audias. Immo & alios ridet/quotiēs polliceri ſentit:putat aūt hoc dūtaxat ꝓmittendū eſſe/ eloquē/
tes ſcilicet uehemēteſq; hoīes reddere. SO. Nō ergo ſophiſtę huius ꝑceptores eſſe tibi uidentur.
disciplinam aduersariorum tuorum: nisi plixitatem uererer. Quinetiam satis hęc sunt ad cętera quę ex iis sequũtur ostendenda. Tuę uero aliorũue atheniensium generatõis educatõis & disciplinę nulli ut ita dicam ppinquorum cura est/nisi forte amici id curent. Si aũt diuitias delitiasq; & uestium luxuriosum ornatũ unguentorũq; odores/ac ministrorum sequentiũ turbam aliãq; Persarũ mollitiẽ considerare uolueris/ipse tecum tui gratia erubesces/sentiens quãto sis illis inferior. Rursus si respicere uelis ad Lacedemoniorum temperantiã: modestiam: facilitatẽ: mansuetudinẽ: magnanimitatem: moderationẽ: compositionẽ: fortitudinem: constantiã: tollerantiam: uictorię cupiditatẽ: & amorem glorię/puerũ te in iis/oĩbus iudicabis. Si quid rursus opulentię tribuis/& in hoc putas aliqd esse/neq; hęc a nobis silentio prætereaẽ. Modo enim sentias ubi nam sis/& Lacedęmoniorum diuitias intuearis/cognosces pfecto nos ab illis longe admodum supari. Quicqd enim agrorum/aut sui/aut Messanię possident: nemo utiq; dubitaret/quin amplitudine & ubertate ac seruorum tam aliorum q̃ cleticorum frequentia & equorum prętereaaliorũq; pecorũ quę fert Messania copia nostros exuperet. Cęterũ hæc omnia in pñtia obmitto. Auri uero & argẽti apud Lacedęmonas copia tanta/quãtam ne uniuersa quidem reliqua Gręcia possidet. Multa enim iam sęcula inferẽ quidem illuc ex uniuersa Gręcia/sępe ẽt ex barbaris: efferẽ aũt nusq̃. Sed reuera queãdmodũ apud Esopum uulpes leoni dixit de ferarũ uestigiis/sic & nũmorum uestigia ingredientiũ Lacedęmonem trita quidem uidenẽ in puluere/egredientiũ uero nusq̃ apparent. Vnde cõiectare licet Lacedęmonios auri atq; argẽti grecorum omniũ esse ditissimos. Quinetiã rex illorum pecuniosissimus est. Ex iis enim maxima pars ad ipsum puenit. Tributũ prętere a regi pergrãde impendiẽ. Et res qdẽ Lacedęmoniorum quo ad reliquos Gręcos ample/quoad uero Persas regesq; Persarũ: angustę. Retulit quippe nobis uir quidã grauis unus ex iis: qui ad persarũ regẽ pfecti erant/se qñq; integrũ pene diẽ latã ac fertilã pagrasse puinciam/quã incolę uxoris regię zonam appellant. Esse quoq; aliam noĩe calyptram.i. hornatũ capitis muliebrẽ atq; ita multas alias regiões pulchras ac fertiles ad ornatũ reginę referri/noĩaq; singulis locis a singulis hornamẽtis imposita. Quãobrẽ opinor siquis diceret Amistridi Xersis q̃dem uxori regis aũt matri/Dinomaches filiũ in animo habere cũ suo pugnare/cũ Dinomachi hornatus adsit forte qnquaginta minarũ: filio uero agri plethra in Erchiasis minus q̃ trecẽta: eã admiraturã qua re fretus Alcibiades audeat cũ Artaxerse pugnare. Reorq; illam arbitraturã hũc uirũ in nulla alia re nisi diligẽtia sapientiaq; confisum id aggredi: hęc quippe sola apud grecos ęstimatione digna existere. Quod si forte audiret Alcibiadem istũ certamẽ tm̃ inire: primo quidẽ nondũ integros uiginti annos natũ/deinde oĩno indoctũ/nec amico suo obedientẽ dicenti prius discẽdũ exercendũq;/q̃ tantũ regẽ inuadat/arbitror illã admiratione cõcitam interrogaturã quid nam sit quo adolescẽs iste cõfidat. Cui si respõderem⁹: pulchritudĩe: pceritate: nobilitate: diuitiis: animo te fidere/nos o Alcibiades insanire putaret: hæc apud suos oĩa potiora conspiciens. Eodẽq; modo Lampidonem Leotychidę filiã: Archidami uero uxorẽ. Agidis aũt matrem/qui oẽs reges extitere miraturã eũ norit: qualia circa se sunt/te tam male instructũ filio suo nõ dubitare bellum indicere. Atqui nõne turpe uideẽ/si hostium mulieres rectius de nobis sentiunt/q̃ nosipsi: queãdmodũ contra illos nosipsos accingere debeamus? Cęterũ o beate mihi parens/& illi qđ in Delphis est/epigrãmati/nosce teipm: qm̃ ii sunt aduersarii nostri/nõ quos ipse rebaris/quos qdem nulla re alia/nisi industria & arte superare possum⁹. Quibus pfecto si inferior fueris/gloria quoq; apud grecos & barbaros tibi decrit: quã sic ardẽter uideris appetere/ut nemo unq̃ aliqd ardentius cõcupiuerit. AL. Quã igiẽ curã adhibendã censes o Socrates? An potes ostẽdere? Mihi.n. supra quã dici possit/uera dixisse uideris. SO. Possum qdẽ/uerũ cõi cõsilio opus est q̃ rõne quã optimi efficiamur. Ego.n. nõ te tantũ uerõ ẽt me disciplina ĩdigere dico. Nã unũ solũ est/quo a te differo. AL. Quid? SO. Curator meus melior est & sapiẽtior q̃ tuus Pericles. AL. Quis hic o Socrates. SO. Deus o Alcibiades/qui me uetuit añ hũc diẽ tecũ disserere: cui credens: assero te p nullũ aliũ nisi p me claritatẽ cõsecuturũ. AL. Iocaris o Socrates. SO. forsitã/uera tñ loquor/q; ambo curatõe ĩdigem⁹: ĩmo hoĩes uniuersi: cęterũ nos q̃plurimũ. AL. Q đ qdẽ ego ĩdigeã haud quaq̃ mentiris. SO. Neq; ẽt q; ego ipse. AL. Quid igitur agendum? SO. Nec hęsitandum/neq; etiam mollitie indulgendum est o amice. AL. Nõ decet o Socrates. So. nõ certe: sed simul cõsiderãdũ. Verũ dic mihi/an optimi eẽ uolum⁹. AL. Certe. SO. In q̃ facultate? AL. Qua uidelicet uiri bõi. SO. Qua nã in re boni. AL. In reb⁹ agẽdis. SO. In qb⁹? nũ in equestri negocio? AL. Nõ. SO. Ad equestres enĩ irem⁹. AL. pfecto. SO. Nũquid ĩ nauis gubernatõe dicebat. AL. Nequaq̃. SO. Ad nautas enĩ irem⁹. AL. iremus. SO. In quo ergo negocio? & quorum hoĩum offõ. AL. In iis q̃ clari boniq; Atheniẽsiũ uiri agũt. SO. Claros ac bonos prudentes ne an ĩprudentes appellas? AL. prudentes. SO. In quo unusq̃sq; prudens: in eodẽ bonus. AL. certe. SO. Imprudens aũt malus? AL. Malus. SO. Calceorum sutor prudens ad calceorũ opus? AL. prsus. SO. bonus ergo ad hęc? AL. bonus. SO. Quid uero in uestibus cõficiendis: nõne credo hic imprudens. AL. ita. SO. Malus ergo ad hęc? AL. Ita. SO. idem ita p secũdum hanc rationem bonus atq; malus erit. AL. Videtur. SO. An dicis uiros bonos malos etiam esse? AL.

Lacedęmoniorum laudes:

Esopi fabula.

Prouintię appellatę ab hornamẽtis membrorũ reginę.

omnes homines curatione egere.

In quo qui sq̃ prudens in eodem bonus.

Nequaq̃.SO.Quos tandem bonos uocas? AL.Eos qui in ciuitate pręesse possunt.SO.Nõ tamen equis.AL.nõ certe.SO.At hoĩbus.AL.hoĩbus.SO.Num hoĩbus ęgrotãtibus? AL.Nõ.SO.An forte nauigãtibus? AL.Non iis dico.SO.Metẽtibus ne? AL.Neq; his.SO.Aliqd ne uel nihil faciẽtibus? AL.Faciẽtibus.SO.Quid tandẽ facientibus id mihi declara.AL.Cõmertia inq̃ agentibus/ atq; inuicem mutuo se utẽtibus/queãdmodũ nos in ciuitatibus uitã agimus.SO.Nunqd imperare eos dicis hoĩbus/qui hoĩbus utunť? AL.Aio.SO.An gubernatoribus qui remigibus utuntur? AL.Non.SO.Hęc enim gubernatorię facultatis uirtus est.AL.Est.SO.Fortasse imperare dicebas tibicinibus:qui canẽtibus pręsunt:choreisq; utunť.AL.neq; his.SO.Hoc nãq; ad facultatem chori magistrã ptinet.AL.Oĩno.SO.Quid deniq; uocas imperare posse hoĩbus/ qui utuntur hominibus? AL.pręesse hoĩbus cõmunicãtibus inuicem in rei.p.administratõe:atq; cõmertiis.SO. Quę nam hęc ars est? queãdmodum si te iterũ interrogarẽ / quę facultas efficit ut pẽsse sciamus in nauigatõe cõmunicãtibus.AL.Gubernatoria.SO.Cõmunicãtibus aũt in cantu/ ut pauloante dicebatur/quę scĩa pẽsse docet? AL.Quã tu nup aiebas chori disciplina.SO.In re.p. uero cõicãtib⁹: quã sciam uocas? AL.Bonũ cõsiliuni o Socrates.SO.Num tibi uideť gubernatorų ars carere consilio? AL.Minime.SO.Est ipsa quoq; bonũ cõsilium? AL.Mihi sane uideť.SO.Ad nauigantiũ salutem.AL.Rectę loqueris.SO.Quod uero bonũ consiliũ uocas ad quidnam spectat? AL.Ad meliorem ciuitatis institutionẽ eiusq; salutẽ.SO.Qua nam re pñte uel absente melius disponiť atq; seruatur? Ceu si ipse me rogares/quo pñte aut absente bene se habẽt corpora:respõderem utiq; sanitate pñte:morboq; remoto.Idẽ & tu existimas? AL.idẽ.SO.Quod si idem quęras de oculis eadẽ rõne rñspõdebo/pulsa cęcitate:adhibito uisu.Et aures curari fugata surditate/admoto uero auditu.AL.Recte.SO.Ciuitas aũt quo remoto:quoue adhibito melior fit/ac melius ĩstituiť.AL.mihi quidẽ uideť o Socrates:qñ amicitia est inter ciues:odia uero & seditiones absunt.SO.amicitiã uocas consensionẽ? an dissensionem? AL.Consensionẽ.SO.Per quam artem ciuitates circa numeros consentiunt.AL.per arithmeticã.SO.priuati uero/an nõ ꝓpter eandẽ.AL.Nempe.SO.Et unusquisq; secum ipse? AL.Certe.SO.Per quã artem quisq; secum ipe cõsentit de palmo & cubito uter quid ex iis maior sit? nõne per metiendi peritiam.AL.Quid ni? SO.Nonne etiã priuati inuicẽ atq; ciuitates.AL.Immo.SO.Et de ponderibus eodẽ pacto.AL.Adsentior.SO.Cõsensio igitur / quã dicebas/quę nam est? circa quid? quæ ars illam pstat? Etenim ista cõsensio talis ẽ ut insit rei publicę & priuato unicuiq; ad seipm & ad alios.AL.Consentaneũ.SO.Quę igiť est? ne pigeat respõdere: at prompte enarra.AL.reor equidem esse amicitiam & consensionẽ qua pater ac mater filium / & frater fratrẽ & uxor uirum amãtes cõsentiunt.SO.Putas ne o Alcibiades uirũ cum uxore circa lanificum conuenire/imperitũ cum perita.AL.nequaq̃.SO.Neq; oportet quidem.muliebris enim hęc disciplina est.AL.Profecto.SO.Quid uero mulier cum uiro circa opus militare cõueniet? cũ id haud quaq̃ didicerit.AL.Minime.SO.Virile enim id rursus esse diceres.AL.Equidem.SO. Sunt ergo disciplinę quædam mulierũ/quędam uirorũ secũdum orationẽ tuã.AL.Quid ni? SO. In iis itaq; mulieribus cũ uiris cõsensus ẽ nullus.AL.Nullus.SO.Neq; amicitia igiť/siquidẽ amicitia consensio quædam est.AL.non uideť.SO.Ideoq; quatenus mulieres officia sua exercent/ non amãtur a uiris.AL.Non apparet.SO.neq; uiri etiã a mulieribus/dum uirilia tractant.AL.nõ.SO. Non ergo tunc optime ciuitates instituũtur/cum singuli operibus suis incumbunt.AL.Ego tamẽ id o Socrates arbitror.SO.Quomodo hoc ais amicitia sublata/qua pręsente confessi sumus bene constitui ciuitates/aliter uero cõtra? AL.Atqui mihi uidetur ob hoc inter homines consistere amicitiam/ꝙ quisq; suũ officium exequatur.SO.Non tamẽ id pauloante dicebas/nunc aũt quo pacto rursus ais cõsensione adhibita amicitiã fieri? an põt circa hęc cõsensns existere/quorų ii quidem periti/ ii uero imperiti sunt.AL.Fieri nõ potest.SO.Iusta ne an iniusta faciunt/ cum singuli quę ad se attinent executur.AL.Iusta pfecto.SO.Iuste igitur agentibus ciuibus in ciuitate nõ est amicitia. AL.Necessariũ hoc itidem uideť o Socrates.SO.Quã itaq; dicis amicitiã siue consensionẽ/circa quã nos sapiẽtes & cõsultores eẽ oportet/ut boni uiri simus.neq;.n.pcipere possum quęnã sit / aut in quibus existat cũ ex orõne tua iterdũ in eisdẽ inesse/ nõnunq̃ ab eisdẽ abesse uideať.AL.p deos o Socrates neq; ipse quidẽ quid dicã ĩtelligo:uideorq; iamdiu me ipm latuisse/cũ me turpissime habeã.SO.Cõfidere decet.nã si hoc demũ aĩaduertisses annos quĩquaginta natus/arduũ sane foret: teipm curare.nũc uero in ea es ętate:in qua id aduertere decet.AL.Quid igiť hoc aduertentẽ facere oportet? SO.Rñde ad ea quę interrogabo te Alcibiades.Quod si feceris/ ac Deus uoluerit: siquꝑ mõ fides meis ẽ uaticiniis adhibẽda/tu simul & ego melius nos hẽbimus.AL.Ita erit quo ad me rñdentẽ attinet.SO.age quid ẽ seipm curare/ne sępe nos ipsos lateamus/ nõ curãtes nosmet: cũ id agere opinemur.Et qñ id hõ agit? num quotiẽs suorų/totiens & sui curã habet.AL.Mihi quidem uideť.SO.quid? num pedes tunc quis curat/cum eorų quę pedum sunt/ sibi cura est? AL.non intelligo.SO.Dicis ne eẽ aliquid ipsius manus queãdmodũ anulus ẽ? AL.Dico equidẽ.SO.num alterius mẽbri q̃ digiti anulum eẽ censes.AL.Minime.SO.Et pedis calceum eodem modo? AL.

Quid sit seipsum quęq̃ curare.

Nam aggreditur hinc docere:quę sit natura hoĩs:quã ministrauerit hactenus q̃ & in quibus nõ esset.

Ita

Ita.SO.Cum calceoꝝ curã habemus/tũc pedum nobis curã ẽ? AL.haud satis te teneo o Socrates.
SO.qd uero o Alcibiades uocas ne aliqd rectã alicuius curationẽ? AL.Voco.SO.an nõ cũ qd me- q̃ sit nr̃a curatio
lius fit:tũc eius rectã curationẽ eẽ dicis.AL.Dico.SO.q̃ ars calceos meliores efficit? AL.Cerdoni
ca.SO.Cerdonica igiť calceoꝝ curã habemus.AL.hac ipsa.SO.nũqd & pedes ẽt cerdonica? uel
ipsa poti⁹/q̃ pedes reddim⁹ meliores? AL.Illa.SO.pedes aũt meliores nõne qua & reliquũ corp⁹?
AL.Videť.SO.Hęc nõne gymnastica.AL.Maxĩe.SO.Ergo gymnastica pedes curam⁹/cerdoni-
ca uero illa q̃ pedũ sunt.AL.ꝓrsus.SO.Et gymnastica quoq; man⁹:anularia uero illa q̃ sũt manuũ
AL.Sic ẽ.SO.Et gymnastica corp⁹/textoria aũt & aliis facultatib⁹ ea q̃ corpis sunt. AL.Oĩo.SO.
Alia igiť arte unũquodq; alia q̃ illius sunt/curam⁹.AL.Videť.SO.Nõ ergo cũ sua qs/tũc ẽt se cu-
rat.AL.Nullo pacto.SO.nõ.n.eadẽ ars ut uideť q̃ nos & q̃ nr̃a curat.AL.Nõ appet.SO.age itaq;
quanã arte nosipsos curare possum⁹? AL.nõ habeo qd dicã.SO.At hoc tñ inter nos cõuenit:ꝙ nõ
qua nostroꝝ aliqd melius efficim⁹/nos curam⁹:uerũ qua nosipsos ad meliorẽ frugẽ ducimus.AL.
Vera narras.SO.Nosse ne unq̃ possem⁹ q̃ ars meliorẽ facit calceũ nisi calceũ ipm̃ nouerim⁹.AL.
Fieri neqt.SO.Neq; ẽt q̃ annulũ efficit meliorẽ ignorãtes ãnulũ.AL.Veꝝ.SO.Sciem⁹ne unq̃ qua
arte meliores euadam⁹/q̃ diu nosipsos ignorauerim⁹.AL.nunq̃.SO.Vtrũ facile quiddã sit seipm̃
cognoscere.ac ridiculus fuerit/qui tẽplo Apollinis id inscripsit/an potius arduũ quippiã/nec cu-
iusuis hoĩs opus.AL.Mihi quidẽ o Socrates/aliqñ uisum ẽ facile hoc & cuiusuis officiũ eẽ:nõnunq̃
uero oĩum difficillimũ.SO.sed siue facile hoc sit o Alcibiades siue difficile/nobis sane sic se habet
ut ipm̃ ĩtelligẽtes/ẽt qua rõne curãdi sum⁹/intelligam⁹.Ignorãtes uero cõtra.AL.Est ut dicis.SO.
Age quõ ipm̃ idẽ inueniem⁹? forte uero sic quid sim⁹ ipsi ĩueniri poterim⁹.At hoc ignorãtes nũq̃.
AL.Recte loq̃ris.SO.Attẽde ergo p Deũ/cũ alio ne quã mecũ tu disputas? AL.Tecũ.SO.Et ego
nõne tecũ? AL.Et tu mecũ.SO.Socrates igiť ẽ q disputat? AL.Est.SO.Alcibiades uero qui audit.
AL.Ita ẽ.SO.Nõne sermone uel rõe Socrates disputat? AL.Quid ni? SO.Disputare aũt & sermo-
ne uel rõne uti idẽ quodãmõ uocas? AL.Idẽ.SO.Vtẽs aũt & quo utiť/nõne aliud? AL.Qũo dicis?
SO.Queãdmodũ credo ĩcidit quidẽ circulari & semicirculari organo atq; aliis instrumentis.AL. cercha
Est ut dicis.SO.Nõne aliud quiddã ẽ/qui diuidẽdo utiť:alia uero quib⁹ utiť? AL.Quid ni? SO.Itẽ
aliud citharedus/aliud quo citharam pulsat.AL.Aliud.SO.Hoc pauloante interrogabã/an utens Aliud esse id
& quo utiť/semp aliud eẽ uideať.AL.Videť.SO.Cerdonẽ ĩcidere dicim⁹ instrumentis tm̃/an etiã quod utitur:
manib⁹.AL.Et manib⁹.SO.Et iis ergo utiť.AL.Vtiť.SO.An nõ & oculis utẽs coria incidit? AL. & quo uti-
ꝓrsus.SO.utẽtẽ uero aliud quiddã ab iis quib⁹ utiť eẽ cõcessim⁹? AL.Cõcessimus.SO.Cerdo igiť tur.
& citharedus aliud quiddã sunt/q̃ oculi & manus quibus utunť.AL.Appet.SO.Nõne toto corpe
hõ utiť.AL.Penit⁹.SO.aliud utiq; utẽs/& quo utiť.AL.Sic ẽ.SO.hõ ergo ẽ a suo corpe aliud.AL. Homo ẽ aliud
Videť.SO.Quid ẽ igiť hõ? AL.Ignoro.SO.Scis esse id qđ corpe utiť.AL.scio.SO.Aliud ne utiť q̃ corp⁹ suũ.
ipo q̃ aĩa? AL.nil aliud.SO.An nõ ĩperãs? AL.ĩperãs.SO.Quinetiã neminẽ hoc aliter ęstimaturũ
puto.AL.Quid nã.SO.quin ex trib⁹/unũ aliquid hõ sit.AL.Ex quib⁹? SO.aut animã uidelicet/aut
corp⁹:aut totũ ipm̃ ex utrisq; cõpositũ.AL.Cur nõ? SO.Verũtñ id qđ ĩperat corpori hoĩem eẽ cõ
fessi sim⁹.AL.Cõfessi sum⁹.SO.Quid igiť hõ? Nũ sibiipsi corp⁹ ĩperat? AL.Nullo mõ.SO.subiicĩ
enĩ illud dixim⁹.AL.certe.SO.Nõ ẽ igiť hoc qđ q̃rim⁹.AL.Nõ ut uideť.SO.At utrũq; simul for
sitan corpi dominať/atq; id hõ ẽ? AL.forte.SO.Immo minĩe oĩum:nã altero illoꝝ nõ dominante:
nulla cõiectura ẽ/ut simul utrũq; domĩeť.AL.recte loq̃ris.SO.Cũ uero nec corp⁹ nec simul utrũq;
sit hõ/restat ut arbitror/aut nihil oĩo hoĩem eẽ/aut siquid ẽ/nihil aliud esse q̃ aĩam. AL.ꝓrsus.SO. Hoĩem non
Adhuc ne liquidi⁹ mõstrari tibi oportet/aĩam eẽ hoĩem? AL.Nõ p Iouẽ hec enĩ sufficere mihi ui- aliud esse q̃
denť.SO.Et si nõ in ĩtegrũ hęc discussa sunt/mediocriter tñ ĩducta in pñtia sufficiũt.Nã tũc demũ animã.
penit⁹ cõprehẽdemus/cũ ĩuenerim⁹ qđ nũc/quia latiorẽ speculationẽ requireret/ꝑtermisim⁹.AL.
Quid istud.SO.qđ pauloañ sic ẽ dictũ/ꝙ prius cõsiderãdũ sit ipm̃ idẽ/nũc uero ꝓ eo qđ quidẽ est
ipm̃ idẽ cõsiderauimus ipm̃ unũquodq; quid ẽ.Idq; forte sufficiet.Nihil.n.in nobisipsis principa-
lius eẽ q̃ aĩam dicere possem⁹.AL.Nõ certe.SO.Nõne decẽs ẽ ita putare/me.s.ac te cõspirare ĩui-
cem aĩa ad aĩam utẽtes sermonib⁹? AL.Et maxĩe quidẽ.SO.hoc itaq; erat qđ pauloañ dicebam⁹:
ꝙ Socrates cũ Alcibiade disputat orone utẽs nõ ad ꝑsonã tuã ut appet:sed ad Alcibiadẽ uerba di-
rigẽs:hoc aũt aĩa ẽ.AL.Mihi sane uideť.SO.Aĩam igiť nosse iubet:qui ꝑcipit nosce teipm̃.AL.Vi
deť.SO.Quicũq; igiť corpus cognoscit:sua quidẽ nõ seipm̃ nouit.AL.Sic ẽ.SO.atq; ideo nullus
medicus ut est medicus/neq; gymnasticus ut gymnasticus sese nouit.AL.Non ut uideť.SO.Mul-
to minus agricolę aliiq; opifices se cognoscunt:neq; enim se/neq; sua sed remotiora quędam secũ-
dum artes suas considerant:iis enim intendunt/quibus corpus curatur.AL.uera narras.SO.q̃re
si prudentia est seipsum cognoscere/nullus istoꝝ secũdum suam artem est prudens.AL.Nõ ut ui-
deť.SO.Ob hoc mechanicę artes istę:nõ aũt boni uiri disciplinę uidenť.AL.prorsus.SO.Nonne
rursus quicũq; corporis curam habet sua quidem nõ tñ seipsum curat? AL.Apparet.SO.at uero
cui pecunię curę sunt/nec se/nec sua/sed quę procul a suis sunt:curat.AL.Videtur.SO.Non ergo

suis indulget qui pecunias cumulat. AL. recte. SO. Quisq̃ etiã corpus Alcibiadis amauit unq̃ nõ Alcibiadẽ ipm/sed quę Alcibiadis essent: amauit. AL. Vera loqueris. SO. Qui uero te amat/ amat animũ. AL. Necessario seq ex rõne tua uidet. SO. Nõne tu i corpis amator/cũ primũ spẽs deflorescit: abiens deserit? AL. appet. SO. at uero q animũ tuũ diligit/nunq̃ deserit donec ad meliorẽ frugem pueniat. AL. Cõsentaneũ. SO. hanc ego ob cãm te minime desero uerũ in amicitia perseuero reliqs senescẽte corpe abeuntib⁹. AL. o q̃ bñ facis mi Socrates? ne in posterũ me deseras obsecro. SC. at enitere ut q̃pulcherrimus fias. AL. conabor. SC. Sic se tua res habet. nec fuit unq̃/nec est ut opinor Alcibiad is cliniç filii amator ullus p̃ter unũ & illum qdẽ amabilem/Socratẽ Sophronisci & Phenaretę filiũ. AL. Vera dicis. SO. Nõne dixisti me aliquãtulũ p̃uenisse/cũ te salutatũ uenissem? nam statuisse te ut prior me ipse cõueniẽs interrogares/quãobrẽ solus ego te nõ reliquerim. AL. sic erat. SO. Hęc p̃cludubio cã: qm̃ amator tui solus eram. cæteri uero tuoꝝ. Tua sane labunt̃ tpe. Tu autem nunc primũ florescis: ac deinceps quidẽ nisi ab Atheniensi populo corrũparis: ac turpior euadas nũq̃ te deseram. Id enim uehemẽter timeo. ne amator populi factus nobis corrumparis. Multi enim & ingenui qdem apud Athenienses id passi sunt. Nam bene p̃sonatus est magnanimi Erechthei populus sed illum nudatũ cõtueri oportet. adhibe igit̃ hãc quã dico cautionẽ. AL. Quã SO. Exue illum prius o beate ac disce quęcunq̃ scienda sunt: anteq̃ tractent̃ ciuilia ut rem publicã adęas ferens tecum alexipharmacũ. i. medicinã p̃hibentẽ mala: neqd aduersi aliquando patiaris. AL. Bene mihi dicere uideris o Socrates: uerũ conare iam nobis exponere qua rõne nosmetipsos curemus. SO. nõne satis iam a nobis in superiorib⁹ definitũ ẽ? Quid enim simus cõueniẽter supra cõclusimus. Timebamus enim ne in hoc decepti nosipsos forsitan lateremus. alicuius alterius nõ nostri curam habẽtes. AL. Est ut dicis. SO. deinde cõcessum est animę curã habendam sempq̃ ad ipsam respiciendum. AL. Manifestum est. SO. Corpoꝝ uero pecuniarũq̃ curam aliis relinquendam. AL. Quid ni? SO. Quonã igit̃ pacto ista p̃spicue nosceremus / postq̃ hoc ĩtellecto nos quoq̃ ipsos intelligemus? an forte per deos ipsam inscriptionẽ delphicã recte monentẽ: cuius supra mẽtionem fecimus nõdum intelleximus? AL. Quidnam aĩaduertens sic ais o Socrates? SO. Dicã tibi quid suspicor hãc inscriptionẽ nobis consulere. neq̃ uero passim eius exemplat: sed inuisu solum inueniri posse uidet̃. AL. Q̃uo id ais. SO. Contemplare tu quoq̃: si oculo nostro queadmodũ homini consuluisset. Vide teipsum q̃uo id admonuisse arbitraremur? nõne ut in illud inspiceret oculus: ex cuius intuitu seipsum uisurus esset? AL. Constat. SO. Consideremus itaq̃ in quid potissimũ intuentes/illud ipm̃ simul ac nos ipsos uideremus. AL. In specula/& alia huiusmodi. SO. Recte loqueris? sed oculo quo uidemus/an nõ inest hmõi qddam? AL. Valde. SO. Num aduertisti ꝙ facies hoĩs in oculũ intuẽtis in oppositi uisu relucet uelut in speculo/quã supremã uocamus pupillã simulachrũ inspiciẽtis existẽs? AL. Aduerti. SO. Oculus igit̃ ita demũ seipm cernit/cũ in oculum inspicit: in idq̃ p̃terea intẽdit: qd̃ oculi optimũ est: & quo oculus ipse uidet. AL. Apparet. SO. Si aũt in aliud quoddam hoĩs mẽbrũ respexerit/uel in quoduis aliud/p̃terq̃ in id cuius hoc ẽ simile haud quaq̃ seipm̃ p̃cipiet. AL. Verũ. SO. Oculus ergo cũ seipm̃ uisurus ẽ/in oculũ respicere debet: atq̃ in eũ oculi locũ/in quo uirtus est oculi. Is aũt uisus atq̃ pupillę acies est. AL. Sic est. SO. Eodem pacto & anima: o amice Alcibiades: Si seipsam noscere uult/in animã intuat̃/in eũq̃ p̃cipue locũ aĩę: in quo inest uirtus aĩę/sapiẽtia/& in aliud cuius hoc ẽ simile. AL. Mihi qdem uidet̃ o Socrates. SO. Num reperire possumus quippiam in aĩa diuinius illo circa quod intelligentia sapientiaq̃ uersat̃? AL. Nequaq̃. SO. Id igit̃ animę diuini simile est: in quod sane quis intuens: & omne diuinũ: Deum scilicet & sapientiã cernens/sic seipsum prorsus agnoscet. AL. Apparet. SC. Seipsum uero cognoscere/prudentiã esse cõcedimus. AL. prorsus. SO. Si aũt nec nos ipsos cognosceremus / nec prudẽtes essemus. possemus ne nostra seu mala/siue bona cognoscere? AL. quomõ hoc fieri posset o Socrates. SO. Impossibile tibi forte uidet̃ queq̃ nõ cognoscentẽ: Alcibiadem tamen quæ Alcibiadis sunt/ꝙ Alcibiadis sint cognoscere. AL. Impossibile per Iouem. SO. Nec nostra ꝙ nostra sint / nisi prius nosipsos. AL. Nullo mõ. SO. Si nostra ignoremus nec ea quæ nostroꝝ sunt ĩtelligemus. AL. Non ut uidetur. SC. Non igit̃ recte oĩno cõsensimus/cũ supra quosdã esse assereremus/qui se ignorantes/sua tñ dinoscerent. Atqui nec ea etiã quę suoꝝ: hęc enim cuncta dinoscere unius atq̃ eiusdẽ artis officiũ esse uidet̃: seipsum scilicet & quæ sua sunt/& quæ suoꝝ. AL. Videt̃. SO. Atqui sua ignorat/ignorat & aliena. AL. Cur nõ. SO. Nũ igit̃ si aliena/etiã quę ciuitatũ sunt ignorabit? AL. necesse est. SO. Nunq̃ ergo hic uir ciuilis esset. AL. Non certe. SO. Nec economicus etiã. AL. Neq̃ hoc. SO. Nec qd̃ agit/intelliget. AL. Minime. SO. ignorãs autem nõne errabit? AL. Maxime. SO. Qui aberrat/an nõ male aget & priuatim & publice? AL. Quid ni? SO. Male agens nõne miser? AL. Et maxime quidẽ. SO. Enimuero & ii quibus cũ hęc agit. AL. Et hi quoq̃. SO. Nemo itaq̃ felix esse põt nisi sapiens bonusq̃ sit. AL. Nemo. SO. Sequitur ut mali homines: miseri sint: AL. Apprime. SO. Non ergo qui diues sit/sed qui prudens/miseriã uitat. AL. Videtur. SO. Quãobrem nec menib⁹ nec nauib⁹ triremibusq̃ atq̃ naualib⁹: o Alcibiades nec multitudine nec amplitudĩe sine uirtute

Explicatio delphicę in scriptõis nosce te ipsum.

Nemo felix nisi sapiens mali sunt miseri.

tute ciuitas ad felicitatē indiget. Al. nō profecto. SO. Si recte ciuitatem gubernaturus es/ uirtute imbuendi sunt ciues. Al. Quid ni? SO. Num dare qs p̄t aliis/quod ip̄e nō habet? Al. at quo modo? SO. Ergo uirtute prius ornatus ipse debet esse/quicunq; nō sibi tātū ac suis sed rei. p. etiā & iis quæ ad eā spectant imperaturus est? Al. Vera dicis. SO. Nec igit̃ principatus neq; licētia quodcūq; libuerit/faciendi aut tibi/aut rei. p. uerū iustitia potius & prudentia cōparāda. Al. apparet. SO. iuste enī ac prudēter agentes & tu simul & tua res. p. deo gratū opus efficietis. Al. Decens est. SO. Et quē ad modum supra diximus/in diuinū splendorē intuentes agetis. Al. Videtur. SO. Quin etiam illuc respicientes uosmet uestraq; bona psp̄icue discernetis. Al. certe. SO. nō ne sic recte atq; bene agetis? Al. agemus. SO. Enimuero fide iubere parat⁹ sum uos si ita uixeritis felices fore. Al. Locuples certe fideiussor. SO. Cōtra/si iniuste uixeritis despiciētes in tenebras diuinitatis expertes/consimilia istis opera/ut consentaneū est/efficietis/uos ipsos penitus ignorātes. AL. Videt̃. SO. Cui enim o amice Alcibiades potestas adest quodcunq; libuerit/cōficiendi: mente uero captus est quid nā cōueniens est illi cōtingere? siue priuatus ille quidem siue res pu. sit. Veluti si ægrotanti cuidā libera licentia sit/rationem medici nō habenti/sed tanq̄ tyrannidem exercenti/ut nemo eū absterrere ualeat/quid illi euenturū est. Nō ne uerisimile est ut corpus corrumpat? Al. Vera loqueris. SO. Quid uero/si in naui apud quēpiam omnis licentia sit quodcunq; uideatur agendi: mente tamē & gubernādi peritia careat/num cernis quæ ei & sociis euentura sint? Al. Opinor equidem illum seipsum una atq; socios perditurū. SO. Non ne igitur omni rei publicæ/ omniq; imperio & dominationi ubi uirtus deest: cōtingit ut male agat? Al. Necesse est. SO. Nō ergo tyrannis optime Alcibiades aut nobis aut rei publicæ paranda est/sed uirtus mō felices esse uelimus. Al. Vera dicis. SO. Cæterum anteq̄ uirtus adsit præstat uiro non mō puero/regi a meliore q̄ regere. Al. Apparet. SO. Nō ne qđ melius est idē & pulchrius? Al. Sic est. SO. Quod pulchrius/decentius? Al. quid ni? SO. Decet itaque malū seruire: melius enim ē. Al. Decet. SO. Seruilis ergo prauitas. Al. Apparet. SO. liberalis autē uirtus. Al. Ita est. SO. Non ne o amice seruitus fugienda? Al. Maxime quidem o socrates. SO. Aduertis quomodo te nunc habeas? utrum libere an contra? Al. Et maxime quidem ut mihi uideor hoc sentio. SO. Nosti ne quo pacto id quod nunc te occupat/fugare queas? nolim enī istud in claro homine nominare. Al. Noui equidē. SO. Quomodo igitur? Al. Si ipse uolueris o socra. SO. haud recte loqueris Alcibiades Al. At quomodo dicendū est? SO. Si deus uoluerit. Al. Dico equidē/atque hoc insuper addo q̄ periclitabimur figuras inuicem cōmutare: tuam quidem ego induens/tu autem meam. fieri enim non potest/quin ego te deinceps ducam/tu autē a me ducaris. SO. O generose nihilo igitur meus in te amor a ciconia differt/si postea q̄ p̄pe te uelut ī nido amorem alatum fouerit ab illo iterū nutriatur. Al. profecto sic se res habet/& incipiam hinc iam iustitiam meditari. SO. O quam te uelim perseuerare. Timeo aūt naturæ tuæ diffidens huiusque ciuitatis robur intelligens ne id me simul ac te uincat. ¶ Finis Alcibiadis primi.

¶ Argumentum Marsilii Ficini florentini in Alcibiadem secundum/vel de Voto.

Quoniā secundus Alcibiades liber profecto sanctissimus de uoto inscribitur summatim colligendū est/quid uotū qd in uoto petendum & quando & quo modo. definitio uoti partim ab Orpheo: partim a Platōe sumpta hæc est. Votū est ardēs affectus casti animi Deo deditus/& qđ bonū uidet̃ exoptās/huic affectui Zoroaster & Orpheus subfumigationes & characteres adhibuerunt: quotiēs ad secūda numina preces dirigerentur. Mercurius ac Plato cū supremi numinis maiestatē uenerabant̃/externas oēs cerimōias auferebāt: solā ac purā fragantiā animi relinquētes: sed de his omnibus ī nostris cōmentariis diligētius. In uoto petendū Plato uult bonū idq; ex eo patet/q̄ petitionē hāc poetę lacedæmoniorūq; testimonio cōprobat: eāq; tutam & prudenti & īprudēti esse putat: uotūq; huiusmodi & a quolibet & semp fieri posse. Petitionē uero certi cuiusdā & proprii boni tunc demū esse securā: cū prudentiam qs fuerit consecutus: alias autē periculosam. Vbi multa de prudētia disserit: quæ tu uir omniū prudētissime Cosme lege obsecro diligēter/ut quāti faciat prudentiā prorsus agnoscas. Vniuersalis ergo precatio/quā bonum solūmodū petitur/semper fieri potest: p̄pria uero qua certū aliquod quod bonū uidet̃ optat̃: tūc faciēda cū quid poscēdū est quis nouerit: tūc id noscet/cū quid bonū quid malū est: intellexerit. Id intelliget: cū a mēte didicerit/discet. Cū se ad illā cōuerterit. Conuertet: cū purgauerit animā tenebrasq; expulerit. purgabit cū se ip̄m legiptimæ philosophiæ dediderit. Tradet cū suā ignorātiā recognouerit. Nosce ergo te ipsum/tēplo Apollinis ē īscriptū/ne qs temere deū oraturus accederet. Quo autē ordine ī oratiōe p̄pria sit orādū. Mercurius in oratiōibus suis & ī suis hymnis Orpheus & Pythagoras ī carmībus aureis docuerūt/quorū ritus alias exponem⁹. Plato deīde hos theologos imitatus/in li. de pulchritudīe orantē sic socratē ītroducit. O amice pan atq; cætera numina date obsecro: ut intus pulcher efficiar. Et quæcūq; mihi extrinsecus adiacēt/īītrinsecis sint amica Sapiētē solū diuitē putē. Tm̄ uero hui⁹ auri tradite/q̄tū nec ferr̃ nec ducere ali⁹ q̄ uir tēperans possit. Quid petit Soc. Bonū? Quod bonū? Sapiētiā: hoc est ueritatis diuinæ cognitionē: q̄ dare solus Deus pōt.

Quid uotum

Quid petēdū in uoto

Oratio Socratis ad Deos

quã accipere solus animus pulcher: idest tẽperatus/purus/cãdidus ualet. Quid poscit ĩ primis? ut dignũ sapiẽtia faciat. Temerarii nẽpe hominis est munus aliqđ quo indignus est petere. Quis diuina sapiẽtia dignus? qui lumẽ eius ferre paratus est: quis paratus? qui p cõtinẽtiam primo deinde p tẽperãtiam: postremo p sanctimoniã: idest ciuilem: purgatoriã purgatiq; uirtutẽ animi: sic aĩum expiauerit: ut pulcher hoc est purus oĩo nitidusq; euaserit: & uirtutẽ iã exemplarẽ: diuinã scilicet sapientiã solam: utpote thesaurũ oĩum diuitiarũ optauerit. Iccirco Socrates deũ patrẽ oĩum & ministros eius amice adspirare pcatur: ut illorũ benigno propitioq; fauore purgatus euadat. Corporea uero & externa leuiter ptransit: eligens illa sic se habere: ut tranqllã puritatẽ animi nõ impediant. Deĩde pulchritudine ac iã parta: optat ut sapientiã solam hoc est dei cognitionẽ eẽ opulentiã oẽm sufficientiãq; aestimet: solãq; sitiat. Postremo quasi per ãndicta paratus fulgidũ hoc aurũ diuinae sapientiae postulat. Neq; id supbe: neq; remisse tñ. Minimã qppe ueritatis cognitionẽ intẽperati homines soitiunẽ: sũmã & infinitã in se ipso Deus amplectiẽ: magnam uero & amplam uir temperãs adipiscitur. Tñ igitur huius auti postulauit: q̃tum solus ferre uir temperãs ualet: hoc aequidẽ esse aurũ ignitũ arbitror: quod emendũ Ioan. in apocalipsi praecepit.

¶ Alcibiades Secundus uel de Voto. Socrates Alcibiades. SOCRA.

Occasio dial.

Eũ ne o Alcibiades praecaturus accedis? AL. Et maxime quidẽ/o/Socrates. SO. Tristitiã d quãdam prę te ferre uideris: & oculos in terram figere/tanq̃ aliqd tecũ ipsẽ pmeditans. AL. At qd ad haec pmeditatione opus ẽ/o/Socrates. SO. Maxima ut mihi uideẽ: nam dic p Iouem obsecro: nõ ne putas deos quae praecamur: & priuatim: & publice: nõ nunq̃ partim cõcedere: partim mĩme? & aliis quidẽ annuere: aliis uero cõtra? AL. Oĩo quidẽ. SO. Nõ ne igiẽ tibi uideẽ magna prouidẽtia opus esse: ne qs seipsum lateat: dum magna petit mala credens bona se poscere? dii aũt in eo sint hĩtu: in quo rogantibus annuũt: queadmodũ Oedipum ferũt obsecrasse Deum: ut filii de regno paterno ferro decernerẽt. Cũq; licet et pſentiũ malorũ absolutionẽ poscere: alia insuper ĩprecabatur. Vñ ad effectũ ista uenerũt: atq; ex iis alia multa & grauia: quae referre singula neq̃ q̃ opus est. AL. At tu furentẽ quidẽ hominẽ in exẽplũ adduxisti: nam quẽ putas sane mẽtis hoĩem audere talia petere? SO. Insanire nõ ne cõtrariũ est ei: quod ẽ prudẽtẽ esse? AL. prorsus. SO. Nũ ex hoĩbus alii ĩprudentes: alii prudẽtes esse tibi uidentur? AL. Videnẽ sane. SO. Age itaq; cõsideremus q nã isti sint. Esse. n. alios quidẽ ĩprudẽtes: alios uero prudẽtes: nõnullos insanos iam cõuenit. AL. cõuenit. SO. Praeterea bñ ualẽtes aliq sũt? AL. Sũt. SO. Egrotãtes alii? AL. Oĩo. SO. Nõ ergo iidẽ sunt. AL. Nõ certe. SO. Sũt ne alii qdã: qui neutrũ istorũ patianẽ? AL. Nequaq̃. SO. Necesse. n. hoĩem uel aegrotare uel nõ aegrotare. AL. Videẽ. SO. De prudẽtia uero & ĩprudẽtia idẽ iudicãs? AL. Q ũo dicis? SO. Opiaris hoĩem: aut prudẽtẽ: aut ĩprudentẽ esse oportere? An tertiũ praeterea mediũ qddam: quo nec prudẽs nec ĩprudens hõ sit. AL. Nihil pfecto. SO. Necesse igiẽ alterũ istorũ pati. AL. Appet. SO. Recordaris cõcessisse te insaniã prudẽtiae eẽ cõtrariam? AL. Eqdẽ. SO. Nõ ne ẽt nullã eẽ mediã passionẽ: q̃ hoĩem nec prudẽtẽ nec ĩprudẽtẽ efficiat: AL. Cõsensi qdẽ. SO. Quĩ ẽt duo esse eidẽ rei cõtraria quo pacto possunt? AL. Nullo. SO. Imprudẽtia igr̃ atq; insania idẽ esse uidenẽ. AL. Videnẽ. SO. Si ergo oẽs ĩprudẽtes insanire dixerimus: recte dicemus: & ex tuis aeq̃libus: nec nõ aetate maioribus qcũq; sũt ĩprudẽtes: ĩsanos eẽ. Nõ ne putas ppaucos eẽ in hac urbe prudẽtes: ĩprudẽtes plurios? quos ĩsanos appellas: AL. Equidẽ. SO. An censes nos tutos ĩter hos ĩsanos ita uersari: q̃n pcutiamur ab iis: ac uerberemur: & qcũq; furiosi facere cõsueuere patiẽtes: iã diu penas nõ fuisse daturos? Sed uide/o/beate: ne alr̃ se res hẽat. AL. Quo pacto se hẽt o Socrates? appet. n. nõ ita esse ut putarã. SO. Nõ certe ut mihi uideẽ: uerũ sic cogitandũ ẽ. AL. Q ũo ais? SO. Dicã tibi ponimus aliquos ęgrotãtes esse? nec ne. AL. Oĩo qdẽ. SO. Nũ qd necessariũ opiaris oẽm ęgrotũ cruciari dũtaxat podagra/uł febri/uł lippitudĩe. An ẽt posse aliis morbis affici? cũ mltę sint morborũ spẽs pter istas? AL. Sic mihi uideẽ. SO. Oĩs lippitudo morb⁹ tibi uideẽ. AL. Mihi certe. SO. Et oĩs morbus ẽt lippitudo? AL. Nõ mihi qdẽ: nescio tñ qd afferã. SO. Si dicẽti mihi mẽtẽ adhibeas/& ambo simĩ uestigemus. Fere qđ uolumus cõseqmur? AL. Adhibeo q̃ maxĩe possum. SO. Nõ ne cõuenit ĩter nos lippitudinẽ oẽm eẽ morbũ: si oẽm tñ morbũ lippitudinẽ eẽ? AL. Cõuenit. SO. Et recte qdẽ cõsensisse uidemur. Etenĩ febricitãtes ęgrotãt oẽs: nõ tñ qcũq; aegrotãt: ẽt febricitãt: uel podagra aut lippitudine afficiunẽ. Sed oẽ quidẽ huiusmodi cõmuniter morbus ẽ. Differre aũt medici dñt illorũ curationẽ: nõ. n. oẽs aut siles sunt: aut silr̃ ptractanẽ: uerũ ẽm uim ppriã singuli morbi tñ sũt oẽs. Queadmodũ opifices aliquos eẽ ponim⁹: si ne? AL. Prorsus. SO. Et cerdões: & fabros/sculptoresq;/& q̃ plurios alios: quos referre singulos referre nil op⁹ ẽ: que ptes opificii disferetas habẽt: ac oẽs quidẽ opifices sũt: nõ tñ fabri oẽs/neq; coriarii/neq; sculptores: at cũcti gñatĩ opifices. AL. Sic est. SO. Eadẽ quoq; rõne ĩprudẽtiam ĩter se plurimi partiunẽ: & qui maiorẽ sortiũtur ĩprudẽtiae ptem: insani furentesq; uocanẽ: qui uero aliquãto minorẽ stolidi/atq; attoniti. Qui ãt honestioribus uocabulis eadẽ significare uolunt: partĩ quidẽ magnanimos appellant: partim ineptos: quidã nõ malos innocuos/& inexpertos/& stupidos. Inuenies quoq; alia multa nomĩa: qbus omnibus

Primũ agitur de qualitate praecantis

Negat Plato esse medium inter sanũ & aegrum

Inter prudẽtẽ & ĩprudentẽ nõ eẽ medium

Vni nõ posse esse duo contraria: sed si cõtraria pbata fuerunt illa duo sunt idem

Plura genera imprudentiae esse

oībus imprudētia significat. Discrepant autem ut in superioribus discrepare apparuit ars ab arte: & a morbo morbus. Tibi uero qd uidet? Al. Idipsum. SO. Sed ut redeamus un digressi sumus: ppositū fuit in disputatiōis exordio: qui prudentes: qui ue imprudentes essent diiudicare. Conuenimus aūt tales aliquos esse nō ne? Al. Conuenimus. SO. Prudentes existimas quicunq agenda dicēdaq cognoscūt? Al. Equidem. SO. Imprudētes eos qui neutra uidēt? Al. Eos ipsos. SO. Non ne q utraq hęc ignorāt. seipsos latēt: & agētes: & loquētes: q̄ nō oportet. Al. Appet. SO. Ex his hominibus unū/o/Alcibiades Oedipū eē dicebā. Reperies quoq nr̄is tēporibus plurimos nō impetu cōcitos: ut ille neq putātes mala sibi ipsis: sed bona potius exoptare. Ille siqdē ut nō optabat: ita nec putabat: sunt uero nōnulli: q hoꝝ cōtraria patiunt. Reor equidē te primū si forte Deus ille ad quē exorādū accedis: sese ocl'is offerēs: te priusq̄ aliqd obsecrares: iterrogaret satis ne tibi sit Atheniensiū tyrannide potiri: qd si hoc qddam exiguū aestimares: adderet & Graecorū oīum: & si uiderit te: neq istis ēt acqescere: nisi totius ēt Europae adiiciat: neq id quidē tibi sufficere nisi eadē die sentiant oēs Alcibiadē Cliniae filiū tyrānū esse: atq ideo haec tibi cōcederet oīa: reor inq̄ ab eo te igēti cū letitia rediturū: ac si maxīa bona eēs feliciter cōsecutus. Al. Arbitror/o/Socrates: & quēcūque aliū quisqs eandē sortē assequeret. SO. Nō tñ eligeres aīae tuae loco adesse tibi Graecorū oīum atque ēt barbaroꝝ tyrānidē. Al. Nō ut opinor: qppe cū nullo mō usurus eēm. SO. Quid si usurus q dē sis: male tñ/& cū nocumēto? Neq sic qdē. Al. Nō pfecto. SO. Cernis ergo tutū nō eē: aut q̄ offerunt: temere acceptare: aut optare: siqs ppterea incōmoda subiturus sit: uel uitā ptinus amissurus: multos āt referre possemus: q cū tyrānidē affectasset: inq illi⁹ adeptionē ardēti studio cōtēdissent: utpote bonū aliqd adepturi: pp tyrānidē circūuēti insidiis periere: puto ēt audiuisse te nōnulla heri ac nouissime gesta: cū Archelaū Macedonū tyrānum tyrannidis amantem delitias: aliqs huiuscemodi delitias nō minus q̄ ille sitiēs interfecit: ut tyrānus mox beatusq futurus. Cū uero triduū aut qtriduū tyrānide potitus esset: rursus ab aliis ex insidiis oppressus periit. Vt aūt referamus: q̄ nō ex auditu pcepimus: sed ipsi nos p̄sentes īsperimus: uides insup ex nostris ciuibus qcūq praefecturā exercitus affectantes nacti sunt illam: partī etiā iis tpibus exules oberrare: partim morte dānatos eē. Et siqui forsitā in extremis periculis/& timoribus strenue rē gessisse uisi sunt: nō mō in ipo exercitu: ueꝝ ēt postq̄ in urbē rediere: nō minoribus ab insidiatoribus ciuibus: q̄ a militibus calūniis affecti sūt: ut plaeriq illoꝝ optauerīt deniq se priuatos uixisse/potius q̄ in publico munere. Qd si pericula & labores hmōi ad aliq̄ nobis utilitatē afferēt: pfecto hoc studiū nō nihil rōnis haberet. Nūc uero longe cōtra res se hēt. Inuenies praeterea eodem pacto nōnullos hoīes: q filios uotis exoptant: at cum filios adepti sunt: in calamitates doloresq maximos incidunt. Nam plerique cū nati p oēm aetatē improbi pseuerēt: uniuersam uitam merore cōficiunt. Qui uero pbos filios nacti aduerso quodā casu illis orbantur: nihilominus q̄ superiores illi miseri sunt: ut prīus eligerēt: nunq̄ se filios genuisse. Et q̄uis haec atq alia multa huiuscemodi māifesta sint: raro tñ īueniret: q uel a datis abstineret: uel si orando īpetraturus esset: uotū omitteret. Permulti ēt neq ab acqsita tyrannide: neq a parta p̄tura: neq ab aliis innumeris: quae cū possident laedunt potius: q̄ prosint discederent: qn poti⁹ orarent sibi illa concedi siquādo nō adsint. Interdū breue post tēpus p̄terita uota dānant: ad cōtraria recurrentes. Quāobrem uereor equidē ne hoīes temere deos incusent: q̄ si mala ab iis inferant: ii uero seu proteruitate quadam/siue insipiētia sibi ipsis dolores morte acriores pariunt. Quare prudens mihi uidetur poeta ille: qui amicis insipientibus usus dū eos uideret & agentes & orantes: q̄ illis minime cōducebant: cum tñ eis utilia uiderent: pro oīb⁹: sic ait. Iuppiter rex optīa quidē nobis & uouentibus: & nō uouētibus tribue. Mala āt poscentibus quoq abesse iube. Recte igitur & caute loqui poeta mihi uidetur: tu uero si qd habes in aīo/qd aduersus hęc proferas ne sileto. Al. Difficile ē/o/Socrates in iis q̄ bene dicta sunt: cōtradicere. Illud aūt cogito: q̄tum malum sit hoībus ignorātia: quādo quidē pp hanc nos latet cū male qd agimus: & qd deterrimū est: ob eam pessima nobis qnq pcamur: quod quidē nemo putaret. Sed illud quilibet opinaretur: posse uidelicet se sibi ipsi nō pessima: sed optima petere: hoc. n. reuera execrationis cuiusdam nō uoti sīle eēt. SO. At forte/o/optime diceret qspiam te simul: ac me sapiētior haud satis recte nos loqui: dum sic temere ignorātiā uitupamus: nisi haec adiiciamus: q nam/& quorū ignorātia sit. Quibusdā namq certo mō affectis bonū forte est ignorātia/quēadmodū aliis malū. Al. Quid ais? Est ne qcq̄ qd alicui qūocūq se habēti: ignorare aliqn̄ praestet q̄ cognoscere? SO. Mihi sane uidet/tibi mīme. Al. Nō p Iouē. SO. Enimuero nec illud te aduersus matrē patrasse unq̄ uelle iudicabo: qd Orestē: & Alcmaeona: & siqui tales fuere cōmisisse ferunt. Al. Bene ominare p Iouē/o/Socrates. SO. Nō decet/o/ Alcibiades. Eum q inqt te nolle ista fecisse: iubere ut bn̄ ominetur: sed potius siqs cōtraria diceret: postq̄ facin⁹ tam horrēdū tibi uidet: ut ne pnūtiari qdē facile debeat putas Orestē si prudēs fuisset: & qd bonū sibi nouisset: scel⁹ tm̄ ausurū fuisse? Al. Nō certe. SO. Neq aliū ut arbitror ullū. Al. Nullū. SO. Malū igit ut uidet ignorātia optimi: & qd optimū est ignorare. Al. Mihi sane uidet SO. Nōne & illis: & caeteris omnibus. Al. Fateor. SO. Cōsideremus pterea & hoc quid euenturū

Prudētes qui callent agēda & dicenda

Agitur de q̄litate rogatiōis

Nō tutū esse oblata temere acceptare: aut optare temere

Tyrannoꝝ euentus

Proba poetae rogatio

De ignorātię bonitate & malitia

Quae ignorātia mala

cet: si tibi quoque adesset ignorantia quedam, quod Periclem non cognosceres: dum optaveris melius esse Periclem tutorem: atque amicum tuum interficere: ac sumpto gladio ad fores illius properans interrogares num intus sit, volens illum duntaxat: nec alium quemque occidere: domestici autem illum intus esse responderent. Neque tamen dico te quemque huiusmodi cocu piscere: sed an videatur tibi: quod quidem nihil prohibet: ignoranti quid sit optimum: adeo posse interdum opinionem: ut iudices quod est pessimum: nonnumquam optimum esse. An non tibi videtur? Al. Omnino quidem. SO. Ergo si domum ingressus: videsque illum opineris alium esse: num ipsum perimeres? Al. Non per Iovem: ut mihi videor. SO. Non enim quem sors offerret: sed quem statueras: nonne? Al. Profecto. SO. Num & si frequenter invaderes: semper autem ignorares Periclem: unquam in eum irrueres? Al. Nunquam. SO. Oresten vero putas unquam manus illaturum fuisse matri: donec eam minime cognovisset? Al. Non arbitror. SO. Neque enim ille quamcunque occurreret mulier: sed matrem suam dumtaxat necare decreverat. Al. Sunt haec vera. SO. Itaque hominibus sic affectis: & in iisdem opinionibus involutis: ignorare talia praestat. Al. Videtur. SO. Vides iam quod ignorantia quedam hominibus certo quodam modo dispositis bonum quiddam est: non autem ut tibi videbatur malum? Al. Apparet. SO. Praeterea si volueris: quod deinceps in medium afferetur mirabile dictu: discutere forte probabile tibi videbitur. Al. Quid istud o Socrates? SO. Videtur sane caeterarum omnium scientiarum possessio: nisi quis scientiam optimi nactus fuerit: raro quidem prodesse: obesse plerumque: illi qui sit huiusmodi scientiis praeditus. Sic autem considera. Nonne necessarium tibi videtur: cum aliquid facturi, vel dicturi sumus: oportere nos prius quidem, vel putare cognoscere, vel vere cognoscere quod promptius agere: & loqui debemus? Al. Mihi plane videtur. SO. Num rethores statim, vel cum sciunt consulere, vel saltem scire se putant: consulunt nobis passim: ii quidem de bello & pace: illi vero de menibus construendis: vel de portibus praeparandis muniendisque: & ut summatim dicam quicquid ipsa civitas agit adversus aliam civitatem, vel in seipsa: rethorum consilio perficit. Al. Vera narras. SO. Vide & quae sequuntur: si fieri potest. Vocas aliquos prudentes: imprudentes alios? Al. Voco. SO. Et multos quidem imprudentes: prudentes vero paucos? Al. Profecto. SO. Nonne ad aliquid respiciens: utrosque nuncupas? Al. Immo. SO. An eum qui ista consulere norit, nisi sciat docere utrum melius: & quid melius: prudentem dices? Al. Nequaquam. SO. Neque ut arbitror quicunque pugnare norit: ignoret tamen quando, & quantum melius. Al. Sic est. SO. Neque siquis quempiam perimere sciat: & pecuniis spoliare, ac exulem a patria facere: nisi sciat etiam quando & quem: melius sit. Al. Minime. SO. Quicunque igitur horum aliquid noverit modo adsit etiam scientia optimi: quae quidem eadem, & utilis scientia est: hunc forte prudentem vocabis. Al. Hunc ipsum. SO. Prudentemque ipsum dicemus sufficientem esse sibi & patriae consultorem: imprudentem vero contra: quid nam tibi videtur? Al. Idem. SO. Quid autem si quis equitare, aut sagittare sciat: vel palestram: vel pugillariam: vel aliud quoddam certamen exercere: aut aliud aliquid eorum quaecunque per artem novimus: quo nomine appellas eum qui intelligit quid in arte melius fiat? an non secundum equestrem artem equitem: secundum pugillariam pugillem: tibicinariam tibicinem: atque in aliis eodem modo? an secus? Al. Sic certe. SO. Num tibi videtur: qui horum aliquid intelligit: vir prudens appellandus? an longe adhuc abesse? Al. Longe per Iovem. SO. Qualem igitur civitatem eam putabis: quae ex peritis sagittariis, & tibicinibus athletisque: ac caeteris artificibus constet: sint insuper admisti militarem callentes artem: & qui ad interimendum prompti: necnon inflati ob civilium rerum administrationes: desit autem optimi scientia: & qui norit quando, & ad quem uno quoque illorum uti praestat. Al. Ignobilem o Socrates. SO. Maxime hoc ut arbitror diceres: si quando cerneres unumquemque illorum ambitiosum, & plurimas sibi partes rei. p. partientem ad hoc: ut potentissimus sit: potentissimum inquam in eo quod secundum artem ipsam est optimum: ab eo vero quod sibi & rei. p. optimum: procul aberrantem: quippe qui opinioni sine mente crediderit. Cumque haec ita se haberent, nonne recte diceremus hanc civitatem tumultus quamplurimi iniquitatisque plenissimam? Al. Recte per Iovem. SO. An non necessarium nobis visum fuit primum quidem putare nos cognoscere, vel revera cognoscere hoc quod prompte facturi dicturive sumus? Al. Visum est. SO. Nonne siquis agit quidem quod novit aut nosse existimat: addit autem scientiam optimi: sequitur ut utiliter agat ad seipsum, & ad rem. p. Al. Quid ni? SO. Contra vero nec ad civitatem: neque etiam ad seipsum. Al. Ita est. SO. Quid autem: nunc tibi ita videtur: an aliter? Al. Non aliter. SO. Dixisti vocare te plures imprudentes: prudentes pauciores? Al. Equidem. SO. Diximus ne iterum plures ab eo: quod est optimum: aberrare: utpote qui opinioni absque mente ut plurimum consenserit? Al. Diximus plane. SO. Prodest igitur multis: neque nosse quicquam: neque putare se noscere: siquidem promptiores erunt ad illa efficienda: quae vel noscunt: vel cognoscere opinantur. Agentes autem: sibi nocebunt crebrius quam conferent. Al. Verissima loqueris. SO. Cum ergo dicebam reliquas omnes scientias: si absit scientia optimi: obesse saepius, quam prodesse illas habenti: num recte loqui tunc tibi videbar? Al. Et si tunc minime: nunc saltem o Socrates. SO. Oportet itaque civitatem & animam: quae recte victura sit: hanc proculdubio complecti scientiam: quemadmodum aegrotantem medicum, & qui prospere navigare velit: gubernatorem. Nam quo magis animus sine hac scientia circa divitias vel corporis robur: aut aliud tale versabitur: eo maiora ex iis peccata committi necesse est. Qui vero multis ac variis artibus & scientiis ornatus est: sit autem expers istius scientiae: ductus a singulis aliis: nonne merito multa tempestate iactabitur? quippe cum absque gubernatore oberret in pelago brevi tempore periturus? huic certe convenire videtur: illud poetae carmen: in quo quendam vituperans inquit. Multa quidem noverat: sed male noverat omnia. Al. At vero id poetae dictum nihil mihi videtur proposito nostro

congruere

Paradoxa quedam

Scientiarum possessio nocua absque optimi cognitione.

Qui prudens sit appellandus

cõgruere. SO. Immo q̃drat penitus: ue℞ p ænigmata: & hic & cæteri ferme oẽs poetę loquuntur. Est.n. ipsa natura uniuersa poesis ænigmatũ plena: nec quiuis eam dinoscit. Ad hanc illius naturã accedit: ꝙ si q̃n insit in hoĩe inuido: nolẽte sua sensa cęteris hoĩbus reuelare: mirũ est q̃ difficile co gnitu sit: qđ poeta senserit. Neq;.n. Home℞ diuinissimũ sapientissimũq; poetam ignorasse putes. ꝙ scire male ĩpossibile sit: ipse.n. ẽ q̃ iq̃t Margitẽ multa quidẽ scire: male aũt scire oĩa: sed ænigmate sensum occultat: ut arbitror: male pro malũ: ponẽs: scit aũt pro scire. Vñ cõpositio quędã extra carminis mensurã conficit̃: qđ uero sentit: hoc est. Multa quidẽ sciuit: sed malũ sibi fuit hæc oĩa scire: patet igit̃ ꝙ si erat illi malũ multa scire: ipse quoq; malus erat: si qua fides supradictis sermonibus adhibẽda est. AL. Mihi certe uidet̃/o/Socrates. Quib⁹.n. uerbis crederẽ unq̃: nisi iis credam? SO. Et recte q̃dẽ tibi uidet̃: & mihi rursus eodẽ mõ: sed age p Iouẽ: uides ne quãta qualisq; sit ĩ hoc ambiguitas? in hac ipse uersatus esse uideris: sursum.n. deorsumq; iactatus: nusq̃ sane cõsistis: sed qđ olim asseuerabas: nũc dãnas. Si forte Deus quẽ oraturus accedis: oculis sese tuis obiiciẽs: añq̃ uoueas: ita roget: an tibi aliquid ex iis quæ in pricipio dicta sunt: habere satis sit: uel tibi licẽtiã pręstet qđ lubeat postulãdi: qd nã tibi opportunũ fore putares? uel acceptare q̃ Deus offerret: uel poscere? AL. Per Deos/o/ Socrates qd r̃ndeã nõ habeo: sed ĩsanũ qddã mihi uidet̃: temere Deũ præcari: ac diligẽter cõsiderandũ neq; seipsum lateat: mala petens: dũ bona se putat orare. Ac Paulo post: ut tu dicebas ad cõtraria uota se transferat. SO. Nõne prudẽtior nobis poeta: cuius in principio disputatiõis mẽtionẽ fecimus: q precabat̃ mala ẽt ab orãtibus abesse? AL. Mihi quidẽ uidet̃. SO. Lacedæmonii quoq;/o/ Alcibiades: siue hũc poetã imitãtes: seu ex seipsis aĩaduertẽtes: idẽ uotum tam priuatĩ q̃ publice seruãt: orãtes Deos: pulchra cũ bonis sibi tribuere: nec plura illos precati quis audiret. Neq; tñ ad hæc usq; tẽpora minus: q̃ cæteri hoĩes felices sunt. Siqd aũt illis unq̃ minus ꝓspere successit: nõ est oratio illo℞ in cã: q̃nquidẽ in diis est ut arbitror: q̃ p̃camur: tribuere uel cõtra. Volo insup aliđ qddã tibi referre: qđ aliq̃n a senioribus qbusdã accæpi. Dicebãt.n. accidisse: ut quotiẽscũq; bellũ Atheniẽses cũ Lacedemõiis gererẽt: nñc tũ terra: tũ mari ĩfortũati eẽnt: nec uictores unq̃ redirẽt: qua re perturbatos Athenienses cũ nõ haberẽt qbus machinamẽtis tãtã uitarẽt calamitatẽ: decreuisse Ammonẽ cõsulere/quã ob cãm dii Lacedæmõiis: potiusq̃ Atheniẽsibus uictoriã largirent̃: cũ ipsi tñ sacrificia: tũ plura: tũ decẽtiora q̃ reliqui Græci offerrent: simulacris donisq; tẽpla hornãtes: ut nemo alius põpasq;: quot annis sumptuosissimas: & uenustissimas celebrarẽt: & oĩ sumptu: qui ad rẽ diuinã spectat cũctis Græcis magnificẽtiores existerẽt. Cũ Lacedæmoniis nulla eẽt isto℞ cura adeo circa diuinũ cultũ parcis: ut aĩalia mutilata passim mactarẽt: & in aliis oĩbus cerimoniis lõge admodũ parciorib⁹ q̃ Atheniẽses: cũ tñ pecunia℞ numero a nobis nõ supperent̃: posteaq̃ hæc dixisset: nũtius ĩterrogãs: quo pacto a p̃nti calamitate liberari possent: nõ multa ad hæc r̃ndisse ꝓphetam. Deũ.n. nõ p̃mictere: uocantẽ uero Atheniensiũ nũtium in hũc modũ fuisse locutũ. Hęc dicit Ammo placere sibi magis Lacedæmonio℞ b̃ndictionẽ: q̃ reliquorum cũcta Græco℞ sacra: nec plura iis respõdisse. Benedictionẽ uero nullã ꝓrsus aliam Deus mihi dixisse uidet̃: q̃ illorũ orationẽ: per multũ.n. illa a cæteris differt. Reliqui nãq; Græci partim auratis cornibus boues sacrificantes: partim donariis ægregiis templa hornãtes: quæcũq; occurrunt: seu bona siue mala a diis petunt. Dii uero cũ illos ĩprecantes audiũt: ditissimas illo℞ pompas & sacrificia nõ acceptãt. Quãobrẽ diligẽter cõsiderandũ mihi uidet̃: quid dicendũ sit: quidue nõ dicẽdum. Inuenies quoq; apud Home℞ alia ho℞ similia. Inquit.n. Troianos cũ suburbanũ ædificium molirent̃: dicare diis ĩmortalibus prætiosa sacrificia boũ. Nidorẽ uero ex littore suauẽ: ad cælum: usq; uentis extolli: sed beatos Deos illo minime uesci: quippe quibus Ilion: & Priamus: & Priami populus odio sint. Itaq; nil Troianis ꝓderat: cũ aduersos Deos haberẽt: sacra ac munera temere illis offerre. Neq;.n. eiusmodi ẽ Dei natura: ut ducat̃ munerib⁹ quẽadmodũ ĩprobus fœnerator. Sed nos nimiũ deliramus: siquãdo nos Lacedæmõiis ꝓpter munera acceptiores Deo eẽ ducim⁹. Etenim graue eẽt: si Deus ad donaria & sacrificia nostra respiceret potiusq̃ ad aĩum: ut℞ iustus sanctusq; sit. Ad quẽ equidẽ Deũ arbitror multo magis attẽdere: q̃ ad multi sũptus põpas: atq; sacra: quæ nihil ꝓhibet eũ: qui multa in Deũ hoĩesq; peccauerit: seu priuatus sit: siue res.p. singulis annis perficere. Deus aũt: utpote a muneribus incorruptus spernit: hæc oĩa: ut ipse eiusq; ꝓpheta prædixit. Vnde perspicuũ est: & apud Deũ: & apud hoĩes sanæ mentis: iustitiam: & prudẽtiam p̃cipue honorari. Prudẽtes aũt iustiq; sunt: qui sciunt: quæ erga Deum: & homines agere: atq; dicere deceat. Cupio tamẽ ex te audire: quid in iis ipse sentias. AL. Mihi uero/o/Socrates haud secus: q̃ tibi ac Deo uidet̃: neq; enim phas esset a Deo me dissentire. SO. Recordaris dixisse te in plurima dubitatione discrimineq; uersari: ne teipsum lateres cũ mala: quãdoq; p bonis optares? AL. Memini. SO. An uides nõ satis tutũ tibi eẽ ad orãdũ pergere: ne q̃n te Deus audiẽs imprecãtem ista tua sacrificia renuat. Aliud uero quiddã fortuitũ reportes. Mihi ergo uidetur operepretiũ esse quietẽ agere: nam oĩone Lacedæmoniorũ ꝓpter magnanimitatẽ: id enim nomẽ honestissimũ est oĩum: quibus insipiẽtia significatur: nõ existimo uti te uelle. Quare necesse est expectare donec discatur:

Poetas p ęnigmata loqui
Poesis ęnigmatũ plena

Propheta respõdebat pro Deo Ammõe

Natura Dei erga munera

Qui apud Deos & apud hoĩes iustitia & prudẽtia honoratur.
Qui prudentes & iusti sint
Magnanimitas nomẽ est honestissimũ insipiẽtibus

quemadmodū ad Deum:atq; ad homines habere se deceat. AL. Quādo erit /o/ Socrates!& quis preceptor! Iocūdissime.n.hunc hominem:quisquis erit agnoscā. SO. Hic est cui tu curæ es. Verū mihi uidet quēadmodū Diomedi Mineruā ingt Homerus ab oculis nebulam abstulisse:ut discerneret Deum ab homine:sic & ab aīo tuo prius oportere caliginem:q̄ nūc obfundit auferre:deīde illa ꝓpius admouere per quæ seu bonū:quid sit:siue malum dinoscas:nūc enim impos eē uideris. AL. Auferat seu nebulam illæ uelit:siue quodcūq; aliud. Etenim paratus sum nihil penitus prętermittere: q̄d ille p̄ceperit: qsqs deniq; sit:mō ipse sim melior euasurus. SO. Atq ille mirum in modum tibi prouidet. AL. In illud itaq; tempus hoc sacrificium differre optimū fore censeo. SO. Et recte quidē:tutius enim est:q̄ tanto periculo se subiicere. AL. Sic est/o/Socrates. Interea tamē q̄m mihi bene cōsuluisse uideris:hanc tibi coronam īponam. Diis autem & coronas:& reliqua omnia quæcūq; decet tunc demum offeremus/cum diem illam aduentasse cognouero. Aduentabit autē q̄primū:diis uolentibus. SO. Id equidē & quodcūq; aliud das:libenter accipio. Quēadmodū uero Creon apud Euripidē uidens Tiresiam coronatum:& audiens a principio coronam ꝓpter artem a militibus accepisse ait: augurium ponebam triumphales coronas:in tempestate.n. uersamur, ut ipse nosti:sic & ego hanc abste coronationē augurium pono. Videor autem mihi nō minori q̄ Creo tempestate iactari:desidero.n.omnibus amicis tuis excellere.

¶FINIS SECVNDI ALCIBIADIS.

¶ARGV. MARSILII FICINI IN MINOEM PLATONIS LIB. VEL DE LEGE.

Minos uel de lege requirit:ut quid lex cōmuniter:quot eius species. Vnde sit:paucis comprehendamus. Siquis Platonis uerba in hoc libro de lege:& in libris de legibus: necnō de re.p.diligenter aduertat:sic legem uniuersali definitione describet. Lex est uera gubernandi ratio:quæ ad finem optimum per cōmoda media gubernata dirigit transgredienti pœnam:obedienti premiū statuens. Quo fit ut institutiones principum cū ueræ non sunt: nec ad optimū recto calle ꝓficiscuntur:leges minime sint:sed decreta:edicta:instituta potius sint q̄ leges:a lege namq; legitimū:a legitimo iustum:a iusto bonū:rectum uerūq; opus sæpenūero nominatur:propterea legem uerā bonāq; esse necesse est. Sequitur ēt ut lex ęterna sit:ac penitus imutabilis:& apud oēs gentes eadē de eisdē:si mō uera sit:nam q̄ tpibus:locisq; & opinionibus pmutatur nō lex:sed institutio nūcupatur. Legis aūt spēs:ut ex Timeo:Phædroq;:& Gorgia colligit quattuor sunt. Pria diuina:quā ꝓuidentiā Plato uocat. Secūda cœlestis quā fatum. Tertia mouēs:quam naturā. Quarta humana:quā prudentiā naturalē. Pria in mēte diuina:quā Saturni legē Orpheus:& Plato esse uolunt. Secūda in sↄpiori animę mūdi parte:quā Iouis. Tertia in mouēte īferioriq; illius potētia:quā primæ Veneris postrema in hominis mēte:quā secūdæ Veneris legē uocāt. Pria a sūmo bono:quod supra mentē est/ꝓfluit. Secūda a mēte & sūmo bono. Tertia a sūmo bono:mēte & uniuersali anima. Quarta a sūmo bono itidē:& mēte:& anima. Oēs uero ad ipsum bonū iterū reflectuntur. Prima in ideis:circa summū bonū:supra rōnes. Secunda in rōnibus circa ideas: supra semina. Tertia in seminibus circa rōnes supra formas. Quarta in notionibus circa rōnes sup actus & artes:quā regiam legem appellant superni regis imitatricem. Vñ uero lex proficiscatur:ex iis quę dicta sunt:elicitur. Ab ipō q̄ppe rerū principio oēs:sed uario mō:ut dictū est:manāt. Quāobrem omnes illustres conditores legum inuentionē legum in Deum:sed per diuersa nomia: atq; media retulerūt. Zoroaster Bactrianis Persisq; leges tradēs:ī Oromasim. Trismegistus ęgyptiis: in Mercuriū. Moyses iudæis rectissime in patrē totius naturæ Deū. Minos Cretēsibus in Iouē Carondas:Carthaginiēsibus in Saturnū:Lycurgus Lacedemoniis in Apollinē. Draco & Solō Atheniensibus in Mineruā. Pōpilius Romanis in Egeriam Mehemetus Arabibus in Gabrielē. Xamolchis Scitis in Vestā. Plato noster. Magnesiis:& Siculis in Iouē:& Apollinē. Arcadibus autē & Thebanis:& Cirenaicis leges postulantibus:denegauit.

¶MINOS VEL DE LEGE. SOCRATES MINOS. SOCRA.

Quid lex

Spēs legis quattuor.

Quid nam lex apud nos est? MI. De qua lege īterrogas? SO. Est ne aliqd quo lex a lege secundum:quod lex est differat? Aduerte plane quid quæram? Sic enim interrogo:ac si q̄ sissem:quid est aurum:& situ eodem modo:de quo auro quæram interrogares:haud recte percontari censerē. Neq;.n.auꝝ ab auro:ẜm quod aurum:neq; lapis ẜm quod lapis a lapide differt:eodēq; modo lex a lege nil discrepat:sed omnes idem sunt. Etenim lex unaquæq; illarum similiter est:nec una magis & alia minus. De hoc ipso igiẜ uniuerso:quid lex ē: generatim interrogo:quod si in promptu nunc habes:explica. MI. Et quid aliud lex/o/Socrates esset:q̄ quæ lege instituuntur? SO. An sermo tibi uidetur ea esse quæ sermone dicuntur:uel uisus q̄ uidentur? uel auditus quæ audiuntur? aut aliud sermo:aliud ꝓnuntiata:aliud uisus:aliud uisa:& auditus sit' atq; audita:nec nō lex aliud:aliud lege mandata. Sic ne:an aliter tibi uideẜ? MI. Sic utiq;. SO. Nō ergo lex est:q̄ lege p̄cipiuntur. MI. Nō uideẜ. SO. Quid itaq; sit lex:in hūc modū cōsideremus:si quis de iis:quæ mō diximus:percōteẜ dicens:postq̄ uisu asseritis:quæ uidenẜ percipi:quid ē uisus

Quū interrogabat simpliciter: nō recte dubitari de eo: quod ē pars:

Colligitur diffinitio per trāslationem factā ad alia

quo illa percipiũtur/responderemus utiq; esse sensum huiusmodi qui per oculos colores declarat & de auditu interroganti/sensum q̃ p aures uocẽ haurit. Eodemq; pacto si roget/postq̃ lege legitima constituuntur/quid est lex/qua ista legitima fiunt: utrũ sensus aliquis uel declaratio quemadmodum quæ discuntur/declarante scĩa comprehenduntur/& inueniuntur inuentione monstrãte quemadmodum salubria & noxia medicĩa monstrantur: quæ uero dii cogitant/ut uates ferunt diuinandi facultate noscuntur. Vaticinium nanq; rerum taliũ inuentio est/an non? MI. prorsus. SO. Quid horum precipue lege esse presumimus? instituta ne ista atq; decreta? Mi. Mihi quidem uidetur. Quid enim aliud quispiam legem esse dixerit? ex quo apparet id totum quod rogabas: legem ciuitatis institutum esse. SO. Opiniõem ne ciuitatis legem uocas? MI. Equidem. SO. Et forte recte loqueris: forsitan uero in hunc modum melius intelligemus. Aliquos sapientes uocas? Mi. Voco. SO. Nonne sapientes sapientia sapientes sunt? Mi. Ita. SO. Et iusti iustitia iusti? MI. prorsus. SO. ergo & legitimi lege legitimi? MI. Nempe. SO. Iniqui autem iniquitate iniqui. Mi. Certe. SO. legitimi uero iusti. MI. Ita. SO. Iniq̃ ãt iniusti. MI. iniusti. SO. An nõ pulcherrimum quiddam lex atq; iustitia. MI. Sic est. SO. Turpissimũ uero iniustitia atq; iniquitas? MI. Turpissimũ. SO. Et illd quidẽ ciuitates: ac reliqua oĩa seruat: hoc autẽ peruertit: atq; corrumpit. MI. Ita. SO. Ergo legem oportet: ut pulchrũ aliquid cogitare: & ut bonũ querere. MI. Quid ni? SO. An nõ institutũ ciuitatis legẽ esse diximus. MI. Diximus. SO. Nõne decreta q̃dam bona: nõnulla etiã mala sunt? MI. Sũt certe. SO. Lex tamẽ mala nõ erat. MI. Nõ certe. SO. Nõ igit̃ ita simpliciter asserendũ est: legẽ ciuitatis institutũ esse. MI. Nequaq̃ mihi uidet̃. SO. Neq; enim cõgruit iniquã constitutionẽ legem esse. MI. Nõ. SO. Verũtamẽ opinio quædã lex mihi quoq; uidet̃: cũq; praua opinio minime sit: an non perspicuũ est siquidẽ est opĩo: probam opinionẽ esse? MI. Cõstat. SO. Proba uero opĩo: nõ ne uera opinio est? MI. Est. SO. At opinio uera ueritatis inuentio. MI. Certe. SO. Lex itaq; ueritatis ĩuentio esse uult. MI. At quo modo/o/Socrates si lex ueritatis inuẽtio est: nõ iisdẽ semp legibus circa eadem utimur: cum rerũ ueritas inuenta sit? SO. Nihilominus lex ueritatis inuentio esse uult. Quod si nõ iisdẽ: ut uidet̃ legibus homines utuntur: nõ semp ueritatẽ: quã lex expetit: reperire possunt. Sed age uideamus: an hinc nobis liquidius pateat: siue iisdẽ semp: siue alias aliis uiuamus legibus: & num cũcti homines eisdem: aut aliis alii. MI. Verũ neq; id cognitu difficile est o Socrates: ꝙ neq; iidem semp eisdẽ: nec alii semp aliis uiuunt. Neq; enim leges nostrę hoĩes sacrificare permittũt. Apud Carthaginienses autẽ iustũ sanctumq; habet̃: adeo ut eorũ nõnulli Saturno filios litẽt: ꝙ ipse forsitan audiuisti: nec mõ barbari hoĩes diuersas: ac nos leges sequũtur: uerũ ẽt qui Lyciam incolunt: hi siquidẽ & Athamãtis successores qualia sacra offerũt: cum tñ Græci sint: nos quoq; audiuisti q̃les quõdam leges circa ĩferias seruauerimus: hostias iugulãtes anteq̃ efferret̃ cadauer: eosq; qui urnas ducerẽt aduocãtes. Et qui iis antiquiores: defunctos ẽt domi sepelliebãt: quorũ nos iis tẽporibus nihil oĩo seruamus. Innumerabilia pręterea ad idẽ exẽpla referre possemus. Ampla. n. puincia patet ad ostendendũ: ꝙ nec nos isdẽ semp nobiscũ: nec homĩes inuicem legibus uitã agunt. SO. Nil mirũ est/o/uir optime: si tu recte loqueris me uero id latuit. Verũ donec ipse per te ipsum quę tibi uidentur: plira oratione narrabis: egoq; rursus idẽ faciam: nunq̃ ut arbitror: cõsentiem⁹. At si cõmunis disceptatio proponat̃: forsitan cõgruemus. Itaq; si id uis: interrogans ipse me: communiter una mecum cõsidera: sin autẽ respondere mauis: respõde. MI. Volo equidẽ/o/ Socrates: ad quodcũq; libuerit respõdere. SO. Age igit̃: num iusta putas iniusta: iniustaq; iusta esse? An iusta potius iusta: iniusta uero dũtaxat iniusta? MI. Equidẽ quę iusta sunt: iusta: nec nõ iniusta quęcũque iniusta sunt. SO. An nõ quemadmodũ hic: sic & ubiq; gẽtium existimat̃? MI. Ita. SO. Et apud p̃sas nõ ne? MI. Et apud persas. SO. An nõ & semp? MI. Et semp. SO. Vtrũ q̃ plus trahũt: grauiora hic censentur: quæ minus: leuiora: uel huius oppositũ? MI. Nõ: ĩmo plus trahẽtia grauiora. minus trahẽtia leuiora. SO. Nũ & ĩ Lycia & Carthagĩe idẽ? MI. Idẽ. SO. Pulchra q̃ppe ut uidet̃: ubiq; pulchra putant̃/turpia cõtra: turpia. nõ aũt pulchra? turpia: uł turpia pulchra. MI. Ita est. SO. Nõne per oĩa gñatim: q̃ uera sunt: esse censentur: nõ aũt quę minime uera: tum apud nos: tũ apud homines uniuersos? MI. Videt̃. SO. Ergo q̃sq; a uero aberrat: a legittimo quoq; aberrat. MI. Secundum rõnem tuam/o/Socrates eadẽ legittima semp & inter nos: & inter cęteros eẽ uident̃. At cum nos aĩaduerto absq; fine quotidie leges sursum deorsũq; mutãtes: fidẽ tibi p̃stare nõ possum. SO. Forte nõ percipis: ꝙ hęc trãsposita eadẽ p̃seuerant. Cęterũ sic ipa mecũ intuere: librum ne unq̃ de curatione morborũ aliquẽ nactus es? MI. Equidẽ. SO. Nostin: cuius artis liber ille sit? MI. Noui q; medicinę. SO. Medicos uocas: qui hęc sciũt? MI. Voco. SO. Qui sciũt: eadem de eisdem: an diuersi diuersa cõstituũt? MI. Eadẽ. SO. Vtrũ Greci soli cũ Grecis: aut ẽt barbari: & secum: & cum Gręcis de iis quę sciunt: cõueniunt? MI. Necesse est oĩo eadẽ de iis q̃ sciũt Gręcos barbarosq; censere. SO. Probe rñdisti: sed nõne & semp? MI. Et semp. SO. Nõne medici circa ualitudinẽ cõscribũt: q̃ esse cẽsẽt? MI. Immo. SO. Scripta igr̃ medicorũ leges medicorũ sũt. MI. Sũt. SO. Et geometrica scripta geometrarũ leges. MI. Certe. SO. Quorũ sũt scripta cõstitutionesq; de cultu hortorũ.

Quid uaticinium

Alia falsa diffinitio legis: & cõfutacio

Propriũ q̃dam legis

Lex opĩo quedam est:

Apud Carthaginienses iustum ẽ filios litare

Cerimõię ãtiquissimæ circa defunctos:

Que inducta sit dyalogorũ disputatio: ĩ quo carpitur quæ fit continua oratione tractatio:

Oẽs p̃ceptores artiũ legesse

Horticultorū.SO.hæ igit̃ leges horticultoriæ sunt.MI.ita.SO.eorū q hortis præesse sciunt.MI.Quid ni?SO.sciūt aūt horticulatores.MI.Nempe.SO.At quorū sunt de cōdimentis obsoniorū scripta atq̃ istituta?MI.Coquorū.SO.Coquorū igit̃ hæ leges sūt.MI.sūt.SO.Eorũ uidelicet/q p̄parādis obsoniis p̄esse sciūt.MI.Proculdubio.SO.Sciūt hæc ut aiūt/coqui.MI.Sciūt.SO.age igit̃ dic quorū sunt cōscripta & istituta de ciuitatis gubernatiōe?An nō eorū q admīstrādę rei.p.periti sunt?MI.Appet.SO.Num alii qdā p̄ter ciuiles atq̃ regios hoīes id nouerūt?MI.Isti soli.SO.Ciuilia ergo cōscripta hęc sunt/q̃ hoīes regū bonorūq̃ uirorum decreta noīant.MI.Vera narras.SO.Qui sciūt haud alias:aliud ĩ eisdē rebus statuūt.MI.Nō certe.SO.Nō igit̃ alia atq̃ alia legitīa sūt.MI.Nequaq̄.SO.Si quos dissentiētes mutātesq̃ uiderimus/num scire illos/an ignorare dicemus?MI.nescire.SO.an nō qđ in singulis rectū est id in singulis legittimū nūcupandū?Vt pote qđ secūdum rōnē medici fit/uel coqui/uel horticultoris id in eis legittimū.MI.Absq̃ dubio.SO.Contra uero/qđ minime rectū/haud amplius legittimū appellandū.MI.haud amplius.SO.In legittimū itaq̃ fit.MI.Necessariū est.SO.Quāobrem in cōstitutōibus de iustis atq̃ iniustis deq̃ ciuitatis ordine & gubernādi rōne tractātibus quodcūq̃ rectū est/regia lex existit:nō rectū uero nequaq̄ lex regia est/q̄a scīa deesse uidet̃ qppe cū in legittimū sit.MI.Sic est.SO.Probe igit̃ confessi sumus legē esse ueritatis inuentionē.MI.Apparet.SO.Preterea & hoc ad idē cōsideremus qs spargēdorū in terrā seminū pitus ē?MI.agricola.SO.Hic utiq̃ cōuenīetia semīa unicuiq̃ solo distribuit.MI.Sāe.SO.Agricola igit̃ in iis legislator bon⁹ est eiusq̃ leges:& ad ista distributōes rectę.MI.Verū.SO.qs ĩ ipsis ad harmoniā pulsatōib⁹ bon⁹ legis cōditor ē:ac p dignitate ĩptit/& cui⁹ leges rectę.MI.tibicen & citharista hęc agūt.SO.q ergo ĩ iis maxīe legittim⁹ ē/is maxīe tibicen.MI.ita.SO.Quis optīe corpib⁹ alimēta accōmodare pōt/nō ne q cōgrua cuiq̃ adhibere nouit?MI.Is ipse.SO.hui⁹ pastiōes istōnesq̃ optię/& qcūq̃ circa hec legittim⁹ maxīe is legis cōditor optim⁹.MI.p̄rsus.SO.Quis iste?MI.pędotriua.SO.is humanorū corporū multitudinē pascere nouit.MI.sane.SO.ei uero q pecudū gregē pascere nouit/qđ nomē ē?MI.Pastor.SO.Pastoris itaq̃ leges ouib⁹ optimę.MI.optię.SO.& bubulci bob⁹.MI.etiā.SO.At cui⁹ potissimū leges aīs hoīum optīe sunt?an nō regis?MI.Regis.SO.Bn̄dicis.sed num referre potes:qs e priscis hoīb⁹ legū circa tibiarū iflatiōem cōditor optim⁹ extitit forte nō tenes/uis ne tibi memorē?MI.ualde.SO.Marsia & discipulus eius Olymp⁹ Phrygi⁹.MI.uera loq̄ris.SO.horū sane tibicines harmonię diuinissimę sūt & solę cōcitāt audiētes q potissimū diis īdigeāt ońdūt:ac solę ĩ hūc usq̃ diē utpote diuīæ restiterūt.MI.Vera hęc sūt.SO.qs āt ex ātiqs regib⁹ legis cōditor optim⁹ fuisse fert̃ cui⁹ adhuc tanq̄ diuīę instōnes extent.MI.nequaq̄ teneo.SO.an nescis quę grecoꝝ gētes ātiqssimis legib⁹ utāt̃?MI.forte Lacedęmonios & licurgū Lacedęmoniaꝝ legū latorē dicis.SO.At hęc īstituta nō dū forte trecētos ānos uel paulo plures impleuerunt:nec non quę ex illis potiora sunt/unde habuerunt/nosti.MI.ex Creta ferunt.SO.Isti itaq̃ ex Grecis omnibus antiquissimis legibus uiuunt.MI.Verum.SOC.Scis qui apud eos prestātissimi reges extiterit?Minos videlicet & Rhadamāthus Iouis & Europæ filii/quoꝝ hę leges sunt.MI.Rhadamātum quidem o Socrates iustum uirū fuisse tradūt:Minoē aūt agrestē durū atq̃ iniustū.SO.Atticā o uir optime ac tragicā fabulā refers.MI.Non ne hęc de Minoe circūferunt̃.SO.Non tn̄ Homerus aut Hesiodus ista testant̃:q̄q̄ locupletiores admodū testes sunt/q̄ cūcti tragici:quorū testimonio talia loqueris.MI.Et quid isti de minoe tradūt.SO.Dicā ne tu ut alii multi prophana loquaris.Nihil enī hoc p̄phanius ē:Et enī primo cauēdū est neqd in deū aut uerbo aut ope aliqñ peccemus:deinde neqd aduersus diuinos hoīes.Quī diligēter cauere decet quotiens uirū aliquē laudaturus aut uituperaturus es/ne aberres:Atq̃ huius gratia in primis curandū est/ut bonos ac malos homines dinoscamus:Deus quippe nimiū indignat̃/quotiens q̄spiā illius similē ĩprobat/aut p̄bat dissimilē.Dei uero similis est uir bonus.Neq̃ lapides ac ligna auesq̃ atq̃ serpentes sacra existimes/hoīes uero nequaquā.Immo sacratissimū omniū ē uir bonus:p̄phanissimū cōtra uir malus.Et nūc iā queādmodū Homerus Hesiodusq̃ Minoē ipm̄ extollūt/hac de cā referā:ne amplius hō ipse ex hoīe nat⁹ aduersus hęroa Iouis filiū p̄perā ubloquaris.Nā Homerus ubi de creta mētionē faceret/q̃ eēt admodū populosa/& ĩ ea nonagita urbes/inter illas inqt ē Knosos āpla ciuitas ĩ q̄ Minos regnauit:nouē ānos magno cū Ioue collocut⁹.Tāta ē hęc ĩ Minoem Homeri laus paucis uerbis explicita/ut nūq̄ pari laudatiōe Heroū quēq̄ extulerit.Qđ.n.Iupiter sophista ē ea q̄ ars pręclarissima/cū alibi sępenūero/tū hoc ĩ loco uel maxīe patefacit:Nā Minoē ānos nouē cū Ioue collocutū inqt:ad eūq̃ disciplinę gratia p̄ficisci solitū/q̄si Iupiter sophista sit.Quod aūt tāto munere hoc ē ab Ioue eruditū eē/aliū Hęroa nullū Homer⁹ affecit/mira quędā laus existimāda ē.Quī ēt ĩ odissea Minoē mortuoꝝ aīas iudicātē/aureū sceptrū tenētē īduxit.Rhadamātū uero neq̃ hic neq̃ alibi iudicātē aut cū Ioue colloquētē inducit.Quāobrē ab Homero pręcęteris oībus Minoē honoratū assero.Et enī cū Iouis sit filius/q̃ ab illo dūtaxat sit erudit⁹/nō habet laudatōis excessum:hoc nēpe carmē illud significat:Mios regnauit nouē ānos magni Iouis collocutor Minoē uidelicet cum Ioue annos nouem in sermonibus congressum:oari namq̃ sermones sunt:oaristus autem est in sermonibus congrediens.Minos itaq̃ annos nouem in Iouis antrū erudiēdus accessit.Vñ & di

Qui dissidēt ac mutant ii nō sciunt.

Quid regia lex.

Lex est ueritatis inuentio:

Regis sunt leges:quæ animis dantur:

Qui Primi legum cōditores apud Græcos fuerint

De Rhadamātho:& Minoe:

Multa de Minoe Cretæ rege:

Cauendū esse & in laudando:& accusādo hoīe quoquam:

Vir bonus similis Deo:

Vir bonus oīum sacratissimum:

Creta nonagita urbibus habitata:

Qui facit Iouem sophistā his sophisticam p̄clarissimam artem facit:

De Minoe:

dicit &

dicit & docuit inde cęteros: quæ ab Ioue nouē annis acceperat. Hęc tñ desunt q oaristí aliter exponant: cōpotatorē: cōmissatorēq;, & collusorē Iouis. Verū ex hoc maxime istos/non recte exponere cōiicere possumus: q nulli uel Gręci/uel barbari symposiis .i. cōpotióibus, atq; eiusmōi ludis abstinēt/pter Cretēses/atq; Lacedęmonios/qa Cretēsibus didicerūt: i Creta ptérea iter cæteras Minois ipsius leges hęc extat. Ne iuicē cōpotetis ad ebrietatē. Cōstat aūt eū q honesta cēsebat/ciuibus suis obseruāda mādasse. Neq; Minos iprobi homīs instar: alia ipse fecisset/alia faciēda mādasset. Cęterū erat cōsuetudo illa: ut dixi disciplinæ gratia uerborū collatio/ppter eaq; leges hmōi ciuibus suis instituit/quarū obseruatiōe Creta per omne tp̄s est felix. ac ēt Lacedemō/ex quo iis legibus/utpote diuinis uti cæpit. Rhadamāthus aūt uir qdē bonus extitit a Minoe siqdē īstructus erat/nec tñ regiā disciplinā omnē/sed regi tm̄ ministrare in iudiciis didicit. Vnde iudex peritus appellatus est. Eo plane ueluti legum custode p urbē usus est Minos: ad reliquā uero Cretā custode Tallo. Tallus enī ter quot annis pagos oēs lustrabat leges eorū obseruaturus: tabulis ęreis leges insculptas circūferens. Vnde ęreæ nominatæ sunt. Hesiodus ptérea similia quędā in ip̄m Minoē intulit. Nā cū nominis illius mentionē fecisset/inqt. Qui mortalibus regibus præstitit/pluribusq; gentibus imperauit. Iouis sceptrū habens/quo ciuitates regebat: hic itē sceptrū Iouis nihil aliud uocat/q̄ Iouis doctrinā: qua Cretam omnē moderabat̄. MI. Quā igitur ob causam o Socrates fama hęc inter homines diffusa est/Minoē ipsum rudē/durumq; hominē extitisse? SO. Ob quā & tu o uir optime/& unusqsq; alius cui fama curæ ē/si modo sapitis diligēter cauere debetis/ne poeticū hominē infensum aliquē habeatis: poetæ quippe uim maximā in utrāq; ptē: & ad laudādū: & ad uituperādū habent. Qua in re profecto Minos deliquit/cū huic urbi bellū indiceret, quæ cū ceteris sapiētibus plurimis: tum uel maxime poetis omnis generis, ac tragicis p̄sertim referta est. Tragœdia uero hic est antiquissima/nec ut pleriq; putant a Thespide/aut a Phrynico sumpsit initiū: sed si perscrutari uolueris: reperies tragœdiā longe antiquius huius ciuitatis inuentū. hæc aūt ex uniuersa poesi populū uehementer oblectat: atq; allicit auditores in qua nos ip̄m Minoē inserētes ulti sumus: sed & huius gratia tributa illa pendere nos coegit. In hoc igitur deliqt Minos cū nos lacesseret: ex quo euenit quod ipse quæris: ut infamis euaderet. Q m̄ q; uir bonus/atq; legittimus ut supra diximus/& excellens pastor populi fuerit leges eius argumēto sunt/q̄ imutabiles perseuerāt/utpote uera ciuitatis gubernatione repta. MI. Verisimilē rōnem o Socrates attulisse uideris. SO. Nōne igit̄ si uera loquor/uident̄ tibi cretēses Minois Rhadamātiq; ciues antiqssimis legibus uti? MI. Vr̄ sane. SO. isti ergo priscorū oīum legū latores excellentissimi fuerunt/hominūq; pastores: queādmodū & Homerus exercitus ducē/pastorē populi nūcupat. MI. Prorsus. SO. Age itaq; per Iouē amicabilē si qs nos roget conditor legū circa corporis ualitudinē/qd corpori adhibet/ut bonā ualitudinē tueat̄: respōderemus utiq; recte ac breuiter/q nutrimentū & exercitiū/tū intendens tū remittens/atq; ita corpus cōponēs. MI. Probe. SO. Si posthac iterū quærat/lator legū ad animā pertinētiū eiusq; pastor optimus quid illi adhibens meliorē efficit? quid nos huic potissimū respōdebimus/ut minus de nobis ipsis deq; ætate nostra erubescamus? MI. Quid dicā nescio. SO. At turpe nimiū utriusq; nostrū animis est/si q̄ sibi ip̄is bona: malaue sunt ignorare/q̄ uero ad corpus: & ad alia ptinēt: cognoscere uideāt̄.

Radamāthus iudex pitus nō legis conditor

Leges ęreæ

Tragœdia Athenarum antiqssimum inuentum

Proprietas tragœdię

¶FINIS MINOIS VEL DE LEGE.

¶ARGV. MAR. FICINI FLO. IN EVTHYPHRONEM VEL DE SANCT.

Vthyphro totus in cōfutatione uersat̄. Quo factū est ut nōnulli Platonicorū hūc librū queādmodū Euthidemū. & Hippiā litigiosum uocauerint. Sed re uera/dū falsas Euthyphronis de sanctitate opiniones Socrates cōfutat/ uenātibus ueritatē illius uestigia signat. In hoc igit̄ libro: atq; ēt in Gorgia sanctitatē Plato nominat, eā iustitiæ partē: quæ suū deo tribuit. Suū tribuit deo q illa quæ sine medio accepit a deo/deo reddit. Corpus qdē ut Plato in libro de natura disputat/ab elemētis quattuor: naturalē speciei cōplexionē a cælestibus spæris partes animæ quæ trahunt̄/affectibus a demōibus & animis sydeū spærarūq; suscepimus. Rōnē uero ac mētē nostri parentis imaginē/ab ip̄o mūdi totius opifice sine ullo cælicolaꝝ aut demonū ministerio. hæc itaq; dei sunt: hæc deo reddēda: atq; hæc retributio sanctitas nuncupat̄. Quā p̄cedit pietas: religio seqtur. Est. n. pietas dei parētis agnitio. Sāctitas eius q; dei est/deo agnito retributio. Religio eius q; deo redditū est assidua meditatiōe iustisq; opibus cū deo ipso indissolubilis religiatio: ut merito sapiēs ille dixerit funiculū triplicē difficile solui: funiculū inq̄ ex pietate sāctitate religiōeq; cōnexū: pietas sanctitatē excitat. sanctitas pietatē cōfirmat & sancit. Sāctitas quoq; religionē mouet. Religio religat sanctitatē: prius. n. hoc uel instinctu/uel īspiratiōe/uel admonitione opus est/quo deū unū nostrū eē parētē fide indubia cogitemus/q̄ pietatē esse uolūt. Cū qs ista cōcepit/mox oēm mentis & rōnis intentionē in deū noscendū amādūq; figit. Atq; hūc in cognoscenda amandaq; diuinitate frequentē ituitū/sanctitatē Mercurius quoq; definit. Ex hac flagrāti i deū intentiōe mētisq; ardore fit/ut oīa dei opa: instituta: mādata meditemur exerceamusq;: & assiduo studio qcqd ad ei⁹ uenerationē ptinet: relegamus. Quāobrē nos ip̄os relegādo religātes deo religiosi sumus: hac āt definitiōe & distictiōe p̄missa/q̄ de sāctitate ī Euthyphrōe uł alibi a Platōe dicū

Pietas

Quid sanctitas

Religio

Funiculus in solubilis

tur/perspicua fiunt. Cũq; dicit̃ sanctũ: quod amat̃ a deo uer̃ est: sed quia sanctũ amat̃ a deo/ nõ q̃a amat̃ est sanctũ: Et quia amat̃ amatũ est. nõ tñ quia amatũ/amat̃: quoniã nõ idẽ est omnino sanctũ atq; amatũ. Neq; enim sanctitatis ratio in ipso amatũ esse: sed ipsa potius retributione ac deuotione consistit. Præterea cũ dicit̃/sanctitas cura ministra dei/uer̃ quoq; dicit̃. Sed ad quod opus dei ministra? Ad conuersionẽ animæ. Opus enim dei est/creare/cõuertere/purgare/illuminare/pficere. Cũ primũ per pietatis instinctũ inspirando cõuertere deus ad se incipit animũ illa ipsa assensio qua sese libẽter inconuertẽtẽ deũ animus ipse restituit/sanctitas nuncupat̃: quæ quidẽ ministra dei est ad conuersionẽ perficiendã. Addit̃ postremo. Sanctitas scientia uouẽdi/& sacrificãdi deo: hoc maxime ad religionẽ pertinet: quæ sanctitatẽ ut diximus/comitatur. Vouendo petit/sacrificando dat. Quid petit a deo? seipsum: Quid deo dat? seipsum. Ideam sui quæ in mẽte diuina est petit: quã Mercurius petiit a Periandro. Dat autem naturam suam ideæ participem.

EVTHY. PLATONIS. VEL DE SANCTI. EVTH. SOC. EVT.

Occasio dyal:

Quid noui o Socrates accidit: q̃ prætermittẽs exercitationes in lycio/circa regis porticũ hic uersaris? Neq; enim causa nũc tibi ulla est/quẽadmodũ mihi ad regẽ. SO. Nõ cãm hanc Euthyphro. sed accusationẽ Athenienses uocãt. EVT. Quid ais? nũ te aliq̃s accusauit. Nõ enim te aliũ accusasse putarẽ. SO. Nõ sane. EVT. At uero te alius? SO. prorsus. EVT. quis iste SO. Nec ipse quidẽ o Euthyphro uirũ hũc satis agnosco. Iuuenis enim quidem & ignotus eẽ uidet̃: uocant autẽ illũ ut puto Melitũ ex Pittheo populo: siquem tu Pittheũ Melitum noscis prolixis defluisq; capillis aqlino: & gibboso naso: barbaq; rara. EVT. haud agnoui o Socrates/sed cuius te reũ fecit? SO. In ea tñ ut mihi uidetur accusatiõe nõ ut ingenerosus se gessit. Nã iuuenẽ hominẽ rẽ tantã nouisse/non uile quiddã est. Ille siquidẽ ut ait quõ iuuenes corrũpant̃: & qui eos corrũpant/intelligit: ac sapiens qdẽ appet/meãq; inscitiã conspicatus quasi suos æquales puer/tam/ad patriã me uelut ad matrẽ accusaturus cõfugit: adeo ut mihi solus ipse recte pesse rebus ciuilibus uideat̃. Nã in primis iuuenũ cura suspiciẽda est. ut q̃ optimi uiri fiant: quẽadmodũ bonum agricultorẽ teneriores primũ plantas curare decet/ac deinceps aliis prouidere. Atqui & Melitus fortasse primũ nos purgat iuuenũ: ut ait germina corrũpentes: posthac senioribus quoq; curã adhibens plurimorũ ingentiũq; bonorum ciuitati cã erit: ut consentaneum est eum facere/q principiũ huiusmodi dedit. EVT. uellẽ equidẽ o Socrates: sed uereor ne cõtra cõtingat: Profecto a uesta incipere mihi uidetur huic urbi nocere: cũ iniuria te afficere tẽtat. Et mihi dicas quid te agẽtẽ/iuuentutẽ inficere prædicat? SO. Absurda quædã auditu o uir mirifice. Inquit enim auctorem me esse deor̃: & ut nouos inducentẽ deos priscosue negantẽ me ut iuq̃t deor̃ gratia incusauit. EVT. Intelligo iã o Socrates q̃ ipse demoniũ tibi passim occurrere profiteris. Vñ aduersus te tanq̃ diuinas res innouantẽ: accusationẽ hanc inscripsit: & in iudiciũ te calũniaturus aduentat: quippe cum nouerit ista facile uulgo calũniã subire posse: Me quoq; cũ de diuinis in concione pertracto futura prænuncians/tanq̃ insanientẽ rident: licet nihil unq̃ nisi uerum prædixerim. Nobis enim cæterisq; huius generis oĩbus inuident: Nihil autẽ de iis curandũ: sed interim eadẽ ratione pergendũ. SO. O amice Euthyphro: irrideri forte nullius momẽti est/Atheniensibus nempe ut mihi uidet̃ nõ admodũ curæ est/siquidẽ peritũ esse putent: nec tñ facultatis eius cõicatorẽ. Quẽ uero peritia ppria cæteros imbuentẽ sentiunt/insectant̃. siue id liuore quodã ut tu asseris conciti: siue alia de cã faciãt. Quo autẽ modo erga me nunc affecti sunt: haud multũ periclitari studeo. forte enim tu raro teipsum aliis exhibere uideris: tuãq; nolle sapientiã propagare. Ego aũt formido ne ob humanitatẽ: & in genus hominũ caritatẽ his odio fuerim. Quoniã unicuiq; hominũ passim me prebeo: nec sine mercede dũtaxat/uerũ etiã libenter ultro me meaq; offero/siquis audire me uelit. Si me igitur: ut modo dicebã derisuri essent quẽadmodum tu illud te dicis/nihil sane molestũ foret a iocãtibus ridentibusq; in iudiciũ trahi. Sin aũt serio isti cõtendunt/id quo tãdẽ deueniat/ pterq̃ uobis uaticinãtibus est occultũ. EVT. Nihil forte negocii o Socrates erit: pro mẽtis uiribus in causa tua certabis ego autem ut arbitror in mea. SO. Nũ aliqua tibi causa est? fugis ne an psequeris? EVT. psequor. SO. Quẽ. EVT. Quẽ dũ psequor insanire uideor. SO. qd uolãtẽ forte quẽpiã psequeris? EVT. pcul admodũ abest ut uolet: q iã grãdis est natu. SO. Quis iste. EVT. pater meus. SO. Tuus ne o uir optime? EVT. Prorsum inq̃. SO. q̃ accusatio ẽ? & cuius rei iudiciũ: EVT. homicidii Socrates. SO. Proh'hercules forte o Euthyphro ignorat̃ a multis quo pacto hoc rẽte fiat. Neq;. n. puto cuiusuis opus eẽ: recte h agere: sed alicuius sapiã lõge puecti. EVT. lõge p iouẽ. SO. An domesticor̃ q̃spiã a patre pemptus est? Vel id liq̃do patet: nõ enĩ ob extraneũ aliquẽ homicidii patrẽ accusares: EVT. Ridiculũ ẽ o Socrates/siq̃d ĩteresse cẽses/domesticus ne an extraneus sit occisus: neq; id dũtaxat obseruãdũ eẽ: ut r̃ iure occiderit/q̃lqs occidit ñ nõ ne. Quod si iure dimittẽdũ/ sin autẽ iniuria psequẽdũ: licet q pemit domestic⁹ familiarisq; sit. Eq̃. n. inq̃naremur si sceleris cõscii acquiescerem⁹ nec illũ atq; nos ipos iudicio expiaremus: q̃q̃ q piit cliens. atq; minister meus erat: q cũ in Naxo in agriculturã incũberemus: nobis mercede seruiuit: sed ab alio nobis domestico in irã cõcitus eum

continuo

continuo iugulauit. Vnde pater obligatis manibus ac pedibus in foueã cõiecit. Atq; huc misit hominẽ/q iuris interpretẽ qd agendũ eẽt interrogaret. Interea uinctũ illũ ut homicidã neglexit/quasi nihil oino referret: si forte deficeret. Quod & accidit: nã priusq̃ ab ĩterprete nũcius ipse rediret fame/frigore/uinculis periit: hac de cã pater cæteriq; ppinq grauiter ferũt/q; pp homicidæ mortẽ: patrẽ reũ necis accusem: q ut ipsi aiunt minime interfecit/uel si ẽt interemisset/de homicidæ interitu nihil eẽ curandũ. pphanũ .n. esse ferũt filiũ patri diẽ dicere: male diiudicantes o Socrates/quo mõ ius diuinũ circa sanctũ pphanũue se habeat. SO. Tu ne per Iouẽ o Euthyphro sic te sincere diuina/sancta & prophana quomodo se habeant/scire præsummis/ut iis ita peractis quẽadmodum iniqs: haud formides/ne patrẽ reũ necis accusans: pphanum aliqd aggrediaris? EVT. Nihil mihi studiũ/meũ pdesset o Socrates: nec rõne vlla Euthyphro aliis multis præstaret hominibus/nisi talia quædã plane dinoscerẽ. SO. O admirande Euthyphro operæpretium est ut discipulus tuus fiã: & in contentione q̃ mihi cũ Melito est in primis ista obiiciã: me scilicet hactenus diuinorum cognitionẽ fuisse professum. Nũc aũt postq̃ me propria uanaq; opinione nouos deos cõfingere dixerit: discipulũ tuũ esse factũ. Si ergo o Melite dicã Euthyphronẽ in iis recte sentire putas/me quoq; existima/neq; dãnes. Sin minus præceptorẽ illũ priusq̃ me in iudiciũ accersito/senes homines corrũpẽtem/me scilicet: atq; patrẽ: me quidẽ docẽtẽ: illum uero corrigẽtem & punientẽ. Quod si mihi nõ obsequatur: neq; dimittat iudicium/neq; pro me te adscribat: eadẽ tũ ipsa in iudicio cogeẽ prædicere/ ad quæ ipsum antea prouocabã. EVT. Ita p Iouẽ o Socrates: nam si me accusare tentauerit/reperiã ut opinor/ubi ille debilis infirmusq; sit: ac multo prius de illo q̃ de me in iudicio disceptabiẽ. SO. Atqui ego hæc o dulcis amice considerans/discipulus tuus esse desidero. Cũ norim q; & alius qdam. & Melitus iste te quidem haud uidit: me uero sic acute/facileq; inspexit: ut impietatis hic accusauerit. Nũc ergo per Iouem mihi dicas quod plane nosse asseuerasti/qd piũ/ quid ue impiũ esse uelis: & de nece/& de cæteris oĩbus. An nõ idẽ est in singulis actionibus ipsum sibi sanctum? & prophanũ rursus oẽs sancti contrariũ/ipsum uero sibi ipsi cõsimile. unãq; secũdum quod prophanum est? ideã habet/quodcunq; prophanũ esse debet? EVT. Omnino o Socrates. SO. Dic ergo quid sanctũ? quid prophanum uocas? EVT. Sanctũ quidẽ uoco/quod ipse nunc facio. Eum qui iniuste agit uel circa cædes /uel sacrilegia/uel aliud huius generis in iudicium trahere/ seu pater/siue mater/siue qui uis alius deliquerit. Contra uero prophanũ. Quin uidæ quæso o Socrates q̃ ualidã tibi legis coniecturam referã. q; ita sit quẽadmodum aliis quoq; narraui: docens / tũ demũ recte agi/cũ nulli prorsus peccanti quisqs ille sit/parcimus. Nam fatentur omnes Iouẽ ipsum deorum oium optimum atq; iustissimũ esse: quem tamen patrẽ suum ligauisse ferunt q; natos absq; iure deuorauisset. Illũ præterea patrem castrauisse ob talia quædam asserunt. Mihi uero succensent q; parentẽ iniustitiæ obnoxiũ persequor. Atq; ita homines isti sibi ipsis tam de diis/q̃ de me contraria sentiunt. SO. Atqui hanc ob causam o Euthyphro accusor. Neq; quid respondeã satis habeo. Nam quotiens de diis talia quædam quis diceret/moleste ferebam: qua de causa ut uidetur peccare me ferunt. Nunc autem si tibi hæc ita uidentur harum rerum perito/necesse est nos etiam consentire: quid enim aliud diceremus? quippe qui nihil de iis intelligere prædicemus. Cæterum per Iouem amicabilẽ mihi dicas/an ipse sic ista reuera euenisse putes. EVT. & mirabiliora ĩsuper o Socrates/quæ multis occulta sunt. SO. bellum igiẽ inter deos agitari inuicẽ arbitraris: inimicitiasq; & pugnas: aliaq; permulta. quæ a poetis: & peritis scriptoribus/ memorantur. Vnde & alia nobis sacra huiusmodi uarietate sunt plena. & in magnis panathenæis peplum iis pictum in arce suspẽditur. An hæc uera o Euthyphro esse fatebimur? EVT. non hæc sola o Socrates. Sed quod paulo añ dixeram alia quoq; multa si uelis/de diuinis exponam: quæ cũ audiueris scio qd loquor/ nimiũ obstupesces. SO. Nequaq̃ mirarer: uer; ista deĩceps maiori cũ ocio referes: in pñtia uero q; mõ q̃siui explicare planius nitterẽ. Neq;.n. principio sufficiẽter amice me docuisti: cũ qd sanctũ esset ĩterrogarẽ: sed id sanctũ eẽ dixisti/quod tu nũc ageres: dũ necis reũ patrẽ tuũ accusas. EVT. Et uera nimiũ o Socrates. dixi. SO. forte sed nũ alia multa o Euthyphro scã nũcupas? EVT. & alia. SO. Recordare igiẽ q; nõ hoc abs te petii/ut unũ me aut duo ex multis sanctis/sed illã ipsã spẽm/qua cũcta sancta sunt sancta doceres. Dixisti.n. una idea oĩa sancta/sancta eẽ: atq; una iter; q̃ sunt pphana: pphana. EVT. Eqdẽ. SO. Quæ nã sit h ipa idea mihi demõstra: ut ad illã respiciẽs eaq; tanq̃ exẽplari/aliquo utẽs quodcũq; tu: vel alius q uis tale facitis/sanctũ eẽ dicã q; aũt dissimile negẽ. EVT. Si ita uis o Socrates ita dicã. SO. Immo uolo. EVT. Quod qdẽ diis amicũ/sãctũ ẽ: quod nõ amicũ uero: pphanum. SO. Quã pulcherrime o Euthyphro: utq; te respondere iubebã/sic deniq; respõdisti: utrũ tũ uerũ respõderis/nõ dũ noui: sed tu plane uera hæc eẽ nobis ostẽdẽs: EVT. Oĩno qdẽ. SO. Age itaq; id de quo dicimus/cõsideremus. Deo amicũ opus sanctũ: ac uir deo amicus/sãctus: opus aũt inimcũ deo pphanũ/ & uir deo inimicus/pphanus diciẽ. Sanctũ uero & pphanũ nõ eadẽ sunt: sed oĩno cõtraria: nõ ne? EVT. Sic est. SO. Nũ pbe dicta hæc eẽ uidenẽ? EVT. Sic existimo: dicta.n. sũt. SC. Nõ ne dictũ ẽ deos ĩuicẽ dissidere: atq; pugnare inimicitiasq; ĩter eos eẽ? hoc ne ẽt

Queritur qd sãctũ: & ostẽditur qd nõ sit

Prima diffinitio sancti ab uno sãcte acto reddita

Confutatio reddite diffinitionis

Secũda diffinitio sancti reddita a passione sancti sed in absolute

ne an aliter dicimus? EVT. Sic utiq; ꝓbe.n. dici vr̃. So. Aſpice itaq; deinceps ſi ſanctũ iuſti ꝑs eſt: oportet nos ut appet/cuiuſmõi iuſti pars ſanctũ ſit inuenire. Si tu ergo me mõ aliqd prædictoꝝ i-terrogares: utputa par/cuiuſmodi pars numeri: & qs numerus ſit: rñderẽ profecto: q ſit ut nõ ſcali nus: ſed iſoceles.i.q ſit ut nõ inæquilaterus/ſed æqlaterus eſt. An nõ idẽ tibi vr̃? EVT. Mihi certe. SO. Conare igiť tu quoq; me ita docere/cuiuſmõi iuſti ꝑs ſanctũ eſt: ut & Melito cõfeſtim obiiciã: ne ulterius iniuſtitiæ nos: & ĩpietatis accuſet: quippe cũ abs te quæ pia: quæ ſãcta: quæ ue cõtraria ſunt ad ſufficientiã didicerimus. EVT. Eã iuſti partẽ o ſocretes ſanctũ & pium eſſe reor: quæ circa deoꝝ curã uerſatur: q̃ uero ad hoĩum curã ꝑtinet/reliquã eſſe iuſtitiæ partem. SO. Probe o Euthyphro dicere mihi uideris: ſed paulũ qd ultra requiro. Curã enim quã uoces/ nõdum ĩtelligo. Neq; forte dicis hanc curã talẽ eſſe: quales curæ ſunt: q̃ ad alia ſpectant. Vt ecce cũ dicimus. Nõ quiuis equos curare nouit/ſed eqſter: an nõ? EVT. ꝑrſus. SO. eqſtris nãq; facultas equorũ cura ẽ. EVT. Vtiq;. SO. & uenatoria canũ/& buccolica boũ. EVT. Oino. SO. Sãctitas ãt ac pietas cura deorũ: ſic ne o Euthyphro aſſeris? EVT. Aſſero. SO. An non cura oĩs idẽ intẽdit/ut quiddã hmõi/bonũ & utilitatẽ ei qď curatur /afferrat? ut eq ab equeſtri diligẽtia iuuanť: ac meliores euadũt. An nõ ſic vi denť? EVT. Mihi plane. SO. Et canes a uenatorũ pitia: & a buccolica boues/ac reliq̃ cũcta ſilr. Nũ in dãnũ eius qď curať: curã tẽdere putas? EVT. Nõ ꝑ iouẽ. SO. Ad utilitatẽ uero. EVT. Quid ni? SO. Sãctitas quoq; cũ deorũ cura ſit/diis ne ꝓdeſt? ac meliores efficit? Atq; id ipe cõcederes/ut cũ ſãctũ qppiã pagas deoꝝ aliquẽ facias meliorẽ? EVT. Nũq̃ ꝑ Iouẽ. SO. neq; ego o Euthyphro id te dicere arbitror: lõge.n.a me ſuſpitio hĩ abeſt. ꝓpea te rogaui q̃lẽ ne curã deorũ diceres: ñ exiſtimãs hmõi quãdã te dicere: EVT. Et recte quidẽ o ſocrates: non.n. talẽ aſſero. SO. age q̃ nã deoꝝ cura ſanctitas erit? EVT. Qua o ſocrates ſerui dños curant. SO. Intelligo. miniſtra q̃dã deoꝝ ut videť /cura hæc erit. EVT. ꝑrſus SO. potes ne dicere/ad qd ſuppeditet medicis cura medicoꝝ miniſtra? nõ ne ad ſanitatẽ? EVT. Ad hãc ipſam. SO. Miniſtra uero facultas eoꝝ q naues cõſtruũt/ad qd illis miniſtrat? EVT. Ad nauis fabricã. SO. Et q̃ domoꝝ ædificarotibus: nõ ne ad domus cõſtructionẽ? EVT. Immo. SO. Dic itaq; mihi uir optĩe/cura illa miniſtra deorũ/ ad cuius operis effectionẽ diis obſequiť? ꝑſpicuũ eſt te ſcire: cũ diuina te noſſe p̃ cæteris oĩbus affirmaueris. EVT. Et uera loquor o ſocrates. SO. Dic ergo ꝑ Iouẽ qd eſt mirificũ hoc opus/qď dii nobis miniſtrantibus faciunt? EVT. Multa ꝑfecto ac pulchra o ſocrates. SO. Exercitus quoq; duces multa & pulchra efficiunt o amice/uerũtñ præcipuũ diceres opus illoꝝ eẽ in prelio ſuꝑare: an nõ? EVT. Quid ni? SO. Multa p̃terea atq; pulchra ut arbitror/agricultores: ſũma tñ illorũ eſt ex terra alimenta colligere. EVT. ꝑrſus. SO. Multorũ uero. pulchrorũq; facinorũ quæ dii ꝑficiunt/ quę nã ſumma exiſtit? EVT. Etiã paulo ante dixi o ſocrates. prolixi operis eẽ hæc oĩa ꝑfecte cõprehendere. Sic autẽ nũc tibi ſimpliciter dico: q̃ ſiqs grata diis loq & agere nouit/uouẽs/atq; ſacrificãs hæc ſancta ſunt. atq; hæc officia/tũ domos proprias/tũ ciuitates cõſeruãt. Cõtraria uero ĩpia ſunt/& uniuerſa ꝑuertunt ac ꝑdunt. SO. paucioribus admodũ o Eutyphro ſi uoluiſſes/ſummã eorũ quæ rogabam explicuiſſes/ſed uideris nequaq̃ prõptus & libẽs ad me docẽdũ accedere: & nũc utiq; poſtq̃ id ꝑſenſiſti/deortatus es /atq; aduertiſti: qď ſi reſpõdiſſes forte ſanctitatẽ abs te didiciſſem: nũc ãt/neceſſe eſt enim ĩterrogãtẽ ĩterrogatũ ſeq quacunq; ducit: qd rurſus dicis ſanctũ eẽ/atq; ſanctitatẽ? nõ ne ſcientiã quandã uouendi/atq; ſacrificãdi? EVT. eqdẽ. SO. Nõ ne ſacrificare eſt munera diis offerre? Vouere aũt a diis petere? EVT. Et maxime qdẽ o ſorcates. SO. Scia ergo & diis dandi: & ab iis petendi ſecundũ hanc rõnẽ ſanctitas erit. EVT. ꝑpulchre o ſocrates qď dicebã intellexiſti. SO. Auidus ſũ o amice ſapientiæ tuæ. mẽtẽq; adhibeo: ne verba fruſtra effundas. At mihi dicas oro/q̃ nã hæc ẽ miniſtratio erga deos? An eẽ dicis ab iis petere aliqd/& iis dare? EVT. Certe. SO. Recte ab illis petere/nõ ne ẽ ea petere/q̃bus egemus? Recte aũt dare ea quibus ĩdigẽt/illis offerre? Neq; enĩ artificioſum eẽt ea alicui quibus nõ indiget elargiri. EVT. Vera narras o ſocra. SO. Mercatura igiť quædã o Euthyphro inter deos/ & hoĩes mutua ſanctitas erit. EVT. Mercatura ſi ſic eã nominare lubet. SO. At nihil mihi placet/niſi ſit ueꝝ. Dic ergo: q̃ nã diis ex muneribus nr̃is vtilitas. Quæ enĩ dẽt unicuiq; patere põt. Nihil.n.nobis eſt bonũ qn illi p̃beãt: q̃ uero a nobis accipiũt. qd illis cõferũt? An tãto ipſis ĩ hac mercatuta præſtamus: ut cũ nos oĩa ab illis bona ſuſcipiamus/ipſi nihil a nobis boni reportent? EVT. Nũ opinaris o ſocrates deos: iis q̃ a nobis accipiũt/ aliqua ex parte iuuari? SO. At qd tandẽ erũt hæc noſtra dona diis oblata? EVT. Quid putas aliud q̃ honorẽ uenerationẽ & ut modo dixerã gratiã? SO. Gratũ igitur erit o Euthyphro ſanctũ: non aũt utile: aut placitũ diis: EVT. Reor equidem maxĩe oĩum placitũ. SO. hoc igiť iterũ ſanctũ eſt: diis placitũ. EVT. Maxime. SO. & miraris cũ hæc dicas: q̃ ratiões tibi nequaq̃ cõſiſtere/ ſed uacillare potiꝰ videãť: ac me ueluti Dædalũ culpas/q̃ eas nutare cõpellã: cũ tñ ipe lõge admodũ artificioſior ſis q̃ Dædalus /dũ ipſe facis ut ſermones circulo reuoluanť. An nõ ſentis orationẽ rurſus ĩ idẽ refluere? Memiſti in ſuꝑioribus ſanctũ & amicũ deo haud eadẽ: ſed diuerſa inuicẽ appuiſſe? EVT. Memini. SO. Nũc uero nequaq̃ aĩaduertis te ſanctũ deo placitũ dicere: hĩ ãt nihil aliud eſt q̃ deo amicũ.

An non

Diffinitio ſancti incipit apparere

Omnis cura illud intẽdit ut quiddam hmõi bonum & utilitatem ei qď curatur afferat

Precipuũ ducũ opus in ꝑlio eſt ſuperare

Precipuum opus agricultorum

Diffinitio alia ſancti

Quid ſacrificare

Quid uouere

An non? EVT. Omno. SO. Ergo aut tūc nō recte cōcessimus/ aut si recte tūc/mō nō recte iudicare mus. EVT. Videt. SO. Igit a pricipio rursus qd sanctū sit/examinādū ē. Nā ego añq discā uolēs ac libēs adstare nequaq̄ uerebor. Sed ne me cōtēnas imo mentē penitus adhibēs q̄ maxīe nunc ex/ prīe ueritatē. Nosti enim siqs hominū ali?. Neq; dimittendus es queadmodum Protheus priusq̄ dixeris. Nā nisi liqdo sanctū ac prophanū nouisses/nūq̄ mercennarii cuiusdā gratia: uirū senē & pa trē ut reū mortis psēq statuisses. Sed deos timuisses/ne forte mīus id recte aggredereris: atq; ex ho minū cōspectu erubuisses. Nūc aūt noui q̄ plane sanctū & pphanū cognoscere opīatis. Dic ergo o optīe Euthyphro. neq; nos cęles qd ipm existimes? EVT. Alias o Socrates: nūc iā alio ppero. hora enī est ut abeā. SO. Quid agis amice? Magna de spe me nūc abiens deiecisti: qua spetabā abs te qd sanctū: quid nō sanctū discere: atq; ita Meliti accusationē liber euadere: oñdēs illi q̄ ab Euthyph. diuinorū sapientiā adeptus fuerī. neq; ulterius ex mea tudiq; sententia nouū aliqd de diuinis indu cturus sim. sed reliquū oē tps melior admodū sim uicturus. ¶ Finis Euthyphronis.

¶ Argumentū Marsilii Ficini Florentini ī Parmenidē. uel de uno rerū oīum pricipio. uel de ideis.

Vm Plato per oēs ei? dialogos totius sapientiæ semina sparserit/in libris de re.p. cuncta moralis philosophiæ īstituta collegit: oēm naturaliū rex sciam ī Timeo. uniuersā ī Par/ menide cōplexus ē theologiā: cūq; in aliis lōgo īteruallo cæteros philosophos antecesse rit/in hoc tādē seipsum supasse vr. & ex diuinæ mentis aditis intimoq; philosophiæ sacra rio cæleste hoc opus diuinitus deprōpsisse. Ad cuius sacrā lectionem qsqs accedet/prius sobrietate animi mētisq; libertate se ppatet q̄ attrectare mysteria cælestis operis audeat. hic enim diuus Pla/ to de ipo uno subtilissime disputat. queadmodū ipsū unū rerū oīum principiū est. sup oīa/oīaq; ab illo. Quo pacto ipum extra oīa sit & in oībus: oīaq; ex illo p illud atq; ad illud. At hui? qd sup essen/ tiā ē/ unius ītelligētiā gradatim ascēdit. Vnū qppe in triplici ordīe reperit: In iis quæ fluūt/atq; sen sibus subiiciunt: & sensibilia noīant. In iis ēt q̄ semp eadē sunt. & intelligibilia nuncupant/nō sensi/ bus amplius/ sed sola mēte pcipiēda. Nec in iis tm/uex ēt supra sensum & sensibilia / intellectūq; & ītelligibilia ipsum unū existit. Quāobrē hoc ī dialogo. Zeno Eleates primo Parmenidis pythagori ci discipulus unū eē in sensibilibus pbat/ostēdens q̄ si hæc multa eēnt: nullo mō unius natura parti cipātia/ errores plurimi seqrent. Deinde Socrates Zenoni nō repugnās qdē/sed eū altius eleuās/ad cōsiderationē unius & unitatū / q̄ in rebus ītelligibilibus īsunt: pducit. ne ī hoc uno/quod sensibili bus īest/moret. Ex hoc igit ad ideas īuestigādas perueniūt. in qbus rex unitates consistunt postre/ mo Parmenides ipse senior haudqq̄ Socrati Cōtradicēs/sed īcohatā cōtēplationē eius absoluēs/in tegrā idearū explicat rōnē. Vbi qttuor de ideis qōnes inducit. Primo utrū sint. Scdo quorū ideæ sint/ & quox mīme. Tertio quales sint/quamue uim habeāt. Quarto quomodo ab iis quæ infra se sunt/pticipantur: hinc iam ad unū quod super intelligibilia & ideas existit ascendit ipse/nouemq; de illo suppositiōes adducit. Quīq; si unū sit/quattuor: si nō sit unū/querens quid utrinq; sequatur hæ uero suppositiones a triplici unius & duplici ipsius nō esse partitione ducūtur. Vnū quippe tri/ plex sup esse in esse post esse repertū. Ipsum uero nō esse geminæ considerationi subiicitur. Aut enī nullo mō esse/aut partim esse: partim non esse quis cogitat. prima itaq; suppositio tractat/si unum sup esse existit/qd circa illud ad ipsum/& ad alia sequitur. Secunda/si unū cū esse est/quomodo se ha bet ad se ipum atq; ad alia. Tertia/si unū sub eē ponitur: quid illi ad seipsum aliaq; contingit. Quar ta/si unum sup esse consistit/quomodo se habent alia & ad se & ad unū. Quinta/si est illud unū quod cū esse locat/quid aliis ad se & ad illud accidit. Sexta/si nō est unū/ita ut partim sit. partim minime sit/q̄ se ratione ad sese & ad alia habeat. Septima/si non est unum ita ut nullo modo sit/quo pacto se habet ad seipum atq; ad alia. Octaua/si non est unū ita. ut partim sit: partim non sit/quid aliis ad se & ad illud eueniat. Nona/si nō est unum: ita ut nullo modo sit quid alia ad sese: & ad illud deniq; pa tiant. In iis omnibus generatim intendit Parmenides potissimū hoc asserere: q̄ unum omnium principiū sit / eoq; posito/ponantur omnia sublato aūt interimantur. Itaq; in primis quinq; suppo sitionibus quinq; rex gradus posito uno in rerum ordine tradit. In quattuor uero sequentibus in quirit quot absurda /quot errores/q̄ntaq; mala ipso uno sublato sequant. Prima ex quinq; supiori bus de uno suppremoq; Deo disserit: quomō procreat disponitq; deox sequētiū ordines. Secūda de singulis deorū ordinibus/quo pacto ab ipso deo pficiscunt. Tertia de diuinis animis. Quarta de iis/q̄ circa materiam fiunt: quomodo a supernis causis producūtur. Quinta de materia prima quemadmodū suapte natura specierum ē expers/ & a primo uno dependet. Illud insuper aduertē dū est/q̄ in hoc dialogo cum dicitur unum pythagoreorum more queq; substantia a materia peni tus absoluta significari pōt: ut deus: mens: anima. Cum uero dicitur aliud & alia: tam materiā/quā illa: quæ in materiā fiūt/intelligere licet. His ergo pmissis atq; seruatis: ad ipm dialogū ueniamus

Nouē suppo sitiones de uno

Hic uidetur deficere una alia supposi tio que dicit: si unū sub eē ponatur quo mō se habeāt alia: & ad se & ad unum: Quare eēnt decē suppos tiones sed cō siderandum

Verbum hoc unum Verbūhoc ali ud & alia

¶ Parmenides uel de uno rerū oīum principio. & de ideis.

CEPHALVS. ADIMANTVS. ANTIPHO. GLAVCO. PYTHODORVS. SOCRATES. ZENO. PARMENIDES. CEPHA.

Occasio dial.

Vm domo e Clazomeñis Athenas ꝓfecti essemus: iuxta forū Adimāthū & Glauconē offendimus. Et manum meā ꝓhendens Adimanthus. salue inquit o Cephale/& si quo indiges quod nostræ facultatis sit: iube. At ego inquā ad id ueni in quo uestra opa indigebo. expone inquit. quid sit quo indiges. Tū ego fratri uestro germano qđ nomen erat? non enim memini. Erat enim ferme puer/qñ huc e clazomenis accessi. longū uero intercessit temporis interuallū. patri tamē eius Pyrilampes nomē fuisse arbitror. prorsus inquit. ipsi uero nomē Anthipho. sed quid potissimū q̃ris? hii inquā conciues mei ardentes sunt sapientiæ amatores. audieruntq́ hunc Anthiphonē diu Pithodoro Zenonis socio familiariter usum: rationes quas quōdam socrates/Zeno/atq́ Parmenides inuicem ptractarūt/cū a Pythodoro frequētius accepisset. memoria retinere. Vera inqt dicis. Has itaq́ audire desyderamus. Haud difficile id est. nam dū esset adolescentulus/eas diligenter meditabatur. Nunc uero apud auū. cui idem est nomen. circa rē equestrē ut plurimū uersatur. Cæterum si opus est/ad eū proficiscamur. Nuper enī hinc domū abiit habitat autē prope in melita. Cū hæc dicta fuissent/accessimus domiq́ inuenimus Antiphonem frenū quoddā aptandum fabro tradentem. Postq̃ uero ab illo discessit/& fratres/nostri aduētus causam retulerunt/agnouit me ex priori illuc accessu. & congratulatus est. Nobis autē orantibus ut disputationē illam referret primo quidē recusabat. esse enim operam non mediocrē. deinde tamen exposuit. Dixit ergo Antipho. Pythodorum enarrasse/Zenonē atq́ Parmenidē uenisse quondam ad magorū panatheneorum celebritatem. & Parmenidē iā senem fuisse atq́ canū/aspectu decorum. annos ferme quinq́ & sexaginta etatis agentē. Zenonē uero annos pene quadraginta natum. procero insuper & grato corporis habitu. Parmenidisq́ familiarē. Diuertisse autē illos ait apud Pythodorum extra menia in Ceramico. quo etiam aduenisse Socratem/aliosq́ cū Socrate plurimos. scripta Zenonis audire cupientes. Nam tunc primum ab illis in eā urbē inuecta. Socratem uero eo tempore admodū iuuenē extitisse. legisse autē illis Zenonē ipm. Parmenidē enim forte extra domū fuisse. Ac parum superfuisse legendū/quando se intrasse domū una cū Parmenide & Aristotele q de triginta uiris unus fuit/Pythodorus aiebat. Vnde pauca quæ legēda restabāt audisse. Verumtamen a Zenone prius omnia percepisse.

[margin, handwritten: vnd recordam qui ab adolescentia diligēter ... [illegible] sumus]

[margin: Tpe zenonis fuisse ratiões scriptas]

Erū his auditis/Socratē dixisse ait uti primā sermōis primi suppositiōem iterū legeret. Qua lecta stati sic ītulisse. Quomodo id dicis o Zeno. q̄ si multa sunt ea quæ sunt/oportet illa similia atq́ dissimilia esse hoc autē esse impossibile. Neq́ enim dissimilia similia. neq́ similia dissimilia esse posse. Nō ne sic dicis? Sic certe respondisse Zenonē. Nō ne si impossibile est. dissimilia similia esse. & similia dissimilia/īpossibile etiā multa esse? Nam si multa essent. impossibilia ista contingerent? Num hoc est. quod sermones tui uolunt? neq́ aliud qcq̃ intēdunt/q̃ per omnia quæ dicūtur asserere q̄ multa nō sint huiusq́ ipsius unāquāq́ rationē coniecturam esse putas. ac totidē coniecturas inuestigasse te censes/quot rationes attulisti q̄ multa nō sint. Sic ne dicis? An ipse nō recte percipio? Immo respōdisse Zenonē/optīe qđ hec scripta sentiūt/intellexisti. Intelligo. dixisse Socratē. o Parmenides q̄ Zeno/hic nō amicitia solū cōspirare uult tecū; sed iis etiā, quæ cōposuit. Idē enī quodāmodo quod & tu/scripsit/uerū permutatione quadā nos decipere tentat. qsi aliud q̃ tu dicat. Nā tu ī poematibus unū ais esse ipsum omne. atq́ huius argumēta q̃ pulcherrima exibes. hic uero rursus nō multa eē ait: cōiecturasq́ & ipe ꝓmultas ac ualidas præbet. Dū ergo alter unū dicit/alter nō multa/& eū ī modū uterq́ loquit̄/ut nō uideātur idē inferre cū tñ eadē ferme dicant/uident̄ nobis ista supra nos dici. Ita est o socrates. dixisse Zenonē. non omnino tamē ueritatē eoꝝ quæ scripta sunt/persensisti: quāuis ceu canes Lacenæ bñ trāscuris & inuestigas dicta. Sed primū qdē hoc te latuit/q̄ nō oīno sic se extollūt huiuscemodi scripta. ut eā ob causam scripta sint. quā tu putas ut homines cælēt. q̃si egregiū quiddā hinc efficiat. Verū tu quidē cōtingens quiddā dixisti. Sūt aūt hæc reuera conscripta in suffragiū Parmenidis aduersus eos. qui illū carpere nitūtur dicētes. siqdē unū sit omne/ridicula plurima huic opiniōi/ac ēt repugnātia sibi penitus euētura: hæc quoq́ scripta eos qui multa esse uolūt/īpugnāt/ac plura obiiciūt. ut pateat multo absurdiora ex opiniōe illorū seq/q̄ scilicet multa sint/q̃ ex opiniōe Parmēidis q̄ sit unū si quis diligēter examinauerit. ob hāc ita ꝓ cōtentionē in ipsa iuuētute librū cōposui. quē surripiēs qspiā edidit añq̃ cōsultare mihi liceret/an efferēdus eēt ī lucē nec ne. Id ergo te fugit o socrates. q̄ existimas nō a iuuenili certamine/sed a senili ambitiōe scriptū fuisse. Verūtamē ut dixi nō inepte coniiecisti. Accipio inquit socrates. & puto sic se ut dicis habere. ¶ De ideis quædam.

[margin, handwritten: Canes Lacenæ]

[margin: Opa conscripta premebantur atque consulto edebantur in lucem]

Ed hoc mihi respōde. putas ne eē ipsam per se ipsam speciē quādā similitudinis? & huic aliā quādā cōtrariā dissimilitudinis speciē: in qbus duobus & ego & tu participemus & alia quæ utiq́ multa uocamus? atq́ ea quæcūq́ ī similitudīe ꝑcipiant/similia fieri catenus/quatenus ꝑcipiāt? quæ uero dissimilitudīe dissimilia & quæ utrisq́ utraq́. Quod si oīa in utrisq́ cōtrariis existētibus ꝑcipiāt/& quia utrorūq́ ꝑcipia sunt/similia & dissimilia īter se sunt/qđ mirū? Si qs enī ipsa similia dissimilia esse diceret/uel dissimilia ipsa similia/monstꝝ quoddā ut arbitror

[margin, handwritten: An sint idee ... similitudinis et dissimilitudinis]

ut arbitror esset. Sin autem participantia in utrisq; quispiam utraq; pati assereret: nihil mihi o Zenon mirandũ esse uideretur. Neq; etiam id mirarer: si quis cũcta unum diceret: ex eo q in uno participant: atq; hęc eadẽ rursus multa: quia in multitudine quoq; participant. At si quod ipsum unum est hoc ipsum multa esse ostenderit: & ipsa multa unum: iam summopere admirabor. Ac de cęteris omnibus eodẽ modo. Nam si genera ipsa & spẽs in seipsis asserat ista contraria in se recipere: admiratione pfecto dignũ erit. Etenim si quis me unum: ac multa esse demonstret: cur mirandũ? siquidem uolens multa me asserere: dixerit alia esse dextera mea: sinistra alia: alia anteriora: alia posteriora: & superiora deniq;: ac inferiora similiter: multitudĩs qppe ut arbitror: pticeps ipse sum: & quãdo unum me ostẽdere uelis: dixeritq; e nobis qui septẽ sumus: ego unus hõ sim: unius pticeps: similiter nihil mirum. Quãobrem uera utraq; affirmantur. Si ergo quispiam talia conetur unum & multa eadem demõstrare: lapides uidelicet: ac ligna & reliqua huiuscemodi/ unum & multa ipsum ostendisse fatebimur: nõ tñ unũ multa: neq; multa unum: neq; mirabile quippiam prædicasse: sed quod omnes confiteremur. At si quis eo᷑ quæ pauloante dixi: primũ quidẽ species ipsas per seipsas seorsum distingueret: ueluti similitudinem: dissimilitudinẽ: multitudinẽ: unũ statum: motum: cæteraq; hmõi: deinde in seipsis ista cõmisceri secerniq; posse assereret obstupescerẽ equidẽ o Zeno. Et si ea quæ scripsisti: ut uirum fortem decet: pertractata esse reor: multo tñ magis mirarer atq; lætarer: si qs posset hanc eandem quæstionẽ in ipsis speciebus penitus implicitã queadmodum in rebus: quæ uidẽtur expositũ est: ita & in iis quæ rõne cõprehenduntur: clarius explicare. Dũ hæc Socrates diceret: aiebat Pythodorus se putasse Parmenidẽ & Zenonẽ in singulis esse aduersus Socratem indignatos: Eos autem sũma quadã attentiõe auscultasse: ac frequenter alterutrũ respicientes subrisisse: quasi Socratem admirãtes. Vñ cũ finem Socrates loquendi fecisset: dixisse Parmenidem/o/Socrates q̃ dignus es admiratione pp impetum: quo ad rõnes prõptus accedis.

v Erum mihi dicas oro. Tu ita ut dicis seorsum quidem ipsas species discreuisti seorsũ et speciebus participantia: uideturq; tibi qddã esse ipsa seorsum silitudo: cuius & nos participes sumus: & unũ rursus ac multa: & omnia quæcũq; nuper a Zenone audisti. Mihi quidem uidetur Socratẽ respondisse. Nũ talia quædã inqs: rogasse Parmenidẽ: ceu iusti speciem quãdam ipsam p seipsam & pulchri & boni: atq; omniũ deniq; talium? prorsus. Nũqd speciem hominis seorsum a nobis/ & cæteris eiusdem generis: & ignis etiã: & aquæ speciem? Sæpenumero inqt Socrates in hac sum ambiguitate uersatus: utrum de iis perinde ut de supioribus dicendũ sit: an secus. Vtrũ de iis etiã dubitasti o Socrates: quæ ridicula forte: quis putet: sicut de pilis lutoue: & macula: & aliis ignobilissimis rebus atq; uilissimis: nũ ambigis utrũ ponenda sit horũ cuiusq; separata species: aliud qddã ab illis existens: uel eorũ quæ nos pertractamus siue nõ? Nullo pacto inqt Socrates: sed hæc quæ uidemus hæc & esse: speciẽ uero quãdam illo᷑ eẽ putare: forte nimis ridiculum eẽt. Aliquãdo me olim ea cogitatio perturbauit: ne quid forte sit de omnibus idem: postq̃ uero paulisper institi inde discessi: metuens ne in profundam deliratiõem mersus forte perirem. Vnde reuersus ad ea quæ species habere prædiximus: circa illa iam uersor. Iuuenis adhuc es/o/Socrates: nec dum te philosophia cõplexa est. Amplectetur autem ut mea fert opinio: quãdo nihil istorum neglexeris: nunc uero ad opiniones hominum ob ætatem respicis.

a T hoc mihi dicas. Videntur ne tibi ut aiebas: species quædam existere: & ea q̃ illis participant: illarum cognomenta sortiri? ueluti similitudine participantia: similia: magnitudine magna? pulchritudine: atq; iustitia: pulchra & iusta uocari? & maxime quidẽ iqt Socrates. Nõne quodcunq; speciei particeps sit: uł totam speciem: uł partem accipit? An est alius præter istos participandi modus? Et quis alius Socrates ait? Vtrum uidetur tibi tota species in uno quoq; multorum esse una existens? an aliter? Quid prohibet esse unam? Vnum ergo & idem ĩ multis seorsum positis totum simul unum erit: atq; ita ipsum a seipso seorsum existet. Nequaq̃ inqt Socrates. Verũ sicut dies unus deniq; ubiq; simul adest: nec ipse tamen a seipso secernitur: ita nil prohibet quãlibet speciem unam & eãdem siłmultis adesse: nec tamen a seipsa secerni. Belle o Socrates unum idem simul in multis ostendis: ac si super multos uelamen quoddam extẽdens: dicas unum in multis totum esse: nõne tale quiddam dicis? forsitã. An ergo totum uelamẽ singulis: uel pars eius alia alteri aderit? pars. Diuisibiles igitur inquit/o/Socrates species erunt: & quæ illis participant: partẽ capient: nec amplius in quolibet tota: sed pars cuiusq; unũ erit. Sic apparet. Voles ne/o/ Socrates unam speciem re uera diuidi: ac etiam unam esse? Nullo mõ. Considera itaq; si ipsam magnitudinẽ partiaris. & unum quodq; plurium magnorum. parte magnitudĩs minore q̃ ipsa sit; magnũ erit nõne procul a ratione uidebitur? prorsus. Quid uero ipsius ęqualis parte unumquodq; paruum participans: hẽbit: quo minore existẽte q̃ ipsum ęquale id quod habet ęquale alicui sit? Impossibile. Sed & aliquis nostrum ipsius parui partem habebit: q̃ ipsum paruum maius est: quippe cum ea pars ipsius existat: atq; ita ipsum paruũ maius erit. Id autẽ cui ablata pars adiicitur minus erit: & nihilo maius q̃ antea fuerit. Istud inqt fieri nõ posse. Quo igit mõ o

Socrates ait: cætera ſpēbus participabūt. Cum nec ſm totas: neq̃ ſm partes capere queant? per Iouem nō leue quidā hoc ad determinādū uidetur. Ad illud aūt qd ais? Quid nā? Reor te ex hoc unam quālibet ſpēm ponere. Cum plura quędā magna tibi uident/una quędā forſan idea tibi uiď/p oīa reſpicienti: unde ipm unū magnū eſſe putas: Vera dicis. Quid ſi ipm magnū atq̃ alia q̄ magna ſunt aīo eodē modo p oīa reſpicias/nōne unum quiddā magnum iterū apparebit/quo hęc oīa magna uideri neceſſe eſt? Apparet. Icirco alia iam magnitudinis ſpēs præter ipſam magnitudinē & participantia magnitudine/iterū elucebit: & in iis oībus alia rurſus: qua uniuerſa ſint magna: nec amplius una quæq̃ ſpēs una erit: ſed nūero potius infinitæ. At forſitan inquit Socrates/q̃libet harum ſpecierũ notio quædā eſt nec alibi eſſe q̄ in animis pōt: ſic. n. unaquæq̃ una erit: nec contingent ulterius: q̄ dicebanť. Quid ergo inquit? q̃libet notio una eſt? notio aūt nullius notio? At hoc ipoſſibile. Sed cuiuſdā? Cuiuſdā ſane: exiſtentis uel nō exiſtētis? Exiſtētis. Nū unius cuiuſdā/quod notionē illā in oībus ſequentē itelligere licet ideā unā? prorſus: præterea nōne ſpēs erit hoc quod intelligiť unū eſſe/ſemp in oībus idē. Neceſſariū hoc quoq̃ uideť. Quid uero inquit Parmenides/an non neceſſe eſt/cū cætera ſpēbus participent/ex notionibus unūquodq̃ cōſtare/& intelligere ſingula: uel cū ſint notiōes: nihil tū intelligere? Sed neq̃ id inquit rōnē habet: uerũ q̄maxime ſic iſta mihi ſe hře uidenť: has qdē ſpēs tanq̄ exēplaria in natura conſiſtere: cætera uero iis ſimilia fieri; atq̃ eſſe ſimulacra: nec aliter iſta ſpēbus participare/q̄ q̃ illis ſimilia fiunt. Si quid igiť ut ais ſpēi ſimile eſt: nū poſſibile eſt/ſpēm ipſam nō eſſe ſimilē eius quod ipſi ſimile factū eſt: quatenus ipſi factū eſt ſimile? An cogitari pōt ſimile nō eſſe ſimili ſimile? Non certe. Simile aūt nōne unius eiuſdē ſpēi neceſſario particeps eſt/cuius & illud cui ſimile ſit. Neceſſe eſt. At quo ſimilia participātia ſimilia fiunt: nōne illud ipſa ſpēs erit? Oīno. Non igiť pōt quicq̄ ſpēi ſimile eſſe/nec ſpēs alteri. Nā præter ipſam ſpēm/ſpēs alia ſemper emergeret: q̃ ſi illa cuiquā ſit ſimilis/alia rurſus nec unq̄ pgreſſus iſte ceſſabit: quin noua ſpēs ſemper occurret: ſi ſpēs participanti ſimilis ſit. Veriſſima loqueris. Non ergo per ſimilitudinem cætera ſpeciebus participāt: ſed alius qdā præterea q̄rendus eſt participandi modus. Apparet. Cernis o Socrates quāta ſequiť ambiguitas: ſiquis quaſi ſpēs ſint: ipſas ſm ſe ipſas diſtinguat? Et maxime inquit. Scito inſuper te nōdū ut ita dixerim cōprehendere/quāta ſit difficultas/ſi unum quodq̃ exiſtentium unam ſpēm ſemper quiddā diſtinguendo poſueris. Quomō id inquit? Multa quidem alia ſunt: ſed hoc eſt maximū: ſiquis aſſerat illas dinoſci non poſſe/cum ſint tales quales eſſe ſpecies oportere dicimus. Eum ſane qui ita diceret: non poſſet aliquis redarguere niſi multarũ rerũ peritus ſit qui dubitat: & ingenioſus: uelitq̃ p̄terea ſequi demonſtrantem/dum plurima longo ordine tranſigit: uerūtñ nec etiā pſuaderi poterit: qui ignotas illas eſſe coget. Cur o Parmenides ait Socrates? Quoniā o Socrates arbitror & te/& quēuis alium quicūq̃ eſſentiā quādam cuiuſq̃ ipſam ſm ſeipſam exiſtentem ponit/nullā nobis ineſſe ſpeciem cōceſſurū. Quo enim pacto inquit Socrates ipſa ſm ſeipſam eſſet? Recte loqueris. Nonne igitur quotcūq̃ ex ideis inuicem reſpiciunt: quæ ſunt ipſe ad ſeipſas eſſentiā hñt/non aūt ad ea quæ circa nos ſunt: ſeu ſimulacra/ſiue quomodocūq̃ illa quiſppiam noīet: qbus nos participantes ſingula eſſe denoīamur. Quę uero circa nos ſunt illis ęquiuoca: ipſa ſimiliter ad ſeipſa nō ad ſpecies ſunt: & ſui ipſorũ nō illarũ q̄cūq̃ rurſus ſiľr nūcupanť quomō dicis inquit Socrates? Veluti ſiqs noſtrū alicuius dñs aut ſeruus ſit/nō ipſius dñi quod dñs eſt/ſeruus exiſtit: neq̃ ipſius ſerui quod ſeruus eſt/dñs eſt qui dñs diciť: ſed hæc utraq̃ eſt tanq̄ hō. Ipſa uero dominatio ſeruitutis ipſius exiſtit id quod eſt: & ipſa iterū ſeruitus eodem mō ipſius dñatiōis eſt ſeruitus. Nec ea q̄ nobis inſunt ad illa: nec ēt q̄ illic ſunt ad nos referunť. Sed ut dixi ipſa ſui ipſorũ & ad ſeipſa ſunt: & q̄ hic ſunt ſimiliter ad ſeipſa reſpiciunt. Intelligis ne quod dico? prſus itelligo. nōne & ſcientia ipſa quod ſcientia eſt/illius ipſius quod eſt ueritas: ſcientia eſt. Oīno quidem. Quælibet rurſus ſcientiarū/q̄ eſt quod eſt alicuius exiſtentiū eſt ſcientia/an non? profecto. Scientia uero noſtra/nōne ueritatis q̄ circa nos/ſcientia erit? Et rurſus unaquæq̃ noſtra ſciētia: uniuſcuiuſq̃ eorũ quæ circa nos ſunt/ſcientia. Neceſſe eſt. Verūtñ ipſas ſpecies/neq̃ nos hēre/neq̃ circa nos eſſe poſſe aſſentiris. Non pfecto. Cognoſcunť ne ipſa ſcientiæ ſpē genera ipſa quæ ſingula ſint? Certe. Quam ſpēm nos haud habemus. Non certe. Nulla igitur ſpecies a nobis cognoſcitur: cum ipſius ſcientiæ participes minime ſimus. Non apparet? Ignotum itaq̃ nobis ipſum pulchrū/& ipſum bonum eſt: & omnia deniq̃ quæ ut ideas eſſe ſupponimus. Videtur. Conſidera & hoc etiam grauius. Quid nam? Num fateris ſi eſt ipſum quiddam ſcientiæ genus: multo illud præſtantius eſſe hac noſtra ſcientia: & ipſam pulchritudinem ac reliqua eodem pacto. Immo. Nonne ſiquid aliud eſt ipſius ſcientiæ particeps: nullum niſi deum dices ſuppremam habere ſcientiam? Neceſſe eſt. Num poterit deus cum ipſam ſcientiam ſit amplexus hæc noſtra dinoſcere? Cur non? Quoniam inquit Parmenides confeſſi ſumus o Socrates: neq̃ ſpecies illas ad noſtra uim habere quam habent: neq̃ noſtra etiam ad ſupetna: uerum utraq̃ ad ſeipſa referri. Cōſenſimus plane. Ergo ſi apud deum ſuprema ipſa dominatio eſt: atq̃ ipſa ſuppremą ſcientia/nunq̄ aut dominatio ipſa nobis dominabiť: aut ipſa ſcientia nos/uel aliud noſtrorum/quicq̄ cognoſcet: ſed/& nos ſimiliter diis minime imperabimus

Scīa eſt ueritatis & eius: quod eſt.

Ipſum pulchrū & ipm bonū nobis ignotum.

rabimus imperio nostro: neq; diuinum quicq̃ scientia nostra percipiemus. Et illi item eadem rõne nec nostri erunt domini: neq; res humanas cum dii sint: animaduertẽt. At nonne ualde mirabilis inquit: hic sermo uidebitur: siquis Deum cognitione priuauerit? hæc quidem o Socrates iqt Parmenides aliaq; præter hæc multa necesse est speciebus cõtingere: siquidẽ hæ rerum ideæ sit: & aliquis ipsam quãdam unam quãq; speciem determinet. Vnde uacillat quisquis hæc audit: ac dubitat ne forte ideæ nihil sint oio. uel si sint necesse eas esse humanæ naturæ ignotas existimat. Adeo ut qui hæc dicit, inferre aliquid uideatur. Et ut pauloante dixi mirum est q̃ sit icredibile: & uiri admodum ingeniosi percipere posse: q sit genus quoddã cuiusq;: & ipsa fm seipsam essentia: necnon mirabilioris uiri officium est: hæc postq̃ inuenerit: alios docere posse sufficiẽter oĩa discernẽtem. Assentior o Parmenides inquit Socrates: quæ. n. dicis menti meæ mirifice consonant. Verumtamen inquit Parmenides: siqs prædictis rationibus motus species rerum existendum auferat: neq; speciẽ ipsam uniuscuiusq; distinguat: haud sane reperiet: quo conuertat intelligentiã cum nõ primiserit ideam uniuscuiusq; rerũ existentium eandẽ semp existere: & in hunc modũ differendi ẽt facultatem funditus subuertet. Talem quãdam rationem tu quoq; præcipue sensisse mihi uideris. Vera dicis. Quid itaq; de philosophia facies: quo his ignoratis te uertes: haud quaq̃ discernere id in præsentia uideor. Anteq̃ exercitatus sis o Socrates: definire aggrederis: qd pulchrũ: iustum bonum: & aliarũ quælibet specierum: hoc enim pridẽ aĩaduerti: hic te audiens una cum hoc Aristotele disputantem: pulcher sane: atq; diuinus mihi crede impetus iste tuus: quo ad rõnes aduolas. Cæterum collige teipsum: diligentiusq; te in ea facultate exerce: quæ inutilis eẽ uidetur: & a multis nugatio: siue garrulitas nuncupat: dum iuuenis es: alioquin te ueritas fugiet. Quis exercitationis huiuscemodus est Parmenides? Iste inqt: quem a Zenone audisti. Sed etiam illud tuum aduersus hunc dictum miratus sum, cum diceres nõ in iis q̃ oculis pcipiuntur: eorũq; errore cogitationem sistere oportere, sed ad ea cõscendere: q̃ quis maxime rõne comprehendere, ac spẽs esse putaret. Neq; in hunc modum arduũ esse uidet: similia uidelicet: atq; dissimilia: cæteraue: q̃ rebus existentibus cõpetunt explicare. Et probe quidẽ dixisti. Est aũt præter hoc: illud etiam obseruandum ut nõ modo si est aliquid supponas hac deinde quæ proueniunt ex suppositione cõsideres: uerũ ẽt si nõ sit id ipsum supponas, si pfectius exercitari uolueris: quo pacto id ais. Verbi causa si uelis circa istam suppositionem quã Zeno inuexit: si multa sunt: quid euenturũ est ipsis multis ad seipsa & ad unum: & uni ad seipsum & ad multa. Ac rursus si nõ sunt multa: iterum cõsiderandũ quid accidat uni atq; multis, tum ad seipsa: tum inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinẽ: uel non esse: quid potissimũ ex utraq; suppositione contingat: tam iis quæ supposita sunt: q̃ cæteris oĩbꝰ ad seipsa pariter: atq; inuicem. Eadẽ quoq; de dissimilitudine ratio est: de motu: statu: gñatione: corruptione: esse: atq; non esse: & ut uno uerbo cõplectar: de quocũq; suppõitur: aut esse: aut nõ esse: siue quãuis aliam passionem suscipere cõsideranda sunt quæ ex suppositione proueniãt ad seipsum: & ad quolibet aliorum quodcũq; elegeris: & ad plura: & ad uniuersa similiter: & alia rursus ad seipsa atq; ad aliud quodcunq; adsumpseris siue ut existẽs: siue ut nõ existens ipsum posueris: si modo absolute exercitatus ueritatem sis penitus inspecturus. Arduum inquit opus adducis, nec te omnino intelligo. Sed cur ipse non supponis aliqd, illud eo modo percurrens, ut clarius intelligam? Grande o Socrares onus seni imponis. Tunc Socrates cur non ipse o Zeno hanc rem discutis? Cui Zeno subridens respondit: ipsum o Socrates oremus Parmenidem: neq; enim leue quiddam est, quod ait. An non uides quantum sit negocium quod iubes? Quod si plures essemus: haud sane id postulare deceret. Indecorum namq; huiusmodi quædam in conspectu multorũ tractare: atq; id seni præcipue. Ignorant enim multi quod absq; hoc discursu, ac peruagatione per omnia impossibile sit mentis ueritati coniuncte compotem fieri. Ego igitur o Parmenides una cum Socrate precor: ut & mihi etiam liceat tanto tempore transacto hæc audire. Cum uero hæc intulisset Zeno retulit Antipho dixisse Pythodorum: se quoq; & Aristotelem: ac reliquos omnes obsecrauisse Parmenidem: ut quod dixerat: demonstraret: neq; aliter faceret. Tunc demum Parmenides necesse est inquit obtemperare: & si mihi uideor i id: quod passus est ibycius equus incidere. Cui profecto equo athletæ seniori curruum subituro certamen: & propter experientiam euentum extimescenti Ibycus ipse se conferens, inultus inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogor. Eadem ratione ego mihi admodum trepidare uideor: cum cogito quo pacto possim iam grandis natu tam profundum differendi pelagus transnatare. Obsequendum tamen: cum & Zeno ipse roger: Idem enim sumus. Vnde igitur incipiemus? quidue primũ supponemus? An uultis postq̃ negociosum ludum ingressi sumus a me ipso meaq; suppositione in primis exordiar? de ipso uno supponens: siue unum sit: siue nõ quid accidat? prorsus inquit Zenon. Quis igitur mihi respondebit? An iunior? minus enim negocii prebebit: & quæ ipse sentit: maxime respondebit: ut eius respõsio minus me defatiget paratus sum o Parmenides. Aristoteles inquit me namq; significas: dum iuniorem respondere iubes. Sed age: ut lubet interroga me: tanq̃ libentissime responsurum.

Modus exercendi dicens philosophiã comparaturũ Non in sensibilibus esse insistendũ dicebat Socrates:

De utilitate & modis supponẽdi.

Equus ibycꝰ

Qualis sit responsio iunioris.

¶DE VNO.

Prima suppositio si unũ sit q̃ ite l'igẽda ẽ si unũ: Nam uerbũ ẽ apponitur grã orõnis.& primũ argumentum est a cõtrario

Quid rotundum

Quid rectũ

Rõnes: qbus pellitur idẽ esse in se

Latio & alteratio sunt soli motus

Quod circulo mouetur in medio consistere

Pati p partes

Alia est natura unius q̃ natura eiusdẽ:

Ge igit͂ si unum est/nõ utiq; multa erit ipsum unum. At quomõ? Neq; igitur partem esse a illius aliquã: neq; totum esse ipsum oportet. Cur nã? Pars utiq; totius ps est. Est. Quid uero? nõne totũ est: cui nulla pars deest? p̃rsus. Vtrinq; igitur ipsum unũ ex ptibus esset totũq; existens: ac partes habens. Necesse est. Vtrinq; rursus ipsum unum multa potius/q̃ unũ eẽt: Verum. Oportet autem nõ multa: sed unũ ipsum existere. Oportet sane. Itaq; nec totũ erit: neq; partes habebit: si unum fuerit ipsum unũ. Nõ certe. Si nullam habet partem: nec principium etiã neq; finem: neq; medium habebit partes enim ipsius hæc essent: pbe. Quin etiam principium & finis termini cuiuslibet sunt. Quid ni? Infinitum igitur ipsum unum/cum principio fineq; careat. Infinitũ. Ergo & absq; figura: neq; enim rotundi: neq; recti particeps est. Cur rotundũ porro id est: cuius extrema undiq; a medio ęque distant. Id nempe. Rectũ uero cui⁹ medium extremis utrisq; e regione est. Sic est. Nõne partes haberet ipsum unum: multaq; esset si recte: uel circularis figuræ esset particeps? Omnino quidẽ. Iccirco neq; rectum est: neq; rotundũ/cum partes etiam nullas habeat. Recte. Quin etiam cum tale sit/nusquã est: nam neq; in alio: neq; in seipso esse potest. Quam obrem? Si in alio esset: circulo quodam ab eo: in quo esset/cõcluderetur: passimq; ab illo: ac multis partibus tangeretur. At cũ unum impartibile sit & rotũditatis expers/impossibile est multifariam circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset ipsum seipsum cõplecteret͂: nõ aliud quiddã: q̃ ipsum met existens: siquidem in semetipso sit: nõ enim potest quicq̃ in aliquo esse: quin ab illo etiam comprehendat͂. Impossibile certe. An nõ aliđ quiddã esset ipsum: ut comprehendẽs: aliud ut comprẽsum? nunq̃ enim idem ipsum totum utraq; hæc simul pateretur & ageret: quo fit ut ipsum unum: nõ unum ulterius: sed duo sit. Est ut dicis. Nusq̃ igitur est ipsum unum: quãdo quidẽ: nec in alio: nec in semeptiso est. Nusq̃. Cõsidera quæso nũ q hmõi ẽ: aut stare: aut moueri ualeat. Cur nõ? Q m̃ quod mouetur: uel fertur: uel alteratur: hi quippe soli sunt motus. Esto. Si ipsum unum ex eo: q est alteretur: impossibile est. Vlterius esse unum. Impossibile. Iccirco secundũ alterationẽ nõ mouet͂. Nõ ut uidetur: num quid secũdum progressionẽ? Fortassis. Atqui si ipsum unum feratur: uel in eodem motu sphærico circũfertur/uel locum alium ex alio mutat. Necesse. Nonne quod circulo circunfertur in medio cõsistere oportet: atq; alias sui partes: quæ circa medium uoluantur: habere? Cui uero: nec mediũ: neq; pars ulla cõuenit: quomodo id cogitari potest in circulũ circa medium uolui? Nullo pacto. An locum transiẽs alias alibi fit: atq; ita mouetur? forte. Nũ eẽ ipsum in aliquo ut impossibile iam redargutum est? Immo. An nõ multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Nõ intelligo: quomõ. Si in aliquo aliquid fit: necesse est nõdum in illo penitus esse. siquidem adhuc in illo continue fiat: nec etiam extra illud prorsus extat e: siquidem in eo iam fiat: necesse ẽ. Si ergo aliud quicquã hoc patitur: id solum patitur: cuius partes aliquæ sunt: partim enim in illo iam est/q patitur: partim simul extra quod aũt nullis partibus cõstat/nunq̃ in aliquo totum eẽ: ac totũ simul abesse poterit. Vera. Quod uero: neq; partes habet ullas: neq; totum est: multo magis etiã impossibile est: siue secundũ partes: siue secũdum totum alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo pergens nec alicubi ingrediẽs locũ mutat: neq; in eodem reuolutum: neq; etiam alteratũ. Nõ uidet͂. Secũdum quẽlibet igit͂ motũ ĩmobile est ipsum unũ. Immobile. Præterea ipsum unum in nullo esse posse asseuerauimus. Asseuerauimus. Haud igitur aliquãdo in eodem est. Quamobrẽ? quoniã iam in illo esset: in quo eodem est: prorsus. At uero nec in seipso: neq; in alio ipsum unum esse poterat: nõ certe. Nunq̃ igitur ipsum unum in codẽ existit. Nunq̃ ut uidet͂. Quod uero nũq̃ in eodem existit: neq; quietem agit: neq; stat. Neq; enim possibile. Iccirco ipsum unum: nec stare: neq; moueri uidetur. Non apparet. Item nec alteri: neq; sibiipsi etiam idem est: rursusq;: nec a seipso: nec ab alio quodam alterum. Quid ita? Si a seipso alterum sit: ab uno alterum esset, nec esset unum. Vera. Et si alteri idem fuerit: illud quidem erit: nec ipsum quod est: qua ꝓpter nec ulterius erit ipsum quod unum: sed aliud quiddam præter unum. Sic est. Ideo idem alteri uel a semetipso alterũ dici nunq̃ debet. Nunq̃ plane. Sed neq; alterum ab alio esse potest: donec unum est: neq; enim uni congruit: ut ab aliquo alterum sit: sed soli ei quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit: probe. Ex eo igitur: q unum est: nõ erit alterum: an ipse putas? Nequaq̃: q nisi si non se ipso: si non seipso: neq; ipsum. Ipsum uero nullo modo alterum existens a nullo alterum est. Recte: neq; tamẽ sibi ipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius unius natura quę ipsius eiusdem natura est: quare? quia nondum quum idem fit aliquid alicui: unum efficitur: qua de causa? quod multis idem fit/multa/non unum fieri necesse est. Verum. At si ipsum unum atq; ipsum idem nihilo discreparent quotiens: quid idem fieret: unum quoq; semper efficeretur: quotiẽsq; unum semper & idem Et maxime quidẽ. Quapropter si ipsum unum sibimet idem fuerit. Non unum sibi existet: atq; ita unũ existẽs: nõ unũ erit. Impos̃e id qdẽ. Impos̃e igit͂ ipm̃ unũ: aut alteꝝ ab alio: aut sibi ipsi idẽ esse. Impos̃e hac itaq; rõne unũ: nec idẽ: nec alteꝝ: aut sibi: aut alteri: eẽ poterit. Nõ ꝓfecto. Sed neq; simile: neq; dissĩle cuipiã: aut sibi aut alteri. Quã ob cãm? Quia sĩle ẽ: q ipsi⁹ eiusdẽ est p̃ticeps. Nẽpe.

Ipsum

Ipsum tamen idem ab uno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Veruntamen si quid præter id quod est unum esse/ipsum unum recipit/patitur iam plura esse q̃ unum. Id autem impossibile est. Ita. Ob hanc causam nunq̃ ipsum unum: idem esse uel sibi uel alteri patitur. Nõ uidetur. Ergo nec simile aut sibimet aut alteri esse potest. Sic apparet. Nihilo tamen magis esse alterum substinet: etenim plura q̃ unum esse cõtingeret: plura sane. Quod alterum uel a se/uel ab alio fit. dissimile quoq; aut sibiipsi/aut alteri cuidam efficitur: quippe cum illud etiam quod idem esse recipit: simile fiat: probe. Vnde ipsum unum cum nullo modo susceperit alterum: nunq̃ quoq; dissimile siue sibimet siue alteri fiet: nunq̃ profecto. Quamobrẽ nec simile neq; dissimile unq̃ aut sibi aut alteri ipsum unum est. Non ut uidetur. Præterea cum huiusmodi sit/nec æquale etiam nec inæquale cuiq̃ uel sibi uel alteri. Quid ita? Quod æquale est earundem mensurarum est quarũ & illud cui æquale dicitur. Sic est. Quod maius est uel minus/quoad illa quibus conmensurabile est/minoribus quidem plures mensuras habet: maioribus autem pauciores. Certe. Quibus: autem inconmensurabile: quoad hec quidem minorum? quoad illa uero maiorum mensurarum erit: quid ni? Nonne impossibile est/quod nullo modo ipsius eiusdem est particeps/aut mensuras easdem aut aliud quod uis idem sortiri? Impossibile. Itaq; nec sibi: nec alteri erit æquale: quippe cum mensuris eisdem non utatur. Minime ut apparet. Quin etiam si pluribus aut paucioribus mensuris circunscribetur: totidem partibus quot & mensuris constabit: rursusq; nõ amplius unum erit: sed tot potius/quot & mensuræ insunt. Recte. q; si unius mensuræ sit/æquale utiq; ipsi mensure fieret: uerum tamẽ ĩpossibile esse apparuit ipsum unum æquale cuiq̃ esse. Apparuit certe. Quod igitur nec unius mensuræ est particeps neq; multarum neq; etiam paucarum: nec ullo modo ipsius eiusdem/nunq̃ sibiipsi ut uidetur erit ęquale: nec etiã alteri: nec maius: præterea aut minus uel semetipso uel alio: Sic prorsus se habet. An forte antiquius aut iunius aliquo uel etiam coætaneum ipsum unum apparet: quid prohibet? Id sane: quoniam si eandem etatem uel secum uel cum alio quopiam aget. æqualitate & similitudine temporis participabit: ostensum est: tamen nec æqualitatem nec similitudinem ipsi uni ullam adesse posse. Ostensum profecto. Nonne hoc quoq; diximus nec inæqualitatis neq; dissimilitudinis compos existere? q̃ maxime? quo igitur pacto quod huiusmodi est/senius aut iunius aliquo uel ætate par ulli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum unum non iunius non senius non ætate par aut ad seipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item nec in tempore etiam ullo pacto ipsum unum cum tale sit/erit unq̃. Etenim necesse est quicquid est in tempore/seipso semper senius fieri. Necesse. Et quod senius semper iuniori senius. Cur nõ? Itaq; quod seipso fit senius: seipso etiam simul iunius fit: siquidem aliquo senius esse debet. Quomodo dicis? hoc modo. Oppositum alterum alteri nihil fieri oportet/opposito altero iam existente. sed hoc iam existente/iam esse præterito illo præteriisse: futuro fore. dum uero fit unum oppositum/alterum quoq; oppositũ nec preteriisse: nec fore: nec esse: sed fieri: nec aliter esse. Necesse. At uero senius õppositũ quiddã est iuniori nec alteri penitus ulli: est. quod ergo seipso fit senius/Necesse est simul quoq; seipso iunius fieri/Videtur. quinetiam nec longiori seipso tempore neq; breuiori fieri/sed per equale semper tempus secum ipso fieri: & esse: & fuisse: futurum: esse: ac fore. Necessaria quoq; hec sunt. Necessarium ergo uidetur quodlibet eorum que in tempore sunt/atq; hoc tali participant/eandem secum ipso ætatem agere: ac senius seipso simul: & iunius fieri. Apparet. Ipsi uero uni nulla prorsus ex iis passionibus accidit. Nulla. Nullius ergo tẽporis particeps/nec in aliquo tempore/Non sane ut ratio dictat. Quid igitur ipsum erat: fuit: fiebat: /nonne participationem temporis quandoq; præteriti significare uidentur. Quinimo. At uero erit: fiet: factum fuerit/an nõ futurũ nobis designant? Futurũ. Est autẽ & fit/præsentis sunt tẽporis note. Omnino quidem. Si ergo ipsum unũ nullo prorsus participat tempore: nec fuit unq̃ nec fit: neq; est: neq; fiet. neq; factum erit: neq; erit. Verissima hæc sunt. Num potest quicq̃ essentia aliter q̃ secund istorũ aliqđ participare? Nõ aliter. Nullo modo igitƐ est ipm unũ: haudquaq̃ uideƐ. Nõ itaq; ita est ut sit unũ: esset enĩ iã ens & essentiæ particeps immo ut uideƐ ipsum unuũ neq; unum est: neq; est siquid huic rõni credendum. Apparet. Ei uero quod non est: nũ est uel ipsi uel Ipsius aliquid? At quomodo. Non itaq; nomen illi est/non sermo nõ scientia quædam: non sensus: non opinio. Non uidetur. Quaproter nec nominatur nec dicitur nec opiniõe cogitatur: nec cognoscitur: neq; ab aliquo ex iis quæ sunt/sentitur: haud sane uidetur. An possibile est ista circa ipsum unum sic se habere? non ut mihi uidetur.

u Is ne iterum ad ipsam suppositionem uelut a principio redeamus? consyderantes siquid forte redeuntibus nobis aliter se habere uideatur? Volo equidem. Nonne si ipsum unũ est/confessi sumus que circa illud eueniunt: cuiusmodi esse oporteat? profecto. Meditare iterum a principio: unum si est/numquid possibile est ipsum esse/essentia uero nequaq̃ participare? Impossibile. Essentia aũt unius, nõ idẽ quod ipsum unũ erit. aliogn si idẽ; nõ utiq; illius essentia esset, neq; ipm unũ illa pticipasset: sed quotiens pferreƐ unum: esse, simile qddã significaretur; ac si unũ unum, diceremus. Nunc autem non est huiusmodi suppositio nostra. s. si unum, quid

Simile est qđ ipsius eius dẽ particeps

De oppositis quæ sunt & fiunt

Verbũ ẽ fuit erit fit fiet: factũ est cõsignificat tps

In uerbo est nõ mõ ẽ tps sed ẽt essentia

De uno negatur eẽ Non entis non est qcq̃ & in nõ ente non est qcq̃

Secunda suppositio circa unum si est

Horticultorũ. SO. hæ igit̃ leges horticultoriæ sunt. MI. ita. SO. eorũ q hortis præesse sciunt. MI. Quid ni? SO. sciũt aũt horticulatores. MI. Nempe. SO. At quorũ sunt de cõdimentis obsoniorũ scripta atq; istituta? MI. Coquorũ. SO. Coquorũ igit̃ hæ leges sũt. MI. sũt. SO. Eorũ uidelicet/q p parãdis obsoniis pesse sciũt. MI. Proculdubio. SO. Sciũt hæc ut aiũt/coqui. MI. Sciũt. SO. age igit̃ dic quorũ sunt cõscripta & istituta de ciuitatis gubernatiõe? An nõ eorũ q admistrãdę rei. p. periti sunt? MI. Appet. SO. Num alii qdã pter ciuiles atq; regios hoĩes id nouerũt? MI. Isti soli. SO. Ciuilia ergo cõscripta hęc sunt/q hoĩes regũ bonorũq; uirorum decreta noĩant. MI. Vera narras. SO. Qui sciũt haud alias: aliud sisdẽ rebus statuũt. MI. Nõ certe. SO. Nõ igit̃ alia atq; alia legitĩa sũt. MI. Nequaq̃. SO. Siquos dissentiẽtes mutãtesq; uiderimus/num scire illos/an ignorare dicemus? MI. nescire. SO. an nõ qđ in singulis rectũ est id in singulis legittimũ nũcupandũ? Vtpote qđ secũdum rõnẽ medici fit/uel coqui/uel horticultoris id in eis legittimũ. MI. Absq; dubio. SO. Contra uero/qđ minime rectũ/haud amplius legittimũ appellandũ. MI. haud amplius. SO. In legittimũ itaq; fit. MI. Necessariũ est. SO. Quãobrem in cõstitutiõibus de iustis atq; iniustis deq; ciuitatis ordine & gubernãdi rõne tractãtibus quodcũq; rectũ est/regia lex existit: nõ rectũ uero nequaq̃ lex regia est/qa scĩa deesse uidet̃ qppe cũ in legittimũ fit. MI. Sic est. SO. Prope igit̃ confessi sumus legẽ esse ueritatis inuentionẽ. MI. Apparet. SO. Pręterea & hoc ad idẽ cõsideremus qs spargẽdorũ in terrã seminũ pitus ẽ? MI. agricola. SO. Hic utiq; cõuenientia semĩa unicuiq; solo distribuit. MI. Sãe. SO. Agricola igit̃ in iis legislator bon⁹ est eiusq; leges: & ad ista distributiões rectę. MI. Verũ. SO. qs ĩ ipsis ad harmoniã pulsatõib⁹ bon⁹ legis cõditor ẽ: ac p dignitate ĩptit/& cui⁹ leges rectę. MI. tibicen & citharista hęc agũt. SO. q ergo ĩ iis maxĩe legittim⁹ ẽ/is maxĩe tibicen. MI. ita. SO. Quis optĩe corpib⁹ alimẽta accõmodare põt/nõ ne q cõgrua cuiq; adhibere nouit? MI. Is ipse. SO. hui⁹ pastiões istõnesq; optĩę/& qcũq; circa hec legittim⁹ maxĩe is legis cõditor optim⁹. MI. prsus. SO. Quis iste? MI. pędotriua. SO. is humanorũ corporũ multitudinẽ pascere nouit. MI. sane. SO. ei uero q pecudũ gregẽ pascere nouit/qđ nomẽ ẽ? MI. Pastor. SO. Pastoris itaq; leges ouib⁹ optimę. MI. optĩę. SO. & bubulci bob⁹. MI. etiã. SO. At cui⁹ potissimũ leges aĩs hoĩum optĩę sunt? an nõ regis? MI. Regis. SO. Bñdicis. sed num referre potes: qs e priscis hoĩb⁹ legũ circa tibiarũ iflatiõem cõditor opti m⁹ extitit forte nõ tenes/uis ne tibi memorẽ? MI. ualde. SO. Marsia & discipulus eius Olymp⁹ Phrygi⁹. MI. uera loq̃ris. SO. horũ sane tibicines harmonię diuinissimę sũt & solę cõcitãt audiẽtes q potissimũ diis ĩdigeãt oñdũt: ac solę ĩ hũc usq; diẽ utpote diuĩæ restiterũt. MI. Vera hęc sũt. SO. qs ãt ex ãtiqs regib⁹ legis cõditor optim⁹ fuisse fert̃ cui⁹ adhuc tanq̃ diuię instõnes extent. MI. nequaq̃ teneo. SO. an nescis que grecorũ gẽtes ãtiqssimis legib⁹ utãt̃? MI. forte Lacedęmonios & licurgũ Lacedęmoniarũ legũ latorẽ dicis. SO. At hęc ĩstituta nõ dũ forte trecẽtos ãnos uel paulo plures impleuerunt: nec non quę ex illis potiora sunt/unde habuerunt/nosti. MI. ex Creta ferunt. SO. Isti itaq; ex Grecis omnibus antiquissimis legibus uiuunt. MI. Verum. SOC. Scis qui apud eos pręstãtissimi reges extiterit? Minos uidelicet & Rhadamãthus Iouis & Europæ filii/ quorũ hę leges sunt. MI. Rhadamãtum quidem o Socrates iustum uirũ fuisse tradũt: Minoẽ aũt agrestẽ durũ atq; iniustũ. SO. Atticã o uir optime ac tragicã fabulã refers. MI. Non ne hęc de Minoe circũferunt. SO. Non tñ Homerus aut Hesiodus ista testant̃: q̃q̃ locupletiores admodũ testes sunt/q̃ cũcti tragici: quorũ testimonio talia loqueris. MI. Et quid isti de minoe tradũt. SO. Dicã ne tu ut alii multi prophana loquaris. Nihil enĩ hoc pphanius ẽ: Et enĩ primo cauẽdũ est neqd in deũ aut uerbo aut ope aliqñ peccemus: deinde neqd aduersus diuinos hoĩes. Quĩ diligẽter cauere decet quotiens uirũ aliquẽ laudaturus aut uituperaturus es/ne aberres: Atq; huius gratia in primis curandũ est/ut bonos ac malos homines dinoscamus: Deus quippe nimiũ indignat̃/quotiens qspiã illius similẽ ĩprobat/aut pbat dissimilẽ. Dei uero similis est uir bonus. Neq; lapides ac ligna auesq; atq; serpentes sacra existimes/hoĩes uero nequaquã. Immo sacratissimũ omniũ ẽ uir bonus: pphanissimũ cõtra uir malus. Et nũc iã queãdmodũ Homerus Hesiodusq; Minoẽ ipm extollũt/hac de cã referã: ne amplius hõ ipse ex hoĩe nat⁹ aduersus hęroa Iouis filiũ ppterã ubloquaris. Nã Homerus ubi de creta mẽtionẽ faceret/q eẽt admodũ populosa/& ĩ ea nonagita urbes/inter illas ingt ẽ Knosos ãpla ciuitas ĩ q̃ Minos regnauit: nouẽ ãnos magno cũ Ioue collocut⁹. Tãta ẽ hęc ĩ Minoem Homeri laus paucis uerbis explicita/ut nũq̃ pari laudatiõe Heroũ quẽq̃ extulerit. Qđ. n. Iupiter sophista ẽ ea q̃ ars pręclarissima/cũ alibi sępenũero/tũ hoc ĩ loco uel maxĩe patefacit: Nã Minoẽ ãnos nouẽ cũ Ioue collocutũ ingt: ad cũq; disciplinę gratia pficisci solitũ/qsi Iupiter sophista fit. Quod aũt tãto munere hoc ẽ ab Ioue eruditũ eẽ/aliũ Hęroa nullũ Homer⁹ affecit/mira quędã laus existimãda ẽ. Quĩ ẽt ĩ odissea Minoẽ mortuorũ aĩas iudicãtẽ/aureũ sceptrũ tenẽtẽ ĩduxit. Rhadamãtũ uero neq; hic neq; alibi iudicãtẽ aut cũ Ioue colloquẽtẽ inducit. Quãobrẽ ab Homero prę cęteris oĩbus Minoẽ honoratũ assero. Et enĩ cũ Iouis sit filius/q ab illo dũtaxat sit erudit⁹/nõ habet laudatõis excessum: hoc nẽpe carmẽ illud significat: Mĩos regnauit nouẽ ãnos magni Iouis collocutor Minoẽ uidelicet cum Ioue annos nouem in sermonibus congressum: oari namq; sermones sunt: oaristus autem est in sermonibus congrediens. Minos itaq; annos nouem in Iouis antrũ erudiẽdus accessit. Vñ & di

dicit &

Qui dissidẽt ac mutant ii nõ sciunt.

Quid regia lex.

Lex est ueritatis inuentio:

Regis sunt leges: quæ animis dantur:

Qui Primi legum cõditores apud Græcos fuerint

De Rhadamãtho: & Minoe:

Multa de Minoe Cretæ rege:

Cauendũ esse & in laudando: & accusãdo hoĩe quoquam:

Vir bonus similis Deo:

Vir bonus oĩum sacratissimum:

Creta nonagita urbibus habitata:

Qui facit Iouem sophistã his sophisticam pclarissimam artem facit:

De Minoe:

dicit & docuit inde cęteros:quæ ab Ioue nouē annis acceperat.Hęc tū deſunt q oariſtī aliter exponant:cōpotatorē:cōmiſſatorēq̃.& colluſorē Iouis.Verū ex hoc maxime iſtos/non recte exponere cōiicere poſſumus:ꝙ nulli uel Gręci/uel barbari ſympoſiis .i.cōpotiōibus.atq̃ eiuſmōi ludis abſtinēt/ꝑter Cretēſes/atq̃ Lacedęmonios/qa Cretēſibus didicerūt:ī Creta ꝑterea iter cæteras Minois ipſius leges hęc extat.Ne iuicē cōpotetis ad ebrietatē.Cōſtat aūt eū ꝙ honeſta cēſebat/ciuibus ſuis obſeruāda mādaſſe.Neq̃ Minos iprobi homīs inſtar:alia ipſe feciſſet/alia faciēda mādaſſet.Cęterū erat cōſuetudo illa:ut dixi diſciplinæ gratia uerborū collatio/ꝓpterea q̃ leges hmōi ciuibus ſuis inſtituit/quarū obſeruatiōe Creta per omne tp̄s eſt felix.ac ēt Lacedemō/ex quo iis legibus/utpote diuinis uti cæpit.Rhadamāthus aūt uir qdē bonus extitit a Minoe ſiqdē iſtructus erat/nec tn̄ regiā diſciplinā omnē/ſed regi tm̄ miniſtrare in iudiciis didicit. Vnde iudex peritus appellatus eſt. Eo plane ueluti legum cuſtode p urbē uſus eſt Minos:ad reliquā uero Cretā cuſtode Tallo. Tallus enī ter quot annis pagos oēs luſtrabat leges eorū obſeruaturus:tabulis ęreis leges inſculptas circūferens. Vnde ęreæ nominatæ ſunt.Heſiodus ꝑterea ſimilia quędā in ip̄m Minoē intulit.Nā cū nominis illius mentionē feciſſet/inqt.Qui mortalibus regibus præſtitit/pluribuſq̃ gentibus imperauit. Iouis ſceptrū habens/quo ciuitates regebat:hic itē ſceptrū Iouis nihil aliud uocat/ꝙ Iouis doctrinā:qua Cretam omnē moderabaẗ.MI.Quā igitur ob cauſam o Socrates fama hęc inter homines diffuſa eſt/Minoē ipſum rudē/durumq̃ hominē extitiſſe?SO.Ob quā & tu o uir optime/& unuſqſq̃ alius cui fama curæ ē/ſi modo ſapitis diligēter cauere debetis/ne poeticū hominē in ſenſum aliquē habeatis:poetæ quippe uim maximā in utrāq̃ ptē:& ad laudādū:& ad uituperādū habent.Qua in re profecto Minos deliquit/cū huic urbi bellū indiceret.quæ cū ceteris ſapiētibus plurimis: tum uel maxime poetis omnis generis.ac tragicis ꝑſertim referta eſt.Tragœdia uero hic eſt antiquiſſima/nec ut pleriq̃ putant a Theſpide/aut a Phrynico ſumpſit initiū:ſed ſi perſcrutari uolueris:reperies tragœdiā longe antiquius huius ciuitatis inuentū.hæc aūt ex uniuerſa poeſi populū uehementer oblectat:atq̃ allicit auditores in qua nos ip̄m Minoē inſerētes ulti ſumus:ſed & huius gratia tributa illa pendere nos coegit.In hoc igitur deliqt Minos cū nos laceſſeret:ex quo euenit quod ipſe quæris:ut infamis euaderet.Qm̄ q̃ uir bonus/atq̃ legittimus ut ſupra diximus/& excellens paſtor populi fuerit leges eius argumēto ſunt/ꝙ īmutabiles perſeuerāt/utpote uera ciuitatis gubernatione repta.MI.Veriſimilē rōnem o Socrates attuliſſe uideris.SO.Nō ne igiẗ ſi uera loquor/uidenẗ tibi cretēſes Minois Rhadamātiq̃ ciues antiqſſimis legibus uti?MI.Vr̄ ſane.SO.iſti ergo priſcorū oīum legū latores excellentiſſimi fuerunt/hominūq̃ paſtores:quēadmodū & Homerus exercitus ducē/paſtorē populi nūcupat.MI.Prorſus.SO.Age itaq̃ per Iouē amicabilē ſi qs nos roget conditor legū circa corporis ualitudinē/qd corpori adhibet/ut bonā ualitudinē tueaẗ: reſpōderemus utiq̃ recte ac breuiter/ꝙ nutrimentū & exercitiū/tū intendens tū remittens/atq̃ ita corpus cōponēs.MI.Probe.SO.Si poſthac iterū quærat/lator legū ad animā pertinētiū eiuſq̃ paſtor optimus quid illi adhibens meliorē efficit?quid nos huic potiſſimū reſpōdebimus/ut minus de nobis ipſis deq̃ ætate noſtra erubeſcamus?MI.Quid dicā neſcio.SO.At turpe nimiū utriuſq̃ noſtrū animis eſt/ſi ꝙ ſibi ipſis bona:malaue ſunt ignorare/ꝙ uero ad corpus:& ad alia ptinēt:cognoſcere uideaẗ.

> Radamāthus iudex pitus nō legis conditor

> Leges ęreæ

> Tragœdia Athenarum antiqſſimum inuentum

> Proprietas tragœdię

¶FINIS MINOIS VEL DE LEGE.

¶ARGV. MAR. FICINI FLO. IN EVTHYPHRONEM VEL DE SANCT.

ua ſpẽs ſemper occurret:ſi ſpẽs participanti ſimilis ſit.Veriſſima loqueris.Non ergo per ſimilitu
dinem cætera ſpeciebus participãt:ſed alius qdã præterea q̃rendus eſt participandi modus.Ap-
paret.Cernis o Socrates quãta ſequit ambiguitas:ſiquis quaſi ſpẽs ſint:ipſas ẜm ſe ipſas diſtinguat?
Et maxime inquit.Scito inſuper te nõdũ ut ita dixerim cõprehendere/quãta ſit difficultas/ſi unum
quodq; exiſtentium unam ſpẽm ſemper quiddã diſtinguendo poſueris.Quomõ id inquit?Multa
quidem alia ſunt:ſed hoc eſt maximũ:ſiquis aſſerat illas dinoſci non poſſe/cum ſint tales quales eſſe
ſpecies oportere dicimus/Eum ſane qui ita diceret:non poſſet aliquis redarguere niſi multarũ rerũ
peritus ſit qui dubitat:& ingenioſus:ueſitq; p̃terea ſequi demonſtrantem/dum plurima longo or-
dine tranſigit:uerũtñ nec etiã pſuaderi poterit:qui ignotas illas eſſe coget.Cur o Parmenides ait
Socrates?Quoniã o Socrates arbitror & te/& quẽuis alium quicũq; eſſentiã quãdam cuiuſq; ipſam
ẜm ſeipſam exiſtentem ponit/nullã nobis ineſſe ſpeciem cõceſſurũ.Quo enim pacto inquit Socra
tes ipſa ẜm ſeipſam eſſet?Recte loqueris.Nonne igitur quotcũq; ex ideis inuicem reſpiciunt:quæ
ſunt ipſe ad ſeipſas eſſentiã hñt/non aũt ad ea quæ circa nos ſunt:ſeu ſimulacra/ſiue quomodocũq;
illa quiſppiam noĩet:qbus nos participantes ſingula eſſe denoĩamur.Quę uero circa nos ſunt illis
ęquiuoca:ipſa ſimiliter ad ſeipſa nõ ad ſpecies ſunt:& ſui ipſorũ nõ illarũ q̃cũq; rurſus ſiĩr nũcupant
quomõ dicis inquit Socrates?Veluti ſiqs noſtrũ alicuius dñs aut ſeruus ſit/nõ ipſius dñi quod dñs
eſt/ſeruus exiſtit:neq; ipſius ſerui quod ſeruus eſt/dñs eſt qui dñs dicit:ſed hæc utraq; eſt tanq̃ hõ.
Ipſa uero dominatio ſeruitutis ipſius exiſtit id quod eſt:& ipſa iterũ ſeruitus eodem mõ ipſius dña
tiõis eſt ſeruitus.Nec ea q̃ nobis inſunt ad illa:nec ẽt q̃ illic ſunt/ad nos referunt.Sed ut dixi ipſa ſui
ipſorũ & ad ſeipſa ſunt:& q̃ hic ſunt ſimiliter ad ſeipſa reſpiciunt.Intelligis ne quod dico?pſus ĩtel

Scia eſt ueritatis & eius: quod eſt.

ligo.nõne & ſcientia ipſa quod ſcientia eſt/illius ipſius quod eſt ueritas:ſcientia eſt.Oĩno quidem.
Quælibet rurſus ſcientiarũ/q̃ eſt quod eſt alicuius exiſtentiũ eſt ſcientia/an non?profecto.Scientia
uero noſtra/nõne ueritatis q̃ circa nos/ſcientia erit?Et rurſus unaquæq; noſtra ſciẽtia:uniuſcuiuſq;
eorũ quæ circa nos ſunt/ſcientia.Neceſſe eſt.Verũtñ ipſas ſpecies/neq; nos hẽre/neq; circa nos eſſe
poſſe aſſentiris.Non pfecto.Cognoſcunt ne ipſa ſcientiæ ſpẽ genera ipſa quæ ſingula ſint?Certe.
Quam ſpẽm nos haud habemus.Non certe.Nulla igitur ſpecies a nobis cognoſcitur:cum ipſius
ſcientiæ participes minime ſimus.Non apparet?Ignotum itaq; nobis ipſum pulchrũ/& ipſum bo-
num eſt:& omnia deniq; quæ ut ideas eſſe ſupponimus.Videtur.Conſidera & hoc etiam grauius.

Ipſum pulchrũ & ipm bonũ nobis ignotum.

Quid nam?Num fateris ſi eſt ipſum quiddam ſcientiæ genus:multo illud præſtantius eſſe hac no
ſtra ſcientia:& ipſam pulchritudinem ac reliqua eodem pacto.Immo.Nonne ſiquid aliud eſt ip-
ſius ſcientiæ particeps:nullum niſi deum dices ſuppremam habere ſcientiam?Neceſſe eſt.Num
poterit deus cum ipſam ſcientiam ſit amplexus hæc noſtra dinoſcere?Cur non?Quoniam inquit
Parmenides confeſſi ſumus o Socrates:neq; ſpecies illas ad noſtra uim habere quam habent:neq;
noſtra etiam ad ſuperna:uerum utraq; ad ſeipſa referri.Cõſenſimus plane.Ergo ſi apud deum ſu-
prema ipſa dominatio eſt:atq; ipſa ſupprema ſcientia/nunq̃ aut dominatio ipſa nobis dominabit:
aut ipſa ſcientia nos/uel aliud noſtrorum/quicq̃ cognoſcet:ſed/& nos ſimiliter diis minime impe-
rabimus

rabimus imperio nostro: neq; diuinum quicq̄ scientia nostra percipiemus. Et illi item eadem rōne nec nostri erunt domini: neq; res humanas cum dii sint: animaduertēt. At nonne ualde mirabilis inquit: hic sermo uidebitur: siquis Deum cognitione priuauerit? hæc quidem/o/Socrates igr Parmenides aliaq; præter hæc multa necesse est speciebus cōtingere: siquidē hæ rerum ideæ sit: & aliquis ipsam quādam unam quāq; speciem determinet. Vnde uacillat quisquis hæc audit: ac dubitat ne forte ideæ nihil sint oio. uel si sint necesse eas esse humanæ naturæ ignotas existimat. Adeo ut qui hæc dicit/inferre aliquid uideatur. Et ut pauloante dixi mirum est q̄ sit īcredibile: & uiri admodum ingeniosi percipere posse: q̄ sit genus quoddā cuiusq;: & ipsa f̄m seipsam essentia: necnon mirabilioris uiri officium est: hæc postq̄ inuenerit: alios docere posse sufficiēter oīa discernētem. Assentior o Parmenides inquit Socrates: quæ.n.dicis menti meæ mirifice consonant. Verumtamen inquit Parmenides: siqs prædictis rationibus motus species rerum existentium auferat: neq; speciē ipsam uniuscuiusq; distinguat: haud sane reperiet: quo conuertat intelligentiā cum nō p̄miserit ideam uniuscuiusq; rerū existentium eandē semp existere: & in hunc modū disserendi ēt facultatem funditus subuertet. Talem quādam rationem tu quoq; præcipue sensisse mihi uideris. Vera dicis. Quid itaq; de philosophia facies: quo his ignoratis te uertes: haud quaq̄ discernere id in præsentia uideor. Anteq̄ exercitatus sis/o/Socrates: definire aggrederis: qd pulchrū: iustum bonum: & aliarū quælibet specierum: hoc enim pridē aīaduerti: hic te audiens una cum hoc Aristotele disputantem: pulcher sane: atq; diuinus mihi crede impetus iste tuus: quo ad rōnes aduolas. Cæterum collige teipsum: diligentiusq; te in ea facultate exerce: quæ inutilis eē uidetur: & a multis nugatio: siue garrulitas nuncupaт: dum iuuenis es: alioquin te ueritas fugiet. Quis exercitationis huiuscemodus est Parmenides? Iste inqt: quem a Zenone audisti. Sed etiam illud tuum aduersus hunc dictum miratus sum/cum diceres nō in iis q̄ oculis p̄cipiuntur: eorūq; errore cogitationem sistere oportere/sed ad ea cōscendere: q̄ quis maxime rōne comprehendere/ac spēs esse putaret. Neq; in hunc modum arduū esse uidet: similia uidelicet: atq; dissimilia: cæteraue: q̄ rebus existentibus cōpetunt explicare. Et probe quidē dixisti. Est aūt præter hoc: illud etiam obseruandum ut nō modo si est aliquid supponas hac deinde quæ proueniunt ex suppositione cōsideres: uerū ēt si nō sit id ipsum supponas/si p̄fectius exercitari uolueris: quo pacto id ais. Verbi causa si uelis circa istam suppositionem quā Zeno inuexit: si multa sunt: quid euenturū est ipsis multis ad seipsa & ad unum: & uni ad seipsum & ad multa. Ac rursus si nō sunt multa: iterum cōsiderandū quid accidat uni atq; multis/tum ad seipsa: tum inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinē: uel non esse: quid potissimū ex utraq; suppositione contingat: tam iis quæ supposita sunt: q̄ cæteris oīb⁹ ad seipsa pariter: atq; inuicem. Eadē quoq; de dissimilitudine ratio est: de motu: statu: g̃atione: corruptione: esse: atq; non esse: & ut uno uerbo cōplectar: de quocūq; suppōitur: aut esse: aut nō esse: siue quāuis aliam passionem suscipere cōsideranda sunt quæ ex suppositione proueniāt ad seipsum: & ad quolibet aliorum quodcūq; elegeris: & ad plura: & ad uniuersa similiter: & alia rursus ad seipsa atq; ad aliud quodcunq; adsumpseris siue ut existēs: siue ut nō existens ipsum posueris: si modo absolute exercitatus ueritatem sis penitus inspecturus. Arduum inquit opus adducis/nec te omnino intelligo. Sed cur ipse non supponis aliqd/illud eo modo percurrens/ut clarius intelligam? Grande o Socrates onus seni imponis. Tunc Socrates cur non ipse o Zeno hanc rem discutis? Cui Zeno subridens respondit: ipsum o Socrates oremus Parmenidem: neq; enim leue quiddam est/quod ait. An non uides quantum sit negocium quod iubes? Quod si plures essemus: haud sane id postulare deceret. Indecorum namq; huiusmodi quædam in conspectu multorū tractare: atq; id seni præcipue. Ignorant enim multi quod absq; hoc discursu/ac peruagatione per omnia impossibile sit mentis ueritati coniuncte compotem fieri. Ego igitur o Parmenides una cum Socrate precor: ut & mihi etiam liceat tanto tempore transacto hæc audire. Cum uero hæc intulisset Zeno retulit Antipho dixisse Pythodorum: se quoq; & Aristotelem: ac reliquos omnes obsecrauisse Parmenidem: ut quod dixerat: demonstraret: neq; aliter faceret. Tunc demum Parmenides necesse est inquit obtemperare: & si mihi uideor ī id: quod passus est ibycius equus incidere. Cui profecto equo athletæ seniori curruum subituro certamen: & propter experientiam euentum extimescenti Ibycus ipse se conferens. inultus inquit/& ipse iam senex ad amores regredi cogor. Eadem ratione ego mihi admodum trepidare uideor: cum cogito quo pacto possim iam grandis natu tam profundum disserendi pelagus transnatare. Obsequendum tamen: cum & Zeno ipse roget: Idem enim sumus. Vnde igitur incipiemus? quidue primū supponemus? An uultis postq̄ negociosum ludum ingressi sumus a me ipso meaq; suppositione in primis exordiar? de ipso uno supponens: siue unum sit: siue nō quid accidat? prorsus inquit Zenon. Quis igitur mihi respondebit? An iunior? minus enim negocii prebebit: & quæ ipse sentit: maxime respondebit: ut eius respōsio minus me defatiget paratus sum o Parmenides. Aristoteles inquit me namq; significas: dum iuniorem respondere iubes. Sed age: ut lubet interroga me: tanq̄ libentissime responsurum.

Modus exercendi dicens philosophiā comparaturū Non in sensibilibus esse insistendū dicebat Socrates:

De utilitate & modis supponēdi.

Equus ibycius

Qualis sit responsio iunioris.

DE VNO.

Prima suppositio si unũ sit q̃ itelligẽda ẽ si unũ: Nam uerbũ ẽ apponitur gr̃a orõnis. & primũ argumentum est a cõtrario

a Ge igit̃ si unum est / nõ utiq; multa erit ipsum unum. At quomõ! Neq; igitur partem esse illius aliquã: neq; totum esse ipsum oportet. Cur nã! Pars utiq; totius ps est. Est. Quid uero! nõne totũ est: cui nulla pars deest! ꝓrsus. Vtrinq; igitur ipsum unũ ex ptibus esset totũq; existens: ac partes habens. Necesse est. Vtrinq; rursus ipsum unum multa potius / q̃ unũ eẽt: Verum. Oportet autem nõ multa: sed unũ ipsum existere. Oportet sane. Itaq; nec totũ erit: neq; partes habebit: si unum fuerit ipsum unũ. Nõ certe. Si nullam habet partem: nec principium etiã neq; finem: neq; medium habebit partes enim ipsius hæc essent: ꝓbe. Quin etiam principium & finis termini cuiuslibet sunt. Quid ni! Infinitum igitur ipsum unum / cum principio fineq; careat. Infinitũ. Ergo & absq; figura: neq; enim rotundi: neq; recti particeps est. Cur rotundũ porro id est: cuius extrema undiq; a medio ęque distant. Id nempe. Rectũ uero cui⁹ medium extremis utrisq; e regione est. Sic est. Nõne partes haberet ipsum unum: multaq; esset si recte: uel circularis figuræ esset particeps! Omnino quidẽ. Iccirco neq; rectum est: neq; rotundũ / cum partes etiam nullas habeat. Recte.

Quid rotundum

Quid rectũ

Quin etiam cum tale sit / nusquã est: nam neq; in alio: neq; in seipso esse potest. Quam obrem! Si in alio esset: circulo quodam ab eo: in quo esset / cõcluderetur: passimq; ab illo: ac multis partibus tangeretur. At cũ unum impartibile sit & rotũditatis expers / impossibile est multifariam circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset ipsum seipsum cõplecteret̃: nõ aliud quiddã: q̃ ipsum met existens: siquidem in semetipso sit: nõ enim potest quicq̃ in aliquo esse: quin ab illo etiam comprehendat̃. Impossibile certe. An nõ alid̃ quiddã esset ipsum: ut comprehendẽs: aliud ut comprẽsum! nunq̃ enim idem ipsum totum utraq; hæc simul pateretur & ageret: quo fit ut ipsum unum: nõ unum ulterius: sed duo sit. Est ut dicis. Nusq̃ igitur est ipsum unum: quãdo quidẽ: nec in alio: nec in semeptiso est. Nusq̃.

Rõnes: qbus pellitur idẽ esse in se

Latio & alteratio sunt soli motus

Cõsidera quæso nũ q hmõi ẽ: aut stare: aut moueri ualeat. Cur nõ! Q m̃ quod mouetur: uel fertur: uel alteratur: hĩ quippe soli sunt motus. Esto. Si ipsum unum ex eo: q est alteretur: impossibile est. Vlterius esse unum. Impossibile. Iccirco secundũ alterationẽ nõ mouet̃. Nõ ut uidetur: numquid secũdum progressionẽ! Fortassis. Atqui si ipsum unum feratur: uel in eodem motu sphærico circũfertur / uel locum alium ex alio mutat. Necesse. Nonne quod circulo circunfertur in medio cõsistere oportet: atq; alias sui partes: quæ circa medium uoluantur: habere! Cui uero: nec mediũ: neq; pars ulla cõuenit: quomodo id cogitari potest in circulũ circa medium uolui! Nullo pacto.

Quod circulo mouetur in medio consistere

Pati p partes

An locum transiẽs alias alibi fit: atq; ita mouetur! forte. Nũ eẽ ipsum in aliquo ut impossibile iam redargutum est! Immo. An nõ multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri! Nõ intelligo: quomõ. Si in aliquo aliquid fit: necesse est nõdum in illo penitus esse. siquidem adhuc in illo continue fiat: nec etiam extra illud prorsus extare: siquidem in eo iam fiat: necesse ẽ. Si ergo aliud quicquã hoc patitur: id solum patitur: cuius partes aliquæ sunt: partim enim in illo iam est / q patitur: partim simul extra quod aũt nullis partibus cõstat / nunq̃ in aliquo totum eẽ: ac totũ simul abesse poterit. Vera. Quod uero: neq; partes habet ullas: neq; totum est: multo magis etiã impossibile est: siue secundũ partes: siue secũdum totum alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo pergens nec alicubi ingrediẽs locũ mutat: neq; in eodem reuolutum: neq; etiam alteratũ. Nõ uidet̃. Secũdum quẽlibet igit̃ motũ ĩmobile est ipsum unũ. Immobile. Præterea ipsum unum in nullo esse posse asseuerauimus. Asseuerauimus. Haud igitur aliquãdo in eodem est. Quamobrẽ! quoniã iam in illo esset: in quo eodem est: prorsus. At uero nec in seipso: neq; in alio ipsum unum esse poterat: nõ certe. Nunq̃ igitur ipsum unum in eodẽ existit. Nunq̃ ut uidet̃. Quod uero nũq̃ in eodem existit: neq; quietem agit: neq; stat. Neq; enim possibile. Iccirco ipsum unum: nec stare: neq; moueri uidetur. Non apparet. Item nec alteri: neq; sibiipsi etiam idem est: rursusq;: nec a seipso: nec ab alio quodam alterum. Quid ita! Si a seipso alterum sit: ab uno alterum esset, nec esset unum. Vera. Et si alteri idem fuerit: illud quidem erit: nec ipsum quod est: qua ꝓpter nec ulterius erit ipsum quod unum: sed aliud quiddam præter unum. Sic est. Ideo idem alteri uel a semetipso alterũ dici nunq̃ debet. Nunq̃ plane. Sed neq; alterum ab alio esse potest: donec unum est: neq; enim uni congruit: ut ab aliquo alterum sit: sed soli ei quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit: probe. Ex eo igitur: q unum est: nõ erit alterum: an ipse putas! Nequaq̃: q nisi si non se ipso: si non seipso: neq; ipsum. Ipsum uero nullo modo alterum existens a nullo alterum est. Recte: neq; tamẽ sibi ipsi idem erit.

Alia est natura unius q̃ natura eiusdẽ

Cur non! Non ea est ipsius unius natura quę ipsius eiusdem natura est: quare! quia nondum quum idem fit aliquid alicui: unum efficitur: qua de causa! quod multis idem fit / multa / non unum fieri necesse est. Verum. At si ipsum unum atq; ipsum idem nihilo discreparent quotiens: quid idem fieret: unum quoq; semper efficeretur: quotiẽsq; unum semper & idem Et maxime quidẽ. Quapropter si ipsum unum sibimet idem fuerit. Non unum sibi existet: atq; ita unũ existẽs: nõ unũ erit. Impoſ'e id qdẽ. Impoſ'e igit̃ ipm unũ: aut alteꝝ ab alio: aut sibi ipsi idẽ esse. Impoſ'e hac itaq; rõne unũ: nec idẽ: nec alteꝝ: aut sibi: aut alteri: eẽ poterit. Nõ ꝑfecto. Sed neq; simile: neq; dissiſe cuipiã: aut sibi aut alteri. Quã ob cãm! Quia siſe ẽ: q ipsi⁹ eiusdẽ est ꝑticeps. Nẽpe.

Ipsum

Ipsum tamen idem ab uno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Veruntamen si quid præter id quod est unum esse/ipsum unum recipit/patitur iam plura esse q̃ unum. Id autem impossibile est. Ita. Ob hanc causam nunq̃ ipsum unum: idem esse uel sibi uel alteri patitur. Nō uidetur. Ergo nec simile aut sibimet aut alteri esse potest. Sic apparet. Nihilo tamen magis esse alterum substinet: etenim plura q̃ unum esse cōtingeret: plura sane. Quod alterum uel a se/uel ab alio fit. dissimile quoq; aut sibiipsi/aut alteri cuidam efficitur: quippe cum illud etiam quod idem esse recipit: simile fiat: probe. Vnde ipsum unum cum nullo modo susceperit alterum: nunq̃ quoq; dissimile siue sibimet siue alteri fiet: nunq̃ profecto. Quamobrē nec simile neq; dissimile unq̃ aut sibi aut alteri ipsum unum est. Non ut uidetur. Præterea cum huiusmodi sit/nec æquale etiam nec inæquale cuiq̃ uel sibi uel alteri. Quid ita? Quod æquale est earundem mensurarum est quarū & illud cui æquale dicitur. Sic est. Quod maius est uel minus/quoad illa quibus conmensurabile est/minoribus quidem plures mensuras habet: maioribus autem pauciores. Certe. Quibus: autem inconmensurabile: quoad hec quidem minorum? quoad illa uero maiorum mensurarum erit: quid ni? Nonne impossibile est/quod nullo modo ipsius eiusdem est particeps/aut mensuras easdem aut aliud quod uis idem sortiri? Impossibile. Itaq; nec sibi: nec alteri erit æquale: quippe cum mensuris eisdem non utatur. Minime ut apparet. Quin etiam si pluribus aut paucioribus mensuris circunscribetur: totidem partibus quot & mensuris constabit: rursusq; nō amplius unum erit: sed tot potius/quot & mensuræ insunt. Recte. q; si unius mensuræ sit/æquale utiq; ipsi mensuræ fieret: uerum tamē īpossibile esse apparuit ipsum unum æquale cuiq̃ esse. Apparuit certe. Quod igitur nec unius mensuræ est particeps neq; multarum neq; etiam paucarum: nec ullo modo ipsius eiusdem/nunq̃ sibiipsi ut uidetur erit ęquale: nec etiā alteri: nec maius: præterea aut minus uel semetipso uel alio: Sic prorsus se habet. An forte antiquius aut iunius aliquo uel etiam coætaneum ipsum unum apparet: quid prohibet? Id sane: quoniam si eandem etatem uel secum uel cum alio quopiam aget. æqualitate & similitudine temporis participabit: ostensum est: tamen nec æqualitatem nec similitudinem ipsi uni ullam adesse posse. Ostensum profecto. Nonne hoc quoq; diximus nec inæqualitatis neq; dissimilitudinis compos existere? q̃ maxime? quo igitur pacto quod huiusmodi est/senius aut iunius aliquo uel ætate par ulli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum unum non iunius non senius non ætate par aut ad seipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item nec in tempore etiam ullo pacto ipsum unum cum tale sit/erit unq̃. Etenim necesse est quicquid est in tempore/seipso semper senius fieri. Necesse. Et quod senius semper iuniori senius. Cur nō? Itaq; quod seipso fit senius: seipso etiam simul iunius fit: siquidem aliquo senius esse debet. Quomodo dicis? hoc modo. Oppositum alterum alteri nihil fieri oportet/opposito altero iam existente. sed hoc iam existente/iam esse præterito illo præteriisse: futuro fore. dum uero fit unum oppositum/alterum quoq; oppositū nec preteriisse: nec fore: nec esse: sed fieri: nec aliter esse. Necesse. At uero senius ōppositū quiddā est iuniori nec alteri penitus ulli: est. quod ergo seipso fit senius/Necesse est simul quoq; seipso iunius fieri/Videtur. quinetiam nec longiori seipso tempore neq; breuiori fieri/sed per equale semper tempus secum ipso fieri: & esse: & fuisse: futurum: esse: ac fore. Necessaria quoq; hec sunt. Necessarium ergo uidetur quodlibet eorum que in tempore sunt/atq; hoc tali participant/eandem secum ipso ætatem agere: ac senius seipso simul: & iunius fieri. Apparet. Ipsi uero uni nulla prorsus ex iis passionibus accidit. Nulla. Nullius ergo tēporis particeps/nec in aliquo tempore/Non sane ut ratio dictat. Quid igitur ipsum erat: fuit: fiebat: /nonne participationem temporis quandoq; prætereriti significare uidentur. Quinimo. At uero erit: fiet: factum fuerit/an nō futurū nobis designant? Futurū. Est autē & fit/præsentis sunt tēporis note. Omnino quidem. Si ergo ipsum unū nullo prorsus participat tempore: nec fuit unq̃ nec fit: neq; est: neq; fiet. neq; factum erit: neq; erit. Verissima hæc sunt. Num potest quicq̃ essentia aliter q̃ secund istorū aliq̃d participare? Nō aliter. Nullo modo igit̃ est ipm̄ unū: haudquaq̃ uidet̃. Nō itaq; ita est ut sit unū: esset enī iā ens & essentiæ particeps immo ut uidet̃ ipsum unuū neq; unum est: neq; est siquid huic rōni credendum. Apparet. Ei uero quod non est: nū est uel ipsi uel ipsius aliquid? At quomodo. Non itaq; nomen illi est/non sermo nō scientia quædam: non sensus: non opinio. Non uidetur. Quaproter nec nominatur nec dicitur nec opiniōe cogitatur: nec cognoscitur: neq; ab aliquo ex iis quæ sunt/sentitur: haud sane uidetur. An possibile est ista circa ipsum unum sic se habere? non ut mihi uidetur.

Simile est qđ ipsius eius dē particeps

De oppositis qua sunt & fiunt

Verbū ē fuit erit fit fiet: factū est cōsignificat tps

In uerbo est nō mō ē tps sed ēt essentia

De uno negatur eē Non entis non est qcq; & in nō ente non est qcq;

Is ne iterum ad ipsam suppositionem uelut a principio redeamus? consyderantes siquid
u forte redeuntibus nobis aliter se habere uideatur? Volo equidem. Nonne si ipsum unū est/confessi sumus que circa illud eueniunt: cuiusmodi esse oporteat? profecto. Meditare iterum a principio: unum si est/numquid possibile est ipsum esse/essentia uero nequaq̃ participare? Impossibile. Essentia aūt unius, nō idē quod ipsum unū erit, aliogn si idē; nō utiq; illius essentia esset; neq; ipm̄ unū illa pticipasset: sed quotiens pferret̃ unum: esse, simile qddā significaretur, ac si unū unum, diceremus. Nunc autem non est huiusmodi suppositio nostra. s. si unum, quid

Secunda suppositio circa unum si ...

nam euentutum sit/sed si unum est: nonne ita! prorsus sic est. Nonne ita dicitur tanq̃ aliud signi≠ficet ipsum est:aliud ipsum unum! Necesse. Num aliud q̃ φ ipsum unum essentia ipsa participat! hoc enim est quod profertur:quotiens quis summatim φ unum est/profert. Omnio. Rursus itaq; dicamus/unũ si est/qd nã cõtingat. Age id aduerte. An nõ necesse ẽ hãc suppositionẽ ipm unũ eius cemodi prædicare quasi partes habeat! Quo nam modo! Hoc. Si ipsum est de uno ente dicitur: & ipsum unum de ente uno/est autem idem essentia & unum/eodẽ existente uno quod supposuimus non necesse est totum quidem unum ens ipsum esse/eiusq; partes tam unũ q̃ esse existere. Necesse. Vtrum uero utranq; harum partium partem dumtaxat appellamus! An partem totius partem prædicare oportet! Totius. Totum igitur est/quod unum est:ac partem habet:penitus. Quid au≠tem num hæ partes unius entis.s.unum & ens ita se inuicem deserunt:ut ipsi enti unum/& ipsi uni ens desit! Non certe. Igitur utraq; pars & unum simul & ens complectitur:adeo ut pars quælibet ex duabus saltem particulis constituat. & secundũ eandem rationem quæcunq; particula occurrit utraq; semp in ea claudantur:etenim unũ semp ens/& ens unum mutuis nexibus amplectuntur. Vnde cum ubiq; in qua uis particula: duo emergant necesse est nunq̃ unum existere: omnino. Nõ ne hac ratione unum ens:infinita multitudo erit! Videt. Age quæso & hac perge. Qua! Diximus unum essentia participare in quantum est! Diximus. Et ob hanc causam unum ens multitudo esse apparuit! Sic est. Quid autem si ipsum unum quod essentiæ particeps esse diximus/ipsum secun≠dum seipsum solũ intelligentia cogitemus seorsum ab illo:quo participare prædiximus:nunquid unũ solũ apparebit!uel etiã multa hoc ipsum! Vnũ solũ puto. Consideremus iam & aliud quiddã alterũ quiddã esse necesse est ipsius essentiã. alterũ uero ipsum:siquidẽ non essentia ipsum unũ:sed ut unũ:essentia ptcipat. Necesse est. Q̃ si alterũ essentia; alterũ unũ ipm; unũ nõ ex eo qđ unũ: ab essentia alterũ est:neq; essentia in quantũ essentia ab uno est altera:sed per id: quod est ipsum p se alterũ:& ipsum per se aliud/altera sunt inuicem:prorsus. Quamobrem ipsum alterum nec uni nec essentiæ idem est. Verũ. Quod ergo si ex istis elegerimus siue essentiam & alterum/seu essen≠tiam & unum/siue unum & alterũ/nonne in qualibet assumptione eliciemus aliqua quæ iure ambo appellari poterunt! quomodo Hoc modo inq̃:licet ne essentiã dicere. licet. Rursusq; dicere unũ. Et istud. Nonne utrumq; illorum dictum est. Dictum utrumq;. Quotiẽs essentiam & unum dico: an non ambo dico. Dicis. Et si essentiã atq; alterũ siue alterũ atq; unũ /nonne in iis singulis ambo dico:prorsus. Quæ uero ambo recte appellata sunt/nunquid possunt ambo esse neq; tamen esse duo. Nequaq̃/At quæ duo sunt cogitari ne ita possunt/ut nõ illorum utrũq; unũ sit. Minime. Quo niam igitur ista simul duo sunt iccirco unumquodq; unũ existit. Videtur: si unum quodlibet eorũ est:& utrunq; unũ mutuo quodã cõiugio inuicẽ est cõnexum/nõne tria uniuersa resultant. Maxie: Tria uero nonne imparia: duo autẽ paria. Quid ni. & cũ duo sint:nõ ne necesse est etiã bis adesse: & cum tria:ter! siquidẽ duobus inest bis unũ. tribus uero ter unũ. Necesse: duobus deniq; existen≠tibus ac bis:necesse est duo bis esse: & tribus existentibus atq; ter: nonne necesse est rursus tria ter esse. Quid ni! quid uero tribus existentibus atq; bis:& duobus. atq; ter existẽtibus/ necesse est tria bis esse ac bis tria. Necesse est oĩno. Erunt igitur pariter paria/impariterq; imparia /necnõ im paria pariter:& impariter paria:Certe. Si hæc ita se habent, Nũ putas ullũ numerũ relinq:q non necessario illic insit! Nullũ. Iccirco si est unum necesse est & numerũ esse:proculdubio: Itẽ si nume rus est/multa utiq; sunt/& infinita entium multitudo: An non infinitus numerus multitudine etiã particeps essentiæ sit! Maxime Quod si totus ipse numerus est essentiæ particeps unaquæq; ẽt par ticula numeri essentia participabit:prorsus:per oĩa ergo quæ multa sunt essentia distribuitur/nec ab aliquo eorum quæ sunt/abest. seu minimũ hoc sit/siue maximum! Atq; id dubitare absurdũ est: quomõ enim essentia ab aliquo eorum que sunt/abesse potest! Nullo: Diuisa est igitur quoad fieri potest in minima & maxima:atq; in omnia quomodocũq; sunt/maximeq; oĩum distributa:& infi≠nitæ sunt essentiæ partes. Sic se res habet: plurimæ igit illius partes sunt. plurimæ certe. Quid uero est ne quicq̃ ex istis quod quidem pars essentiæ sit: non tamen par ipsa unum quiddam sit! At quo pacto id fieret. Verũ postq̃ ut arbitror est necesse ẽ ipsam semp q̃diu/& unũ aliquid esse/nihil ãt eẽ ipossibile ẽ/Absq; dubio. Non solũ ergo uniuersæ essentiæ:sed illius ẽt singulis ptibus unũ adest/p tem nullam deserens/siue maior illa quidem seu minor sit:siue quomodocunq; se habeat. Sic est. Nunqd cum sit unum/ubiq; simul est totum! Diligẽter id inspice. Intueor atq; hoc esse impossibile uideo. Diuisum itaq; nisi totum, Neq; enim aliter uniuersis simul essentiæ partibus q̃ diuisum adesse rit. Sic est. Cæterum quod partibile est/necessario totidem est:quot ptibus cõstat. Necessario:hac de causa haud recte pauloante dicebamus essentiã in partes plurimas distributã: qppe cum non in plures q̃ ipsum unũ sed pares discreta sit. Neq; enim ens uni:neq; unum enti deest:sed duo hæc potius per omnia penitus coæquantur. Cĩno sic apparet. Ipsum itaq; unum ab essentia distributũ infinita multitudo est:patet. Nõ mõ igitur unũ ens multa est:sed & ipsum unũ ab essentia distribu tũ multa esse oportet:oportet sane:qn ẽt ex eo φ omnes partes/totius ptes sunt terminatũ secun≠dum

An unum & ens sit idem

Quod unum citra essentiã & sit multa

dum totũ unum erit: An nõ cõprehendunt omnes a toto particulæ? cõprehẽdunt. Quod autem comprehẽdit terminus est? Est. propterea unũ ens/unum quodammõ est & multa/totumq; & partes/necnõ finitum/ & multitudine infinitũ/ Apparet/nõne cũ terminatum sit: extrema quoq; hẽt? Necessariũ est. præterea si totum est principium mediũq; & finẽ habebit? Nũ totũ aliquod absq; iis tribus repiri põt? Et siqd ipsorũ ab eo quod unum distat. totũ ne ulterius erit? Minime. Quamobrem principiũ mediũ & finẽ unũ habet. Habet. Medium uero ęquo interuallo ab extremis undiq; distat: non .n. aliter esset mediũ. Non certe: præterea cum tale sit unũ: figurę cuiusdã est particeps: seu recte: siue rotũde: siue alterius ex utrisq; compositę: particeps proculdubio. quinetiam si huiusmodi est ipsum in seipso & in alio erit. quonã pacto? Quęlibet pars in toto est nec extra totũ penitus ulla. Esto. Singulæ ne partes sub toto claudunt? Ita. At unũ cũctæ suæ partes existit: nec qd plus uel minus q̃ uniuersæ. Sic est. Nonne & totum unũ est. Quid ni? Si omnes partes toto claudũtur/estq; oĩa unũ & ipm totũ/continent aũt sub toto singula/ab uno utiq; unũ cõtinebitur: atq; ita unũ ipsum in semetipso iã erit. Vr. Verũtamẽ totũ in ptibus minime est/neq; in oĩbus neq; in aliqua: si enim in oĩbus: necesse est & in una: & si in una quadam nõ sit: in cunctis esse non poterit. Si autem hoc quidẽ unũ cunctis constat & in eo totũ/non uno quo pacto amplius in oĩbus erit unũ? Nullo: Sed nihilo magis in partibus quibusdã. Nã si quibusdã totũ insit: maius in minori erit. Id aũt impossibile. Impossibile. Cũ igitur totum nec in pluribus nec una: neq; etiã cunctis partibus insit: an non necesse est ipm esse in alio quodã/uel nusq̃ existere? Necesse: Nõne si nusq̃ sit: nihil penitus erit? & tamẽ cũ totũ sit/neq; sit in seipso restat ut consistat in alio: penitus. Qua igit unũ totũ est. in alio est: qua uero oĩa partes eius sunt/& ipsum cunctæ partes est ipm in seipso. Ideoq; necesse est unum tum in seipso: tũ etiam in alio esse: proculdubio. Et cũ talis sit unius natura: an nõ necessario sequitur/ut stet atq; etiam moueatur? Cur nã: Stat quippe/siquidẽ ipm in seipso consistit. Et enim inhærens uni nec ex eo digrediens/in eodẽ est in semetipso. Est profecto. Verũ quod in eodẽ semper est/stare semper oportet. Oportet. At quod in alio semper: contra necesse est nunq̃ in eodẽ esse: si nunq̃ in eodẽ/nunq̃ præterea stare. quod uero non stat: moueri oportet: Sic est. Necesse est igitur unum/cũ in seipso semper & in alio sit/semper quoq; stare atq; moueri. Videtur. Quinetiam idem oportet ipsum sibiipsi esse/& a seipso alterum/& quo ad alia similiter idem & alterũ: si mõ que supra dicta sunt illi cõpetunt: Qua ratione: Omne quidẽ ad uniuersum sic se habet: uel enim idem est uel aliud/si non idẽ aut aliud/pars utiq; erit illius aduersus quod ita se habet: uel ut totũ ad partem erit: patet: Nunquid ipsum unum sui ipsius pars est: Nequaq̃: non igitur quo ad seipsum totũ erit quasi pars sui sit: neq; enim possibile. An forte alterũ est unum ab uno? Minime. Non itaq; a se ipso alterũ: non certe. Si nec alterũ nec totum neq; pars quo ad seipsum est/quid iam aliud restat/q̃ ut idem sibi sit? Istuc ipsum: Quid uero: quod alibi est q̃ ipsummet in eodẽ existẽs in semetipso: nõne cogitur alterũ a seipso fieri: siquidem alibi q̃ ipsummet existat: Mihi quidẽ uidetur. huiusmodi plane patuit esse unũ/in seipso scilicet & in alio esse: patuit profecto: Ex hoc igitur constat unũ esse: a seipso alterũ: Videtur. Siquid uero ab aliquo alterũ est: nonne ab altero alterũ: Necesse. Quecũq; unũ minime sunt nũ ab uno altera/ & unũ alterũ ab iis quæ nõ unũ. quid ni? Ideo unũ ab aliis oĩbus alterum apparebit: alterũ: Aspice præterea/nũ alterũ ipsum: & ipsum idẽ contraria inuicem sint. Cur non. Volet ne unq̃ idẽ in altero uel alterũ in eodem consistere: Nũq̃. Ergo si nunq̃ alterũ in eodẽ est: nihil est ex iis quæ sunt/in quo p aliquod tps ipm alterũ sit. Nã si per aliquod tẽpus sit in aliquo: per id tẽpus in eodẽ ipsum alterũ erit. An nõ: Certe: postq̃ uero nunq̃ in eodẽ constat/nunq̃ profecto in aliquo eorũ: quæ sunt: ipsum alterum erit. Vera dicis. Iccirco nec in iis quæ non sunt unũ, nec in uno erit alterum. Non sane. Sequitur ut unum ab iis quæ non unum/& quæ non unum ab uno per ipsum alterũ altera esse nequeant. Sequitur plane. Quod nisi participent ipso altero/altera secundũ seipsa inuicẽ esse non poterunt. At quo nã pacto. Atqui si nec seipsis: nec ipso altero altera sunt/altera esse inuicẽ nullo pacto possunt. Nullo. Præterea quæ unũ non sunt/ uno minime participant. neq; enim essent non unũ: sed quodammodo unũ. Verũ. Hanc ob causam que nõ sunt unũ/neq; etiã numerus sunt, Alioquin non penitus unius essent expertia. siquem numerũ habeãt Non certe: An uero quæ non sunt unum partes unius sunt. An sic forte uno participarẽt: quæ nõ sunt unum: Participarent. Si itaq; hoc qdẽ omnino unũ est/illa uero non unũ. nec ps unũ erit eorũ que non unum, neq; totum ad illa/quasi ipsa sint partes. Neq; rursus quæ non unum/unius particulę: neq; ẽt tota quasi unum pars existat. Non profecto. Cæterum asseruimus quæ neq; tota neq; partes sunt/neq; inuicem alia/eadem inuicem esse debere. Asseruimus. Fatemur ne igitur unum cum ita ad ea quæ nõ unũ/se hẽat illis idẽ esse. Fatemur. Ergo unũ ut uſ alterũ qddã est ab aliis & a seipso: rursusq; sibi: & illis idẽ. Sic rõ psuadet. Nũqd sĩle quoq; & dissimile sibiipsi ac cæteris: forte postq̃ alterum ab aliis esse patuit: alia quoq; ab illo altera erunt. Quid prohibet: An non ita ab aliis alterum/ut ab illo & alia: nec magis quicq̃ neq; minus. Quid ni? Si nec magis: nec minus restat ut similiter. similiter porro. Si uni contigit ut alterum sit ab aliis eodem modo quo ab illo alia: ex hoc

Quod cõprehendit est terminus.

Vnũ esse & unũ & multa & totũ & partes & finitũ & ĩfinitum.

Omne totum hẽt principiũ mediũ & finẽ

Quomõ intelligatur unũ ab uno & seipso contineri.

Quod nusq̃ est. nihil penitus esse.

Quomõ qcq̃ stat & mouetur.

ſequitur ut eadē conditio quædam/tam uni/q̄ aliis competat:Quid ais?Hoc,unū quodq; nomē,nō ne ſuum habet ſignificatū:Habet.Idem uero nomē/uel ſepius uel ſemel pronuncias. Equidē.Vtrū quando ſemel profers illud apellas cuius eſt nomē:quando uero ſæpius non illud. An potius ſiue ſemel ſeu ſæpe nomen idem pronuncies:neceſſe eſt te ſemper idem innuere: Idē ſemper. Nonne & ipſum alterū nomen eſt ad proprium aliquid ſignificandum impoſitū.Eſt.Quotiens igitur nomen hoc profers/ſiue ſemel/ſiue ſepius/nō ad aliud refers/neq; aliud quiq̄ nominas q̄ id/cuius hoc nomen eſt.neceſſe.Quando itaq; dicimus alterum eſſe unū ab aliis:& illa ab uno altera/bis nomē hoc alterum pronunciantes/nunq̄ ad aliud quiddā ſignificandum inducimus: q̄ naturam cuius proprium nomen eſt.Omnino quidē.Si ergo unū alterū ē ab aliis & alia ab uno altera patiēs illud idem alterum:quod in aliis eſt/ſecundum illud/non ſecundum aliud quiddam alterum eſt ab aliis unum:quodcunq; uero idem patitur:ſimile eſt? an non? Immo.ſecundū quod autē unū habet ut ſit ab aliis alterum/ſecūdū hoc idē quodlibet cuilibet ſile eſt:quodlibet enim eſt a quolibet alterū. Videtur:Eſt ne ſimile diſſimilibus contrariū.Eſt ſane. Nonne & ipſum alterum ipſi eidē.Et iſtud. Verumtamen hoc etiam patuit ꝙ ipſum unum aliis idem.Patuit plane:Contraria uero paſſio eſt eſſe aliis idem & eſſe ab aliis alterū.Nimium.Qua tamen alterū/ſimile apparuit.Et hoc.Qua igitur idem/diſſimile erit ſecundum paſſionem contrariam paſſionis illius:que ſimile fecerat:ſimile autem nonne faciebat ipſum alterum?prorſus.Ipſum ergo idem diſſimile reddet:alioquin ipſius alterius contrariū minime erit.Apparet?Ex iis concluditur unū ſimile atq; diſſimile aliis eſſe:qua ſane alterum ſimile:qua uero idem diſſimile.Talem ut uidetur rationem habet.Et hanc quoq; habet.Quam?Vt qua idem paſſum eſt/non alienum ſit paſſum:ſi non alium paſſum fuerit/neq; diſſimile etiam.ſi non diſſimile,reſtat ut ſimile.ſinautem aliud ſuſceperit:& alienum:ſi alienum:etiam diſſimile ſit.Vere dicis:unum ergo & quia cæteris idem.& quia alterum ſecundū ambo hæc & ſecundum horum utrunq; ſimile atq; diſſimile aliis erit.Maxime.Nonne:& ſibiipſi eodem modo ſiquidem alterum a ſeipſo & ſibiipſi idē appuit:ſecūdū ambo atq; utrunq; ſimile pariter atq; diſſimile apparebit:Nimium.Conſidera præterea quæſo quonam pacto unū ad tangēdum/uel non tangendum ſeipſum & alia ſeſe habeat.Conſidero equidem.Ipſum unum in ſeipſo toto eſſe conſtitit. Probe.An non & in aliis unum?Et in aliis.Quatenus igitur in aliis/alia tangit. quatenus in ſeipſo tangere quidem alia impeditur/ſeipſum uero tangit/cum in ſeipſo ſit.Apparet:Hac utiq; ratione unum & ſe:& alia tangit.Tangit.Quid uero ad hæc?Nonne quodcūq; tacturum aliquid eſt prope illud quod tacturum eſt/iacere oportet/atq; eam ſedem occupare/quę ſequitur illius ſedem:in qua cum primum fuerit tanget?Neceſſarium:hoc eſt.Ideo unum quoq; ſi ſe tangere debent continuo poſt ſeipſum extare oportet/proximā loco in quo ipſum eſt:ſedem occupans. Oportet omnino.Nonne unum ſi duo eſſet:hæc efficeret/& duobus ſimul in locis exiſteret:donec uero unū eſt minime.Eſt ut dicis.Eadem ergo neceſſitas efficit:ut unū nec duo ſit:neq; ſeſe tangat.Eadem.At nihilo magis alia tanget.Quamobrem.Quoniam diximus ꝙ tacturum aliquid eſt/ſeorſum poſitum/proximū illi quod tangendum eſt eſſe oportere. Tertium uero præter hæc inter medium nullum.Vera.Quapropter duo ſaltem adeſſe oportet/quotiēs futurus eſt tactus.Oportet.Sinautem præter terminos duos tertium quiddam medium interuenerit:tria quidem per ordinē ſubſequentur:tactus autem gemini prorſus:atq; ita ſemper uno quodam adiecto:unus quoq; tactus adiicitur.Ex quo contingit ipſos tactus a numerorum multitudine uno exuperari. quanto enim prima duo tactus ipſos exuperarunt:ita ut plura numero q̄ tactus eſſent/tanto deinceps uniuerſus numerus uniuerſos tactus excedit.Etenim in poſterum unum ſimul additur numero:& unus tactus tactibus ipſis apponitur.Recte.quot igitur ea quæ ſunt numero ſunt,totidem ſemper & tactus/uno dumtaxat excepto. Vera loqueris.Itaq; ſi unum eſſet ſolum/nō uſq̄ duo,tactus quoq; nullus eſſet.Quonam modo.Diximus quæ alia ſunt ab uno/nec eſſe unū/nec uno etiā participare donec alia ſint.Diximus.Ex iis conficitur/ut nō ſit in aliis numerus unus/quippe cū unum illis minime adſit.Enimuero quo pacto id fieri poſſet.Vn̄ alia nec ſunt unū nec duo:nec alio quouis numero deſignata.Non ſane.Ipſum igitur unum ſolummodo unum eſt.duo autē non ſunt.Non ut apparet.Et ſi duo non ſunt,tactus quoq; nullus erit.Nullus.Ergo nec unū alia tangit/nec illa unum:nullo exiſtente tactu:Non prorſus.Omnibus iis de cauſis:unum ſe/& alia tangit pariter & non tangit:ſic uidetur.An eſt præterea ęquale pariter & inequale tum ſibi/tū etiam ceteris.At quo pacto Si maius eſſet uel minus unum q̄ alia:aut alia rurſus maiora ſiue minora q̄ illud/non utiq; unum ex eo ꝙ unum:& alia ex eo ꝙ alia q̄ unum aut maiora aut/minora inuicem ex ipſis ſuis eſſentiis eſſent/uerum ſi præter rationes ſuas/utraq; equalitatem inſuper haberent:ęqualia inuicem exiſterent:ſin hæc quidem magnitudinem/illa paruitatem/aut ipſum unum magnitudinem/alia paruitatem haberent/cuicunq; ſpeciei magnitudo adeſſet:maior exiſteret:cuicūq; paruitas:minor.Neceſſe.Nonne ſunt duæ quædā huiuſmodi ſpecies magnitudo & paruitas? Etenim niſi eſſent:nunq̄ contrariæ inuicē exiſterent/ac rebus ipſis ineſſent.Eſt ut dicis.Igitur ſi uni paruitas accidit/uel toti uni

ti uni uel parti cuipiam insidet. Necessarium: Si toti insederit/ uel æqua extensione per integrum unum intus amplificabitur/ uel externis limitibus circumplectetur. Plane: Ex æquo profecto uni infusa paruitas æqualis proculdubio uni erit: circumplectens autem maior. Quid ni? Num potis est paruitas æqualis cuiquam: eẽ uel amplior? effectusq́ magnitudinis & æqualitatis inferre? & ab officio suo desistere? Impotens proculdubio: Vnde concluditur in toto uno paruitatem esse non posse. Restat forsitan ut sit in parte: Restat. Non tamen in tota parte: eadem porro efficeret aduersus partem/ quæ & aduersus totũ effecerat quippe uel æqualis erit uel maior illa ipsa parte semper/ cuicunq́ insit: Necessario sequitur: Nulli igitur unq̃ rei⁹ paruitas inhærebit: cum neq́ parti neq́ toti inhæreat. Ex quo fit ut nihil futurum sit paruũ præter ipsammet paruitatẽ. Videtur. Sed neq́ etiam magnitudo inerit: quippe aliud quicquam præter ipsammet magnitudiẽm maius eẽt utputa id/ cui inerit magnitudo: uerũtamen nihil est paruum: quod quidem superari oportet a magno: siquid magnum sit. etenim quo pacto paruum aliquod reperies: cum paruitas in nullo resideat/ Vera loqueris: Quinetiam magnitudo ipsa nullo erit alio maior q̃ paruitate: neq́ paruitas ipsa alio quopiam q̃ ipsa magnitudine minor: Nullo: quãobrem cætera præter unũ neq́ maiora/ neq́ minora q̃ unum erunt: cũ magnitudinis paruitatisq́ expertia sint. Neq́ habebũt hæc duo aduersus ipsum unũ uim aliquã/ qua uel excedant uel excedantur: sed inter seipsa id efficient. Neq́ etiã ipsum unũ/ aut hiscce duobus/ aut aliis quibuslibet maius uel minus erit: utpote quod tam magnitudinis q̃ paruitatis est expers. Sic utiq́ apparet. Ideoq́ cum nec maius nec minus sit unum q̃ cætera/ nec superabit alia neq́ ab aliis superabitur. Absq́ dubio: Nõne quod nec supat nec superatur necessario sequitur ut ęque se habeat: & si ęque ut ęquale sit? Immo. præterea & ad seipsum si seipsum unum habet/ ut expers & magnitudinis & paruitatis nec seipsum exuperet/ nec a seipso exuperetur: sed ęque se habens: ęquale semper sibi sit. Et maxime quidem. Itaq́ unum sibi cæterisq́ ęquale: Videtur. Verũtamen cum unum in seipso sit/ extrinsecus sese circuit: atq́ ita se complectens seipso amplius extat: cumq́ etiam cõprehendatur/ angustius est: quo fit ut unũ tum maius tum etiam minus seipso sit: Fit utiq́. Nõne hoc quoq́ necessarium est nihil scilicet præter unũ & alia reperiri: Necessarium. Item quicquid est an non semper alicubi esse oportet? Oportet: Insuper quod in aliquo est: nõne semper in maiori minus? Neq́ enim aliter aliud esset in alio: Est quod dicis. postq̃ uero nihil est præter unum & alia/ oporteteq́ ista in aliquo esse: nõne in se inuicem hæc uicissim esse necesse est? aliaq́ in uno: & in aliis unũ? aut nusq̃ prorsus existere? Constat. Quia ergo unum est in aliis/ iccirco alia maiora sunt q̃ unum: utpote quæ unum cõtinent/ unum autem aliis minus/ ex eo quod continetur. Quia uero alia in uno sunt: unum aliis ob eandem ratiõem maius est: illa uero minora. Videtur: Vnũ itaq́ ęquale maiusq́ & minus seipso & aliis ẽ. Apparet. Atqui si maius & minus & ęquale: equalium erit mensurarum pluriumq́ & pauciorum quo ad seipsum atq́ ad alia: & si mensurarũ/ partium etiam: Quid prohibet? Easdẽ ergo mensuras pluresq́ & pauciores hñs/ numero quoq́ plus atq́ minus erit/ & ad seipsum & ad cætera: necnõ æquale sibi atq́ aliis ob easdẽ cãs. Quonã pacto? Quibus maius est/ pluresq́ illa mẽsuras habet: quoq́ mensuras/ totidẽ & partes: & quibus minus est: eodẽ modo: quibusue æquale/ similiter. Sic est. Nõne cum seipso maius minusq́ sit/ & æquale: equaliũ mensurarũ pluriũq́ & paucioꝝ quo ad seipsum est particeps: & postq̃ mensurarũ etiã partiũ: Quid ni? Habensq́ partes sibiipsi æquales/ multitudine etiã æquale sibi erit/ plures uero plus: pauciores deniq́/ minus numero semetipso: Videtur. An nõ ad alia similiter se unũ habebit? quia maius illis appatet/ necesse est plusq̃ illa numero esse. quia uero minus magnitudine etiã numero minus: qa deniq́ æquale in magnitudine/ nũero quoq́ par esse. Necessario fit: hac iterũ rõe unũ par plus minus secundũ numerũ seipso erit: ac cæteris: Erit sane:

Quod participat tẽpore id iuuenis & senis.

Quid uerbũ esse.

Nunquid & tẽpore unũ participat: estq́ & fit iunius at senius seipso: simul & aliis: & rursus contra nec iunius neq́ senius seipso uel aliis dũ participat tẽpore? at quomodo id fieri potest: Esse profecto illi cõpetit/ siquidẽ unũ est. Cõpetit. Ipsum esse autẽ quid aliud est q̃ essentiæ cũ præsenti tẽpore participatio: queãdmodũ ipsum erat cũ præterito/ & ipsum erit cũ futuro essentiæ ipsius cõmunicatio? Istuc ipsum. Ergo si ipso esse participat/ necesse est tẽporis quoq́ esse particeps: Nimirũ: Nõne fluentis tẽporis? Certe. Semper ergo senius seipso fit/ siquidẽ secundũ tẽpus percurrit. Necesse: Recordamur neq́ senius sp̄ fit senius eo qđ iunius fit? Recordamur: Nõne igit̃ postq̃ unũ seipso fit senius: seipso dũ iunius fit/ fit & seni⁹? Necessariũ ẽ. Fit ergo p̄ hũc modũ iunius seipso ac seni⁹: Fit: Seni⁹ aũt nõne tunc est: qñ p̄ñs iã tp̄s attingit? qđ mediũ ẽ ipsi⁹ erat & erit? Neq́ enĩ currens ex præcedente in posterũ præsens ipsum supergreditur. Non certe: An non desinit tunc fieri senius cũ primũ præsens tangit? nec tũ fit sed est iam senius/ Procedens enim ab ipso præsenti nequaq̃ cõprehendit̃. Quod nãq́ procedit/ sic se habet ut utrũq́: p̄sens scilicet futurũq́ attingat: p̄ñs quidẽ relinquens/ futurum apprehẽdens/ ĩter utrũq́ medium præsens futurumue cadens. Vera. Si uero necesse est quodcunq́ fit ipsum præsens minime transgredi/ cum primũ illud nactum est fieri desinit/ estq́ tunc iam illud quod fiebat: Apparet. Vnum igitur quãdo senius factum ipsum

Præsens assequitur/ desistit fieri estq; iam senius: Omnino: An nō illo senius est: quo fiebat senius? fiebat autem seipso. Ita. Senius uero iuniori senius: Est. Iunius ergo seipso tunc est unum/ quando senius factum/ præsens assequitur. Necesse. Ipsum præterea præsens semper uni adest per uniuersum esse: semper est præsens q̄ diu est. Quid ni? Semper ergo unum est & fit iunius atq; senius seipso. uidetur: Q uin etiā longius ne uel breuius tempus ē aut fit q̄ ipsummet: an potius ęquū. Equum. Verum quod ęquale tempus est aut fit/ eandem agit ętatem: Q uid prohibet? quod aūt eandem ętatem implet/ neq; senius neq; iunius est. Nequaq̄. Quapropter unum cum ęquale tempus ad seipsum & fit & fiat: neq; senius neq; iunius seipso aut est aut efficitur: haud sane mihi uidetur: Quo autem modo ad alia se habet? Nescio quid dicam: Hoc tamen potes dicere/ q alia ab uno siquidem altera sunt non alterum plura sunt q̄ unum: Nam si alterum unum essent. Altera uero cum sint/ plura q̄ unum sunt/ & multitudinem habent: habēt prorsus. Multitudo autem maiorem numerū q̄ unum habet. Certe: Quid uero ex iis quæ ad numerum spectant: quæ nā prius fieri ac facta fuisse dicemus/ num quæ plura sunt: an quæ pauciora? quæ pauciora: quod ergo paucissimum primū. Id autem est unum: an non? Immo. Vnum ergo primū factum omniū quę numerum capiunt: habent autem cætera omnia numerū siquidem alia sunt/ non aliud: habent profecto: primo autem factum prius fuit/ alia uero posterius: posterius autem facta/ iuniora sunt q̄ quod ante factum. Ideoq; alia hoc pacto iuniora q̄ unum sunt: unūq; illis antiquius. Certe. Quid autem ad hoc? Num unum effici præter naturam suam potest? uel id potius impossibile? Impossibile. Verūtamen partes habere unum apparuit/ q si partes/ prīcipium quoq; mediumq; & finem: Plane. Nonne omniū primo principium fit & unius & reliquorum cuiusq;/ ac post principium cætera usq; ad finem omnia? Q uid ni? Fatemur ne hæc reliqua omnia partes totius atque unius esse? & illud ipsum una cum fine unum totumq; factum fuisse? Fatemur. finis tādem ut arbitror/ postremo fit/ cūq; hoc simul unum secundum sui naturam completur. Quāobrem si necesse est unum haud præter naturam suam effici/ cum fine simul confectum/ postremū omniū natura suæ iure perficitur. Apparet. Iunius itaq; aliis unum est: alia q; uno antiquiora: Sic iterū mihi uidetur. Q uid autem principiū aut aliqua alia pars siue unius/ siue cuiuslibet alterius/ si modo pars non partes sit/ nonne unum est: siquidem pars existit? Necessarium istud est. Ex hoc sequitur unum simul cum primo effecto fieri/ simulq; etiam cum secundo: ac etiam reliquorum quæcunq; fiunt/ nulli unq̄ deesse: donec ad extremū usq; percurrens unū totū fiat: non a primo/ nō a medio/ nō ab ultimo/ nō ab alio prorsus ullo in generatione exclusum: Verū. Eandem ergo unum quā & cætera omnia ętatem agit. quapropter si non præter naturam suam natum est ipsum unum: neq; prius neq; posterius q̄ cætera: sed simul potius factum est. Ideoq; secūdum hanc rationem unum neque senius neque iunius aliis/ neque alia uno: secundum uero rationem superiorem unum & senius simul & iunius cæteris omnibus atque econuerso reliqua cuncta uno. Omnino sic esset: hoc ergo modo se habet/ & tale est effectum. Verum quid nam sentis de eo quod dicitur fieri unum senius atque iunius aliis? aliaq; uno ac etiam neq; iunius/ neq; senius fieri. Vtrum eadem ratione se habet circa ipsum fieri qua circa ipsum esse habere prædiximus/ an aliter? quid dicā ignoro. Ego autē tantum dicā q siquid est antiquius alio: antiquius quo ad illud ultra fieri q̄ antea fm ętatis interuallum fuisset/ minime potest: neq; etiā quod iunius est in posterū iunius fieri: Nā ęqualia inęqualibus addita seu tempori siue cuilibet alteri eodē interuallo distare quo & antea. illa semper efficiunt. Nihil prohibet: Non igitur id quod est: illo quod unum est/ aut antiquius aut iunius fieri potest quando quidē eadē semper distantia etatis intercidit: sed & ē: & fuit hoc quidē senius/ illud autē iunius: fit uero minime: Est ut dicis. Itaq; id quod unū est cæteris quæcunq; sunt/ nunq̄ uel iunius uel senius efficitur. Nunq̄. Sed aspice posthac num alia quadam ratione & iuniora hæc & seniora fiant: qua nam? Hac inquam. Vnum ne antiquius aliis & alia uno esse constitit? quid tum quando quidem unum senius est q̄ cætera: longius q̄ illa tempus extitit: quinimo. Aduerte.

Quid paucissimū: primā & unum.

Primo oīum prīcipiū fit.

Nam si tricubito ut lōgiori & bicubito ut breuiori parem cubitū addideris: feceris cū illo quadricubitum: cū hoc uero tricubitū: sed q̄ dricubitū superat tricubitū minore particula q̄ tricubitū superat bicubitū. Nam tricubitū superat bicubitum dimidio ipsius bicubiti: & quadricubitum superat tricubitum tertia parte tricubiti. quæ minor est particula q̄ dimidiū. quod idem inuenitur in cæteris additis

qb⁹ lōgiores superant breuiores: eędem dnoiate ex lōgioribus idē faciūt. ut tria superant duo una tertia. & q̄ttuor superant tria una q̄rta q̄ minor est q̄ tertia.

Aduerte iterum siquando longiori & breuiori tempori par tempus adiiciamus: num ęqua particula discrepabit longius a breuiori? an minore? Minore: Vnum igitur non tanto etatis interuallo alia deinceps excedet/quanto prius excesserat: sed par tempus ac cætera sortitum: minus semper q̃ prius ab illis ętate distabit: An non. Profecto. Nonne quod minus excedit: aliqd ętate q̃ prius/ iunius fit q̃ prius: quo ad illa quibus erat antiquius? Iunius proculdubio. Si illud iunius: an nō illa aduersus unum seniora q̃ prius erūt? Penitus. quod ergo iunius ante fiebat: senius fit ad illud qđ ante fiebat eratq; antiquius: est autem nunquā antiquius: uerū illo semper antiquius fit: illud porro iuuenescit: hoc contra senescit: quod rursus antiquius/ iuniori iunius similiter efficitur. Nam cum ista in contrarium tendant/ contraria inuicem fiunt. Iunius quidem seniori senius: senius cōtra iunius iuniori. Facta uero fuisse nequeunt. Nam si facta fuissent: non amplius fierent: sed iam essent. Nunc uero & iuniora & seniora inuicem efficiuntur. Vnum quidem cæteris iunius fit/ ex eo q senius esse apparuit & prius effectum. Cætera uero seniora q̃ unum fiunt: ex eo quod posteriora facta fuerint. Et s̃m eandem rationem cætera quoq; similiter ad unum se habēt: quippe cum antiquiora & priora illo facta fuisse apparuerint. Idem mihi quoq; uidetur. An non qua ratiōe neutrum illorum altero uel iunius fit uel senius secundum q pari numero inuicem differunt: neq; unum aliis antiquius aut iunius fieret/ neq; alia uno? qua uero ratione altera semper parte differre necesse est priora posterioribus & posteriora prioribus ex hoc necesse est seniora & iuniora inuicem fieri: tum cætera uno. tum cæteris unum? Et maxime quidem. Omnibus igitur his de causis unum ex seipso/ & aliis senius ac iunius est & fit: rursusq; neq; iunius neq; senius seipso uel cæteris aut est: aut unquam efficitur. Prorsus: postq̃ uero unum temporis est particeps: seniusq; & iunius fieri potest: nonne præterea necesse est præteriti: presentis atq; futuri esse particeps: cum participet tempore? Necessario sequitur. Erat igitur unū & est & erit: fiebatq; & fit & fiet: Quid ni? Esset quoq; illi aliquid & illius: eratq; & est & erit. Maxime. Ideoq; scientia de illo esset/ opinioq; ac sensus: quippe cū & nos in præsentia hæc de illo uniuersa tractemus. Recte ais. Nomen itē ac sermo ipsi adest: nominaturq; & dicit. Et quotcunq; huiusmodi circa alia reperiunt circa unū quoq; existunt. omnino quidem sic se res habet.

VErum tertio iam sic iterum differamus. Vnum si est quemadmodum supra diximus: an non necesse est ipsum, cum sit unum & multa/ atq; iterum neq; unum neq; multa: & participans tp̃e/ qa unū ē. essentia p̃ticipare aliqñ/ qa uero nō est, nō p̃ticipare aliqñ? Necessariū hoc ē. Num possibile est dū p̃ticipat / tunc minime participare? Vel qñ non participat participare? Impossibile. In alio itaq; tempore particeps in alio uero est expers: hoc. n. modo: duntaxat fieri potest ut particeps atq; expers: eiusdem sit. Probe: Nunquid est id tempus quando accipit esse: & quando esse amittit? aut quo pacto esse potest: ut aliquando idem habeat/ aliquando uero non habeat: nisi alias id capiat: alias autem amittat? Non aliter. Accipere essentiam: nonne fieri appellas? Equidem: Essentia uero priuari nonne destrui? Et maxime: Vnum igitur ut uidetur assumens atq; deponens essentiam/ fit & interit: Necessariū. Cūq; unū & multa sit genitūq; atq; deficiēs nōne qñ fit unū desinit esse multa/ qñ uero multa desinit eē unū? Valde: Et cū fiat unū & multa: an nō disgregari & cōgregari oportet? Oportet: Quinetiā quotiēs dissimile sileq; efficit/ nōne assimilari/ & ut ita dicā dissimilari oportet? Immo: Et qñ maius & minus atq; ęqle/ crescere/ decrescere atq; ęquari? Sic est. At quotiēs ex motu in quietē uel ex quiete in motū transit/ oportet hoc non uno in tempore esse. Qua nam ratione: Postq̃ scilicet prius steterit / moueri postea: cūq; antea motum fuerit: deinde consistere. Etenim absq; transmutatione hæc pati nequit. Nequit: Tempus uero nullum est / in quo quippiam sic habere se possit: ut simul neq; stet / neq; etiam moueatur: Nullum. Verumtamen neq; transit absq; transmutatione: Haud consentaneum esset. Quando ergo transit? neq; enim dum stat: neq; dum mouetur transit: neq; dum in tempore est: Non certe: An est hoc mirabile quiddam in quo tunc est: cum transit? Quid nam? Momentum indiuiduum inquam: hoc enim momentum certum quiddam significat: ex quo in utrunq; transitur: Neq; enim ex statu: dum stat: neq; ex motu: dum mouetur adhuc transit. Verum momētanea ipsa natura atq; miranda: media motus quietisq; interponitur: ac nullo prorsus in tempore est: nec non in hanc atq; ex hac / quod motum est. transit in statum: & quod quieuit / in motū. Apparet. Vnum itaq; siquidem stat atq; mouetur. in utraq; proculdubio transit. Solo enim hoc modo utraq; facit: Transiens autem momento indiuiduo transit. cūq; migrat/ nullo in tempore est: neq; stat tunc neq; mouetur: Minime. Nunquid eodem modo ad ceteras mutationes sese habet quando ex ipso esse in interitum migrat: uel ex non eē in ipsum fieri: medium tunc fit: quorūdam motuū ac statuū? nec est tunc neq; non est neq; fit etiam neq; interit. Videtur: eadem quoq; ratione ex uno migrans in multa & e multis in unū: nec unum est neq; multa. nec congregat neq; disgregatur: & ex simili in dissimile: rursusq; ex dissimili in simile migrans/ nec simile neq; dissimile: neq; assimilatum neq; ut ita dicā dissimilatum: & ex paruo in magnū/ & in ip̃m ęquale/ & cōtra,

Tertia suppositio hoc est si unū cōsideratur sub esse.

Inuenitur momentum & instans.

Momentū in natura media motus & quietis.

Quarta suppositio

ria transiens:non paruum:non magnum:non crescés:nõ decrescens:nõ adæquans:non uidetur. Hæc igitur uniuersa unum si est.patitur.Quid ni?

a

N non considerandum est qd præterea patianẽ alia:si unũ est? Cõsiderandũ. Dicimus ne unũ si est/alia ab uno/pati aliquid oportere? dicimus:nonne quia alia sunt q̃ unũ/non unum sunt:alioquin alia q̃ unum nõ essent.Probe: non tamen penitus uno priuata sunt: sed quodãmodo uno participant.Qua ratione? quoniã alia ab uno/ex eo ꝙ partibus constant/alia sunt q̃ unum:ꝙ nisi partes haberent/unum penitus essent.Recte.Partes autem:eius quod totum est/partes esse asseruimus.Asseruimus plane.Atqui totum ipsum unum ex multis esse oportet:cuius partes sunt que partes appellãtur/quælibet enim partium non multorũ pars:sed totius existit.

Pars non est multarũ sed totius

At quomodo istud.Si quid multorũ pars esset quibus ipsum inesset: sui ipsius quodãmõ esset ps: hoc autem impossibile:& aliorum cuiusq;/siquidem omniũ: unius enim nõ existens pars/ præterq̃ huius/aliorum erit. Atq; ita unius cuiusq; pars non erit.Non existens uero pars cuiusq;/nullius ex multis erit.Et si nullius/omnium istorum aliquid esse/quorũ nullius est uel pars uel aliud quodlibet impossibile.Apparet quidem.Non ergo multorũ nec omniũ pars est quæcunq; sit pars/sed unius cuiusdam ideæ & unius cuiusdam/quod totum uocamus:factum ex cunctis unũ atq; pfectũ huius inq̃ pars est:quæcunq; sit ps.Omnino quidem.Si ergo alia partes habẽt toto atq; uno participant.Maxime.Vnde unum totum perfectum/partes continens:alia ipsa ab uno/eẽ necesse ẽ.Necesse:quin etiam de una quaq; parte eadem ratio est.etenim huius unius participem esse oportet. Nã si unaquaq; illarum pars est:hoc ipsum quod dicitur:una quæq;:unum quodãmodo significat distinctum enim quiddam ab aliis & secundum seipsum existẽs significat:si modo unaquæq; erit. Recte.Erit autem unius particeps/si aliud quiddam q̃ unum fuerit:alioquin haud quaq̃ participaret:si ipsum unum esset.At uero unum esse aliquid/præter ipsum unum nil potest:nihil participare uno necesse est/& totum simul & partem.Ipsum namq; unum totum erit cuius partes sunt? partes singulæ/unum quodq; uero unum/pars totius/quecunq; pars totius existat. sic est. Nonne igitur cum alia sint q̃ unum.uno participant omnia quæ participant.Quid ni Alia uero quã unum: multa quodammodo sunt.Nam si alia præter unum/nec unum:neq; plura uno essent.nihil penitus.essent.Nihil sane.Postquã autem plura uno sunt/quæ unius partis/& unius totius participia sunt:nonne necesse est multitudine infinita esse ipsa participantia uno?Quo nam pacto? Hoc plane.Aliud quiddam quã unum ista sunt/neq; etiam uno participant:tunc cum primum unum participant:Certe.Nonne multitudines sunt:in qnibus non inest unum.Multitudine scerte.Quod si uelimus intelligentia ipsa ex iis aliqd quã minimũ excerpere/an non necesse erit illud extractũ:utpote quod unius est expers/multitudinem esse non unum?Necesse:nonne tibi sic semper considerantti ipsam secundum seipsam alteram speciei naturam/quantumcunq; illius inspexeris: infinitũ multitudine semper obcurret.Et maxime quidem.Verũtamen postquã unum quælibet pars effecta est: terminum iam partes inuicem: & ad totum.habent nec non ad partes totum.Valde quidem.Itaq; aliis quã unũ contingit ex ipso uno/& ex seipsis iam in uno cõmunicantibus/alterum quiddam in ipsis fieri:quod quidem terminum inuicem præbuit:natura autem illorum secũdum seipsam ĩfinitatem.Manifestum est.In hunc itaq; modum alia quã unum.tum tota: tũ etiam secundum particulas:& infinita sunt/& termino quodam participant.Prorsus.Nonne insuper similia dissimiliaq; inuicem & sibiipsis? Quamobrem? Qua quidem infinita sunt secundum ipsorũ met naturam omnia idem quodam modo ex hoc inuicem patiuntur.Patiuntur.Item qua cuncta participant termino/ex hoc quoq; idem omnia patiuntur.Quid ni? qua tamẽ illis conuenit ut finita sint simul & infinita/que sunt contrariæ passiones/quã maxime fieri potest dissimilia sunt. Nimium.Ergo secundum utranq; passionem ipsa sibimet & inuicem similia erũt. At uero secũdum ambas utrinq; simul quã maxime contraria atq; dissimilia. Constat. Sic igitur alia eadem sibiipsis & inuicem similiaq; & dissimilia erunt.Erunt.Et eadem iterum atq; altera ĩuicem:agitataq; & stãtia/cæterasq; contrarias passiones suscipientia illa quæ alia sunt quã unum/facile reperiemus: quippe cum predictas iam passiones susceperint.Recte dicis.

Quinta suppositio

n

Onne præterea si hæc tanquã perspicua ꝑtermittamus ac rursus unum si est/consideremus alia quã unũ sic etiam se habebunt:An sic solum?Prorsus.Est ne igiẽ a principio iterum disserendum unum si est/quid alia pati oporteat?Disserendum.An nõ seorsum quidem unũ ab aliis:seorsumq; alia erunt ab uno?Cur nam.quia nihil est alterq; præter ista quod aliud sit quã unũ aliudq; cætera:uniuersa quippe cõprehensa sunt:cũ unũ & alia dictũ est. Vniuersa:q̃re nihil præter hæc restat in quo uelut eadẽ in sede & unũ & alia consideãt.Nihil prorsus.Nũquã igitur in idẽ unũ aliaq; cõcurrũt.Nũquã.Seorsum ergo.Seorsum.Dictũ ꝑterea fuit ipm reuera unũ partes nullas habere.At quomõ habere posset.Neq; totũ igiẽ unũ aliis inerit:neq; eius particulæ siquidẽ seorsum est ab aliis:nullisq; ꝑticulis cõstituiẽ.Ita est.Nullo itaq; modo alia uno participabunt: cum neq; totum ipsum neq; partem capiant.nullo ut uidetur. Atq; iccirco alia nullo pacto

unum

unũ sunt: neq; in seipsis unũ aliquod habẽt. Minime. Vñ nec multa sunt alia. Etenim si multa eẽnt unũquodq; illorum: utpote pars totius/unũ eẽt. Nũc aũt nõ unũ/nõ multa/non totũ/nõ ptes alia sunt postq̃ nihilo unius participãt: probe. quapp nec duo nec tria sunt nec unũ illis inest/siquidem uno prorsus orbanť. Sic ẽ. Itaq; nec similia neq; dissimilia nec eadẽ sunt alia uni: neq; illis similitudo ac dissimilitudo inest. Si enim similia atq; dissimilia ipsa essent/ex eo q; in se ipsis similitudinem dissimilitudinẽ que haberent duas utiq; cõtrarias inuicẽ spẽs ipsa alia q̃ unũ in seipsis cõprehenderent. Apparet fieri tñ nõ põt: ut q̃ nullo participãt/duo q̃dã in seipsis accipiãt. Nõ certe: neq; ergo similia neq; etiam dissimilia sunt neq; pariter ambo: etenim si similia uel dissimilia sint: una quadã altera specie participarẽt: & si ambo: duabus quibusdã cõtraris speciebus: hæc aũt ĩpossibilia esse patuit. Vera dicis. Nõ igiť eadẽ nõ altera: non agitata: nõ q̃eta: nõ orientia: nõ pereũtia: nõ maiora: nõ minora. nõ equa: non deniq; aliud quicq̃ huius generis sortita sunt. Nã siq̃d tale susceperint uno quoq; & duobus & tribus: pariq; & impari participarẽt: quorũ participatio illis uetita est/uno prorsus carentibus. Verissima hæc sunt: his ergo de causis unum si est: omnia est unũ & nihil est: & ad seipsum atq; ad alia eodem modo. Omnino sic se res habet.

T uero si unũ nõ sit: quid contingat/nõne posthac cõsiderãdũ est: cõsiderãdũ q̃ nam hæc suppositio est: si unũ nõ est: nũ aliquo differt ab ista? Si nõ unũ nõ est? Differt sane. Nũ solũmõ differt? uel etiã oĩno cõtraria est hæc si nõ unũ est: illius si unũ nõ est? Contraria omnino. Quid aũt si q̃spiã dixerit/si magnitudo nõ est/uel paruitas nõ est/uel aliud quicq̃ hmõi/nõne in singulis demonstraret quod aliud quiddã exprimeret ipsum nõ ens? Omnino. Nonne igiť nũc declarat q; alterũ quiddã præter alia ipsum non ens dicit: quando dicit unũ si nõ est & ĩtelligimus quid dicat. Intelligimus: Primũ igitur aliquid quod cognosci potest exprimit: deinde alterũ q̃ alia cum ait unũ siue esse illi adiiciens siue nõ esse. nihilominus cognosciť/quid nõ eẽ dicať/ quodq; differens quiddã est ab aliis/an nõ? Necesse: In hũc itaq; modũ a principio dicendũ/unum si nõ est q̃d esse oportet: In primis/itaq; ipsi hoc oportet accidere ut uideť: esse uidelicet quandam eius scientiam: aut nihil intelligere nos. quid dicamus: quando unum si nõ est/ proferimus. Vera loqueris. An nõ & alia altera esse q̃ illud uel neq; illud alterũ q̃ alia predicari: Maxĩe. Ergo diuersitas quoq; præter scientiã illi adest: neq; enim aliorũ diuersitatẽ dicit. quãdo unum alterum q̃ alia uocat / sed ipsius diuersitatẽ. Apparet. Quin ẽt ipsius illius. & alicuius: & huius: & huic: & horum: atq; omniũ huiuscemodi particeps ipsum nõ ens dicitur. Neq; enim unũ diceretur neq; ab illo altera: nec illi quicq̃ esset nec illius neq; aliq̃d appellaretur: nisi particeps esset ipsius alicuius & cæterorũ taliũ: Recte. Esse tamen unũ nisi existat/impossibile est/pticipare uero multis nihil prohibet: Veq; necesse est: siquidẽ ipsum unum: illud dũtaxat/nec aliud nõ est: q; si nec unũ nec illud/neq; etiam erit/sed de alio quodã sermo habetur: nihil pronunciari oportet. sin autẽ unum illud dũtaxat: nõ aliud p̃suppositũ est non esse ipsius illius aliorũq; multorum particeps dicendũ est. Et maxime quidem. q̃obrẽ dissimilitudo illi ẽ ad alia. nã cũ alia altera sint q̃ unũ extranea eẽ oportet. oportet Extranea uero nõ ne aliena: q̃d ni: Aliena aũt nõne dissimilia? Dissimilia plane. Atq si uni dissimilia sunt/dissimili dissĩlia erũt. Plãe. Aderit itaq; & uni dissĩlitudo: ẽm quã alia ipsi dissĩlia sunt. Vť. Et si illi dissimilitudo ad alia cõpetit: nõne ad seipm sĩlitudo cõueniet? quo nã mõ? Si uni insit dissimilitudo ad unũ/haud sane de huiusmodi quodã ut de uno sermo habereť: neq; suppositio de uno: sed de alio quoppiam fieret: prorsus. Neq; uero deceret. Non certe. Ob hanc causam oportet uni similitudinẽ ad seipsum adesse: oportet. Itẽ nec equale aliis est. Etenim si equale esset iam profecto: ac simile illis secundum equalitatẽ existeret. Vtraq; tñ hæc impossibilia cum unum minime sit. Impossibilia postq̃ uero cæteris ęquale nõ ẽst: nõne & alia necesse est illi ęqualia nequaquã esse? Necesse. Que autem nõ ęqualia: inęqualia sunt: Inęqualia. Inęqualia uero inequali cuipiã inęqualia sunt. Certe. Vñ & inęqualitatis particeps unũ apparet: secundum quã cætera ipsi inęqualia sunt. Particeps profecto: Cæterum ad inęqualitatẽ magnitudo ac paruitas attinet. Attinet. Et magnitudo ergo & paruitas tali uni conuenit. uideť. Magnitudo rursus & paruitas semper inuicẽ distant. Distant. Ideoq; mediũ quiddã semper interuenit: sane. Num reperis mediũ aliud inter hęc pręter ęqualitatẽ? Nullum aliud cuicunq; igitur magnitudo & paruitas accidit: accidit quoq; ęqualitas horum obtinẽs medium. Constat: uni igiť dum nõ est: ęqualitas magnitudo paruitas accidere uidenť. Videntur præterea & essentia participare quodãmodo ipsum oportet. At quo modo? habere seipsum oportet eo modo quo dicimus: nisi enim sic sese haberet/haud quaq̃ uera prædicaremus/ dũ unum nõ esse fatemur. Sin autem uera/manifestũ est q; ea quæ sunt/proferimus: nõne? Sic est: Cũ uero nos uera prædicare dixerimus/necesse est ut ea q̃ sunt. asserere nos ꝓfiteamur: Necesse: Est ergo unũ ut uideť nõ ens. si .n. nõ sit nõ ens sed aliq̃d ipsius eẽ remittat ad hoc ut nõ sit statĩ erit nõ ens. Cĩno q̃dẽ. Oportet igiť illud tanq̃ uinculũ ipsius nõ eẽ habere ipm eẽ non ens/si debet nõ esse perinde ut ipm ens ipsius essendi uinculũ hẽt: ipm non eẽ nõ ens ut pfecte rursus eẽ liceat. Ita enim ipsum ens maxĩe erit: & ipm nõ ens/maxime nõ erit/si ipsum ens q̃dẽ participet essentia essendi ens/ non au-

Sexta suppositio

Negatiua ex subiecto infinito est cõtraria negature ex finito subiecto

Nõ ens pticipat essentia

Si res sit & oratio ex ea uera est: si oratio ex re sit & res uera.

tem essentia essendi non ens/si omnino esse debeat:ipsum uero non ens nõ participet essentia non essendi non ens/sed essentia non essendi ens/si quidẽ non ens penitus uideri debeat. Verissima hæc sunt. Nonne igitur postq̃ ens non essendi particeps est & non ens ipsius essendi particeps/unum quoq; cũ non sit:ipso esse participare necesse est/ad hoc ut uere non sit? Necesse. Essentia igit̃ adesse uidetur uni si non sit. Videtur. Atqui non essentia rursus siquidẽ minime sit. Quid ni? num potest aliquid:quod certo quodam modo affectum/sic habere se dicitur/nõ sic se habere:cum non dum ex huiusmodi habitu transmutatum sit? non potest. quodcunq; igitur sic se:& non sic se habet mutationem quandam patitur:patitur. Mutationem uero motum ne an aliud quiddam esse dicemus? Motum. Vnum autem non ne & ens/& non ens apparuit? Apparuit? Ergo & sic:& nõ sic se habens. Videtur. Vnum ergo non ens moueri uidetur. siquidem mutationẽ ex ipso esse in non esse recipit. Patet. Enimuero si nusq̃ in natura rerum adest:cum non sit non utiq; aliunde alio migrare potest. Quo pacto enim posset? Non ergo mouetur ex eo q̃ transeat. Minime. neque tamen in eodem cõuertetur. Etenim ipsum idem nusq̃ attingit. ens namq; est ipsum idem:nõ ens autem in aliquo eorum quæ sunt/esse impossibile est. Impossibile certe. Nõ ergo unum cum non sit/in eo conuerti:in quo minime est:unq̃ posset. Numq̃:neq; etiam alteratur unum ab seipso/siue sit:siue non sit:haud enim sermo de uno ulterius haberetur: siquidem a se ipso alteratum fuisset? uerum de alio quodã præter unum:probe. Si neq; alteratur neq; in eodem reuoluitur neq; progreditur/quo nam pacto mouebitur? nullo:quod uero moueri nequit quietem agere necesse est:& quod quiescit/consistere: necesse. Igitur unum si non est:stat atq; mouetur. Videtur:quin etiam si mouetur necesse est procul dubio alterari:quatenus enim quid mouetur eatenus non eodem modo quo prius/sed alio sese habet:plane ergo unum dum mouetur etiam alteratur. Profecto. Verumtamen nullo modo motũ/nullo modo alteratur. Nullo penitus. quamobrem unum quod non est: qua quidem mouetur absq; dubio alterat̃:qua uero nõ mouet̃ minime alteratur. Minime. Ideoq; unũ: si nõ sit/alteratur: atq; etiam minime alteratur. Constat/quod quidem alteratur:an non altetũ q̃ antea fieri pristinũq; habitum exuere oportet:quod uero non alteratur:nec fieri:neq; etiam interire:necessario sequitur. Vnde unũ quod non est:quia alteratur:efficitur ac perit:quia uero non alteratur/nec fit nec interit. Atq; ita et fit pariter atq; interit. Rursusq; neq; fit neque interit:sic est.

Vrsus iam ad principium redeamus/liquido inspecturi utrum hæc deinceps quemadmodum hactenus an aliter esse uideantur? Operæpretium hoc est:nonne iam disseruimus quid circa unum accidat:si ipsum minime sit? Disseruimus. At quotiens non ens proferimus/nil aliud nobis significat q̃ essentie absentiam ab illo quod quidem non esse pronunciamus:nil aliud:utrũ qñ dicimus nõ esse aliqd/aliquo mõ ipsum nõ esse intelligimus: aliquo modo esse. An potius hoc ipm/nõ est quotiens ꝓnunciat̃:simpliciter significat/q; nullo prorsus modo usq̃ est:& cum non sit/nulla ex parte est essentiæ capax. Absolute id significat: neq; ergo esse ipsum non ens poterit: neq; alio quoquã modo essentiam attingere. Minime. Fieri autẽ & interire num aliud est/q̃ illud quidẽ essentiam accipere/hoc autem amittere? Nil aliud ergo cui nulla huius pars conuenire potest:nunq̃ aut accipit ipsam/aut amittit. Nunq̃. Vni ergo postq̃ nullo modo est neq; nãcisci:neq; abiicere/neq; aliquo pacto essentiam capere cõuenit. Decens est. Nõ itaq; interit ipsum unũ cũ nõ sit/neq; fit/utpote quod nulla ex parte est essentiæ capax. Nõ uidetur: neq; rursus aliquo pacto alteratur. Iam enim & fieret & periret: si hoc pati posset. Verum. Si minime alteratur/an non etiam necesse est nequaq̃ moueri? necesse:neq; tamen stare alicubi/quod nullo modo est afferemus:quod enim stat in aliquo eodẽ semp eẽ oportet. Quid ni? Sic plane ipsum cum nõ sit/nunq̃ aut stare aut moueri fatebimur. nunq̃ preterea nihil ex iis quæ sunt/illi adest. Iam enim essentia participaret:utpote quod alicuius existentis esset particeps. Manifestũ est. nõ magnitudo igit̃ illi:non paruitas:non equalitas accidit: Non profecto. Sed nihilo magis similitudo aut diuersitas illi uel ad alia:uel ad seipsum aderit nequaq̃ uidetur. Num & alia ullo modo illi esse poterunt? cum nihil prorsus ipsi esse queat? haud licet. Quapropter alia nõ similia illi:non dissimilia. nõ eadem:non altera sunt:non sane. An uero ipsum quod illius:uel ipsum quod illi:uel quid: uel hoc:uel huius:uel alterius:uel alteri:aut quondam:aut deinceps:aut nunc:seu scientia/siue opinio siue sensus/an sermo:an nomen/an aliud quod uis ex iis que sunt/circa ipsum quod minime est:exister? Minime. His igit̃ rõnibus unũ si nõ est/nullo prorsus mõ aut usq̃ sese habet. Non sane uidetur ullo modo aut usquam sese habere.

Sine iterum disputandum unum si nõ est/quid alia præter unum pati oporteat. Disputãdũ:primũ igitur alia esse illa oportet:nisi enim alia sint:haud sane de ipsis aliis dissereret. Sic est. Et si de aliis sermo fit/alia ꝓfecto altera sunt:an nõ ob idẽ ipm aliud:& ipm alterũ appellas? eqdẽ/alterũ nõne ab altero alterũ/& aliud ab alio alid eẽ dicim'? Vtiq;. Ergo ipsis aliis si mõ alia futura sunt:aderit aliqd a quo alia erũt necesse. Quid nã id potissimũ erit. Ab uno qdẽ alia nõ erũt/cum illud minime sit nõ certe. Inuicẽ itaq; alia sunt. Id enim solum restat. alioquin a nullo alia

In uno nõ ente ad esse essentia earũ essentia

Septima suppositio

Quid significat non ens

Nõ ens simpliciter eẽ non põt:neq; esse/tiã attigere

Suppositio octaua

Nõ ob idem aliud & alterum dicitur

alia futura sunt. Recte iccirco secundum multitudines singula inuicem alia sunt. Etenim secundum unum nequeunt/nō existente uno. Vere quilibet ut uidetur aceruus illorū/multitudine infinitus existit. Et si quod minimū apparet/quispiā sumpserit/uelut in somno somniū repente pro eo quod unū uisum fuerat: multitudo occurrit/& pro eo quod minimū apparuerat/ꝗ maximū iā ad illa quæ ex eo selecta & discreta sunt/apparet: Rectissime. Talibus inq̄ aceruis diuersa inuicē alia pter unū erunt/si non existēte uno: alia sunt. Quā maxime. An non plures aceruí erunt: quorū quilibet unus prima frōte uidebitur/nullus tñ unus erit: cū ipm unū minime sit. Certe. Numerus itē illorū aliquis esse uidebitur siquidē & unum quodlibet. cū tamē multa sint. Valde quidē. paria præterea & imparia falso uidebunt/uno prorsus absente: falso. Quod insup exiguū in illis primo uidebitur ut dictum est/e uestigio ꝗmaxima & ꝗplurima quoad singula parua/que etiā multa sunt se nobis ostentat: qd prohibet: qn etiā aceruus qsq equalis multis paruisq aceruis eē uidebit. Nā haud liquido ex maiori in minus transisse uideret nisi prius in mediū peruenisse uisus esset. hoc autem phantasma quoddā equalitatis erit. Verisimile est. Nōne ad aliū aceruū terminū habens ipm ad seipm: neq principiū: neq mediū: neq finē habet? qua de cā? quia semp cū qs horū aliqd intelligētia cōtuet/añ pricipiū semp aliud occurrit pricipiū. & post finē/alter semp finis subsequit: necnō in medio. alia semper interiora ꝗ mediū: semperq minora. ob id quia neqt unū aliqd i his accipi cū unū minime sit: uerissima loqueris. Discerpi deniq necessario arbitror ut dispersum. quodcūq intelligētia qs assumpserit. semp enim aceruus unius expers accipit: pculdubio. Nōne hoc tale eminus & obtuse prospicienti unū appatet? Necesse. Cominus autē & acute itelligēti unū quodq multitudine infinitū/siquidem ab uno nō existente deserit? præ cæteris necessariū hoc est. In hūc itaq modū infinita/& finem habentia/& unū & multa/quælibet alia apparere oportet/si nō unū/sed alia præter unum sunt. Oportet utiq. An nō similia quoq/& dissimilia uidebunt? At quomodo? Nam cum uelut adumbrata eminus prospicienti unū appareāt oīa/in eodē aliquo cōmunicare: similiaq esse uidebuntur. Prorsus. At uero proprius accidenti/multa & altera/atq ipso diuersitatis phantasmate altera sibi ipsis & dissimilia. Sic accidit. Similes item atq dissimiles ipsos aceruos: tum sibimet: tum inuicē apparere necesse est. Et maxime quidē. Nōne etiam eosdem & alteros inuicem & contiguos sibi/& seorsum a se ipsis/oībusq motibus agitatos & undiq pmanentes/orientes/& occidentes/ac neutra omniaq huiusmodi: que quidem percurere facile nobis esset/si uno non existente. multa fuerint. Verissima narras.

Edeuntes iā iterū ad principiū/declaremus/unū si non est/qd nā aliis præter unū euenturum sit. Declaremus: principio igit unū alia nō erunt. Quomodo enim? Neq tamē multa. In iis enim quæ multa sunt: inest & unū. Etenim si nullū illorū est unū/cuncta nihil sunt quapp neq multa. Vera loqueris. Cū itaq unū haud insit aliis. nec multa nec unū sunt. Nō plane. Neq etiam apparent unū aut multa. Cur nā? Quoniā alia cū iis quæ nō sunt: nullū prorsus cōmerciū habent: neq quicꝗ ex iis quæ minime sunt/ad aliquid aliorum attinet: nam nulla ps iis que non sunt adest. Verū. Neq igitur opinio de eo quod minime est/nec phantasma/cæteris inest/neq ullo modo id quod non est: ab aliis opinione concipitur. Nō certe. Quapropter si unū non est/nihil ex aliis opinione concipit/aut unū/aut multa esse. Nā absq uno multa/opinari penitus īpossibile. Impossibile nimiū. Ergo si unum nō est/alia neq sunt/neq opinione ēt cogitātur: unum aut multa eē. Non uidentur. Vnde neq similia: neq etiam dissimilia. Non neq tamē eadem/aut altera/neq cōtigua/neq seiūcta: neq reliqua quotcunq in supioribus tanꝗ que ad ipsa alia spctare uiderentur: enarrauimus iam ad ipsa alia spectant: uel spctare uidentur: unū si minime sit. Vera. Nōne ut summatim loquar: si dixerimus unum si non est: nihil est: recte dicemus? Et maxime quidē: hoc itaq dictū a nobis sit/atq illud preterea. ꝗ ut uidetur unum siue sit/siue nō sit/tū ipm/tū ēt alia ad sese/atq inuicē oīa oīno sunt/atq nō sunt. apparētq insuper: & nō apparēt. Verissima quidē hæc sunt.

Nona suppositio

FINIS PARMENIDIS.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PHILEBVM PLATONIS LIBRVM. VEL DE SVMMO BONO.

Vius libri ꝓpositū ē de summo aīæ bono disserere: quod qdē summū bonum cū conditione quadā dicit: cū ipsum rerum oīum principiū summū bonū absolute dicatur. De hoc igit quod cū cōditione bonū: hoc in libro. de eo quod absolutū. in Parmenide disputatur. Ab absoluto autē hoc manat. Quēadmodū lumē quoddā ab ipo luminis totius fonte dependet. Quamobrem in Phædone & Theæteto dictū est a Platone summum aīæ bonū. dei similitudinē eē. Nihil uero solis fit simile: nisi quadā luminis ipsius infusiōe. Vnde & aīæ bonū erit integra diuini luminis cōsecutio. Id lumen in mentē primo: in uolūtatē deinde descendit: in mēte ueritas. in uolūtate gaudiū/in mēte ambrosia. in uolūtate nectar a Platone hic & in Phædro cognominat. Itaq summū hoīs bonū in sapiētiæ uoluptatisq mixtione locauit. Sed añ in sola uel sapiētiæ uel uoluptatis rōe beatitudinē cōsistere posse negauit: ex eo ꝗ triplex boni sūmi cōditio ī neutro re

Sūmū animæ bonum

Quid ambrosia qd nectar

Sūmū bonū in sapiētiæ & uoluptatis mixtione.

Tres conditiões summi boni

periatur. Ea est ut summopere perfectũ sit: & sufficiens/& expetẽdũ. perfectũ quia nihil sibi deest. Sufficiens/quia nihil deest illi/quod ipsum capit. Expetẽdũ: quia in illo. & ex illo est: qcqd appeti potest. Vnde quia perfectũ sufficiens: quia sufficiens/expetẽdũ. Sane quia sibi sat est: alteri sufficit: qa sufficit alteri/desideraẽ ab altero. Hæc neq̃ soli sapientiæ neq̃ uoluptati: sed mixto cuidã ex utraq̃ cõpetere demõstranẽ. ubi de uoluptatis & sapientiæ genere/origine atq̃ natura permulta dicunẽ de infinito & termino: de cõposito & cõpositionis principio. Ac demũ cõcludiẽ summũ in natura bonum/& absolutũ/esse mensuram uniuersorũ: hoc est totius naturæ principiũ. Summũ uero bonũ mentis: & animæ esse illius primi possessionẽ quæ mixtioni ex sapiẽtia et uoluptate: per ueritatẽ commẽsurationẽ & pulchritudinẽ conuenit. quapp in primo bonorũ gradu reꝝ oĩum mẽsura ponitur. In secũdo ueritas: cõmensuratio: pulcritudo. In tertio mens sapientiaq̃. In quarto scientia: ars: & opinio: in quinto tẽperata uoluptas. Beatusq̃ uir dicitur: qui & sapientiã diuinorũ adeptus est: & humanorũ pitiã sciẽtia quadam: & arte & opinione constantẽ: gaudio contẽplationis totus exultat uoluptati sensuũ eatenus se committit: quatenus sapientia scientiaq̃ & gaudiũ impedimẽtũ inde nullũ accipiunt. Introductio ad dialogũ eiusmodi est. Cum multa de summo bono ultro citroq̃ Socrates Philebusq̃ cõtulissent. atq̃ esset Philebus iã disputando defessus. Protarcho nup aduenięti gratulatus est annuitq̃: ut prouinciã in disputãdo suã susciperet. Protarchus utpote adolescens subito est assensus. Ad quẽ conuersus Socrates/considera inquit quã tutelã suscipias. Neq̃ temere ad disputationẽ properes. Immo audi utriusq̃ sententiã prius. Et eã que tibi recta ratiõe examinanti probabilior apparet/accipe defendendam. Sed iam ad dialogum ueniamus.

Summũ In natura bonũ & absolutũ esse mẽsurã uniuersorum

Qui bonorũ gradus

¶ PHILEBVS PLATONIS VEL DE SVMMO BONO. SOCRATES PROTARCHVS PHILEBVS. SOC.

V Ide o Protarche quẽ nunc a Philebo sermonẽ accepturus sis/& ad quẽ potius/cuius rõ tibi nõ consonet pugnaturus. Visne utrãq̃ sententiã breuiter resummamus. PRO. Volo equidẽ. SO. Philebus quidẽ inquit animãtibus omnibus bonũ eẽ lætitiã: uoluptatẽ: delectationẽ: ceteraq̃ huius generis oĩa. Nostra autẽ aduersus illũ disceptatio est/ut nõ ista quidẽ sint ipum bonũ: immo sapere: itelligere: meminisse: & quæ hisce cognata opinio recta ueriq̃ rationis discursus: meliora & potiora sint q̃ uoluptas oĩbus quæcunq̃ horum capacia sunt eorumq̃ adeptio maxime omniũ utilis sit. & præsentibus & futuris. Nũ sic utriq̃ quodãmodo diximus o Philebe. PHi. Et maxime quidẽ. SO. An suscipis o Protarche eã quæ tibi nunc oblata est/disputationẽ? PRO. Necesse est me illã suscipere. SO. Philebus quidẽ noster iã dicendo defessus est: oportet tamen. quid in iis uerũ sit/omni studio definire. PRO. Oportet sane. SO. Age igiẽ pter hæc id insuper asseueremus. PRO. Quid nã. SO. Quod uterq̃ nostrũ habitũ quẽdã & affectiõem animi: quæ cũctis hominibus uitã beatã præbere ualeat/demõstrare conabitur. Nõne? PRO. Certe. SO. Et uos pfecto habitũ affectionẽq̃ lætandi: nos autẽ sapiendi. PRO. sic est. SO. Siquis uero habitus præstantior istis appareat/qui uoluptati cognatior uideatur a tali uita cum stabilis sit: atq̃ hæc firmiter hẽat utriq̃ nimiũ superabimur: uoluptas aũt sapiẽtiã supabit. PRO. pfecto. SO. Sin aũt sapientiæ sit propinquior/uicet utiq̃ sapientia uoluptatẽ/uoluptas contra subcũbet. Num ista conceditis. PRO. Mihi quidẽ concedenda uidenẽ. SO. Philebo autem quid nam uideẽ? PHI. Mihi sane uoluptas pstare uidetur: sempq̃ uidebitur. Ipse aũt noueris o Protarche. PRO. Cũ iã nobis Philebe concesseris disputationis officium: haud amplius apud te assentiendi Socrati uel dissentiendi potestas erit. PHI. Vera dicis. SO. At nũc expiationis gratia deã ipsam primũ inuoco. atq̃ testor. PRO. Et nos quoq̃ testes erimus te ista dixisse. Verũ deinceps o Socrates una cũ uolẽte Philebo uel quomodocunq̃ uis/conemur absoluere. SO. Annitamur profecto ab ipsa dea exordientes/quã hic Venerem nuncupatã inquit. sed uerissimũ nomẽ eius uoluptatẽ esse. PRO. Recte nimium. SO. Reuerentia uero mihi semper erga deorũ nomina non humana quædam formido est. sed maximũ quẽq̃ timorẽ exuperat. Et nunc quidẽ Venerẽ quemadmodũ ipsi gratũ ẽ/sic appello: uoluptatẽ uero uariã esse scio. Ab eaq̃ ut dixi principiũ faciẽtes: quã habeat naturã inuestigare debemus. Etenim q̃tũ ad auditũ attinet/simpliciter unũ apparet: formas tñ uarias admodũ/& inuicem quodãmodo dissimiles suscipit. Attẽde enim delectari dicimus intẽperantem hominem delectari ipsa temperantia temperantem delectari insipientem insipientibus opinionibus ac uana spe undiq̃ plenũ: delectari etiã sapientia sapientẽ: has utiq̃ uoluptates si quis dissimiles neget/merito insipiens esse uidebitur. PRO. hę quidẽ o socrates ex cõtrariis rebus pueniunt/neq̃ tamẽ inuicẽ ipsæ cõtrariæ: nõne uoluptas in quibus uoluptas est sui ipsius uidelicet oĩum maxime similia erit? SO. Enim uero o beate neq̃ color a colore ex eo q̃ color unusq̃sq̃ est/differt. Attamẽ nigrũ albo præter id quod differt/etiã contrariũ esse uniuersi cognoscimus. Quin etiam figura ad figurã eodem modo se habet/genere porro unũ est uniuersum: ptes aũt generis huius/prim lõge inter se differentes/prim etiam cõtrariæ sunt. ceteraq̃ hmõi multa reperiemus. Quãobrem noli huic rõni q̃ contraria singula unum efficit/credere. Vereor enim ne forte uoluptates quasdã inter se contrarias

Venus uerissime dicitur uoluptas eẽ

Plures modi delectandi

rias

rias reperiamus. PRO. Forte atq̃ qd hoc rõni nostræ obstabit? SO. Ob id certe obstare dicemus q̃ ipsa cum dissimilia sint alio quodã nomine nuncupas. Ais enĩ uoluptaria oĩa bona esse: uoluptaria uero: quin uoluptaria sint nulla ꝓhibet ratio. Cum aũt ex iis multa sint mala & bona quædã ut diximus: tu tamen oĩa bona nuncupas. Ac etiam dissimilia inuicem cõfessurus es/ siquis coegerit. Quid ergo ĩ cunctis uoluptatibus/ tam malis/ q̃ bonis idẽ cõmuniter inuenit: cuius gratia oẽs bonũ nuncupas? PRO. Quid ais o Socrates? An putes quempiã/ cum posuerit uoluptatẽ ipsum bonũ esse inde concessurum tibi quasdã bonas nonnullas malas esse? SO. Verumtamen dissimiles esse multas: plærasq̃ etiam inter se cõtrarias cõfiteberis. PRO. Haud sane in quantũ uoluptates sunt. SO. Rursus in idem relabimur o Protarche. Dicemus uoluptatẽ nihilo a uoluptate differre: sed oẽs sibi inuicẽ cõsimiles esse. Et exempla in medium pauloante inducta nihil mouebũt contendemusq̃ instar eorum q inepti: & rudes in disputationibus sunt. PRO. Quemadmodum dicis? SO. Quod si ipse te imitans atq̃ repugnans dicere ausim dissimilimum dissimillimi oĩum eẽ simillimũ/ eadẽ q̃ & tu afferre potero. Vnde rudiores q̃ deceat/ apparebimus: Et ratio nobis excidet atq̃ defluet. Reuocemus igitur eã retractemusq̃ forte enim uicissim agẽtes: & quasi easdem in ansas redeuntes: aliquo pacto cõueniemus. PRO. Dic quo modo? SO. pone me iterum interrogatum abs te o Protarche. PRO. Quid nam? SO. Sapiẽtia/ scĩa/ mens: & q̃cunq̃ ego a principio ponens/ bona uocabam: rogatus qd ipsum bonũ sit/ nõne idem quod: & sermo tuus/ patientur? PRO. Qua ratione. SO. Cunctæ namq̃ scientiæ multæ uidebuntur: earumq̃ nõnullæ dissimiles inuicẽ: q̃ si q̃ etiã cõtrariæ sint: nũqd præsenti disputatiõe dignus fuero/ si hoc ipsum ueritus/ nullã scientiã scientiæ dissimilem dixerim? Sic tãdem sermo noster tanq̃ fabula euanesceret/ nos autẽ ruditate quadã seruaremur. At sic fieri minime decet/ quin potius salutis ratio habenda est. Mihi igitur: & in tua: & in mea oratione ex æquo id placet. Vt multæ uidelicet uoluptates atq̃ dissimiles sint/ multæ præterea differentesq̃ scientiæ. Differentiã itaq̃ mei ac tui boni o Protarche minime abscondẽtes/ sed in lucem potius educentes: discutere audeamus: si quo pacto ꝑ redargutionẽ significatur: utrũ uoluptatẽ ipsum bonũ uel sapientiã/ aut tertium quiddã præter ista/ nũcupare deceat: Nũc enim nequaq̃ istud cõtendere debemus/ ut q̃ ipse pono aut q̃ tu/ uincant/ sed ut illi quod uerissimũ est: faueamus. PRO. Sic oportet. SO. Hoc item multo magis mutua cõfessione asseueremus. PRO. quid nam? SO. Quod homines omnes fatigat: tum uolentes tũ etiam nolentes/ aliquos præcipue: & aliquando. PRO. Dic planius. SO. Sermonem q nunc incidit inq̃ natura mirabilem/ Multa unũ eẽ: & unum multa mirabile dictu. Atq̃ facile est aduersus eũ q alterutrum posuerit dubitatiões mouere. PRO. Nunqd ais cũ quispiã me uerbi causa Protarchũ unũ natura genitũ asserit? deinde me rursus multos atq̃ cõtrarios predicat: magnũ/ paruũ/ grauem/ leuem eũdẽ hõiem aliaq̃ permulta? SO. Tu qdem o Protarche inducis ea circa unum ac multa miranda/ q̃ diuulgata sunt/ & ut ita dicam ab omnibus iam cõcessa/ q̃ minime tentanda sint/ uelut puerilia quædã: & facilia cognitu/ ac maxĩa disputationi futura obstacula siquis admiserit: neq̃ etiã mirabilia hæc habenda inq̃? cum qs cuiusq̃ mẽbra partesq̃ ratiõe diuidẽs uniuersa hæc illud unũ esse fatetur: deinde talia quædã refellit/ deridens quasi mõstra fateri cogatur/ q̃ unũ multa infinitaq̃ sit/ multaq̃ unũ. PRO. Tu uero quæ nã alia dicis o Socrates/ quæ nõdũ concessa circa sermonẽ eũdẽ diuulgata sint? SO. Quando quispiã o puer/ ipsum unũ nihil ex iis/ quæ oriuntur: & occidunt/ ponit ut pauloante nos diximus/ tunc tale unũ/ haud quaq̃ refelli debere cõcessum est. At cũ unũ hominẽ affirmare conatur/ bouẽ unũ/ pulchrũ unũ/ unumq̃ bonũ/ tunc sane in iis unitatibus: & huiuscemodi rebus anxiũ studiũ cũ diuisione ambiguitas fit. PRO. Quo pacto? SO. primo quidẽ utrũ admittendũ sit/ eiuscemodi quasdã uere existẽtes unitates esse: Deinde quomodo quãlibet earũ unã semper eãdẽq̃ esse putandũ: nec generationẽ nec interitũ suscipientẽ: suaq̃ in unitate firmissimã: postremo nunqd in rebus genitis: & infinitis quæq̃ ponenda sit/ siue dispersa/ multaq̃ ex una iã facta: siue tota ipsa ab seipsa seorsum: quod quidẽ maxime omniũ impossibile uideretur/ unũ idemq̃ simul in uno multisq̃ fieri: Non illa igitur o Protarche sed ista sunt quæ circa unũ: & multa male accepta/ oĩs difficultatis defectusq̃ sunt cã bñ autẽ examinata facilitatis atq̃ facũdiæ. PRO. Oportet nos o Socrates hoc primũ ĩ pñtia discutere/ ut & ego fateor: & hos oẽs talia concedere tibi existima: forte uero nunc prestat Philebũ quasi malũ: ut dicitur quod bene iacet rogando non mouere. SO. At unde potissimũ exordiemur/ cũ multa: & uaria in his dubitationibus pugna insit? hinc ne? Dicimus utiq̃ idẽ unũ ac multa rationibus: & sermonibus factũ/ semper singula quæ dicunt: & nunc: & olim undiq̃ circuncurrere. Idq̃ neq̃ nunc incepit/ neq̃ desinet unq̃: sed est: ut mihi uidetur hæc rationum sermonumq̃ ĩmortalis: & indeficiens nobis insita passio: Cũ primũ adolescens aliquis id gustauit: secũ ipse congratulatur: quasi quemdã thesaurũ sapientiæ nactus: & uoluptate plenus exultat: ac furit: omneq̃ disputationẽ prompte pertentat: atq̃ sermonẽ undiq̃ discutit: tũ quidẽ in alteram partẽ reflectens: & in unũ cõmiscens: tum uero explicans iterum: & in multa distribuens: ubi certe in dubitationẽ difficultatẽq̃ seipsum primo ac præ

Prima dubitatiõ circa unitatem.

Secunda dubitatio.

Tertia dubitatio.

Prouerbium malum quod bñ iacet: non moueas.

cipue deiicit/deinde proximũ quemq; siue iunior/siue senior.siue ęqualis sit/nec patri/ necmatri nec audientiũ cuiq̃ parcens/ferme etiã nec aliis animantibus/nedũ hominibus. quandoquidẽ:& barbarorũ nemini parcat/modo ĩterpretẽ nanciscatur.PRO.An nõ uides o Socrates nos qui ad stamus omnes iuuenes esse?non metuis ne una cũ Philebo:si nos ita obiurgaueris in te impetum faciamus:uerumtamẽ:Intelligimus enim quod dicis/siquis modiis est:si quod machinamẽtũ ad hanc perturbationẽ benigne quodãmodo e disputatione reiiciendã:ac uiã quandã in rationẽ atq; sermonẽ cõmodiorẽ reperiendã/ipse id meditare nos uero ꝓ uiribus te sectabimur:Neq; enĩ exiguus est sermo ꝑsens o Socrates.SO.Nõ certe o pueri:sic enim Philebus uos appellauit. Nulla tñ est uia pulchrior/neq; eẽ põt q̃ illa quã semp ego dilexi.At illa me sæpe fugiẽs desertũ ĩopẽq; destituit.PRO.Quæ nã ista? dic mõ.SO.Quã declarare haud nimiũ difficile est/uti uero difficillimũ: Quæcũq; enim ꝑ artẽ adiuenta sunt:hac in lucẽ hominibus ꝓdierunt: Aĩaduerte q̃so quã dico. PRO.Dic tñ:SO.Donũ ꝑfecto deorũ ad hõies ut mihi uidetur ꝑ Prometheũ quẽdã una cũ lucidissimo quodã igne descendit:Etenim prisci nobis præstantiores/diisq; propinquiores: hæc nobis oracula tradiderũt:q cũ ex uno:& multis constent uniuersa quæ semp esse dicunt/terminũq;:& infinitũ innatũ hẽant: opportet nos in his sic se habentibus:unã semper ideã de quolibet generatĩ ponẽtes ĩqrere: eã insitã ĩuẽturos/quã si cõprehendamus post unã: siquo mõ duæ sint ꝑscrutari:si minus id pateat tres/aut aliũ numerũ quærere/& quodlibet eorũ quæ sunt unũ/rursus eodẽ pacto diuidere quousq; ipsum ĩ principio unũ/nõ mõ q unũ multaq;:& infinita sit:uerũ etiã quot sit/aliquis noscat:Infiniti aũt ideã non prius ad multitudinẽ adhibere q̃ quis numerũ oẽm ĩter infinitũ:& unũ mediũ cadentẽ percipit. Tunc demũ unũ quodlibet oĩum abeuntiũ ĩ infinitũ dimittere.Dii ergo ut diximus sic nobis:inuestigare:discere:& alterutꝝ docere dederũt.Qui uero nũc extant/ex hominibus sapientes/unũ quidẽ ac multa ut cũq; contingit/uelocius atq; tardius q̃ decet inducunt.& post unũ infinita cõtinuo:media uero illos effugiunt.Quibus disputandi rõ/tum dialectica:tum etiã litigiosa discreta est.PRO.quæ modo dixisti o Socrates/partim intelligere mihi uideor.partim clarius audire desidero.SO.perspicuũ hoc cõstat in litteris o Protarche quod diximus.Itaq; ĩ His quas didicisti:id accipe. PRO. Quonã pacto?SO.Vox inq̃ ex ore nobis erũpẽs una est:& infinite rursus uoces numero:& cunctorũ pariter: & cuiusq;. PRO.Quid ni?SO. neutro tamẽ horum sapiẽtes efficimur/nec q eius infinitũ/nec iterũ q eius unũ cognoscimus:sed quia:& quot:& quales sunt/tenemus:hoc enim unũ quẽq; nostrũ grãmaticũ reddit.PRO.Verissima loqueris.SO.Idẽ quoq; musicũ hominẽ facit.PRO.Qua ratione.SO.Vna quodãmodo:& ĩ hac arte uox est.PRO.quid ni.SO.duo itẽ ponẽda sunt graue:& acutũ: ac tertiũ tonus medius: nõne ita?PRO.Ita.SO.Verũtamẽ nondũ sapiẽs musicus eris:si hæc sola cognoueris:& ista ignorans ut ita loquar/nullius eris in musica ꝑtii.PRO.nullius.SO.Sed postq̃ o amice acceperis quot interualla uocis numero sunt circa graue atq; acutũ:& qualia/nec nõ interualloꝝ termini:& quotcunq; ex his cõpositiones proueniunt.Quæ maiores nostri cõspicientes nobis eorũ sectatoribus ut huiusmodi quædã harmonias appellaremus/tradiderũt.In motibus præterea gestibusq; corporis alia quædã talia inesse mostrarũt:quæ per numeros mẽsurata rytmos atq; mensuras uocari iussere:cogitare præterea q eadẽ ratione de uno quoq; quod unum/& multa est/ considerare debemus.nã qñ ista sic accipis sapiens tunc euadis.Cũ uero/& aliud qcq̃ ita cõprehẽdis/ sapiens rursus circa illud efficeris:Infinita aũt singulorũ eñ in singulis multitudo te sapientiæ:rationis/numeri reddit expertẽ:utpote ĩ numerũ nullũ alicuius qñq; respicientẽ.PRO. præclare hæc o Philebe Socrates mihi dixisse uideẽ.PHI.Mihi quoq;/sed quid ad rem hic sermo? quidue sibi uult? SO. Recte id o Protarche Philebus iste quæsiuit.PRO.prorsus:Responde igiẽ.SO.Efficiã quod uultis.cum de his iisdẽ paulisper etiã disputauero.Vt enim siquis unũ aliquod accipit is ut diximus. aut mox in infiniti naturã/sed in aliquem numerũ descendere debet:ita uicissim: siquis infinitum primo summere cogiẽ/nequaq̃ in unũ continuo:sed in numeꝝ quẽdam qui multitudinẽ aliquam habeat debet intendere/ex omnibusq; tandẽ in unũ desinere.Quod uero nũc diximus : rursus in litteris coniectari licet. PRO.quomõ?SO.Postq̃ infinitã uocẽ cogitauit:siue deus aliquis/siue homo diuinus:qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur/primo in ipsa uocis infinitate uocales litteras considerauit/q̃ nõ una:sed plures sunt:rursusq; alias quæ nõ uocis sed pthongi participes essent.Atq; harũ numerũ certũ similiter definiuit:Tertiam deinde speciẽ litterarũ distinxit/earum quas nunc mutas uocamus:postremo liquidas mutasq; discreuit usq; ad quodlibet unũ:uocalesq; & medias eodem modo:donec earum capiens numerũ/in unaquaq;:& cunctis elemẽtũ uocauit. Cumq; uideret neminẽ ipm unũ secundũ seipm seorsum a reliqs ꝑceptuꝝ huiusmodi uinculũ meditatus:ut unũ existẽs/& has oẽs unũ quodãmõ faciens:unã ĩ ꝑs artẽ noie grãmaticã statuit.PHI. Hæc planius q̃ supiora uidelicet ipsa ĩuicẽ cõparata o Protarche cõprehẽdi:Idẽ tñ/& nũc/& supius in hac disputatione desidero.SO.Num hoc o Philebe requiris:quid uidelicet ad sermonẽ nostrũ ista conferant?PHI.Ita id est quod dudũ ego una/& Protarchus requirimus.SO.Nunquid hoc

allecuti

Via pulcrior donũ deorũ quod semp dilexit plato.

Prisci & nobis ꝑstãtiores & diis ꝑpinquiores.

Hoc loco quis nosse posset: qum ponatur sciẽtiã eẽ uirtutem: & uirtutẽ ĩ medio critate: q scientia sit ẽt in quadã medio critate id est ĩter terminũ & infinitũ.

Vsq; ad specialissima ꝑcedendũ.

Nã circa media.i.species uersatur oĩs dialectica disputatio: & litigiosa: & siqua alia sub intelligi põt hac ratiõe & aristoteles uoces ĩ decẽ genera coegit.

Circa finita.i. media sapientia est.

Circa infinita nõ est rõ.

d E pulchro in Phædro symposio/& Hippia disputať. In Hippia/quia Socrates agit aduersus Hippiā sophistā/q cū ignoraret: se scire putabat/quæ ignorātia animū reddit indocilē/qd pulchrū sit/nō satis docet: sed qd nō sit/ostēdit: & opiniōes falsas redarguit. Sophistam uocat eū q se sapientē uideri magis q̄ esse studet/pecuniarū honorisq; gratia. Talē uero Hippiā esse in ꝓhæmio declarať. & in fine ꝓhemii: sumpta occasiōe ab oratione qdā Hippiæ quæ de pulchris officiis differebat interrogat Socrates/qd ipm p se pulchrum quo reliqua oia pulchra fiūt: Oportet enī pticularia ad uniuersale/quod in pticularib⁹. & uniuersale qd in pticularib⁹ ad ipsū quod supra singula est/uniuersale referre. Nam singuli homines pulchri/per formam quādam singulis cōmunem pulchri redduntur: forma uero cōmunis pluribus a diuina specie uelut a

Mens aut ipsa veritas aut simillima.

Voluptas immoderatissima mēs & scia moderatissima.

Mentē nemo deformem vidit.

Voluptatē sequentē videntes erubescimus.

Primū bonū:

Secundum.

Tertium.

Quartum.
Quintum:
Sextum.

sigillo character imprimit̃.quõ omnis multitudo ad unũ quod in multitudine/& unũ quod in multitudine/ad unũ quod supra multitudinẽ est/reducit̃. Quare cũ multa sint pulchra/oportet singula per pulchritudinẽ cõmunẽ omnibus:& omnibus insitã esse pulchra:& pulchritudinẽ quæ in omnibus est/sicut in alio est/non in seipsa/sic ab alio:non a seipsa pendere. Vnũ quodq; e singulis pulchris:pulchrũ hoc Plato uocat formã in omnibus:pulchritudinẽ/speciẽ & ideã supra omnia:ipm pulchrum. Primũ sensus attingit opinioq;. Secundũ ratio cogitat. Tertiũ mens intuetur. Interrogatus Hippias:ter secundũ sensum opinionẽq; definit. Quibus cõfutatis/Socrates ter quoq; definit. Bis quidẽ secũdũ rõnẽ. Postremo secũdũ mẽtẽ. Sophista enim sensu opinioneq; incedit:philosophus ratione potius/atq; mẽte. In primis Hippias pulchrã uirginẽ/ipm pulchrũ esse respondet. Quod esse falsum ex eo constat:q; nõ oĩa quæ pulchra sunt/per uirginẽ pulchra fiũt. Et uirgo: si cũ brutis cõparetur/pulchra/ si cũ diis/deformis apparet. Quare non magis pulchra q̃ turpis esse uideatur. Tũ Hippias aliud quoddã similiter e singulis pulchris:non cõmune respondet. Aurũ qppe ipsum pulchrũ/quo omnia pulchra fiunt. quod ea ratiõe respuit Socrates/quoniã aurũ quibuscũq; cõuenit/pulchra illa facit. Alia uero dformat. Ergo nõ simpliciter pulchra facit/sed cũ decet. Quo circa non sui magisq̃ alterius ratione res hornat:nec auꝝ solũ est quo cuncta hornant̃:sed argentũ quoq; & ebur:cæteraq; huiusmodi. Tertio loco aliud quiddã infert/quod etiã propriũ est/ potiusq̃ cõmune:pulchrũ inquit:corpore bene ualere/diuitẽ esse & honoratum/ senẽ mori/sepelliri a filiis: sepellisse parentes:falsum hoc eẽ patet/quia nõ res omnes præter hominẽ hoc ipso pulchre reddũtur. præterea hoc inter homines forte pulchrum. Inter deos deorũq; filios/turpe/ubi parentes nõ moriunt̃. His redargutis quæ circa singula corporea:p sensum & opinionem Hippias adducebat. Socrates iã ad altiora tendens/nõ quod sensus opinioni:sed quod opiniõi ratio porrigit infert. Primo enim decorũ pulchrũ dicit. Quod quidẽ ĩcorporeũ ẽ magis. pluribusq; cõmune. Id tñ hac diuisione refellit/decorũ aut uideri solum pulchra:aut tam uideri q̃ esse præstat. Si primũ. deceptio quædã circa pulchrum/ potiusq̃ ipsum pulchrum/decorũ existit. Vera enim pulchritudo/pulchra esse facit quẽadmodum uera magnitudo:magna:etiã si non uideant̃. Si secundũ dixeris/falso dixeris. Nã si ipm pulchrum quotiẽs esse dat pulchra:uideri quoq; pariter largiret̃ quæcunq; pulchra sunt:ut sunt/ita omnibus apparerent. Id esse falsum:cõtentiones de rebus pulchris & controuersie nobis ostẽdunt. Secundo aliud quiddã etiam:quod ratio opinioni offert/adducit. Vtile porro pulchrum uocat. Vtilitas incorporeum quiddã multisq; cõmune. Nec mirũ est/cogitationẽ circa decens & utile decipi. Illud quippe ordinẽ partis ad partẽ partiũq; ad totum: hoc aũt ordinẽ totius cuiusdã ad totum aliud habet:ordo uero pulchritudinẽ repræsentare uidet̃. Quapropter decens uel utile:facile qs pro pulchro accipit. q; decens pulchrũ non sit. constitit:q; nec utile/sic ostendit. Vtile est quod potentiã ad aliquid faciendũ habet:potentia igit̃ & utilitas idẽ. Quicquid agimus potentia quadã agimus:sed mala utplurimũ facimus:potentia itaq; & utilitas:malũ utplurimũ inferunt:pulchrũ aũt nunq̃ mali causa. Ergo non simpliciter:quæcunq; utilitas pulchrũ: At saltẽ que ad bonũ confert/respondebit quispiã:aduersus quẽ sic argumentat̃. Quod ad bonum tẽdit cõducibile. Cõducibile bonũ efficit:quod aliquid efficit/aliud est q̃ id quod efficit̃:quapropter aliud cõducibile:aliud bonũ. Conducibile & pulchrum idẽ. Ergo pulchrũ & bonũ aliud. Neq; pulchrum igit̃ bonũ neq; bonum pulchrũ:quod prorsus absurdũ. Tandẽ sensus opinionis:cogitationisq; cõuictis erroribus mens rationi dictat:pulchrũ esse gratiã quãdam:quæ animã:per mentẽ:uisum:& auditum mouet & allicit. Quod sane partim ex huius dialogi calce/partim ex Phædro & symposio Platonis elicitur. qua ratione gratiæ hæc insit:& quo nomine nuncupanda inquirit Socrates: nec tamen ambitioso sophistæ declarat:quæ Phedro reuelauit. & Agathoni qui quamuis ignorarent: suam tamen ignorantiam Agnoscentes / dociles erant. Gratia profecto pulchritudo est : non ratione sensus : quia menti non conueniret/ & cæteris sensibus ęque ut auditui uisuiq; competeret. Non ratione mentis quia oculos auresq; effugeret. Non uoluptatis etiam ratione : quia hæc non in auditu & uisu dumtaxat:sed in omnibus sensibus reperit̃:nõ ratiõe auditus solũ/non enĩ mẽti uisuiq; cõgrueret. Non ratiõe uisus. Auditui nãq; mẽtiq; deesset/nõ ratiõe auditus uisusq; simul: quia ĩ uisu audituq; una cõiũctis pulchritudo ĩesset. In uno quoq; uero illorũ seorsum ab altero agẽte:pulchritudo nulla. Volumus autem gratiã illã tribus aĩæ uiribus cõmuniter pcipi: tribus quoq; obiectis earũ ĩesse cõmuniter. Quapropter addit uoluptates mẽtis uisus auditusq; ex eo pulchras esse q; maxime omniũ uoluptatũ innoxiæ sunt & optimæ: Si optimas idẽ: quod conducibiles intellexeris/redibit superior ambiguitas. Conducibile bonũ facit: ergo boni causa. Causa & effectum aliud. Ergo aliud conducibile/ aliud bonum. Quo sequit̃/aliud pulchrũ/aliud bonũ eẽ. Ideo neq; pulchrum bonum/neq; bonũ pulchrũ. Sinautẽ optimas. i. innoxias:faciles:spiritales. lucentes:uitalesq;/ut ita dixerim exposueris ueri cõpos effecieris. Nã pulchritudo nihil aliud est q̃ summi boni splendor/fulgens in iis quæ oculis/auribus/mente/percipiuntur/perq; illa ad ipsum bonum/uisum auditum/mentemq; conuertens. Quo fit ut pulchritudo circulus quidã diuine lucis existat a bono manans

Hoc pulchrũ pulchritudo pulchrum ipsum.

Quid pulchrum.

no manans

no manans/in bono residens: per bonum & ad bonum sempiterne reflexus: hoc Socrates misteriũ quod a Diotima Sybilla didicisse asseruit/non sophistis sed discipulis reuelauit. Quid ipsum bonũ ipsum unum rerũ omnium prĩcipium/actus purus: actus sequentia cuncta uiuificans: quid ipsum pulchrũ? Viuificus actus e primo fonte bonorũ effluens. Mentẽ primo diuinã idearum ordine infinite decorãs. Numina deinde sequentia mentesq; rationũ serie complẽs Animas tertio numero sis discursibus hornans. Naturas quarto seminibus: formis quinto materiã. Sol profecto corpora uisibilia & oculos uidentes procreat. Oculis: ut uideant/lucidũ infundit spiritum. Corpora ut uideant/coloribus pingit. Neq; tamen proprius oculis radius/propriiue corporibus colores: ad uisionem perficiendam sufficiunt: nisi lumen ipsum unum supra multa a quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt adueniat: illustret: excitet: atq; roboret. Eodẽ modo primus ipse actus. i. deus speciem actumq; rebus singulis/producendo largitus est. Qui sane actus cũ in subiecto patiente susceptus fuerit/debilis est/& ad operis executionem impotens. Sed diuini solis perpetua & inuisibilis lux/una semper omnibus adstat: fouet: uiuificat: excitat: complet: & roborat: de quo diuine Orpheus. Cuncta fouens atq; ipse ferens super omnia sese. Vt est actus omniũ roboratq; bonum dicitur: ut uiuificat: lenit: mulcet: & excitat/Pulchrũ/Vt in obiectis quæ noscenda sunt: tres illas cognoscentis anime uires allicit/Pulchritudo. Vt in cognoscente potentia/eam applicat cognitio/Veritas. Vt bonum est/procreat/regit/& complet. Vt pulchrum: illuminat gratiamq; infundit: præparata autem esse oportet oĩa ad gratiã diuini fulgoris excipiendã. Corpora quidem pro portione: quæ ordine/modo: & specie cõstat. Voces harmonia: quæ numeris ĩterualisq; conficit. Officia morum/rectitudine ad finẽ bonũ: disciplinas ordine ad obiectũ uerũ. Animã puritate per auersionẽ ab inferis & conuersionẽ ad supera. Mentẽ: per ęternũ in ipsum bonũ. Intuitum: per hæc oĩa gradatim diuinæ pulchritudinis radius penetrat: circa corpus ĩ ęqualitate numerosa refulget/loco motuiq; subiecta. Circa uoces: ĩ harmonia/extra certũ locũ/sed motu dispersa. Circa officia disciplinasq; & animã: in motu quidẽ: sed ratione uitali consistens. Circa mentẽ supra motũ: in ęterna idearũ serie micans. Circa ipsum bonũ: actus purus: uitã & gratiam omnibus inserens. Hæc precor Petre Medices uir omniũ præclarissime: solita diligentia legas. Nam & tuæ mẽtis pulchritudinẽ prorsus agnosces: & q̃ ꝓxime ad ipm pulchrum de quo hic disputatur/acce das/animaduerteres.

PLATONIS HIPPIAS MAIOR VEL DE PVLCHRO TRANSLATVS E GRAECO IN LATINVM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

SOCRATES. HIPPIAS. SO.

Sapiens & pulcher Hippia/q̃ raro athenas accedis? HIP. Nõ datur o Socrates ocium. Nã Elienses ciues quotiẽs cũ externis gentibus aliquid est tractãdũ mihi præ cæteris legationes cõmittunt. Idoneũ me iudicẽ ac nuncium existimãtes eorũ quæ apud singulas ciuitates dicunt. Quamobrẽ sæpe & ad alias urbes: sæpius ẽt & de maximis rebus Lacedæmonẽ legatus accessi. Quo fit ut hæc loca: quod ipse quærebas minus frequẽtem. SO. Hoc certe o hippia sapientis perfectiq; uiri ꝓprium est. Tu quidẽ priuatim: multis ab adolescentibus acceptis pecuniis: ad plura etiã ꝓdesse illis q̃ quæ acceperis: uales. Atq; iterũ publice patriã tuã tueri/ut decet eum: qui non contẽnendus uulgo/sed summo in precio sit habendus. Cæterum: quæ nam o Hippia causa/q; prisci illi qui sapientũ cognomẽ adepti sunt. Pittacus. atq; Bias. & qui Thaletis Milesii tẽpore: quine deinceps usq; ad Anaxagorã/sapientiæ studio floruerunt/uel omnes uel plurimi ciuilibus actionibus abstinuere? HIP. Quid aliud putas socrates illos continuisse q̃ imbecillitatẽ ingenii/cũ non possent utraq; priuata & publica prudẽter administrare? SO. An quẽadmodũ cæteræ artes incrementũ tẽpore susceperunt/adeo ut nostri tẽporis artifices superioribus longe pręcellant ita & facultatẽ uestrã: studium uidelicet sophistarũ in melius creuisse dicendũ/ac ueteres sapiẽtiæ studiosos si uobiscum cõparent: uiles admodũ extitisse? HIP. Recte omnino loqueris. SO. Ergo si hodie Bias in uitã resurgeret/a nobis irrideretur. quẽadmodũ ipsum Hædalũ sculptores aiunt: si reuiuiscens talia fabricaret. qualia quõdam ex quibus sibi gloriã cõparauit: ridiculum fore. HIP. Sic se res habet ut ais o Socrates. Verũtamen priscos homines præferre semper recentioribus consueui: ut & uiuentiũ inuidiã & defunctorum indignationem uitarem. SO. Probe o Hippia & sentire & loqui mihi uideris. Ego quoq; testari possum te uera loqui. Nam reuera uestra facultas adaucta est: uimq; suscepit ad publica una cũ priuatis administranda. Gorgias siquidẽ hic Leontinus sophista huc patriæ legatus accessit: utpote qui esset in ciuilium rerũ gubernatione leontinorũ omnium præstantissimus. Vbi ad populũ contionari præclare iudicatus est. Deinde priuatim di-

Occasio dialogi cũ ꝓuocatione & tẽtatione erga sophistã in quo garrulitas & iactãtia audacia q̃ sophistæ patefit.

Sapientes fuere usq; ad Anaxagorã

Quod prisci sint preferendi semp recentioribus.

De Gorgia.

De Prodico.

ſputans & cum iuuenibus uerſatus: multas in hac urbe pecunias cumulauit. Quinetiã ſi audire uis: amicus noſter. Prodicus & ſæpe alias publicis muneribus functus eſt: ut nuper ex Chio inſula ueniens / cũ publice in conſilio dixiſſet / ſummopere ꝓbatus eſt: & priuatim diſſerens / iuueneſq; erudiẽs pecunias innumeras eſt lucratus. E priſcis autẽ illis nullus unq̃ dignũ putauit argenti mercedẽ ſe qui: aut ꝓpriam ſapientiã in cetu diuerſorũ hominũ oſtentare: adeo inepti & ignaui erãt: eoſq; quãti argentũ ſit latebat. Sed uterq; illorũ quos modo retuli plus argenti ſapientia ſua q̃ alius quiuis artifex ex qualibet arte cumulauit. Idemq; Protagoras ante illos effecit. HIP. Nihil o Socrates egregium hac in re noſti. Nã ſi uideres quantũ ego argenti lucratus ſum / obſtupeſceres. Micto alia. Verum in Siciliã quandoq; profectus / ubi tunc Protagoras habitabat: ſummoq; in honore habebatur me admodũ ſenior / breui pluſq̃ centũ: & quinquaginta minas collegi: & ex regione quadã anguſta: Inyca nomine pluſq̃ minas uiginti. cũq; domũ rediiſſem / patri dedi / quod quidem tam ille q̃ reliq ciues uehementer admirati ſunt. Enĩ uero me plures ferme pecunias: q̃ duos alios ſimul quoſcũq; uis ſophiſtas congregaſſe exiſtimo. SO. O rem præclarã: potiſſimum Hippia id argumentum eſt: quanto & tu & alii huius ſæculi ſapientes ueteres ſuperatis. Nam primo quãta inſcitia Anaxagoræ fuiſſe uidet? Cui contra ac uobis contigit. Amplũ quippe Patrimoniũ neglexiſſe diſſipaſſeq; dicit: adeo ſtulte philoſophabatur: deq; cæteris illorum tẽporũ ſapiẽtibus alia quedã huiuſmodi tradũt. Quapropter optimam hanc attuliſſe coniecturã uideris: q; ſapientes noſtri ſuperioribus præſtent: multiq; in hoc cõſentiunt / ſapientẽ in primis ſibiipſi ſapere oportere: huius autẽ hæc eſt ſumma / ut argentum plurimũ acquiratur. Et de iis ſatis: hoc autẽ mihi dicas. Cum multas urbes adieris: ubi nam potiſſimũ lucratus es. Num lacedæmone? quo frequentius es ꝓfectus? HIP. Nõ p Ioue o Socrates. SO. Quid ais? nũquid minimũ? HIP. Imo nihil penitus unq̃. SO. Monſtrũ eſt: quod dicis o Hippia: dictuq; mirabile. Reſponde ad hæc. Vtrũ ſapientia tua illos qui tecũ uerſant diſcuntq; meliores ad uirtutẽ efficere poſſit? necne? HIP. Et maxime quidẽ. SO. Nunquid Inyciorũ ciuium filios meliores reddere potuiſti? filios aũt Spartanorum minime? HIP. Abſit. SO. An forte ſiculi meliores fieri ſtudent: Lacedæmones negligunt? HIP. Immo & Lacedæmones idẽ affectant. SO. Num pecuniarũ defectu tua conſuetudine caruerũt? HIP. Nequaq̃: diuites enim ſunt. SO. Cum igitur ſapiẽtiam affectarent / & ſuppeterẽt facultates tuq; illos uoti cõpotes reddere poſſes / cur nõ inde locupletiſſimus rediiſti? An forte ipſi Lacedæmones melius q̃ tu filios ſuos erudiũt. Vis ita dicamus? Ac tu cõſentis? HIP. Nullo modo. SO. Vtrũ iuuenibus Lacedæmone pſuadere nõ potuiſti. ut tibi adhærentes magis ꝓficerent ad uirtutem: q̃ ſi cũ ſuis uixerint? an parentes inducere non potuiſti: ut tibi filios potiuſq̃ diligentiæ ſuæ cõmitterẽt? ſi modo filiorum curã haberent. Neq; eni adeo inuidebant filiis. ut optimos euadere nollent. HIP. Equidem inuidiſſe nõ arbitror. SO. Nũquid Lacedæmon bonis legibus inſtituta eſt? HIP. bonis profecto. SO. In huiuſmodi uero gubernationibus uirtus maxime omnium honoratur. HIP. Maxime quidẽ. SO. Tu autem hanc aliis tradere / præcæteris hominibus optime noſti. HIP. prorſus o Socrates. SO. Qui facultatẽ equeſtrẽ egregie docere poteſt nonne in Theſſalia magis q̃ in reliqua græcia coleretur? lucrareturq; plurimum? ſimiliterq; & alibi ubicunq; hæc ars in precio eſt? HIP. Cõſentaneum id quidem. SO. Qui ergo potis eſt præclariſſimis uirtutis preceptis iuuenes inſtituere / cur nõ Lacedæmone ſummopere honoretur / ibiq; in numeras affatim pecunias cumulet? ac ſimiliter in quacunq; ciuitate græcorum uirtus maximi ęſtimatur? At forte ĩ Sicilia magis & ĩ Inicia putas? Iſta credere debemus HIP. Si tu iuſſeris credendum eſt. HIP. Non eſt o Socrates mos patrius Lacedæmonis mutare leges: neq; præter conſuetudinem filios educare. SO. Quid ais? Lacedæmonis haud patrium eſt / recte agere? ſad aberrare? HIP. Nunq̃ id ego aſſererẽ. SO. Recte uero agerent: ſi melius: non ſi deterius iuuenes erudirent. HIP. Recte: uerum peregrinas diſciplinas lex illorũ non admittit. Alioquin ſiquis unq̃ alius ibi quandoq; diſciplinæ gratia lucratus eſſet / ſcito me plurimum fuiſſe lucraturum: letantur ergo cum me audiunt / atq; laudant: ſed ut dicebã: lex illorũ peregrina uetat. SO. Legem o Hippia perniciem ciuitatis / an ſalutem uocas? HIP. Conditur mea quidem ſententia utilitatis gratia lex: non nunq̃ tamen obeſt: ſi male ſit poſita. SO. Nonne ut maximũ quoddã ciuitati bonum legẽ condunt latores legum: legeq; ſublata cum iniquitate ſimul uiuere in ciuitate non poſſumus? HIP. Vera loqueris. SO. Quotiens igiꝭ a bono abertant hi qui leges ferre nitũtur / a legitimo legeq; diſcedunt. Quid ad hæc? HIP. Exacta quidem ratione ſic ſe res habet o Socrates. non tamẽ ſic homines nominare cõſueuerũt. SO. Vtrũ o Hippia qui cognoſcũt: uel q ignorant? HIP. Vulgus. SO. Qui uerũ cognoſcunt: uulgus ſunt? HIP. Nequaq;. SO. At uero qui ſapiũt hi quod utilius eſt magis legittimũ q̃ quod inutile: reuera omnibus hominibus eſſe cenſent: nonne fateris? HIP. Fateor equidẽ ita reuera eſſe. SO. An non ita eſt / ut ſcientes exiſtimant? HIP. Prorſus. SO. Præſtat autẽ ut tu ais / Lacedæmonios diſciplina tua licet peregrina q̃ patria imbuii. HIP. Et uera loquor. SO. Quinetiã quæcũq; utiliora ſunt / magis legittima dicis? Hippias dixi equidẽ. SO. Ergo ſecũdum rationẽ tuã magis e lege eſt, ut Lacedæmoniorũ filii ab Hippia q̃ a parẽtibus doceanꝭ

Protagoras añ gorgiã & prodicum.

Anaxagoras diſſipauit magnũ patrimoniũ vt philoſopharetur.

quãdoquidẽ

quandoquidē tu magis q̄ illi reuera ꝓdesses HIP. Prodessem ꝓculdubio Socrates. SO. Prćter legē
igit̄ agunt Lacedæmonii: cū tibi filios suos erudiēdos auri oblata mercede nō tradāt. HIP. Assen⸗
tior equidē: uideris enim pro me dicere. Quamobrē repugnare tibi non decet. SO. Bonarū legū
expertes laconas esse inuenimus: & in rebus quidē maximis: cū tamē melioribus legibus q̄ reliqui
græci uti uideant̄. Te uero quādo potissimū laudant Hippia: & quibus rebus audiendis præcipue
delectant̄? An uidelicet cū illa narras/quæ ipse egregie nosti/astra celestesq; ꝓgressus? HIP. Nullo
modo hæc substinēt. SO. Num geometriæ sermo illos oblectat? HIP. Minime omniū: nam pauci
admodū ex illis: ut ita dicā: numerare sciunt. SO. Longe igit̄ abest ut ratiocinationes computatio
nesq; libenter audiāt. HIP. Longe per iouē. SO. Nūquid illa quæ tu acutissime omniū hominū in
telligis: litterarū syllabarūq; distinctiones: rhythmorū harmoniarūq; naturas. HIP. Quas o bo⸗
ne uir harmonias ac litteras? SO. At quæ tandē ista sunt/quæ audientes illi lætantur/teq; laudant?
Tu saltē referas/postq̄ ego inuenire non possum. HIP. Stirpē hæroum atq; hominū: & antiquarū
urbiū cōstructiones: ac summatim omnē antiquitatis historiā attente audiūt. Quo circa illorū cau
sa ediscere: meditariq; huius generis oīa coactus sum. SO. q̄ bene tecum actū est o Hippia? q; Lace
dæmonii moleste ferant/siqs nostros principes incipiens a Solone recēseat. Alioquin eorū nomi⸗
nibus ediscendis fatigari te oportuisset? HIP. Quid fatigari Socrates? semel audiēs quinquagin⸗
ta nomina/memoriter repetā. SO. ꝓbe loqueris: sed ego te memoria pollere nō aduerterā. Qua⸗
propter Lacedæmonios te merito delectari: tamq̄ multarum rerū perito iam intelligo: teq; perin⸗
de uti/ac aniculis pueri ad cōfabulandi iocūditatē. HIP. Per Iouē o Socrates nuper ibidē de pul⸗
chris studiis: quibus incūbere iuuenē decet. differens admirationi fui. Extat enim de iis a me cōpo
sita iuculēta quædā oratio: quæ præcipue uerborū elegantia pollet: forma uero & principiū oratio
nis eiusmodi est: postq̄ capta est Troia: Pcoptolemus Hestorē interrogauit. quæ sint pulcherrima
studia/quibus incūbens iuuenis: uir illustris euadat. Cui respondēs Hestor multa & pulchra præci
pa recenset: hanc equidē orationē ibi ostendi/& hic quoq; tertia hinc die in Phidostrati ludo: atq;
insuper alia multa auditu digna ostensurus sum. Eudicus enim Apimāti filius me rogauit. Quare
da operā ut tu quoq; adsis: & alios tecū ducas: quicūq; dicenda audiēdo iudicare sciant. SO. fient
ista si deus uoluerit hippia. In præsentia aūt breue quiddā de hoc ipso responde: nā oportune me
admonuisti. Nuper enim o uir optime/cum in sermone quodā: alia ut pulchra laudarem: alia uitu
perarē ut turpia: hanc quispiā in mediū dubitationē induxit/me ualde contentiose sic interrogās.
Vnde o Socrates pulchra turpiaue cognoscis? potes ne quid pulchrū sit definire? Ego aūt ob igna
uiam meā hæsitaui/neq; quod accōmodate respondere habui: atq; ex cætu hominū abiens mecum
ipse iratus sum/ruditatēq; meā uehemēter uituperaui: ac minatus sum/cū primū quēpiā uestrum:
qui sapientiā ꝓfitemini: obuiū haberē/conaturū me id audire ac discere/& diligenter præmedita⸗
tū/ad eū qui rogauerat reuersurū: ut rursus eadē de re pugnarē. Quapropter nunc tu ut dicebam
peroportune uenisti. Doce obsecro me quid ipsum pulchrū est. Conare inq̄ diligētissime omnem
respondēdo rē aperire: ne iterū redargutus irridear. Nosti enim perspicue. Idq; exiguū quiddam
est: e multis quæ tu calles. HIP. Exiguū per Iouē Socrates: & nullius ut ita dicam precii. SO. Facile
itaq; discā: neq; ullus ulterius me refellet. HIP. Nullus certe/Vile namq; & rude studiū meū esset.
SO. Per Iunonē bene loqueris Hippia. si uirū illū capiamus. Verū ne tibi īpedimēto sim imitatus
illum te respondente rationes resumam ut me magis exerceas. Ferme enim in resumendis sermo
nibus: quoquo modo peritus sum. Si ergo nihil tua interest: repetere cupio: ut/uehementius fir⸗
miusq; perdiscam. HIP. Repete ut iubet: nam ut modo dicebā: non ardua quæstio est: sed ad dif⸗
ficiliora te respondere docerē/ut nemo te refellere possit. SO. O q̄ bene loqueris? Ac postq̄ tu iu⸗
bes: eius ipse personam indutus te iam interrogare aggredior. Si illi sermonem tuum de pulchris
disputantem officiis ostendisses cum primū finē dicendi fecisses: de nullo alio prius q̄ de pulchro
quæsisset. mos enim hic suus: & in hunc modū interrogasset. Aiensis hospes nonne iusticia iusti
sunt quicūq; iusti? Responde quæso Hippia tanq̄ percontante illo. HIP. Iusticia profecto. SO. An
nō aliqd hæc ipsa iusticia est? HIP. Prorsus. SO. Et sapientia sapiētes sunt: quicūq; sapiūt & bono
similiter bona oīa quæ bona sunt? HIP. Quid ꝓhibet. SO. Sapientiā uero & bonū secundū se esse
oportet. Nā si ipsa nō essent alia per illa nunq̄ talia fierēt. HIP. Sic est. SO. Nōne & pulchra oīa ip
so pulchro sunt pulchra? HIP. Pulchro certe. SO. Est ne igit̄ ipsum pulchrū? HIP. Est ꝓculdubio
SO. Hic ille statim quæret. Dic hospes quid hoc: ipsum pulchrum est? HIP. Num qui hec interro
gat audire indiget: quid est pulchrū? SO. Nō mihi uidetur: sed aliud quiddā est ipsum pulchrum.
HIP. Quid hoc ab illo differt? SO. Nihil ne tibi uidetur? HIP. Nihil certe: nō enim differt. SO.
Constat autem te melius nosse. Considera tamen: non quæ res pulchra est/ille petit: sed quid ipm
pulchrum est. HIP. Intelligo iam o bone uir: & quod ipsum pulchrū est/respondebo adeo ut nunq̄
redarguar. Si uerum dicere oportet/scito Socrates uirginem pulchram ipsum pulchrū esse. SO.

Hic uidere ē artem tencati uam.

Extorsio: ut cōfiteatur: rē esse.

Cōcesso rē eē querītur qd sit.

Quid pulcrū & qd ipsum pulcrū inter⸗rogatiōes dif fere.

Prima diffō falsa pulcri

Præclare o Hippia& decore admodum respondisti. Nunquid ergo si hoc respondero: ad interrogata responsum erit & recte:neq; refellar. HIP. Qua te ille ratione corripiet:si quod oībus uidet & de quo audientes singuli pro te testabuntur/rñderis. SO. Eia q̄ belle! Sed mecum ipse o Hippia quod dicis aīaduerto. Ille siquidē ita quodāmodo percontabit. Age rñde mihi o Socrates. Quid est ipsum pulchrū quod si sit hæc oīa quæ pulchra dicuntur:per ipsum pulchra sunt. Ego autē respondebo. Si pulchra uirgo ipsum pulchrū est/propter quod hæc pulchra fiunt. HIP. Putas ne illum te reprehendere ulterius ausurū. quasi nō pulchrū sit quod dicis! Vel si forte ausus fuerit non ab oībus irrisum iri! SO. Quod quidem audebit o uir mirifice certo scio. Vtrum uero ausus/ridiculus euasurus sit/res ipsa ostendet. Quæ tamen ille inferet/ tibi dicere cupio. HIP. Dic iam. SO. Quā lepidus es o Socrates dicet pulchra equa/nonne pulchrū! quā in oraculo deus ipse laudauit. Quid ad hæc o Hippia pulchrā equā nōne pulchrā esse fatebimur:nam quo pacto quod pulchrū est/esse pulchrū negabimus. HIP. Vera narras o Socrates:recte quippe deus cecinit: pulcherrime enim equæ apud nos nascunt. SO. Addet ille post hæc. lyra pulchra nonne pulchꝛ. HIP. Ita. SO. Queret iterum noui enim eius morem o uir optime pulchra olla: an non pulchrū. HIP. Ha Socrates/quis adeo rudis est:ut in re seria tā uilia noīa misceat! SO. Talis ille est o Hippia: non enim cōptus iocundusq;:sed sordidus:nihilq; aliud præter ueritatem curans. Attamen rñdendū illi est: & ego præfabor si olla a bono figulo ficta sit:equalis & rotundā satisq; coacta quales sunt ollæ quædam utrinq; auritæ atq; perpulchre:quæ sex patinas capiunt/si de tali inquā olla interroget: rñdēdum pulchram existere. Quomodo enim quod pulchrum est/ non eē pulchrū assereremus. HIP. Nullo pacto o Socrates. SO. An nō & olla rogabit illa pulchra pulchrū. Rñde amabo. HIP. Sic eē arbitror pulchrū quoq; uas hoc est cum ex arte est fictū : sed totū hoc si cum equa & uirgine aliisq; speciosis oībus cōparetur:tali cognomento indignū est. SO. En Hippia iam intelligo. quid interroganti illi qui petit obiiciēdū sit. O uir ignoras q̄ scitū sit illud Heracliti. Speciosissima simiarū deformis est/cū alio genere animaliū cōparata:necnō ollarū pulcherrima turpis est/si cū uirginū genere conferat:ut sapiens Hippias iudicauit. Nonne sic Hippia. HIP. Recte nimiū rñdisti. SO. Audi deinceps enim scio sic inferet. Quid si quis genus uirginū o Socrates/cū deoꝝ genere conferat nōne idē patiet quod & olla collata cū uirgine! An non formosissima uirginū deformis esse uidebitur! nōne Heraclitus quē tu in testimoniū adduxisti/hoc idē tradit hoīem scilicet sapiētissimū ad deū simiam apparere quo ad sapientiā & formā & alia oīa! Confitebimur Hppia speciosissimā uirginē cum deoꝝ genere cōparatā esse deformē. HIP. Quis huic Socrates contradixerit. SO. Si hæc admittamus ridebit illico/& in hūc modū me iterū compellabit. Recordaris Socrates qd interrogatus fueris. At ego recordor equidē me interrogatū fuisse qd ipsum pulchrū sit. Tū ille dicet interrogatus quid pulchrū sit:rñdes:quod non magis pulchrū q̄ turpe eē cōtingit :ut tuipse fateris. Ita uideri dicā:dic quid nā tu amice mihi rñdēdum consulis. HIP. Hoc ipsum. SO. Quinetiam q; ad deos genus hoīum pulchrū minime sit/concedet. Sin autē ab initio te dicet ille:rogassem: quid pulchrū turpeq; est:& tu mihi eadē quæ in p̄sentia respondisses recte quidē. præterea num tibi ipsum pulchrū quo decorātur oīa:pulchraq; apparent:quotiens illa species adest/uirgo uidet eē uel equa/uel lyra. HIP. Si id ille quæsiuerit Socrates :facillime rñdebit. quid ipsum pulchrū sit/quo cætera oīa decorantur:cuiusue p̄ñtia pulchra uidentur. Ineptissimus nēpe homo est nihilq; præclare quæstionis inducit. Si enim tu illi rñderis pulchrū ipsum quod quærit:nihil aliud esse q̄ aurū hæsitabit:profecto neq; te confutare tētabit. Constat enim apud oēs cuicunq; hoc adest licet turpe illud antea uisum fuerit:pulchrū uideri auro perhornatū. SO. Nescis Hippia q̄ molestus uir ille sit: q̄ue difficile dicentibus assentiatur. HIP. Quid tum o Socrates! quod recte dicitur. concedat necesse est :hoc enim si respuerit:ludibrio omnibus erit. SO. Atqui responsionem hanc non modo non accipiet:sed acrirer me mordebit. O inflate uir dicet/Phidiam rudem artificem putas. Et ego illi ut arbitror nullo modo putare me dicam. HIP. Et recte quidē. SO. Recte proculdubio / postq̄ uero peritum artificem Phidiam esse concessero/hec insuper addet. Existimas idquod pulchrum uocas Phidiam ignorasse! At ego quid maxime dicam. Tum ille/quoniam Mineruæ oculos/non aureos fecit:neq; reliquum uultum /neq; pedes/neq; manus: quandoquidem si aurea fuissent/pulcherrima extitissent:sed eburnea reddidit/in quo certe propter inscitiam aberrauit:cum ignoraret aurum esse:cuius p̄ñtia pulchra omnia fiunt quibuscunq; adheret. qd ad hæc Hippia! HIP. Nihil arduū. Recte enim fecisse fatebimur. Nam eburneū quoq; pulchrum est. SO. Sed ille. Cur nō pupillas etiam oculorum eburneas fecit. sed lapideas inueniens quoad fieri potuit lapidis cū ebore similitudinem. Num pulchrum lapidē. pulchrū esse o Hippia respondebimus. HIP. Immo certe cum decens est. SO. cum uero non decens turpe fatendū:necne. HIP. Fatendū cum minime decet. SO. His adiiciet ille:o uir sapiens ebur & aurum nōne cum decent:pulchra omnia reddūt! cōtra uero cum dedecent! Renuemus ne an potius admittemus. HIP. Fatebimur plane quicqd aliquid

Confutatio diffinitionis

Heracliti speciosissima simiarum

Herac. homo sapientissimū est simia erga deos

Secunda diffinitio falsa

Confutatio

Tertia diffinitio falsa.

quid decet/pulchrum efficere.SO.Hic ille inferet: Vtrũ decet pulchrę ollę de qua supra dixim⁹.
plene bonoꝝ leguminũ auream tudeculam addere an ficulneá:HIP.proh Hercules : qualem ho-
minem narras.Cur non eius nomé ꝓfers?SO.Haud agnosceres hoiem/licet nomé audires.HIP.
Verũtamen in præsentia indoctũ illum eé cognosco.SO.Curiosus nimiũ est o Hippia. Cæterum
quid dicemus? Vtrá potius e duabus tudeculis legumini & ollę cõgruere? an ficulneá? suauiorem
quippe odorem præstat/neq; collidens frangensq; ollam diffundet legumina nec aqua igné extin-
guet:neq; comesturos hoíes/precioso priuabit obsonin.Contra uero aurea tudecula : Quóobrem
uidetur mihi ficulnea magis decere q̃ aurea nisi tu cõtradixeris.HIP.Decet sane magis : q̃uis ego
cum homine talia perquirenti minime disputarem.SO.probe nimirum o amice. Tibi enim tali-
bus nominibus uti non conuenit/cum tam specioso amictu calceisq; hornatus sis : & inter omnes
græcos sapientia polleas:me autem nihil prohibet:quominus cum illo uerser.me igitur ante eru-
dias:meiq; gratia respondere digneris.Ille namq; sic deinde perget. Si ficulnea decet magisq̃ au-
rea:nonne pulchrior? HIP.pulchriorem respondebis o Socrates : postq̃ quod decet : pulchrius
q̃ quod dedecet / es confessus. SO. Nunquid Hippia / confitendum ficulneam pulchriorem esse
q̃ auream. HIP. Vis tibi dicam Socrates / quomodo pulchrum definiens / prolixis eum sermo-
nibus liberabis.SO. Quid ni uelim? modo tamen priusq̃ mihi dixeris utram / e duabus illis tu-
deculis decentiorem pulchrioremq; existere : respondendum sit. HIP. Atqui si uis illam quæ ex
ficu est / pulchriorem esse responde. SO. Nunc iam dicas quod pauloante inceptabas.Hac enim
responsione qua ipsum pulchrum aurum esse aio / nihilo pulchrius ut arbitror aurum / q̃ lignum
ficulneum apparebit. Nunc denuo quid ipsum pulchrum asseris?HIP.Dicam equidem : requi-
rere namq; mihi uideris tale quiddam pulchrũ respondere quod nunq̃ alicui turpe uideri queat.
SO.Omnino o Hippia : & nunc recte accipis.HIP. audiam : scito Socrates / siquis habeat/ quod
aduersus hoc inferre ualeat / autumare me / nihil unq̃ penitus laudaturum. SO. dic per deos ci-
to. HIP. Aio equidem semper : apud quemlibet & ubicunq; pulcherrimum esse : ut sanus aliquis
sit / diues & honoratus inter græcos usq; ad senectutem : & sicut parentes suos defunctos egregio Quarta diffinitio falsa.
funere decorauit / sic a filiis suis præclare : atq; magnifice sepelliatur.SO.Hui:hui: o Hippia q̃ mi-
rifice & excellenter & ut te decet : dixisti? per Iunonem ualde te amo / quia mihi uideris summa cũ
beneuolentia pro uiribus auxiliari. Virum tamé illum nondum comprehendimus:sed nunc effu-
sius nos / mihi crede ridebit.HIP. O ineptum risum : cum enim nihil aduersus ista proferre ua-
leat / rideat autem / seipsum ridebit / præsentibusq; omnibus ipse ludibrio erit.SO. forte sic se res
habet:forte etiam ex hac responsione:ut ego uaticinor : non solũ illudere me audebit.HIP.Quid
ultra?SO.Si baculum habuerit:neq; ego statim fugero/ cedere me conabit.HIP.quid ais? An tu⁹
ille dominus?si tibi iniuriatus fuerit/non dabit penas?an iniusta uestra ciuitas? cedereq; se mutuo
ciues permittit? SO.Nullo modo.HIP. Nõne igitur punietur:si te iniuste percusserit?SO. Nõ in-
iuste equidem o Hippia/si talia responderem:sed iure mihi uidetur.HIP. Mihi quoq; / quádo qui-
dem & tu hæc putas.SO.uis tibi dicam/quá ob causam me talia respõdenté / uerberibus dignum
putem? An tu me priusq̃ iudices/uerberabis?uel rationé admittes.HIP.graue hoc esset o Socra-
tes:si non admitterem:sed qua ratione id ais.SO.dicá eodem modo quo & pauloante / imitatus
illum ne corá te uerba/ quibus ille mecũ utitur/ꝓferam dura nimiũ & absurda.Nam sic me ꝓcul-
dubio alloquetur.Dic age o Socrates iniuste cedi illum censes/qui dithyrambũ tantũ inconcinne
pronuncians/tam procul a ꝓposita quæstione abierit? At ego quonam pacto interrogabo? tũ ille.
quia oblitus es quæsitũ fuisse/ipsum pulchrũ/ quod omnia quibuscũq; inest/pulchra efficit:lapidé:
lignũ:hoíem:deum:actioné deniq; omné: & disciplinã:hoc ipsum o uir pulchrũ quid est ꝑquiro.
tu uero non magis audisti me:q̃ si lapis corá assedisses:& molaris quidé/nec aures neq; cerebrũ ha
bens:q; si ego ꝑterritus ad hæc ita respondeam:num grauiter feres Hippia.HIP. Quoná modo?
SO.sic inq̃.Hoc tamen Hippias pulchrum eé dixit:quãuis ego/illum ut tu me nũc interrogassem:
quod omnibus pulchrũ/sempq; existit.Quid ais? An moleste feres/si hæc dixero.HIP. Certo scio Confutatio
o Socrates quod dixi/omnibus esse pulchrũ/& ita uidebitur.SO.An & erit: dicet ille:semper enim quartæ diffinitionis.
pulchrũ.HIP.Omnino.SO.Nõne & erat/interrogabit.HIP.& erat.SO.ad hæc ille & nunqd Elié
sis hospes inquit Achilli pulchrũ eé / post genitores suos naturę cõcedere:& auo illius Eaco/ aliisq;
quicũq; ex diis nati sunt:& ipsis deniq; diis.HIP.Quid hoc.Macarię herculis filię ad expiandum Macariæ filiæ
scelus:sacra facito:prophanę enim sunt o Socrates huiusmodi quæstiones.SO.Quid uero : ꝑcõ- herculis.
tante alio hæc asserere/nõ ualde ꝓphanũ.HIP.forsitan.SO.forte igit tu is es ille dicet / q cuilibet
ac semp pulchrũ eé dicis a filiis funere honorari/parẽtibus parẽtare:An nõ ex omnibus unus Her
cules erat/aliiq;/quos antea memorauimus.HIP.At uero nõ diis dicebã.SO. Nec hęroibus ẽt ut
uideris.HIP.Nõ certe/qcũq; deoꝝ filii fuerũt.SO.Illis uero q non deoꝝ.HIP.His ipsis.SO.ergo
secundum sermonem tuũ ex hæroum numero Tantalo quidem & Dardano atq; Zeto / graue ꝑ-

phanum & turpe est:pelopi uero/aliisq; similiter genitis:pulchrum.HIP. Ita mihi uidet. SO. Ad hæc ille.tibi ergo uidetur/quod in superioribus non dicebas/sepelire parẽtes/ a filiis sepeliri/ quãdoq; & quibusdã turpe contingere/imo impossibile esse:hoc oĩbus esse pulchrũ. Quãobrem similiter hoc atq; superiora illa.s.uirgo & olla afficitur atq; etiam ridicule magis / aliis pulchrũ est/ aliis minime.Quo circa sic me ille corripiet. Nondum hodie potes o Socrates/quid ipm/ de quo quæritur/pulchrũ sit:exprimere? Et merito me ita iurgabit/dum sibi talia respondebo. Talis est utplurimũ disputatio nostra.Quãdoq; uero tanq̃ imperitiã meam & inscitiã miseratus/ipse mihi obcurrit/interrogans:utrũ tale quiddam pulchrum ipm esse mihi uideatur. Vel de quo uis alio disputetur. HIP. Quomodo id ais o Socrates? SO. Dicam:o beate Socrates inquit. Ita respondere talia desine;inepta quippe sunt:& facile refelluntur. Sed aduerte:num tale quiddam ipsum pulchrum appareat:quod nos supra tetigimus/cum aurum diceremus/quibus decens est/esse pulchrũ/ contra quibus minime. Atq; alia omnia/quibus ipm decens/eiusq; natura cõpetit:pulchra fieri. Vide igitur num hoc ipm pulchrum sit:ego aũt ista passim cõcedere consueui. Nam quid obiiciam nõ inuenio.tibi uero decorũ/ipm pulchrum esse uidetur? HIP. Omnino o socrates. SO. Caueam⁹ ne in aliquo decipiamur. HIP. Cauendũ certe. SO. Vide itaq;/decorũ id uocamus/ quod adueniens: uideri pulchra singula facit:qbus adest:uel quod eẽ efficit. Vel ex iis neutrũ. HIP. Mihi qdẽ uidet. SO. Vtrũ quod apparere pulchra facit/pinde ac siquis deformis/amictu calceisq; decoris hornet/ pulchrior appareat. Nõne si decorũ ea quibus inest pulchriora/q̃ sint/uideri faciat/quatenus decorum est/deceptio quædã circa pulchrũ decorũ esset? Neq; eẽt hoc qđ quærim⁹ Hippia. Illud qppe quæsiuimus/quo res oẽs pulchrę/pulchrę sunt/queadmodum oĩa magna/excessu magna sunt. hoc enĩ oĩa magna sunt. Atq; etiã si non uideant/excedant tamen/magna esse necesse est. Sic & pulchrũ quæsiuimus/quo pulchra sunt omnia/siue appareant/siue nõ:quid esset. Decorũ quidẽ nõ est : pulchriora enim q̃ sint:uideri facit/in quãtũ decorũ est ut ipse aiebas:qualia uero sunt / uideri nõ sinit. Quod aũt pulchra eẽ facit queadmodũ paulo ante dicebã/siue appareat:siue nõ / qd est dicẽdum. hoc nempe q̃rit si mõ pulchrũ q̃rit. HIP. Atq decorũ o Socrates/& eẽ & appere pulchra/cũ adest: efficit. SO. Igit ĩpossibile est/q̃ reuera pulchra sũt nõ uideri pulchra/dũ adest qđ uideri facit. HIP. Impossibile. SO. Confitebimur hoc o Hippia? Omnia reuera pulchra instituta & studia:existimari etiã pulchra ab oĩbus? uel cõtra:ignorari:adeo ut de his hoĩes priuatim & publice acerrime pugnent. HIP. Ignorari potius o Socrates arbitror. SO. nõ tamen ignorarent/ si ut pulchra sunt:ita pulchra etiã apparerẽt. apparerent autẽ:si decorũ pulchrũ esset/neq; esse solum:sed uideri etiã pulchra cogeret. Quãobrẽ si decorũ ẽ/ qđ pulchra facit esse/est utiq; qđ quærimus / pulchrũ nõ tñ id quod uideri cogit. sin aũt uideri dũtaxat/decorũ efficit:nequaq̃ pulchrũ ipm est/quod petim⁹: esse náq; illud cõpellit. Apparere aũt simul & esse:neq; pulchra neq; aliud quicq̃ efficere idem põt. Eligamus iam/utrũ decorũ esse putemus/quod uideri pulchra/uel qđ esse facit. HIP. qđ uideri o Socrates arbitror. SO. pape:q̃ longe nos Hippia ipsius pulchri cognitio fuit: postq̃ decorum / aliud quidam p̃ter ipm pulchrũ esse apparuit. HIP. per Iouem o Socrates mihi quidẽ absurde nimium. SO. Cæterũ o amice nõdum dimittamus:neq; enim omnẽ abici spem quid sit pulchrũ inueniẽdi. HIP. Oĩno sperandum o Socrates:neq; enim inuentu difficile:mihi quippe conscius sum/q; si paulisper ad me ipm in solitudine me reciperem/exactius q̃ exprimi possit/ tibi id explicarem : ut nihil ultra requireres. SO. heu ne alta id uoce dicas o Hippia:ne indignatũ/ longius nos effugiat:nõ uides quãtum nos hactenus fatigauerit? Verũ nihil dico. Tu enim cum solus eris/facile utputo inuenies. Sed age p deos me p̃sente inuenias/& si uis ut hactenus ita deinceps:una mecũ pquire. Si inueniemus bene erit. sinminus ego quidẽ mea sorte cõtentus ero. Tu uero postq̃ abieris / facile inuenies. si tamẽ nunc inueniamus/haud amplius tibi molestus ero / quid te cum ipse excogitaueris flagitans. In p̃sentia uero considera/num tibi id pulchrum esse uideatur. Attende obsecro diligẽter ne delirem. Hoc utiq; pulchrũ esto/quod utile est. Cuius quidem rei hinc maxime coniecturã facto:pulchri oculi sunt:non qui impotes uidendi:sed qui potentes & utiles ad uidendum. HIP. Certe. SO. Et uniuersum corpus ita pulchrum dicimus:aliud ad cursum:aliud ad luctã. Itẽq; animalia omnia:ut pulchrum equum/gallumq;/& coturnicẽ:& apparatus oẽs: atq; uehicula: tum terrestria:tum maritima/naues atq; triremes/instrumẽta quoq; omnia tam ad musicã q̃ ad artes alias ptinentia. Item si uis studia atq; leges:singula hæc eadem ferme ratione pulchra uocamus : respicientes scilicet qua conditione:unũquodq; natum:uel fabricatũ:uel locatũ est: quodue utile est:& qua ratione utile/& ad quid utile:& quãdo utile/pulchrũ esse dicentes: qđ uero secundũ hæc inutile turpe. An non idem tibi quoq; uidetur o Hippia? HIP. Mihi uero. SO. pbe igit nũc dicim⁹ p̃cæteris oĩbus qđ utile ẽ ipm pulchrũ eẽ. HIP. pbe admodũ o Socrates. SO. Nõne qđ efficere aliqd põt/ad id utile est/ad qđ & potẽs. Impotens cõtra: ĩutile? HIP. prsus. SO. potẽtia ergo pulchrũ ipotentia turpe. HIP. Maxĩe:nã & alia nobis oĩa sic eẽ testantur: & ciuilia p̃cipue. Quoniam in ciuitate sua

Quinta diffinitio pulcri. Confutatio

Nunc agitur nõ tentando. sed indagãdo quid sit.

Ponitur utile ut q̃ratur genus pulcri.

re sua atq; re.p.potentem esse/omnium est pulcherrimũ/impotentẽ uero turpissimũ.SO.præcla-
re loqueris. Sed nũquid ob hãc ipsam rationẽ/sapientia pulcherrimũ omniũ insipientia cõtra tur
pissimũ?HIP.Tu uero quid putas?SO.Siste parumper o dulcis amice.Nam de eo quod dicimus
suspicor/atq; timeo.HIP.Quid metuis Socrates?nõne scite dicta hæc sunt?SO.Velim equidem:
sed mecũ hoc animaduerte.Vtrũ quis unq̃ quod neq; scit/neq; potest/efficiat.HIP.Nequaq̃?quo
enim pacto/quod nequit:ageret?SO.Qui delinquũt/& mala agunt:efficiuntq; ignari/si hæc nõ po
tuissent/nunquid egissent?HIP.Minime.SO.At uero potentia possunt/quicũq; possunt:non enim
impotentia.HIP.Non certe.SO.Possunt autẽ omnes facere quę faciunt.HIP.proculdubio.SO.
Mala uero multo plura q̃ bona/oẽs hoĩes statim ab ineunte ętate p omnẽ uitã agunt:neq; spõte de-
linquũt.HIP.Vera loqueris.SO.quid porro?hanc potentiã:atq; hæc utilia quæ ad maloꝝ execu-
tionẽ cõducunt:num pulchra uocabimus:an longe aliter?HIP.lõge absunt a pulchro o Socrates.
SO.Non ergo potẽs nobis & utile ut uidetur ipsum pulchrũ existit.HIP.Immo:si mõ bõa possit:
ad ea quæ cõferat.SO.Illud igit̃ reprobatũ est/ꝙ potens & utile simpliciter pulchrũ sit.Sed nũq̃d
hoc erat o Hippia:ad quod animus noster respiciebat.Ipsum scilicet potẽs & utile ad bonũ confi-
ciendũ:pulchrũ esse.HIP.Mihi quidẽ uidetur.SO.hoc cõducibile est.an non?HIP.Valde.SO.sic
utiq; pulchra corpora/pulchra instituta legũ:& sapientia:& alia quæ pauloante rettulimus/omnia
ex eo pulchra sunt quo cõducibilia sunt.HIP.Constat.SO.Conducibile itaq; ipm nobis pulchrũ
esse uidetur.HIP.maxime omniũ.SO.Atqui conducibile est/quod bonũ efficit.HIP.Id ipm.SO.
Efficiens autẽ nihil aliud est:q̃ causa.HIP.Nihil.SO.Ergo boni causa pulchrũ est.HIP.Est profe-
cto.SO.Aliud uero est causa:aliud id cuius causa est.Neq; eni causa ipsius causę cã esse põt.Quod
hinc maxime coniectare licet.Nõne causam efficientẽ esse constitit?HIP.plane.SO.Ab efficiente
uero effectũ fit:nõ efficiens.HIP.Verũ est.SO.Aliud efficiens/aliud effectũ.HIP.aliud certe.SO.
Non ergo causa ipsius cã est/sed eius quod ab ipsa effici.̃HIP.Sic est.SO.Itaq; si pulchrũ boni cã
est/a pulchro fit bonũ.Et ob hanc causam ut uidetur/prudentiã aliaq; pulchra omnia exoptamus:
quia opus/quod ex his gignitur idest bonũ exoptãdum est.Vnde p ea quæ inuenimus:pulchrũ ad
bonũ ideam patris cuiusdam habere uidetur.HIP.Omnino quidẽ.præclare enim loqueris.SO.
Num & hoc pclare:q; neq; pater filius est:neq; filius uicissim pater.HIP.& hoc.SO.Enimuero nec
causa effectũ est/nec effectũ/causa.HIP.Vera loqueris.SO.Per Iouem o uir optime/neq; pulchrũ
bonum est/neq; bonũ pulchrũ.An tibi ex his quæ dicta sunt/fieri posse uidet̃.HIP.Non mihi:non
p Iouem.SO.placet nobis istud:& asserere uolumus/ꝙ neq; pulchrũ bonũ/neq; bonum pulchrũ?
HIP.Non p Iouem non mihi placet.SO.per Iouem mihi quoq; o Hippia:nihil minus ex his quæ
dicta sunt placet.HIP.Ita sane uidetur.SO.haud amplius igitur sermo ille ut supra/egregius esse
uidet̃:quo id pulchrũ asserebat̃/quod cõducibile utileq; & potens ad bonũ aliquod efficiendum.
Imo si possibile est/absurdior iudicandus q̃ superiores illi/quibus uirginẽ:& singula quæ supra nar
rauimus:pulchrũ ipsum nuncupamus.HIP.apparet.SO.Equidem o Hippia quo me uertam ne-
scio:hęsito enim & ambigo.tu uero num forte q̃d habẽs.HIP.in p̃sentia minime:sed ut alias dixi:
si mecũ aĩaduertero/inuenturũ me aliquid certo scio.SO.at uideor mihi ob intelligendi ardentẽ
auiditatẽ morã tuam nequaq̃ toleraturus.Sed ecce nũc aliud quiddam mihi in mentẽ uenit.Attẽ
de obsecro utrum quod nos delectat:nõ de qualibet uoluptate loquor:sed de illa quæ p uisum atq;
auditum:utrũ inq̃ tale quiddam pulchrũ sit uocãdum.Nam quo pacto repugnare possumus?Cũ
pulchri hoĩes uariiq; apparatus:picturę & figmẽta pulchra/intuentes nos delectẽt:Cantus quoq;
pulchri & uoces:uniuersaq; musica:sermones/& confabulationes similiter nos afficiant:Quapro-
pter si audaci illi p̃tinaciq; homini responderemus/pulchrũ esse/quod p uisum auditũq; delectat/
nonne audaciã eius reprimeremus:quid putas.HIP.Nunc mihi o Socrates quid ipm pulchrũ sit:
scite dictũ uidetur.SO.Quid uero:studia pulchra ac leges.ppterea pulchra dicemus:ꝙ p uisum
auditũq; iocunda sint:an alia quadam specie contineri.HIp.hæc ita forte o Socrates/& si hominẽ
latent.SO.per canem o Hippia non illum:quẽ ego maxime omniũ uererer/quotiens delirarẽ:aut
aliquid dicere p̃fiterer/cũ nihil dicerem.HIp.Quẽ dicis:SO.Socratem Sophronisci filiũ:qui ni-
hilo magis mihi cõcederet ut hæc indiscussa facile iudicarẽ/q̃ ut scire putarẽ quæ nescio.HIP.Atq
mihi quoq; postq̃ ipẽ dixisti:aliud quiddam id:quod ad leges attinet/esse uidetur.SO.Quiesce ali
quantulum o Hippia.Nam in eandem circa pulchrum ambiguitatem incidisse uidemur/inq̃ pau
loante:dum putamus quiddam certi nos habere.HIP.Quo pacto id ais Socrates.SO.Dicã equi
dem quod mihi uidetur/ut siquid ueri dico:inspiciamus.Hæc pfecto quæ ad studia legesq; perti-
nent/forte non extra sensum uidendi:& audiendi existere uiderentur.Verũ substineamus hũc ser
monẽ qui asserit:quod his sensibus gratũ est eẽ pulchrũ:nec leges in medium pducamus.At siqs
nos interroget/siue is quem rettuli/siue quiuis alius in hũc modum:Quid o Hippia atq; Socrates:
id dũtaxat iocundum quod sensibus duobus pcipitur/pulchrũ esse censetis:quæ uero cæteros sen
sus suauitate perfundunt/cibos/potus/ueneris actus/aliaq; huiusmodi pulchra esse non dicitis.

Cõfutatur illud utile esse genus pulchri.

Queritur an conducibile sit genus pulchri.

Queritur an delectãs sit genus pulchri.

Cõfutatio generis posi:i.

An forte neq; dulcia hæc:neq; in sensibus præter q̃ in audiendo uidendoq; uoluptatem aliquã ponitis? Quid inq̃ o Hippia respõdebimus? HIP. Magnas quoq; inesse aliis sensibus uoluptates assentiemur. SO. Sed ille qua de causa dicet:cum non minus q̃ aliæ uoluptates hę sunt / pulchri eas cognomento priuatis? quoniã respondebimus: nemo est:qui nos non rideat/si dicamus nõ dulce comestiõem esse:sed pulchrũ:suauẽq; odorem non suauẽ esse: sed pulchrum. Veneris quoq; motus dulcissimũ quidam esse:quilibet nobiscũ pugnabit. Oportet autẽ/siquis hoc potiatur/ita potiri:ut lateat/quasi uisu turpissimũ sit. Cum hæc dixerimus Hippia/ille forsitan respõdebit. Intelligo equidem q; iam diu uos pudor impedit quominus uoluptates huiusmodi pulchras denominetis: qa hominibus non uideantur. Ego uero non id quærebã:quod uulgo pulchrũ uidetur:sed quod pulchrum ipsum est:at illi nos id repetemus/pulchrũ esse quod iam proposuimus: partẽ scilicet eam iocundi/quæ per oculos auresq; delinit. Tu uero Hippia quo tu uertes? an forte quid aliud inferemus? HIP. Non alia præter hæc o Socrates respondendum. SO. præclare dicitis inferet ille. Si ergo solum quod per uisum/auditũq; gratũ aduenit/pulchrũ est:quod per alium sensum delectat: minime pulchrũ. Confitebimur ne? HIP. Confitebimur. SO. Ille uero sic iterũ. An quod per uisum iocundum/per uisum & auditũ iocundũ est? Et quod per auditũ iocundũ/per auditũ & uisum etiã? ad hæc nos: Nullo modo quod per alterũ est/per utrũq; esse: hoc enĩ querere nobis uideris. Nos uero diximus quod uis e duobus his iocundis ipsum per se pulchrũ eẽ:& similiter ambo: nõne sic respondendũ? HIP. Sic prorsus. SO. tum ille: Nunquid a iocundo/iocundum eoipso quod iocundũ est/differt? haud quæro utrũ maior minorue sit uoluptate uoluptas:aut magis ac minus: sed utrũ ex pluribus uoluptatibus una quædã hoc ipso ab alia differat/q; hæc quidẽ uoluptas sit illa minime: Nobis quidẽ non uideri dicemus. HIP. Non uideri plane. SO. hic ille inferet. Nõne ꝓpter aliud quiddam/q̃ propterea q; uoluptates sint/has potissimũ uoluptates e numero omnium elegistis/tale quiddam in utrisq; inspicientes/q; uidelicet naturã quãdam habent:ab aliis differentem:ad quã profecto respicientes/pulchras esse illas asseueratis: neq; enim uisus uoluptas icirco pulchra est:quia per uisum fit. Nam si illius pulchritudinis hæc esset causa/nullo modo quæ p auditum fit/pulchra esset/cũ per uisum nequaq̃ efficiatur. Nos aũt uera illũ dicere confitebimur. HIP. Confitebimur sane. SO. Neq; rursus auditus uoluptas/ex eo pulchra:quia per auditũ fiat:alioqn quæ per uisum percipitur pulchra non esset:quippe cũ non eadem sit: cũ illa quæ per auditũ efficitur. Eum uirũ qui ista:dicit o Hippia uera loqui fatebimur? HIP. Vera nimirũ: SO. Verũtamen utreq; inquiet pulchrę sunt/ut dicitis. Dicimus ne? HIP. Dicimus certe. SO. Habent igĩt cõmune quiddam atq; idem:quod eas pulchras efficit:quodue ambabus cõiter inest/& unicuiq; propriæ. Neq; enĩ aliter ambę pulchrę essent & quælibet. Age mihi tanq̃ illi responde. HIP. Ita mihi ut ais/uideri respondeo. SO. si enim uoluptates hę aliquid ambę susciperent:quod non earum quælibet pateretur/nũq̃ huiusmodi passione pulchrę existerent. HIP. sic est:o Socrates: Qui enim fieri posset/ut quod neutra illarũ patitur/ambę perpetiantur? SO. Non tibi uidetur. HIP. Atqui & rerum istarum & locutionũ huiusmodi penitus imperitus essem. SO. Iocunde quidem o Hippia. cæterũ ego forte periclitor uideri mihi aliquid intueri/quod ita se habere:ut tu ais/minime possit. Video aũt nihil. HIP. Non periclitaris o Socrates sed nimiũ despicis. SO. Enimuero huius generis per multa mihi in mentẽ ueniunt quibus fidem non præsto: quoniã non ꝓbatur abs te: qui argẽti plus studio sapientię q̃ cæteri nostri temporis cumulasti. Ego autẽ o amice/utpote qui nihil unq̃ lucratus sum: cogito ne mecum forte ioceris ex industriaq; deludas: adeo mihi multa uidentur. HIP. Nemo melius q̃ tu intelliget Socrates: utrũ iocer necne/si hæc quæ tibi occurrunt ꝓferre cęperis: nihil enim dicere uideberis: quoniã nunq̃ reperies/quod nec ego patior:neq; tu / ambos perpeti. SO. Quomodo inquis Hippia? forte tu aliquid dicis/quod ego minus intelligo. Verum ausculta me/quod sentio planius explicabo. Mihi quidem uidetur: q; neq; contingit me esse: neq; sum/neq; tu similiter/hoc ambos pati nos posse. Item alia quæ ambo patimur / neutrũ nostrũ existere. HIP. Monstra rursus afferre uideris o Socrates: & magis certe q̃ pauloante: Attende modo. Si ambo iusti essemus/nõne & singuli? Vel si iniustus uterq;/nõne & ambo? Aut si sani ambo/an nõ uterq;? Et si quilibet nostrũ laborat / in aliquo/uel uulneratus est/uel percussus: siue aliud quiduis passus fuerit: nõne idem ambo perpetimur? præterea si aurei/ uel argentei: uel eburnei: ac etiam si uis/generosi aut sapientes/aut honorati uel senes/uel iuuenes/aut aliud quiduis humanũ ambo essemus: nonne omnino necessariũ esset hoc quẽlibet nostrũ esse? SO. Omnino quidem. HIP. Cæterũ ipse o Socrates res ipsas integras non consideras: neq; illi quibusdã disputare es solitus: pulsatis illico pulchrũ/ & aliud: quodcunq; disputandũ suscipitis: & unũquodq; differendo diuiditis: Atq; iccirco ita uos latent: magna & uniuersa corpora continuã essentiã ex natura sortite. Et nunc adeo circa hæc te ueritas fugit/ut putes esse passionẽ aliquã uel essentiã: quæ circa ambo quædã uersetur: circa uero singula minime atq; uicissim quæ circa singula qdẽ sit/circa ambo uero nequaq̃: adeo inrationales: temerarii iepti: fatui estis. SO. Talia qdẽ nřa sunt/Hippia. nõ qualia qs optaret: ut trito ꝓuerbio fertur/sed

Quod nec ego neq; tu id ambos nos posse contingit. Quod ambos id neutrũ.

Prouerbium Si nõ qđ cupis: id uelis quod possis.

tur/sed qualia esse possunt: sed ipse semper admonendo nos iuuas: Etenim priusq̃ nos in his admoneres/q̃ stolide affecti essemus: adhuc tibi clarius aperiã: si quæ de his sentimus rettulero: Dicamne? HIP. Scienti Socrates referes: Noui enim omnẽ eorũ: qui in disputando uersantur: conditionem. Verũtamen si cupis/enatra. SO. Cupio equidem. Enimuero ita rudes eramus/anteq̃ tu hæc diceres/ut de me ac te opinaremur/ꝙ uterq; nostrũ unus sit: neq; tamẽ ambo id simus: quod qsq; nostrũ: non enim unus/sed duo sumus. Adeo fatui eramus: Nunc uero abs te didicimus/ꝙ si duo ambo sumus/duo siliter utrũq; nr̃m necesse esse est: & si unus uterq;: unũ pariter ambos. Impossibile enim/est uniuersali & continua essentiæ ratione ẜm Hippiã aliter se habere. Sed quod ambo erãt idem & singula: & contra quod singula/pariter ambo. Nunc igitur a te persuasus hic sedeo/prius tamen o Hippia: id mihi memora/Vtrum unus ego tuq; simus: uel tu duo & ego duo. HIP. Quid ais Socrates? SO. Hæc ipsa quæ dico. Vereor enim aperte corã te loqui: Nam mihi succenses: turbasq;: quando dicere aliquid tibiipsi uideris. Simul autẽ mihi dicas. Nonne uterq; nostrũ unus est & unũ esse est passus? HIP. Omnino. SO. ꝙ si unus impar quoq;: An non unum impar existimas? HIP. Equidem. SO. Num & ambo cũ simus duo: impares sumus? HIP. Nequaq̃: SO. sed pares ambo: HIP. pares. SO. Nunquid ex eo ꝙ ambo pares/par etiã uterq; nostrũ? HIP. Minime. SO. Non ergo necesse ẽ oĩno ut modo dicebas/quæcũq; ambo/singulos/& quæcũq; singuli ambos eẽ. HIP. Non in rebus huiusmodi: sed in his quæ ipse supra narraui. SO. Sat habeo Hippia. Nã ista sufficiunt postq̃ alia sic: alia aliter se habere uidentur. Dixi equidem si recordaris. Vnde sermo hic est ortus/uoluptates per uisum & per auditũ/non hoc pulchras eẽ/quod quæuis earũ habet/ambæ nequaq̃: uel quod ambæ: sed singulæ minime: Immo eo quod & ambæ habent & singulæ & iccirco ambas & singulas pulchras esse: & tu concessisti: & ego hac de causa per illam ipsam essentiam/quæ ambas sequitur: ambas esse pulchras/si modo pulchræ sunt: cẽsui: per eã uero quæ alterã deserit/minime. Et nunc quoq; idem existimo. Verũ mihi tanq̃ a principio dicas. Si uoluptas quæ per uisum/& quæ per auditũ fiunt/ambæ & singulæ pulchræ sunt/qđ ipsas pulchras efficit: nõne ambas & singulas sequitur? HIP. Prorsus. SO. An ex eo ꝙ singulæ atq; ambæ sunt uoluptates pulchræ sunt? uel hac ratione aliæ quoq; uoluptates nõ minus pulchre: nihil enĩ minus uoluptates illas esse constitit: meministin? HIP. Memini. SO. Sed quia per uisum & auditũ fiunt: iccirco pulchras esse illas est dictũ. Vide num uera loquar. Sic enĩ ut memini diximus: pulchrũ esse: quod iocundũ non quidẽ per sensus quoslibet: sed quod per uisum dũtaxat atq; auditũ. HIP. sic prorsus. SO. Nõne passio hæc ambas sequitur? singulas minime? Non enim singulæ illarũ quẽadmodum supra diximus/per ambas sunt sed ambæ quidem per ambas: singulæ minime. Et ita? HIP. Est. SO. Non ergo hoc singulæ pulchræ sunt/quod non singulas sequitur. Quod enim ambo dicitur: non sequitur singula. Quãobrẽ ambo illa uocare pulchra ẜm suppositionẽ licet: singula uero nequaq̃: An aliter dicim⁹? Nõne hoc necessariũ ẽ? HIP. Videt. SO. Dicẽdũ ne ambo qdẽ pulchra eẽ: singula uero nequaq̃? HIP. Quid ꝓhibet? SO. Hoc mihi amice obstare uidet: ꝙ qdã sic adesse aliis iudicata sunt/ut si ambob⁹ adsũt/adsint & singulis: & cõtra si singulis & ãbob⁹. Talia uero erãt q̃ tu narrasti. HIp. erãt certe. SO. Quæ autẽ ego rettuli minime: e quoꝝ numero erat: quod ambo dicit: & qđ singula. Est ne ita? HIp. Est. SO. Vtrũ tibi uidet o Hippia ex his quæ ipse exposuisti pulchrum esse. Vt si ego robustus & tu/ambo robusti. Itẽ si ego iustus & tu/ambo/& contra/si ambo/& singuli? Vel nihil prohibet ita cõtingere/ut in ipsis paribus & imparibus accidit. Vbi ambo aliquãdo paria sũt imparia singula: & aliquãdo paria: necnõ singula interdum talia sunt/ut exprimi nequeant/ambo queant/& interdũ nequeant. Aliaq; huius generis plurima quæ mihi occurrere dixeram. Quoꝝ in numero pulchrũ ponis? num ita tibi de hoc ut mihi apparet? nimis enim absurdũ esse mihi uidetur: ut ambo pulchri simus nõ singuli. Vel contra/singuli pulchri/non ambo: aut aliud quodlibet taliũ. Ita ne ipse eligis ut ego? An illo potius modo? HIp. Sic equidẽ. SO. Recte agis Hippia: ut a longa inquisitione nos liberemus. Si enim ex his est pulchrum: haud amplius quod per uisum: & auditum delectat: pulchrum erit. Ambo nãq; pulchra facit: singula minime. Hoc autem inpossibile ut inter nos conuenit. HIP. Conuenit certe. SO. Impossibile igitur quod per uisum/& auditum iocundum: pulchrum esse/nam si id pulchrum esset: impossibile aliquid sequeret. HIp. Vera hæc sunt. SO. Hic contentiosus ille dicet: exponite iterum a principio/postq̃ istud uos fefellit/qd esse pulchrũ hoc dicitis/quod ambabus uoluptatibus inest: propter quod istas præcæteris honorantes pulchras uocatis. Necessariũ mihi uidetur o Hippia/ut respondeamus/ꝙ inoxie sunt p̃cæteris uoluptatibus atq; optimę: tam ambę q̃ singulę: An tu aliqd alius habes/quo ab aliis differãt? HIp. Nihil: reuera enim optimę sunt. SO. Tum ille: hoc igitur pulchrũ esse dicitis: conducibilem uoluptatẽ: Videri equidẽ respondebo: tu uero? HIP. Et ego. SO. Ille uero ad hæc. Nõne conducibile est quod bonũ efficit? Efficiens autem & effectum aliud esse constitit. unde eodem relabimur. Neq; enim bonum pulchrum esset: neq; pulchrum bonum: siquidem aliud unumquodq; illorum esset. Ita esse nos illi si sapiemus illico respondebimus. Nefas enim est: recte loquenti nõ assentiri.

Diffinitio alia falsa pulcri. Confutatio.

Alia diffinitio falsa pulchri.

HIP. Quid tu aliud Socrates cuncta hæc esse ducis: q̃ iminutiones quasdã: cõcisionesq; sermonũ: ut ante dixi: in minima resolutas? Illud uero pulchrũ & multifaciendũ est: ut quis ualeat / præclara oratione habita in iudicio / uel cõsilio / uel alio cõuentu publico ad quẽ uerba fiunt: auditoribus p̱suasis: nõ minima quedã: sed maxĩa p̄mia reportare sui ipsius: rerũ suarũ: amicorũq; salutẽ: Hæc sane obmissis minutis his quæstiunculis cõplecti decet: ne demẽs esse uidearis: dum deliramenta: & nugas: ut modo p̱tractas. SO. O amice Hippia / tu quidẽ beatus es / qui nosti / quib⁹ studere hoĩem decet: & ipse abũde ut asseris / studuisti. Me uero mira quædã fortuna detinet: quippe qui aberro semp atq; mẽdico. Quotiẽs aũt inopiã meã sapiẽtibus uobis ostendo: uerbis rursus a uobis obiurgor. Obiicitis enĩ cõtinuo: quæ & tu nũc obiecisti: me scilicet stolida exilia: & nihil faciẽda tractare. Demũ cum p̱suasus a uobis eadẽ quæ & uos p̱fero optimũ esse elegãter orare in iudicio & alio quouis cætu / & ad uotũ pagere / rursus nõnulli e nostris / & ille uir qui me semp redarguit grauiter increpant: p̱ximus ille uir mihi genere est / & una mecum habitat. Ergo cũ primũ domũ ingressus sum: & ille me talia dicentẽ audit / interrogat. Quid nõ erubescã de pulchris operibus disputare: cũ adeo mãifeste circa pulchrũ redargut? sim / q; ip̄m pulchrũ qd sit / ignorẽ. Inqt. n. q̃ rõe itelliges q̃ oĩo pulchre cõposita sit q̃ nõ / aut aliã quãlibet actionẽ pulchrã esse / uel turpẽ / dum pulchrũ ip̄m / qd est / ignoras? Et qñ ita affectus es / uiuere te q̃ mori: præstare putas. Cõtingit itaq; mihi qđ modo dicebam / ut & a uobis & ab illo male audiam. Sed forte operępretiũ est / hæc oĩa tollerare: neq; enim id absurdũ / siquid lucratus fuerim. Tantũ uero Hippia cõsuetudine utrorũq; profeci: ut prouerbiũ illud dicens: pulchra difficilia esse: intelligere mihi iam uidear.

Prouerbium Pulchra cognitu difficilia: q; ut certa diffinitio reddita est.

FINIS HIPPIAE.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLATONIS LYSIDEM. VEL DE AMICITIA AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

Vbi Socrates cũ sophistis eorũq; sectatoribus disputat: opiniones falsas redarguit: ueras significat: potiusq̃ doceat. Nã acuta ingenia redargutis falsis: exiguo deinde uestigio uera uenanť. Quod in Euthydemo: Protagora: Menone: Hippia: Euthyphrone: & Lyside patet. Vbi uero cũ discipulis & studiosis sui sermonẽ habet: ostẽdit ac docet: quod qdẽ ex multis dialogis intelligiť. In Lyside igiť cũ de amicitia inter sophistarũ discipulos disputeť? cõfutandis falsis: potiusq̃ monstrãdis ueris. Socrates studet. Quæ uero sit de amicitia: & amore Platonis sñia: ex hoc libro coniicere. sed ex libris de legibus aliisq; multis cõprehẽdere possumus. Amicitiã esse uult / honestã p̱petue uoluntatis cõmunionẽ: Huius finẽ eẽ uitã unã. Principiũ eius: cognationẽ. Medium autẽ amorẽ: Vt honestã dicit: excludit ĩproborũ hoĩum cõtubernia: lasciuorũq; cõgressus. Vt p̱petue: Leues adolescẽtulorũ beniuolẽtias: etiã si honestæ sint: nõdum amicitias appellandas monet. Vt uolũtatis: significat nõ similitudinẽ opĩonis cuiusdã uel artis ad amicitiã p̱ficiendam sufficere. Vt cõionẽ: beneuolentiæ uicissitudinem indicat: Huius finis est / ut e duobus animis unus uolũtate fiat: ex una uoluntate uita una: Ac demum ex una uita numinis unius: eiusdẽq; ideę fruitio. Principiũ quo cõionis huius desideriũ excitať: cognatio est. Cognatio cõueniẽtiã in idea: sydere: genio & quadã animæ: corporisq; affectiõe significat. Nã qui ex uno pẽdent / in unũ: p unũ atq; ad unũ reuerti nituť. Mediũ & quasi qdã ad amicitiã trames amor existit. Cũ autẽ amor pulchri desideriũ sit: & amicitia ab amore & ducať pariter & dicať: necesse ẽ eos qui amici futuri sunt / pulchros eẽ: pulchros inq̃ quoq; animi pulchri. Homo enĩ animus ẽ. Corpus hoĩs instrumentũ: & qsqs pulchrũ amat corpus: nõ hoĩem: sed ea quæ sunt hoĩs amat. Quãobrẽ quotiens cognatio illa adest: & animorũ pulchritudo cõcurrit / p̱fecta nasciť amicitia. Si corporis forma huic animorũ pulchritudini adiuncta est / citius amare ĩcipiunt / & breui amicitiæ habitũ assequũtur. Quod in Platonis Dionisq; mutua beneuolentia cõtingit. Sinautẽ forma corporis cũ animi deformitate cõiungitur / nõ honeste cõionis / sed turpis cõgressus cupido exoritur. Vnde nõ amicitia: ĩmo petulantia primũ / deinde discordia p̱ficiscitur. Quare si cognatio deest: amici nũq̃. Si adest cognatio deest: omnis pulchritudo: interdum beneuoli potiusq̃ amici. Sinaũt cognationi pulchritudo corporis: nõ animi ẽ adiuncta / pro amicitiæ desiderio obsceni cõgressus ardor exoriť. Cũ unus aĩo pulcher: turpis alter / admonitionis & increpatõis studiũ cognatio illa parit. Quod si pulcher uni⁹ animus: alterius nec pulcher est / nec turpis: docẽdi dicẽdiq; inuicẽ uoluntas ex cognatõe p̱uenit. Tandem ex increpatione illa & hac doctrina amicitia nascitur. Quod quidem in phædrum & Alcibiadem Socratis amor ostendit. At uero cognatio pulchritudinẽ utrimq; nacta cito indissolubilẽ p̱creat amicitiã. Idq; ĩ Platonis Asterisq; beneuolẽtia cõstitit. Atq; hæc ut e multis colligiť de amicitia platonis nostri sñia est. In hoc aũt dialogo: primo eos qui amore abutunť: & sub amicitiæ specie turpi libidini seruiũt / increpat. Deinde eos qui ex sola corporis forma / amari se dignos existimãt / admonet.

net. Tertio illos: qui minus uere de amicitia sentiebãt refellit. Postremo callem quẽdã sagacibus animis ad uenandã amicitiã indicat. Singula mẽbra suis in locis legẽtibus patent. Nã dum Hippotalem & Crisippũ Ironia iocisq; deridet/Socrates/ꝙ turpi amore capti essent/significat. Et dũ corã illis adolescẽtes ad mores instruit: amatores admonet: quo pacto amãdũ: & quo una uiuendũ sit. Cũq; amatores instituisset/secũdã dialogi partẽ ad amatos instituẽdos aggredit. Vbi longa inductionis serie docet. Nõ umbratili huius corpusculi forma: sed uera animi pulchritudine: sapientia scilicet: & prudentia amicos aucupari decere. Tertio loco confutat. Et primo Solonis sententiã: q amatos inquit amicos esse. Qui tamẽ sæpe amãtes oderũt. Addit etiã nec amantes dũtaxat: amicos esse: qa sæpe odio habent: qui amant. Vbi cõcludit reciprocã beneuolentiã/amicitiã esse uocãdam: Deinde Empedoclem reprẽhẽdit/qui quãlibet simpliciter similitudinẽ ad amicitiã sufficere uoluit. Quod falsum esse artiũ multarũ similitudo declarat: quæ inuidiã & odiũ sæpiusq̃ amicitiam gignit. Accedit postmodũ Hesiodi Heracliti q; opinio/ꝙ dissimilia sint amica. Idq; falsum esse ex eo cõstat: ꝙ odium & amator cũ dissimilia sint/ Amica nõ sunt: nec iustus uir & iniustus. & de aliis eodẽ pacto. Quod si qd aliquãdo dissimile sui appetere uideat: ut aridum quod est/humorẽ/caloremue: qd frigidum: dicẽdũ est nõ amare cõtrariũ: sed sui ipsius restitutionẽ ex cõtrario quærere. Quod enim calore nimio pter naturã suã uritur: p frigus ad tẽperiẽ naturalem reducit. Quare non frigus sed temperiẽ p frigus amat. Idem est de cæteris cõtrariis iudicandũ. His cõfutatis opinionẽ quãdam ut suã quasi uaticinans Socrates infert. Vbi trifariã affectiones animi diuidit/ bonum animũ/malum/neutrũ: Malum bono ꝑpter diuersitatẽ amicũ esse nunq̃. Malũ a malo ꝑpter iniustitiã lædi. Ergo nec hos inuicẽ amicos esse. Neutrũ quoq; amare malum impossibile/ malum enim cũ obsit/suapte natura odio semp habet. Restat ut amicitia sit inter bonũ ac bonũ: & neutrũ atq; bonũ. Et illa quidẽ in gaudio: in desiderio hæc consistit. Ex qbus duæ quædã amicitiæ species ortæ sunt. Sed insurgunt obiectiones quædã: quæ id turbare uident: quas Socrates palam infert: solutiones uero clã inuit. Prima qa bonus bono similis: similia uero nõ eẽ amica cõtra Empedoclẽ dictũ fuit. Vbi itelligẽdũ: nõ dictũ esse similia/nullo mõ amica fieri: imo negatũ qd simplr qlibet siĩitudo ad amicitiã ꝑcreãdã sufficiat. Itẽ cũ secũdo obiicit: bon9 seipso sufficit: Ergo nõ desiderat alterũ: unde nõ amat: quare nec boni amicus est. Exponẽdum est ꝙ hæc absurditas nõ ex Platonis mente sequit: sed ex Empedoclis & Heracliti dictis: in qbus amoris desideriũ ab amicitia non distingunt. Quare una cũ amicitia cupiditas ꝑpetua sit necesse est. Plato uero amicitiã habitũ quẽdã esse uult ex amore diuturno cõtractũ. Quo fit ut amor sit exoriens amicitia: Amicitia uero inueteratus amor: in quo multo plus uoluptatis q̃ desiderii restat: Ex quo sequit ut qui cupierat: iam delectetur. Itaq; amicitiæ habitus nõ necessario desiderii ꝑsentis ardorẽ: sed delectationem exigit. Ergo si bonus bonũ minus desiderat/ non tamen minus/ bonus bono gaudet: quod ad seruandã amicitie rationem plurimũ ualet. Atq; hæc una est amicitiæ species: inter bonũ uidelicet atq; bonum in gaudio potiusq̃ in desiderio constituta. Est & altera quæ desiderii plusq̃ uoluptatis includit/ inter neutrum bonũq; exoriens. Quæ quidem/ qua ratione fiat ex cuius gratia: & ꝑpter quid in textu satis patet. Describit illam primo ut opinio porrigit: deinde paulatim emẽdat. Nam cum dixisset/ neutrum propter malum inimicum/amare bonum amicum: boni amiciq; gratia/ statim dictis obiiciendo corrigit. Vbi primũ docet: amicitias omnes quæ ad hoĩes diriguntur/imperfectas esse: & imagines amicitiæ: quæ ad ipsum primũ bonum rerumq; omniũ respicit auctorẽ: qd primo amatur: & causa est ut amentur hæc omnia. Et quisquis aliquid amat/ ipsum primũ tanq̃ finem amoris habet. Nam a primo bono bonum omnibus inest a primo pulchro/ gratia singulis adest: bonitas uero trahit nos: allicit pulchritudo. Non ergo ista nos inferiora mouent: sed primũ illud in istis trahit & allicit. Illud itaq; in istis simul atq; ex istis: nõ ista amamus. In quo Platonis nostri pietas i Deum: summaq; religio mirifice fulget. Ostendit præterea non semper nos alterius gratia amicos esse. Neq; enim primũ bonum: boni alterius gratia exoptamus: Item non ꝑter malum: bonum cuperes. Quia etiã omni malo e rerum natura sublato restaret bonum suapte natura gratum: & appetitus in eo quod minus bonũ: ad bonũ maius consequendum traheret. Nõ enim malum est: quod summi boni excitat appetitum: sed ipsius minus boni egestas ad sui repletionem in summũ bonũ conuertit: quæ quidẽ nõ malũ: qa nunq̃ malũ ad bonũ: & cõtrariũ ad cõtrariũ: sed inchoatio boni potius nuncupanda. His ad emendationẽ illatis: principiũ quoddam inducit amicitiæ perfectius inuestigandæ: Inquit enim cognationẽ & naturæ cõuenientiã amicitiam parere: de qua satis in principio diximus. Postremo iuuenes illos adolescentesq; mordet ꝙ ignorent qd merito amãdum sit: quæ amicitia uera. quo pacto honestæ: stabiliterq; conflentur. Et anteq̃ hæc discant/ temere/ ꝓcaciter/& petulãter amicitiã inire cõtendant. Sed ne illos ĩfestos sibi reddere: clã ista significauit: & seipm̃ una cũ illis reprehẽdit: Hec de argumẽto satis. Ad Lysidẽ ueniamus.

FINIS ARGVMENTI IN LYSIDEM.

¶PLATONIS LYSIS VEL DE AMICITIA E GRAECA LINGVA IN LATINAM TRADVCTVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

¶SOCRATES HIPPOTHALES CTISIPPVS MENEXENVS LYSIS. SOCRA.

Occasio dia.

Vm ex Academia lyceum uersus per ipsa suburbia proficiscerer: Pylidi ubi fons est
c Epanopius/ꝓpinquaui:& ibi Hippothalem Hieronymi filiū:& Ctisippū Peanū: aliosq́ una cū his adolescentes offendi. Cum me Hippothales uenientē uideret: o. SO. inquit. Quonā & unde? At ego ex Academia Lyceum uersus. Tum ille/ades dum neq; ulterius progrediaris. Ad hæc equidem decet inq̄: sed ubi nam:& apud quos uestrū esse me uultis? Ille uero e regione muroꝝ ostendens: gymnasium quoddam circūseptū & ianuam apertā hic ait. manere te uolumus: hic autē ipsi & alii multi:& quidem honesti nos exercemus. SO. Qua potissimū in re est hæc uestra exercitatio? HIP. In palestra quæ nuper est constituta: ac ut plurimū in sermonibus: quos tecū libenter cōmunicaremus. SO. Recte agitis. Sed quis ibi præceptor? HIP. Socius tuus & laudator Miccus. SO. Per Iouem non ignarus ille quidē/sed sophista peritus. HIP. Vis ne me intro sequi? ut eos q ibi sunt/uideas? SO. Id in primis libenter audirē/ad quid ingrediar: & qs honestior adsit. HIP. Alius alii uidetur o Socrates. SO. Tibi uero. quis honestior o Hippothales? Dic obsecro: at ille interrogatus obticuit. Tum ego o Hieronymi fili Hippotales: utrum diligas quēpiam necne/ nil opus est ut aperias. Noui enim q̄uehementer honestissimos quoq; diligere soleas. Etenim cæteris in rebus hebes & īutilis sum: Id aūt unum mihi munus a Deo datū: ut primo aspectu amicos agnoscā: ad hæc ille nihil respondit. Verū ctisippus q̄urbanus es: īquit Hippothales/ ꝙ amici tui nomen Socrati referre nolis. Quod si paulisper tecū iste uersetur. audiet te de illo multa loquentē. Nobis iam o Socrates aures impleuit nomine Lysidis: Solū uero postq̄ bibit paulum requiescimus. Et e sonno exciti/illico nomen Lysidis audire uidemur. Et quæ soluta oratione hic ꝓnunciat/ apte quidem & concinne dicta: minus tamen uehementia sunt. At quotiens nostra poemata scripta ꝓ usurpare & effundere nititur uehementius agit:& quod grauius est/ alta admodum uoce in amicos quotidie cantat: quam nos tollerare necesse est: modo uero a te rogatus obticuit: iuuenis inq̄ Lysis hic esse uidetur: nam audiēs eius nomen: haud agnoui: tum ille raro: nomē eius enunciant: sed ex patris nomine cū sit uir admodum nobilis: adhuc iuuenis ipse significatur: id enim mihi persuadeo/ permultū abesse: ut figurā eius ignores: adeo nāq; honesta indole prædi tus est: ut uel ea sola notus omnibus esse possit: cuius inq̄ filius est? dicite quæso. Democratis īquit Aexonei maior natu filius: At ego. En o Hippothales: q̄generosam: cōstātēq; beneuolentiā nactus es? Age mihi quoq;: quæ & his ostende: ut uideam utrū scias: quæ de amicis amicū decet: ad se & ad alios dicere. HIP. Quid ex iis quæ hic loquitur/ perpēdis o Socrates? SO. Vtrū diligere te illū quē dixit/ neges? HIP. Nequaq̄: sed nihil effingere aut scribere in illos aio. Ad hæc ctisippus haud sane mentis hic est: sed delirat atq; insanit. SO. O Hippothales nec carmina: nec etiā cantilenam/ siquā in amicos cōposuisti: audire admodum curo: sed qua mēte in illos sis/intelligere cupio. HIP. ctisippus hic tibi referret: nouit enim: meminitq;: siquidē: ut ipse ait/ quotidie audiens a me obtū ditur. CTI. Et maxime quidē per deos: Nam q̄ridiculum ē/ut cū hic illū præcæteris diligat: nihil tamē ex ingenio suo: qđ nō etiā qui uis puer possit: afferre ualeat. Quæ aūt ciuitas uniuersa de Democrate & Lyside huius auo deq; oībus illoꝝ maioribus p̄dicat eadem & ipse circūfert. Diuitias: equoꝝ copiā: uictoris in Pytho. Isthmo:& Nemea: quadrigis:& equis: necnō istis antiquiora. Nā pridem nobis hospitiū conuiuiūq;/ in poemate quodā retulit: quo quidā ex maiorib⁹ Lysidis Herculem quōdam ob cognationē excepit: quippe cū ille quoq; ex Ioue & filia cuiusdā principis populi natus esset: quæ aniculæ etiā cantāt. Cæteraq; huiusmodi p multa o Socrates. Hæc sunt quæ hic narrando: canēdo audire nos cogit. SO. O ridicule Hippothales/anteq̄ uiceris/laudationē in teipsum effingis atq; decātas. HIP. Non in me hæc o Socrates prædico. SO. Non ut putas. HIP. Qui istuc dicis? SO. Maxime omniū in re unū odæ hæ redundant. Nam si amicū talem apprehē deris hornamēto tibi erunt laudes eiusmodi: tanq̄ triūphatori cuidam: cū amicū huiusmodi nactus fueris: Sin autē fefellerit/quo maiores illi laudes attribueris / eo maioꝝ expers bonoꝝ magis quoq; ridiculus iudicaberis. Quicūq; igit̄ in cōparandis amicis sapiens est/nō prius quemq̄ eorū laudat q̄ ipsoꝝ familiaritatē fuerit assecut⁹. futura nāq; formidat: pleriq; enī cū laudari se & extolli sentiunt: fastu tumescunt: An nō idē tibi uidet̄? HIP. mihi uero? SO. Nōne quo supbiores sunt/ eo difficilius capiunt̄? HIP. Verisimile est. SO. Qualis tibi uenator ille uideret̄ esse: siquis ira feras expelleret/ut & tutiores fierēt? & capi difficilius in posterū possent? HIP. Iners uidelicet. SO. Atqui sermonibus/cantibusq; nō demulcere/sed exacerbare potius hoīes/labor est a musis admodum alienus. HIP. Videtur. SO. Vide igitur o Hippothales/ne his oībus obnoxium reūq; te ob poesis

Miccus Socratis socius.

Præceptū in comparandis amicis.

poesis studium reddas/Arbitror sane nullum te bonũ poetã existimaturum/qui seipsum poemate lęserit.HIP.Nullum per Iouem:quæ enim hæc esset absurditas?Ob hanc profecto causam tecum o Socrates mentẽ meã cõmunico:& siquid habes aliud:consule:qua rõne quis: aut dicẽdo aut agẽdo conciliare sibi quos diligit:possit.SO.Non facile dictu est.Verum si hunc mecũ colloquio iungeres:tibi forte ostenderem:quæ illi dicenda sint/pro his quæ loqui te/& canere erga illum isti narrarunt.HIP.Nihil impedimẽto fuerit.Si enim una cum ctisippo hoc ingrediaris/& ibi sedens disputes:ipse tibi ut arbitror/adhærebit.Nam audiendi apprime auidus est.Ac etiam ibi mercurialia celebrantes:iuuenes in unũ conueniunt.Ad te igitur aduentabit.& nisi id fecerit:memento illum Ctisippi familiarem esse pp Menexenum huius nepotẽ/cuius ille socius est charissimus. accersat itaq; hic illũ/si minus ipse p se accesserit.Sic agendũ ẽ inq̃:& simul apphẽso Ctisippo/in palestrã prosecutus sum:& alii nos a tergo secuti sunt.Ingressi autem inuenimus sacras cerimonias fere peractas:iuuenesq; comptos:calculis:talisq; ludentes:partim in ipso uestibulo extra ludebãt: partim in gymnasii angulo paris impari,sue iactu exercebantur:calculos e calathis quibusdã extrahẽtes.Hos intuentes alii circũstabant e quibus Lysis erat:qui adstabat inter iuuenes coronatus: & oĩbus indole prestans:nec pulcher tm̃/sed & honestus:& bonus existimandus. Nos aũt e conspectu ubi quieti locus erat/consedimus inuicem differentes. Conuersus Lysis:frequenter in nos oculos coniiciebat:utpote qui propius accedere cuperet.sed solus accedere uerebatur.Interim Menexenus interludendũ ex aula ingressus est:meq; & Ctisippum cõspicatus:consessum uenit. Quẽ Lysis intuitus secutus est:& iuxta eum assedit.Aduentarũt insuper alii:hyppothales ãt postq̃ multos cõuenisse perspexit/latere cupiens/ea se recepit/qua uideri nõ posse a Lyside arbitrabatur ne forte illi molestus foret:& sic adstans audiuit.Ego uero Menexenum inspiciens o fili Demophontis inquã. Vter uestrum natu maior?Ambigimus rñdit ille.Cui insuper addidi. Nũqd etiã uter generosior sit/ambigitis?Et istud. An ẽt uter honestior sit?Subriserũt ambo.Vter uestrũ ditior sit:haud quaq̃ interrogabo.Amici nãq; estis:nõne?Et maxime quidem:rñderunt.Amicoꝝ uero cõmunia oĩa. quapropter hoc nihil differtis:siquidem id uere de amicitia dicitis.Consenserunt.Sed cum percõtari uellem uter iustior/& sapientior esset interrupit nos quidam qui Menexenum accersiuit: dicẽs illum a gymnasii magistro uocari.Visus enim mihi est sacrorum antistes.Abiit igitur: & ego Lysidem interrogaui.Dic age o Lysis uehementer te pater ac mater amant.Ly.Valde.SO.An nõ beatissimum fore te cupiunt?Ly.Quid ni?SO.Videtur tibi beatus ille qui seruit: & cui nihil eoꝝ quæ concupiscit:agere licet?Ly.Non per Iouem.SO.Ergo si te pater/& mater amant/beatũq; fieri uolunt/id omni opera diligentiaq; curabunt:ut beate uiuas.Ly.Quid prohibet. SO.permittet itaq; quodcũq; lubet efficere:nec tuis cupiditatibus aduersabuntur.Ly. Per Iouem o Socrates mihi in plurimis obstant.SO.Qui istuc ais?Dum te fore beatum exoptant:te impediunt:quo minus uoti tui compos efficiaris.Rñde ad hæc.Si cuperes aliquo patris tui curru peruehi: capiẽs habenas/qñ pugnat/nunqd permitteret?Ly.Nihil minus.SO.Quem ergo permitteret?Ly.Est auriga quidam a patre meo mercede conductus.SO.Quid ais.Mercennario parentes tui cõcedun tpotius q̃ tibi liberam equorum administrationem?& argentũ præterea huius opis cã erogabunt?Ly.Sed quid nam?SO.Mulos uero iugatos ducere:lorisq; cedere/tibi cõcedent?Ly.Cur mihi cõcesserint? SO.Nulli ne uerberare hos licet?Ly.Et ualde quidem mulioni uidelicet.SO.Seruo:an libero? Ly. seruo.SO.Seruum itaq; pluris faciunt q̃ te filium:liberiusq; agendi arbitrium exhibẽt. Quin etiã ad hæc mihi responde.Te ne tibiipsi dominari permittũt:an nõ:Ly.Neq; id ullo pacto.SO.Quis tibi dominatur:Ly.Pædagogus.SO.Nunquid seruus:Ly.seruus noster.SO.Quam onerosissimũ est/ut liber seruo subiiciatur:Sed quid agẽdo/pædagogus hic tibi imperat:Ly. Dum ad magistros me ducit.SO.Et hi quoq; præceptos tibi imperãt?Ly.Omnino.SO.Multos igitur dominos principesq; tibi pater sponte prępostuit.Sed cum domũ ad matrẽ redieris/te ne sinit quicquid placeat/agere:ut beatus sis:uel circa lanificium:uel circa telam/qñ texit. An gladium forcipesq;/radiũ/ac petten:cæteraq; lanificii instrumenta attrectare sinet.Ly.Non uetaret solum:sed & cederet/si tangere auderẽ.SO.Proh deus/iniuriã ne patri uel matri aliquã intulisti:Ly. Nullã ꝓrsus. SO. Quã ob cãm te beatũ fore:& arbitratu tuo disponere singula noiunt:Et quotidie te sic educant/ut semper alicui seruias/& ut breui cõplectar/nihil pro tua uolũtate agas: Quo fit ut nihil tibi prodesse rã amplæ diuitiæ uideant: qñ qdẽ quiuis magis q̃ tu has administrat.Et quod maius ẽ/nec ẽt corpus tã generosum: quippe cũ alius hoc alat:& colat:tu aũt nullũ habes ĩperiũ o Lysis. nec ullius uoti cõpos efficeris.Ly. Nondum per ætatem licet o Socrates.SO.Vide ne minus id sit.Quod tibi ĩpedimento est o Democratis fili.Nam hæc ut arbitror:& pater & mater tibi concedunt/nec ætatem prouectiorem expectant:quotiens legi scribi ue sibi aliquid optant. Tibi enim præ cæteris domesticis ista cõmittunt.Ly. Maxime.SO.In his tibi licet tam scribendo q̃ legendo:quẽ uis ordinẽ literarum seruare.Et quando lyram sumis:nihil ꝓhibent:ut opinor/parentes tui/quo minus intendas uel remittas chordarum quamlibet?& frices:& pulses plectro.Ly. Non certe.SO. quid in cã

Collocutio beniuola ut pueri aĩus ad loquẽdum aliciatur.

est o Lysis:quod in iis permittunt/in superioribus prohibeant?Ly. Quoniam ista quidē scio:illa contra ignoro.SO.En o optime Lysis:non ætatem expectat pater ad licentiam tibi exhibendam: sed profectum ingenii. Etenim cum primum te senserit te ipso prudentiorem effectū/illico/& tua oīa & te libere tibi communicet.Ly.Spero equidem.SO. Quid porro uicini: nōne eadem ratione se qua/& parentes erga te gerent. Vicinum censes tibi suę domus:cōmissurum gubernationem/si te intellexerit in re familiari peritiorem esse:an ipsum per se ministraturum?Ly. Mihi commissurum puto.SO. Atheniēses quoque dubitas quin rem.p.tibi cōmendēt/cum primum te in his rebus prudentiorem aliis esse perceperint? Ly.non dubito.SO. Quid rex magnus? Vtrum eius filium natu maiorem/cuius Asię regnum futurum est permittet in elixarum carnium ius quicquid uelit iniice re:potius q̄ nos/si illi persuaserimus popinæ peritiores esse q̄ filium?ly. Nos uidelicet.SO.Et illū nihil prorsus/nos autem:etiam si salis multum capientes immittere uellemus/certe permitteret. Ly.Quid ni?SO.Et si filius eius oculos ęgrotaret/nunquid permitteret eum sibi oculos attrectare/an prohiberet:cum medicum illum nō existimaret? Nos autem si mō putaret peritos medicos esse/nil impediret/etiam si uellemus patefactis palpebris:& cinere superinfusa curare. Ly.uera loqueris.SO.Quinetiam cætera oīa nobis comitteret:potius q̄ sibi uel filio:in quibus sapientiores nos esse putaret?Ly.Necesse est Socrates.SO.sic se res habet amice.Lysis. Singula in quibus prudentes sumus cuncti nobis concedēt:& græci:& barbari:tam uiri q̄ mulieres: & ī iis arbitratu nr̄o agemus:nec ullus spōte nobis obstabit:quo minus & nos liberi simus & aliorum duces.Et cū nobis hęc cōferāt:nr̄a erūt.Quæ uero ignoramus/nemo nos ut lubet/agere p̄mittet:sed oēs pro uiribus repugnabunt:non extranei tantū/uerū parentes etiam: & quod nobis propinquius est: nos quoque ipsi non nobis:sed aliis ministrantibus:& hæc cum nullo nobis emolumēto sint a nobis aliena existent.Consentis?Ly.Consentio equidem.SO.Alicui ne hominum amici erimus/amabitque nos aliquis in his rebus/in quibus inutiles sumus? Ly.numq̄.SO. Ergo nec te pater:nec ullus alium quē q̄ diligit/quatenus est inutilis.Ly.Non ut uidetur.SO.Si itaque sapiens euaseris/omnes amici tibi: & familiares erunt. Vtilis enim/& bonus eris.Sin minus:nec alius quisq̄ tibi/ nec parentes/neque p̄pinqui amici erunt:potest ne aliquis in his superbe sapere atque gloriari: in quibus nondum quicq̄ sapit?Ly.Quid istuc fieri potest?SO.si tu preceptore indiges/nondum sapis.Ly.Nondum certe. SO.Non ergo superbe sapis.Ly.Nō per Iouem:ut mihi uideor.SO. Quæ cum audissem in Hippothalem conuerti oculos:atque parum abfuit qui nata ducerē.O Hippothales hoc pacto cū adolescentibus disputandum:corripiendo illos atque deiiciendo:non blandiendo:ut ipse agis:& efferē do:sed cum uidissem illum anxium:turbatumque ex antedictis recordatus sum:quod dudum præsens. Lysidem latere uolebat.Recepi ergo me ipsum:linguamque cohibui. Interea reuersus Menexenus: iuxta Lysidem:unde surrexerat:requieuit:tū Lysis:gratiose admodum:& amice a Menexeno seorsum mihi susurrauit ad aures o Socrates quę mihi eadem obsecro.Menexeno quoque edisseras.Ipse inq̄ Lysis illi referens.Nam attente nos auscultasti. Attente sane respondit ille. Da igitur operam ut diligenter reminiscaris:quo illi singula perspicue referas. Quod siquid forsitan subterfugerit: rursus a me requires:cum me primum conueneris. Nauabo operam:& maxime quidē ille respondit.Sed noui saltem aliquid illi dicas:ut & ego audiam:donec redeūdi domū sit hora.At ego.agē dum est/præsertim cum ipse iubeas/sed cogita qua ratione mihi opituleris:si me refellere Menexenus hic contenderit.An non contentiosum esse illum audisti?Ly.Prorsus:& iccirco te cū illo disputātem audire percupio/SO.an ut ridiculus habear?Ly.absit imo ut illum castiges atque coherceas. SO.Haud facile est:uehemēs enim/& facūdus est.Crisippi discipulus. Adest præterea quinetiam Crisippus ipse.an non uides?Ly.Nihil uerearis o Socrates:age obsecro disseras.SO.disserēdū uidet. Verū ista nobis seorsum ab aliis colloquētibus: cur inquit Crisippus soli hæc iter uos agitatis? Quin aliis ēt uestra hec impertite:impertiendum esse r̄ndi. hic porro non nihil ex iis quæ conferimus/minus p̄cipit/putatque.Menexenū ītelligere. Quo circa p̄contari ab illo me iubet.CTI.Quid nō īterrogas.SO.Interrogabo:Dic amabo o Menexene qđ abs te querā:īnata mihi ē ab ineūte ętate possessionis unius cupiditas:quædā queādmodū/& aliis. Vt ecce qdā equos desiderat. aliqs canes:alius auri:honores alius:hæc eqdē paruifacio.nec multū ista me mouent. Acquirēdorum āt amicorum desiderio flagro.Quare amicū bonū h̄re malim/q̄ preciosissimā coturnicē:aut gallū:& p̄ Iouē potiusq̄ equm atque canē. ac medius fidius potiusq̄ Darii auri adipisci uel ip̄m Dariū cape optimū amicū eligere. Videtis q̄ sim amicitiæ auidus. Qn̄ igit te:& lysidem animaduerto/stupeo p̄fecto/ uosque felices existimo/quod in tam tenera ętate constituti/tm̄ munus breui:& facile consequti fueritis: & tu hūc tibi tam facile tanta beneuolentia cōciliaueris/& hic te mutuo sit amore cōplexus.tm̄ uero a me munus id abest:ut nec ēt quo pacto alter alteri amicus fiat/intelligā. Cęterū hæc abs te tāq̄ perito quærere cupio:quare mihi r̄ndeas oro. qn̄ quis aliquē diligit/uter utrius amicus efficitur: amās ne:amati an amatus amantis:an nihil interest?ME. Nihil īteresse mihi uidet.SO.Quid ais ambo inuicē amici fiunt/qn̄quidem. Solus alter alterum diligit?ME. Mihi quidē uidet.SO.quid porro?

Quantū fidei & dignitas afferat prudētia & q̄ cōtraria imprudentia.

In his que sapimus gloriamus & superbimus:

porro? an nõ reperiri põt amans qdam/cui amatus haud uicissim in amore rñdet? ME. Potest. SO. Nũquid & odio hri amatorem sępe contingit? Quod non nunq̃ amatoribus erga amatos accidit. amantes. n. q̃ardentissime nõ nũq̃ minime redamanť: imo & odio q̃ſq; habenť: an non uera tibi dicere uideor? ME. Verissima. SO. Nõne in his hic qdem amat. Ille autẽ amatur? ME. Certe. SO. Vter ergo utrius est amicus? amans ne amati? siue redameť/siue odio habeať? An amatus amãtis? an neuter alterius tũc est amicus/cũ non utriq; uicissim amãt? ME. Sic se res hr̃e uidetur. SO. alıter itaq; nũc q̃ supra censemus. tũc. n. uisum est/si alter solũ diligat/ambos amicos esse. Nũc cõtra/nisi uterq; diligat/neutrũ amicum eẽ dicendũ. ME. apparet. SO. nihil igiť illi amicũ est: qui amat id a quo minime redamať. ME. Non uidetur. SO. Ergo nec amici equoꝝ sunt: quos equi non mutuo amant: nec amici coturnicũ: neq; canum nec uini: nec exercitationis amici: nec sapientię: nisi sapiẽtia illos uicissim amet. amant nẽpe hec singuli: nõ tñ amica hæc sunt. Quãobrem mentiť poeta ille qui dicit. felix ille ẽ: cui pueri amici & equi. Venatorii canes & hospes alienigena. ME. Nequaq̃ mihi uideť. SO. Verũ dicere tibi uideť? ME. Verum. SO. Amatũ igiť amanti amicũ est: ut apparet. o Menexene siue amauerit: siue oderit: quẽadmodũ tenerioris pueri: ptim nullo mõ amãt/partim oderunt: qñ a parentibus uerberanť: tunc sane dum uehemẽter odio habeãt: genitoribus sunt carissimi. Menexenus. Opinor equidẽ. SO. Nõ ergo amans amicus ſm hãc rõnem: sed amatus erit. ME. Videtur. SO. Et odio habitus inimicus nõ odio hñs. ME. Apparet. SO. Ita multi ab inimicis amanť: & odio ab amicis habentur: & inimicis amici sunt: amicis cõtra inimici: si amatum potiusq̃ amans: amicũ est. Quæ aũt hæc eẽt absurditas o dulcis amice? Immo ĩpossibile id qdem/amico inimicũ/inimico amicũ eẽ. ME. Vera loqui uideris o Socrates. SO. Et si hoc fieri nullo mõ põt/restat ut amans amati sit amicũ. ME. apparet. SO. Silr̃ qđ odio habet/inimicũ eius qđ odio habeť. ME. Necesse est. SO. Eadẽ nobis nũc erunt: quæ & in supioribus cõcedenda: ꝙ plærũq; amicũ sit aliqd nõ amici: plærũq; ẽt inimici: quotiẽs non amantẽ uel fastidiẽtẽ quis amat. Nonnunq̃ inimicus erit nõ inimici. uel & amici: qñ nõ fastidientẽ quis odit uel fastidit amantẽ. ME. Ita uidetur. SO. Quid ergo dicemus? si neq; amãtes amici erũt neq; amati: nec amãtes amatiq;. Num alios quosdã præter istos amicos inuicẽ eẽ dicemus? ME. per Iouẽ o Socrates qd rñdeam non inuenio. SO. Vide o Menexene/ne forte minus recte in supioribus quæsiuerimus. Tum Lysis id inquit mihi uideť o Socrates: & sic fatus erubuit. Visum nãq; mihi inuitũ illũ effugisse id qđ dicebať: ex eo qđ attentius incũbebat. Sic. n. dum audiebat/hr̃e se uidebať. Ego itaq; uolẽs Menexenũ requiescere/& illius philosophia nimiũ delectatus/sic. LY. fidẽ allocutus sum. O Lysius uera mihi loq uideris: qa si recte cõsiderauissemus: haud ita nũc aberraremus. Quare ne ulterius hac uia pergamus. Etenim ardua mihi quasi uia q̃dam aspera cõsideratio ista uideť. Sed iter qđ nũc ingressi sumus: poetaꝝ adminiculis peragendũ. Hi nãq; nobis tanq̃ pꝛes atq; duces sapientiæ sunt. Dicunt ꝓfecto non male dũ q ami ci sint/admouẽt: hoĩes ꝑterea conciliatoris dei ductu amicos fieri uolunt. Sic. n. aiunt. Deus silẽm sp ad simileẽ agit: & notũ facit. An nõ hæc ipse aliqñ reperisti? Ly. Reperi. SO. fortasse & sapientum scripta legisti: in quibus eadẽ hæc affirmant: silẽ simili necessario sp amicum esse. Atq; hæc est eoꝝ snia: qui de natura & uniuerso tractarunt. LY. Vera dicis. SO. Nunquid bñ dicunt? LY. forte. SO. forte id ex pte ueꝝ est: forte ẽt ex toto: sed nos nondũ intelligimus. Videť. n. nobis prauus prauo/que ꝓpius adhæret: & frequẽtius. cum eo uersať: eo magis inimicus fieri. Nam iniuriã infert: fieri uero nequit/ut qui infert/& qui accipit iniuriã amici sint: nõne ita? LY. Sic ꝓrsus. SO. hac rõne media pars illius sententiæ falsa erit/siquidẽ praui silẽs sunt. LY. Certe. SO. Verum mihi uidenť bonos dicere silẽs eẽ inuicẽ/& amicos. Improbos aũt/ut sæpe de illis diciť/nunq̃ uel sibi ipsis uel inuicẽ similes eẽ: sed pturbatos penitus: & instabiles. Qui uero secũ ipse dissentit? nullo mõ cũ alio consentiet: nec ulli amicus eẽ poterit. Nõne tu idẽ existimas? LY. ꝓfecto. SO. Id ergo ut mea fert opinio: significãt o amice/qui silẽ simili amicũ eẽ dicũt: ꝙ solus bonus soli bono amicus: malus aũt nec bono nec malo/unq̃ reuera amicus efficiť. Consentis? LY. Assentior. SO. Habemus iã qui sint amici. Nã rõ dictat eos qui boni sunt amicos existere. LY. constat. SO. Idẽ ego arbitror. Sed inest aliquid qđ me pturbat. Et uide quæso qđ suspicor. Similis simili q̃ rõne similis/amicus: & talis tali utilis ẽ. Immo sic et cõsideremus. Simile qdcũq; cuiuis simili qđ emolumẽtũ aut detrimẽtũ inferre potest quod nõ ipsummet. sibiipsi ualeat? Aut quid pati ex illo: quod nõ ex seipso similiter pati queat? hæc itaq; cũ talia sint/ut nihil se inuicẽ iuuẽt/quo pacto ab ĩuicẽ expetunť? LY. Nullo mõ. SO. Qđ nõ experit: qũo amicũ? LY. Nullo. SO. an forsitã similis simili quãtũ similis: nõ amicus? bonus ãt bono quãtũ bonus nõ quãtũ similis/amicus existit? LY. forte. SO. quid uero? nõne bonus q̃tenus bonus ẽ eatenus sibiipsi sufficiẽs? LY. Ita. SO. sibiipsi sufficiẽs ſm ipam sufficiẽtiã/nullo penitus ĩdiget. LY. Quid ꝓhibet? SO. Qui nullo eget nullũ expetit. LY. nullũ sane. SO. Siñ expetit/nec amat? LY. Nõ. SO. Qui nõ amat nõ est amicus. LY. Nõ uideť. SO. qũo boni bonis amici erũt/qui nec absẽtes mutuo se desiderãt: cũ seipsis sufficiẽter uiuant/nec pñtes: se inuicẽ indigeant. Tales uiri qua nam rõne se inuicẽ multifacere pñt? LY. Nulla. SO. Amici nunq̃ erunt/qui se inuicem nõ multi faciunt. LY.

Nisi uterq; amat neuter amicum.

Amici equoꝝ & coturnicũ nõ sũt amici.

Capitur qdã pars de amicis loquens.

Poetę sunt tã q̃ patres & duces sapiẽtiæ.

Amicos ductu dei fieri. Simile simili amicum.

Diffinitio q̃dam amicoꝝ.

Confutatio.

Nunq̃.SO.Considera iam o Lysis/quo delapsi sumus & nũquid oĩo decepti fuerimus.LY.quo pacto.SO.accepi qñq; ab aliquo in præsentia ẽt & reminiscor q̄ simili simile aduersum est/& boni bonis inimicissimi sunt.Qui & Hesiodi testimonio utebat̃:dicentis figulũ in uidere figulo:cantorem quoq; cantori:& medicũ medico.Et in aliis similiter necessarium asserebat:similia inter se inuidia emulatione:cõtentiõe abundare:& amicitia/dissimilia.Inopem porro diuiti amicũ necessitate fieri:& imbecillũ auxilii gratia forti.& medico similiter ęgrotantẽ.Ignorantẽ quoq; peritũ desiderare atq; diligere.Addebat pręterea sublimiora quædam q̄ multũ absit ut simile simili sit amicũ:sed contra/quod maxime cõtrariũ maxime cõtrario amicissimũ.Vnum quodq;.n.apparere non simile/sed contrariũ:ut aridũ apparere humidũ/frigidũ uero calidũ.amarũ:dulce:acutum:obtusum:uacuum:replectionẽ:plenum:uacuitatẽ:cæteraq; similiter.Contrariũ.n.contrario alimenta p̄bere.Simile aũt simili minime uesci.Enimuero qui talia docuit facundus & elegans qdam uir esse uisus est.bñ.n.dixit.Vobis aũt quid uidet̃?ME.Probe/ut prima fronte apparet.SO.Dicimus itaq; contrario cõtrariũ/amicissimũ esse.ME.Vtiq;.SO.Sit ita o Menexene.Sed quæso nõne alienũ hoc & extraneũ?Confestim in nos ultro insurgent sapientes isti:qui refellendi facundia pollent.& a nobis quærent.An nõ sit maxime contrariũ/odium amicitiæ?Quid istis potissimũ r̃ndebimus?Nonne r̃ndere cogemur eos uera dicere.ME.Cogemur.SO.Nũquid dicent inimicũ amico amicum.Vel amicũ inimico/amicum?ME.Neutq;.SO.Num & iustũ iniusto uel tẽperatũ intemperato?aut malo bonũ.ME.Non mihi uidet̃.SO.Atqui si secundũ contrarietatẽ amicũ est alicui aliqd/amica hæc eẽ oportet.ME.Oportet sane.SO.quare nec simili simile:neq; contrario contrariũ est amicũ.ME.Non uidet̃.SO.Age & hoc aduertamus ne nos magis adhuc lateat/q̄ amicũ reuera nihil ex his quæ diximus/sit:sed qđ neq; bonũ neq; malũ/amicum qñq; boni efficiatur.ME.Quid ais?SO.Ignoro & ipse per Iouẽ.Vacillo.n.ob sermonis ambiguitatẽ.Et uidet̃ ut uetus habet p̱uerbiũ/pulchrum ipsum amicũ eẽ.Apparet.n.molle quiddã:leue ac pingue.Ideoq; nos facile forte inlabit̃:serpit & penetrat:quasi lubricũ quiddã atq; lene.Dico enim ip̃m bonũ pulchrũ eẽ.Nũquid & tu?ME.Et ego.SO.Equidẽ diuinãs tibi id p̱fero:boni & pulchri amicũ eẽ:quod neq; bonũ ẽ neq; malum.Quorsum hæc uaticinor:audi.Videnť mihi tria quędã gñ̃a esse.Vnũ bonũ:alterum malum:postremũ qđ neq; bonũ est:neq; malũ:tibi ãt?ME.Mihi quoq;.SO.Nec bonũ bono/nec malũ malo:nec bonũ malo amicũ eẽ/queadmodũ rõ superior perhibet.Restat siqd alicui est amicũ:ut qđ nec bonũ neq; malũ est/amicũ sit:aut bono/aut tali alicui quale ipsum est.Nihil.n.malo amicũ est.ME.Certe.SO.Nec tñ simile simili ut pauloante monstrauimus.ME.p̱fecto.SO.Non igit̃ erit illi qđ nec bonũ est/nec malũ/amicũ/id qđ & ipsum tale est.ME.Non uidet̃.SO.Solũ itaq; qđ nec bonũ est neq; malũ/soli bono amicũ fieri põt.ME.Necessario sequi uidet̃.SO.Nũquid recte a nobis o pueri id mõ expositũ est?Si ergo sanũ corpus cõsideremus medicinę arte nõ indiget:nec auxilio prorsus ullo:sufficiẽter.n.se habet.Vnde sanus nemo p ipsam sanitatẽ medico est amicus.ME.Nemo.SO.Sed ęgrotans utputo per ipsum morbũ.ME.Quid ni?SO.Morbus qdem malũ:medicinæ uero peritia bonũ quoddam & utile.ME.Sic est.SO.Corpus ex eo qđ corpus/nec bonũ est nec malũ.ME.Verũ.SO.Cogit̃ aũt corpus ex morbo q̃rere:& amare medelã.ME.Apparet.SO.Sequit̃:qđ nec bonũ est neq; malũ/boni amicũ pp mali p̃ñtiam fieri.ME.Videt̃.SO.Cõstat aũt id fieri:priusq̃ illud ob mali p̃ñtiam malũ efficiat̃.Neq;.n.malũ effectũ ẽ loco boni qđ appetit:cuius ue amicũ est.Impoẽe nãq; esse ostẽdimus ut malũ bono amicũ sit.ME.Impossibile p̱culdubio.SO.aĩaduertite quæso qđ dico.Nõnulla qppe assero talia fieri:quale id:qđ illis adest:nõnulla:minime pinde ac siqs uellet colore quodã aliqd suptingere:adesset quodãmodo infectiõ colorato.ME.adesset.SO.Nõne tũc quoq; tale coloratũ est/quale ipsum eẽ solet?ME.haud intelligo.SO.Sic forte ĩtelliges:siqs comas tuas quæ flauæ sunt/cerusa fucauerit/utrũ albæ fiant?An potius uideant̃.ME.Videbunt̃.SO.Verũtñ albedo illis aderit.ME.aderit.SO.nihilo magis tñ albæ adhuc erunt:& p̃sente candore neq; candidæ erunt:neq; nigræ.ME.Vera loqueris.SO.Sed qñ senectute canescũt tũc o amice tales fiũt/quale id:qđ aduenit:cani coloris p̃ñtia canæ.ME.Quid ni?SO.Hoc illud ẽ:qđ quæsiuerã.nũqd oẽ cui tale aliqd adest:cõfestim tale & ip̃m euadat.an potius si certo mõ adest/tale fiat:aliter minime.ME.Hoc mõ potius.SO.Eadẽ rõne quod nec bonũ est:nec malũ/qñq; pręsente malo/nõdũ est malum/nõnũq̃ malũ fit.ME.Oĩno.SO.Qñ nondũ malũ est p̃ñte malo.præsentia hæc bonũ appetere cogit:p̃ñtia uero quę malũ reddit:& appetitũ boni:& amicitiam reiicit:neq;.n.ulterius neutrũ est:sed malũ.Amicũ uero malũ bono:& bonũ malo eẽ non põt.ME.nõ certe.SO.Ob hanc utiq; cãm sapientes dicendũ haud ulterius philosophari/siue dii/siue hoĩes hi sint:nec eos ẽt/qui adeo corrupti ab ignorãtia sunt:ut ĩprobi sint effecti/nullũ qppe malũ & penit⁹ ignorantẽ philosophari.Restant igit̃ illi qbus malũ id ignorãtia.s.adest:nec tñ rudes penitus ignorantesq; sunt:imo & suã ignorantiã agnoscunt:ob quam animaduersionẽ philosophant̃ idest sapiẽtiã amãt:nõdũ boni aut mali:mali.n.neq̃q̃ philosophant̃:nec boni ẽt.Nã nec cõtrariũ cõtrario:neq; simili simile supra nobis amicũ apparuit.Recordamini.ME.&.LY.Recordamur sane.SO.Oĩno

o Lysis

Sn̄a ex auctoritate Hesiodi q nõ sĩ̃a: sed dissĩ̃a constare de amicitia uolebat.

Alia q̃dã diffinitio amicoꝝ.

Confutatio.

Prouerbium. Pulchrũ amicum esse.

Proprietates pulchri.

Boni & pulchri amicum q̄ neq; bonũ: neq; malum.

Tria gñ̃a bonum malum: neutrum.

Alia diffinitiõ amicorum.

Sanus p sanitatem medicõ nõ ẽ amicus.

Neutrũ ob p̃ñtiam mali fit amicum bõi:

Quę sapiẽtes vlterius non debeant philosophari.

Nullos malos & prsus ignorantes philosophari.

referamus: ꝓbe nāq; dicebas ꝙ in philosophoꝝ choro nō nos sermonū ministri sumus: sed serui nostri sermones: & unusquisq; illoꝝ pfici a nobis expectat/qñ nobis uidet. Nec enim iudex neq; spectator: queadmodū poetis censor nobis & dñs pręsidet. SO. dicamus igitur postq̄ tibi uidetur de his qui egregii sunt. Quid enim de his qui philosophie studio abutunt referēdū sit? Illi sane ab ineunte ętate primū qdē uiā in foꝝ ignorant: neq; iudiciū aut consiliū: aut cōem aliū ciuitatis consessum norūt: leges ꝑterea decretaq;/uel dicta uel scripta/nec uidēt nec audiūt. Studia uero & conuēticula ad magistratus spectātia & cōgressus: & cęnas & lasciuiora cōuiuia neq; somniāt quidem. Pręterea nū bñ an male i ciuitate qs se habuerit: aut siquod alicui malū est/turpisq; nota maioribus suis seu fęminis seu uiris/magis eos latet q̄ maris ut dici solet harenę. Atq; hec oīa ēt nescire se nescit. neq; enim uulgaris glorię gratia ab his abstinet: sed reuera corpus dumtaxat illius in urbe habitat: atq; uersāt: mens aūt hęc oīa parui imo nullius ęstimās/passim uolat: ut ait Pindarus: & quæ sub terra sunt: & q̄ plana dimetiēs: ꝑ quę astronomiā cęlū transcendēs/omnē pscrutata naturā rerū omniū que ad uniuersum ptinēt: his aūt q̄ ꝓpe sunt solis/nullo mō applicās se. THEO. Quo pacto id ais o Socrates? SO. queadmodū Thaletē/dū cęlū suspiceret intētus sideribus/in foueā cadētē/thracēsis quędā eius ancilla facete nimiū carpsit/ꝙ que in cęlo sunt puidere cōtēderet: q̄ uero proxima & ad pedes non uideret. Idē similiter oībus qui in philosophia uersanf obiici potest. Latet. n. philosophū nō modo quid agat eius ꝓximus: sed fere homo ne sit/an brutū. Quid aūt homo ipe sit/que ue actio aut passio ipsius hominis ꝓpria studiose pquirit. Intelligis o Theodore/an non? THEO. Intelligo eqdē: & quod dicis approbo. SO. Enimuero o amice ut in supioribus diximus/si qñ uir talis uel priuatim cū aliquo/uel publice in iudicio siue alibi de his q̄ ad pedes & in cōspectu sunt/disserere cogit/risum mouet/nō thracibus solū/ueꝝ ēt cęteris gentibus: quippe cū in foueas ambiguitatesq; multas pp harū rerū imperitiā incidat. Vbi absurda quędā ineptitudo ignauię notā inurit. Nā cū forte uituperandus aliqs est/nihil habet quod in obprobriū afferat: utpote malorū ignarus qñquidem singula singulorū mala nunq̄ animaduertit. Ergo tanq̄ nescius irridetur: in laudandis quoq; extollendisq; hominibus/cū nihil simulet dissimuletue: sed apte rideat/delirus eē uidet. Et enim cū tyrānū aut regē laudari sentit unū quēdā subulcū aut pastorem ouiū uel bubulcū extoli existimat/ꝙ abunde mulgeat. Id tamē interesse cēset/ꝙ reges & tyranni infensius & insidiosius animal curēt & mulgeāt. Agrestē uero & rudē ob sinam quandā occupationē nō minus q̄ pastorē eiusmodi hominē esse necesse est menibus in urbe nō secus atq; pastor septo in monte circundatum. Cum uero agrorū decē milia iugera aut plura etiā prędicari audit/quasi magnū quidpiā ab illo q habet possideatur: exigua quędam audire se putat: quippe qui uniuersum terre orbē spectare sit solitus. Quotiens preterea qs generis nobilitatē refert/ꝙ septem auos diuites omnes enumerare ualeat: hebetis nihilq; magnum pp ignorantiam cogitantis animi laudes hmōi cēset quasi ad totius mundi naturam respicere nequeat/& uidere ꝙ innumeri unūquēq; nostrū aui: atq; proaui anteceſſerunt quoꝝ in nūero diuites & inopes: reges & serui barbariq; & gręci singulos innumerabiles pręcessere. Quin ēt quando quis stirpē quinq; & uiginti maiorū dinumerat & in Amphitrionidē Herculē originē refert certe cū quintus ab Hercule uigessimusq; superior talis extiterit qualis sors illi cōtigit/ab eo ridetur/quasi ille altius cōsurgere nequeat: & insane mētis uanitatē abigere. In his omnibus philosophus uir uulgo ridiculus habetur: partim quia superbus contēptorq; apparet: partim quia quæ palā sunt ignorat & ambigit. THEO. rē ipsam o Socrates ut accidit enarrasti. SO. At cū is aliquē o amice ad supa erigit & ille sponte cū eo singulorū dimissa litigiorū discussione/qua quęritur in quo ego te aut tu me lęseris/ad ipsius iustitie iniustitięue speculationē ascendit quid utraq; sint: quo ab aliis oībus inter se discrepent. Vel ēt cōtrouersia illa dimissa qua querit utrū rex beatus sit qui multū auri possidet ad cōtēplationē regni ipsius beatitudinisq; humanę atq; miseriæ/qualia cuiq; sint: & quo pacto humanæ naturę conueniat hoc adipisci illud fugere/qñ inq̄ oportet de his omnibus rōnem reddere pusillanimē illū & acerrimū causidicū/tunc sane uicissim pęnas philosopho pendet. Vertiginē in. patit ab excelsa specula caligātibus oculis: utpote qui supne pspicere sit insolitus. Meret quoq; titubat & barbarica ꝓfert. Quo circa risum nō Tracibus neq; rudi cuipiā mouet: neq;. n. psentiunt/sed illis poti⁹ oībus q libere & ꝓcul a seruili uita educati sūt. Hęc o Theodore utriusq; cōditio. Altera quidē hoīs illius/q libertate & otio est educatus quē philosophū uocas. Qui cū reuera uituperari nō debeat/tñ fatuus & ineptus apparet quotiēscūq; seruilia aggreditur ministeria. Cū neq; stramentorū sarcinas colligare: neq; obsoniorum cōdimēta cōficere: neq; adulatoria blādimenta uerboꝝ confingere calleat. Altera est hoīs illius cōditio. qui hæc expedite celeriterq; subministrare pōt. Sed decenti liberi hoīs uestitu cōmode uti nescit. Sermonis insup harmonia cōuenienti deoꝝ & hominū beatoꝝ uitā uerā canere ꝓrsus ignorat. THEO. Si cęteris hoībus ea quæ dicis o Socrates/ęque ac mihi psuaderes: pax amplior & mala pauciora iter homines nascerenf. SO. At iposibile est o Theodore mala pēitus extirpari. Nā bono oppositū aliqd eē semp necesse est. Neq; illa tñ apud deos locū hr̃e pn̄t. Naturā uero mortalē regionemq; inferiorē

Prouerbium maris harenę numerus me/latet.

Thales dū cœlū suspiceret cecidit in foueam.

Quā similes sint tyrāni ꝓpastoribus.

Hinc illud. nemo rex q non ab Humilimo neq; humilim us q nō a rege originē trahat

Vide barbarū eū esse q̄ distorte & inepte loquitur.

Impossibile ē mala penitus extirpari &q.

Que mala in iferioribus.

necessario circūeunt. Quare conādū est/ut hinc illuc q̄ celerrime fugiamus, fuga autē est ut deo similes pro uiribus efficiamur: deo similes efficit/cū prudētia iustitia simul & sanctitas. Cęterum o uir optime haud facile id psuaderi pōt/ꝙ nō illius gratia cuius uulgus existimat/sequēda uirtus & uitiū fugiendū: hoc est ne malus uidearis utq; bonus appareas: hę nāq; anicularū nugæ mihi esse uident. Sed quod uerū sit ita dicamus. Deus nusq̄ & nullo modo iniustus: sed q̄ iustissimus totam uidelicet iustitię cōplexus potestatē: nihilq; illius similius q̄ iustissimus homo. Circa hoc uera industria & fortitudo uiri: nec nō inertia ibecillitasq; uersat. Hoꝝ sane cognitio uera uirtus & sapiētia: ignoratio contra: inscitia & īprobitas manifesta. Alia uero quæ facultates sapientieq; uident in ciuilibus quidē magistratibus molestę sunt: in artibus aūt mechanicę. Illi igit qui aliqd iniq; patrauit. & profana protulit uel cōmisit/pstat nequaq̄ concedere eum astutiis esse potētē atq; fęcundū. Exultant. n. obprobrio huius generis hoīes: seq; audire putāt minime obiectos & inanes homunculos esse/quasi ferre ut dicit pōdus iners: sed uiros tales ut tuto in re p. uersari ualeant. Ideoq; ueritas exprimēda ē/ꝙ eo magis tales sunt/q̄les nō putāt/quo minus putāt. Iniustitiæ qppe qū multā ignorēt quā ignorare minime decet: Neq; enim est quā forsitā opinant uerbera atq; cędes: q̄ sępe hi patiūtur: qui iniustū nihil egerunt: & iniusti sępe deuitant: sed ea potius quæ uitari non potest. THEO. quā dicis? SO. cū in ordine rerū o amice exēplaria duo sint diuinū qdē beatissimū: quod uero dei expers miserrimū/nō uidentes ita rē se habere stultitia extremaq; demētia occupati/latenter huic qdē similes ob actiones iniqs redduntur: illi contra dissimiles. Cuius pcō delicti penas pēdent/dū uitā illi conuenientē cui similes effecti sunt/ducūt. Enimuero si dixerimus ꝙ hos quidem nisi a neqtia cessauerint uita functos locus ille malorū expers nō capiet. Hic aūt proprie uitę similitudinē gerent semp una cū malis mali uersantes: ipsi tanq̄ astuti malitiosiq; deliramenta quędā audire se dicēt. THEO. & maxime qdē o Socrates. SO. Noui equidē o amice. Vnū hoc saltē illis accidit: ꝙ si qū priuatim reddere uicissim & afferre in mediū rōnes eoꝝ q̄ uituperant necesse sit/uelintq; uiriliter disputādi morā ppeti, neq; ignaue fugere: tūc demū quod absurdū est sibiipsi in his quæ dicūt nequaq̄ placent: eorūq; rhetorica penitus euanescit: ut nihilo differre a pueris uideantur. Veꝝ his iā finē cū præter propositū sint imponamus. Aliogn materies undiq; plurima cōfluens sermonē a principio institutū obruet. Reuertamur igit ad priora si tibi quoq; uidet. THEO. mihi qdē ista o Socrates nihilo molestiora auditu cōtingūt. Facile nāq; huius ętatis homines hæc assequunt. Verūtū si tibi placet/redeamus illuc/unde digressi sumus. SO. eo pfecto disputando deuenimus/ut diceremus eos qui essentiā oēm in agitatiōe ponebāt: quodue cuiq; uidet/ hoc eidē existere/in cęteris quidē rebus uehemētius asserturos: atq; iniustis nō nihil: ꝙ omnino q̄cunq; ciuitas ut iusta sibi apparētia statuit: hęc eatenus illi iuste sunt: quatenus statuta pmanēt. At uero nemine forte adeo futurū: qui idē in bonis utilibusq; cōtēdere audeat ꝙ uidelicet quęcūq; utilia sibi apparentia instituit ciuitas: hæc eatenus illi cōferētia sunt/quatenus talia statuta fuerint: nisi forte qs nomē dixerit: hoc autē ad id quod uolumus iocus/captiosum quiddā esset. THEO. Proculdubio. SO. Ergo nō ita dicēdū imo quod tale ciuitas nūcuparit: ad id in cōdēdis legibus respicit: ac leges singulas quoad putat & pōt q̄ maxime sibi utiles condit. Nū aliud in legibus ferēdis intēdit? THEO. nihil aliud. SO. Nūquid uoticompos semp efficitur: an sæpe eā fallit opinio? THEO. sępenumero fallit arbitror. SO. Hac præterea rōne quisq; magis hæc eadē confitebitur. siqs de omni specie pcontet in qua utile cōsistit. Est aūt quodāmō & circa futurū tps. Nam quotiens leges cōdimus ut in posteꝝ profuturas cōdimus quod quidē futurū rectius uocaremus. THEO. Maxime SO. age dū ita uel Protagorā uel quēuis aliū sectatorē eius iterrogemus. Oīum rerū hominem o Protagoras mensurā asseritis: alborum: grauium: leuium: & unuscuiusq; taliū. Nā cum iudiciariā illorum uim in seipso cōtineat: & qualia patit talia iudicet/uera sibi & quæ sunt/ iudicat. An nō ita? THEO. ita plane. SO. Nunquid & futurorum o Protagoras dicemus hēt uim iudiciariam? & qualia putat sibi hæc forte: talia sibi existimanti contingunt: cū medicinæ quispiā imperitus in febrim sese incursurum putat: atq; ita sese calefactū iniri medicus aūt repugnat. cōtraria opinatus: utrius illorum ueram opinionem futuram ducimus? nū utriusq;? & medico quidē neq; calidū neq; febricitantem futurum: sed sibiipsi utrunq;? THEO. Ridiculum quidem id esset. SO. Q uin ēt de uino quod dulce uel austerū futurū sit/agricolę non cithariste opinio pualet. THEO. qd ni? SO. Neq; de cōsonante dissonanteue futuro/gymnasticus melius q̄ musicus opinat: quod deīde ipsi gymnastico cōsonās eē uidebit. THEO. nullo mō. SO. Q ū uero pata mensa offerēdæ sunt epulæ ac defutura illaꝝ suauitate aliquod pdicēdū: nōne coqui opinio potior q̄ alterius cuiuslibet popinariæ imperiti? De quod uel est/uel fuit suaue cuiq; non pugnamus: sed de illo potius quod in posteꝝ esse cuiq; & uideri dēt: utrū sibi qsq; idoneus iudex. An tu potius Protagoras ꝙ circa sermones pbabile singulis ī iudicio futuꝝ ē/rectius q̄ quis rudiū prēuideres? THEO. ī hoc ipō ī primis o Socrates pcellere cūctis Protagoras ē pfessus. SO. O miser nemo p iouē illū oblata pecūia sectat? fuisset/nisi familiaribus psuasisset. ꝙ pbabile ī posteꝝ erit/uidebit ꝙ neq; uatē neq; aliū quēuis melius q̄ se unicum

Prouerbium fert pondus iners.

Hinc uide vt ī dialogis fiant relaxatiōes disceptationis.

Repetitur pposita questio

cum præsagire? THEO. uera loqueris. SO. An nō legū quoq; positiões utilitasq; ad futurū spectāt? & quilibet absq; cōtrouersia fateref cōstitutionē rei.p. ab eo qd utile est/ sepius aberrare. THEO. Valde. SO. Satis iam aduersus pceptorē tuū dictū sit q; fateri cogif/aliū alio sapientiorem existere: eūq; talem esse mensurā. Me aūt cum expers sciētię sim nihil mensurā fieri cogit: queadmodū sermo nup illius urgebat: q; uidelicet seu uelim siue nolim talis essem. THEO. Ex illo o Socrates maxime conuinci illius sermo uidef: & ex hoc non nihil q; alioꝝ opiniones ualidas efficit: hę uero sermones illius palam reprobant/falsos existimātes. SO. In multis insuper o Theodore deprehendi hoc licet/non oēm omniū opinionē ueram existere. Sed circa pñtem cuiq; passionē/ex qua sensus & secūdum eos opiniones nascunf/difficilius deprehendif/sensus opinionesq; ueras non esse: forte uero nihil dico. Nam si assecutę sunt conuinci nō possunt: & qui illas certas atq; scientias esse asserent/forsitan nō aberrarent. Et iccirco Theętetus hic haud abre inquit sensum & scientiam idem esse. Quāobrem propius accedendum est: queadmodum Protagoreus sermo pręcepit: & hāc agitatam essentiā pulsando examinādum/integrum ne an collisū m sonum reddat: pugna utiq; de illa nō mediocris nec inter paucos extitit. THEO. Permultū sane abest ut uilis contentio sit: quæ per Ioniam passim ppagata est: siquidem Heracliti studiosi huic sermoni summopere suffraganf. SO. ppterea o amice Theodore a primordiis hęc inspicienda sunt ut illi proponūt. THEO. Omnino etenim o Socrates de his Heracliticis: uel ut ipse ais Homericis/ac etiā antiquioribus id existimatur ab Ephesiis reꝝ peritis/q; nō aliter q̄ stimulo & furore loquātur. Aperte enim in scriptis suis feruntur. Mora aūt expectatioq; in sermone & quęstionibus/& quis inter respōdendū interrogādūq; minus illis adest/q̄ quod nihil est. Immo etiā superat q; neq; nihil: ad id qd neq; paululum qd illis quietis assit. Sed siquē illoꝝ aliqua de re interroges/ tāq̄ ex pharetra obscura uerbula depromētes sagittēt. Et si huius rōnem perquiras/altera quadā te noua denoīatione pcutiunt: nunq̄ uero cum illoꝝ aliquo quicq̄ pficies: neq; ipsi inuicē: Idq; unū obseruātissime curāt ut nihil stabile aut in sermone aut in aīs suis esse pmittant putātes ut mihi uidef idipsum stabile eē: atq; id totis uiribus insectanf: & undiq; uehemēter expellunt. SO. forsitan o Theodore hos uiros in pugna uidisti: in pace uero nequaq̄. Neq; enim amici tibi sunt. Verū talia quedā discipulis suis ut arbitror in ocio dicunt: quos similes sibi reddere uolunt. THEO. quibus discipulis o beate? Neq;.n. inter istos alter alterius fit discipulus: sed sponte nascunf/undecūq; contingit eoꝝ quęq; furore corripi. Atq; alter alterū scire nihil existimat. Ab his itaq; rōnem ut mō dicebā nullam nunq̄ accipies: nec uolentibus nec inuitis. Nos aūt oportet tanq̄ ppositione accepta cōsiderare. SO. Scite loqueris. ppositionem siquidem aliā quādam accipimus: a priscis in poemate uulgus celantibus/q; origo alioꝝ omnium Oceanus. f. atq; Thetis fluxus est: nihilq; cōsistit. A recentiorib⁹ aūt quasi sapiētiorib⁹. palā demōstrantibus: ut uel cerdones eoꝝ sapientiā audiendo pciperēt desinerentq; stulte putare res partim stare partim cōtra moueri discētesq; moueri oīa ipsos uenerarenf. Ferme aūt o Theodore me fugit alioꝝ quorūdā opinio: qui cōtraria ac isti monstrarūt. Vniuersi uidelicet congruū nomen esse hoc existēs imobile: & alia quęcūq; Melissei Parmenideiq; aduersantes his oīb⁹ asseuerāt: q; omnia unū sunt. Idq; unū ipsum in seipso consistit locū in quo moueaf nullum penitus habēs. quid de his omnibus o amice dicendum? sensim nāq; pgressi utrorūq; medii clam euasimus. q; si nullo pacto ppugnantes habeamus imbelles pœnas dabimus instar eoꝝ qui in palestris ad lineam ludunt/qñ ab utrisq; apprehensi in cōtraria distrahunf. De his itaq; prius agendum uidef/quos primo/fluentes aggressi sumus. Et siquid pbabile dicere uidebunf/cum illis una & ipsi nos trahemus alios fugientes. Sin aūt qui uniuersum stabile ponūt/ueriora ptulerint/ refugiemus ad eos ab illis qui etiā imobilia mouent. At si neutri uerisimile aliqd adducere nobis appareant/ridiculi nimium euademus putātes nos uiles homunculos magnū aliquid sapere: priscis aūt illis ac uiris sapiētibus detrogantes. Vide igif o Theodore utrū pstet necne tantū subire piculum. THEO. nullo mō cōmittendum est o Socrates/quin utrorūq; sensa, quid ueri/qd falsi habeāt discutiamus. SO. discutiendū est iam/postq̄ & tu id pbas. Videf utiq; mihi disputatōis huius principiū a motu sumēdum: quo scilicet motu moueri oīa dicant. Quod aūt dicere uolo/idest/utrū spēm unā motus inducant. an quēadmodum mihi uidef species duas. Neq; id tamē mihi soli uideri cupio/sed tibi quoq;/ut pariter ambo quicqd oportuerit patiamur. Dic igif. Nunquid moueri dicis? quādo locū quid ex loco mutat: uel in eodē uertif? THEO. Equidem. SO. Ergo una hęc spēs esto. At cū eodē in loco qd pmanens senescit/uel nigrū ex albo: uel ex molli durū efficif: aut alia quadam alteratione mutaf: nonne alterā hanc motus spēm merito nuncupabimus? THEO. Merito. SO. Ex his necessariū est geminas spēs motus existere/altercationē scilicet motūq; localem. THEO. probe. SO. Hac distinctiōe pręmissa/ad eos qui moueri oīa uolunt iam pgamus: & hunc in modū interrogemus. Vtrū quodlibet fatemini utroq; mō moueri/alteratū pariter atq; delatū: aut aliqd utroq; modo/aliqd unico? THEO. Equidem quod afferam non habeo. SO. Arbitror tamē illos utroq; modo dicturos. alioquin o amice agitata simul & cōsistētia sibiipsis uidebunf nimirum apparebunt: nec magis moue-

Mos Heracliticorum in disputando.

Aduersus eos qui oīa moueri defendūt.

ri oīa q̃ ſtare oīa licebit aſſerere. THEO. uera loqueris. SO. Poſtq̃ moueri ipſa oportet abſentiã uero mot⁹ nulli cõpetere/oīa utiq; ſemp oī motu mouent. THEO. Neceſſario ſeq̄t. SO. Hoc age ex eoꝝ dictis cõſidera/caloris. ſ. uel albedĩs uel cuiuſlibet gñationẽ. Nõne dixim⁹ eos putare unumquodq; hoꝝ fieri ſimul cũ ſenſu inter agẽs & patiẽs: & patiẽs q̃dẽ ſenſibile eẽ nõ ſenſum: agens aũt efficiẽs eſſe aliq̃d: nõ tñ q̃litatẽ eẽ. forte q̃litas extraneũ tibi nomẽ uidet: neq; ſic in genere dictũ pcipis: in ptib⁹ igit audi. Agẽs. n. neq; calor neq; albedo: ſed calidũ potius albũq;. cæteraq; eodẽ pacto. Recordaris ita nos ſupra dixiſſe: nihil ſecundũ ſeipm unũ aliquid eẽ: neq; inſup agens aut patiens: ſed ex utriſq; uiciſſim cõgredictib⁹ ſenſus & ſenſibilia emanãtia: partim fieri qualia q̃dã/ptim uero ſentire. THEO. Quid ni meminerim? SO. cætera ptermittamus ſic ne/an aliter dicãt. Id uero cuius gr̃a diſputat diligẽtius exq̃ram⁹. Mouent ut dictis/fluũtq; oīa. Nõne? THEO. Certe. SO. An nõ utriſq; illis quos diſtinxim⁹ motibus? delata ſimul & alterata? THEO. Quid ni? ſi mõ pfecte moueri illa neceſſe ſit? SO. Si igit ferrẽtur ſolũ/neq; tñ alterarent poſſemus dicere q̃lia q̃dã fluunt quę ferunt: an quõ dicimus. THEO. hoc pacto. SO. Quoniã uero neq; id pmanet ut albũ fluat q̃d fluit: ſed pmutat/ita ut huius ipſi⁹ ſit fluxus albedinis: & in aliũ colorẽ trãſitus/ne ullo mõ pmanere deprehẽdi poſſit/num poſſumus aliq̃ñ colorẽ aliquem pnũciare/ita ut recte denoĩemus. THEO. Atqui quo pacto o Socrates: aut ĩ hoc aut in alio ullo id fieri põt: ſiquidẽ dum pnũciamus cõtinuo ſubterfugit utpote q̃d ſemp fluit? SO. Quid porro de quo uis ſenſu dicẽdũ? ut uidendi uel audiẽdi nũq̃d in uiſione/aut auditu aliq̃ñ pmanere? THEO. Minime omniũ ſiquidẽ cũcta mouentur. SO. Neq; igit uidere quicq̃ potius q̃ nõ uidere dicendũ: neq; alio ullo ſenſu uti, magis q̃ nõ uti/cum oīa penitus trãſmutent. THEO. nõ certe. SO. Verũtñ ſenſus ipſe ſcĩa eſt/ut ego/Theętetuſq; dixim⁹. THEO. Dictũ q̃dẽ. SO. Nõ igit ſciam magis q̃ nõ ſciam rñdim⁹ q̃d ſcĩa ſit ĩterrogati. THEO. Sic certe uidemini. SO. Oportune itaq; rñſionẽ illã emẽdarem⁹/ſi demõſtrare cõtenderem⁹ q; oīa moueant: ut recta illa reſpõſio uideat: hoc aũt ut uidet/apparuit/q; ſi oīa mouent/reſpõſio quelibet de quocũq; q̃s rñdeat/ęque recta ẽ/qua id ſic ſe hẽre & nõ ſic hr̃e ſe rñdet. Quod ſi mauis/fieri dicẽdũ ne ipſos ſermone ſiſtamus. THEO. recte loqueris. SO. pterq̃ in hoc o Theodore q; ita & nõ ita dicebã oportet aũt neq; hoc ita dicere. Neq;. n. amplius ita moueret: neq; rurſus nõ ita. Nõ. n. mot⁹ hoc: ſed nomẽ aliud imponẽdum ab iis qui talia diſſerũt: quoniã nũc ad eoꝝ ſuppoſitionem uerba nõ habent/niſi forte dictionẽ hãc. ſ. nõ quõcũq; hẽre uideant. Quæ quidẽ potiſſimũ ipſis cõgruit infinite plata. THEO. ualde cõueniẽs illis hæc dictio ẽ. SO. Iam o Theodore q̃d ad amicũ tuũ adtinet expediuimus/nec dum cõceſſimus illi quẽlibet hoĩem rerũ omniũ eẽ menſurã/niſi ſapiens quis exiſtat. Sciam inſup eẽ ſenſum minime cõcedemus ſm rationẽ illã q̃ moueri oīa prędicat: niſi forte Theętetus hic aliter pſuadeat. THE. Optime dixiſti o Socrates. His. n. pactis me quoq; ab his expeditũ eſſe decet: ut inter nos cõuenerat. Poſtq̃ uero diſputatio aduerſus Protagorã finẽ accepit/ne deſiſtite quęſo Theodore/anteq̃ tu & Socrates pcurratis eos ĩſuper qui ſtare oīa uoluerũt/quẽadmodum pauloante ppoſuiſtis. THEO. Cũ ſis iuuenis o Theętete/ſeniores iniuriam facere doces/dum pacta trãſgredi exhortatis ſed accingere tu ut reliquoꝝ Socrati ſi uelit rationem reddas. THE. libentiſſime tamẽ ea de quibus loquor/audirẽ. THEO. Equitẽ in campũ puocas cũ Socratẽ ad diſputãdum acceſſis. Interroga igit atq; audies. SO. Videor equidẽ o Theodore in his q̃ Theętetus iubet ipſi minime pariturus. THEO. quid obſtat/quo min⁹ obſequatis? SO. Et ſi Melliſſum atq; alios qui unũ cõſiſtens uniuerſum dicũt uereor ne forte oneroſi uideamur illos exagitãtes minus tamẽ q̃ unicũ Parmenidẽ uereor. Parmenides autẽ ut Homericis uerbis utar/uerendus mihi acerq; uidet. Collocutus ſum olim cũ illo ſene admodũ adhuc adoleſcẽs: mihiq; uiſus eſt pfundã generoſamq; oĩo ſapientiã poſſidere: formido itaq; ne dicta eius uoceſq; nequaq̃ intelligamus/q̃d aũt uerbis ſubintelligit multomagis nos lateat: & quod maximum eſt cuius gratia diſputatio inter nos cœpit: quid ſcĩa ſit inquĩrẽs indiſcuſſum relinquat/ſi procacitati uerboꝝ indulgeamus: pſertim cũ ampliſſima quęſtio illa quã mõ induximus ſi pręter ppoſitũ & quaſi digrediẽdo tractet indigna nimiũ paſſura ſit: & ſi latius exactiuſq; pficiat/ſcĩę ipſi⁹ inueſtigationẽ ĩpeditura. Neutrũ uero decet: ĩmo Theęteti fœtus circa ſciam obſtitricia facultate in lucẽ educere & diligẽter examinare. THE. Si ita uidet/ita agẽdũ eſt. SO. hoc ꝑterea Theętete circa ſupradicta cõſidera. ſenſum eſſe ſcientiam reſpondiſti/an nõ. THE. certe. SO. ſiquis interrogaret/quonam alba & nigra hõ uideat/quoue acuta & grauia audiat/oculis ut arbitror & auribus reſpõderes. THE. equidẽ. SO. Vti nominibus uerbiſq; cõlorib⁹ neq; exacte curioſeq; diſquirere/ſępenumero generoſi animi ẽ: cõtrariũ autẽ illiberalis: nõnunq̃ tñ neceſſariũ eſt/quẽadmodum in pſentia examinare cogimur: qua ex pte reſponſio tua minus recta ſit: attende quę reſponſio rectior. Vtrũ quæ dicit quo uidemus id oculos eſſe an quæ dicit/per quod uidemus. Itẽ quo audimus aures/an per q̃d audimus. THE. potius mihi per quæ ſingula ſentimus q̃ quibus ſentimus reſpõdendum uidet o Socrates. So. Abſurdum quidem id eſſet o puer/ſi multi in nobis ſenſus quẽadmodũ ligneis equis inſeſſent: & oīa hæc in unã ſiue ideã/ſiue animã ſeu quõcũq; uocari decet/minime tenderẽt: qua p iſta tanq̃ p organa quęcũq; ſenſibus

Nihil pro ſe ipſum unũ aliquid eſſe.

Hoc in loco Plato uidetur cum Parmenide id ſentire.

sensibus subiacent sentiamus. THE. Mihi quidē hoc potiusq̄ illo modo uidet̄. SO. iccirco ista tecū
diligēter perquiro/ut uideamus/utrū uno quodam eodē qđ insit nobis/per oculos quidē alba &
nigra pcipiamus: per alia uero organa alia quędam/possisq; interrogatus/in corpus singula hęc re
ferre: pręstat forsitan te ad singula respōdere/q̄ me tui uicem gerendo defatigari. Dic itaq;: ea per
quę sentis calida & sicca leuia atq; dulcia/nōne corporis organa singula ponis! an alteri⁹ cuiuspiā!
THE. Nullius alterius. SO. Nūquid fateberis quæ p aliā potentiā sentis/ p aliam sentire nō posse!
ueluti quę p auditū/eadē per uisum. Et cōtra quę per uisum/eadē per auditum! THE. Quid ni fa-
tear. SO. Siquid ergo de utrisq; cogitas/nō utiq; per aliud organū: neq; ēt per aliud de ambob⁹ id
sentis. THE. nō certe. SO. De uoce atq; colore utrisq; simul/primū quidē id cogitas/ φ utraq; sūt.
THE. cogito. SO. Itē φ alterutrū ab alterutro diuersum est: & sibimet idem. THE. Et istuc. SO. φ
ue ambo/duo sunt/utrunq; unū. THE. id quoq;. SO. potes insup utrū similia inter se uel dissimilia
sint/iudicare. THE. forte. SO. Hæc utiq; oīa p qđ potissimū de ipsis existimas! Nō p auditū: non p
uisum: cōe circa illa quicq̄ accipi pōt. Hinc ꝑterea qđ dicim⁹ coniectare licet. Si de utrisq; iudicari
posset/falsa ne sint/an nō: posses ꝓculdubio declarare/quo iudicares: idq; nō uisum/nō auditū: sed
aliud quiddā eē cōstat. THE. Cur nō linguę uis id efficiat. SO. scite loqueris. Illa uero potētia p qđ
tibi ostēdit qđ singulis est cōmune: quodue sup singula quo eē & nō eē denoīas: que pauloante de
his ꝑcontabamur. Qualia organa his oībus assignabis: p quæ id qđ sentit in nobis singula sentiat.
THE. essentiā ais & ipm nō esse: similitudinēq; & dissimilitudinē: necnō idē & alterū. Vnū quoq;:
& aliū circa illa numerū unūquēq;: patet. n. φ quæris p qđ potissimū ex corporeis instrumētis ipsa
aīa par & ipar: & q̄ sequunt̄/ pcipiamus. SO. Egregie admodū o Theętete ꝓsequeris atq; hęc ipsa
sunt quę interrogo. THE. per Iouē o Socrates qđ dicā/ignoro: nisi φ nullū hmōi ꝓpriū organum
his ut illis accōmodari puto: sed ipsam potius p seipsam animā/ cōmunionē in oīb⁹ iudicare. SO.
pulcher es o Theętete nec ut aiebat Theodorus/deformis. Nā qui pulchre loquit̄/pulcher est atq;
bonus. Accedit ad hęc φ igēs mihi bñficiū cōtulisti. Nā ꝓlixa graui disputatiōe me liberasti. postq̄
tibi uidet̄ aīa quædā p seipsam aīaduertere: nōnulla p corporis uires apprehēdere. Hęc utiq; mea
snia erat: Cupiebā quoq; idē tibi ꝑsuaderi. THE. mihi certe ꝑsuasum ē. SO. Quoꝝ i nūero essen-
tiā ponis! Hęc sane maxima ad oīa sequit̄. THE. Eoꝝ quæ ipsa p se aīa affectat atq; assequitur. SO.
nunqd & simile dissimileq; & idē & alterū. THE. & hæc. SO. Quid! pulchrū & turpe bonūq; & ma
lum! THE. hoꝝ quoq; mihi uidet̄ maxie oīum essentiā inuicē cōsiderare: reputās atq; cōparans in
seipsa ꝑterita pñtiaq; ad futura: Aduerte & hoc. rei durę duritiē per tactū sentiet: & mollis simili ra
tione mollitiē. THE. Ita. SO. essentiā uero & qđ sunt/mutuāq; cōtrarietatē/ipsiusq; contrarietatis
essentiā ipsa aīa per se uolutans & inuicē cōferens/discernere nitit̄. THE. oīo qdē. SO. an non sta-
tim natis hoībus atq; brutis naturalis quędā facultas adest/qua passiones per corpus manantes in
animā sentiūt. Raciocinatio uero cōparatioq; istoꝝ ad essentiā utilitatēq;/uix tandē/post longa cur
ricula tpis/frequēti studio & disciplina aduenit: qbuscūq; cōpetit. THE. ita ꝓrsus. SO. Num ueri-
tatē eo pcipere possum⁹: quo essentiā nō pcipimus. THE. minime. SO. cuius aūt qs ueritate caret/
huius sciam ullā hēt! THE. At quo pacto id fieri posset! SO. in passionib⁹ igit̄ scīa nequaq̄ inest: in
ratiocinatione tñ quæ circa illas uersat̄/inesse uidet̄: essentiā quippe ueritatēq; hac attingere possu
mus/illis uero nequaq̄. THE. cōstat. SO. num idē illud & hoc uocas: cū tanta inter se differētia di-
screpent! THE. haud sane deceret. SO. quod illi nomē attribuis! ei. s. qđ est ūidere: audire: odora-
re: gustare: calefieri: frigefieriq;! Nū sentire! THE. idipm: qd enim aliud! SO. uniuersum igit̄ hoc
sensum uocas! THE. necesse. SO. Huic ueritatis pceptionē cōuenire negauimus: cū essentiam nō
percipiat. THE. sic est. SO. Neq; sciētię igit̄ cōpos erit. THE. non. SO. Ex his sequitur o Theętete:
scientiā & sensum nunq̄ idem fore. THE. nunq̄ penitus. SO. In his perspicue patuit/aliud sensum/
aliud sciam esse. Verū non huius gratia differere cœpimus/ut quid sciētia nō sit/imo quid sit inue
niremus. Eatenus uero disputādo ꝓcęssimus/ut scientiā in sensu nullo modo quęrēdam iudicaue-
rimus: sed in eo noīe potius/quod tunc sortit̄ animus: cum ipse secūdum seipm circa illa quę sunt/
uersat̄ & agit. THE. At qui hoc o Socrates ut ipse arbitror/opinari uocatur. SO. Recte arbitraris
amice. Et nūc aduerte deletis ex aīo cūctis supiorib⁹. Nūquid maius ꝑspicias/postq̄ hucusq; ue-
ctus es. Quidue sciētia sit/iterū explica. THE. Opinionē quālibet o Socrates/sciam dicere ipossibi
le ē. Cū & falsa q̄dā opīo sit. Appet aūt opīo uera scia eē. Idq; a me nūc rñsum: puta φ si aliter dispu
tādo deinceps uidebit̄ aliquid aliud afferre conabimur. SO. Euge Theętete sic ꝓmpto aīo disputa-
re decet: neq; ut cœperas tergiuersari. Si enim ita fecerimus/alterū e duobus continget/aut qđ
affectamus inueniemus: aut certe quod ignoramus minus nos scire putabimus. Neq; mediocre
lucrum id erit: & nunc quidem quid ais! An cum duæ sint opinionis species: uera una: & altera fal
sa/opinionem ueram scientiam definis! THE. definio: hoc enim mihi in præsentia uidetur. SO.
An de opinione deinceps ab initio pertractandum! THE. Quidnam. SO. turbat me nunc & sę-
pe alias/adeo ut in ambiguitate plurima quoad me ipsum & quoad alios uerser: explicare non ua-

Aīa quędā per se: quædā per corpus cōprę hendit.

Sensus nō pcipit essentiā.

Q̄ sit ē opīo.

Secūda sciẽ-tię diffinitio.

An sit falsa opinio.

lens quę nam sit hęc in nobis affectio: quoue pacto adueniat. THE. Quę nã hęc? SO. falso scilicet aliquẽ opinari: de quo nũc ẽt ambigo: utrũ id obmittamus: aut aliter q̃ supra cõsideremus. THE. cur nõ o Socrates siquo mõ decere censes. pclare. n. tu & Theodorus in superioribus de ocio diceba tis/ꝙ nihil in talibus urgeat. SO. oportune admonuisti: forte. n. haud abre erit rãq̃ uestigiũ iterato pcurrere: prastat nãq; parũ bene/q̃ multũ nõ sufficiẽter determiare. THE. Pręstat sane. SO. Q uo igit̃: & qd dicimus? falsam plerũq; opionẽ eẽ dicim⁹: & aliquẽ nfm falsa opinari/alium uera/q̃ñ hęc ex natura ita se hẽant? THE. dicimus absq; dubio. SO. Nõne hoc nobis tã circa oĩa q̃ circa singula cõpetit? nosse uidelicet: uel ignorare? nã discere & obliuisci: utpote istoꝝ media i pñtia subticeo: cũ nihil ad ppositũ nobis cõferãt. THE. nihil prsus o Socrates aliud pter nosse uel ignorare circa unũ qdq; relinqt̃. SO. Nõne igit̃ necessariũ ẽ opinãtẽ/opiari illa/de qb⁹ nouit aliqd: uel nõ nouit. THE. Necessariũ. SO. Quinetiã noscẽtẽ ignorare idẽ: uel ignorãtẽ nosse ĩpossibile ẽ. THE. quid ni? SO.

Quę nouit: ea putare: quę nouit

Quę non nouit: ea putare: quę non nouit

Quę nouit: ea putare: quę non nouit

Quę non nouit: ea putare: quę nouit.

Num q̃ falsa opinat̃ quę nouit: ea putat nõ ea eẽ: sed alia quędã quę etiam nouit? & utraq; noscens/ utraq; rursus ignorat? THE. At fieri hoc neq̃ o Socrates. SO. An forte quę nõ nouit/ ea putat alia quędã eẽ/quę nõ nouit? & qui neq; Thęętetũ: neq; Socratem agnouit/cogitare unq̃ potest/Socratẽ Thęętetum: uel contra Thęętetum Socratem esse? THE. Nunq̃. SO. Neq; tamen q̃ quis nouit/ea que nõ nouit/eẽ putat: Neq; rursus q̃ nõ nouit: ea q̃ nouit: monstrũ. n. esset. Quo pacto igit̃ falsa qs opinabit̃/pter hęc qdẽ opinari nõ licet/qñ qdẽ oĩa uel noscim⁹ uel ignoramus. In his aũt nullo mõ falsa opinari qs posse uidet̃. THE. uera loq̃ris. SO. An forte nõ ita cõsiderãdũ qd̃ q̃rim⁹/ secundũ nosse & nõ nosse/ pcedendo/sz ẽm nosse & nõ eẽ. THE. Q ui istuc ais? SO. Ne simplex sit: quoniã q̃ nõ existẽtia de quouis opinat̃: nõ põt nõ falsa opinari: licet quõcũq; aliter excogitet. THE. Decens id quoq; o Socrates. So. Q uo igit̃ quidue respõdebim⁹ Thęętete/siqs nos ĩterroget / possibile aũt unicuiq; qd̃ dicit̃. Quisnã hoĩum ipm qd̃ nõ est opinet̃? siue de aliquo coꝝ q̃ sunt: siue ipm secũdũ seipm? Ad hęc utiq; rñdebim⁹: qñ. s. qs uera nõ putat/existimãs. An q̃uo aliter. THE. sic certe. SO. Num & alibi tale qd accidit? THE. qd istuc. SO. utrũ aliqs uidet qdẽ aliqd uidet autẽ nihil? THE. fieri nullo mõ põt. SO. at uero si unũ qddã uidet/extitiũ quiddã uidet. an ipse putas unũ in his q̃ nõ sunt/eẽ. THE. minĩe. SO. quĩ ergo unũ aliqd uidet/existẽs aliqd uidet. THE. appet. SO. & qui aliquid audit/unũ aliqd audit. & existẽs audit. THE. pfecto. SO. itẽ qui aliquid tãgit/unũ aliquid tãgit: & existẽs insup siquidẽ unũ. THE. & istud. SO. qui aũt opinat̃/nõne unũ aliquid opinat̃. THE. necessariũ ẽ. SO. & qui unũ aliquid/nõne existẽs aliquid? THE. assentior. SO. qui ergo nõ existens opinat̃/nihil opinat̃. THE. nõ uidet̃. SO. at qui nihil opinat̃ nec oĩo opinat̃. THE. cõstat. SO. Impossibile igit̃ ẽ/qd̃ nõ ẽ/opinari/siue de aliquo coꝝ q̃ sunt: siue ipm secundũ seipm. THE. ĩpossibile uidet̃. SO. aliud itaq; ẽ opinari falsa q̃ ea q̃ nõ sunt/opinari. THE. aliud appet. SO. neq; igitur sic: neq; ut pauloante cõsiderauim⁹/opĩo falsa nobis inest. THE. nõ certe. SO. at in hũc modũ hoc forsitan appellam⁹. THE. queadmodũ. SO. alienã opinionẽ quãdã/falsam opinionẽ uocamus: qñ qs aliquid coꝝ q̃ sunt/aliud quoddã coꝝ q̃ ẽt sunt pmutãte cogitatõe eẽ dicit: sic. n. existẽs aliqd semp sed pro alio opinabit̃: cũq; ab eo qd̃ cogitauit aberret/iure falsa opiari dicet̃. THE. recte nimirum mõ dixisse uideris. nã quotiẽs aliqs pro pulchro turpe: uel cõtra p turpi pulchrũ opinat̃: totiẽs falsa reuera opinat̃. SO. Contẽnis me o Thęętete neq; uereris. THE. Q uorsum hęc. SO. Haud tibi utputo/uideor/qd̃ reuera falsum ẽ exposuisse ĩterrogat⁹/utrũ possit uelox tardi aut leue grauis uel aliud quidã cõtrariũ nõ ẽm naturã ppriã/uerũ secundũ naturã cõtrarii sibiipsi contrariũ fieri. Ne igit̃ id frustra aut temere audeas/dimitto placetq; tibi ut ais/ falsa opinari esse idẽ: qd̃ & aliena opinari. THE. mihi quidẽ. SO. est ergo ut ipse putas/alterũ quoddã ut alterũ: & nõ ut illud cogitatõe ponere. THE. Est utiq;. SO. qñ id efficit cogitatio: an nõ necesse est ipsam aut utraq;: aut alterũ cogitare? THE. necesse oĩo. SO. Aut simul: aut alterne? THE. Et istud. SO. Ipsum aũt cogitare/ num idẽ qd̃ & ipse uocas? THE. qd tu uocas? SO. Sermonẽ quẽ ipsa anima ĩ seipsa uolutat circa illa quæ considerat: ut minime noscẽs ipse tibi declaro. Hoc enim mihi uidet̃: cogitationẽ scilicet animã nihil aliud agere/q̃ secũ ipsam disserere: interrogãdo respõdendo: affirmando: atq; negando: postq̃ uero definit. Idẽq; siue tardius: seu uelocius aĩaduertens asserit: neq; uagatur: hanc ipsam opinionem ponimus. Q uaobrem opinari loqui appello: opinionẽq; sermonẽ / non ad alium: neq; uoce: sed silentio & ad seipsum. Tu uero quid sentis? THE. Idem. SO. qñ igit̃ aliquis alterum opinat̃ alterum: tunc ut uidetur ad seipsum dicit: alterũ esse alterum. THE. Q uid ni? SO. Recordare obsecro/si quãdo tecum ipse dixeris/pulchrum oĩno turpe: uel iniustũ esse iustũ: ĩmo summã omniũ ita cõsidera/nũqd psuadere tibi quãdoq; tentaueris ꝙ maxime oĩum alterũ sit alterũ: an contra nec in somniis unq̃ ausus fueris tecum dicere/ꝙ paria prorsus imparia sint: uel aliud quiddã huiusmodi.

THE.

Pręstat parũ bene q̃ multũ nõ sufficiẽter determinare.

Nosse & ignorare circa oĩa & singula.

Secundus modus putãdi.

An quisq̃ opinetur qd̃ non est.

Q ui nihil opinatur is nõ opinatur.

Tertius modus.

Q uid cogitare.

Q uid opĩari.

THE. nunq̃ certe. SO. Nũquid alium quẽpiam/siue prudentẽ/ siue insanũ/ausurũ existimas secum loquẽdo ex industria sibi persuadere bouem necessario, equũ/uel duo unũ esse? THE. Minime per Iouem. SO. Si secum loqui opinari est/nemo dum utraq; dicit/opinat/attingitq; animo/ proferret unq̃ opinareturq; alterũ esse alterũ. Mittamus si placet uerbũ hoc alterũ: hoc aũt est quod uolo/neminem opinari turpe esse pulchrum: aut aliud quicq̃ eiusdem generis. THE. Mitto equidem o Socrates: mihiq; quod ais admodum placet. SO. Quare fieri nequit ut qui opinatur ambo, alterum esse alterum opinetur. THE. patet. SO. at neq; is qui alterũ opinatur quidem alterũ minime/ unq̃ aletrum eẽ alterum opinabitur. THE. Vera narras: nam cogeretur etiam quod non opinat attingere. SO. neq; igitur qui ambo: neq; qui alterũ opinat: aliena opinari põt. Quapp qui falsam opinionem aliena opinari definit: nihil efficit. Vnde neq; hoc modo/neq; secundũ superiora opinionẽ falsam nobis inesse cõstat. THE. non ut uidetur. So. Verũtamẽ o Theętete: si hoc nõ esse apparuerit: multa & absurda cõfiteri cogemur. THE. quę nam? SO. Non prius tibi dicã/q̃ oĩno cõsiderare cõtendero: erubescerẽ nãq; nostri gratia/ in iis quę dubitamus cũ confiteri quę dico cogeremur: sed si his inuentis liberi euaserimus/tũm demũ de aliis loquemur talia patientibus/ utpote ipsi ab huiusmodi errore penitus alieni: sinaũt oĩno deficiemus/humiles facti/ueluti fluctuantes & nauseã patientes/rationi utiq; pmittemus uel calcare uel agere qua uelit. itaq; siqd lucror inuestigãdo/iam audi. THE. Dic mõ. SO. Haud fatebor rectę nos cõsensisse: qñ cõcessimus quę quis nouit/opinari nõ posse ea esse quę nõ nouit: atq; mentiri: Immo fieri quodãmodo põt. THE. Nunquid ais quod & ego tunc suspicatus sum qñ id tale esse diximus: q; nõnunq̃ ego Socratẽ noscẽs / eminusq; alium ignotũ mihi pspiciens/Socratẽ mihi notũ esse putarim? contingit enĩ in hoc quod dicis. SO. nõne ab eo iam depulsi sumus/quod efficiebat ut quę nescimus cognoscẽtes minime noscerem? THE. prorsus. SO. ne igit sic amplius: sed isto mõ ponamus. ac forte quispiã nobis assentiet: forte ẽt aduersabit. uerũ ad id attendamus in quo necessariũ est sermonẽ illum oĩa cõuertentẽ exãiare. Vide itaq; an aliquid dicã. põt ne qui ante aliqd ignorauit/postea discere? THE. Potest certe. SO. nõne aliud deinceps atq; aliud? THE. quid obstat? SO. pone exempli cã cęream unam in animis nostris effigiem: in hoc maiorẽ: minorẽ in illo: in hoc purioris cęre: sordidioris durioris ue in alio qbusdã mollioris: in nõnullis etiã temperate. THE. pono. SO. Donum hoc eẽ dicamus musatum matris memorię: & in hoc quicquid meminisse cupimus ex iis quæ uidemus/aut audimus / aut ipsi excogitamus insinuantes ipsum sensibus intelligẽtiisq; exprimere ueluti anulorum figuras imprimẽtes. Quodue signatũ fuerit meminisse nos & scire quo ad figura pmaneat. At cũ abolet uel inscribi nequit obliuisci atq; nescire. THE. sic esto. SO. Qui ergo scit quidem illa: considerat autẽ quicq̃ eorum quę uidet uel audit: uide utrũ hoc modo falsa opinet. THE. quonã? SO. Quę nouit eẽ putãs alias q̃ nouit/alias quę non nouit. Hęc utiq; supra non recte confessi sumus impossibilia cõfitentes. THE.

Mater musaꝝ memoria.

IN NOTITIA SINE SENSV

Nosse: quod nouit
Nosse: quod non nouit
Non nosse: quod non nouit
Non nosse: quod nouit.

IN SENSV SOLO

Sentire: quod sentit
Sentire: quod non sentit
Non sentire: quod non sentit
Non sentire quod sentit.

IN VTRISQVE IVNCTIS

Nosse sentireq;: quod nouit & sentit
Nosse a sentire: quod nouit & non sentit
Nosse a sentire: quod sentit & non nouit
Non nosse & non sentire: quod non nouit & non sentit
Non nosse & non sentire: quod non nouit & sentit
Non nosse & non sentire: quod non sentit & nouit.

Sunt & alię cõiugationes: quę ex his facile fieri possunt: relictę sunt.

Nunc aũt qũo dicis? SO. in hunc modũ de illis a principio distinguẽdo dicendũ: quod quisq; nouit: eiusq; in animo monumentũ seruat nec sentit/tñ existimare neqt aliud quiddã eẽ/ eo℞ quæ etiã nouit seruatq; imaginẽ/neq; sentit. Quodue nouit rursus putare eẽ qđ nõ nouit: cuiusue nullã seruat imaginẽ/& qđ nõ nouit id ĩsup qđ nõ nouit: & qđ nõ nouit: id qđ nouit: aut quod sentit / aliqd aliud eo℞ quæ sentit: siue quod sentit/aliqd qđ minime sentit: aut quod nõ sentit/ eo℞ aliquid quæ nõ sentit. Siue qđ nõ sentit quicq̃ ex his q̃ sentit. Multoq; minus putare põt qđ nouit: sentitq; seruat illius imaginẽ ₰m sensum/eẽ aliud quiddã: quod ẽt nouit & sentit & seruat eodẽ mõ: Aut quod nouit & sentit & retinet: recte qđ nouit/putare: Siue quod nouit & sentit & similiter retinet id esse qđ sentit: Seu qđ neq; nouit neq; sentit: id eẽ qđ nec nouit ẽt neq; sentit. Quodue neq; nouit neq; sentit/id qđ minĩe nouit: Quodue neq; nouit neq; sentit/id qđ minĩe sentit. Hæc oĩa talia sunt: ut nemo in eis falsa ulla rõe opiari ualeat. Restat ergo ut ĩ qbusdã hmõi si mõ alicubi tale quid accidat. THE. In quibusnam? Videam? obsecro an magis ex ipsis intelligã. Nã in pñtia haud assequor ut in quibus nouit aliquis: ea puret eẽ alia q̃dã quæ & nouit & sentit: uel quæ nõ nouit/ sentit tñ: uel quæ nouit sentitq;/ea q̃ & nouit & sentit. Quare nũc longe magis q̃ supra deficio. SO. Age sic ite℞ audi. Equidẽ agnoscẽs Theodo℞ eiusq; simulachrũ memoria tenẽs Theætetũq; similiter: interdũ quidẽ ipsos uideo: interdũ nõ uideo: & tãgo qñq;: alias minime: eodẽq; pacto & audio & aliis sensibus apprehẽdo: sæpe ẽt sensu uos nullo pcipio: sed intra me scio nihilominus atq; memini. THE. prsus. SO. Hoc itaq; primũ ex his q̃ expositur? sum/aĩaduerte q; põt quidẽ q̃ nouit nõ sentire: põt ẽt sentire. THE. sic ẽ. SO. Nõne & q̃ nõ nouit: sæpe ẽt neq; sentit: & sæpe solũmõ sentit. THE. Esto SO. uide an magis in pñtia quid assequaris: Socrates dũ Theodo℞ Theætetũq; agnoscit, sed neutrũ uidet: neq; alio sensu illos pcipit nũq̃ secũ ipse Theætetũ esse Theodo℞ opinat: Quid ad hæc? THE. uera sunt. SO. Hoc sane primũ erat ex his q̃ dicebã. THE. erat. SO. Alterũ erat hoc: q; dũ unũ e uobis agnosco, ignoro alterũ: & sentio neutrũ: nũq̃ eũ quẽ cognosco/illũ eẽ quẽ ignoro/existimo. THE. pbe. SO. Tertiũ uero istud: dũ neutrũ cognosco/neutrũq; sentio/nũq̃ eũ quẽ ignoro aliũ quẽdã quẽ rursus iguoro/eẽ arbitror: atq; ita deinceps oĩa supradicta repetita similiter puta in quib? ego nũq̃ de te ac Theodoro falsa opinabor: neq; cognoscẽs neq; ignorans utrosq;: neq; unũ quidẽ noscẽs ignorãs alte℞, eadẽq; de sensib? rõ si mõ pcipis. THE. pcipio equidẽ. SO. restat itaq; falsa in hoc opinari: qñ te Theodorũq; cognoscẽs/seruãsq; in cærea illa effigie utriusq; figuras longo ex tpe: tanq̃ anulo℞ uestro℞ signacula: neq; acute cernẽs utrosq;/tento ꝓpriũ utriusq; signũ ꝓpriẽ uisioni attribuẽdo: eius accõmodare uestigio ut agnitio fiat: sed aberro & instar eo℞ qui cõmutatis calceis errãt: cõmuto: & utriusq; uisionẽ ad alienũ simulachrũ trãsfero: & similia q̃dam patior iis quæ in speculis trãsuerso resultant: cũ aspectus dextera in sinistra cõmutat. Atq; ita decipior: nascitur q; aliena opinio: & id qđ falsa opinari uocaẽ. THE. Oĩno o Socrates opĩonis passio talis est/ qualẽ mirifice figurasti. SO. Præterea cũ utrosq; cognoscẽs: unũ insup sentio/alterũ minĩe cognitionẽ uero alteri? nõ secũdũ sensum habeo: qđ supra ita dixi: nec tu me intellexisti. THE. Nõ certe. SO. Hoc tamẽ dicebã: q; qui agnoscit alterũ atq; sentit: & cognitionẽ ₰m sensum ipsi? hẽt/nunq̃ putabit ipm eẽ aliũ quẽdã: quẽ agnoscit quoq; & sentit/cuiusue cognitionẽ ₰m sensum hẽt. Erat ne hoc. THE. Immo. SO. Prętermissum quodãmodo fuit: quod modo dicit/cũ in supioribus asseremus falsam opinionẽ cõtingere/quotiẽs quispiã utraq; noscẽs & uidens/aut alio quodã sensu pcipiens & utrorũq; signacula tenẽs nõ secũdum ipsius ꝓpriũ sensum utrũq; hẽt. Verũ instar imperiti sagittarii a signo procul aberrat: quod quidẽ mendaciũ nuncupatũ est. THE. Nec iniuria. SO. & quãdo uni quidem signaculo℞ adest sensus: alteri minime/quod uero absentis sensus est/ præsenti adscribit: oĩno hæc cogitatio fallit: & ut summatim dicã circa illã q̃ qs nunq̃ aut nouit aut sensit/ falli mẽtiriue: & falsam opinionẽ hẽre nõ põt/siquid ueri nos nũc loquimur. Cæterũ in quibus noscimus & sentimus, in iis ipsis opinio uera uel falsa uersaẽ: q̃ cũ e cõspectu directoq; nixu ꝓpria simulachra cõducit: figuratq;/uera ẽ. Cũ uero trãsuerso atq; obliquo falsa. THE. nõne pclare hæc o Socrates dicta sunt. So. Cũ hæc audieris idẽ uehemẽtius asseres. Vera porro opinari pulchrũ est/ mentiri turpe. THE. Quid ni? SO. Hæc utiq; hinc maxĩe fieri tradũt. Cũ alicuius in aĩo cærea effigies illa ꝓfunda & multa/lenisq; & moderatę fabricata est/quæ per sensus influũt in hoc insculpta: quod Homerus animę cor uocauit cæræ hanc similitudinẽ subintelligens: utpote pura signacula & funditus insidentia diuturna fiunt: Ac primo quidẽ hoĩes sic instituti/dociles sunt & acuti: deinde etiã memores, postremo sensuũ simulachra non cõmutant. Vnde uera nimirũ opinantur, cum enim perlucida & ampla in regione sint/uelociter distribuũt diuiduntq; in ꝓpriã effigiem singula quæ quidem existentia ueraq; uocantur: uiriq; tales sapiẽtes esse dicũtur. an nõ idem tibi uidetur? THE. Mirũ ĩmodum. SO. Quãdo igiẽ densum alicuius est cor/ quod sapiẽtissimus poeta laudauit uel cum lutulentũ nec ex defecata cæra: uel molle nimis: uel durum nõ recte oĩo se habet. Nam mollis nimiũ cæra celeres quidem ad pcipiendum efficit: sed eosdem obliuiosos. Dura uero contra: diu memores: sed ineptos tardosq; ad percipiẽdum; & qui densam & asperam lapideamq; uel terream

Quibus nõ est opinio falsa: & in qbus esse uidetur.

Quid Homerus animę cor uocauit.

Qui memores & acuti.

Qui ĩmemores.

Qui ueloces & qui tardi ad pcipiendum.

terreā uel feculentā habent/obscura simulachra cōtinent. obscura quoq; qui durā: profunditas q̄ppe nō adest. Obscura præterea qui molliorē: nam ex cōfusione facile euanescunt. q; si pter hæc inuicē quoq; cōgesta sint/ob sedis ipsius angustiā/siquidē exigua sit animula/obscuriora quoq; illis simulachra fient. Hoīes ergo huiusmodi oēs/quales descripsim⁹/ad opinionē falsam proni redduntur. Nam cū qd uident aut audiunt: aut cogitant: qa singula singulis mox reddere nequeūt/tardi sunt: præuaricanturq;. nam puerse uidēt plurima audiūtq;: & aliud sæpe pro alio cogitādo decepti cōcipiunt: atq; hi decepti/mentiētes/ignari uocant. THE. Rectissime oīum o Socrates loqueris. SO. fatēdū igit falsas hoībus opiniones inesse. THE. Valde. SO. Et ueras insup. THE. & ueras. SO. iam utiq; satis constare putandū duas opiniones esse. THE. Magnope. SO. Importunus reuera molestusq; admodū o Theætete uir garrulus esse uidet. THE. quorsum hæc. SO. quia ruditatē meā moleste fero/quasi garrulitatē quādam: nam qd aliud quisq; nomē īponat/qn aliqs ob ingenii tarditatē sermones rursum deorsumue inuertit/cū psuaderi nequeat: & tanq̄ hebes expedire disputationē oīo nullam ualeat: & dubitatiōes euadere? THE. tu uero qd moleste fers. SO. nō tantū ægre patior: uero & dubitaui qdnā responderē siqs ita quæsierit: o Socrates reperisti iam opinionē falsam nō in sensibus inuicē nō in cogitatōibus sed in cōgressu sensus cū cogitatiōe cōsistere. at ego fatebor utputo gloriabūdus/quasi egregiū quiddā inuenerimus. THE. mihi qdē uidet o Socrates/haud quaq̄ turpe eē qd nūc ostēsum est. SO. Ad hæc ille sic infert: nūqd ais q; hoīem quē cogitamus dūtaxat/uidemus uero nequaq̄ nunq̄ equū eē opinemur: quē in pntia nec uidem⁹/nec tāgimus: uerū solūmō cogitamus: nihilq; aliud circa illū sentim⁹: hæc equidē ut arbitror/dicere me fatebor. THE. & merito. SO. Tum ille. Vndecim quæ qs solū cogitat/ fm hāc rationē/nūq̄ putabit eē duodecim: quæ etiā solūmodo cogitat. Quid ad hæc? THE. Respōdebo q; uidens aliqs aut tangēs forsitan undecim. duodecim eē putaret: quæ tñ in cogitatiōe habet/nunq̄ similiter iudicaret. SO. Quid porro? censes aliquē secū ipso cōsiderare qnq; & septē/nō hoīes inq̄ qnq; & septē: nec aliud quicq̄ eiusmodi/sed ipsa qnq; & septē quæ diximus ibi in effigie monumēta esse. & falsa in illis opinari posse nemi nem? THE. censeo. SO. Hæc inq̄ siqui ita cōsiderēt secū ipsi pquirētes quot sunt/ nōne illorū aliqui undecim/aliqui duodecim iudicabūt? Num oēs duodecim eē illa dicent? atq; putabūt? THE. Nō per Iouē: uerū plæriq; undecim: & siquis maiori de numero quærat / magis fallit. Arbitror enī te magis de omoi numero dicere. SO. recte sentis. Animaduerte igit/num & hoc accidat: hoc est ut ipsa duodecim quæ in effigie sunt: undecim eē quis putet? THE. uidet. SO. Nōne hoc ad supiora reuoluit? qui. n. id patit/qd nouit: aliud quiddā qd similiter nouit/eē censet: qd tanq̄ īpossibile supra respuimus. Et ex hoc ipso cōfiteri quēlibet cogimus falsam opinionē nō esse/ne unus atq; idem eadē scire simul atq; nescire cogat. THE. Vera loqueris. SO. Ex his iam cōstat/opinionē falsam aliter eē diffiniēdam/q̄ cogitatōis ad sensum pmutationē: nam si ita esset: nunq̄ in ipsis cogitationib⁹ falleremur. Nunc autē uel nulla est opinio falsa: uel siqua est / quæ quis nouit: ut ignoret simul fieri pōt. Vtrū potius eligis. THE. Ambiguā o Socrates electionē pposuisti. SO. ambo quidē admittere/ratio uetare uidet. Verūtamē audendū oīa: Quid si pudorē deponere audeamus. THE. quo pacto. SO. Si uelimus quid ipm scire est/explicare. THE. Cur hoc impudēs. SO. Haud satis aduertisse uideris/q; oīs nobis a principio sermo/inuestigatio sciētiæ fuit / tanq̄ quid ipsa sit ignorarem⁹. THE. teneo. SO. Nōne impudētis animi est ut scientiā ignorātes: quid scire sit ostēdant: Verum o Theætete iampridem a puritate disputādi longe uagamur. milies. n. diximus hæc. Cognoscimus: nō cognoscimus/scimus atq; nescimus: quasi aliquid inuicē intelligeremus: sed interim scientiam ignorabamus. Ergo & nūc quoq; si placet/uocabulis istis utamur: ignorare scilicet & ītelligere ut illis uti cōuenis/siquidē sciētiæ exptes simus. THE. At quo pacto his sublatis o Socrates disputare ualeres. SO. Nullo: dum qualis sum/maneo: possem tñ quoquo modo/si cōtentiosus essem: Et nūc siqs talis adesset/ abstinere ab his uocabulis pciperet: & nos ab his quæ ipse narro/uehemēter deterreret. Postq̄ uero simplices & ignaui sum⁹/uis ne pferre audeā/scire ipm quale sit: Mihi enim operepretiū eē uidet. THE. aude p Iouē. Nā his tibi utēti ueniā dabimus. SO. Audistin/ quid nunc scire dicāt eē. THE. forte/nō tñ in pntia memini. SO. sciam hēre: idest uti uocāt. THE. sic est. SO. Nos aūt paulū pmutātes/sciam possidere dicam⁹. Quæ res forte/quonā hoc ab illo differat: nihilo forsitā: qd aūt uidet mihi/id postq̄ audiueris mecū examiato. THE. mō possim. SO. Haud sane possidere: idē qd hēre uidet: ceu siqs empta ueste: illā seruās: & uti arbitratu suo potēs/nō ferat hēre illā minime possidere certe cōfiteremur. THE. & recte quidē. SO. Vide pterea utrū fieri possit: ut q̄ sciam sitr possideat nō hēat: pinde ac siquis siluestres aues siue colūbas: siue quasuis alias aucupat⁹ auiario domi cōstructo nutriat: quodāmō habere semp illas dicet: quia possidet: quodāmodo nō hēre: sed dominari quidē illis: cūq; in domestico ambitu illas incluserit/posse quotiēs uelit capere: & hēre quālibet ad uotū atq; dimittere. THE. ita ē. SO. rursus quēadmodū supra in aīs nescio qd figmentū cæreum machinati sumus. Ita & nūc in qualibet aīa auiarium quoddam omnis generis auiū fabricemus. Quasdā uero ex his seorsum ab aliis discretis gregibus peruagari. alias simul ad

Qui proni ad opinionē falsam.

Qui ignari.

Aliud ē sciam hēre: aliud uti & possidere.

demus? Sed hoc prius mihi rñde. Aliam & aliam artem esse asseris? IO. assero. SO. nũquid eadem tu qua ego coniectura artes discernis? Nam ipse quidem cum hæc aliarum/illa aliarum rerum scia est/hanc aliam/illam aliam artem uoco. Tu uero. IO. Et ego. SO. si enim eisdem de rebus scientia esset: cur hanc aliam: & illam aliam uocaremus? qñquidem eadem ab utrisq; cognoscerent? Quẽadmodum a me percipitur quinq; esse hos digitos: & tu sicuti ego hoc idem animaduertis. Vnde si te rogarem utrum eadem arte arithmetica an alia hæc eadem cognoscamus? responderes utiq; ꝙ eadem. IO. certe. So. Dic quod pauloante interrogaturus fueram: utrum secundũ omnes artes uideatur tibi dicendum/ꝙ eadem arte/eadem cognosci necessarium sit: alia uero arte non eadem: sed alia quędam quandoquidem ars alia ipsa est. IO. ita mihi uidetur o Socrates. SO. Siquis artem aliquã assecutus non fuerit dicta uel facta huius artis bene discernere nequaq̃ poterit. IO. uera narras. SO. Ea carmina quæ tu rettulisti/siue bene siue male ab Homero canant: utrum tu melius/an auriga pciperet? IO. auriga. SO. recitator. n. es nõ auriga. IO. nẽpe. SO. recitatoria uero facultas ab aurigaria alia est. IO. uidelicet. SO. ꝙ si alia ars est aliaꝝ quoq; reꝝ scia est. IO. aliaꝝ pfecto. SO. Quid uero cũ Homerus illud affert: ꝙ Echamede Nestoris pellex saucio Machaoni medelæ potionem porrigit: cui uinũ pramnium infundit. Insuper atterit caseum caprinũ æneo quodã instrõ/farinam quoq; caseo miscet. Et ad hæc cepe obsonii loco apponit. Recte ne an cõtra hæc ab Homero dicant. Vtrum medicinæ artis an recitatorię iudiciũ est? IO. medicinæ. SO. Quid cũ Homerus dicit. In mare se mersit retis thamantias instar. Quod trahit ad fundũ plumbi subtexta grauedo. Muniti cornu sortem dans piscibus atram. Hæc quid sibi uelint: & utrum recte an cõtra dicantur/nonne ars piscatoꝝ melius q̃ recitatoꝝ animaduertet? IO. cõstat ꝙ ars piscatoꝝ id iudicat. SO. Si præterea me ita rogares: postq̃ o Socrates in Homeri carminibus inuenisti quæ cuiq; istarum quę dictæ sunt artium iudicãda sunt. Age iam mihi reperias/quæ nam a uate uaticinioq; iudicari cõueniat/recte ne an contra ab Homero sint dicta? Aduerte q̃ facile ac uere tibi respondeam. Sæpenumero in Odyssea scribit præsertim ea quæ Melampodorum uates deos Theoclymenus aduersus procos fatur. O miseri qd nunc heu uobis ĩminet atri. Dum mollẽ noctu capitis per membra sopo rẽ. Cuncta fremunt luctu/resonat plangoribus aer. Scissaq; triste madent lachrimis manantibus ora. Vestibulum plenum est simulachris oĩs/& aula. Sub tenebris herebus riget/extinctoq; per orbem: Lumine uelatur tristi caligine cælum. Sæpenumero ẽt in iliade. ut in muroꝝ expugnatione/q̃ ad uatem pertinent tangit. Ibi enim sic inquit. Certabant danai troiæ perrumpere muros. Altiuo lansq; Iouis pendebat desuper ales. Vnguibus incuruis rubrum complexa draconem. Pellebatq; acies in leuam tum ferus ille. Respirans: & adhuc transfixo pectore luctãs. Ore petens aquilam per strinxit uulnere guttur. Illa dolens anguẽ dimisit ĩ agmina lapsum. Sauciaq; in uentos pennis subla ta refugit. Hæc equidẽ dicã/& alia hmõi a uate cõsideranda iudicãdaq; esse. IO. Et uera quidẽ o Socrates. SO. & tu o io. uera narras. Age queadmodũ ego tibi ex Odyssea/& illa de excerpsi quę ad uatem/quę ad medicũ/q̃ ad piscatorẽ ptinere uident: sic & tu qui maiorẽ in Homeri scriptis peritiã habes eligas/& adducas in remediũ/quę sunt recitatoris ppria: quæ præter alios hoĩes ipsi cõsiderare iudicareq; cõuenit. IO. oĩa o Socrates assero. SO. Nõ oĩa tu supra dicebas o Io. Num ita obliuiosus es? At q non decet recitatorẽ hoĩem obliuiosum eẽ. IO. Quid nã obliuiscor. SO. nõ memoria artẽ recitãdi aliã ab aurigaria te dixisse? IO. teneo. SO. nõne cũ alia sit/alia cogniturã es cõfessus? IO. pfecto. SO. Non igit oĩa pcipiet ẽm sermonẽ tuum ars recitãdi neq; ipse ẽt recitator. IO. imo oĩa præter talia quædã. SO. Cum præter talia q̃dam dicis/præter ea quæ aliaꝝ artiũ sunt ferme significas. sed quænã cognoscet/postq̃ nõ oĩa noscit? IO. quæ decẽs est/ut uir loquat: quę mulier: seruus: liber: subiectus: princeps hæc oĩa noscet. SO. quod decẽs est/ut princeps in mari/nauicula tẽpestate oppressa afferat: recitatoria ne magisq̃ gubernator/cognoscet. IO. nõ: sed gubernator melius hoc pcipiet. SO. sed ea q̃ decens ẽ/ut princeps ĩ morbo loquat/recitator melius q̃ medicus ĩtelliget? IO. neq; hæc. SO. sed ea q̃ seruo cõueniũt/dicis. IO. certe. SO. s. quæ decẽs ẽ/ut dicat: seruus bubulcus/dũ de furentibus/& efferatis bobus cõfabulat/recitator ipse/nõ bubulcus agnoscet. IO. nequaq̃. SO. Nũqd ea q̃ decẽs est/ut mulier de lanificio textori referat. IO. nõ. SO. ea q̃ decẽs ẽ/ut uir dux exercitus dicat dũ milites hortat/cognoscet? IO. talia pfecto sunt/q̃ recitator agnoscit. SO. Nũqd ars recitatoria eadẽ est quæ & ĩperatoris exercitus? IO. Intelligerẽ eqdẽ si opus eẽt/quæ ĩperatorem loqui decet. SO. Forte & imperatorie facultatis peritus es. IO. Nam si equestri/& citherredica simul disciplina polleres/illos qui bñ/& qui male equitant/cognosceres: & si te interrogarem o io. Vtrũ arte equestri: an arte cithatedi illos qui bene equitant/cognoscis? quid mihi responderes. IO. Arte equestri. SO. ꝙ si eos qui bene pulsant citharã cognosceres cõfitereris illos nõ equestri sed citheredica disciplina cognoscere. IO. pculdubio. SO. cum uero quæ ad ĩperatorẽ spectãt ĩtelligas/utrũ impatoria: an recitatoria ista calles? IO. nihil mihi referre uidet. SO. quomodo nihil differre dicis? imperatoriam/& recitatoriam artem unã ne an duas ponis? IO. una mihi uidet.

SO. quicunq; igitur bonus est recitator et bonus imperator erit. IO. & maxime quidem o Socrates. SO. num/& qui exercitus imperator est optimus: idē recitator est bonus. IO. nequaq̄. SO. illud tm̄ admittis ꝙ quisquis recitator bonus est/bonus est īperator. IO. ualde. SO. Nonne græcorum optimus es recitator? IO. plane o Socrates. SO. Nūquid græcorꝫ optimus es imperator. IO. certe o Socrates. hæc enim in Homeri scripis didici. SO. cur igitur per deos cū sis optimus græcorum oīum dux exercitus/optimusq; recitator/passim carmina modularis/militaris aūt nusq̄? nūquid tibi uidetur recitator aurea corona decoratus plurimū usui esse grecis: īperator aūt nullo pacto? IO. nostra o Socrates ciuitas uestræ subest/a uobisq; gubernat̄: & iccirco imperatore non indiget. Vestra autē/& Lacedæmoniorꝫ res.p. me nūq̄ in exercitus ducē eligeret. Idoneos enim duces uos esse putatis. SO. o optime. IO. Apollodorū cyzicenum nō cognoscis? Io. Quem Apollodorꝫ? SO. Illum scilicet/quē sæpe Athenienses q̄uis hospes esset imperatorē delegerunt: & Phanosthenē Andrium/& Heraclidem Clacomenium. Quos hæc ciuitas licet pegrinos/quia uiri prestantes habentur/prætura/& aliis magistratibus ornat Ionē uero Ephesiū imperatorē non decernet neq; honore afficiet/si uirtute præstare uisus fuerit. Quid uero. nonne uos Ephesii prisca origine Athenienses estis. Ephesusq; nulla ciuitate est inferior? Sed tu o Io. siquidem uera prædicas/& scientia arteq; potes Homerum laudare iniuria me afficis: quippe qui professus multa: & pulchra Homeri scire/teq; ostensurum mihi pollicitus/me nunc decipis: ac permultum abest/ut ostendas siquidem nec quæ sint ista quorꝫ pitus es. Nec qua sis facultate instructus/aperire uis: me diu iam obsecrāte. Cęterum tāq̄ Protheus uarius resultas/sursum deorsumue cōuersus. adeo ut postremo me subter fugiens imperator euaseris: ne mihi ostendas quo pacto tibi circa Homeri sapiētiam facundia cōpetat. Si enim arte tibi hoc inest: quemadmodū nunc dixi/pollicitusq; exponere/decipis certe. iniustus es. me q; iniuria afficis. Sin autē cares arte: & forte quadā diuina ab Homero raptus/cū nihil intelligas/multa. & pulchra circa poetam hunc dicis. Vt ego de te iudicabā/non facis iniuriā. Elige utrum mauis. iniustus homo. An diuinus potius appellari. IO. Longe differt o Socrates: & multo pulchrius est iudicari diuinum. SO. Hoc itaq; quod pulchrius est/tibi apud nos inest o Io. te scilicet diuinum potiusq̄ artificiosum Homeri laudatorem esse.

FINIS IONIS.

¶PREFATIO IN PLATONIS SOPHISTAM SECVNDVM PROCVLVM A MARSILIO FICINO TRANSLATA.

Proprietates sublunaris opificis.

SOphistam Plato uocat/nō hominem quendā solum: sed ēt amorem. Plutonem Iouem: & artem sophisticam præclarissimā dicit: ex qbus subintelligimus ꝙ nobilius subiectū q̄ appareat hic dialogus respicit. Est enim intentio secundū magnū Iamblicum de sublunari opificce tractare. Nam est idolorum fictor: purificator aīarū a contrariis rōnibus semp separans. transmutator: & iuuenū diuitū mercennarius uenator. Dum aīas suscipit plenas rōnibus a superis uenientes/mercedē ab illis accipit/ipsam aīalium fabricam: quæ fit secundū mortaliū rōnem. Hic ei quod nō est incūbit: quia quæ sunt in materia gignit. Et quod reuera falsum est/diligit/idest materiā. Simul aūt in id quod uerū reuera est respicit. Est & multiceps: qm̄ sibi essentias uitasq; multas uendicauit: p quas uarietatem generatiōis ipse disponit. Idem quoq; magus est generatōe/dū aīas naturalibus rōnibus mulcet/& allicit/adeo ut ægre a generatione amoueant̄. Quinetiam & amor magus/& natura maga a nonnullis dicitur: propter reciprocos actractus atq; illecebras: quæ secundū naturam procedunt. Nūc igit̄ omnifariam sophistā declarare uult. Etenim philosophus sophista est/quippe cū celestem opificem: & generationis opificē imitetur. Et distinctiua facultas/progressum rerum ab uno imitatur/& generationis opifex/cælestem opificem: quare sophista est. Atq & ipse homo sophista: quia magna imitatur sophista dicit̄. Et iccirco sophistam multicipitē appellauit. Eleates hospes repræsentat patrem opificum/supercælestem/& absolutū. Auditores aūt opificis intelligentias. Ille quidē Iouis: hic naturæ angelicæ tanq̄ interpretator ac geometricus. Et quoniam opificium ab imperfecto incipiēs in perfectum desinit. hospes ille primum cum Theodoro. Deinde per cōuersionem cum proprio Socrate uersatur. Hactenus Proculi. Deinceps Marsilii. post Theætetum de scientia/legendus est sophista de ipso ente/quod scientiæ est obiectum. Dum uero hic de ente dissetitur/circa quod uersatur philosophus/ tractatur interim de non ente/ad quod sophista declinat. Apud Pythagoram/& Platonem sophos idest sapiens solus est deus. Philosophus autem uerus imitator dei: Sophista ambitiosus/& fallax philosophi æmulator. Sex Plato sophistæ definitiones adducit. Quoniam uero definitio haberi absq; diuisione non potest/per quā ab ipsa re definienda quę ipsius non sunt

Amor magus & natura maga.

Argumētum marsilii.

Apud pythagorā & Platonū sophos est solus Deus.

Quis philosophus.

sunt separentur/genusq ipsius per differentias diuidat/ex quibus tandē simul/& genere cōponant species atq definiant ideirco Plato sophistam definiturus/exactissimas primū partitiones excogitat:admonens neminē oīno latētem rei cuiusq naturā discernere posse/nisi eam penitus ab aliena qualitate se creuerit. Proinde entis atq non entis descriptiones pro uiribus affert/atq ens:quemadmodum/& in Parmenide subiicit uni. entis quinq numerat genera/essentiā/idē/& alterum/statumq/& motum. docet ueram qdem essentiam rebus incorporeis cōuenire: imaginariā uero corporeis. Eos praeterea qui incorporea negāt admodū detestatur. eos insuper qui uel oīa moueri solum:uel solum manere putant. Item de scīa atq de opinione/& oratione uera uel falsa/de uerbo/& noīe disputat/quatenus attentis ipsius disputationem pertinere uidet. Demum postq̄ de sophista simul ac philosopho disputauit/diuina quadā librum cōcludit snia. Videlicet res naturales/opera esse dei:siquidē oīa naturae opa a diuina quadā sapientia mundo infusa probauerat proficisci. Res aūt umbratiles/& fallaces/ait demonicas esse praestigias. Ibidem/& sophistam nobis occultum esse inquit tanq̄ non entis. i. falsi tenebris inuolutum/& philosophum pariter occultū esse/q̄uis alia ratione:quia uidelicet entis ipsius. i. diuinae ueritatis splendore undiq circunfusus uulgarium intuitum animorum prorsus exsuperet.

Ens sub vno & entis quinq genera.

Res naturales opera dei.

ℭPLATONIS SOPHISTA VEL DE EO QVOD EST VEL ENTE TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

ℭTHEODORVS THEAETETVS SOCRATES HOSPES ELEATES QVI FORTE MELLISSVS EST. THEO.

V Enimus o Socrates oportune queadmodum heri inter nos conuenit:atq hospitē hunc nobiscū ducimus: qui Eleates est ex familiaribus Parmenidis atq Zenonis: & uir apprime sapientiae studiosus. SO. Forte o Theodore dum uirum hospitē te cum ducere credis/deum quendam ducis. Inquit enim Homerus:cum deos alios tū maxime hospitalem deum/inter hoīes qui iusti pudoris participes sunt/uersari: & hoīum contumelias iniuriasq inspicere. Te forsitan/& hic e superis unus huc sequutus est/ut nos quia disputandi rationibus aberramus examinet:atq corripiat. Atq ipse redargutionis est deus. THEO. Haud mos hic o Socrates huius hospitis. Sed modestior est illis qui controuersiis studēt. Mihiq nullus hoīum deus/sed diuinus aliquis esse uidetur. Omnes equidem philosophos/diuinos appello. SO. Et recte qdē amice. Genus aūt philosophorum haud multo facilius ut ita dixerim q̄ deorum discernitur. Omnes enim quicunq non ficte:sed uere philosophantur: pp aliorum inscitiam omniformes apparent:dum ciuitates circuūt: & quasi ab excelsa quadam specula inferiorum uitam prospectant. Atq hi a quibusdam nullius estimantur/a nonnullis summopere honorant. Et interdum quidem/& uiles apparent/alias sophistae nonnūq̄ aliquorum opinione insani prorsus habentur. Quapropter percontari hunc hospitem cupio si modo gratum illi futurum sit/quid de his familiares eius Eleates sentiant/quid esse dicant:& quō nominent. THEO. Quaenā ista? SO. Sophistam inq̄. Ciuilem. philosophum. THEO. Quid potissimū/& quale circa haec in dubitationem uenit:quaerendumue existimas? SO. hoc. Vtrum unum haec omnia/an duo esse uelint. An queadmodum noīa tria/tria quoq gnīa distinguētes/singula noīa/generibus singulis adscripserint. THEO. Nulla inuidia ut arbitror phibebit:quo minus haec uobis exponat. Tu uero quid ais hospes. HO. Quod & tu nulla certe inuidia:neq dictu difficile est/q tria esse putauerint. Singulatim uero distinguere:& quid unum quoq sit definiri/neq paruum opus est/neq facile. THEO. In eandem forte quaestionem o Socrates incidisti in quā/& nos anteq̄ huc accederemus. hic aūt quae tibi nunc:eadē tunc nobis rīdit audisse se quidē/& recordari. SO. in eo igit qd primū rogauimus/gratificari nobis debes o hospes. Verū nobis id in primis declara. Vtrū per teipse ppetua oratione qd inferre uelles/exponere cōsueueris. An potius interrogando queadmodū solebat Parmenides. Quē ego adolescens audiui quondam ita disputantē admodū senem:rōnesq pulcherrimas afferentē. HO. Si facile qs/& apte rīdeat/facilius est cū alio īterrogādo differere:sin contra p seipm quisq facilius disputat. SO. Licet igit quecūq uis ex is eligere. Oēs. n. libentissime obsequent. Ego uero tibi con sulo:ut iuuenē quēpiam eligas/uel hūc Theaetetū:uel aliū quicunq tibi aptior uideat. HO. Pudor quidam o Socrates me/& uerecundia detinet/cum nunc primum uobiscum loquar non uicissim uerbum uerbo reddere/sed prolixum sermonem inceptare:siue solus ipse per me: siue cum alio respondente demonstrationis gratia disputem. Quod enim modo quaesitum est/nemo leuiter explicari posse cōfidat. Longa nāq disputatione īdiget. Contra uero si tibi/& istis praesertim cū tā modeste rogaueris nō obtēperem:agreste quiddā/& ab hospitis mansuetudie alienū mihi fore uidetur:

Occasio dialogi.

Inter homīes pudentes uersari deum:

Parmēides disputabat īterrogando:

Quippe cum disputatiōis comitem Theætetum hunc ex his quæ/& ego dicebam/& tu mō iussisti/ sim habiturus. THEO. ita certe o hospes queadmodū inquit Socrates: cūctis gratificaberis. HO. Nihil aduersus hæc ulterius Theætete dicendū. Tecū deinceps agendū mihi: q̄ si forte sermonis plixitas tibi fastidiosa cōtinget/& labore grauaberis/nō me obsecro/sed hosce tuos familiares/q in cā sunt accusato. THE. Nihil molestū fore arbitror: nā si forte me defatigari cōtigerit/ hūc Socratem adhibebimus/socrati qdē in noīe similē/mihi in exercitatione sociū: & ęqualē: qui mecū laboriosa multa pagere cōsueuit. HO. Probe loqueris: & de his qdē ꝓcedente sermone tecum ipse deliberabis. Cōiter uero mecū tibi nūc cōsiderādū. Incipiendūq; ut mihi uidet ab ipso sophista: & qd est in primis definiendū. In pręsentia porro tu simul ac ego huius cōe solū nomen habemus. Rem uero ipsam/quæ noīe designat/aliter forte uterq; nostrū cogitat. Præstat aūt in singulis rem ipsam cū rōnibus q̄ nomen solū absq; rōne pspicere. Quod ꝑfecto nunc ingrimus sophistæ genus haud facile definiri pōt. Vetus est oīumq; cōis snīa/siquis ea quæ magna sunt/recte transigere uelit/i paruis quibusdā prius illa facilioribusq;/q̄ in maximis cōsiderare debere. Equidē sophistæ genus arbitratus difficile posse cōprehendi/nobis o Theætete cōsulo: ut ante in alio quodā faciliori progressum illius præmeditemur. Nisi tu forte cōmodiorem uiā ostendas. THE. Nullā habeo cōmodiorem. HO. Vis ne exiguū quiddā & uile in mediū adducamus: maioris ipsius exēplū? THE. uolo. HO. An nō ꝓponendū tctū quidā atq; exile: quod nihilominus ad maioꝝ intelligentiam cōferat? qualis hamo piscator est. Leue enim quiddā est/& exile. THE. certe. HO. Viam tñ/& rōnem ad id quo de agimus aptam hře uidet. THE. optime ita se res haberet. HO. Age hinc exordiamur. Dic utrū ipsum tā q̄ artificiosum: an artis expertem: alterius uero potētiæ cuiusdā participē ponere debeamus. THE. Nullo modo artis expertē. HO. Artiū ferme oīum species duæ sunt. THE. Quæ HO. Agricultura: & cuiuslibet mortalis corporis cura: & facultas oīs quæ circa cōpositum quodlibet fictūue uersat/quæ cōiter suplectilia dicunt: & quæ hæc imitat: uniuersa inq̄ facultas hmōi uno quodā cōi noīe nuncupari debet. THE. Quonā pacto? Et quo noīe? HO. Quotiens quod ante nō erat: in esse quis deinde perducit: quod agit facere/quod agit fieri dicimus. THE. recte. HO. cuncta quæ pauloante rettulimus/ad hoc uim hñt. THE. habent certe. HO. Summatim itaq; illa effectricem facultatē denoīemus. THE. esto. HO. disciplinæ uero/& cognitionis spēs uniuersa: & quæstus certaminisq; ac uenādi peritia ars acquirēdi summatim uocanda uidet: quippe cū nihil ex his quicq̄ fabricet: quæ uero sunt/& fuerūt/cōparet: partim sermōibus actionibusq; capiēs: partim capientibus nō cōcedens. THE. decet. HO. Cū quælibet ars/aut in acquirēdo/aut in efficiēdo uersetur quo in gñe peritiā piscādi ponemus? THE. in eo uidelicet qđ acquirit. HO. Nōne eius qđ acqrit duę sunt spēs. Vna inter uolētes cōmutatio/dono: emptiōe: mercede. Altera mācipatio uel ope uel sermone facta. THE. ex his quæ dicta sunt sic eē constat. HO. Mancipatio uero duplex. THE. Qua rōne? HO. Vna quidē patēs quæ certādo capit. Altera latens/quę uenādo. THE. ita est. HO. uenatoriā quoq; bifariā diuidere decet. THE. Quō bifariā? HO. aut enim rē exptem aīa: aut aīatā uenat. THE. quid ni? siquidē ambo hæc sunt. HO. sunt ꝑfecto. Et oportet qđ ad inanimū pertinet ęquiuocū dimittere: præter quasdam natatoriæ potētiæ partes: & alia hmōi exigua prætermittere Animatoꝝ uero capturā/aīalium uenationē uocare. THE. sic esto. HO. uenationis hmōi merito duæ sunt spēs: unā quidē gressibiliū aīalium uenatio: uariis speciebus noībusq; distincta. Altera uero agiliū: quæ fluentiū uenatio noīatur. THE. oīo. SO. Agilium uero quædā pennis per aerē: quędā per aquā uagant. THE. certe. HO. uolantiū uenatio/aucupiū noīat. THE. ꝓculdubio. HO. aq̄tiliū uero/fere sūmatim piscatio. THE. Oīno. HO. Piscationē aūt nōne in duo maxima mēbra diuidimus? THE. Quænā ista? HO. aut enim retinaculis: aut percussiōe piscamur. THE. Quonam pacto utrūq; distinguis? HO. Quicq̄ cohercēdi gra cohibet aliqd cōprehēdēdo retinaculum noīat. THE. ꝓrsus. HO. nassam: retia: laqueos/uerriculū cæteraq; hmōi/nūqd al'r q̄ retinacula uocabis? THE. haud al'r. HO. hic igit/& alius sil'is uenādi modus q cohibendo perficit piscationis spēs q̄dā ē. THE. est. HO. Extat spēs altera q̄ hamis/& fuscinis capta. Hāc percutientē piscationē cōiter appellaŕ decet: nisi tu forte qd pulchrius afferas: & hæc nō ē mihi curę nomē: hoc porro sufficit. HO. alii qdē nocte hoc efficiūt ad ignis lumē: quapp ignifera piscatio nūcupat. THE. ꝓrsus. HO. Alii die in extremo uirge cuiusdā ferētes uncū tridētib⁹ usi: vñ contorta/& unca oīs hæc piscatio noīat. THE. cōstat. HO. Qui piscādo ꝑcutit retorto quodā instrō/& fuscinā a supiori pte ad inferiorē demittit. tridētea/& fuscinali piscatiōe uti dicit. THE. ferūt. HO. Restat spēs altera. THE. qnā. HO. ꝑcussio q̄dā hamo facta cōtra ac supior/neq; in qualibet pisciū pte. sed i capite/& ore dumtaxat: ab inferiori parte ad superiorem uirgis/& calamis retrahēs. huius quid potissimū o Theætete nomē eē dicemus? THE. uidemur qđ supra proposuimus exquirendū/nunc iam pfecisse. HO. Nūc igit piscationis nō modo nomē ego ac tu cōi snīa instituimus uerum ēt rōnem ipsius operis sufficiēter accepimus. Vniuersæ porro artis dimidium in diuisione fuit quę in acqrendo uersatur: huius quę capit/& mācipat/huius uenatoria. Venatoriæ aīalium preda/cuius agilis aīalis captura: agilis uniuersaliter

Prestatꝑnotio an res sit: quā quid nom.

Vetus snīa circa magna cognoscenda.

Translatio facienda ad faciliora ut cognoscatur quod q̄ritur.

Prima translatio d sophista ad piscantē.

Artiū omniū diuisio.

Hic uidere est artē diffiniendi Platonis a diuisione.

uerſaliter piſcatoria: piſcatoriæ ꝑcutiẽs atq; tundens piſcatio percutiẽtis/quæ unco piſcatio fit/hu
ius deniq; ꝑcuſſio quæ ſurſum uerſus ab inferiori parte conficiẽ retrahẽdo/& inde nomẽ ſortita re
trahens/& hamatoria piſcatio diciẽ. THE. abũde hoc oſtenſum eſt. HO. At qui ſecundũ hoc exẽ
plum/qd eſt ſophiſta inuenire ſtatuimus. THE. prorſus. HO. Illudq; in primis quæſitũ eſt: utrum
ipſum q hamo piſcatur rudẽ penitus/an artis alicuius participem ponere debeamus. THE. ita ẽ.
HO. Et nunc qdem ſophiſtã/rudẽ ne/an callidũ appellabimus? THE. nullo modo rudẽ. Intelligo
equidẽ nõ oportere. Illum/q ita uocaẽ/inertem eẽ: ſed arte quadã inſtructũ. HO. Qua igitur arte?
nũquid hactenus cognationẽ iſtoꝝ mutuã ignorabimus? THE. quoꝝ? HO. hamatoris atq; ſophi
ſtæ. THE. quẽadmodũ? HO. uenatores qdã eẽ mihi ambo uidenẽ. THE. Quã predã hic aliter in
ſequitur? de altero nãq; diximus. HO. predã uniuerſam bifariã ꝑtiti ſumus: in natantẽ atq; greſſibi
lem. THE. ꝑfcõ. HO. Et uenationẽ quæ natãtia aq̃tiliaq; pſequiẽ/pſecuti ſumus. eã uero quæ greſ
ſibilia/prætermiſimus/ꝙ ue multiplex eẽt/adiunximus. THE. ꝑculdubio. HO. hactenus hamator
& ſophiſta ab arte uenatoria ęque ꝓficiſcunẽ. THE. uidenẽ ſane. HO. ab aĩalium uenatione/quidã
in mare deſcendit fluminaq;/& lacus: & in his aĩalia ipſa uenaẽ. THE. quid ni? HO. qdã aũt in ter
ras/& fluuios uelut in prata quædã/iuuentute/& diuitiis habũdãtia. in his aĩalia capturus. THE.
quo pacto? HO. uenationis quæ terra fit/duæ maxime ꝑtes ſunt. THE. q̃lis utraq;? HO. una dome
ſticoꝝ/agreſtium altera. THE. An eſt ulla domeſticoꝝ uenatio? HO. Pone quæ dicam ut lubet/aut
enim eſt homo domeſticũ aĩal. aut nullũ aĩal eſt domeſticũ: uel aliud quoddã mãſuetũ/homo autẽ
aĩal ferũ. Siue manſuetus homo qdẽ/ſed hoĩs uenatio nulla. Ex his qđ magis tibi conſonat. in prę
ſentia determina. THE. arbitror eqdẽ hoſpes/& manſuetũ: & uenabile aĩal eẽ hoĩem. HO. Dupli
cem præterea domeſticoꝝ uenationẽ ſtatuimus. THE. Qua rõne? HO. eã quæ demonſtratiõe co
git. & quæ redigit in ſeruitutẽ. Tyrãnidem ſup/& militarẽ captiuitatẽ/cũcta hæc uiolentã cõiter ue
nationẽ aſſerimus. THE. optime. HO. Quæ uero iudicãdo fit uel cõtionãdo/uel conciliãdo ſum
matim pſuaſionis artificium nuncupamus. THE. Recte. HO. Huius duo ſunt genera. THE. quæ
nã? HO. publicũ/& priuatũ. THE. Extat ſpẽs utraq;. HO. priuatæ rurſus pſuaſiõis uenatio/aut mer
cede fit/aut muneribus. THE. haud intelligo. HO. Amatoꝝ uenationẽ nũq̃ conſideraſſe uideris.
THE. qua in re. HO. ꝙ illis quos cœperunt munera inſup exhibent. THE. uera narras. HO. Hæc
itaq; artis amatoriæ ſpẽs eſto. THE. eſto. HO. ſed ea quæ mercede fit/aut uerſaẽ ad gr̃am uolupta
tiſq; illecebras patat/ut inde alimẽta ꝑ mercede dũtaxat accipiat/quã adulationẽ uocamus/artem
uoluptatũ machinatricẽ. THE. Certe. HO. Aut uirtutis oſtendendæ gr̃a conuerſari ſe profiteẽ/&
pro mercede pecunias exigit. Idq; genus alio noĩe nuncupandũ uideẽ. THE. Quid ni? HO. Quo
nã? exprimere tẽta. THE. Cõſtat plane. Sophiſtã nãq; iã repperiſſe uidemur/& hoc nomẽ huic ma Prima diffinitio ſophiſtæ.
xime cõgruere arbitror. HO. Vt ex hac diſputatione colligiẽ/cõſtat o Theætete ſophiſticã faculta
tẽ appellandã eſſe artẽ/quæ in cõciliando cõparãdoq; uerſaẽ: aĩaliũq; greſſibiliũ/& terrenoꝝ dome
ſticorũq; uenatio eſt. hoĩum uidelicet priuata capturæ ob numeroꝝ mercedẽ. Et iuuenum diuitũ
atq; nobiliũ opinione uirtutis diſciplinæq; irretitio. THE. prorſus ita dicendũ. HO. Prętere a hoc
modo cõſideremus. non. n. ſimplicis artis qđ nunc quæriẽ/ſed uarie ꝑticeps. Etenim ex iis quæ ſu
pra diximus ꝑ imaginẽ quandã cõiectare licet/nõ huius generis qđ diximus/ſed alterius eẽ. THE.
cuius igitur? HO. artis profcõ quę in acquirẽdo uerſaẽ/duæ ſpẽs relatę ſunt. Venatio & cõmertiũ.
THE. certe. HO. cõmertii uero duæ ſunt ſpẽs. una in largitione. altera in emptione uenditioneq;
cõſiſtit. THE. Sic eſt ꝑfecto. HO. Eam rurſus quæ ad emendũ uendẽdũq; ꝑtium/bifariam diuidi
mus. THE. quo pacto. HO. Qui opa ſua uenalia facit/ꝓprioꝝ uenditor noĩaẽ/q aliena uẽdit/com
mutator. THE. Oĩno. HO. cõmutatio uero aut inter eiuſdẽ urbis ciues cõficiẽ/quã cauponariam
uocamus/aut ĩter ciues & ꝑegrinos emẽdo & uẽdẽdo res de urbe alia in aliã ꝑmutanẽ/quã merca
turã dicimus. THE. qd ni. HO. Mercatura præterea duplex/altera ad uictũ corpis ſpectat: altera Diſciplinarũ mercaturæ.
ad animi diſciplinã/cõmutatq; nũmis eruditionẽ. THE. Quẽadmodũ dicis? HO. qđ ad aĩum atti
net/forſitan ignoramus. Nã qđ ad corpus/agnoſcimus. THE. Nẽpe. HO. Eũ ꝑfecto q muſicã ali
bi qdẽ diſcẽdo emit/alibi docẽdo uẽdit. litteraturãq; ſilr/& pręſtigia/cęteraſq; animi diſciplinas tã
ſerias q̃ iocoſas/mercatorẽ nihilominus q̃ corpis alimẽta uendentẽ dicimus. THE. Vera narras.
HO. nonne illũ ſilr appellabis: q diſcipliĩas nũmis ẽptur⁹ cõmutaturuſq; urbes uarias circuit. THE.
Silr certe. HO. hmõi mercaturę pars q̃dã demonſtratiua uocaẽ. pars altera ridicula/nihilominus
cũ ſit diſciplinaꝝ uẽditio/cõſimili quodã uenditõis cognomẽto uocãda. THE. ꝑrſus. HO. alio ue
ro noĩe nũcupãdus q facultates alſ uendit: alio q præcepta uirtutũ. THE. nihil ꝓhibet. HO. Eum
ſane qui alias facultates uenũdat/artium uenditorẽ nomĩare decet: ſed eum hominem/qui mores
mercede tradit/quo noĩe nũcupabis? Nunquid aliter qui recte cognominare hũc ꝑt q̃ qđ nũc quę
rimus/ſophiſtã? THE. haud alr ꝑfecto. HO. iã igiẽ cõcludamus hũc in modũ colligẽtes/ꝙ ſ̃a inq̃ſi Secũda diffinitio ſophiſtæ.
tione ſophiſta nobis apparuit/acquiſitor eiuſmodi. ſ. cõmutator/emptor/& uenditor: mercator ui
delicet qui animi diſciplinas uenundat/ad ſermones inſtitutaq; uirtutum præcipue pertinentes.

Tertia diffinitio sophistæ.

THE. Valde. HO. tertio rursus te similiter sophistam uocaturū hunc arbitror: qui eadē in urbe p manens prim emit: ptim ipse excogitat disciplinas/cōparandi uictus gratia uenditurus. THE. nihil obstat. HO. sophistam igit appellabis/eum q in acquirendo uersat cōmutat. s. & emit: uenditq; cauponando/siue sua inuenta/siue aliena circa uirtutis studia uendat. THE. Necesse est: rōni siqdē assentiri decet. HO. Videamus iterum/utrum quod in præsentia querimus genus/cuiusdā talis simile sit. THE. cuius nā? HO. eius artis quæ ad acquirēdū ptinet pars quædā certādi facultas erat. THE. erat certe. HO. haud igit abre erit bifariā illā diuidere. THE. qs in ptes diuides? HO. Vna qdē pugnat: repugnat altera. THE. uerū. HO. Pugna utiq; corporis ad corpus/uiolentia cōgrue nuncupat. THE. congrue. HO. Quæ aūt uerbis aduersus uerba cōmittit/ambiguitas. THE. certe. HO. ambiguitas duæ sunt spēs. THE. quę? HO. qñ oratione ppetua publice de iustis iniustisue certat/iudicialis cōtrouersia noiat. THE. ita est. HO. cū uero priuatim minutis qbusdā argumentatiunculis interrogādo rñdendoq; contendit: cōtradictionē appellare solemus. THE. Sic utiq;. HO. Contradictio porro quæ in cōmertiis utcūq; cōtingit absq; arte fit/ut species quædā seorsum ponenda est: sic enim rō ab aliis illā discernit. pprium uero cognomentū/nec ab antiquis accepit neq; nunc a nobis accipiet: neq; enim decet. THE. pculdubio. HO. in uaria nāq;/& minima scindit: quæ aūt arte pcedit/& de iustis iniustisue/& ne aliis generatim ambigit litigiū appellari solet. THE. plane. HO. litigiū duplex: alterū patrimoniū dissipat: alterū pecunias cumulat. THE. Oīo. HO. Quod itaq; utriq; tribuendū sit cognomentū inuenire conemur. THE. Oportet. HO. Quicunq; contentionis hmōi studio delectatus/res suas negligit/uerba aūt audientibus iocunda cōponit: & quæstiunculas semp aucupat: nō aliter ut mea fert opinio/q̄ nugator/& garrulus ē uocādus. THE. Sic utiq;. HO. At uero qui ex priuatis litigiis pecuniis cumulādis incūbit/qūo uocandus sit tu nunc uice tua fretus enarra. THE. quisqs absq; errore rñdere uoluerit/sophistā hūc mirabilem quē quærimus appellabit quarto se nobis iam offerentē. HO. Rō itaq; nūc oñdit sophistā nihil eē aliud q̄ artificem quæstus gratia contentiosum, cōtradictionibus ambigentē/in pugnādo certantem: lucri præceteris studiosum. THE. Sic est oīo. HO. Cernis uerū esse quo dicit/uariū hoc aīal esse. Vtq; prouerbio fert: non altera manu dūtaxat apprehendendū? An igit utraq; uti oportet? THE. opus est. HO. Ergo pro uiribus sic agendū: eiusmodiq; ipsius uestigium pcurrendum. Dic age/hēmus ne ulla ministratoria noīa? THE. Multa. Sed quæ nā e multis īterrogas? HO. Talia quędam ut cū dicimus excolare distribuere uictū dequoquere secernere. THE. Quid ni? HO. Carminare: præterea deducere. pectine texere: aliaq; permulta hmōi in artibus reperimus: an nō? THE. Quid de his potissimū ostensurus exēpla hæc inducis/& p oīa sciscitaris? HO. Ad discernendum quodāmodo ptinent/quæcūq; rettulimus. THE. Profecto. HO. Mea quidē sñia cū circa hæc una ars in cunctis uerset/unoquoq; noīe nuncupabimus. THE. Quo nam? HO. discretiuā dicamus. THE. esto. HO. uide rursus/nū spēs huius geminas inuenire possimus. THE. Celerem breuemq; ut mihi uidet considerationem imponis. HO. Enimuero in is quæ dictæ sunt discretionibus/partim deterius a meliori secernebamus. partim a simili simile. Sic. n. ferme dictū tūc eē uidet. huius qdē pprium nomen non habeo: illius aūt quæ melius quod est/relinquit/quod uero deterius amputat: habeo. THE. Quid istud referas? HO. oīs hmōi discretio/ut ipe cōiicio/cōiter purgatio nominatur. THE. cōstat. HO. Nōne geminā purgationis spēm esse quisq; dinosceret? THE. ita forte siquis aliquādiu cogitet: ego enim in præsentia ignoro. HO. Verūtamen species multas corporalium purgationum noīe uno cōplecti decet. THE. Quas inquis quoue noīe? HO. purgatio aīati corporis intrinsecus operās p gymnasticā/& medicinā: & quæ extrinsecus balneis quod dictu uile est/mūdat. Item quę inanimata corpora fullonū ministerio abstergēdo colorat: & uniuersa hornandi corporis curatura/sigillatim uaria uiliaq; noīa sortiuntur. THE. pfecto. HO. Oīo quidem o Theętete. Raciocinandi uero progressus nihil magis unū altero aut minus curat si purgatio spōgiis fomentationibusq; adhibita minus mundāt. Pharmacū uero magis purificat atq; iuuat. Nam ut artiū oīum intelligentiam cōsequat/quodcūq; cognatū īuestigādo ęque singulas artes honorat/aliaq; aliis secundū similitudinē nihilomagis ridicula censet. Quinetiam nihilo honestius putat/si militari disciplina/q̄ si alia quauis uilissima opa uenatoriū opus exerceat: & nunc qdē ut quęrebas quo nam noīe cunctas facultates quæcūq; corpus: aut animatum/aut inanimatū purgare student: penitus cōprehendemus? Nihil utiq; quoad præsentem pertinet disputationē referet/quodcunq; nomē inuentū decētius uideat. dūmodo a purgatiōibus aīæ sit distinctū/quæcūq; purgāt corpus/īcludēs. Mētis porro purgationē ab aliis oībus secernere nūc ītēdit. si quorsum uergit/īspicimus. THE. Aīaduerti eqdē: & admitto duas spēs purgationis eē/aīęq; purgationē a purgatione corpis eē diuersam. HO. Egregie loqris: & ī hoc īsup mihi obsequere: qđ ue dicturus sum/rursus bifariā diuidere tēta. THE. utcūq; duxeris/tecū ptiri conabor. HO. prauitatē ī aīa aliud q̄ uirtutē dicius? THE. aliud certe. HO. Enimuero purgationē nihil aliud eē dixius/q̄ qđ prauū ē/āputare: reliquū uo suare: THE. Dixius pculdubio. HO. Si quā igit circa aīam prauitatis ablationē repiem⁹ merito purgationē

Quarta diffinitio sophistę

Prouerbiū nō altera māu capiendum.

to purgationẽ appellare debebimus. THE. Maxime. HO. prauitatis in anima species duæ ponun
tur. THE. quænã? HO. una morbi corpalis instar: turpitudinis altera. THE. haud intelligo. HO.
morbum forsitan/& seditionẽ non idem uocas. THE. ẽt quid ad hæc rñdeam nescio. HO. Num
aliud seditionẽ putas/q̃ naturalis cognationis corruptelam/discordia quadã prouenientẽ? THE.
nihil aliud. HO. turpitudinẽ uero unum aliud q̃ deformitatẽ ex dissonantia eoꝝ quę natura cogna
ta sunt/resultantẽ? THE. istuc ipsum. HO. quid porro? nonne uidemus in eis quorũ deprauatus ẽ
animus/opiniones a cupidinibus. Iram a uoluptatibus: rõnem a doloribus dissentire? THE. & ma
xime quidem. HO. uerũtamen cũcta hæc natura cognata sunt. THE. patet. HO. Seditionẽ igiť ac
morbum animæ prauitatem uocare decet. THE. recte. HO. Si qua uiderimus/quæ certo quodã
fine pposito/dum ad illud puenire nituntť/singulis in motibus præuaricenť: atq͙ aberret: utrum cõ
sonantia quadã mutua conuenientiaq͙ cõmuni/an cõtrariis causis errare dicemus? TH. Ecõstat q͙
dissonantia atq͙ intemperie. HO. at q scimus nullum aĩum sponte aliquid ignorare. THE. plane.
HO. Ignorantia qdem est dementia quædã animæ/quę dum ad ueritatẽ nititur intelligentia ipsa p̃
uaricatur. THE. oĩo. HO. Animã igiť ignorantẽ/incõcinnã atq͙ deformem uocare decet. THE.
uideť. HO. sunt ergo duo hæc maloꝝ in aĩa genera. Vnum cõiter improbitas nominať: quĩ animę
proculdubio morbus est. THE. ita est. HO. alterum ignorantiã quidẽ nuncupant: prauitatẽ uero
animæ hanc esse confiteri uolunt. THE. Omnino concedendũ est de quomodo dicente me ambi
gebas. duo in anima genera prauitatis existere: & timiditatem quidẽ intemperantiãq͙/& iniustitiã/
cæteraq͙ huiusmodi cuncta morbum existimare debemus: plurimã uero/& uariam. Ignorantiam
turpitudinem. HO. At non circa corpus/quoad hæc duo mala duæ quoq͙ artes reperiunť? THE.
Quænam. HO. aduersus deformitatẽ gymnastica: aduersus morbũ medicinæ peritia. THE. ap
paret. HO. nõne aduersus petulantiã iniustitiã timiditatẽ: ex oĩ genere artium/cõueniens maxime
castigatio/& aĩaduersio est iudicialis censura? THE. hoc utiq͙ ut humana opinio porrigit: consen
taneum. HO. Sed aduersus ignorantiã uniuersam/quid aliud præter doctrinam remediũ inueni
tur. THE. Nullum. HO. doctrinã uero utrum unam dũtaxat ac simplicẽ/an plura genera illius eẽ
dicendũ? Immo duo genera eius summa eẽ animaduerte. THE. Animaduerto equidẽ. HO. Hac
uia q̃ primum id inuenturi mihi uidemur. THE. Qua? HO. Si ignorantiã geminã esse considere
mus: ea siquidem duplex duplicem docendi rõnem exigit ut haꝝ singulę singulis illaꝝ reddantur.
THE. Nunquid iam tibi cõstat quod nũc quæriť? HO. Magnã quandam/& onerosam ignorantiæ
partẽ uideo/cunctis aliis eius partibus præponderantẽ. THE. Quã? HO. hanc/cum quis illa quæ
nescit scire se putat: ab hac nimirum oẽs quæcũq͙ nos fallunt opiniones/proficiscuntur. THE. Ita
est. HO. At qui huic soli ignorantiæ parti/inscitiæ nomen cõuenire existimo. THE. prorsus. HO.
doctrinæ itaq͙ partem/quã ab hac ignorãtia liberamur: quomodo appellãdã censes? THE. Reor
equidem partẽ aliam doctrinas artiũ noĩari. hanc uero disciplinã. HO. sic ferme inter oẽs grecos
uocať. Nobis aũt hoc præterea cõsiderandũ: utrum indiuiduum sit ẽt an diuisionẽ aliquã habeat
cognomine dignã. THE. considerandũ profecto. HO. uidetur itaq͙ mihi/& hoc diuisionẽ suscipe
re. THE. qua rõne. HO. eius utiq͙ facultatis/quæ sermone docet pars quædã asperior/quædam le
nior eẽ uideť. THE. qualem utrãq͙ dicimus. HO. unã quidẽ ueterem ac patriã/qua aduersus filios
maxĩe utebanť: & nunc ẽt pleriq͙ utunť quotienscũq͙ delinquunt: partim grauiter obiurgãtes/par
tim mitius admonentes. Vniuersum hoc admonitionẽ possumus nũcupare. THE. ita est. Ho. Id
profecto nonnulli secum rursus ratiocinãdo sibiipsis concesserunt omnem inscitiã inuoluntariam
eẽ putãdã: nullũq͙ discere illa/quæ scire credit/affectaturũ multoq͙ labore admonitoria disciplina/
uix quicq̃ proficere posse. THE. recte putãt. HO. Quinetiam alia quadã uia ad opinionẽ huiusmo
di eruendã pgunt. THE. Qua nã? HO. exquirunt sciscitãturq͙ in his rebus: quæ quis optime intelli
gere/& exprimere arbitrať/cũ nihil ueri dicat. Deinde errãtiũ opiniones facile discutiunt: easq͙ rõ
nibus colligẽtes in unũ inuicẽ cõducunt: atq͙ illas ostendũt sibiipsis de eisdẽ/& ad eadẽ/& secundũ
eadẽ esse contrarias. Illi uero hoc inspicientes secũ ipsi indignanť: & erga alios mites euadũt. Atq͙
hoc pacto magnas durasq͙ opiniones deponũt. Quæ qdẽ liberatio auditu liberationũ oĩum iocũ
dissima est: & reuera firmissima. Enimuero o dilecte puer q̃ hos purgare aggrediunť/haud secus q̃
medici corpora curãdos existimãt. Medici nãq͙ tradunt salubribus epulis nõ prius nutriri corpus
q̃ ĩpedimẽta pellanť. Similiter isti nõ prius egregias doctrinas cõferre aĩæ cẽsent: q̃ redargutus is
qui errat/erubescat: repulsisq͙ doctrinæ ĩpedimẽtis/falsis uidelicet opinionibus/purus euadat/nec
alia præter illa quæ noscit nosse se putet. THE. optimus modestissimusq͙ oĩum habitus hic ẽ. HO.
His de causis o Theætete dicendũ/summã præcipuãq͙ purgationẽ eẽ redargutionẽ: eũue qui non
redargutus est. ẽt si rex magnus sit. qñquidẽ in maximis est ĩpurus/rudem turpẽq͙ esse/secundũ il
la/quibus purissimus/pulcherrimusq͙ esse debet/quisquis est felix reuera futurus. THE. sic est om
nino. HO. Quos nam homines arte hac uti dicemus. Vereor enim sophistas dicere. THE. quam
obrem? HO. Ne illos plusq̃ deceat honoremus. THE. Verumtñ quę modo dicta sunt/tali cuidam

Ignorãtia qd.

Qualis sit ignraa aía.

Similitudo lubric& occultum genus cauendum:

similia esse uidenť.HO.atqui ēt cani lupus maxime ferus:māsuetissimo.Eum uero qui a deceptione tutus uiuere debet a similitudine summopere.cauere oportet lubricū porro & occultū hoc genus. Sed esto:neq.n.de exiguis terminis disceptať:qñ diligenter hoc uitare student. THE.consentaneum.HO.esto igitur/discretiuæ artis species purgatoria/purgatoriç aūt pars quæ mandat animam/seligať huius docendi facultas doctrinæ/disciplina educatioq;/disciplinæ educationisq;/ redargutio illa quæ uersať circa temerariam sapiētiæ opinionem: ut præsens oratio mōstrat/nihil aliud q̄ generosa sophistrarum facultas esse dicať. THE.dicať plane. Ambigo tñ quid potissimū e multis quæ sese nobis offerunt/sophistam esse reuera affirmare cōueniat.HO.& merito ipse dubitas qñquidem ipsum quoq; sophistam ambigere uerisimile est oīo qua nam uia rōnes nostras ef fugiat. Scite nāq; prouerbio dicitur:oēs effugere difficile esse. Nunc igitur instandū maxīe. THE. præclare loqueris.HO.Primum quidē stātes/quod ammodo respiremus/& nobiscū met ratiocinemur simul requiescentes. Age resumamus q̄ uarias præ se formas sophista iam tulerit/ prima inuestigatione apparuit/iuuenum ac diuitum mercennarius esse uenator.THE.ita.HO.secunda mercator quidā circa animi doctrinas.THE.oīo.HO.tertia circa hæc eadē caupo.THE.& hoc. Quarta uero circa doctrinas suoq; uenditor inuētoq;.HO.optime in memoriam reuocasti.quin tam uero ego ipse reducā.Certator qdam circa sermones:& artificiosus nimium litigator. THE. sic utiq; constitit.HO.forma sexta ambigua quidē:ponenda tñ:& in præsentia quodāmodo concedenda/purgator quidā animæ uisus est opiniōes extirpans oēs quæ doctrinis impedimēto sunt. THE.sic est prorsus.HO.Nunqd aduertis quotiens aliqs in multis peritus appet:unius uero cuiusdam artis noīe nuncupatur:haud sincere hac imaginatione dinosci:īmo constat eum qui circa artem aliquam sic afficitur/non posse illud ipsum inspicere:ad quod doctrinæ oēs huiusmodi tendunt.Quo circa multis pro uno nominibus eū qui uariis scientiis uideť imbutus/appellat.THE. Ita quodāmodo natura institutum id esse apparet.HO.Ne igitur/& nobis idem pp socordiam in hac indagatione contingat/repetamus in primis unum aliquid eorum quæ de sophista sunt dicta. Vnum quippe ex illis præcipue sophistam significasse mihi uidetur.THE.Quid illud?HO.Contradictorem illum esse diximus.THE.diximus certe.HO.Nonne/& alios ut idem efficiant edocere?.THE.hoc quoq;.HO.uideamus nunc circa quid maxime cōtradictores efficere alios sophistç se predicant.Consideratio uero nostra hinc sumat exordium.Num in rebus diuinis quæcūq; uulgus latent contradicendi facultatem præstant?THE.ita fertur.HO.Quid aūt de his que oculis conspiciunť/celo ac terra:& hisce rebus quæ his continenť?THE.Quid maxīe?HO.Etenim in priuatis colloquiis quotiens de generatione essentiaq; generarim aliquid diciť uidemus illos ad contradicendū uehementes esse:& alios sui similes reddere posse.THE.oīo qdē.HO.Quid uero circa leges ac rem.p.nonne in his quoq; contētiosos hoīes se efficere profitenť?THE.nemo ut ita dixerim/cū illis differeret/nisi hoc pollicerenť.HO.Quæ uero aduersus singularū artium professores contentionis studio afferri debeant/passim scripta circunferuntur.THE.quæ Prothagoras de palestra cæterisq; artibus scripsit/dicere mihi uideris.HO.Et de multis quidē aliis o beate. Verū ars ipsa contradicendi/nonne summatim facultas est:quæ oīa in controuersiam deducere potest? THE.nihil ferme prætermittere uideť.HO.Tu uero per deos o puer fieri hoc posse putas?Forte enim uos iuuenes acutius hoc inspicitis.Senes uero nos obtusius. THE.quid istud/& quale? Neq; enim quod nunc quæris/ītelligo.HO.Quærebā utrum hoīum quispiā scire oīa possit.THE.beatum profecto hospes genus nostrum esset.HO.quonā pacto ignorās quispiā aduersus intelligentē contradicendo/ualidū quicq̄ inferre poterit.THE.nullo.HO.Quid ergo in sophistarū potentia mirabile uidereť.THE.circa quid maxime?HO.quēadmodū uidelicet unq̄ possent iuuenibus persuadere/se oīum in singulis esse sapientissimos.constat enim q̄ nisi recte contradicerēt aut nisi illis apparerent:apparentesq; nisi aduersando existimarenť esse sapientiores quod tu quærebas nullus oblata pecunia ab istis erudiri cuperet.THE.nullus penitus.HO.nūc uero exoptant. THE.ac uehementer.HO.Videntur arbitror illa in quibus aduersanť/optime scire.THE.quid ni?HO.Repugnant aūt in oībus.Nonne?THE.absq; dubio.HO.in oībus itaq; sapientes discipulis esse uidētur.THE.cur non? HO.neq; tamen sunt.Impossibile quippe id esse constitit.THE.impossibile sane. HO.Opinionem igiť circa omnia potius q̄ ueram scientiam habere sophista nobis apparuit. THE.prorsus:Quod ne modo dixisti/recte admodum dixisse uideris. HO.ponamus ergo exemplum aliquod istoq; perspicuū.THE.quale.HO.hoc:sed attende diligenter atq; apte rñde.THE. quale inq̄?HO.perinde ac siquis assereret:neq; dicere/neq; cōtradicere: sed scire potius facere/ac fingere arte una cuncta.THE.Quomodo cūcta dicebas?HO.principium sermonis huius statim ignoras.Quid enim hæc dictio.cuncta.significet non intelligis.THE.non certe.HO.dico in numero oīum esse me ac te:& alia quoq; animalia arboresq;.THE.Quomodo/inquis?SO.siquis me ac te cæteraq; uiuentia oīa se facturum promittat.THE.quem faciendi modū dicis? Nō enim dicis agricultorem quēquam.nam animalium factorem aiebas.HO.Aio & terræ præterea/& maris

Prouerbium oēs effugere difficile.

Sex formæ & diffinitiōes sophiste.

In qbus cōtradicere doceāt sophiste.

Ars cōtradicēdi pōt oīa ī cōtrouersiā deducere potest.

An quispiam scire oīa possit negatur vñ arguitur sophista nescire.

ecliq; ac deorum aliorũq; omnium: & cum singula breui finxerit/unũquodq; exiguo pretio uẽdet THE. iocũ quendã narras. HO. quid uero? nõne & ille iocari dicẽdus est: qui oĩa se nosse prædicat aliũq; docere oĩa exigua quadã mercede breuiq; tpe profitetur? THE. prorsus. HO. iocandi uero spẽm hẽs ullã magis artificiosam iocundãq; q̃ imitationẽ? THE. nullã: amplã sane spẽm dixisti uno oĩa cõprehendẽtẽ atq; multiplicẽ. HO. An non intelligimus eũ: qui arte una cũcta facturũ se pollicetur/picturã fingentẽ æquiuoca rerum simulachra/dementes pueros posse decipe? dũ picta eminus prospicientibus monstrat/quasi quodcunq; uelit/perficere possit. THE. quid prohibet. HO. nõne & aliã circa sermones talem artẽ esse putamus? qua seductores quasi pstigiis quibusdã utẽtes: adolescentulos ꝓcul a ueritate rerũ adhuc existentes decipere ualeãt/imagines quasdã uerisimiles loco uerarũ rex auribus inculcando. adeo ut uera eloqui uideanť/oĩumq; hominũ esse in omnibus sapientissimi. THE. nihil ꝓhibet aliã quãdam eiusmodi esse artẽ. HO. necesse est multos o Theætete/eorũ q hęc audiuerũt/cũ adoleuerint ac res ipsas cominus cõsiderauerint affectibus qbusdã res mãifeste actrectare coactos pristinas opiniões abiicere: atq; ita cõmutare ut exigua uideanť/q̃ magna/difficilia/que facilia: & singula passim sermonibus cõcepta phãtasmata/actionũ progressibus incõtraria uerti cogãť. THE. ita mihi uideť/put meę huius ętatis iudiciũ porrigit. Arbitror enim me adhuc ex eorũ numero esse q a uero procul absunt. HO. At uero nos presentes tibi opem ferre conabimur. Et nũc quidẽ nitamur q̃ proxime absq; doctrinis intelligẽtiã adhibere. De sophista in primis mihi dicas. Vtrũ inter nos constat quasi prętigiatorẽ quẽdã hunc esse uerarũq; rerũ imitatorẽ: an suspicamur adhuc ne forte uerã illarũ rerũ scientiam habeat/de quibus contradicere aliis posse uideť. THE. Quis ulterius suspiceť hospes? iã ex his quæ dcã sunt patet eũ ex illorũ numero qui una quadã disciplina pollẽt. HO. prestigiator itaq; & imitator quidã est dicendus. THE. ꝓcul dubio. HO. deinceps cauendũ est. ne predã hãc dimittamus ferme nãq; sophistã ueluti fundã quadã irretitũ ratiocionãdo cõprehẽdimus. Quapp hoc saltẽ minĩe subterfugiet. THE. quid istud? HO. quod uidelicet unus quidam ex his q allucinationibus & prestigiis fallunt. THE. idem quoq; mihi uideť. HO. Ostensum est utiq; q̃primũ artem imaginariã simulachrorũ uidelicet affectricẽ diuidere oportere. cũq; illam ingressi fuerimus: si statim sophista nos expectet/cape illum sicut regio est sermone mãdatum: eiq; tradendo predã ostendere. Sinautẽ subintrans artis imitandi particulas delitescat/insequendum esse: & ptem qua sese occulit diuidendã apiendãq; quousq; omnino cõprehendať. Nam nec iste/nec aliud ullũ genus eum fugiet: qui per oĩa sigillatim disqrere poterit. THE. Recte mones: atq; itã agendnm. HO. secũdum supiorem diuidẽdi rõnem duas nũc imitationis spẽs cernere mihi uideor. Ideam uero quam querimus utra in specie ponã ambigo. Tu uero. THE. hasce prius spẽs duas distingue: atq; declara. HO. Vnã quidẽ assimilandi artẽ uideo: cuius opus est/secũdum exẽplaris cõmensuratiões quoad longitudinẽ. latitudinẽ: profunditatẽ: conuenietesq; colores ęmule imaginẽ fabricare. THE. qcũq; aliquid imitantur id pro uiribus agunt. HO. Nõne quicunq; magnũ aliquod opus fingunt aut pingũt. Sienim ueram pulchrorũ cõmensurationem simulachris preberent/minora q̃ decet superiora mẽbra maiora uero quæ ĩfra sunt apparerent. ꝓpterea q; illa eminus hęc cominus a nobis conspiciantur. THE. omnino. HO. Ergo artifices ueritate dimissa/non easq; reuera sunt: sed quæ uideнť pulchre cõmensuratiõis simulachris ipsis accõmodant. THE. prorsus. HO. Nõne igiť spẽs hęc assimulatrix nuncupãda est. THE. certe. HO. partẽ itaq; geometrię quæ circa hæc uersať assimilatricẽ ut supra diximus/appellabimus. THE. sic ꝓrsus. HO. quid porro: quod apparet quidẽ pulchro simile/ex eo q; haud pulchrum respiciatur. possitq; aliquis tale quid cernere/sufficienterq; uidere q; pulchro simile non sit/quemadmodum dicebatur/quo illud nomine nuncupabimus? an non quia apparet quidẽ/neq; tamen/est simile/phantasma dicendũ? THE. profecto. HO. Secũdũ picturã pars hæc & uniuersum imitationis est genus. THE. nempe. HO. Artẽ uero illam qua phãtasma fingiť non imago/phãtasticã merito nominandã putamus. THE. Consentaneum est. HO. Has equidem duas imaginariæ facultatis spẽs supra ponebam. Vnam quæ similitudines efficit. Alteram quæ phantasmata. THE. recte. HO. atq; id ẽ quod ambigebam/utra in specie sit sophista ponendus: neq; dum satis agnosco. Re uera mirãdus uir iste/cognituq; difficilis: quãdo quidẽ: & nunc q̃ aptissime tergiuersatus: in obscure spẽi latebras secessit. THE. uidetur. HO. nunqd ipsum cognoscens/mihi nunc assentiris? an impetus quidã pp hunc sermonem ita te consuetum induxit ut repente confiteteris? THE. quorsum hæc: HO. In arduam profecto considerationẽ incidimus. Semp enim tam in pręterito q̃ presenti tpe maxime dubiũ est quod diciť. Apparere quidẽ hoc atq; uideri: esse uero nequaq̃. Et aliquem loqui quædã/nõ tñ uero mirandũ quippe Theætete si is sibi non contradixerit: qui asserit quod re uera & dicere & opinari falsa contingit. THE. cur. HO. quia talis locutio/id quod non est/esse admittit. Falsum nãq; haud aliter: quod est fieret. Magnus aũt Parmenides o puer/dum pueri adhuc essemus statim ab initio assidueq; id predicabat. Sic enim carminibus passim iocatur. Numq̃ inqt & nullo modo sunt illa quæ non sunt. sed tu hoc tramite quærens mentem cohibe. Ab illo itaq; te

Imitatoria omnia facit.

In sermõibus esse artẽ similẽ pictoribus.

Septima diffinitio sophistę

Est qdã fictio q; apparet. nõ quod est sequitur.

Miranda dubitatio de nõ ente.

Snĩa Parmenidis de eo qđ non est.

ſtimonium phibetur:ſermoq́ hmõi ſi mediocriter diſcutiatur/rē patefaciet. Age hoc in primis ſi tibi placet/inſpiciamus. THE. mea quidem nihil intereſt/ipſe uideris:&' q̄ praſtare putas/ea & tu pergas/& me ducas. HO. ita prorſus agendū:& mihi reſponde:nū pronūciare quod nullo modo eſt audiamus. THE. quid ni? HO. Siquidē nullius contentionis aut ioci grā quærendę de his uel reſpondendū ſit ímo audientium quippiā oporteat/ſerio nobis nomen hoc non eius declarare quo referendū ſit cogniturum eū putamus quo ſe uertat:quidue & quomodo interrogāti demōſtret? THE. rē arduā ſciſcitaris: mihiq́ uni prorſus ignotā. HO. hoc ſaltem conſtat q id nomen nō ens nulli eorum quę ſunt attribuendū. THE. Quomodo enim id fieret? HO. cū uero ad ens ut ita dixerim/referri non poſſit:neq́ etiā ad aliquid referendū. THE. Quo nā pacto? HO. id quoq́ nobis patet q dictio hęc aliqd circa ens aliqd ubiq́ pronunciatur. atq́ impoſſibile eſt ipſum aliquid ſolum & quaſi nudatū ab omnibus his quę ſunt ſeorſum enunciare. THE. īpoſſibile certe. HO. Nū ita conſiderans confiteris neceſſarium eſſe eū qui aliquid dicit/unū aliquid dicere. THE. ita. HO. Vnius porro ſignum/ipſum aliquid eſſe dices/duorum & plurium aliqua. THE. dicā plane. HO. Eum uero qui non aliquid dicit neceſſe eſt/neq́ unum quid ideſt nihil dicere. THE. Neceſſarium eſt omnino. HO. Neq́ id concedendū hominē talem dicere quidē aliquid:ſed non unū quid .i. nihil dicere. THE. atqui neq́ loqui dicendus eſt ille qui conatur non ens proferre. Vnde ſermo extremum dubitationis haberet. HO. nondum magnū hoc dicas. Extat enim adhuc o beate circa hęc dubitationū maxima:atq́ prima:que circa ipſius principium accidit. THE. quo pacto id dicas declara ammabo/neq́ te pigeat. HO. Ei ſane quod eſt/aliquid alterū eorū que ſunt/ contingere poteſt. THE. nihil prohibet. HO. Ei uero quod non eſt:aliquid ne ex his quę ſunt/adeſſe unquā poſſe dicemus? THE. nequaq̄. HO. Vniuerſum numerorū genus in ordine eoꝝ quæ ſunt/ ponimus. THE. certe ſi modo aliud quicq̄ in eo ponendū. HO. Quare nec numerorū multitudinem: neq́ unum nonenti adhibeamus. THE. haud recte adhiberemus ut ratio nobis oſtēdit. HO. quo pacto igitur uel ore proferret quiſq̄ uel cogitatiōe cōprehenderet ea qne non ſunt:uel nō ens/ſeorſum a numero. THE. qua ratione? HO. quotiens nōentia dicimus:nō ne numeri multitudinē tētamus apponere? THE. utiq́. HO. quotiens autē nonens/unum. THE. manifeſtū id quidē. HO. Enim uero neq́ iuſtū/neq́ rectū eſſe diximus ut quis nonenti ens adiūgere audeat. THE. Vera loqueris. HO. aīaduertis ne q neq́ proferri neq́ recte dici neq́ cogitari nonens ſecūdū ſeipſum poteſt:ſed incogitabile ineffabileq́ & inrationale exiſtit. THE. penitus. HO. Nūquid pauloanī mētitus ſum:cū dixi maximam circa illud dubitationē me illaturū? THE. aliā adhuc iſta maiorē adducere poſſumus? HO. quid uero o mirifice adoleſcēs: an nō ex his quæ dicta ſunt uides/q nōens tātis eum qui ipſum redarguit/obfundit tenebris/ut cum primū redargutionē aggreditur/ ſibimet aduerſari cogatur. THæ. dic clarius. HO. haud oportet clarius aliqd in me conſiderare. Equidē cum ſuppoſuiſſem nonens nec unius nec multorum eſſe pticeps:tñ & pauloante & nūc etiam unū ipſum protuli:dum hoc ipſum nōens pronūciarem. percipis ne? THE. percipio. HO. Quinetiam ſupra īexplicabile ipm̄ & ineffabile & inratiōale eſſe dixi tenes? THE. plane. HO. an non dū ipm̄ eē pdicare de illo cōarer/cōtraria ſuperioribus proferebā. THæ. uideris. HO. Nonne cum hoc illi attribui quaſi de uno locutus ſum THE. abſq́ dubio. HO. imo & inrationale dū dicerē inexplicabileq́ & ineffabile ſingulariter pronūciarē. Perinde ac ſi unum eſſet uerba de hoc faciebam. THE. Quid ni? HO. Diximus ſane ſi modo quis recte loqui uoluerit:neq́ ut unū:neq́ ut multa determinare ipſum debere. neq́ oīno ipſum nocare. Nam in una quadā ſpecie/ appellatione huiuſmodi poneretur. THE. prorſus. HO. de me igiť quis ulterius dixerit? Etenim & ſupra & nūc me ī hac pugna aduerſus nōens ſubcubuiſſe comperiet/apud quē de nonente loquentem/nulla recta locutio reperitur. Sed de te iam ſi placet conſideremus. THE. quid ais? HO. conare age bene & generoſe/es .n. iuuenis. & omni mētis attētione/rectum ſer monē de nonēte pferre:illi nec eſſentiā nec unū neq́ numeri multitudinē adhibēs. THE. q̄ temerarius eſſem ſi eādē qua tu ſubcubuiſti pugnā aggrederer: HO. Ergo ſi uis te ac me pręter mittamus:& donec aliquē recti ſermonis compotem nanciſcamur/dicamus interim/ſophiſtam pręcęteris uerſute admodū obſcuris ſeſe ī latebris obculuiſſe THE. & maxime quidē. HO. Verumtamē ſi phātaſtica quadā arte pollere ſophiſtam aſſeruerimus/facile ex hoc uſu loquendi aduerſus nos occaſionē nactus /in contrarium ſermones uertet. Nam dum ipſum ſimulachrorū auctorē uocabimus/quid maxime ſimulachrum dicamus/interrogabit. Cogitandū protinus Theętete quid ita percōtāti ſophiſtę reſpondeamus. THE. Dicemus uidelicet ſimulachra eē illa que in aquis & ſpeculis obſeruntur:picta quoq́ & figurata & huius generis alia. HO. uideris Theętete ſophiſtā conſpexiſſe numq́. THE. cur? HO. uidebitur tibi autc onniuentibus oculis: aut ſine oculis tecum loqui. THE. Qua ratione. HO. ridebit te cum per figuras/ſpeculaq́ reſponderis:p inde ac Si cū uidēte loquaris: ſimulabit ille aquas & ſpecula & uiſum penitus ignorare:atq́ de hoc tātum ſciſcitabitur. THE. De quo nā? HO. de eo inq̄ quod his oībus q̄ dixiſti cōmune eſt:& quaſi ſit unū in multis uno noīe hoc eſt ſimulachrū appellaſti. Sternue itaq́

Quod non eſt nū ſit pnūciare.

Aliqd ē ſignū unius.

Dubitatio maxima & pria de non ente.

Nōens incogitabile & ineffabile.

Diffinitio falſa ſimulacri.

Confutatio.

nuc itaq; certa: neq; ignaue cedas: sed generose rñde. THE. Quid aliud hospes simulachrum est dicẽdum/q̃ quod ad ueri similitudinẽ accedit quodãmodo aliudq; ẽ tale. HO. Cũ aliud tale dicis/ Vtrũ uerũ/an aliud quiddã intelligi uis? THE. ueꝶ nullo modo/sed simile: HO. nũquid ueꝶ uere ens uocas? THE. id ipm. HO. Non uerũ aũt ueri cõtrariũ? THE. quid ꝓhibet? HO. Si ergo id qđ simile uocas/uerũ esse negas: ens quoq; existere negas. est tñ. THE. quo pacto? HO. Esse quidẽ sed nõ uere esse fateris. THE. certe non uerum ens: sed imaginem uerã. HO. ergo non uere est ens qđ quod uere esse imaginẽ dicimus: & nõ uere ens est uere. THE. uidetur nõ ens cũ ente miris modis implicitũ. HO. cur non mirũ uideat/cernis q̃ argute multiceps iste sophista nũc rursus hac alternatione nos inuitos nonens quodãmodo esse fateri coegerit: THE. qs non uiderit. HO. qua rõne eius artem desiniemus ita ut nobis constemus? THE. quid maxime ueritus ita loqueris. HO. Q ñ ipsum circa phantasma decipere nos asserimus/eiusq; artẽ decipiendi astutiã nominamus. tũc utꝶ dicimus animã nostram opinari falsa eius captiunculis irretitam? An aliud iudicamus? THE. non aliud certe. HO. Falsa opinio est cõtraria eorũ quæ sunt opinari. THE. contraria. HO. Ais igit falsam opinionem quę non sunt/opinari. THE. aio. HO. utrũ non esse quæ nõ sunt putat? an quodammodo esse quæ nullo modo sunt? THE. siqs umq̃ quoquomodo opinãdo mentit/necesse est: ut quæ non sunt/esse quodãmodo iudicet. HO. nõne etiã quæ omnino sunt nullo modo eẽ putabit THE. Id quoq;: HO. & hoc falsum similiter. THE. Et hoc. HO. Quinẽt sermo mendax eadẽ ratione censebitur: qui uidelicet quæ nõ sunt eẽ: & contra quæ sunt nõ esse pronuntiat. THE. Haud aliter mẽdax effici potest. HO. Ferme nõ aliter. Non tamen hęc sophista fatebitur. Quo pacto qs mentis compos hęc admiserit: quãdo quidẽ superiora illa/nec dici/nec proferri/neq; describi/neq; cogitari posse constiterit: intelligimus quod dicitur Theętete. THE. Quid ni intelligamus? q; obiiciet nobis sermonẽ nostrum sibimet repugnare: cũ nunc nõens in opiniõe/& locutione ponamus. Vnde sępe cogi nos dicet non enti ens admonere. quod tamen fieri nõ posse supra conuenimus. HO. Recte in memoriam reuocasti. Sed consultandum iam quid de sophista agere nos oporteat. Nam si eum in arte pręstigiatorũ mendactorumq; ponentes/definire conemur/obiectiones permultę dubiaq; nascuntur. THE. patet: HO. exiguam hactenus illorum particulã ex innumeris ptibus ut ita dixerim prosecuti simus. THE. Si hęc ita se habent impossibile est sophistam cõprehẽdere. HO. quid ergo? nũ ab inuestigatione propter mollitiẽ desistemus. THE. Nullo modo desistẽdum arbitror/si qua ex parte hunc uirũ capere ualeamus. HO. Veniã itaq; dabis: & ut modo dicebas satisfactũ duces/si modo parũ quid in questione tã ardua profecerimus. THE. dabo & libẽter quidẽ. HO. hoc abs te potissimum peto. THE. qd nã? HO. Ne me quasi patricidã quendã fieri cẽseas. THE. quorsum hęc HO. pro repugnãtibus nobis necesse erit patris Parmenidis examinare sermonẽ/cogereq; non ens esse quodãmodo: & ens rursus quoquomodo non esse. THE. Videtur hoc in sermonibus expugnandũ. HO. At qui uel cęcus ut dicitur id uideret: nisi enim ista redarguant concedanturue nemo poterit de falsis sermonibus loqui/uel opinione uel simulachris: aut imaginibus aut imitationibus phantasmatibusue aut de his artibus que circa hęc uersant/qn risum audientibus moueat/dum sibimet cõtraria proferre cogetur. THE. uera loqueris. HO. pp hec aduersus paternũ sermonem instare audiendum: uel dimittẽdũ omnino si qua pigritia seu uerecundia detinemur. THE. At nihil prohibebit: quo minus id faciamus. HO. Tertiũ pręterea qddam & ipsum exiguum quidẽ/abs te postulo. THE. Dic sodes. HO. Dixi pauloante me circa taliũ redargutionem cũ semper tum in presentia nimis defatigari. THE. dixisti sane. HO. Vereor ne propter illa quę a me dicta sunt furiosus tibi uidear/statim me sursum deorsumue permutans. Nã tui gratia confutationem illius sermõis aggrediemur/si forte confutemus. THE. Hac ergo de cã forti animo ad pugnam accingere. Neq; enim me iudice deliquisse diceris/si eum susceperis confutandum. HO. Vnde nam cõmodius disputationẽ hanc discrimine plenam exhordiemur? hoc utiq; calle o puer eundum necessario/puto. THEO. Quo nã? HO. Vt quæ faciliora uidentur primum discutiamus: ne rerum difficultate deterriti/ab iceptis protinus desistamus: sed ut facile cõmuni consensu differendo pgamus/quasi leuiter ac bene de his iudicare possimus. THE. planius quod sentis exprime. HO. facili disputatione uidetur hec Parmenides prosecutus: & qsquis alius unq̃ quot & qualia sint entia determinare est ausus. THE. Quo pacto? HO. fabulam nobis tamq̃ pueris unusquisq; narrasse uidetur. Vnius quidẽ q; tria sunt quæ existunt: que illorum quædam inuicẽ quandoq; pugnant. Interdum uero conciliata in unum coheũt/pariũtq;: & progenitis porrigunt alimenta. Alter uero duo posuit/humidum & siccum/uel calidum & frigidum. eaq; coniugauit inuicem atq; expediuit. Eleatica uero apud nos doctrina a Xenophane immo & ab antiqioribus originem ducens/omnia que esse dicuntur/ut unũ ponit fabuloseq; differit. Iades autẽ & siculę musę quędã his posteriores/ambo hęc inuicem implicare tutius censuerunt. Ita ut ens & multa & unum sit. Discordia uero & concordia teneatur. Dissidens enim semper congreditur ut musę uehemẽtiores canunt. Remissiores uero musę semper hęc ita se habere dimiserunt. Et uniuer

Iterũ aggreditur sophistã.

Cõtra pmenidẽ disputatur

Opiniões ponẽtiũ numerũ entium.

ſum hoc uiciſſim tum unum & amicū ſibi pp Venerē eſſe tū multa & ſibiipſi diſſidens per diſcordiā. Durū eſt aūt aduerſus tā inclitos antiquoſq; uiros ſeu uera ſiue falſa dixerint ferre ſententiam. Tantū hoc ſine inuidia aſſerere poſſumus. THE. Quid? HO. ꝙ nos multos nimiū contēpſerunt. Nā ſuū quiſq; opus exequitur: nulla noſtri cura adhibita/utrū aſſequamur necne. THE. Quo pacto inquis? HO. quotiens illoꝝ aliquis ait/ꝙ eſt/uel fuit/uel fit/ multa/ aut unū/aut duo: & calidū frigido mixtū/diſcretiões quaſdā cōcretioneſq; inducēs/qd p deos Theętete ex his ſignificari cōiicis? Ego quidē dū erā iunior/ſiquando ad ipm nō ens de quo nunc ambigimus proferretur/exacte me intelligere confidebam. Nunc uides quo de hoc dubitantes redacti ſumus. THE. Video equidē. HO. forte uero & circa ens idem nihilominus noſter animus patitur. hoc enim aliunde pecipere nos quotiens proferretur/affirmabamus illud uero minime ſimiliter ī ambobus affecti. THE. forte. HO. Idem quoq; de cæteris quæ ſupra narrauimus dictum ſit THE. Nempe. HO. de multis q̄dem poſtea ſi uidebitur conſiderabimus. De maximo uero pręcipuoq; & primo nunc iam cogitādum. THE. Quid ais? an de ente primum querendū cenſes/quid maxime ſignificare uelint qui illud enunciant. HO. Plane intellexiſti Theętete. Aio equidē ita nos diſputare debere ac ſi adeſſent illi: atq; ita interrogare. o nos quicunq; calidū & frigidū aut aliqua duo talia cuncta eſſe aſſeueratis quid hoc in ambobus exiſtere uultis/quotiens ambo atq; utrūq; eſſe predicatis: hoc ipm eſſe qd a nobis intelligi debet cum uos profertis? Vtrum tertium quiddam pręter illa duo? ꝙ ſi ita/ē tria genera iam ſecundum uos non duo tantum ponenda uidenť. Sinaūt alterum e duobus ipſum ens uocatis haud ſimiliter utraq; eſſe dicetis. Vtrūq;.n. unū eſſet: non duo. THE. Vera loqueris. HO. Nūquid ambo ens uocare uultis? THE. Forſitā. HO. At nos ad eos o amici dicemus/ hoc quoq; modo duo hæc unū affirmaretis. THE. recte infers. HO. poſtq̄ igiť nos in hoc defecimus/uos ſaltem nobis ad ſufficientiā declarate/qd hoc noīe ens ſignificare uultis cū id pronūciatis: conſtat.n. nos iā diu nouiſſe. nos aūt hactenus ſcire putauimus. nunc heſitam. q̄obrē hoc nos in primis docete. ne dū quæ traditis diſcere opinamus/nos opinio fallat. Si hæc exigamus tam ab iis q̄ ab aliis qui pluſq̄ unū ipſum omne ponūt nunqd errabimus: THE. minime oīum. HO. quid ad eos q oē unū eſſe tradunt? nōne querendū pro uiribus qd ens ipſum dicant? THE. cur nō? HO. ad hic ergo reſpōdeāt. unū dicitis eſſe ſolū? dicimus reſpondebunt/an non? THE. ita. HO. ens aliquid uocatis? THE. certe. HO. nūqd idē qď unū noībus ad idē duobus utētes? an aliud? THE. Quid ad hæc hoſpes ii reſpondebūt? HO. patet o Theętete illū q hoc ſuppoſuit/nō facile ad iſtas aliaſq; obiectiones huiuſmodi reſponſurum. THE. qua ratione? HO. Duo quidē nomina confiteri cū unum dūtaxat ponatur/abſurdum eſt. THE. Quid ni? HO. quinēt dicente aliquo ꝙ nomen aliquod eſt admittere/temerarium. THE. quo pacto? HO. Qui ponit nomē a re diuerſum/duo quędam inducit. THE. Patet. HO. prepterea ſi idem cum re nomen eſſe concedit/cogeť uel nullius eē nomen/ uel ſi eſt alicuius/nominis nomē eſſe fateri alterius uero nequaq̄. THE. ſic eſt. HO. & unum Vnius ens ſolū: & hoc nominis/ipm unū ens. THE. Neceſſe eſt. HO. Quid porro? totum ab ente uno diuerſum/an idē dicent? THE. cur nō dixerint? dicūt enim. HO. Si ergo totū eſt queādmodū inquit Parmenides/ęqualis undiq; ſphęre moli perſimile a medio ad circūferentiā penitus ęque diſtans: eo nāq; neq; maius quicq̄/neq; potērius eſt/neceſſariū eſt ob talem circūferentiā ipſum ens mediū extremaue habere: & iccirco partibus quoq; conſtare. THE. ſic oportet. HO. at qui nihil prohibet ipm diuiſum in partibus omnibus paſſionē unius admittere: atq; hoc modo & omne ens & totum unū exiſtere. THE. nihil penitus. HO. Quod autē hęc patiť/an non impoſſibile eſt id ipſum unū eſſe? THE. Quare? HO. quia ſecūdum ueram rōnem impartibile oīno ipſum reuera unū eſt ponendū? THE. oportet ſane. HO. quod uero tale eſt ut ex pluribus partibus cōſtruať/cū uniuerſa ratione minime conſonabit. THE. Intelligo. HO. Vtrū totū ipſum unius recipiens paſſionem. ita & unū & totum erit? Vel omnino nō dicimus ipſum unū totum exiſtere? THE. Optionē ambiguam propoſuiſti. HO. uera narras: cūq; ens unū eſſe admittat: cur nō ens & unum idem apparet & plura oīa q̄ unū erunt. THE. Certe. HO. ꝙ ſi ens ſit totū/ex eo ꝙ illius ſuſcepit paſſionem/ſit autem ipm totū/indigū ens ſui ipſius efficitur. THE. Maxime. HO. Enimuero ſecūdū hūc ſermonē cū ſeipſo priueť/nō/ens erit/ens ipſum. THE. Sequitur. HO. Atq; ita ruſus omnia plura q̄ unum exñt cū tam ens q̄ totum propriā naturam ſeorſum ab altero ſit ſortitū. THE. profecto. HO. & ſi omnino non ſit totum/eadem hęc enti proueniūt: ac præter id quod cōtingit nō eſſe / cōtingit etiā neq; factū fuiſſe cur umq̄. THE. quod? HO. Quicqd factum eſt ſemper factū eſt totū. Quaobrē neq; eſſentiā/neq; generationem tanq̄ exiſtentem appellare debet qui unū uel totum in ordine eorum quæ ſunt/nō ponit. THE. omnino ſic eſſe uidetur. HO. præterea quod totum non eſt/q̄tum eſſe nullo modo poteſt. Nam quatenus q̄tum eſt/eatenus eſt & totū: THE. proſus. HO. innumerę quoq; pręter has dubitationes aduerſus eum inſurgunt/quiſqs ens aut unum ſolū aut duo quædam ponit. THE. Teſtantur hoc/quæ modo moſtrauimus. Nam alia ſemper ex alia aduerſus dicta grauior exoritur dubitatio. HO. Sermones quidē illorū qui de/ente/ & non ente exacte diſſerunt non

Prīa rō de diffinitiōe toti ꝯ eſt totū & ens atq; ita plura.

Secūda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Semp quod factum eſt totū factum eſt.

runt nodũ rettullimus. Verũtñ satis hęc sint. Eos aũt qui aliter tractant rursus in mediũ adducamus/ut ex his oibus intelligamus nihilo facilius/ens q̃ nõ ens quid sit definiri posse. THE. certe & hi adeundi uident. HO. uidet utiq; inter eos quasi gygãtũ pugna quędã esse propter eã cõtrouersiam/qua inuicẽ de essentia certãt. THE. Quo pacto? HO. Quidã illorũ de cęlo & inuisibili regiõe oĩa ipsis certe manibus in terrã trahũt: saxa & quercus apprehẽdẽtes. Nã cũ talia hęc omnia tangant/solũ id esse affirmant quod quoquomodo percipitur? atq; tangit, ideoq; corpus & essentiã tradunt. Quicquid uero absq; corpore dicitur esse/cõtemnũt/nihil aliud audire uolẽtes. THE. noui equidẽ quos uiros dixeris. Tales enim multos repperi. HO. Horum autẽ aduersarii caute admodum: atq; pie superne ex inuisibili sede pro inuisibili essentia pugnãt. atq; intelligibiles quasdam & incorporeas species cogunt essentiã uerã existere. Illorũ uero corpora eamue quã nominãt/ueritatem in minima rationibus partiũtur: generationẽq; pro essentia fluentẽ denominant. Vnde ingẽs & inextricabilis pugna inter utrosq; de his semp extitit. THE. uera narras. HO. ab utrisq; itaq; rationẽ essentię quã ponunt sigillatim iam exigamus. THE. quomõ exigemus? HO. Ab iis qui in speciebus essentiã locant facilius. mitiores. n. sunt ab illis aũt qui ad corpora ui singula trahũt/durius. forte uero & impossibile. Verũ sic de illis agẽdũ uidetur. THE. quo pacto. HO. praestaret illos opere meliores/si fieri posset/efficere. Sinautẽ id fieri nequit/danda opera est ut sermõe saltem efficiamus supponẽtes eos modestius: atq; rectius q̃ nũc responsuros. Quod enim a potioribus conceditur/ firmius. atq; potius est/q̃ quod a deterioribus est cõcessum. Nos autem nõ id curamus/ sed q̃rimus ueritatẽ. THE. probe. HO. iube eos meliores factos tibi protinus respõdere: & quod aiũt interpretare. THE. Fiet. HO. Vtrũ quod mortale animal nominant/esse aliquid asserunt? THE. Quid ni asserant? HO. nonne hoc animatũ corpus appellant? THE. ualde. HO. dũ hoc ferũt animã esse aliquid uolũt? THE. Ita. HO. animam unã iustam/iniustam alteram. Vnã sapientem/ insipientem alteram arbitrantur. THE. utiq;. HO. An nõ iustitię aliorũq; taliũ habitu presentiaq; talem aĩam fieri/contrariorum uero contrariã? THE. haec quoq; fatentur. HO. quod alicui adesse & abesse potest/esse aliqd dabunt? THE. Dant certe. HO. Cũ ergo sit aliqd iustitia & sapientia/& uirtus quaelibet/necnõ uirtutis cuiusq; contrariũ/& anima pręterea cui hęc accidũt/ utrũ uideri tangiq; posse istorũ singula/an non opinãtur? THE. ferme nullũ ex his uideri. HO. Nunquid horũ aliquod habere corpus existimant? THE. haud simpliciter ad haec respondent. Sed animã quidẽ corpus aliquod habere sapientiã uero & cętera de quibus percõtaberis/aut nihil esse/aut corpus asserere nondum audent. HO. procul dubio Theaetete meliores uiri nobis euaserunt: nam quicunq; illorũ spartę: atq; indigene sunt horũ neutrũ asserere uererentur: immo quod pugno premi nequit: omnino nihil esse contenderent. THE. ferme/quod sentiunt/enarrasti. HO. ab illis iterũ perquiramus. Nam si quid uel exiguũ quidẽ incorporeũ esse concedũt/sufficit. Quod incorporeis simul atq; corporeis rebus est insitum/cuius ratiõe esse utraq; dicũt/hoc ab illis exprimi q̃rimus. THE. deesset forte illis responsio/siquid eis tale cõtingeret. HO. uide utrum preponentibus nobis / ens tale quiddã existere/admissuri sint. THE. Quid uam? declara. forte enim intelligemus. HO. Dico quidẽ quicquid potẽtiã quãcũq; nactum est/uel ad aliud agendum/uel patiendũ ab alio quãuis minimũ quid a uilissimo quodam: & si solum semel/quodlibet tale reuera esse. Et hac ens definitione describo/nihil aliud q̃ potẽtiã esse. THE. At uero postq̃ in pręsentia ipsi hoc melius nihil habẽt hoc & accipiunt. HO. probe forsitan deinceps nobis aliqñ & illis aliter dicẽdũ uidebitur. Atq; id nunc erga illos admissum ratumq; maneat. THE. Manet. HO. ad spẽrum amicos iam descendamus. tu autẽ nobis illorũ sensum interpretare. THE. fiet. HO. aliud essentiam/aliud generationẽ dicitis/alterũ ab altero secernentes? THE. absq; cõtrouersia. HO. Et corpore quidem nos p sensum cum generatione cõicare. Anima uero per rationem cum uera essentia. quã semper secundũ eadem & eodẽ modo sese habere/generationẽ uero alias aliter apparere asseueratis. THE. asseueramus. HO. Cõmunionẽ hãc o uiri omniũ optimi/quid in ambobus eẽ dicitis? num id quod nos pauloante inducebamus. THE. Quid istuc? HO. Passionẽ uel actionẽ ex potentia quadam/ab iis quae in inuicẽ congrediuntur/prouenientem forsitan illorũ ad haec responsiõem o Theętete haud satis percipis: ac me diuturna cũ illis cõsuetudo ad percipiẽdũ iuuat. THE. quid ergo rñdẽt? HO. nõ dant nobis quod supra aduersus homines terra genitos de essentia dictum. THE. Quid illud? HO. sufficientẽ entiũ definitionem hanc posui. uidelicet qñ alicui agendi uel patiẽdi uis aliqua uel minima adest. THE. hanc ipsam. HO. ad haec aiunt/q; generatio potẽtię agendi uel patiendi est particeps. essentię uero nulla hmõi potentia cõuenit. THE. an nõ id quod dicunt/aliquid est. HO. Ad hoc a nobis obiiciendũ. q; clarius ab illis audire cupimus/utrum assentiant/animã cognoscere essentiã uero cognosci. THE. Affirmant pfecto. HO. cognoscere uel cognosci actionẽ uocatis uel passionẽ: uel utrũq;/uel neutrũ istorũ in altero participare uultis? Patet q; in altero neutrũ. Alioqn contraria illorũ quae supra cõcesserãt/nũc admitterent. THE. Intelligo. HO. siquidem cognoscere/agere aliqd esset/cognosci uero pati/quo cognoscit pateretur. Et iccirco essentiã hac rõne/ pati

Positio eorum q id solum esse dicunt q tangitur.

Positio eorum q dicũt id solũ esse, quod intelligitur.

Prima diffinitio entis.

Animam cognoscere essẽtiã cognosci.

Probat oĩa moueri.

ex ipsa cognitione contigeret dũ cognoscit:& quatenus cognoscit/eatenus pati:& quatenus patit eatenus/& moueri. Quod circa rem stabilem fieri nõ posse dicimus. THE. Recte. HO. Quid uero: dic per Iouẽ reuera motũ: uitã: animã: sapientiã nunqd ab eo quod oĩno ac uere est/abesse ꝓrsus existimandũ! neq; uiuere ipsum neq; sapere: neq; uenerandũ sanctãq; mentẽ habere: sed immobile stabileq; esse! THE. Absurdũ nimis id hospes si cõcedatur. HO. nũqd mẽtẽ qdẽ habere uitã uero minime! THE. Qui istuc! HO. an hęc utraq; inesse illi dicemus non tñ ab eo in anima contineri! THE. At quonã modo alio cõtineret! HO. utq; mentẽ: uitã animã habere dicendũ/ĩmobile tamẽ cũ oĩno sit animatũ consistere! THE. hec omnia mihi ratione carere uident. HO. motum igit & motionẽ tanq̃ existentia adesse fatendũ. THE. Quid obstat. HO. ex hoc o Theętete sequit/ mentem nulli rerũ ĩmobiliũ usq̃/ullo modo de/ullo adesse. THE. Sequit plane. HO. uerũtamen si ferri agitariq; cũcta consentiemus/hoc sermone ipm idẽ ex genere rerũ existentiũ auferemus. THE. qua rõne! HO. Videtur tibi absq; statu esse umq̃ posse quod dicitur secũdũ eadẽ eodẽ modo: & circa idem! THE. nequaq̃. HO. cernis usq̃ sine his mentẽ/uel fuisse/uel esse! THE. minime. HO. aduersus eũ omni rationũ conatu pugnandũ qui scientia prudẽtia mẽteq; sublatis / quicq̃ aliud asseueret! THE. & uehementer quidẽ. HO. Necesse est eum qui philosophat/atq; ista in primis honorat ꝓpterea neq; sermonẽ illorũ admittere quicũq; unam spẽm rerum uel plures inducentes/totũ stare solũ ferunt: neq; illos audire: qui ens moueri dũtaxat affirmant: uerum secũdũ puerorũ optionem comprehensis oĩbus quotcũq;/uel stant/uel mouent/ambo simul ens & omne uocare. THE. uera loqueris. HO. An non ut decet ens sermone iam comprehendisse uidemur! THE. prorsus. HO. pape o Theętete quãta nũc in ambiguitate uersamur! nihil enim aliud nũc pręter difficultatem considerandi nosse mihi uidemur. THE. Quorsum hęc. HO. uides ne o beate ꝙ dũ illud penitus ignoramus/dicere tamen de illo nos aliqd arbitramur! THE. & ego arbitror: atq; haud scio quã ob cãm nobis hęc ignoratio sit occulta. HO. animaduerte obsecro diligentius/nũ in praesentia nos his concessis merito quis per inde interrogare posset/ut & ipsi supra interrogauimus eos q omne calidũ & frigidũ esse uolebant. THE. quemadmodũ! memora mihi si placet. HO. conabor equidẽ eodẽ modo abs te nunc querere/quo ab illis ut aliqd ꝓficiamus. THE. optime. HO. Motũ & statum nõne inuicẽ contraria maxime nuncupas! THE. cur nõ. HO. Enimuero esse illa similiter ais/& ambo pariter/& utrũq;! THE. aio equidẽ. HO. Qñ esse utrũq; & ambo concedis/tũc moueri ꝑdicas! THE. nullo pacto. HO. an stare forte significas/cũ esse utrũq; dicis & ambo! THE. neq; hoc. HO. ergo tertiũ quiddã ipm ens cogitas: & tãq̃ sub illo motus & status contineant/ cõprehendis utraq;: atq; eorũ in essentia cõmunionem respiciens sic esse ambo denominas. THE. uidemur reuera tertiũ quiddã ipm ens uaticinari/quando motum & statum esse dicimus. HO. hac de causa ipm ens ambo ista motus & status non est sed ꝑter hęc aliud. THE. apparet. HO. Ens itaq; suapte natura neq; stat penitus /neq; mouet. THE. Sic ferme dicendũ. HO. quo nã cogitatio conuertenda ut animus de ente ratũ aliqd & manifestũ habeat! THE. ignoro. HO. haud facile usq̃ arbitror. Siquid enim nõ mouetur/cur non stet saltẽ! uel quod nõ stat/cur nõ moueat! Ens uero nobis extra hęc utraq; esse apparuit: fieri ne id potest: THE. minime oĩum. HO. hoc utiq; recordari in presentia debemus. THE. quale id! HO. ꝙ de nonentis nomine interrogati cui nam conueniret declarare nequiuimus: recordaris ne! THE. Quid ni recorder! HO. Nũqd circa ens modo facundiores sumus. THE. Mihi quidem hospes si modo dici põt/magis deficere nũc uidemus. HO. Hoc ergo hic ponat ambiguũ: postq̃ uero tam ens q̃ nõ ens ex ęquo nobis obscurũ est uisum spes restat deinceps/si alterum clarius uel obscurius uidebitur: & alterũ similiter uisum iri: & si alterũ ignotũ penitus alterũ quoq; similiter fore. Sermonẽ igitur q̃tum possumus decẽtissime circa utrũq; pariter persequamur. THE. scite. HO. dicamus plane quo pacto multis nominibus idẽ hoc appellamus. THE. exẽplũ ad hoc inducas. HO. Hominẽ unũ uocantes/cognomẽtis multis denominamus/dũ colores illi: figuras: magnitudines attribuimus: uirtutesq; & uitia/in quibus oĩbus aliisq; permultis nõ hominẽ tantũ eẽ ipm dicimus: sed & bonũ & alia multa: atq; in aliis similiter agimus. Quod libet enim unum ponentes/multa deinde multisq; nominibus appellamus. THE. Vera narras. HO. Vnde iuuenibus ut arbitror & tardo ingenio senibus aduersandi occasionẽ dedimus. Nã cõtinuo quisq; obiicere potest. ꝙ impossibile sit multa /unũ & unũ multa esse. Quapropter exultãt dũ hominẽ bonũ dici non sinunt/sed bonũ quidẽ. bonũ hominẽ uero/hominem uocari uolunt: incidisti sępenumero ut arbitror Theętete in homines. qui argutiis eiuscemodi studẽt: plerũq; etiã seniores qui propter inopiã sapientię: hęc admirant: & tanq̃ magnificũ quiddã inuenerint/se temere iactant. THE. & maxime quidem. HO. Vt igitur cũctos quicũq; de essentia umq̃ aliquid locuti sunt/sermo cõprehendat/quę deinceps interrogando subiiciemus/tam aduersus hos / q̃ aduersus alios quos supra rettulimus dicta intelligantur. THE. Quę nã ista! HO. Verum neq; essentiã cũ motu statuue iungemus: neq; alius quicq̃ cũ alio quoq̃! Sed quasi inuicẽ res/cõmunicare nequeãt nostris sermonibus eas penitus secernemus. An in idẽ oĩa cõgeremus tãq̃ misceri singula possint.

An partim

Ab eo quod iure est. non põt abesse uita & anima & motus:

Secundo probat oĩa quiescere.

Secũda diffinitio entis.

Aggreditur tertiã diffinitionẽ entis.

Tertia diffinitio entis.

Tã ens q̃ non ens hactenus obscurum.

Multa unum dici unum ut bonus homo dicitur homo unum multa sunt multa ut homo bonus dicitur bonꝰ

Rerũ an nulla mistio. an oĩum mistio. an quarũdam fit. quarundã non fit.

An partim licebit quidē: partim minime? Quid ex his potissimum Theętete electuros illos puta/mus. THE. Nescio quid pro illis respondeā: Cur nō sigillatim rñdendo/quid ex unoquoq; sequit exq̃siuisti. HO. recte admones. Ponamus ergo si uis dicere illos primū nihil prorsus cū aliquo ad aliquid cōionem ullā habere. Nōne motus & status nullo modo essentię pticipabunt? THE. nullo modo certe. HO. Nū erit illorū aliquod cū neutrū sit essentię pticeps? THE. nō erit. HO. Statim hac cōsensione/oīa ut uidet peruersa sunt tū illorū dogmata qui moueri oīa/tū illorum qui stare ut unum uolunt. Ac etiam illorum qui secundū spēs ea quę sunt/eodē modo & secūdū eadem eē sem/per existimant. Omnes enim eē adiungūt: partim uere moueri: partim uere stare dicentes. THE. sic est oīno. HO. quinetiā ꝗ quicunq; interdū cōponunt oīa interdū diuidūt: siue in unū & ex uno in infinita/siue interminata elemēta diuidant: & ex his cōponūt. Similiter quidē siue interdū uicissim id fieri ponant/similiter quoq;/siue semper. In his inq̃ oībus nihil ueri dicunt: quandoquidē rerū est nulla cōmixtio. THE. Recte. HO. Preterea & ipi q̃absurdissime sermonē trāsigeremus si nihil permitteremus/alterius passionis cōione/alterū appellari. THE. Quomodo? HO. Ipso esse circa singula quodāmodo uti cogunt: & ipo seorsum & altero & secūdū seipsum & innumeris aliis: qbus cū abstinere nequeant qn sermonibus suis interserāt nullis aliorū redargutionibus indigēt: sed ut fert domi hostē & aduersariū habent intrinsecus reclamantē/instar euryclis absurdi: eumq; secum circūferunt. THE. Verū est quod dicis ac simile. HO. Quid uero? Si oīa uim mutuę cōmunionis habere dicamus? hoc profecto & ipse refellere possum. THE. Qua rōne? HO. Quoniā & motus ipse omnino quiesceret: & status agitaretur: si inuicē cōmiscerētur. Hoc autē summa quadā neces/sitate impossibile est/motū stare statumue moueri. THE. Cur non? HO. Tertium itaq; solū restat. THE. Sane. HO. Etenim unū aliquod istorum necessariū est. Vel omnia. Vel nulla. Vel alia com/misceri/alia minime. THE. necessariū prorsus. HO. Duo quidem reperiri non possum. THE. nō certe. HO. Sequitur ut quicunq; recte respondere uult/reliquū e tribus ponere debeat. THE. ma xime. HO. quandoquidē alia coire uolunt alia minime: ferme idē rebus aliis quod & litteris eue/nit. Nā quędam ex litteris inuicē copulantur: quędam minime. THE. patet. HO. uocaliū quippe litterarū series per alias oēs tanq̃ uinculū quoddā protendit: sine quo nulle inuicē littere uinciri pos sunt. THE. & maxime quidē. HO. An intelligit unusquisq; quæ littere qbus cōgruāt? uel arte opus est/ut recte id fiat? THE. arte. HO. qua? THE. grāmatica. HO. nōne idem circa grauiū & acutorū sonos. Qui enim uoces inuicē cōsonas/dissonasue arte dinoscit/musicus. Qui uero ignorat: musi/cæ expers. THE. Ita est. HO. & in aliis artibus/artiūq; defectibus eiuscemodi alia repiemus. THE. manifestum id quidem. HO. Cū uero & genera rerū eodem pacto mutuā cōmunionē habere di/xerimus/nonne scientia quadā sermones peragere debet: qsquis recte qualia genera qualibus con gruant. aut dissonent sit ostēsurus: quinetiam per oīa cogniturus si ista conueniant adeo ut cōmi/sceri possint. Et in diuisionibus rursus/si p omnia altera diuisionis est causa. THE. Scientia prorsus opus est: ac ferme omniū maxima. HO. quam igitur hanc appellabimus Theętete? Nunquid clā/culum in liberaliū hominū scientiam incidimus? uidemur utiq; dū quereremus sophistā/ante illū inuenisse philosophum. THE. qui istuc? HO. Per genera diuidere & neq; eandē speciem alteram credere/neq; alterā rursus eandē esse/nonne dialecticę officiū esse dicemus? THE. dicemus pfecto HO. Quicunq; hoc agere potest. Vnā ideā permulta/uno quoq; seorsum posito passim porrectā acute persentit: & multas inuicem alias extrinsecus sub una cōprehēsas. Et unā rursus per tota illa quę multa sunt/ad unam copulatam: & multas seorsum undiq; distinctas. Hoc autem est scire/per genus discernere qua singula cōmunicare uicissim possunt: & qua non possunt. THE. oīno. HO. At uero dialecti cum opus haud alteri dabis ut arbitror q̃ pure legittimeq; philosophanti. THE. quo pacto alteri dari posset? HO. philosophum quidem tali quodam in loco: & nunc & in posterū si quęremus inueniemus: q̃q̃ & hic non facile conspici potest. Sed alia ratione sophista. alia philo/sophus intuitum refugit oculorum. THE. Qua. HO. sophistā pono: quia in nonentis tenebras au fugit. & diuturna consuetudine tenebris illis obfunditur/ideirco summa difficultate discernitur. THE. sic est. HO. philosophus autem entis ipsius ideę ratiocinatione semper inhęrens ob regio/nis illius splendorem. haud facile cernitur. Nam uulgarium animarū oculi diuinitatis radios sub stinere non possunt. THE. cōsentaneum est ista sic non minus q̃ illa sese habere. HO. de hoc alias: clarius si p uolūtate licebit/tractabimus. Sophista uero nō prius est dimittendus q̃ sufficiēter a no bis sit cognitus. THE. egregie. HO. Postq̃ ergo inter nos conuenit ex generibus quędam uicissim congredi/quędam penitus dissidere: & alia quidem cum paucis/alia cum multis. nonnulla quoq; per omnia omnibus cohęrere. Sequamur deinceps rationē sermonis huius in hunc modum con/siderantes. Non de omnibus speciebus inq̃/ne multitudine confundamur. Verum quasdā ex ma/ximis eligentes/primū qdē quales quęq; sint/deinde quam iam mutuę cōmuniōis habeāt. Vt ens atq; non ens si nō possumus perspicua penitus notione comprehendere/saltē cōgrua de his dispu tandi ratione non careamus/quoad inuestigationis huius cōditio patit. q; si non ens uelut imagi/

Positio primę partis qōnis falsa.

Prouerbiū domi hostem habent.

Positio secūdę ptis qōnis falsa.

Tertia ps qōnis uera.

Quoddā officiū dialecticę

Que lateant philosop. & sophistas.

Oculi uulgariū animarū radios diuinitatis sustinere nō possunt.

nando esse reuera nõ ens dicemus/insontes forsitan euademus. THE. decet sane. HO. maxima uero oĩum genera que modo referebamus. ens ipsum & status & motus. THE. Valde. HO. Duo hęc inuicẽ misceri nõ posse est dictũ. THE. Certe. HO. Ens uero utrisq; misceri. Ambo enim quodãmodo sunt. THE. Nil obstat. HO. sequitur ut tria sint hęc. THE. Sequit̃. HO. An nõ horũ quodlibet a duobus reliquis alterũ est/sibi idem? THE. Est. Ho. Quid ita nunc idẽ & alterũ diximus. Nũquid ut duo quędã genera/alia q̃ tria superiora/illis aũt necessario semp adnexa? atq; ita de q̃nq; generibus cogitandũ? An idẽ hoc & alterũ illorum quiddã enunciauimus: quod tñ nos latuit? THE. forsitan. HO. at uero motus status neq; alterum est: neq; idẽ. THE. quã ob cãm? HO. quod cõiter motũ statũ uocauimus/hoc neutrũ illorũ esse potest. THE. cur. HO. quia & motus staret: & status itidẽ moueretur. Circa enim ambo alterũ utrũ uis illorũ effectũ/cogeret alterũ in naturę sue transire contrariũ/ut pote contrarii particeps. THE. prorsus. HO. ambo tamen eodẽ alteroue participãt. THE. nẽpe. HO. ne ergo dicamus aut motũ esse idẽ uel alterũ: aut statũ similiter. THE. non certe. HO. sed nunquid ens & idẽ unũ esse inuicẽ cogitãdum. THE. forte. HO. at si ens & idẽ nihilo inter se differũt/quotiens motũ & statũ ambo esse dicemus/ambo similiter ista idẽ denoĩabimus hoc aũt impossibile. Nõ põt igitur idem & ens unũ esse. THE. sic ferme dicẽdũ. HO. quartã ergo spẽm pręter tres supiores/ipm idem ponamus. THE. ponamus. HO. Nunqd ipm alterum quinto loco ponẽdũ? uel hoc & ens nomina duo unũ quiddã significare putãdũ? THE. forte. HO. arbitror tñ concessurũ te q eorũ quę sunt quędã ipsa secundũ seipsa sunt quedam ad alia referuntur. THE. quid ni? HO. alterũ autem semp ad alterũ/nõne? THE. semp. HO. nõ tamẽ ita nisi alterum & ens inter se longe differrẽt. Sed si alterũ spẽbus utrisq; participet/ut ens/esset utiq; aliqd eorum quæ altera sunt: alterũ utiq; non ad alterũ. Nunc aũt qcquid reuera alterũ est/ex necessitate sequitur ut secundũ id quod est/alterũ sit. THE. sic est ut dicis. HO. quintã ergo alterius ipsius naturam in speciebus quibus adiunximus ponere decet. THE. profecto. HO. dicendũ quoq; per omnia hęc illã discurrere: esse enim ex aliis unũquodq; alterũ: nõ per sui ipius naturã: sed quia alterius ideę sit particeps. THE. Reuera. HO. sic aũt de quinq; sigillatim repetẽdo dicamus. THE. Quid? HO. principio q motus omnino alterũ quiddã est q̃ status. Ita ne an aliter asserendum? THE. ita prorsus. HO. Nõ ergo status est. THE. nullo pacto. HO. est aũt ex eo q entis est particeps. THE. est. HO. rursus motus alterũ est q̃ ipsum idẽ. THE. ferme. HO. non ergo ipm idem est. THE. nõ certe. HO. attamen idẽ quodãmodo est propter participationẽ. Omnia enim ipso eodẽ pticipãt. THE. summopere. HO. concedendũ igitur sine cõtrouersia motũ & idẽ esse pariter & non idem. neq; enim simili ratione utrũq; pnunciamus. sed idẽ: quia ipsius eiusdẽ particeps / sibimet idẽ est. Non idem uero/quia ipm quoq; alterum recipit/quo ab ipso eodẽ seiungit̃: neq; illud est: sed aliud quiddã. Quãobrẽ recte nõ idẽ iterum dicitur. THE. Recte nimirũ. HO. Quinetiam si quomodo statum ipse motus admitteret/motũ stabilẽ nominare nequaq̃ esset absurdũ. THE. recte, siquidẽ concesserimus e generibus quædam inuicem cõicare uelle: quedã minime. HO. At uero ad huius prius demõstrationẽ q̃ pręsentium refellendo puenimus/q uidelicet sic natura se res hẽat. THE. cur nõ? HO. Dicamus iterũ motũ alterum esse q̃ ipm alterum: queadmodũ aliud q̃ idem & status erat. THE. necesse est. HO. Est ergo & alterum hac rõne quodãmodo & non alterum. THE. Verũ. HO. Quid uero deinceps? Num alterũ ipm q̃ tria dicemus/non tamen a quarto diuersum. cum quinq; illa esse cõfessi fuerimus/e quibus unũ cõsiderandũ ppo suimus. THE. At quomodo? Neq; enim minorem illorũ numerũ q̃ supra constiterit/inducere possumus. HO. Ergo nihil ueriti asseueremus motũ aliud esse q̃ ens. THE. asseueremus protinus. HO. Quare motus reuera non ens existit: & ens/quãdoquidẽ entis est particeps. THE. Manifestum id quidem. TH. sequit̃ itaq; non ens in motu & in aliis generibus omnibus eẽ. Nam in singulis alterius ipsius natura/dũ alterũ unũquodq; q̃ ipm ens efficit: non ens efficit singula: atq; ideo cuncta similiter non entia hac de cã prędicabimus: & quia ente participant/esse iterũ dicemus/entiaq; uocabimus. THE. apparet. HO. Ergo circa spẽm quãlibet ens quidẽ unũ est/non ens aũt multitudine infinitũ. THE. uidetur. HO. an nõ ipm quoq; ens aliud q̃ unũquodq; aliorũ est dicendũ? THE. necesse est. HO. Ens itaq; quot numero alia sunt/totidẽ nõ est ipm: nã cũ illa ipm non sit/unũ qdem ipm est. Alia uero que infinita sunt numero nõ est. THE. ita pene dicẽdũ. HO. haud sane turbare nos hęc debẽt. siqdẽ natura generũ mutuã cõionẽ hẽt. Siqs aũt minus hęc accidit sciẽdũ positis supioribus/cõcedi hęc isup oportere. THE. iuste loqris. HO. Videamus & hoc. THE. qd nã? HO. quotiẽs nõ ens dicimus ut uidemur/neq̃ q̃ entis cõtrariũ dicimus sed alterũ qddã solũ. THE. queadmodũ? HO. ceu cũ nõ magnũ dicimus/nõ magis puũ q̃ eq̃le eo uocabulo significamus. THE. sic ẽ. HO. Nõ. ergo cõtrariũ/ qñ negatio dr̃ significari fatebimur? tm̃ uero dũtaxat asseuerabimus/q uõ/& neq̃/ aliqd ex aliorũ nũero significãt qñ noĩa añcedũt: imo quotiẽs añcedũt res ipas/circa q̃s noĩa negatiões sequẽtia pnũptiãt THE. sic ẽ oĩno. HO. hoc pterea si tibi uĩ/meditemur. THE. qd istud. HO. ipius alterius natura eodẽ mõ quo & sciã diuisa dispsaq; uĩ. THE. Dic age quo pacto? HO. una qdẽ ẽ illa ps aũt illius in aliquo

Quod ens & idem nõ sint unum.

Rursus de q̃nque gñibus.

Non ens in quibus sit.

Examinatio ipsius non entis.

Qñ negatio dr̃ contrariũ nõ significat. De dictiõe ñ. Meditatio ipsius alterius.

aliquo residēs/sigillatiq; determinata/cognomētū ꝓpriū est sortita: quo circa multę artes sciētięq; eē dicunt. THE. prsus. HO. nōne & ptes naturę ipsius alterius/q̃ una est idē qđ & partes scientię patiunt. THE. Fortītā. Verꝫ qua rōne declara. HO. est pulchro ps aliq̃ ipius alterius opposita? THE. est. HO. Hanc ne omni cognomento carere dicemus? an potius cognominari? THE. cognominari. HO. Quod enim non pulchrum ubiq; ꝓnūciamus hoc non ab alio quoq̃ alterū est / q̃ a pulchri natura. Age itaq; ad hoc responde. THE. ad qd respōdeam? HO. cū aliquid in parte quadā entiū determinatū sit/ rursusq; alicui entiū opponatur/ cōtingatq; ita non pulchrum dici/ sequit̄ nō pulchrum esse aliquid/ quādoquidē est illud cui opponit̄. THE. recte admodum. HO. Nunqd ex hoc sermone pulchrum magis in numero entium/ non pulchrum minus ponēdum? THE. nihilo magis? HO. Similiter ergo tam nō magnū q̃ magnū esse dicēdum. THE. similiter. HO. quinetiā non iustum ex ęquo ac iustum eē asseuerādum. THE. absq; dubio. HO. Eademq; erit de cęteris ratio. postq̃ alterius ipsius natura e genere entium esse apparuit. Ea uero existente necesse est: & ptes eius nihilominus existere. THE. quid ꝓhibet? HO. oppositio ipsa quę est inter partē naturę ipsius alterius partēue entis: nihilominus si dictu fas est/ q̃ ens ipsum essentia est: neq; cōtrarium illius/ sed alterum quiddam dūtaxat/ significat. THE. perspicue. HO. Quā igitur ipsam appellabim⁹? THE. Constat utiq; ꝙ nō ens a nobis gratia sophistę quęsitum hoc ipsum est. HO. An ut dicebas nullius alioꝝ essentiam derelinquit? oportetq; audacter iam dicere ꝙ nō ens firmiter naturā suam habet: queādmodum magnū erat magnū pulchrūq; erat pulchrum. Ac etiam nō magnū & nō pulchrū. Eodēq; pacto nō ens secūdum idem erat & est/ nō ens species una multis aliis entibus adnumerata. Nunqd ulterius circa hoc Theętete diffidimus? THE. nequaq̃. HO. aduertis ne q̃ longe a Parmenidis mente diuertimus. THE. cur nam? HO. illius limites transgressi sumus: dum ulterius, q̃ statuerit considerauimus & ostēdimus. THE. quo pacto? HO. quoniā inquit ille: nūq̃: nusq̃: nullo modo sunt nō entia. Sed tu querēs ab hoc ꝓgressu cohibe mentē. Hæc ille. Nos aūt nō solum non entia esse ostēdimus/ sed quę sit nō entis species demōstrauimus. Cum enim ostēderimus alterius ipsius naturā esse: p quę omnia entia diuisam atq; dispersam inuicē/ tunc partē eius oppositā ei qđ cuiusq; ens est/ esse ipsum reuera nō ens asseruimus. THE. uera ꝓrsus o Hospes dixisse mihi uidemur. HO. Nemo itaq; dicat/ ꝙ postq̃ nō ens entis/ cōtrarium ostēdimus esse ipsum dicere audeamus. Nos enim iamdiu id prętermisimus. Vtrum reuera sit cōtrarium/ nec ne. Quod aūt nunc diximus esse nō ens/ uel reprobare debet/ qui minus credit: uel si reprobare nō ualet/ eousq; credere: quousq; cōtradicere nequit: ꝙ uidelicet genera inuicē sint cōmixta/ ensq; & alterum per se inuicem perq; alia omnia penetrādo/ sese mutuo capiāt/ dum alterū ente participat. Est enim ob participationem huiusmodi: nō tamen est illud ipsum/ Quo participat/ sed aliud quiddam. Cum uero aliud sit q̃ ipsum ens/ necessario sequitur ut non ens esse dicatur. Ens quoq; ex eo ꝙ est ipsius alterius particeps/ alterum quiddam ab aliis generibus est dicendum. Cūq; alterum sit q̃ reliqua cuncta: nec unum aliquid ex illis/ neq; cuncta existit: sed ipsum quod est dūtaxat: quapropter ens absq; dubio in plurimis plurima nō est. Et alia quoq; similiter tam uniuersa q̃ singula multifariam quidē sunt: & multifariam nō sunt. THE. uera narras. HO. siquis contrariis hisce conuersionibus fidem non præstat/ cogitare debet ut meliora q̃ hęc inducat: ꝙ siquis quasi arduum quiddam inuenerit/ gloriatur/ tum ad hæc/ tum ad alia sermones trahens/ haud sane multo studio digna excogitauit: quēadmodum sermones hi restantur. Hoc enim neq; egregium aliquid est/ neq; inuentu difficile. Sed illud arduum est atq; præclarum. THE. quid nam? HO. quod & supra est dictum. ut his obmissis tanq̃ leuibus / possit aliquis sigillatim redarguendo prosequi / quotiens dicat quis quod alterum est idem esse/ aut quod idem est alterum / ita ut utrunq; id per rationem propriam patiatur. Vtq; iterum ostendere possit quod idem est: alterum quoquo modo esse: alterūue idem. magnū quoq; paruum simileq; dissimile. Atq; ita contraria semper in sermonibus facile ꝓferre queat. Neq; uero aliqua tam uera redargutio est. Cumq; nuper ens aliquod perceptum sit: noua est. THE. Oīno quidem. HO. cæterum o adolescens optime/ omne ab omni secernere/ & inconcinnum est: & hominis musicę philosophięq; prorsus expertis. THE. quāobrem? HO. omnis penitus oratio delet̄: si unūquodq; ab omnibus segregatur. Nam ꝓpter mutuā specieꝝ copulam oratio cōstitit: THE. sic est. HO. aduerte obsecro q̃ oportune nūc aduersus istos pugnātes coegimus eos ut alterū alteri cōmisceri ꝑmitterent. THE. ad qd maxime. HO. ad hoc ut oratio unū aliquid e generibus sit: hoc enim si priuaremur philosophia utplurimū careremus. Oportet pręterea in ꝑsentia cōmuni consensu quid oratio sit/ definire: ꝙ si penitus e medio tolleret̄/ nulla de re loqui possemus. Tolleretur aūt si cōcessum esset nullam esse rerū cōmixtionē. THE. recte id quidem. Verum qua de causa nunc oratio definienda sit/ non intelligo. HO. At forte hoc modo percipies. THE. Quo. HO. nō ens cōstitit unū aliqđ genus ex aliis existens per oīa quę sunt/ esse diffusum. THE. cōstitit. HO. considerandum ergo deinceps utrū opinioni atq; oratiōi imisceat̄. THE. cur? HO. q̄m si nullo modo his īmiscetur/ uera esse omnia necesse est: sinautem misceẗ/ falsa opinio; orationq; falsa exoriuntur.

Probatur q̃ nō ens sit.

Quod nō ens firmiter hēt naturā suā.

Carmina Parmenidis.

Qui positioni non credit reprobare debet: q reprobare nō habet credre debet.

Dicere enim & opinari non entia / hoc ipsum falsum est orationi & cogitationi cõtingens. THE. sic est. HO. Cum uero sit falsitas deceptio sequitur. THE. statim. HO. Orta deceptiõe/ necesse est simulachris & imaginibus phantasiaq; cuncta repleri. THE. Nihil repugnat. HO. Sophistã utiq; dicebamus huic aufugisse / dum falsum aliquo modo esse renueret: quia nonens nemo cogitet uel pronunciet. Cum nonens nulla ex parte sit essentię particeps. THE. sic est dictum. HO. Nunc autem hoc entis particeps nobis apparuit. Quapropter haud ultra hunc in modum pugnabit. Forte uero dicet / quasdam e speciebus nonente participare/ quasdam minime: orationem & opinionem ex illorum numero esse quæ non participant. Et iccirco facultatem illam phantasticam simulachrorum magistram/ in qua illum locauimus/ nusq̃ esse contendet/ postq̃ opinio orationq; nonẽte nullo modo participant. falsumue nihil esse dicet cum nulla cõmunio talis reperiatur. Quamobrem quid oratio sit opinioq; & phantasia primo inuestigandum/ ut his declaratis/ eorum cum non ente cõmunionem conspiciamus: qua inspecta/ falsum esse aliquid ostendamus: cũq; hoc ostenderimus/ in eo sophistam si reus sit/ uinciamus. Alioquin absoluentes illum in alio quodam genere / deinde quęramus. THE. Verum omnino uidetur hospes / quod ab initio de sophista prædixi mus/ q; uidelicet difficile capi posset. multis enim est obiicibus circũseptus: neq; ad eum peruenire quis potest nisi prius obstaculum quod primo iecit ille submouerit. Et nunc quidem uix tandẽ obiectionem illam euasimus / qua non ens nullo modo esse intulerat. Continuo siquidem aliud est illatum. Vnde oportet falsitatem circa orationem opinionemq; ostendere: ac forsitan post hoc aliud/ aliudq; post illud / nullusq; terminus inuenitur. HO. Forti animo persequi Theętete debet quisquis contra progredi postq̃ inuasit aliquantulum ualet. Qui enim in istis hęsitat/ in aliis audebit nunq̃. Nam qui in illis aut nihil perficit/ aut retro repellitur/ nunq̃ ut prouerbio fertur / expugnabit urbem. Hunc uero postq̃ ingens obstaculum iam disiecimus/ reliqua post hęc minora leuioraq; supersunt. THE. præclare loqueris. HO. Oratiõem itaq; primo opinionemue capiamus: ut clarius ostendamus/ utrum non ens hæc attingat: an uera omnino sint ambo: falsumq; neutrũ. THE. optime. HO. Age quemadmodum circa species & litteras diximus similiter circa nomina rursus excogitemus. Videtur enim quod nunc quęritur ita sese habere. THE. quid potissimũ de noĩbus uis ĩtelligi? HO. utrũ oĩa inuicẽ cõgruãt: aut nullũ: aut q̃dã cõsonẽt: alia dissonẽt. THE. patet q; q̃dã cõgruũt: q̃dã miníe. HO. Forte tale qddã ais: q; q̃ consequenter dicta/ aliqd exprimũt inuicem congruunt. Quę uero continuata/ nihil significant/ non cõueniunt. THE. quomodo qdue dicebas? HO. Quod intelligere te & fateri putaui. Duo nãq; sunt genera declarationum eaꝝ/ quæ circa essentiam uoce fiunt. THE. quo pacto? HO. unum quidem nominũ genus/ uerborum alterum. THE. Dic utrũq;. HO. declamationem qua actiones significantur uerbum dicimus. THE. sane. HO. signum autem uocis agentibus ipsis impositum/ nomẽ. THẽ. prorsus. HO. Ex solis nominibus suppositis inuicem oratio nunq̃ efficitur: neq; rursus ex uerbis absq; nominib⁹ subsequẽter pronunciatis. THE. hęc non didici. HO. constat utiq; q; alio intendens animum / pauloante assentiebare: nam hoc ipsum est / quod dicere uolebam / q; ista si solum ita continuata pronunciãtur / orationem non faciunt. THE. quomodo? HO. ut uadit: currit: dormit: & alia uerba quęcũq; actiones significant/ quæ siquis subiungat omnia: nihilo magis orationem facit. THE. sic est. HO. rursusq; cum dicitur: leo: ceruus: equus: cęteraq; nomina quę ipsos agentes significant/ nõdum ac continuatione oratio ulla conficitur. Nam quę proferuntur/ haud ante dẽtionem: uel actionis impedimentum/ aut essentiam/ siue existentis rei/ seu non existentis ostendunt/ q̃ uerba nominib⁹ misceãtur. Tunc uero primum conueniunt: statimq; fit oratio: & prima horum complexio: prima oratio est: etiam si sit breuissima. THE. Qui istuc inquis? HO. quando quis dicit / homo discit orationem hanc esse ais primam atq; breuissimã. THE. equidem. HO. Tunc sane declarat aliquid de his quę sunt uel fiunt: aut fuerunt iam: aut erunt: neq; nominat tantum: sed & perficit aliquid: uerba nominibus copulans: ideoq; nõ modo nominare/ uerum etiam loqui ipsum dicimus: taliq; cõtextu nominum orationem enunciauimus. THE. recte. HO. enimuero quemadmodum res aliquę consonant inuicem ut supra diximus/ aliquę dissonant/ ita & signa uocum quædam nequaq̃ cõueniunt: quædam conuentu orationem conflant. THE. prorsus. HO. accipe & hoc breue. THE. quale istud? HO. Orationem necesse est quotiens fit/ alicuius esse orationem: nullius enim esse orationem: impossibile est. THE. ita uidetur. HO. nõne & qualem quãdam eẽ ipsam oportet. THE. oportet sane. HO. aĩaduertamus obsecro diligẽter. THE. decet. HO. afferam orationẽ tibi / rem cum actione per nomen uerbũq; coniungens: cuius aũt oratio sit tu dicas. THE. efficiam ut potero. HO. Theętetus sedet: num oratio ista prolixa? THE. non: sed mediocris. HO. tuum est nũc dicere de quo & cuius oratio est. THE. de me uidelicet: atq; mea. HO. hæc autẽ? THE. quę nã. HO. Theętetus hic/ qui cum ego nunc disputo uolat: THE. nemo de hac quoq; aliter diceret / nisi q; de me meaq; ẽ. HO. diximus qualẽ quãdã eẽ orõnẽ quãlibet oportere. THE. dixim⁹. HO. unã uerã/ alterã falsam. Vera orõ ea q̃ sunt ut sunt/ de te pdicat. THE. certe. HO. falsa aũt / alia pter illa q̃ sunt.

THE.

Vis phantastica, simulacrorum magistra.

A nõ ente falsitas: a falsitate deceptio. a deceptiõe phãtasiarũ repletio oritur.

Prouerbium Nunq̃ expugnabit urbẽ.

De oratiõe & opinione.

Quę uoces sint congruẽtes: quę non.

Quę uox uerbum. quę nomen.

Prima oratio a breuissima hõ discit.

Loqtur: q nomen cũ uerbo iungit.

Orõnẽ alicuius esse oportere.

THE. profecto. HO. quę nō sunt ergo/quasi sint asserit. THE. sic ferme. HO. reuera entia de te alia. Multa siquidem entia circa unūquodq; esse prędiximus/multa quoq; nō entia. THE. oio. HO. Primū quidē necesse est orationē illam quā secūdo loco de te protuli/secundū oratōis definitionē/unā quādam & breuissimis eē. THE. sic enī inter nos cōuenit. HO. deinde exprime: num alicuius sit. THE. alicuius. HO. si tua nō est/alteri⁹ multominus. THE. patet. HO. si nullius ē/neq; oratio prorsus ē. Nā ostēsum ē/fieri nō posse/ut q̄ oratio est/nullius oratio sit. THE. scite. HO. Ergo quotiens de te altera ita p̄dicanf ac si eadē essent/& nonētia pinde ac si entia/hmōi q̄dā ex uerbis ac noib⁹ cōpositio/p̄culdubio fit oratio falsa. THE. Vera admodū loq̄ris. HO. Quid aūt de cogitatōe: opiōne/& phātasia dicemus? nōne iam cōstat/q̄ hęc oīa genera/tū uera/tū falsa in aīs nostris efficiuntur. THE. qua rōne? HO. sic ītelliges facile/si prius q̄d unūquodq; istoꝝ sit/quoue inter se singula differant/acceperis. THE. Dato mō. HO. nōne cogitatio & oratio idem? nisi q̄ cogitatio dicit/illa ipsa sine strepitu uocis iterior collocutio/q̄ sese anim⁹ noster alloq̄t. THE. penit⁹. HO. Sed p̄ os effluxus p̄latiōis ab illa orō nūcupaf. THE. uerū. HO. Quinetiā in oratione hoc aīaduertimus. THE. Quid. HO. affirmationē inq̄ & negationē. THE. nempe. HO. qn̄ igif hoc in aīa p̄ cogitationē silētio fit/pōt ne alio q̄ opīonis noīe nūcupari? THE. nequaq̄. HO. Quid uero? cū nō p̄ ipsam sed p̄ sensum rursus talis passio accidit/pōt ne aliterq̄ phātasia cognomīari? THE. nō aliter. HO. postq̄ orō partim uera/ptim falsa eē apparuit. Cogitatio uero īterior ipsi⁹ aīę collocutio/opīone cogitationis cōclusio/in qua opīonis sensusq; cōmixtio reperif/necessariū eē uidef/ut cogitatiōes opīonesq; partim uerę ptim falsę sint: q̄ppe cū sint oratōi cognatę. THE. nihil repugnat. HO. aduertis ne nos facilius q̄ putabam⁹/orationē & cogitationē falsam īuenisse. Metuebam⁹ sane/ne opus irritū & inexplicabile ista quęrētes aggrederemur. THE. aduerto. HO. ergo ne reliq̄ metuam⁹. Verū postq̄ patefacta sunt ista/supiores illas fm̄ spēs/diuisiones iterū resumam⁹. THE. q̄les? HO. imaginatiā artem in duas diuisim⁹/assimilatricē. s. & phātasticā. THE. Sic egim⁹. HO. qua uero in arte duarū sophistā collocaremus: ambigebam⁹. THE. p̄fecto. HO. Post hāc ābiguitatē/repēte p̄fundior emersit caligo: cū sermo ille cūctis dubius īferref/q̄ neq; imago/neq; simulachrū/neq; phantasma oīno usq̄ ē: qa nullo mō: nusq̄ nunq̄ falsum extat. THE. uera narras. HO. Nūc aūt postq̄ apparuit q̄dē oratio/apparuit & opīo falsa/possibile ē simulachra q̄dā reꝝ uerarū ęmula eē: & ab hac dispōne artē decipiēdi manare. THE. possibile certe. HO. q̄netiā q̄ in his sophista uersaf/est cōcessum. THE. est. HO. Adnitamur iterū bifariā gen⁹ p̄positū partiētes sp̄ ad dexterā p̄gredi diuisi ptē: & q̄ cum sophista quoquo mō cōicant/circūspicere/ut cōib⁹ oībus amputatis p̄priā eius sedē atq; effigiē: & nos intueamur. Et his q̄ ad hmōi disciplinę p̄gressum natura accedūt q̄ p̄rime/ostēdamus. THE. p̄be. HO. nōne ab initio artē efficiēdi unā/acquirēdi alterā partiētes induxim⁹? THE. certe. HO. diuisa postmodū acquirēdi arte sub ea sophistā locauim⁹ in uenatione certamine: mercatura & huiuscemodi spēbus. THE. Sic p̄rsus est actū. HO. Nūc uero postq̄ efficiēdi quoq; ars sophistā complexa est/cōstat in primis artē hāc eē bifariā diuidēdā. Imitatio q̄ppe/effectio q̄dā est/simulachrorū scilicet nō uerarū reꝝ/quēadmodū supradiximus. Nōne? THE. p̄culdubio. HO. effectricis igif facultatis duę primū sint p̄tes. THE. que. HO. diuina & humana. THE. nōdum ītelligo. HO. Si mō quę supradicta sunt/recordamur/effectricē faculatē dixim⁹/uim quādam q̄ cā est/ut sint postea quę ante nō fuerāt. THE. recordamur. HO. aīalia cuncta mortalia: plantasq; quęcūq; terra ex seminibus radicibusue nascunf: & quęcūq; inaīata in terra cōsistunt/siue liquefieri possint/siue nō possint: nūq̄d alio quodā opifice fabricata q̄ Deo/fieri post cū prius nō fuerint p̄dicabimus? an multoꝝ doctrinā sermonesq; sectabimur. THE. quoꝝ? HO. dicentiū ista natura ipsa gigni a cā quadā fortuita/sine mēte hęc agēte: uel cū rōne potius sciaq; diuina ab ipso Deo tributa. THE. Ego forte p̄pter ętatē/tum hoc/tum aliud opinor. In p̄ntia uero ad te respiciēs/putansq; existimare te p̄ Deum hæc oīa gigni/idē ipse quoq; existimo. HO. recte admodū Theętete. Ac si te putaremus iposterū aliter opinaturū/nūc rōne simul cū necessaria quadā psuasione/ut nobis crederes efficeremus. Quoniā uero eius ingenii eē te noui/ut ēt sine nostra demonstratōe/ultro ad illa sis p̄fecturus/ad quę nunc trahi te dicis/dimidiā. Nam supuacua disputatio talis esset: ponā uero illa quę natura gigni dicuntur: arte diuina fieri: quę aūt ex his ab hoībus cōponunf humana: atq; hac rōne duo effectricis facultatis genera: humanū uidelicet & diuinū. THE. pręclare. HO. Cum uero duę sint artes/utrāq; bifariā diuide. THE. qui. HO. quēadmodū ars effectrix uniuersa p̄ latitudinē est diuisa ita nūc per longitudinē diuidatur: atq; ita quattuor illius partes efficiunf: due quoad nos humanę/duę iterū quoad Deos diuinę. THE. profecto. HO. ex his q̄dem rursus aliter nūc diuisis/utriusq; partitiōis pars una est effectrix. Reliquę aūt imaginarię noīanf: unde rursus efficiēdi facultas in duo diuiditur. THE. Dicas iterum quēadmodum utraq;. HO. homines utiq; & aīalia cætera/eaue ex quibus ista gignunf: ignis & aqua: horūq; germana Dei opera esse cognoscimus. THE. nempe. HO. Post hæc hoꝝ simulachra sequūtur/demonica quadā machinatiōe p̄ducta. THE. Qualia? HO. Phanthasmata quę dormiētib⁹ obcurrūt: quęue in die p̄ se absq; arte uidenf: umbra q̄dem cum tenebrę

Quid cogitatio: nam eadem oratio:

Quę sit orō:

Quę sit opinio.

Quę phantasia.

igni miscent. duplex aūt quādo lumē ꝓprium & extraneū circa pſpicua lenia ꝓ in unū concurrens sensumq; cōtrariū solitę uisionis prebēs/ſpēm efficit. Duo ergo sunt ista diuinę effectionis opa: res uidelicet singulę singularūq; rerū sequētia simulachra. Ars quoq; humana architectura domū fabricat pictura domus imaginē: ueluti quoddā humanū insomniū uigilantibus factum. THE. nulli dubiū. HO. In aliis quoq; similiter per duo partiēdo/gemina opa effectricis nostrę actionis inuenimus. Ipsam qppe rem principali facultate: imaginē uero imaginariā facimus. THE. Plane iam intelligo: ac duas bifariā pono effectricis ſpēs facultatis: primo siqdem in diuinā partior & humanā: deinde in rerū ipsarū imaginūue effectionē. HO. reminiscamur obsecro duo dixisse nos imagiarię facultatis genera eē oportere: assimilatoriū. s. & phātasticū: si modo aliqd reuera falsum / & falsum unū aliqd eorū quæ sunt/sit futurū. THE. dictū certe. HO. Nōne cōstitit? ideoq; nūc ipsi duas sine cōtrouersia ſpēs adnumerabimus. THE. Sane. HO. Phātasticū itaq; rursus in duo secādū. THE. quēadmodum? HO. Vnū per instrumēta factū: alterū illius qui sese instrumētum phantasma efficientis exhibet. THE. Qui istuc ais? HO. Quotiēs aliquis figurā tuam usurpās/corpus suū tuo reddit psimile: seu uocē uoci: imitatio ista phātastice nūcupat. THE. utiq;. HO. imitatoriū hoc appellantes ita distribuamus. Et reliquū omne quasi iam quietis cupidi pretermittamus: cōcedamusq; alteri ut in unū colligat: & cōueniens ipsi tribuat cognomētum. THE. distribuat ut uis & hoc dimittatur. HO. Hoc ꝑterea duplum o Theętete existimādum. Quāuero ob cām aīaduerte. THE. dic. HO. Eorū qui imitant/aliqui cognoscētes qđ imitātur/hoc agunt: aliqui aūt ignorātes: an maiorem aliquā discrepantiā diuisionēq; q̄ p ignorantiam cognitionēue ponemus. THE. nullā. HO. Nōne ea quā modo dicebamus cognoscētium imitatio erat? figurā quippe tuam imitat ille qui te cognoscit. THE. ille ipse. HO. Quid aūt de iustitię uirtutisq; uniuersę figura dicēdū? an non multi dum ignorāt/nosse aūt hāc opinātur/qđ illis uidet idipsum imitātes/tam uerbis q̄ operib⁹ annitūtur: ut inesse ipsis appareat. THE. atq; admodum multi. HO. nūquid ita illos spes fallit: ut sicut iusti nō sunt/ita nec etiā uideant? an cōtra. THE. cōtra. HO. Imitatorē hūc diuersum ab illo superiori dicemus/ignorantē a cognoscente. THE. dicemus plane. HO. Vnde nomē utriusq; ꝓpriū deducetur? an uidelicet difficile est? quia cā quędam uetus diuisionis generū in ſpēs/supiorib⁹ nostris ignota fuerit? adeo ut nemo partiri cōtenderit: ideoq; nominū inopes esse necesse est: & si dictu audacius uideri pōt/declaratiōis tamē discretionisq; gratia/imitationē illam opinionis comitē/opinabilem imitationē denoīemus: illam uero quę sciētię/historicā quādam scientęq; imitationē. THE. esto. HO. harum quidem appellationū altera dūtaxat utēdum. Nam sophistam/& si in genere imitantium/nō tamē in genere scientium posuimus. THE. sic est. HO. Hunc itaq; opiniosum imitatorem tanq̄ ferrum examinemus sit ne solidus simplexq;/an cōtra. THE. examinemus. HO. Certe admodum multiplex. Nam sophista quidā fatuus & ineptus est/quę opinat/ scire se putans. Altera uero figura/propter uariam in sermōibus reuolutionē/certe suspitionē plurimā metūq; reportat/ ne forte ignoret illa quę coram aliis scire se simulat. THE. oīo ex utrisq; generibus est / ut narrasti. HO. nōne igitur unū qdem simplicē/alterū ironicum imitatorē ponemus? THE. cōsentaneum ē. HO. Hui⁹ iterū genus unū an duo dicemus? THE. tu uideris. HO. cogito eqdē/ac duo cogitanti mihi se offerunt. Vnus quidem publice ꝓlixa oratiōe apud populum ironia utens: alter priuatim minutis quibusdā captiūculis cogens eum qui cū ipso disputat/ sibimet in sermonibus cōtradicere. THE. recte admodum loqueris. HO. Q ūo supiorem illum denoīabimus? ciuilem ne? an popularem. THE. popularē. HO. alterū uero sophon. i. sapientē/an sophisticū? THE. sapientē quidem uocare illum nō licet/quādo quidem ignorantē ipsum posuimus. Quoniā uero sapientē imitatur/cognomentū quoddam illius simile sortiet. Ac demū intelligo/ hunc ipm ꝓrsus & reuera sophistam appellari decere. HO. an nō ut supra/ita nūc nomen eius colligabimus a fine iterū ad principium cōplicantes. THE. oīno. HO. is demū sophistam uere definiet/ qui generationē eius & stirpem esse istam asseuerabit. Sophista inq̄ est qui in sermonibus cōtradicere sibiipsi disputātē cogit: qui & ironici pars est/ab imitatore opinioso ueniens. phantastici item generis ab imaginaria facultate ꝓfluens: nō diuinę sed humanę effectiōis determinata ꝓgenies. Ex eorūq; numero/qui uerbis quasi quibusdam pręstigiis mirumimodum decipiunt auditores. THE. ita ꝓrsum dicendum.

Vnde dictus sit sophista.

Vltīa sophistę deffinitio.

SOPHISTÆ FINIS.

¶ MARSILII FICINI APOLOGVS IN LIBRVM PLATONIS DE REGNO AD FEDERICVM VRBINI DVCEM SEMPER INVICTVM.

IVpiter optim⁹ maxim⁹/cū optaret tale ī terris qnq; regnū ꝓspicere q̄le ī cœlo ſp apud se cōspicit iamdiu p ipsam diuini regis ideā/regiū quēdā diuinūq; aīum demisit ī terras. Conuocatisq; cœlicolis īperauit: ut oēs futuro huic regi suffragarent: quem superi quidem &

dem & a fide regia fide regum & ab orbis imperio orbinatem ducem iam nominarent. Homines uero mutatis litteris Federicū urbinatē ducem essent appellaturi. Assensere omnia Ioui pręter Iunonem numina. Sola enim Iuno crassioris aeris ambitiosa regina/cœleste terris regnum hactenus inuidet. Verū pallas Mercuriusq́ fauētib⁹ aliis & teste ueritate/ coronā septrūq́ regiū iampridem uiro eidē/cui & Iupiter libētissime cōtulerunt. Cū uero achademia passim Palladem/Mercuriumq́ colat atq́ sectet: ipsa quoq́ regnū orbisq́ totius monarchiā/qualē diuin⁹ Plato describit/Federico Vrbinati duci/tū ex Iouis snīa, tū ex testimonio ueritatis optime merito felicissime tribuit.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN PLATONIS LIBRVM DE REGNO VEL CIVILEM.

Vm Deus atq́ natura hoīem agendo ꝑducant/eū certe producunt/ut agat/agat inq̄ gratia diuinoꝝ. Quēadmodum uero alius finis est/cuius gratia natura afficit pollicē alius cuius gratia manū siue pedem/aliusq́ rursum/ad quē totū efficit hoīem, sic alius finis est ad quē hoīem dirigit singularē: alius quoq́ ad quē familiā: itēq́ alius ad quē ciuitatem atq́ regnū. Ac deniq́ finis ille existimādus est optimus: cuius gratia Deus totum genus hoīum ꝑcreauit. Nemo uero existimet cum ꝓprii cuiusq́ cœtus/certus sit finis/nullum esse totiuscūq́ humanę uitę partibus insit ordo: in uniuerso tamē uitę genere esse confusionē: deniq́ cum partes ob finis unius intentionē inter se habeāt unionem: totū ipsum esse dispersum. Quāobrem necesse est certum esse humani generis finem: eūq́ in actione quadam circa ꝑfectiora consistere: per quā & superiora pro uiribus imitetur: & diligenter inferiora gubernet. Sciētia quidem naturalia perscrutet: prudentia uero dispōat humana/ pietate aūt diuina colat atq́ ueneret: eiusmodi ergo finis uitam exigit geminā: & in actione & in cōtemplatiōe similiter constitutā: eo tñ pacto: ut actio cōtemplationis tanq̄ diuinioris gratia sit instituta. Cæterum absoluta utriusq́ uitę perfectio/tot tantisq́ & tam uariis adminiculis indiget: ut neq́ a paucis quibusdam/ neq́ ēt a multis hoībus, sed ab uniuerso simul hoīum genere dūtaxat possit expleri. Fieri uero nō pōt ut tam diuersę gētes p media tam diuersa ad unū oīum cōmunēq́ finem ꝑducant nisi ab uno / per unā quādam legē cunctos in unum pariter cōducente. Quemadmodū neq́ fabri ministriq́ genere simul atq́ ingenio longe inter se discrepātes/materias admodum uarias ad formā unam hedificii conferentes: in unū unq̄ cōmode cōgregabunt & cōstruent oportune/nisi ab una quadā architecti unius lege regātur. Quapropter nō iniuria Plato cum regem quęreret mūdi monarchā/ principio architectum ꝑduxit in medium: scientiāq́ in tria tandem distinxit genera: Quoꝝ primū in cognoscēdo secundū in agēdo / tertiū in faciēdo uersat. In prīo arithmetrā geometrāq́. In secūdo architectū. In tertio fabrum ministrūq́ collocauit: ꝓbans architecti facultatē inter speculationē solā solumq́ ministeriū mediam esse ponēdam/magis tamē speculationis q̄ ministerii esse participem: neq́ iudicare solum geometrarū more uerum ēt faciētib⁹ imperare/opificioq́ semp adesse. Qualem ferme uult regem esse debere: qui uidelicet & contemplantiū more uera diiudicet: & iura non aliena quidem/sed sua mādet agēda. proinde Plato exactissima usus diuisione / quę definitioni scientięq́ admodū necessaria ē/regē Homerico more nominat generis humani pastorē atq́ curatorē. Quē totius humani generis unius quasi ouilis unum esse pastorē debere designat ubi Deū inquit quondam humani generis fuisse pastorē: sub quo & regnū illud Saturni aureum extitisse gubernatorem quoq́ regem humanę uitę quasi nauis iudicat appellādum. Significat aūt in unum esse imperium oīum cōferēdum/ut humana gubernatio diuinę q̄ simillima sit siqdem & Deus unus mūdi totius est rector/qđ quidem his quoq́ breuiter rōnibus cōfirmatur. Principio si tres mundi ptes Asiam Aphricā Europā. regibus distributas tribus subegeris/facile admodū cōtinget ut uel unus duobus/uel duo uni quādoq́ inferāt bellum: aut saltē de finibus: aut alia quapiā de re disceptare cogātur. Itaq́ uel iter eos ad unū trium erit litis iudiciū deferēdum: uel ad quartū quędam pręter tres iudicem constitutū. Quacūq́ tādem id rōne fiat/necesse erit iudicē/ si modo sentētię sit illius acquiescendum imperiū in eos inter quos iudicat habere. alioquin nullius momēti erit iudiciū: frustraq́ iudicabit: qđ uideri possit regibus/uel magis/uel saltem ęque potētibus dissoluēdum. Vnū igitur oportet eē regem omniū iudicē/ oībus ꝓculdubio uenerādum. Pręterea uirtutū exemplar subiectis oportet esse regē. Maxime uero talis erit/si unus fuerit ante oēs in quē oculos cuncti coniiciant qui si orbē totū possederit: nec regnū alterius affectabit: nec aliis inuidebit. Quę duo, s. cupiditas & inuidia solent rapinas & bella potissimū ꝑcreare: & cū sua cuiq́ charissima sint/maxīe diliget oēs tanq̄ suos: pariterq́ oēs diliget natiōes/pariterq́ curabit. Optabit pacē summopē: cupiet trāqlitatem bonorūq́ oīum copiā qualis utiq́ monarchię umbra quędā apparuit ī perāte Octauiano. Subditi uero & iustissime uiuent cū iniustis nullus usq̄ pateat fugę aditus sub monarcha: & q̄uis in minima peccādi licentia/tamē in summa libertate uiuent nō tyrānis / paucisue potētibus/uel insaniē

tis populi subiecti furoribus/sed a sapiente & iusto pioq rege/sic ad cōmune bonū pducti tanq̄ nautę a prudentia iusti gubernatoris ad portū. Qua quidē in re & qui regunt obtēperādo regi sibiipsi consulent:& rex ipse non tam sibimet q̄ cunctis qui suę cure a deo cōmissi sunt uiuet. Recta eni gubernatio queādmodum i libris de re p. disputatur/gubernatorē quidē eorū qui gubernant grā/nō gubernatos grā gubernatoris instituit. Comparat ptereа regē medico:monēs ut medicorū more & oportune & si opus fuerit importune & uolētibus:& qnq nolentibus imponat leges/remediaq afferat salutaria. Eiusmodi uero gubernatorē atq curatorē sępius ciuilem uocat uirū q̄ regē/significans adeo humanū ac si fieri possit mitem eē debere/ut inter ciues uideat esse cōciuis/prudētia/iustitia/cura potiusq̄ alio quouis excessu superior:q siqs longissimo quodā iteruallo prudētia & iustitia manifeste cūctos exsuperet/hūc ēt si priuatus uixerit esse regē oīum a Deo creatū absq controuersia iudicat. Sin aūt iter aliquos q̄tum ad hæc spectat/parū admodum intersit/illis quodāmodo redactis ad unū auctoritatē regiam tribuēdam. Multis uero nequaq̄. Quippe cum multi nequeāt tanta auctoritate digni alicubi reperiri. Tradi uero auctoritatē regiam ut ex aliis eius libris coniectare licet uult a seniorib⁹ atq pbatissimis:quorū senatus deinde sit collega regis/q̄si quędā respublica optimatū. Rex aūt una cū senatu leges cōdat. Quas nō liceat:uel cuiq̄ priuato trāsgredi/uel uulgo mutare:liceat tñ regi senatuiq simul p temporū oportunitate quatenus expedit diligēti cū ęquitate & rebus ipsis accōmodare atq tēporibus:& si oportuerit/pmutare. Regē ipsum in epistolis sacrū haberi censet sacerdotēq Egyptiorū more constitui/sacrorū mysteriorūq antistitē:& utpote sacrū nequādo cōtaminet nō pmittit/iudiciis ubi de cede exilio carcere agit interesse. Proinde in hoc ipso libro eiusmodi regiā dignitatē gubernationū oīum optimā esse pbat ut dixim⁹:pessimā uero tyrānidem:quę neq lege/neq mente legittima īperat/sed impetu potius atq libidine. Secundo loco laudat optimates pariterq uituperat potentiā paucorū. Tertio loco multorū laudat gubernationē.s.popularē/si lege gubernēt:similiterq uituperat/si non lege. Post hæc aūt qd regiū sit officiū disputat:uidelicet ut quocūq hoīum generi necessaria sint puideat:pſertimq ad bene beateq uiuendū. Iudicetq prudēter quot artes & quales ad hoc ipm cōferant/siue in pace/siue in bello seu indicēdo/seu agēdo/uel publice/uel priuatim: habeatq una cū senatu summū in oēs imperiū. Pręcipue uero aīos omniū dicētissima quadam fortitudinis tēperātięq mixtione cōponat/musicos imitatus/qui acuta grauib⁹ rite miscētes/cōcentus suauissimos modulant. Demōstrat enim & id qdem diuine/nō esse tutū animos uel fortitudinē uersus quasi in acutū supramodum intendere uel temperantiā uersus/quasi in graue nimis remittere. Illinc.n.efferatos: hinc effœminatos tādē euadere:& illi qdem ciues & patriā uelut hostes inuadunt:hi uero neq se/neq patriā tuent ab hostibus. Quāobrem optimā censet ex cōcinna uirtutis utriusq copula ingeniorū cōsonantiam ubiq conflari. Sed hactenus de libri ordine satis sit dictū. Quę uero de sperarū motu/puidentiaq & fato disputat in theologia nostra satis exposuimus. In his certe nos allegorice docet non habere nos uerum legittimūq regē nisi uel in ipso cœlo:uel in terris eum quē uelut pastorē cœli rex nobis ipse præfecerit:pastorē inq̄ nō nomine solum/sed uitę similitudine ipm cœli regē pro uiribus referentem. Cōmemorat & duo regna/Iouis scilicet & Saturni:regnūq Saturni regno Iouis tanq̄ felicius anteponit. Siquidem sub Ioue actio uitaq humana:sub Saturno aūt cōtemplatio diuinorū significatur. Saturnus enim gręco noīe cronos/ut Plato in Cratylo docet/puritatē integritatēq mentis inuiolabilem cōprehēdit. Quod aūt ait Saturno regnāte beatos hoīes uiuere/ostendit diuina qdā uiri mēte regnāte:quę & actōes gratia cōtemplatōis instituat/humanū genus fore beatū. Ego aūt finē mox argumēto faciā:si breuē prius allegoriā mysterii huius adduxero. Ait enim Pręsentē mūdi circuitū ab oriēte ad occidentē esse iouium atq fatalem. Verū fore quādoq alterū huic oppositum sub saturno ab occidente uicissim ad orientē. In quo sponte nascent hoīes:atq a senio pcedēt in iuuentutē:alimētaq illis ultro ętherno sub uere ad uotū suppeditabunt. Iouē ut arbitror animā mūdi uocat:cui⁹ lege fatali manifestus hic manifesti mūdi ordo disponit. Pręterea uitā aīorū i corporib⁹ elemētalib⁹/iouiam eē uult sensib⁹ actōiq deditā. Saturnū uero supremū iter angelos intellectū/cuius radiis illustrent ultra angelos animę accēdanturq:& ad intellectualem uitā cōtinue pro uirib⁹ erigant:quę quotiēs ad uitā eiusmodi cōuertunt/eatenus sub regno Saturni dicunt uiuere quaten⁹ intelligētia uiuūt. Proinde in ea uita ideo sponte dicunt regenerarii: qa electione ppria in melius reformant. Rursus in dies reiuuenescere:idest in dies si mō ibi dies dinumerantur magis/magisq florescere. Hoc illud apostoli Pauli homo interior renouat in dies. Deniq illis alimenta sponte affatim sub ppetuo uere suppeditari:qa non per sensus operosamq disciplinā:sed p lumē intimū/sūmaq cū uitę trāquillitate atq uoluptate miris ueritatis ipsi⁹ spectaculis pfruūtur.

¶CIVILIS PLATONIS LIBER VEL DE REGNO TRANSLATVS E GRÆCA LINGVA IN LATINAM: A MARSILIO FICINO FLORENTINO: AD FEDERICVM VRBINI DVCEM SEMPER INVICTVM.

Socrates

SOCRATES THEODORVS HOSPES SOCRATES MINOR. SO.

Ngentem tibi o Theodore gratiam debeo:ꝙ Theętetũ & Hoſpitẽ hunc notos mihi
feceris. THEO. Triplam forte mihi debebis o Socrates. Poſtq̃ ciuilem tibi hominẽ
i & philoſopum circũſcripſerint. SO. An ita dicemus eſſe Theodore / ꝙ ex eo audiue-
rimus qui in geometria cõputationibuſq; pręcellit. THEO. Quo pacto o Socrates?
So. ꝙ uidelicet unũquẽq; hominũ eiuſdem eſſe pretii poſuerimus: qui tamẽ honore
longius q̃ ſecundum ueſtram cõparationẽ inter ſe diſtant. THEO. bene o Socrates atq; iuſte per
deum noſtrum Ammonẽ loqueris. Ac memoriter admodum errorem in cõputando meũ mihi
nunc obiecisti. quare deinceps te pro iſtis adibo. Te uero nunc Hoſpes ne pigeat nobis gratifica-
ri: imo poſt hæc ſeu ciuilem hominẽ prius ſiue philoſophum eligis / electũ deſcribe. HO. Sic agen-
dum ut iubes Theodore: poſtq̃ ſemel aggreſſi ſumus: neq; priuſq̃ ad calcẽ peruenerimus / deſiſten
dum. Verũ quid erga Theętetũ hunc agere decet? THEO. Qua de re? HO. Nunquid requieſcere
illũ iam dimittemus? eiuſq; loco Socratẽ iſtum conſortem in exercitando ſuum accipiemus? Quid
conſulis? THEO. Vt Socratẽ aſſummas. Nam cũ iuuenes utriq; ſint omnes labores facile / præſer
tim per intermiſſionẽ ferent. SO. Atqui utriq; hoſpes cognati quodãmodo mihi eẽ uident. Theę-
tetum quidẽ nos figura uultus mihi cõſimilem iudicatis. Socratis quoq; huius nomen cum idem
ſit ac meum / cognationẽ quãdam nobis mutuã pręber. Decet autem nos natura quadam conſimi
les / uiciſſim ſermonibus agnoſcere. Cum Theęteto quidem heri diſputando conueni: & hodie ho-
ſpiti huic reſpondentẽ audiui. Cum Socrate uero neutrũ adhuc actum eſt. Oportet autem & hunc
examinare. Mihi ſane alias. Tibi nuuc reſpondeat. HO. Sic agemus o Socrates. Audis Socratem?
SO. Audio. HO. Aſſentiris illi? SO. Aſſentior. HO. Quantũ igitur ad te attinet nihil ꝓhibet quo-
minus ediſſeramus. Multoq; minus impedimẽto diſputationi huic eſſe me decet. Quinimo poſt
ipſum ſophiſtam neceſſariũ eſſe uidetur ut ciuilem uirũ inueſtigemus. Reſpõde itaq; utrũ hunc in
eorũ qui ſcientes dicunt / numerũ referre deceat. SO. Decet. HO. Ergo ſcientias partiri debemus:
quẽadmodum in ſophiſta quęrendo fecimus. SO. Forte. HO. Non tamẽ eadem partiendi ratio.
SO. Non. HO. Sed alia. SO. Alia. HO. Diuerticulum itaq; ciuilis ſciẽtię / ubi nam repiremus? Inue
nire quippe oportet: & aliis oĩbus ſegregatis / ideam illi unã pręfigere / aliiſq; aliam unã ſpeciem: &
quaſi ſcientię cunctę duabus ſpeciebus concluſę ſint / cogitare. SO. Tua iam intereſt hoſpes id age
re. Mea uero nequaq̃. HO. Immo etiam tua: quando declaratũ id fuerit. SO. Scite loqueris. HO.
Arithmetica porro alięq; nõnullę huius ꝑſimiles ab actiõe liberę ſunt: cognitionẽ uero tantũ exhi Mathematicę ab actiõe libe-
bent. SO. Ita certe dicendũ. HO. Quæ uero ad architecturã: & manũ miniſteriũ ꝑtinent / ſcientiã re: cognitio-
innatã actionibus ſortiunt: corporaq; ab illis effecta / quæ ante nõ erant ꝑficiunt. SO. Patet. HO. nẽ ſolã hñtes.
Ita cunctas ſcientias diuide. Agentẽ unam: Alterã cognoſcentẽ ſolũmodo nomina. SO. Sint ergo
ſcientię ſpecies duę / cũ una ſit ſcientia tota. HO. Vtrũ ciuilem. Regem. Dominũ. Patrẽfamilias: Sciarũ altera
eundem eſſe uolumus? An totidem artes in his / quot & nomina ponimus? Immo hac ſequere me. agens: altera
SO. Qua? HO. Hac inq̃. Siquis priuatus publico medico ſufficienter conſulere poteſt / nõne ne- cognoſcens:
ceſſe eſt eiuſdem artis hunc nomine nuncupari / quo & ille cui conſulit? SO. Certe. HO. qd porro?
Siquis priuatus regem ciuitatis admonere & iſtruere poteſt / nõne ſcientiã illam habere dicet / qua Idem ciuilis rex dominus
pollere qui regit debebat? SO. Dicetur. HO. Atqui ueri regis ſcientia / regia diſciplina eſt. SO. eſt. pf̃amilias:
HO. quiſquis ea pręditus eſt / ſeu publico fungatur munere / ſiue priuatus uiuat / oĩno ſecundũ hãc Quis ſit hõ
peritiam regius merito nuncupabit. SO. merito. HO. Enimuero paterfamilias & dominus idẽ. regius.
SO. Idem ſane. HO. Nunquid refert ampla ne / an anguſta ſit urbs ad imperiũ? SO. nihil. HO. igit
una quod pauloante inquirebamus / horum omniũ ſcientia eſt / hanc ſeu regiam quis ſiue ciuilem:
ſeu familiarẽ nominet diſciplinam. Nihil intereſſe putemus. SO. nihil. HO. Hoc utiq; nemini du-
bium quin omnis rex parũ quid manibus ac reliquis membris ad regni ſalutẽ poſſit. Intelligentia
uero & animi robore plurimũ. SO. Conſtat. HO. Vis ergo regem dicamus ſpeculatrici ſciẽtię ꝓ-
pinquiorẽ q̃ actiuę aut manuũ miniſterio? SO. Volo equidẽ. HO. Ciuilem ergo ſcientiã & ciuilem
hoĩem regiam atq; regium: ut unũ idemq; ſingula cõponemus. SO. Plane. HO. Atqui ordine ad
ſequẽtia pergẽmus maxime ſi ſpeculatricẽ ſciam diſtinguemus. SO. Prorſus. HO. attẽde obſecro:
num refugiũ aliquod in hac ꝓſpiciamus. SO. dicas quale? HO. Tale inq̃. Extat aliqua cõputãdi fa
cultas. SO. extat. HO. Ea ut arbitror ex illarũ numero eſt quę in ſpeculando uerſantur. SO. Ex illa-
rum numero certe. HO. cognoſcet ꝓfecto computãdi facultas differentiã numeroꝝ. Num aliud
huic opus attribuimus / q̃ diſcernere iudicareq; cognita? SO. quid? HO. Etenim architectus nullus
manuũ miniſterio utit: ſed utentibus ꝑſidet. SO. Ita eſt: dum iudiciũ adhibet / non miniſteriũ. SO.
Id quoq; uerũ. HO. Iure igit ſpeculandi ſciẽtię particeps eſt dicẽdus. SO. & maxime quidẽ. HO.
Hoc ut arbitror ad iudicẽ hunc ꝑtinet: ut nõ deſerat opificium quẽadmodum cõputator: ſed incũ
bat aſſidue. operariiſq; ſingulis operam ꝓpriam mãdet & ordinet / quouſq; qđ eſt imperatum ab-

solueriat.SO.probe.HO.Nõne speculatrices omnes hę sunt/& quotcũq; scientiam computandi sequũtur: iudicio aũt & imperio genera hęc inter se duo differunt? SO. Apparent. HO. quo circa si uniuersam contemplationẽ in duo distribuamus/partẽq; unam iudicio/ imperio alteram assignemus/recte forsitan distribuisse putabimus.SO.recte nimium ut mea fert opinio.HO. Qui cõiter tractant aliquid/satisfactũ sibiinuicem arbitrantur/si quãdo consenserint.SO.Quid ni? HO.quousq; igitur in hoc cõcordes sumus aliorum opiniones prętermittendę.SO. penitus.HO. Dic age qua in arte hanc/regium hoĩem ponere decet. Nunqd iniudiciaria? tanq̃ spectatorem quẽdam? An in imperatoria potius? quasi dominũ? SO.In hac ipsa potius.HO.Videndum pręterea siquã imperatoria distinctionẽ admittit.Mihiq; ita uidet. Quo differt caupo ab illo qui pprĩu opus uendit/eo rex a precone.SO.quẽadmodum? HO.Caupones aliorum opera prius uendita suscipientes ipsi rursus uendunt.SO.Verum.HO. Haud secus preco sñiam alterius mandatã sibi/aliis ipse mandat.

Qui caupões & pręcones. Facultates imperatorię.

SO.Sic est.HO.An miscebimus facultatẽ regiam interprętatorię: pręceptorię. Vaticinio atq; pconio aliisq; permultis eiusdem generis artibus: quæ cunctis imperant? An uis potius secũdum superiorem comparationẽ: nomen quoq; per comparationẽ aliquam machinemur? quando qdem genus eorum qui sua ipsi præcipiunt/ferma nomine caret: Atq; ita hæc partiamur: ut regiũ genus in eorum numero qui sua mandant/ponamus: obmissis aliis omnibus/quibus alius quiuis nomina ut lubet imponat: principis quippe gratia non subditi sermo nobis est institutus. SO. Nempe.HO. postq̃ hoc satis ab illis est diuersitate distinctum adpprietatem rursus idem est diuidendũ/siquam modo partitionẽ cedentẽ nobis in ipso comperimus.SO.Valde.HO.Atqui inueniri posse uidet. Me igit sequere diuidendo.SO.Quo sequar.HO.Quicũq; præsident imperando generatiõis cuiusdã gratia imperãt.SO.pculdubio.HO.Etenim genita oĩa bifariã partiri / haud multũ difficile. SO.Qua rõne? HO.Partim aĩata sunt/ptim iaĩata.SO.Cõstat.HO.Si ĩ mẽbra hæc secare speculatricis facultatis partẽ ĩperatoriã uolumus/secemus.SO.In quę? HO.Pars eius in generatiõe inanimatorum ponatur: pars in generatione animatorum. Atq; ita totum in duo secabit.SO. Reuera.HO. Partẽ unam mittamus: alterã resumentes: eãq; uniuersam in duo iterũ diuidamus.SO.Vtrã illarũ resumẽdam censes.HO.Eam quę circa animalia imperat. Neq; enim regia maiestas in animatis instar architecturę pręsidet: sed generosius animãtibus: eiusq; potestas circa ista uersat.SO. Optime.HO.Circa generationem nutritionemq; animalium cura duplex inuenitur. Aĩalis cuiusdam una.Gregis totius altera.SO.Recte.HO.Ciuilis aũt non ppriam curam aggreditur: quẽadmodum arator qui bouem agitat/uel minister qui sternit equũ: sed illius uicem gerit: qui equos aut boues pascit.SO.uerum esse uidetur/quod nunc est dictum.HO.Vtrum ex animalium nutritione illam quę gregatim ea nutrit/gregis nutritionẽ/an cõmunem nutritionẽ uocamus? SO. Vtrũq; in loquẽdo cõtingit.HO.Egregie Socrates respondisti: ac si uerborum curiositatẽ uitabis/euades in senectute admodum sapientior.Itaq; in pręsentia ut iubes agendum.Sed nũqd uides quo pacto qs gregis nutritionẽ geminam ostendens efficiat? ut quod in duplis ad id quod nunc ppositũ est/inuestigabitur/in dimidiis iterum perquirat.SO.Annitar equidem: & iam mihi uidet / Vnã cõmunem hominũ / Alteram brutorum esse custodiam.HO.Prompte omnino ac fortiter discreuisti. Cauendum pro uiribus tamẽ ne post hac nobis id accidat.SO.Quid cauendum mones? HO.Ne exiguam unam particulam aduersus amplas & plurimas secernamus. Neq; illã sine specie capiam?. Sed pars illa simul spẽm habeat.Pulcherrimũ namq;/quod quærit ab aliis statim discernere.si mõ recte id fiat.Quẽadmodum ipse pauloante de diuidendo iudicans.Attamẽ diuidere pperasti: sermonẽ attendens ad homines declinantẽ.Cæterum haud satis amice tutum est ad extremũ qddã & tenue protinus aduentare.Pręstat autem per media progredi partiendo/ sic enim facilius meliusq; ideas inuenimus.Hoc autẽ ad illa quæ perquirunt/totum refert.SO.Qua ratione id ais Hospes? HO.Conandum ob naturę tuę beneuolentiã clarius explicare.In pręsentia quidẽ p hęc adeo quod est propositũ declarare/ut nihil desit impossibile. Vlterius autem aliquãtulum declarãdi gratia producendum uidetur.SO. Quid tandem in nostra partitione culpas? HO. Tale quiddam: siquis humanũ genus in duo secare contendens/ perinde partiatur: ac multi eorum qui hic habitant partiuntur: hi sane græcorum genus tanq̃ unum a cæteris omnibus separant.Cunctos enim alios homines ĩnumerabiles: & nulla inter se uitę sermonisq; cõmunione deuictos / barbarico nomine signant: & ob hanc unam appellationem genus quoq; unum uniuersum hoc arbitrantur. Simile esset prętera siquis numerũ in duo diuidere uolens/decem milia seorsum ab aliis caperet: ut speciem unam/reliquos insuper uno quodã imposito illis nomine / ut unum genus poneret. Rectius autem & per species magis ac per duo membra diuisio fieret / siquis numerum quidem per par & impar: hominũue genus per marem fœminãq; diuideret: indos autem & phrygas aut alios quosdam tunc a cunctis aliis segregaret/ cum & spes & facultas sibi deesset generis inueniendi simul ac partis utrorũq; inter se diuersorum.SO.Scite loqueris Hospes. At illud qua ratione planius intelligi posset ostende/ non idem sed aliud esse partem atq; genus.HO.O uirorum optime Socrates: haud

Regiũ genus in quo sit.

Euitanda ẽ curiositas uerborum.
Genus est duplum duarum specierũ: spẽs dimidium.
Monitio ĩ diuisiõe agẽda.

Præcepta ad diuisionẽ faciendam.

haud leue quid postula. Longius mō q̄ decet ab instituto digressi sumus. Tu uero ulterius ēt puagari iubes. Nūc porro ut decens est/illuc unde discessit reflectaẽ oratio. Ad hæc alias ociū nacti q̄si p quædā uestigia diuertemus. Verūtñ diligēter ab hoc cauebis o Socrates/ne q̄si aperte distinctum hoc audisse ex me uideatis. SO. Quid istud? HO. Inter se partem speciemq; differre. SO. Cur nā? HO. Quicquid est alicuius species/eiusdem pars quoq; sit necesse est/cuius species esse dicitur. Partem uero esse speciem uel speciei partem/non est necessariū: hoc modo me potius q̄ illo dicere semper o Socrates assere. SO. fiet ut iubes: HO. post hæc autem mihi dicas. SO. Quid? Hoc inq̄ unde huc digressi sumus. Reor equidem eam ob causam hucusq; nos oberrasse/q tu interrogatus quæ ī membra gregis nutrito diuideretur subito nimium respondisti/duo quædam esse animantiū genera. Alterum quidē hoīum. Alterum uero brutoꝶ simul oīum unum. SO. Verum est. HO. tunc sane mihi uisus es parte quadam ablata/residuum omne genus unū animalium ob id putauisse ponendum/q uno quodam cōi nomīe appellare poteras oīa dū bruta uocabas. SO. Sic est actū. HO. Hoc o fortissime Socrates perinde uideẽ eē/ac si quid aliud animal ut grus aut aliud tale esset prudētiæ particeps/similiterq; ut tu denominaret:& grues genus unum poneret. Cætera uero cuncta simul cum hominibus uno quodam altero genere cōplecteretur: suum genus rationale uocans: reliqua uero oīa bruta. Conemur itaq; nos ab omnibus huiuscemodi erroribus declinare. SO. Qua uia? HO. ne animalium genus oīum partiamur: ut minus ī his delinquamus. Neq; enim oportet. Sic porro supra deliquimus. SO. qui? HO. pars illa cōtemplatricis scientiæ/quæ ad imperandum spectat/eius generis esse constitit/quod animalia curat/animalia uidelicet gregabilia. Nonne ita? SO. ita certe. HO. Quare tunc quoq; omne alium genus inferum/& mansuetum est distinctum. Quæ enim sic natura instituta sunt: ut mansuescere possint/domestica appellata sunt/cætera uero siluestria. SO. Egregie. HO. Scientia uero illa quam quærimus/in domesticis est/& erat: Et circa genus animalium sociabile quærenda uideẽ. SO. Sane. HO. Ergo ne ad cuncta simul respiciendo uti tūc diuidamus: neq; ī partiēdo nimiū pperemus/ut repēte ciuilē sciam cōprehēdamus. Nā nimia festinatio fecit ut illud qđ puerbio ferẽ/nūc nobis cōtingeret. SO. Quid nam? HO. Vt cū nimis ī diuisione pperauimus/tardius absoluamus. SO. Et merito qdem Hospes id egit. HO. De his qdē ita. Rursus autē ab initio cōem nutritionē aīaliū diuidamus. forte nāq; qđ tu uehemēter affectas sermo ipse gradatim ad finē suū deductus clarius demōstrabit rñde ad hoc. SO. ad qd rñdeā? HO. hoc forsitan e multis audisti. Neq;.n. arbitror īterfuisse te his q circa. Nilum pisces ipsos mansuefaciunt: aut circa regios lacus. Sed quod circa fontes fit/fortassis ipse uidisti. SO. Et hæc ipse uidi: & illa ex multis audiui. HO. Quinetiam q qdā greges anserum: & gruū pascant: & si nūq̄ in agris. Thessalicis es uersatus/audisti tñ & credis. SO. proculdubio. HO. Hæc abs te ideo sciscitatus sum qa aīaliū cōis custodia partim aquaticoꝶ: partim terrenoꝶ esse vr̃. SO. Est pfecto. HO. consentis gregis custodiam sic esse bifariam distinguendam: ut partim humida: partim sicca aīalia nutriat? SO. consentio equidem. HO. Vtram uero istarū regia respiciat diligentia nullus quæret. nam nemini dubium. SO. nemini. HO. Vnusquisq; enim præcipue aridorum nutritionē distinguet. SO. Quæ in membra? HO. In uolantium gradientiumue custodiam. SO. Sic ueritas habet. HO. q ciuilis facultas circa illa quæ gradiuntur/dūtaxat uerseẽ: uel stolidissimus quisq; ut ita dixerim/aīaduertet. SO. Absq; controuersia. HO. Gressibilis præterea generis alimoniam/paris instar numeri in duo quædam partiri debemus. SO. patet. HO. Illuc porro quo sermo noster tendit/gemini calles ducere nos posse uidentur. Aliter quidem breui quodam tramite/dum angustam particulam ab ampla secernit. Alter uero longiori ambitu/dum præceptū illud seruat antea dictū: ut per media diuisio fiat. licet utrum uolumus ingredi. SO. An per utrāq; pficisci non licet? HO. Non simul o mirifice adolescens. diuersis tñ temporibus licet. SO. Vtrūq; ergo alterum uidelicet post alterū eligo. HO. Facile id quidem cum exiguum sit quod restat. Sane in principio medioue itinere: durum hoc nobis præceptum esset. Hunc autem postq̄ ita uidetur: longiorem prius uiam ingrediamur. Nam cum recentes simus iter longum leuius peragemus. Distinctionem itaq; hāc uide. SO. Dic modo. HO. Quæ gradiuntur/& mansuescunt/& congregantur: in partes duas secundū naturam diuiduntur. SO. Quas in partes. HO. Partim cornibus munita sunt: partim carent. SO. Apparet. HO. Curam gradientium diuidens/utriusq; partis conditionem sermone describe. Nam si nominare ipsas uolueris/rem nimis circumplicabis. SO. Quemadmodū ergo dicendum censes? HO. Ita cum gradentiū cura bifariam distincta sit/pars una in cornifera gregis parte locata est/altera in mutilata parte relicta. SO. Sic penitus de his dictum est: nā ad sufficientiā ostensa sunt. HO. Constat utiq; regē gregis cuiusdam cornibus mutilati pastorē esse. SO. cōstat sane. HO. Hāc itaq; discerpentes quod mouetur exhibere illi conemur. SO. Omnino. HO. Vtrū placet ipsam in partem iūctis unguibus: & partē unguibus scissis diuidere? an potius in generationē ppriam/& cōem? Intelligis. SO. Quid? HO. q equorum & asinoꝶ species inter se promiscue generat. SO. Nempe. HO. Reliqua uero domestica/& socialibus generis aīalia sine aliena cōmixtione ppria tm̄ ex specie

Q uę dĩa īter partē & spēm

Prouerbium Nimis pperātē tardius ab/soluere.


Circa nilū pi/sces māsuefa/cere.

Equi & asini cōem hñt īter se gñationē.

Generatõ promiscua & gñatio simplex.

procreant. SO. Perspicuum cuiq;. HO. Ciuilis itaq; disciplina nunquid ꝑmiscue generationis aīalia: an simplicis curat. SO. Immixte ac simplicis proculdubio. HO. Hanc utiq; animantium naturã quẽadmodum in superioribus hucusq; seruauimus gemina per mẽbra secare debemus. SO. Decet. HO. Enim uero animantes ferme oẽs domesticas conciliabilisq; naturæ quas cicures noiant/ gñibus duobus exceptis iã discreuimus. Genus porro nfum inter gregabilia pecora numerare nõ decet. SO. Non certe/sed quo pacto? HO. Hoc inq̃ in duo distinguẽdũ/quẽadmodũ te ac Theætetũ discernẽ decet/qñ qdẽ ĩ geometria uersati estis. Diametro. s. & diametri rursus diametro. SO.

Qui bipeda & quadrupedi.



Qui istuc ais? HO. Nunquid aliter generis humani cõditio ad progressum natura instituta est q̃ diametrus potẽtia bipes. SO. Haud aliter. HO. Reliqui sane conditio generis rursus secũdum potentiã nostræ potentiæ est diametrus quippe cũ bis duobus sit pedibus cõstituta. SO. nihil obstat quo minus sit hmõi. Ac pene iam quod ostẽdere uis/intelligo. HO. Cernimus quid insuper risu dignũ o Socrates nobis in superiori diuisione cõtigerit. SO. Quid nam? HO. Genus hoīum una cõmixtum concurrensq; cum genere generosissimo oīum atq; facilimo. SO. Cerno & quidem clare quod sequitur. HO. An non conueniẽs est: quæ tardissima sunt/nouissima puenire. SO. Consentaneum. HO. Illud aũt nequaq̃ aduertimus q; adhuc ridiculosior rex apparet una cũ grege discurrens/cursumq; cũ illo pagens qui optime hoīum oīum est ad uitæ facilitatẽ exercitatus. SO. Omno quidẽ. HO. Nunc illud liquido patet o Socrates quod in sophistę inquisitione est dictum. SO. Quid istud? HO. q; huiuscemodi processu sermonũ de puriori magisq̃ impuriori curauit nihil/breuioreq; ante longiorẽ minime spreuit. Semper aũt per illum quod est uerissimum transigit. SO. Videẽ. HO. Post hoc ne me præuenias/de uia ad regis terminũ breuiori percõtans/ego prior ingredior. SO. Omnino. HO. dico igiẽ oportuisse supra gressibile aīal in bipes/& quadrupes distribuere. Cum uero homo tunc cũ solo uolatili restaret cõprehensus/rursus genus ipsum bipes in nudũ aīal pennigerumue diuidere: hac deinde distinctione sbiuncta: arteq; hoīum nutrice/& conseruatrice monstrata/ciuilem iam/& regiũ uirum ipsi instar aurigę præficere: eiq; ciuitatis habenas gubernaculaq; tribuere: quasi scientia hæc illius sit propria. SO. Optime quidem: & tãq̃ debitum sermonem mihi reddidisti: digressione ipsa fenoris loco proposita: ac penitus adimpleta. HO. Age itaq; a principio ad finem sermonem de ciuilis artis nomine colligamus. SO. Prorsus. HO. Scientiæ illius quæ in contẽplando uersatur pars una

Repetitio dictorum.

erat imperandi peritia: huius pars facultas illa quæ per se suaq; imperat. Cuius membrũ haud sane exiguum animalium enutritio: huius itẽ gregis alimonia. Quani animalium gradientiũ alimonia diuidit. Ab ea species illa selecta est: quæ animalia cornibus carentia pascit. Eius præterea partem nequaq̃ minorem triplicem cõplicare necesse est: siquis uno nomine cõprehendere eam uelit scientiam appellans generationis circa mixtam pastoris custodiam. Cuius portio in grege bipedi hoies dumtaxat pascens illa ipsa quam quærimus imperatoria facultas est: quã regiã/& ciuilẽ pariter nominamus. SO. Prorsus. HO. Nunquid reuera ut ais o Socrates a nobis actum est? SO. Qua de re? HO. Vtrum quod propoluimus/sufficienter sit absolutũ? An in quæstione hoc maxime prætermissum: q; descripsimus quodãmodo/nondũ tñ penitus definiuimus? SO. Quãobrẽ istud ais? HO. Conabor quod sentio planius explicare. SO. Dic iam. HO. Cum multas pastorũ facultates esse constiterit/una quædam illarũ uniusq; custodia gregis ciuilis ipsa disciplina uisa est. SO. Profecto. HO. Hanc neq; equoꝝ neq; alioꝝ ẽt brutorum/sed hoīum tm̃ cõmunem esse nutritionẽ ostendimus. SO. Id quoq;. HO. Pastorum itaq; oīum/& regum differentiam ꝓpriam uideamus. SO. quam. HO. Siquis forte ex aliis alterius artis nomen habens/cõmunem gregis nutritionẽ sibi uendicet/quid dicendũ? SO. qua ratione inquis? HO. Perinde inq̃ ac si mercatores/agricultores/& eo qui gymnastici insuper ac medici aduersus pastores quos politicos appellauimus. surgerent/assererentq; se esse pastores hominum/quippe cũ ipsi uictum non plebi solum uerum ẽt regibus magistratibusq; suppeditent. SO. an non uera dicerẽ. HO. forte. & hoc utiq; cõsideremus illud autem scimus. q; cum bubulco de his nemo certaret: sed ipse sine controuersia armẽti pastor est/qui boues curat. Ipse medicus: ipse coniugioꝝ auctor: partusq; cuiuslibet adiutor/& educator. Præterea nemo melius iocis/& musica armentum/quantum natura horum capax est oblectat. trahit. & mulcet organis atq; ore gregis sui musicam tractans. Eademq; est de cæteris pastoribus ratio. Nõne? SO. Maxime. HO. quo pacto igitur sermo ille de rege rectus integerq; uidetur/quando pastorem illũ/& nutritorẽ humani gregis ponimus: solum ipsum ab aliis secernentes/cum alii multi de hoc ipso contendant? SO. nullo modo. HO. an nõ merito pauloante dubitauimus qñ suspicati sumus

Pastoris offi.

ne figuram

ne figuram quandam regis dumtaxat induceremus. Nondum tñ ciuilem ipsum perfecte definire mus/nisi prius illos qui cum eo sese implicant/& pastores esse ut ille profitentur/cōprehendamus: & ab illis regem secernentes/purum illū penitus ostendamus. SO. Recte nimium. HO. hoc igitur nobis o Socrates agendū est: nisi uelimus in fine sermonis infamiā reportare. SO. ab hoc prorsus est declinandū. HO. rursus ab alio principio alia quadam uia incedendū est. SO. Qua? HO. iocū quendā interserere his oportet: magnaq; parte prolixæ fabulæ uti: & quod restat ut supra fecimus exsequi: partem semper partis subdiuidendo: atq; ita ad summū quod est quæsitū deducere. SO. oportet sane. HO. Sed iam fabulæ meæ ut pueri solent/arrectis auribus adsta. neq;.n. a puerilibus annis procul abes. SO. Dic ammabo. HO. Erat olim/& adhuc erit multa uetustarum reꝝ memoria. Et inter cætera memorabile mōstrum: quod circa Atrei Thyestisq; litem refertur. Audisti nāq; ac meministi quod tunc accidisse tradunt. SO. nunquid aureæ agnæ ostentum dicis. HO. nequaq̄ sed de ortus solis occasusq;/& aliarum stellaꝝ mutatione. Vnde.n. nunc exoriunť/tunc occidebāt. & contra exoriebanť. Tunc uero deus testimoniū prebens Atreo in hanc cęlum figuram mutauit. SO. fertur/& hoc. HO. Quinetiam e multis Saturni regnū audiuimus. SO. ex plurimis certe. HO. Quid uero? nonne priscos illos ex terra procreari/non ex se inuicem nasci? SO. hoc quoq; in antiquis rebus cōmemoratur. HO. cuncta hæc ab eadē passione proficiscunť: & alia præter hæc ꝑmulta his longe mirabiliora. Verum longitudine tꝑis/partim memoria deleta sunt: partim absq; ordi nis serie sparsim circūferunť: passionem uero illam quæ hoꝝ oīum causa est nemo utiq; dixit. Nūc autem dicenda est. Nam ad regis ostensionē cōferet. SO. præclare loqueris. Referas ergo neq; ali quid prætermittas. HO. Audi iam. Vniuersum hoc alias deus ipse regit. agitat. atq; rotat. alias ue ro dimittit/cum mundi circuitus cōpetentia sibi curricula temporis expleuerūt. Tunc sane mundus ultro ac libero motu contra reflectitur. Nam & uiuit/& sapientiam ab eo qui ab initio construxit illum/est sortitus. Circuitus aūt necessario ipsi hanc ob cām innatus est. SO. quam ob cām inqs? HO. idem esse semp/& secundū eadem/& eodem se modo habere/solis oīum diuinissimis cōuenit. Corporis aūt natura huius ordinis non est cōpos. Cæterum id omne quod cælum mundumq; uocauimus: multa quidē/& felicia munera a genitore suscepit. Corporis tñ particeps. Quo circa expers oīno mutationis cuiuslibet esse non potuit. Attamen quoad fieri potest/in eodē/& secundum eadē/& uno motu moueť. Quapropter circuitum est adeptum/in quo minima agitationis suæ fit permutatio. Seipsum aūt conuertere semp ferme nihil potest: præter id quod rursus agitatis omnibus præstat. Mouere aūt id alias aliter rursusq; contrario modo nefas est. Ex his oībus dicēdum est/mundū neq; seipsum conuertere semper: neq; totū semper gemino cōtrarioq; circuitu ab ipso deo reflecti. Neq; rursus duos deos contrariis sententiis ipsum uertere. Solum uero quod nuper diximus/restat: alias ab alia quadā diuina causa duci/uitamq; rursus extrinsecus uenientem/& imortaliatem ab opifice suo præparatam suscipere. Alias autem qñ dimissus recurrit. Per seipsū m currere tali pro tempore missum adeo ut retrogradus multa reuolutionum milia peragat: quia & maximus est/& undiq; penitus ęquilibris/& minimo quodā cardine reuolutus. SO. Verisimilia ualde ista uidenť. HO. Ex his quæ dicta sunt/ratiocinantes passionē illam cōsideremus: quam oīum eē diximus mirabilium causam. Est autem huiusmodi quædam. SO. Qualis? HO. q totius mundi machina tum ita ut nunc/tunc cōtra reuoluitur. SO. Quo pacto? HO. Mutationē hāc existimare oportet oīum cælestium alternationum maximā/extremamq; esse. SO. Videtur. HO. Quamobrē consentaneum est tunc maximas circa nos intra mundū uiuentes mutationes fieri. SO. Verisimile id quoq;. HO. neq; uero nos latet q̄ ęgre/& difficile tolleret animantiū natura magnas multas/& omnigenas mutationes. SO. constat. HO. Ergo animalia multa tunc intereunt/hominesq; supersunt perpauci: hi uero multis nouisq;/& mirabilibus passionibus tunc afficiunť. Id aūt contingit oīum maximū. Sequiturq; cōtinuo reuolutionem illā qua cælū cōtra quam nūc reflectitur. SO. quid nā? Princicipio in quacūq; ætate quod uis aīal est cōstitutū/in eadē progredi cessat: neq; fit senius ultra mortaliū aliquod. sed in figurā transit contrariā/iunioremq;/& molliorē habitū induit. seniorūq; cani capilli nigrescunt. Et quibus genæ barbatæ prius erant/iā barba deposita in priorē spēm restituunť. pubescentiū quoq; corpora pilis positis mollescunt/sensimq; singulis diebus/& noctibus decrescentia in puelli naturā redeunt: atq; in his tam aīę q̄ corpora habitū subeunt pueroꝝ. Demū tabescentia deficiunt/& intereunt. Cadauera præterea illoꝝ qui cælestis mutatione uertiginis subito corruerunt: idē patiunť/& simili retrogressione clam ac breui putrescunt. SO. quæ tūc erat hospes aīalium generatio? quoue modo ex se inuicem generabanť? HO. constat o Socrates illis temporibus inuicem genus suū non ꝑpagasse. Quod aūt dicitur qñq; genus ortum ex terra fuisse/hoc ea tēpestate fuit rursus ex terra conuersum. Tradiderunt hæc nobis primi ipsi nostri ꝑgenitores. q statim post primam reuolutionem orti sunt: hi sane hoꝝ testes sermonum præconesq; fuerunt: q minime uulgo creduns: cū tñ credendi sint. Quod uero hinc sequiť/animaduertēdū arbitror. Huic enim quod diciť/senes in naturā regredi pueroꝝ/sonum est ex mortuis terraq; reconditis iterū ibi

Iterū de rege.

Cur circuitus cælo.

Conditio diui norum.

Corporis particeps non est mutationis expers.

Quædā passio oīum mirabilium causa.

restitutos reuiuiscentesq; sequi uertiginem: generatione in contrariũ reuoluta. Ac terrigenas hac ratione necessario renascentes: sic nomine/& sermone uocari quotcunq; deus ipsorum in aliam sortem non transtulit uel exornauit. SO. Hoc profecto e superioribus sequit. Verum uita quam sub Saturni regno esse dicis/utrum sub illis cæli conuersionibus/an sub his extitit? Mutationem q̃ppe solis reliquarũq; stellarum in utrisq; uolutionibus contingere certũ est. HO. Optime sermonẽ sequutus es. Quod aũt quærebas/sponte oĩa hominibus nasci/præsenti cõuersioni minime competit: sed superiori potius cõpetebat. Tũc sane totius circuitus princeps curatorq; primum deus extitit: ut nunc per uarias mundi plagas singulæ ipsius ptes a diis principibus distributæ sunt. Animalium quoq; genera gregatim distincta demones tanq̃ diuini pastores sortiti sunt: quorum unusquisq; sufficiens erat ad oĩa prebenda singulis: quibus præerat ipse. Quãobrem nihil erat agreste: omnisq; rapacitas/& uorago procul aberat: aberat bellum penitus atq; seditio. Cętera insuper quę conditionem illorũ temporum sequebant/innumerabilia sunt. quod uero deuictus facilitate/& libertate uitæ fertur/ob id est dictum/q̃ deus eos pascebat: ipse illorũ pastor/& custos/ queãdmodũ hoĩes nunc: quorum natura diuinior/brutorum pastores sunt. Deo itaq; custodiente ciuitatum cõstitutiones nullæ erant neq; marium feminarũq; ad filios procreandos coniugia. Omnes. n. ex terra reuiuiscebant: reꝝ præteritarũ ĩmemores. Aberant aũt eiusecemodi oĩa. Fructus uero illis/& poma/& fruges abunde arbores/& fertile solum sponte sua absq; agriculturæ opera suggerebant. Nudi quinetiam/& expediti/& errabũdi/utplurimũ pascebant. Nã tẽperies illis innoxia mollia quoq; passim patata cubilia q̃plurimis ex terra herbis repululantibus. Vitã o Socrates hoĩum sub Saturno uiuentium audis: hanc uero quam Iouis esse tradunt præsens ipse nouisti: utra uero sit felicior/iudicare ne uis ac potes? SO. minime oĩum. HO. Vis ne igit ego quodãmodo tibi diiudicẽ? SO. & maxime quidem. HO. Saturni quondam alumni in tanto ocio: & libertate uitæ potentiaq; nõ solum inter se: sed ẽt cum bestiis colloquendi: hisce omnibus ad philosophiam utebant inter se/& cũ bestiis uiuentes/sciscitantesq; ab omni natura quæcũq; propriam sentiendi uim aliquam differẽtẽ ab aliis habet ad prudentiã acquirendam/facile iudicari potest/illos longo qnodam interuallo nos ad beate uiuendum e superasse. Sin autem epulis affatim/& poculis saturni inter se/& cum bestiis tales fabulas conferebãt/q̃les de illis nunc referunt/ hoc quoq; ita ut mea fert opinio facile admodũ iudicaret. Sed hæc obmittamus donec aliquis horum idoneus appareat nunctius/q nobis referat utrum hoĩes illis scientiis/& confabulationibus operam dederint. cuius aũt gratia fabulam hãc ingressi sumus/id iam dicendũ ut sequentia cũ antecedentibus coniũgamus. Cũ oĩum illorũ tp̃s esset expletum/mutationemq; circuitus fore iam oporteret/terreno genere oĩ consumpto/quippe cum quælibet aĩa generationis oẽs impleslet/quoq; mandata erant cuiq; totidem unaqueq; in terrã semina proiecisset: tũc uniuersi gubernator deus quasi gubernaculorũ dimissis habenis ĩ suiipsius rediit circumspectum. Mundum uero deinceps fatum reuoluit iterum/& innata cupiditas: Omnes qui ẽt dii summi demoniis collegæ singulis præpositi regionibus/quod contigerat aduertẽtes mũdi ptes destituerunt. Mundus deinde contraria principii finisq; sese agitatione reflectens terremotu ingẽti interiora cõcutiẽs aĩalia rursus cuiusq; generis utplurimũ pdidit. At uero certis temporũ exactis curriculis/concussio pturbatioq; cessauit: & mũdus a turbulento fragore desistens solita sui ipsius pgressione cucurrit: & in ordĩe debito cõstitutus auctoritatẽ administrationẽq;: & sui ipsius & eorũ quæ ĩ se sunt/suscepit. auctoris patrisq; sui gubernationẽ p uiribus memorit imitatus. Principio igit pfectius executus est: sed ab ea demũ imitatione longius degenerauit. Cuius q̃dem defectus cã est natura corporea priscæ naturæ fomes. Nam quondam ualde deforme erat/& ordinis expers/anteq̃ presenti ornatu decoraret. Ab eo sane qui ipsum cõstruxit/bona oĩa possidet. a priori aũt deformitate/incõmoda/& iniusta oĩa quæ intra cælum nascunt/& mũdus ipse substinet/& uiuentibus inserit. Dũ igit aĩalia sua una cũ gubernatore nutrit/mala q̃dẽ parua/bona uero ingentia parit: cũ aũt se iungit in pmo discessus tp̃e per pulchre oĩa ducit. Verũ pcedente tp̃e obliuione iam occupat: quapp prioris deformitatis passio uehementius dominat. Demũ longo exacto tempore deflorescit. Ac bona exigua pereans malorũ uero naturã his plurimã miscens piculũ subit ne & ipse/& quæ in se sunt oĩa dissoluant. Quãobrem deus ille quondã huius ordinis auctor/cernens mundũ tanto in discrimine positũ miseret. Ac ne tumultu adeo turbulento fluctuet dissoluaturq; & in locũ dissimilitudinis infinitũ mergat iterũ adstat: & præsidet/resumptisq; ptinus gubernaculis/ęgrotãtia oĩa dissolutaq; antiqua sui agitatione cõuertit: hornat: & corrigit: mortisq; seruat illũ & senectutis ignarũ. Hic ergo cunctorũ dictus est finis. Sufficit aũt hoc ad regis ipsius ostensionẽ si modo supra dicta teneant. Cõuerso iterũ mũdo ad præsentis genituræ pgressum ętas rursus ultra pgredi destitit: & noua his cõtraria quæ erant tũc reddidit. Aĩalia porro morti ob ipsam tenuitatem prima aucta sunt. Quę uero nup ex terra cana surrexerant/iterũ in terrã morientia reciderũt. Cætera item oĩa transmutata sunt mũdi totius sequẽtia passionẽ. Generationis q̃ppe/& cõceptionis/& alimenti imitatio cũcta necessario sequuta est. Neq; enim dabat amplius in terra per causas alias

Hominũ uita sub saturno rege.

alias componentes/animal fieri. Nam quẽadmodum institutum fuit ut mundus motionis suæ do minus esset/ita simili quadã ductione factum/ut partes mũdi per seipsas quoad fieri põt/generẽt/& nascanť/& nutriat. Iam uero ad id puenimus/ad quod nostra oĩs respexit oratio. De reliquis enim animantibus multa/& magna referri possent. ex qbus quęq/& quas ob causas transmutata fuerũt. Quæ uero circa hoĩes contigerunt/breuiora sunt/& magis ad rem attinẽt. Cũ hoĩes pastoris præsidiisq ipsorũ demonis essent prouidentia destituti:& aĩalia multa quę suapte natura ĩmania fuerãt/efferata iterũ essent/iermes ipsi imbecillesq/& custodia derelicti ab illis passim dilaniabanť. Accedebat inertia/& impitia superiorũ temporũ. laborũ enim curarũq uixerant. Tellus haud ultra uictũ sponte suppeditabat:cõparandi uero industria nondũ inuenta. qa nulla necessitas illos ante coegerat. his de causis in summũ discrimen atq penuriam illorũ redacte res erant. Quapp munera illa quæ olim a diis tributa hoĩbus memoranť/necessaria quadã disciplia eruditioneq tributa fuerũt. A Prometheo qdẽ ignis. Artes ãt a Vulcano illiusq cõsorte. Semina quoq/& terræ cultus ab aliis oĩa summatim uitæ hominum adminicula tunc deorũ opera sunt cõparata: cum hoĩes deorũ prouidentia deseruisset: oporteretq ipsosmet ppagationis/& alimoniæ suæ curam habere: mũdi totius instar: quem imitantes omne per tp̃s sequentesq alias aliter nascimus atq degimus. Sed fabula iã finem habeat. Ea uero conducet nobis ad dinoscendũ quãtum supra in regis ciuilisq definitione errauimus. SO. Qua in re/& quãtum errasse nos dicis? HO. partim minus partim generosius magisq:& plusq̃ tunc erratum. SO. Quo pacto? HO. ꝙ enim dũ quæreret rex ciuilisq uir ex præsenti circuitu generationeq/pastorẽ ex cõtraria cõuersione adduximus: & pro mortali gregis humanæ pastore deum cõmemorauimus/longius transgressi sumus: ꝙ uero ciuitatis uniuersæ principẽ illum ostendimus: quo aũt modo princeps eẽt nõ declarauimus. Verum quidẽ diximus non tñ ad integrũ perspicueq descripsimus. Quo circa minus in hoc q̃ in illo deliquisse uidemur. SO. Vera loqueris. HO. Existimare ergo debemus tũc demũ nos ciuilẽ uirũ satis exposuisse/cum gubernãdæ ciuitatis modũ ad sufficientiã discreuerimus. SO. præclare. HO. Ob hanc utiq cãm/eã fabulã inceptauimus/ut de gregis nutritione certi aliqd ostẽderemus/non solũ ostendereť qđ oẽs aduersus regẽ cõmunem gregis nutritionẽ sibi uendicant: uerũ illum clarius intueremur quẽ solũ sic appellare decet/cũ instar ouium bouũq pastorũ humani gregis pascẽdi curam habeat. SO. Recte. HO. Reor equidem Socrates pastoris diuini figuram regẽ præstantiorẽ eẽ. Ciuiles aũt hos uiros subiectis similes esse magis/secundũ naturas educationesq/& disciplinas. SO. Omnino quidẽ. HO. neq uero perscrutandũ est utrum magis minusue fuerint uel utrũ ita sint an aliter nati. SO. Cur enim? HO. sic porro iterũ resumamus. Artẽ sua ex se pręcipientẽ: circa aĩalia nõ priuatim sed publice pui dẽtẽ/supra statim gregis nutritionẽ uocauimus. Recordaris? SO. Recordor. HO. In hoc aberrauimus. Nã ciuilẽ uirũ neq cõphendimus adhuc neq denoĩauimus: sed nos eius denoĩatio fugit. SO. Quo pacto. HO. Greges singulos pascere aliis oĩbus pastoribus cõuenit. Ciuili ãt uiro cõpetẽs nomen non dedimus. Cum deceret cõe cunctis aliquid adhiberi. SO. Vera narras/si modo licebat. HO. Immo uero licebat/curationẽ cõiter attribuere/absq nutritionis/aut alterius negocii distinctione:& aliã quãdam appellationẽ inferre cõem siue gregis ductionẽ siue curationẽ siue diligẽtiã appellites. Atq ita ciuilem cum aliis una cõplecti postq̃ sic oportere ratio significauerat. SO. optime. Verum quonam pacto postea distinguendũ erat? HO. Quẽadmodum gregis nutritionẽ diuisimus secundũ gressibilium/& uolatilium sp̃es/imistorũq/& mutilatorũ ita gregis ductionẽ:& secundũ eadem partiri licebat: atq ita regnum Saturni ac præsens fuisset sermone comprehẽsum. SO. Videtur. Sed quid tũ? HO. si ita impositum facultati illi nomen fuisset ut gregis ductionẽ uocauissemus eã quam gregis nutritionẽ uocauimus/constat ꝙ nemo aduersum nos cõtẽdisset quasi curatio oĩno non esset: quẽadmodũ/tunc merito est decertatũ/ꝙ ars in nobis nulla sit nutritiua appellatione digna. Et si aliqua sit/multis aliis prius magisq q̃ regie nomen id competat. SO. Recte. HO. Nulla uero ars alia de hoc contendit/quasi sit totius humanæ cõmunionis curatio maior mitiorq q̃ regia. SO. Recte loqueris. HO. Post hæc nũquid aduertimus Socrates q̃ grauiter circa finem deliquimus? SO. ubi delictũ dicis? HO. In hoc inq̃:ꝙ & si artem quampiã bipedis gregis nutricem esse putauimus/non tñ illico regiam illã atq ciuilem tanq̃ absolutam appellare debuimus. SO. Cur non? HO. primo quidẽ oportebit quod dicebamus nomen ad curam magis q̃ ad nutritionem accomodantes postea diuidenda cura fuit. Nam diuisiones insuper non paruas suscipit. SO. Quas. HO. in diuinum pastorem/& humanũ curatorẽ. SO. scite. HO. curationẽ itẽ humanã in duo. SO. quæ. HO. in eã quæ inuitis/& eam quæ uolentibus imperat. SO. quid ergo. HO. ĩ hoc sane peccãtes ineptius q̃ decebat regẽ tyrãnumq in idẽ conduximus: cũ & ipsi inter se dissimillimi sint gubernãdi his modi longe diuersi. SO. uera referes. HO. Nũc igiť iterũ emendantes ut supra dicebã humanã curationẽ bifariã partiamur inuiolentã & uolũtariam. SO. absq dubio. HO. uiolentã quidẽ tyrãnicam: uoluntariã aũt uolentiũq bipedũ gregis ductionẽ ciuilẽ artem denominemus: atq eum qui facultate hac est præditus/uirum reuera ciuilẽ regẽq dicamus. SO. Videntur

Necessitas fecit industriã comparaudi.

A Prometheo ignis.
A Vulcano artes.

Error a noĩe: ꝙ cõiter non inditum est.

Peccatũ cõtingens ei: q diffinit per diuisionem.

iam Hospes ciuilium demostrationes nobis ita demū penitus absolute. HO. bene nobiscum esset o Socrates actum. Oportet aūt non tibi solū id sed mihi quoq; tecū una uideri: & nūc qdem rex mihi nondū pfectam uidet habere figurā: sed queadmodum statuarii interdū importunius festinantes/plura & maiora q̄ oporteat singula opera īterponēdo serius inde pficiunt: sic & nos ut q̄primū atq; insuper magnifice prioris pcessus errata circa regē ostenderemus/putantes magna illius exēpla ponēda ingentē fabulæ molem exaggerauimus: maioriq; q̄ oportebat illius parte uti coacti sumus. Quapropter prolixiorem ostensionē induximus: & fabulæ finē haud penitus īposuimus, sed reuera sermo nobis tāq̄ animal exteriorē qdem circūferentiā sufficientē habere uidet: pigmentorum uero colorūq; cōmixtione pspicua nondū decorari. picturæ aūt & uniuersæ manuū facultatis dictione atq; sermone omne aīal demonstrare magis conuenit illis q̄ assequi possunt: aliis aūt p manuum ministeria. SO. de hoc quidē satis. Quā uero ob cām nondū sufficienter dictū esse ais/ostende. HO. arduum est o beate absq; exēplis res magnas sufficiēter ostēdere. Videt. n. unusquisq; nostrum tāq̄ per somniū nosse oīa: reuera aūt oīa iterum ignorare. SO. Quo pacto. HO. absurde ad modum o Socrates affectū/& conditionē animæ circa sciam supra mouimus. Nēpe in magnis arduisq; īcepimus: quod in minimis/& facilibus erat per ordinē inchoandū. SO. quorsum hæc. HO. exēplo rursus exemplū o felix indiget. SO. qua rōne? Dicas nihil mei cā ueritus. HO. dicēdū postq̄ ipse es audire paratus: aduertimus quid agāt pueri: cū primū litteras discunt. SO. quid nam? HO. q; elemēta qlibet in breuissimis facillimisq; syllabis sufficiēter psentiunt: ueraq; de illis eloqui pnt. SO. quid ni? HO. eadē hæc in aliis ambigētes opinione sermoneq; fallunt. SO. prsus. HO. an non ita facillime atq; optīe ad ignora pduci pnt? SO. quo pacto? HO. reducere illos primū ad ea oportet: in qbus hæc eadē recte opinati fuerāt/eisq; offerre quæ nondū noscunt: & ea inuicē cōparando/ostendere eādē similitudinē atq; naturā in utrisq; cōplexionibus eē: donec cū ignotis oībus quæ uera opinione cōcepta sunt cōparata monstrent. demōstrata uero: & illorū exēpla facta demū efficiāt ut ex oībus cuiuslibet syllabæ elementis/id quod alterū est/ab aliis alterū nūcupēt. Quod uero idē est/idē sp secundū eadē se cū ipso. SO. sic oīo. HO. Nōne satis hoc comprehēdimus q; uidelicet tūc exēpli generatio est: cū quod idē est in alterutro seiuncto recta opinione cōceptū: & utriq; accomodatum unā ambor̄ cōiter opinionē parit. SO. Videt. HO. Quid mirū? si idē natura patiēs aīa nr̄a circa rer̄ oīum elementa alias ueritate ipsa circa unū quodq; in quibusdā constituit. alias aūt circa oīa rursus in aliis fert. & ipsa in qbusdā copulationibus recte quodāmodo opinat: translata uero īn magnas ac difficiles rerū syllabas: hæc eadē rursus ignorat: nihil utiq; mirū uideri debet. Nam qua rōne quis o amice posset ab opinioue falsa incipiens/ad aliquā ueritatis uel minimā pte puenie do sapiētiā adipisci? SO. nulla ferme. HO. Si hęc ita natura se hēnt/nequaq̄ ego ac tu aberraremus si primo totius exēpli naturā uidere anniteremur/in paruo quodā alio secundū partē exēplo. Deinde ad maximū accessuri regis exemplū eandē spēm alicunde a minoribus deferētes: p exēplū iterū conaremur rer̄ ciuiliū curationē arte dinoscere: ut ipsa p somnio ueritas habeat. SO. recte admodum. HO. rursus superior oratio repetenda qua īferebat: postq̄ pmulti cū regio genere de ciuitatis gubernatione cōtendunt: sibiq; illā usurpant: oportere eos oēs ab illo seiungere/ipsumq; solū relinquere: atq; ad hoc exēplo quodā opus eē diximus. SO. ualde. HO. quod nā potissimū exēplum exiguum quidē: & eandē ciuilē continēs facultatē adducēs aliquis sufficiēter qd̄ inuestigat īueniet? Vis ne p Iouē o Socrates nisi quid aliud imprōptu habemus/extendi artē eligamus? nō uniuersam quidē: sufficiet. n. ut arbitror/lanificiū. Forte nāq; pars hæc electa quod cupimus/īdicabit. SO. qd ni? HO. cur nō ut superius unūquodq; in partium ptes diuidebamus/ita modo circa extendi artē fecimus/& q̄ breuissime poteramus oīa transigentes quod ad ppositū cōducit elegimus. SO. Quō inqs? HO. efficiam ut discursus sermonis ipse tibi rñdeā. SO. pręclare loqueris. HO. Eor̄ quæ facimus/& possidemus/quædā gr̄a aliqd agendi parant/quædā aduersus passiōes sunt propugnacula. ppugnaculor̄ aūt alia remedia sunt/tam diuina/q̄ humana. Alia uero obstaculo. Obstaculor̄/alia militaris armatura/alia circūuallatio. Circūuallationū uero alia uelamina/alia aduersus ęstum frigusq; munitiones. Munitior̄ alia tegmenta/& retinacula/alia operimēta. Operimentor̄ quædam sufulciunt/quædā circumābiunt. Eorūq; circumābiūt alia simplicia/alia uero duplicia: atq; cōposita. Cōpositor̄ alia pforata/alia sine pforatione cōnexa: hor̄ uero quædā neruea sunt ex his quæ terra nascunt quædā pilea/pilea uero partim aqua/& terra cōglutinata/ptim sibimet inuicē sunt connexa: his pfecto repugnaculis fulcimentisq; q̄ ex eisdem colligatis cōfecta sunt/nomen uestes īposuimus. Artem uero quæ maxime circa uestes uersat. ab ipsa uestiū effectione uestificā appellemus quemadmodū disciplinā ciuitatis pcuratricem ab ipsa ciuitate ciuilem denoīauimus: dicamusq; textoriā facultatem: quatenus maxia ex pte uestes contexit nihilo alio nisi noīe differre ab ista quā uestificā noīauimus: queadmodū supra regiā diximus a ciuili. SO. recte admodum. HO. post hæc utiq; colligamus uestiū textoriā aliquē forsitan sufficienter dictā existimaturū/aīaduertere nō ualētem q; ab his quæ ppe cooperant/nondū distincta est a multis autē aliis sibi cognatis discreta fuit

SO. uideris

Vis exēpli in ostendendo.

Diffinitionis ars per exemplū quæ collectio quedā ē: & uia laudata ab Arist.

Pueri exemplo discūt: & sermone & ratione fallunt ita & discētes.

Generatio exempli.

Magna diuisio eor̄ quæ facimus.

SO.quibus cognatis dicas obsecro.HO.uideris mentē supradictis haud satis adhibuisse. Quare
iterꝫ ut uidet̃ a fine ad principiū redeundū.Si.n.ꝓpingtatē intelligis:hāc utiqꝫ ab ipsa discreuimus
dum stramentoꝝ cōpositionē suffulcimento/& ambitu separaremus.SO.Intelligo.HO.quinetiā
artificium oē quod lino/& cordis uirgltisqꝫ utit̃/ac sūmatim his q̄ terra nascunt̃ q̄ nup neruea uoca
uimus iā se iunximus.Immo & pileoꝝ cōpositionē cāue quæ ꝑforando & suendo operat̃: q̄ utpluri
mum ad coriariā ꝑtinet facultatē.SO.oīno qdem.HO.Seiunximus præterea opimentoꝝ simpli/
cium opificiū qd̓ pellibus utit̃.Item tegmentoꝝ retinaculorūqꝫ machinamēta quotcūqꝫ in Hædi/
ficando fiūt:& in aliis artibus quibuscūqꝫ ad aquarū retētionē repulsionēqꝫ: quæcūqꝫ circa plicatio
nes inclinationesqꝫ/& uiolētas actiones cohibentia opa reddūt.sepesqꝫ/& maceriā opponunt:& cu
mulos quosdam obiiciūt.Item uestibuloꝝ cācellorūqꝫ affixiones q̄ ad clauoꝝ artificium adtinent.
Quinetiā armaturā segregauimus:quæ portio est amplæ facultatis illius:quæ ꝓpugnacula/& ob/
stacula obiicit:præterea magicā quæ remedia præbere se uitę hoīum ꝓfitet̃ ab initio separauimus.
Reliqmus āt artē quādā q̄ uisa ē illa eē quā q̄rimus effectricē.s.fulcimētoꝝ aduersus frigora laneo/
rum:textoriāqꝫ cognominatā.SO.vr̄.HO.Cęterū nondū o puer ꝑfecte his dictis rē expediuimus.
Qui.n.prio uestiū aggredit̃ artificiū:cōtra q̄ textor agere uidetur.SO.quāobrē?HO.Textor nāqꝫ
quodāmodo cōplicat/& connectit.SO.certe.HO.Ille uero quæ simul inserta/& implicita sunt dis/
soluit.SO.Quid istud?HO.Opus ei⁹ q carminat/& discernit.Nunqd carminatoriā/& discretoriā
opam eādē cū textoriā cōputabimus?carmiatorēqꝫ/& discretorē eūdē cū textore dicem⁹?SO.nul/
lo mō.HO.si qs āt diligētiā q̄ stamina & subtegmia ꝑparat textoriā uocet ꝓcul ab opiniōe hoīum/
& ueritate in noīe illo discedet.SO.plane.HO.fullonū ꝑterea sutorūqꝫ operā utrū nihil cōduce/
re ad uestimētoꝝ cōfectionē dicius?An has oēs textorias diligētias appellamus?SO.neutrū dicen
dū vr̄.HO.uerūtn̄ oēs hæ de uestiū curatiōe cū textoris arte cōtēdēt:ac plurimū qdē illi huius opis
dabunt:multū quoqꝫ sibi eiusdē opis uendicabunt.SO.Sic est oīno.HO.præter has existimare in
super oportet artes instroꝝ qbus textor utit̃/effectrices/ꝑtem sibi ī efficiēda tela usurpatura.SO.ꝓ
be.HO.utrū textoriæ facultatis rō/quā ut ꝑtem elegimus/sufficienter distincta erit/si ipsam aliarū
oīum facultatū quæ circa laneā uestē uersant̃/maximā pulcherrimāqꝫ dixerimus. Aut ita uerū qdē
dicet̃:ꝑfecte āt & manifeste nequaq̄ priusq̄ ab ista reliquas secreuerimus.SO.ita certe.HO.an nō
ita deinceps agendū est/ut cōsequenti ordine nobis sermo ꝓcedat?SO.nihil prohibet.HO.in pri
mis artes geminas circa oīa quæ fiunt/cōsideremus.SO.quas?HO.unā quidem gn̄ationis ut ita lo
quar cōcām.alterā uero cām ipsam.SO.Quō?HO.quæcūqꝫ rē ipsam nō fabricāt/sed fabricātibus
organa subministrāt.quibus abn̄tibus īstitutū opus nequaq̄ ꝑficeret̃/eas concās ut ita dixerim no/
minamus eas aūt ipsas quæ principaliter faciūt/cās appellamus.SO.cōsentaneū id quidem.HO.
post hæc artes quæ colū fusumqꝫ radiū pectinēqꝫ efficiunt/& alia circa uestiū opam instrumēta præ
parant:oēs concās nuncupemus.Illas aūt quæ uestimēta curāt/& efficiunt/cās.SO.Recte.HO.ex
causis uero ꝑtem eāqꝫ lauat atqꝫ consuit:& alias huius gn̄is curaturas cū multa ornādi diligētia fit/
generatim colligere decet:& fullonū artē cognominare.SO.ꝓbe.HO.eā aūt ꝑtem quæ carminat
discernit & filat:& oēs circa uestium effectionē:ars una cōprehendit:duæ cōiter lanificium noīat̃.
SO.quid ni?HO.lanificii porro ꝑtiones duæ/& utræqꝫ quaꝝ artium simul ꝑtes sunt.SO.Quēad/
modum?HO.facultas illa quæ carminat/& quæ pectine quodā utit̃.ac oīno quæcūqꝫ sunt coniūcta
disiungit:pars lanificii dicit̃/cuius maxime ꝑtes duæ sunt.Discretoria una.Altera cōcretoria.SO.
sic est oīno.HO.In ea quæ discernit carminatoria/& aliæ q̄s mō diximus facultates insunt.Nā quæ
lanas/& stamia diuidit/uel pectine quodam uel manibus/aliter atqꝫ aliter noīa cuncta quę mō dixi
mus est sortita.SO.ita prorsus.HO.rursus cōcretoris ꝑtem simul/& lanificii in ipsa cōtentā suma/
mus:quæcūqꝫ āt ibidē discretoria inerāt/trāseamus/lanificiū oē bifariā partiētes/in cōcretoriā ꝑtē
& discretoriā.SO.partiamur.HO.ꝑtē itaqꝫ concretoriā simul/& lanificiū o Socrates diuidere de/
cet:si mō ꝓpositā nobis extendi artē sufficiēter comprehendere uolumus.SO.Oportet sane.HO.
oportet absqꝫ dubio.Ideoqꝫ dicamus ꝑtem eius unā in uoluendo flectendoqꝫ:alterā in cōplicando
uersari.SO.nūquid hęc teneo?Videris.n.mihi staminis operā in torquēdo ponere.HO.nō huius
tm̄:sed & subtegminis.An sine retortione gn̄ationem huius eē reperiemus.SO.nequaq̄.HO.de
scribe hoꝝ utrūqꝫ:forte nāqꝫ descriptio talis oportuna uidebit̃.SO.q̄lis.HO.Ecce opus carmina/
toris cū in longū latūqꝫ protrahit̃ deductionem uocamus.SO.certe.HO.cū hoc factis pensis fu/
so retortū est/solidūqꝫ effectū filū stamen appellant/artē aūt ipsam quæ hoc dirigit/& protrahit sta
minariā.SO.Recte.HO.quæcūqꝫ uero cōtortionē mollē accipiūt/& staminis īplicatione ad refle/
xionis attractū:moderatā mollitiē nanciscunt̃/ea utiqꝫ filo deducta subtegmia: artē aūt ipsam sub/
tegminariā.SO.ꝓbe.HO.Atqui ꝑs illa textoriæ quā ꝓposuius/iā cuiuis patet.Nā pars cōcretoriæ
facultatis ī lanificio qn̄ recta ꝓtractione subtegminis atqꝫ staminis īplicationē cōtextūqꝫ efficit.To
tū quidē ipsum īplicitū/& cōtextū uestē laneā/artē uero hmōi textoriā nūcupamus.SO.recte admo
dum.HO.At cur nō statim rn̄dimus textoriā artē esse quæ subtegmen/& stamen īplicat:sed ꝑ lon/

Magica profi tetur reme/ dia uitæ pre/ bere.

Ars causa ars concausa.

gas ambages frustra uagati sumus? SO. nihil mihi qdē o Hospes frustra dictū uidet. HO. nihil mirū: sed forsitan uidebit o beate si frequēter in hūc morbū in posterū incidas. Nā qd mirū. Audi sermonē: q de huiuscemodi oībus sp est in mediū afferēdus. SO. dic mō. HO. excessus in primis defectusq; naturā inspiciamus. ut secundū rōnē moderata laudemus: uituperemusq; i singulis quęcūq; modū sermonis nō seruant dū in talibus quibusdā disputationibus/aut plixius q̄ decet aut breuius loquimur. SO. oportet sane. HO. de his utiq; iure hīnda orō est. SO. de qbus? HO. de plixitate inq̄ & breuitate. deq; oī excessu atq; defectu. nā dimetiēdi facultas ad hæc oīa ptinet. SO. pfecto. HO. eā itaq; bifariā distinguamus. Conducit. n. ad id qđ intēdimus. SO. dicas quō distinguendū. HO. Sic. Pars una fm mutuā magnitudinis paruitatisq; cōionem: altera fm necessariā gñationis essentiam. SO. Qui istuc ais? HO. an non fm naturā tibi uidet/qđ maius est/nullo alio q̄ minori maius eē dicendū? qđue minus solo maiori minus? SO. mihi uero. HO. quid uero? Quod excedit mediocritatē/& quod excedit seu dicēdo/siue agēdo nōne esse dicemus ea quibus boni hoīes a malis differūt? SO. apparet. HO. has ergo essentias geminas iudiciaq; magni/& parui ponere decet. Nec ut pauloante dicebamus/inuicē solū ista referri debent: īmo ut nūc dictū est potius ptim inuicē: ptim ad mediocritatē cōparanda uident: huius aūt rōnē nunqd itelligere uolumus? SO. qd ni uelimus? HO. siqs maioris naturā ad minus dūtaxat referat/ad mediocre nō referet: quid ais? SO. id ipsum. HO. an nō artes ipsas earūq; opa oīa hac rōne secerneremus? eāue quā q̄rimus ciuilē/& textoriā facultatē e medio tolleremus: hæ siqdem oēs qđ mediocri maius est aut minus: nō q̄si non sit: sed ut difficile qddam in actionibus uitāt: atq; ita mediocritatē seruātes bona oīa pulchraq; efficiūt. SO. absq; dubio. HO. nōne si ciuilē peritiā substulerimus/māca nobis/& dubia erit regiæ sciæ pscrutatio. SO. ualde. HO. Vtrū queadmodū in disputatione de sophista nō ens esse coegimus postq̄ i hoc nos effugit oratio/ita nūc plus ipsum/& minus cogere debemus cōmensurabilia esse nō inuicē solū sed ad mediocris quoq; gñationē. Neq;. n. ciuilis disciplinæ qspiā neq; alterius humanæ facultatis sine huius cōcessiōe/pōt eē peritus. SO. nōne/& in pñtia idē sūmopere est agendū? HO. maius hoc opus o Socrates est q̄ illud/& si q̄ plixum illud quoq; extitit/recordamur: uerū tale quiddā merito de ipsis est supponendū. SO. qle? HO. q; qñq; opus erit eo qđ nūc est dictum ad sinceri ipsius absolutiq; ostēnsionē. tq; āt quoad pñtia ptinet egregie sufficiēterq; mōstratū est/cōferre mihi uidet sermo hīc magnope/q; uidelicet existimandū est silr oēs artes sese hre: maiusq; simul & minus cōmensurari nō inuicē tm/sed ēt ad mediocris ipsius gñationē: cū. n. hoc est/illa sunt/& cū sunt illa/hęc sunt alterutroq; hoꝝ sublato/utrūq; tollit. SO. hoc qdē recte: uerū qd deinceps? HO. distinguere decet artē dimetiēdi bifariā/queadmodū supradiximus. Vnāq; illius ptē pōere artes oēs quæcūq; numerū longitudinē latitudinē pditatē/& uelocitatē ad cōtrariū metiunt. altera uero artes illas/quæ ad mediocre moderatūq; respiciūt/decensq;/& oportunū atq; debitū. Et sūmatim ad oīa quæ uitatis extremis in mediū cōfugerūt. SO. Ampla qdem utraq; portio est: & altera longe ab altera discrepat. HO. Quod sępenumero ferūt o Socrates hornati uiri illi/q magnū aliquid ac sapiens loq se putandū prædicāt dimetiēdi facultatem circa oīa quæ fiūt uersari/nūc accidit. Atq; id est/qđ nup est dictū. Quicquid. n. artificiosum est mēsuræ quodāmodo pticeps esse apparuit: qm̄ uero quidā secundum spēs cōsiderare nequaq̄ cōsueuerūt/distinguētes hæc tam īter se differētia/statim conferūt in idē/silia iudicātes. Atq; huius cōtrariū rursus efficiunt q̄ altera sunt/p ptes minime distinguentes. Cū oporteat qñ quis prīo multoꝝ pcipit cōionē nō prius desistere q̄ differētias oēs in ea quę in speciebus claudunt/inspexerit. Atq; iteꝝ quotiens dissimilitudines plurimas in multitudine sentit/& egre sentit nō prius ab hac aspectus molestia desistere posse q̄ cuncta quæ cognata sunt ītra cognationē unā pprietatēq; cōcludēs unius gñis essentia uestiat. De his igit/deq; excessibus atq; defectibus hæc dicta sufficiāt: id aūt dūtaxat seruādū. duo uidelicet gña circa ipsa mēsuræ adinuēta fuisse/& quę ea sint mēte tenendū. SO. tenebimus. HO. Post hūc sermonē aliū assumamus de his quę mō quærebant/deq; oī huiuscemodi sermonū tractatione. SO. quid istud? HO. siquis forte nos pcōtet de pueroꝝ circa lrās exercitatiōe qñ īterrogant qbus ex lrīs nomen aliquod constet/utrū putemus tunc eos ītetrogari unius dūtaxat noīs illius declarādi grā/an potius ut i oī grāmatica eruditiores euadant/qd rñdebimus? SO. ut in oī grāmatica. HO. qd porro? ciuilis uiri indagatio nobis ipsius gratia magis pposita est q̄ ut in oībus disserēdis acutiores efficiamur. SO. patet id quoq;/q; oīum gratia. HO. Nemo utiq; mētis cōpos textorię facultatis rōnē ipsius dūtaxat gratia uenari cōtenderet. Veꝝ plurimos latet ut arbitror reꝝ quarūdā cognitu facilium sensibiles nōnullas imagines eē quas declarare nequaq̄ arduū est/quotiēs ipsoꝝ aliquis uult alicui rōnem de aliquo perquirēti/nō cum ipsis rebus: sed seorsum rōne facile demōstrare. Rerum āt maximaꝝ prætiosissimarūq; nulla est imago ad hoīes pspicue fabricata. qua ostēsa qui uult animū postulantes explere/sensui cuidam accōmodans ad sufficientiā expleat. Quapp cogitandū est ut rei cuiuslibet rōnē reddere & recipe ualeamus. Incorporea nāq; cū maxima/& pulcherrima sint/ratione sola/alio uero nullo perspicue declarant. Horū porro grā modo nobis dcā sunt oīa. Cuiuslibet aūt rei cōsideratio in minoribus facilior

De excessu & defectu.

Maius natura est nō alio q̄ minore.

Quo boni a mal' differāt:

Quod artificiosum est id mensure particeps.

Quousq; diuidendum.

Corporeorū sunt ymagīes sensibiles. & ideo pñt demōn. īcorporeorum uero nulla ymago q̄re sola rōne capiuntur.

Hic nō ē verū illud nihil eē in intellectu: q; prius nō sit in sensu.

facilior q̃ ĩ maioribus extat. SO. præclare loqueris. HO. quoꝝ deniq; cã dcã de his oĩa sunt recor/
demur. SO. quorũ. HO. eius præcipue molestiæ sacietatisq; cã/qua circa textoriæ facultatis proli
xam orõnem affecti sumus: necnõ circa totius mũdi reuolutionẽ: atq; sophistæ sermonẽ de nonen
tis essentia: putauimus sane ꝓlixiorẽ fuisse q̃ deceret disputatiõem. Atq; in his oĩbus nosmetipsos
deterruimus/metuẽtes ne forte in superuacuis diutius uersaremur. Ergo ne deinceps iterum tale
nobis aliqd accidat: idcirco supradicta a nobis oĩa puta. SO. fiet. dic age quæ restant. HO. dico igi
tur oportere/& me/& te eorũ quæ diximus/semper memores esse/ quotienscũq;/uel breuitas/uel ꝓ
lixitas sermonis in uituperationẽ cadit: ita ut nõ inuicem prolixitates diiudicemus/sed secũdũ fa-
cultatis dimetiendi partẽ: quam supra diximus ad decori normam esse referendã. SO. Scite. HO.
non ergo ad hoc oĩa referenda uident/neq; enim ꝓlixitate nulli cõueniente ad uoluptatem egebi-
mus/nisi quid præter propositũ. Vt aũt quod quæritur facilime celerimeq; reperiat nã primo ue-
rum secundo loco contendere rõ præcipit: maxime uero omniũ atq; primũ illũ honorare ꝓgres-
sum/quo secũdum spẽs distinguere ualeamus: disputationẽq; longã haud moleste ferre/sed affecta
re potius si modo nobis ad inuentionẽ conferat: breuẽq; similiter. Eumq; iubet qui longiora uer-
ba uituperat/circuitusq; disputationũ huiusmodi nõ admittit: haud ita leuiter temereq; dãnare ꝓ
lixitatẽ: imo ostendere prius disputationem breuiorẽ audiẽtes/& promptiores ad disserẽdũ/ & ad
inueniendum sagaciores redditurã: alias aũt/& alio tendentes ĩcrepatiões/& laudes nec curare pe
nitus nec audire. Ac de his satis si tibi quoq; uidet. Ad ciuilem facultatẽ iterũ redeamus textoris
exemplum quod supra posuimus/cõferentes. SO. egregiæ locutus es: atq; ita/ut iubes/efficiam?.
HO. nõne iã rex a multis pastorũ officiis: imo ab oĩbus armẽtorũ custodibus est distinctus? Restãt
urbanæ facultates cõcausarũ pariter/& causarũ/quas primũ a se ĩuicẽ separare debemus. SO. Re
cte. HO. has partiri bifariam difficile est. Cuius difficultatis causa sequenti sermone patebit. SO.
sic prorsus agendũ. HO. per membra itaq; ipsas instar uictimæ discerpamus/postq̃ secare bifariã
nõ ualemus. Oportet enim in ꝓximũ semꝑ numerũ distribuere. SO. quo pacto? Experiamur iam.
HO. quemadmodũ in superioribus oẽs quæ instrumenta texturæ parabant/ueluti cõcausas posui
mus. SO. nempe. HO. idem quoq; in præsentia/& multomagis agendũ: quæcũq; enim magnum
aliquod: aut paruũ in urbe fabricãt instrumẽtum/tãq̃ concausæ ponẽdæ sunt: nã sine his ciuitas cõ
stare nõ põt: neq; ciuilis disciplina consistere. Nullũ tñ horum regiæ artis opus esse ponemus. SO.
nullũ prorsus. HO. atqui difficile qddã aggrederemur/si genus hoc ab aliis distingueremus. Qui
utiq; dicit unius cuiusdã eorũ quæ sunt/instrumẽtum esse/uerisimile quiddã loqui uidetur alterum
quin etiã eorumq; possidentur in ciuitate hoc est dicendũ. SO. Quid nã? HO. quod hanc uim nõ
habet: neq;.n. causæ generationis in hoc: ut in instrumento: sed ad eius quod fabricatũ est salutem
respicit. SO. Quale istud? HO. quod siccis/& humidis/igne calefactis/& frigidis uariũ genus effe-
ctum? quod una appellatiõe uas nominamus: q̃uis spẽs plurima sit: hoc aũt sciæ illius quã ꝑquiri-
mus nõ ẽ opus. SO. nõ certe. HO. Tertia possessionũ spẽs multiformis apparet terrestris atq; aq-
tica/multiuaga/& nõ errãs pretiosa/& uilis: unõ significata noĩe: quia uniuersum hoc semꝑ alicui se-
des efficitur/assessionis: præsidentiæ explorationisq; gratia. SO. quid hoc. HO. Vehiculũ nũcupa
mus/haud sane multũ peritiæ ciuilis opus: imo architecturæ potius figulariæq;/& ærariæ faculta-
tis officium. SO. intelligo equidẽ. HO. Nũquid quartum præter ista dicendũ/in quo plurima ex
iis quæ supra rettulimus/continent? Vestimenta: arma multa: muri: terreniq;/& lapidei ambitus:
alia ꝙ permulta. Cũq; hæc oĩa muniendi obiiciendiq; grã fiãt/recte munimenta obstacula cõmuni
ter appellari possunt: multoq; magis architectorũ textorũq; q̃ ciuilis sunt opa. SO. sic est oĩo. HO.
num quinto loco ornandi: pingendi: canendi artes locabimus? & quæcũq; his utunt: & ab his fiũt
imitationes quædã oblectatiõis grã dũtaxat excogitatæ: quæ merito uno quodã nomine cõprehẽ-
dunt. SO. Quo? HO. uniuersum hoc iocosum qddã denominat. SO. Absq; dubio. HO. unũ hoc
nomẽ oĩbus his cõueniet: neq;.n. illorũ quicq̃ studii: sed ioci gratia semꝑ efficit. SO. hoc quoq; fer
me intelligo. HO. Facultatẽ uero illã quæ his oĩbus præparat corpora ex qbus/& in quibus cõfici-
unt artiũ quas modo narrauimus opera/nõne sextã ponemus/spẽm uariã/& ex multis artibus de-
pẽdẽtẽ? SO. quã dicis? HO. eã quæ aurũ/& argentũ cæteraq; metalla terræ eruta uiscerib⁹ ꝑparat.
Itẽ q̃ syluas ĩcidit: quę tõdet: q̃ ex his cõstruit aliqd: quæ plicat atq; cõtexit: seu quę cortices arboꝝ:
siue quę aĩaliũ pelles circũcidit/& polit: & quęcũq; artes circa huiusmodi qdã uersant. Rursus illæ
a qb⁹ suber: liber: codex. uiculaq; parãt/ut fiãt cõpositę spẽs ex generibus ñ cõpositis. Vniuersum
hoc appellamus primogenitã hominibus possessionẽ/& simplicẽ: quod regię artis nequaq̃ ẽ opus.
SO. optime. HO. Septimũ tenet locũ nutrimẽti possessio: & quæcũq; cõmixta corpori/partibus su
is partes corporis alere possint: atq; curare: quod totũ alimẽtũ dici debet: nisi qd forte pulchrius
reperiamus: agriculturæ aũt: uenationi: gymnasticæ: medicinæ: coquinariæ uniuersum hoc recti⁹
q̃ ciuili tribuit. SO. rectius sane. HO. ferme omnia q̃ possident ꝑter domesticoꝝ aĩalium spẽs: in
his septẽ arbitror numerata. sic aũt cogita: par erat/primogenitã spẽm/primũ ĩducere. ĩstrumẽtũ

Semel atq; iterum de re disputandũ: vt facilius comprehendatur.

Quis ꝓgressus melior.

Q꞉d lõga disputatio non leuiter est dãnanda.

Oportet semꝑ ĩ proximũ numerum distribuere.

deinde Vas:uehiculū:municulū:oblectamentū:animal prætermittimus sane/si qd'non magnum latuit/quod alicui istorū acōmodari possit. Qualis ē nūmorꝝ idea:sigillorꝙ:/& oīs characteris. Genus.n.hæc i illis nō admodū cognatū hēnt:sed ptim iornatū/ptim in instrā/ui qdē attū penitus tracta quodāmō cōgruēt/possessionē uero aīaliū domesticorꝝ seruis exceptis gregisnutritio primo distincta/cōprehēdisse vr. SO.& maxie qdē. HO. restat seruorꝝ mīstrorꝙ oīum genus ī quo uaticinor eos palā īsurrecturos/q de textura cū rege cōtēdāt:quēadmodū cū textore q carmināt filātꝙ:& q alia de qbus diximus faciūt. Cæteri uero oēs tāq̄ cōcausæ dicti/una cū nūc memoratis operib⁹/a regia ciuiliꝙ actiōe seiūcti sunt atꝙ discreti. SO. apparuit. HO. cōsideremus reliquos q prime accedētes/ut certi⁹ cognoscamus. SO. oportet oīo. HO. Maxīos porro mīstros quātū hīc itueri licet/cōtrariā exercitationē passionēꝙ illi quā suspicati summ⁹ habere reperiemus. SO. quos? HO. empta mācipia/& simili quodāmō ī seruitutē coactos homines. Quos sine cōtrouersia seruos cognomīare possumus:lōgissime a regia dignitate distātes. SO. qdni? HO. qd dicemus de liberis? qcūꝙ spōte quæ supra diximus submīstrant? Agriculturę/& aliarꝝ artiū opa trāsportāt/mutiusꝙ cōmutāt cōmertiis/siue de foro ī forū ī urbe eadē/seu de urbe terra mariꝙ trāsferētes in urbē partim cū rebus aliis nūmos/ptim simile qddā simili cōmutātes:quos nummularios:mercatores: nauticos uectores:caupones denominauim⁹. Nūqd isti ciuilē sibi peritiā uēdicabūt? SO. forte mercatores. HO. nō tñ illi quos utpote mercēnarios cernimus passim oībus ad seruiendū expositos/regiā usurpare dignitatē repient. SO. est ut dicis. HO. Quid uero de his q talia qdā nobis ubiꝙ suppeditāt? SO. quo dicis? & quarū rerū suppeditatores? HO. genua preconū inq̄/& eorū q sapiēter circa publicas litteras subministrāt nōnullosꝙ alios solertes rerꝝ ad principū ministeriū ptinentiū elaboratores. Quid de his dicēdū Socrates. SO. Quod/& ipse dicebas/mīstros esse nō principes ciuitatū. HO. haud ab re/ut arbitror in superioribus dixi īuenturos nos hac rōne plerosꝙ de ciuili curatiōe uehementes cōcertatores:q̄uis absurdū alicui uideri possit/eos in ministrorū numero qrerę. SO. ualde qdē. HO. Accedamus ꝑterea ꝓprius ad eos q nōdū examinati sunt:hi uero sunt q circa uaticiniū hēnt sciēę alicuius ministræ particulā. Interpretes.n.diuinorū ad hoīes hi censent. SO. Certe. HO. quinetiā sacerdotū genus/ut lege habet/itelligit docetꝙ quo pacto donaria diis/& sacra sint offerēda. Itē qua rōne uouēdū sit:qdue boni sit a diis petēdū. Hęc aūt ambo mīstratorię artis ptes sunt. SO. Videt. HO. Iā igit̄ uestigiū quoddā eius qd' inuestigamus attingere uidemur:figura nāꝙ sacerdotū/& uatū magnaniminitate intelligētiaꝙ/& claritate abūdat:pp eorū quæ aggrediūtur tractātꝙ magnificentiā. Quapp apud egyptios nō licet regē absꝙ sacerdotio imperare. Quin immo si ex alio genere qspiā ui regnū usurpet/cogit post regni assumptionē sacris initiari:ut rex deniꝙ sit/& sacerdos. præterea in plurimis Græcorū ciuitatibus/apud uos præsertim/repeties præcipua sacra a magistratibus summis institui. nā & apud uos fert/creato regi patria:& solēnia sacra maxima/& purissima aliorꝝ oīum eē tributa. SO.& maxīe qdem. HO. hos itaꝙ forte creatos reges sacerdotesꝙ/& eorū ministros necnō aliā quādā frequētē turbā cōsiderare debem⁹:que nuper sermotis superioribus in lucē uenit. SO. quos inqs. HO. Miros quosdā inq̄. SO. Quāobrē? HO. Mō cogitāti mihi multiforme horū genus apparet. Multi ex uiris leonū similes fiūt:cētaurorūꝙ:aliorūꝙ huiusmodi plurimi ēt satyrorū:imbecilliūꝙ/& multiformiū bestiarum. Citoꝙ trāsmutāt/& alternāt inuicē ideas atꝙ potētias. Enimuero nunc primū eiusmodi uiros o Socrates excogitasse mihi uideor. SO. Dic obsecro uideris enim mirum qddā nūc ītueri. HO. Profecto. Nā ut mirꝝ aliqd cōtingat nobis ignoratio semp efficit. Atq mihi mō idē cōtigit. Repēte nāꝙ/ut ambigerē accidit/cū chorꝝ negociorū ciuiliū ītuerer. SO. Quē? HO. maximū sophistarū oīum præstigiatorē:huiusꝙ artis præcæteris peritissimū:quē discernere decet a uiris reuera regiis atꝙ ciuilibus:quāuis arduum id sit. si mō quod qrimus ꝑspicue cognoscere uolumus. SO. Nullo mō hoc dimittēdū. HO. Non certe ut arbitror. Ac mihi dicas. An nō mōarchia idest principatus unius/una quædā est gubernationū ciuiliū? SO. Est. HO. post hāc paucorū potētiā ponere possumus. SO. Sane. HO. Tertiā uero multitudinis gubernationē quā popularē uocāt. SO. Prorsus. HO. nōne tres hæc quodāmodo qnꝙ fiūt? Cū duo nomīa ex se insup pariāt? SO. quæ nā? HO. cū aīaduertāt plurimi īuitis uel uolētib⁹ īperari posse/& lege uel arbitrio ꝑsidere cōtingat/& pauperes esse q ꝑsunt:uel diuitiis ad īperiū euehi/duas in spēs tā unius q̄ paucorꝝ diuidūt principatū. Et uni⁹ qdē pricipatū in regnū/& tyrānidem patiunt. SO. utiꝙ. HO. gubernatiōem uero q̄ paucis agit in paucorū potentiā/& potentiā optimatū. SO. oīno. HO. popularis uero gubernatiōis nomen nullus utiꝙ mutat aliqn cōsueuit:siue spōte/seu ui populus diuitib⁹ qbusdā ꝑsideat/siue lege/seu arbitro regat. SO. uera narra. HO. nūquid existimam⁹ aliq̄ harꝝ gubernationū ciuiliū rectā eē finib⁹his distictiōibusꝙ determinatā? uidelicet. uno. paucis. multis:paupertate:diuitiis uiolētia:uolūtate:legib⁹/& arbitrio. SO. qd phibet. HO. cōsidera diligenti⁹:& hac me seqre. SO. Qua? HO. stabim⁹ ne ī eo qd' ī pricipio dictū? an nō? SO. in quo nā? HO. regiā dignitatem unā quādā sciarū esse diximus. SO. diximus certe. HO. neꝙ in quouis sciæ genere illā locauimus. E multis qppe facultatē illā quæ iudicat simulpræcipitꝙ selegim⁹.

SO. sane

Serui longissimi a regia dignitate distant.

Quod uates & sacerdotes sint etiam ministri.

Quod reges deceat sacerdotium maximum.

Vt mirū qd cōtingat igno ratio efficit.

Gubernatio tres nni9 paucorꝝ multorꝝ.

dicitur datum esse nobis adiis disserendi artē una cum igne. Ars.n. disserendi/ubi uniuersalia in particularia diuidit/processum rerū a superioribus repræsentat:ubi particularia uicissim i uniuer salia rite resoluit/cōuersionē rerū ad superiora designat:ubi definit:& ubi demonstrat/existentiam rerū ostendit:ibi quidē in se ipsis/hic aūt ab aliis dependentiū.Ideo disserendi facultas diuinū est donum/cū diuinum uniuersi ordinem referat.Cum igne uero data dicit:quia ignis similiter diui dit:resoluit:definit atq; demōstrat.Itē quia rōnalis facultas ignis instar illuminat intellectū:accen dit uoluntatē:& utrūq; eleuat ad sublimia:q; aūt traditur Prometheum ciuilē uirtutem saluti ho minum penitus necessariā largiri non potuisse/propterea q̄ uirtus eiusmodi penes Iouem sit:quo Prometheo non licet ascendere/ea rōne intelligendū est/quia ciuilis uirtutis officium est non solū rebus humanis/sed ēt artibus impare.Singulasq; cū singulis ordinare:cunctas deniq; in cōmunē oīum formā dirigere.Idē uero officiū Iouis ipsius est in uniuerso/q; in hominū genere apparet sci entiæ ciuilis offm.Quāobrē nō iniuria ad Iouē ipm spectat hāc nobis ex alto largiri.Vniuersalis.n. uirtus ad uniuersalē Iouis ptinet puidētiā.Prouidētia uero demonū pticularis ē/& angustia:ideoq; i Iouis arcē nequit ascēdere:cū angustior humiliorq; puidētia/āplissimā eminētissimāq; equare nō ualeat.Iupiter igit̄ p Mercuriū.i.angelum diuinæ uoluntatis interpretē/ciuilis sciæ leges:idest uo luntatis suæ decreta ad humanæ societatis generisq; salutē spectantia mētibus nostris inscribit:in scribit inq̄/& ab initio/quod Timæus aperte docet:& quotidie p angelos diuinā nobis uoluntatē interpretantes:unde intimus in nobis præsidet iudex inextinguibile rōnis lumen/rectū ueri falsiq; & boni maliq; examen ineuitabilis cōscientiæ stimulus per hāc deus infusam oībus legem oēs ita ferme ad cōmune dirigit bonum/ut oēs flāmas leuitate erigit ad superna.Ab hac utiq; ingenita le ge/lex deinde scripta ducit originē.Quod qdem in ipso libri legum exordio Plato aperuit dicens/ non ab homine:sed ab ipso deo leges initium habuisse.Sed ut ad præsentē dialogū redeamus sub iungit Iouē p mercuriū cōdidisse legem:qua iubeant̄ oēs ciuilitatis eē particeps:qppe cum hæc so la sit uinculum ciuitatis ipsamq; ciuitatē iustitia/& pudore cōstantē ait ad oēs cælitus demisisse:eo uidelicet pacto/ut quicūq; post hac uirtutis huius oīno expers deprehensus fuerit/tāq̄ ciuitatis pe stis ultimo afficiat̄ supplicio.Quē uero primo apellauit pudorē/deinde temperantiā nominauit. Etenim pudor ingenitus tēperantiæ fundamentū.Temperātia qdē in ciuibus pprios cuiusq; mo deratur affectus/gestusq; cōponit Iustitia uero actus cuiusq; cōducētes ad alios dirigit.Memento uero ciuilitatē in psona priuata his fere duobus esse contentā.Sed in publica ex Platonis mēte his adhibendam esse prudentiā.Atq; id quidē pene satis in pace fuerit aūt in bello fortitudinē adhi beto:atq; ita ciuilitatis erit absoluta descriptio.Post hæc aūt cōfirmat Protagoras a cōi hominum snīa uirtutis huius particeps oēs eē debere.Propterea q; siquis iniustitiā suam palā fateant̄/ uulgo insanus habebitur quasi oēs existiment/tam necessariā cōmunem ciuitati iustitiam/ut etiā siquis nō habeat/saltē habere eam debeat simulare.Cū uero ostēderit hactenus ciuilē uirtutē esse omnibus maxime oīum necessariā:eiusq; affectum quendam siue fomitē sememq; ab initio diuinitus nobis īfusum/demonstrare deinceps aggreditur uirtutē ciuilē/imo/& alias:oēs enim illa complectitur neq; natura neq; casu absolutū firmūq; habitū sortiri posse:sed doctrina dūtaxat/cōsuetudine eius habitū comparari:ad id uero primo rōnem affert ostendentē homines nō solere aliquē ob ea quę/ uel natura/uel casu fiunt pbare unq̄/uel improbare.Actiones aūt uirtutis aut uitii/laudare semper aut uitupare.Deinde pueritiæ adolescentiæq; educationē sub domesticis grāmaticis musicis gym nasticis legibus ordine quodā longo disponit:ostēdens totā uitæ institutionem ad id obnixe cōten dere/ut declinent̄ uitia/uirtutes possideant̄/quasi neq; uitia neq; uirtutes/uel fortuna/uel fato:sed arbitrio/& exercitatione proueniāt.Interea priscorum pstringit snīam de uitiis puniendis consi deratione dignā:uidelicet neminē:quia deliquerit:sed ne/uel ipse ulterius/uel alius eius exemplo delinquat puniendū esse:respondetq; ad illa quæ obiicerat Socrates.Nos aūt ex omnibus q̄ hacte nus disputata sunt auream illam priscorum snīam tenebimus alta mēte repostā.Primo qdem deū ipsum uitæ salutiq; nostræ omnibus undiq; modis prouidere atq; consulere.Deinde ciuilē uirtutē donū esse diuinum:neqs forte cōfidat se absq; diuina gratia rem p.recte feliciterq; gubernaturū. Id enim ī legibus/& alibi Plato cōfirmās ait:quēadmodū bestiæ multæ ab una nisi sub humano pa store recte duci non possunt/ita neq; homines multi feliciter ab uno quodā regi:nisi/& unus ipse re gatur a deo.Ideoq; regēdi facultatē nō aliunde q̄ a deo haberi ī Thage & Mennone pbat.Protago ras uero sophista/qd uelit ipse uiderit.Deniq; q̄ necessaria sit īuiolata iustitia missa cælitus memine rimus:si aures assidue nostras priscorū uoces illæ circūsonent mortalis quondā miseri anteq̄ ciuili tas cælitus mitteret̄:neq; segregati uiuere poterāt/qn passim laniarent̄ a feris neq; iterū cōgregati quin a se inuicē lacerarent̄:itaq; salutē nobis qui clam cunctæ simul artes pstare nō potuerūt/sola tandē iustitia pstitit.Post hæc Socrates ne sophista pp nōnulla quæ ab aliis accepta narrauerat bo næ āmirationi sit audientibus/ironica quadā/& urbana/& artificiosa redarguēdi rōne redit illū prę sentibus deridendū.Interrogat enim postq̄ de uirtute tam magnifice fuerat elocutus:utrum una

sit tantũ uirtus an plures. Præterea si plures utrũ sint partes unius/necne. Rursus si partes nũqd similes sibi inuicem atq; toti: an utrinq; dissimiles. Ad hæc Protagoras neq; recte scit respondere: neq; definire aut partiri uirtutes: neq; distinguere qua rõe similes sint/& qua dissimiles: neq; quod in disputando turpissimum est euitare: quin ad id facile deducat/ut sæpe sibi ipsi repugnet. Tandẽ uero cum ob ignorãtiam rñdendi inciperet Protagoras tergiuersari: ideoq; Socrates abiturũ se si mulare ab auditoribus sophista ad differendũ est reuocatus. In qua quidẽ altercatione Prodici pri mum sophistæ superstitiosa circa uocabula curiositas demõstrat: deinde Hippiæ quoq; sophistæ ostentatio in concionãdo tumidior. Postremo Protagoras reuocatus ad disputãdum importune nimium/& inepte in carmina poesimq; digredit: interrogãs socratẽ de quadã Simonidis poetæ snia: quam/& ipse minime intelligere a Socrate mox cõuincit. Mentem Simonidis exponente qua si dixerit/uirum bonũ fieri quidem esse difficile: pseuerare autẽ impossibile: hic audies priscorum sapientiam uerbis q̃ paucissimis fuisse contentam. Atq; posse breuibus multa complecti/uiri abso lute docti opus esse. Item neminẽ mala turpiaq; sponte cõmittere: sed ignorantia. Deniq; ubi dia lectico more differitur/poetica respuenda. His actis iterũ sophista tergiuersat atq; uix a præsenti bus reuocatur: tunc Socrates ad priorẽ de uirtute disputationẽ regredit: utrum multæ sint uirtu tis unius partes: & qua inuicem rõne se habeant. Protagoras aũt iterũ labitur affirmans alias ĩter se uirtutes esse simillimas/quod in superioribus nõ admiserat. Item fortitudinem ab aliis longissi me separans consentientesq; homines absq; prudentia cæterisq; uirtutibus fortes esse posse. Qua in re sibimet repugnare deinde compellit/confiteriq; nõ solũ fortitudinẽ: sed neq; etiam uirtutes ullas absq; prudentia posse consistere. Tum uero de bono/& malo multa tractant. Siquidẽ prudẽ tia est scĩa eligendi boni maliq; uitãdi. Ambigit aũt utrum bonũ malumq; idẽ sit penitus quod/& uoluptas atq; dolor. Neq; affirmatur id quidẽ oĩno neq; manifeste oĩno negatur. De hoc enim in Gorgia Philebq;/& alibi: oĩo uero ꝓbatur prudentiã ipsam ĩ qua/& finis uite cognitio/& uiarum ad hũc cõferentiũ cõsistit electio mortaliũ uirtutũ esse pricipẽ atq; ducem: idq; usq; adeo asseritur ut uirtutes quasi sciæ. i. prudentiæ quedã uideant esse uitia uero inscitiæ scilicet imprudentiæ q̃dã Additur deinde peccata omnia ab ignorãtia ꝓficisci: neq; ullum aliqñ electurũ mala nisi deceptũ imagine boni/neq; fugiturum bona/nisi imagine quadã mali pterritum. Siquis uero dixerit homi nem bona discernẽtem atq; mala/ab illis tñ diuerti ad hæc contra conuerti ꝓpterea q a uolupta te/uel affectu sensum alio superet. Socrates id negabit/asserens idipsum/q ab effectu superari dici tur nihil esse aliud q̃ inscitiã. Scientiã uero omniũ quæ in nobis/& circa nos sunt potentissimã esse: neq; ab ulla re unq̃ superari posse. Deniq; concludit sciam plurimũ imo totũ ad uirtutem beatitu dinemq; conferre: ignorantiã uero pariter ad contraria. Iterũq; Protagorã corripit q /& sibimet contradixerit/& ordĩe usus prepostero fuerit. Siquidem añq̃ qd sit uirtus definiat/partiri eã aggre ditur/& utrum doceri ualeat disputat. Simulat quinetiam Socrates se quoq; in repugnantiã esse de ductum/ex eo dumtaxat q sophistam secutus fuerit aberrantem: admonetq;/ut Promethei proui dentiam potius q̃ Epimethei properantiam in omni uita pro uiribus imitemur.

❡PROTAGORAS VEL SOPHISTÆ PLATONIS LIBER TRANSLATVS E GRÆCA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORE. AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONÆ DIALOGI.

❡FAMILIARIS. SOCRATES. HIPPOCRATES. PROTAGORAS. ALCIBIADES. CALLIAS. CRITIAS. PRODICVS. HIPPIAS.

FA.

V Nde nam o Socrates? An uidelicet a uenatione illa uenis ad quam honesta Alci biadis ĩdoles prouocare te solet. Vidi eum nuper. Etiam uir ingeniam speciem pre se ferre uidetur. Virum inq̃: cui per genas plurima lanugo iam serpit. SO. esto: quid tum An non probas Homerum: qui gratissima est inquit primæ lanu ginis ætas. Eam uero nunc Alcibiades agit. FA. imo uero. At in præsentia un de? nunquid ab illo? & quomodo erga te nũc affectus est adolescens? SO. bene quidem: hodie præsertim mihi uisus est: nam mihi sępe hodie in dicendo subcurrit: & ab illo nunc uenio. Ac mirabile tibi quiddã referam præsentem illum minime intuebar: & alio intẽdens ad eũ uix aduertebam. FA. quid nã tanti fuit/ut te ab illo diuerteret? neq; enim formosior ullus e nostris ciuibus adesse poterat. SO. immo aderat quidam admodum pulchrior. FA. quid ais? ciuis ne? an peregrinus? SO. peregrinus. FA. Cuias? SO. abderites. FA. nunquid adeo insigni forma prædi tus tibi uisus est peregrinus ille/ut Cliniæ filio eum præstare putaueris? SO. Quid prohibet o bea te quo minus quod sapientius est/sit & pulchrius? FA. an forte a sapientis cuiusdam colloquio ue nis? SO. Sapientissimi ꝓfecto oĩum nostræ ętatis hominum: si modo sapientissimus tibi aliorum omnium:

omnium Protagoras esse uidetur. FA. En quid ais? nunquid huc accessit Protagoras? SO. nudius tertius. FA. an modo cum illo fuisti? SO. mō: & multa locutus sum: audiui etiam multa. FA. Cur non illa nobis refers? nisi quid prohibet. Sedere hic licet. Tibi quidem puer iste cedet. SO. referā equidē/& gratiā insup si audietis habebo. FA. Nos quetiā geminas tibi agemus si dixeris/gratias. SO. audite igiẗ: superiori nocte ante lucis exortum Hippocrates Apollodori filius frater phasonis hostium meū baculo uehementer pulsauit: & cum hostium aliqs aperuisset/repente ingressus ē clamitans Dormis o Socrates adhuc/an uigilas? Ego autē cognita eius uoce Hippocrates hic est inq̄ o Hippocrates nunqd noui? Nihil inquit nisi gratum nunciaturus aduenio: optime inq̄. Sed quid istud? quæ te huc cā appulit: Protagoras uenit/& prope me diuertit. Tum ego ille iampridē uenit tu uero modo audisti? Vesperi per deos inquit ille: scabellumq; contrectans ad pedes meos subsedit/adiecitq; hesterno uesperi sero admodum ex Enoe reuersus: puer. n. me satyrus fugerat: cūq; persequi me illum significare tibi uellē/alio quodam interueniente oblitus sum. At cum uenissem/cœnatiq; essemus/& somno nos dare uellemus/tunc primū nunciat frater uenisse Protagoram. Illico ad te properare tentaui. Sed intempesta nox detinuit. Sōno aūt experrectus laboreq; leuatus/mox ad te huc aduentaui. Ego uero eius fortitudinē stuporemq; cognoscēs. Quid hoc ad te inq̄. Num aliqua te iniuria Protagoras afficit? tum ille subridēs/p deos o Socrates: qm̄ solus est sapiens me uero non efficit sapientem. SO. immo certe/& te sapientē reddet/si mercede illi oblata persuaseris. HIP. o Iupiter atq; cæteri dii: neq; meis neq; amicorū rebus parcerē/modo id me consecuturum confiderē: atq; iccirco te nunc adeo/ut apud eum ꝓ me intercedas. Ego enim/& iunior sum/& Protagoram nūq̄ uidi aut audiui: puer enim tunc eram cum huc primū accessit. Virū qdem hunc oēs o Socrates laudant: & indicendo sapientissimum ferūt. Sed cur nō properamus ad eum? ut domi illum cōueniamus. Diuertit sane/ut audiui apud Calliam Hipponici filiū. Eamus iam. SO. nōdum o bone uir inquam illuc eundum. Nam ualde adhuc profunda nox. Sed eamus in aulam: ubi deambulabimus quoad aurora lucescat: postea Protagorā ipsum adibimus: neq;. n. somno mane domo erit Protagoras. Quapp cōfide: domi namq; illū cōperiemus: his dictis/surreximus/& in aulam profecti sumus: ac uolens ipse fortitudinis eius periculū facere: intuitus sum diligēter/atq; ita interrogaui: dic age o Hippocrates ad Protagoram nūc accedis mercedē ꝓ te illi daturus? ad qualem hominē uadis? & ipse quallis ex eo uir euasurus? Quēadmodum si ad Hippocratem in nomine tecum cōsortem Coum & Esculapii stirpe natum ꝓficisci uelles/ꝓ te mercedem erogaturus: & aliquis quæreret. Dic mihi o Hippocrates mercedē Hippocrati dabis? Quali nam homini: & cuius rōne? quid respōderes? HIP. ut medico. SO. qualis/& ipse futurus idest cuius gratia? HIP. Vt medicus euasurus. SO. Sin autem aut Polycletum Argiuū aut Phidiam Atheniensem adires mercede ꝓ te oblata: & aliqs percōtaretur qualibus hominibus/& qua rōne Polycleto/& Phidiæ argentū offers? qd ad hæc. HIP. tāq̄ sculptoribus. SO. tu uero qualis homo futurus? HIP. sculptor uidelicet. SO. attēde obsecro: ad Protagorā nunc ego ac tu ꝓficiscimur: & argentum tui gratia dare illi parati sumus/si modo pecuniæ nostre sufficient: psuademusq;: sin minus amicorū insup pecunias erogabimus. Siquis ergo nos ad hæc adeo ꝓperantes interrogaret. Dicite mihi obsecro o Socrates/& Hippocrates/quali nā homini/& q̄ rōe Protagoræ pecunias tribuere cogitatis: quid illi rñderemus? Quodnā potissimū Protagoræ cognomētū audiuimus? Phidiā qdē sculptorem nominānt. Homerū uero poetā. Protagorā aūt? HIP. Sophistā o Socrates uirum hūc appellāt. SO. Ergo tāq̄ ad sophistā mercede psuadendū ꝓgimus. HIP. maxime. SO. si quispiā te īterroget qua mēte/& q̄lis euasurus ipse Protagorā adeas/qd ad illū? hic Hippocrates erubuit: iam enim aurora paulisper illuxerat quo uultus eius patere habitus poterat. respōdit deinde/ut supradicta cōcludunt ꝓfecto tāq̄ sophista/& ipse futurus. SO. an nō uereris inter græcos sophistæ cognomen? HIP. uehemēter o Socrates/si quod sentio proferendum est. SO. Sed enim uide o Hippocrates ne forte alio tēdat tuū hoc ꝓtagoricæ artis studium q̄ ut sophista efficiaris. Quemadmodū grāmatici ludum citharediq; atq; gymnastici non artis ipsius exercendæ gratia frequentasti/sed quadam potius auiditate discendi: ut priuatum ac liberum hominem decet. HIP. Talis omnino studii mei apud Protagoram ratio futura uidetur. SO. Scis ne quid nūc facturus sis? an te fugit? HIP. qua de re? SO. animi tui curam uiro/ut ais sophistæ es cōmissurus. Quid aūt sophista sit si scias summopere admirabor. Quod si ignoras/nescis quale sit istud bonum ne an malū/cui operam impēdere studes. HIP. scire equidem arbitror. SO. Dic ergo quid sophistam esse censes? HIP. Arbitror esse hunc ut nomen significat qui rationes ad sapiētiam pertinētes intelligit. SO. idem quoq; de pictoribus ac fabris licet dicere: eos esse uidelicet qui rationes ad sapientiā pertinētes intelligunt. Verū siquis de pictoribus peteret/ad quarū rerum sapiētiam/respōderemus utiq; ad efficiendarū imaginum sapientiam: similiterq; de cęteris. Et si eodem modo de sophista interrogaremur: qualē eius sapientiam esse responderemus quod eius officium? HIP. Sapientiam profecto qua homines ad dicēdū facundi redduntur. SO. uere sic forsitan diceremus: non tamen sufficienter. Responsio. n. illa in

Occasio dialogi.

terrogationē aliam exigit:quibus nā dicendis sophista homines facundos efficiat. Citharista nēpe hisdem dicendis aptos facit:in quibus/& eruditos/in pulsationibus uidelicet cithare:nōne? HIP. certe. SO. at uero sophista quā dicendi facultatē præstat? quibus de rebus? paret ꝙ de his ꝗ intelligit. HIP. uerisimile id qdem. SO. quid ergo istud est/quod/& ipse sophista intelligit:& alios docet? HIP. per Iouem ignoro. SO. an nō uides quāto discrimini animum tuū subdas? nūquid si corpus tuū eidem discrimini suppositurus esses quo/uel in melius uerti/uel in deterius posset/nō prius alicui tantum de te periculū facturo cōmitteres/ꝗ diligenter considerasses cōmittendū ne sit an non amicos quinetiā/& ꝓpinquos diu de hoc ipso cōsuluisses. Cum uero animū tuū pluris facias ꝗ corpus/& ex eius corruptela/uel integritate contingat tua oīa male/uel bene affici/utrum cōmittēdus sit an nō huic hospiti animus neminē/uel ꝓpinquorū/uel amicorū cōsuluisti. Sed cum hesterno uesperi aduentū illius audiueris/ad eū summo mane ꝓperas/nullo de hoc consilio habito/ utrum credere teipsum illi debeas necne. Immo/& tuas oēs/& amicorū pecunias erogare paratus es:ꝗsi iam cognoueris oīno esse Protagoræ adherēdū:quem neq; uidisti unꝗ/ut ais:neq; es allocutus. Sophistam uocas illū:& quid sophista sit nescis/cui teipsum es dediturus. HIP. uera loqui uideris o Socrates. SO. nōne sophista est o Hippocrates mercator qdā/& caupo uectigaliū quorundā/ quibus anīus alit? HIP. talis mihi sane uidet:uerum qbus alitur animus? SO. disciplinis: sed cauendū est o amice ne dum laudat sophista quæ uendit nos decipiat:ut faciūt q corporis epulas uendūt/mercatores quidā/& caupones. Laudant illi quidē sua oīa:neq; intelligunt utrum salubria sint an noxia corpori quæ uendūt:idq; ignorant/& illi q emunt/nisi forte illorū aliqs medicus sit/aut gymnasticus:haud secus illi q disciplinas uarias per urbes uenales circumferunt/& cauponātes eas emptoribus uēdunt laudant oēs. Ac forte eorū nōnulli ignorāt sæpe qd utile aīo sit qdue iutile ex his ꝗ uēdunt. Similiter quoq; qui ab illis emunt:nisi illorū aliquis sit animi medicus. Si ergo intelligis ipse quid ex his ꝓsit/quidue obsit/tuto emere disciplinas/& a Protagora/& ab alio quo uis potes. Alioqn caue o beate adolescens ne in summū iacturæ discrimen quæ tibi charissima sunt/ deducas. Nā longe grauius periculum est in disciplinis ꝗ cibis emendis. Etenim qui esculenta emit/& poculenta/potest ante ꝗ his uescatur:in aliis quibusdam uasculis illa domum deferre. Ibiq; deposita diligēter examinare. Et aduocato aliquo istarū rerum perito quid edendum/bibendumue sit/quid non/ quantūq;/& quando deliberare. Quamobrē haud graue est in emēdo periculū. Disciplinas aūt nō licet alio in uase transferre. Sed necesse est/ut qui emit eas animo capiat:& relicto pretio abeat/intra se ferens/inquinatusq; iam/uel ad meliora prouectus. Hæc itaq; cū senioribus discutiamus:iuniores nāq; nos sumus ꝗ exigat tantæ rei iudicium. In præsentia tamen pergamus quo cæpimus/ uirumq; hunc audiamus. Quo audito cum aliis cōmunicabimus. Neq; enim Protagoras ibi solus adest sed etiam Eliensis Hippias:& Prodicus/ut arbitror Chius:aliiq; permulti uiri/& admodum sapientes/placuerunt hæc nobis atq; pereximus. Et ingressi uestibulū sermonem quendā in quē inter eundum forte incideramus/tractauimus. Ne ergo imperfectus relinqueretur in uestibulo ipso collocuti sumus/quoad in disputando cōuenimus. Audiuit nos eunuchus qdam ianitor:sed propter sophistarum turbam uenientibus irascebatur:pulsauimus:aperuit: cum nos uidisset/ hui sophistæ etiam hi sunt inquit:haud ocium illi. Et simul utrisq; manibus nixus hostium clausit. Pulsauimus iterū:sed ille clausis e foribus O boni uiri inquit:non auditis ocium illi non esse? O bone uir inꝗ neq; ad Calliam uenimus:neq; sophistæ sumus. Sed confide Protagora indigemus. Videre illum cupimus. Hoc nuntiato uix tandem fores patefecit:ingressi Protagorā ostendimus in uestibulo porticus deambulātem. Sequebātur eum multi:hic quidē Callias Hipponici filius: & germanus eius ex matre Paralus Pericle natus:& Charmides Glaucōis. Inde uero alter Periclis filius Xāthippus:& Philippides Philomeli:& Antimirus Mendeus. Qui īter omnes Protagoræ auditores insignior habebatur:discebatq; ea mente facultatem illā/ut & ipse sophista futurus eadē quādoq; doceret. A tergo præterea sequebantur alii auscultāres Protagoram:quoꝝ plurimi peregrini esse uidebantur:quos ex singulis urbibus ꝑ quas circunuagatur ille cōgregat:mulcens eos uoce tanꝗ Orpheus/& alliciens. Illi uero uocē passim ꝑmulcti sequūtur. Aderāt/& nostrates qdā in eo choro. Hunc ego chorū cū cōtemplarer:ordo me illius mirifice oblectabat. Diligenti siquidē cautiōe singuli obseruabāt/ne passu Protagoram anteirent. Sed cum retro pedē uerteret/pedissequi auditores apte nimium/& in circulū utrinq; diuisi/ita cedebant/ut posteri semper essent. Hunc post uidi/ ut uerbis Homeri loquar. Hippiam Eliensem sub opposito porticus uestibulo in throno sedētem. Circa quem in subselliis qbusdam nōnulli sedebant. Eryximacus Acumeni filius Phædrusq; Myrrinusius. Andron Androtione genitus:aliiq; nōnulli partim ciues/partim etiam peregrini: qui de rebus naturæ sublimibus astrorūq; progressibus interrogare Hippiam uidebantur : ille autem in throno sedens dubitationes singulis enodabat. Vidi præterea Tātalum. Ꝑderat porro Prodicus Chius:qui in tabernaculum quoddā secesserat:quo propenu uti Hipponicus consueuerat:sed ut omnes cōfluentium hospitum turba exciperetur:angulum quoq; illum extractis obsoniis Callias

Lōge grauius periculū in disciplinis ꝗ cibis emendis.

hospitibus

hospitibus habitandum dederat. Inuolutus igitur recũbebat ibi Prodicus super uillosis stramẽtis & quidem multis/ut uidebat. Sedibus autem proximis aliqui considerabant. Pausanias Ceramẽsis: & penes eum adolescentulus quidam optimo ingenio: & generosa indole preditus nomine ut audiui Agathon: neq; mirum uideri debet/si Pausaniæ sit charissimus. Erat ibidem/& Adimantus uterq; /tum Cepidis/tum Leucolophili filius. Aliiq; permulti. Quæ uero differrent haud satis extrinsecus percipere poteram/quamq̃ uehementer audire Prodicum affectabam. Sapientissimus enim diuinusq; uir mihi esse uidetur: sed reboatus quidam ex uocis ipsius rotunditate sub fornice continue reuolutus uerba singula confundebat. Euestigio post ingressum nostrum ĩtrauit Alcibiades/ut ais ipse pulcher: & ego credo: & Chritias Caleschri filius. Nos autem cum ingressi de quibusdam una disseruissemus: eaq; essemus spectacula contemplati/accessimus ad Protagoram. Deinde o Protagora inq̃ certa de causa ad te ego/& Hippocrates huc uenimus. PRO. Nunquid seorsum ab aliis mecum loqui uultis? an coram omnibus. SO. Ad uos qdem nihil refert. Sed cum audiueris quam ob causam uenimus/ipse uideris. PRO. Quid ergo istud est? Cuius gratia huc accessistis? SO. Hippocrates hic nostras est Appollodori filius nobili atq; felici genere ortus. Ipse uero cum ęqualibus suis emulatione concitus/de uirtute contendit: cupitq; ĩ re p. uir illustris euadere atq; huius rei compotẽ familiaritate tua fore se sperat. Vide utrum de hoc solos tecum/an coram aliis consultare nos deceat. PRO. uideris o Socrates recte saluti meæ cõsulere: prudenti nãq; cautione indiget peregrinus is qui amplas urbes circumlustrans claris ubiq; iuuenibus persuadet ut relicta aliorum omnium tam suorum/q̃ alienigenarum tam senium/q̃ iuuenum consuetudine/ ipsi soli adhereant tanq̃ ipsius familiaritate/præstantiores aliis euasuri: inuidi aduersus eum insurgant necesse est: multiq; maliuoli huic insidientur. Ego uero artem sophisticam antiquam esse arbitror: priscos autem uiros in ea peritos inuidiam p hãc offensiõemq; ueritos sub aliarum artium specie dissimulasse: partim quidem sub poematis spẽ: ut Homer⁹ fecit/& Hesiodus/& Simonides: partim uero sub sacrorum oraculorumq; appellatione: ut Orpheus/& Museus eorumq; etiam sectatores. Audiui præterea nõnullos eam artem appellasse gymnasticam: quod Iccus tarentinus fecisse uidetur: & qui adhuc superest sophista nullo inferior Selybrianus Herodicus: qui prisca origine genus a Megarensibus ducit. Pythocles quinetiã chius sophista doctissimus aliiq; permulti sub musice artis uelamine sophisticam facultatem occuluerunt: hi omnes sicut dictum est/ut ĩuidiam deuitarent/uehementer dissimularunt: & sub artium aliarum prætextu sophisticam artem occuluere. Ego aũt ab his omnibus in hoc dissentio: neq; conducere uersutias istas existimo. Neq; enim uoticompotes eos fieri arbitror. Nam uiri in ciuitate præstantes dissimulatiões eiusmodi omnes intelligunt. Vulgus autem quodãmodo non aduertit: sed ea laudat quæ ipsi prædicant. Subterfugiendi uero studium istud cum non assequitur quod molitur/& inertem indicat fugientem: & aduertentes homines reddit infensiores. Existimant enim præter cætera hũc uersutum seductorẽq; esse. Ego igitur contrariam quandam uiam sum ingressus. Confiteor me esse sophistam: aliosq; docere. Et hac ingenua confessione tutiusq̃ dissimulatione illa uitari inuidiam censeo. Aliis præterea rationibus mihi prospexi: ut nihil mali adiuuante deo ob sophisticæ professionem sim passus licet multos annos facultatem hanc exercuerim. Sum equidem grandis natu: & cuiusq; uestrum ętate pater esse possem. Quamobrem gratissimum mihi erit: si de iis mecum audientibus omnibus qui intus sunt uerba facere uelitis. Hic ego eum suspicatus ostentare auctoritatem suam apud Prodicum/& Hippiam uelle: φ eius sapientiæ auiditate inflãmati ad eum audiendum profecti essemus: cur non inq̃ Prodicum atq; Hippiã/& eos qui hos comitanť: huc aduocamus? ut & ipsi nos audiãt? PRO. Aduocemus. CAL. Vultis sedes hic paremus/ut sedentes edisseratis? consensimus omnes/ & audiendi auiditate admodum festinantes/sedes omnes collegimus: & iuxta Hippiam confestim parauimus. Ibi enim plurima erant subsellia. Tum Callias/& Alcibiades aduentarunt. Prodicũq; & ad stipulatores eius secum duxerunt. Postq̃ igitur consedere omnes repente o Socrates inquit. Protagoras his præsentibus/quæ me pauloante pro adolescente hoc obsecrabas. Ab eodem inq̃ exordio nũc quo supra incipiam Hippocrates hic adherere tibi uehementer ex optat. Verum qd nam sit ex hac cõsuetudine reportaturus libenter audiret. Hucusq; nostra se extẽdit oratio. PRO. petis quid mecum lucraturus sis adolescens? nũq̃ accedes ad me/qnin habeas doctior: singulisq; diebus mecum proficies. SO. haud mirum hoc o Protagora: sic. n. conuenit: quando quidem/& tu tam grandis natu: tanq̃ sapiens/si quæ nescis ab aliquo disceres/præstantior abires. At uero nõ id duntaxat exquirimus. Sed perinde ac si Hippocrates mutata sententia uersari cum adolescente hoc nuper huc profecto Zeurippo cuperet Heracleoti filio/eumq; aggressus/ut te nunc eadem ex illo quæ ex te audiret/φ uidelicet quotidie cum eo proficiet: ac deinde ĩterrogaret Zeuxippum/ qua in re sit profecturus: responderet utiq; in pingendo. Et si Orthagoram thebanum conueniat audiatq; ex illo doctiorem se indies eius consuetudine euasurum. Sed qua in re doctiorem interroget/in tibiarum sono Orthagoras respondebit. Eodem modo/& tu huic adolescenti mihiq; p illo

Defensio artis sophista℞:

Apparentes rationes.

Quę pmittit sophista docere.

Tentando ondit ut uirtus doceri nõ possit.

Vide morem uagantis & garrientis sophistæ.

Quę fabula nititur demonstrare uirtutẽ doceri.

petenti responde. Ais enim Hippocratem si Protagoræ adherebit/in dies doctiorẽ fore: qua tandem in re: declara. Tum Protagoras. Scite interrogas tu quidem o Socrates: & ego his qui probe interrogant/libenter respondeo. Hippocrates quidẽ si mecum uersetur/in eum errorem non incidet: in quem proculdubio incidisset/cum sophistis aliis conuersatus. Alii siquidem iuuenibus obsunt. Inuitos nãq; illos ad artes retrahunt: quas aufugerant: ratiocinationes porro cõputationesq; astronomiam: geometriam musicam tradunt: & Hippiam simul aspiciens addidit. Quisquis autẽ ad me/uenerit/solum id discet cuius gratia uenit disciplina uero huiusmodi est prudens in re familiari/& re p. consultatio: quas quis/ & domum recte gubernat/& ciuitatis negocia optime/& dicendo transigit/& agendo. SO. an intelligo quod uis Protagora: ciuilem nãq; artem dicere mihi uideris/pollicerique; uiros optimos ciues efficere. PRO. hoc ipsum est o Socrates quod passim prædico. SO. O q̃ præclarum nactus es artificiũ/si modo es nactus. Nihil sane aliud erga te q̃ quod sentio pferendum. Id eqdem o Protagora doceri non posse putarã. Tibi tamen autumanti non præstare fidem nequeo. Quã uero ob causam neq; doceri posse neq; ob hominibus aliis/aliis tradi censeo/iure declarare debeo. Equidem quod/& cæteri græci testant. Athenienses uiros sapiẽtes appello. Video ergo quãdo contione cõgregata aliquid de ędificando deliberare uult ciuitas/ędificatorum cõsilium experiri: & cum de nauiũ fabrica fabros nauium accersiri. Idem quoq; faciunt in cæteris omnibus quæcũq; doceri/& disci posse existimant. Et siquis alius cõsultare de artis illius operæ pergit. Cuius expertem esse putant/seu præclarissimus in aliis uir sit/siue ditissimus/siue admodum generosus/nihilomagis admittunt: sed exsibilãt/& explodunt: quoad/uel ipse tumultu deterritus a dicendo desistat: uel iubentibus magistratibus arciferi/aut extrudant ipsum protinus/aut transfigant. Id itaq; in omnibus ad perceptionem artium pertinẽtibus obseruare consueuerũt. At cum de publica ciuitatis administratione: consultandum est/consulit architectus ęque ac faber ętarius ęque etiam credo: mercator nautã: diues: pauper: ignobilis: generosus: neq; horum ullus quem q̃ explodit: ut in superioribus contingebat/quasi nusq̃ didicerit/nullũq; habuerit præceptorem: attamen cõsultare audeat. Constat porro q; doceri posse non putãt. Neq; publice solum hoc/sed & priuatim cõspicitur. Etenim qui ciuili sapientia pollẽt/uirtutem hanc in alium transfundere nequeũt. Siquidem Pericles horum adolescentium pater in his rebus quæ sub magistro discuntur/diligenter eos erudiuit: in his autem in quibus ipse sapit/neq; ipse erudit neq; alteri cuiq̃ comittit erudiendos. Sed passim quasi pascentes sine custode pererrant: si forte casu quodam in hanc uirtutem incidant. Idem quoq; Pericles cum esset Cliniæ tutor fratris Alcibiadis huius minoris natu/illiq; metueret ab Alcibiade/ne forte cõsuetudine eius inquinaretur/segregauit eos: & Cliniam apud Ariphronem educauit sed nondum sex inde exactis mensibus illi eum reddidit/cũ ingenio illius differet: multos præterea cõmemorare possem qui cum in rẽ publica excellentes uiri essent/ nullum tamen/aut propinquorum/aut alienorum edocuerunt Equidem o Protagora dũ hæc animaduerto uirtutem doceri posse diffido. Contra uero dũ te audio hæc asserentem sententiam mutare cogor: & quæ dicis haud quaq̃ arbitror cõtẽnenda: existimans te usu multarum rerũ doctrinaq;/& inuentione sapientem esse. Ergo si potes clarius ostendere nobis q; uirtus doctrina aliqua cõpparetur ostende obsecro nec inuideas. PRO. haud inuidebo o Socrates. Sed utrũ uobis tãq̃ senior, junioribus fabulã referam: an prosequar disputando: tunc sane audientium plurimi utcũq; mallet/ dicere cõcesserunt. PRO. gratiorem uobis fore fabulam arbitror. Olim quandoq; dii soli erant: nulla uero mortalium genere: sed cum tempus generationis fatale uenisset: ipsa dii ĩ terris uisceribus ex igni terraq; finxerunt/interuenientibus iis quæ igni terræq; miscentur. Cum uero educere illa ĩ lucem uellent. Prometheo Epimetheoq; mandarunt. Vt competentibus uiribus singula præmunirent. Prometheum itaq; rogauit Epimetheus ut distributionis illius officium ipsi concederet: dispertientẽq; cõsideraret. Cõsensit Prometheus: distribuit ille qbusdã robur absq; celeritate indidit quædã imbecilliora uelocitate donauit. Armauit nõnulla. Inermibus autẽ aliud quoddã ad salutẽ machinamentũ excogitauit. Quę enim exiguo corpore clauserat/partim p aerem pẽis attoli: partim p terrã subrepere iussit. Quę uero in mollẽ ãplam exauserat: ea ipsa mole ad salutẽ suã muniuit. Similiterq; in cæteris exæquãs dispertiit singula: adeo ut nullũ genus penitus deperdat: postq̃ ipsa ita instruxit/ut uoraginẽ mutuã deuitarent/excogitare iã cæpit qua rõne q̃ facillime sub diuo agere uitam possent. Vestiuit itaq; illa cõfertissimis pilis setisq; pellibusq; durissimis: qbus facile tum hiemis/tum æstus intemperiẽ tolerarẽt: & naturalia illis stramẽta hisdẽ/ex rebus cubiliaq; parauit: pedibusq; soleas addidit/ungulas/setas/callũ/pelles itidẽ q̃durissimas. Deinde alimẽta aliis alia suppeditauit: qbusdã ex terra herbas/nõnullis ex arborib⁹ poma baccasq; radices aliis. Nec defuerũt qbus daret ex alterna uoragine uictũ. Cæterũ uoracibus aĩalibus genus quodãmõ sterile: aliis aũt fæcundũ dedit: ut hoc mõ genus conseruaret. Cũ uero nõ esse admodũ sapiens Epimetheus/dotes oẽs inscius effudit in bruta neq; aduertit/nihil ex tanta sibi elargitiõe supfore: quo genus nostrũ deinde donaret. Restitit ergo hominũ genus ĩmune: unde quo se uerteret/ambigebat. Dubitanti

Prometheus

Prometheus adstitit partitionis illius considerator. Viditq; cætera animalia suis quęq; fulcta muneribus bonisq; referta. Hominem autē nudum/inermen calceorū stramentorūq; indigu. iā uero imminebat fatalis ipse dies: qui in lucem terra exire cogebat. Cumq; aliam salutis humanæ uiā cōsultans Prometheus non inueniret surripuit. Vulcani Mineruęq; artificiosam cum igne pariter sapiētiam. Neq; enim fieri poterat/ ut eā sine igne nācisceretur quis/uel etiam uteretur. Eam itaq; sic hominū generi Prometheus est largitus: atq; ita sapientiam que uictū suppeditat consecuti sumus pręterea adhuc ciuilis hominibus sapientia. Erat illa quidē apud Iouē: cuius arcem ascendere Prometheo nondum licebat: horribiles enim Iouis ipsius custodes circūstantes arcē Prometheū deterrebant. Cæterū cōmunē uulcani Mineruęq; officinam: in qua artes excolebātur/clam ingressus furatus est igneam Vulcani artē/aliamq; Mineruę: atq; homini tradidit qua uiuendi facultas obtigit. Prometheus autem/ut fertur pp Epimetheū furti pęnas dedit: qm̄ uero solus ex omnibus animantibus homo diuinæ sortis particeps effectus est principio solus ob hāc cognationē deos eē putauit: arasq; illis statuasq; dicauit. Deinde uocē in uerba articulatim arte distinxit: ędes cōstruxit: uestes calceosq; cōfecit: stramēta elaborauit: ex terra alimēta collegit: ita hoīes ab initio cōstituti sparsim uagabantur habitabantq;: nā urbes nondū construxerant. Ergo a feris cum imbecilliores essent: passim laniabant. Artiū enim facultas ad uictū cōparandū sufficiens erat: ad pugnā uero cōtra bestias truculētas minime. Ciuilis/nam ꝙ peritiæ/cuius pars quedā est res militaris/expertes erāt. Vt igit̄ se aduersus eā pestem munirent structis urbibus cōgregati sunt. Congregati aūt inuicē iniuriabantur: qppe qui ciuili arte carerēt: quare dispersi iterū a feris lacerabant̄. Verum Iupiter humanę saluti cōsules Mercuriū misit pudorē & iusticiā hoībus afferentē: ut duo hęc ciuitates ornarent deuincirentq;: & mutua beniuolētia ciues concillarēt: interrogauit ergo Mercurius qua cōditione pudorē/& iusticiā hoībus traderet: utrū ita hęc ut artes distribui debēt inquit Mercurius: ille siquidē ita distribute sunt/ut unus in arte medicinæ peritus pro rudibus multis sufficiat cæteræq; similiter nunqd ita pudorē & iusticiā hominibus dabo! an oībus inserā! oībus respōdit Iupiter: oēs si qdē horum pricipes eē debēt: neq;.n. ciuitates ullę cōstarēt/si hoꝶ pauci ut artiū aliarū pricipes eēnt: legē præterea meo noīe cōdas/q̄ qsqs oīno iusticię pudorisq; ē exps tāq̄ ciuitatis pestis q̄dā ultio afficiat̄ suplicio: hac de cā o Socrates/tā alii oēs q̄ Atheniēses quotiēs de architectura uel alio quodā opificio sermo est habēdus paucos ad cōsiliū intromittunt: cæteros aūt in artibus rudes excludūt: ut: & tu ais/& ego approbo. Quotiēs aūt de ciuili administratiōe init̄ cōsiliū quæ uirtus tēperātia/& iusticia cōstat: iure unūquēq; admittunt: quippe cū oporteat oēs huius uirtutis eē pricipes: aliogn ciuitates nullas cōsistere. Hec o Socrates eius de quo dubitat̄ est cā. Sed ne te decipi suspiceris/hanc insup accipe cōiecturā quod oēs hoīes censeāt: singulos uirtutis huius ciuilis/tēperātiæ scilicet & iusticię cōpotes esse. Enimuero in cæteris facultatibus/ut tu ais/sigs se iactet/puta ꝙ sit optimus tibicē/ cū tn̄ in hoc ipso sit rudis/audiētes hunc ridēt: ei ue plurimi indignant̄. Ipsum quoq; ppinq admonent/ut insanū/& increpant. Cōtra uero in ciuili uirtute cōtingit: nā licet sciāt aliqui quēpiā iniustū est: tamē si ille hoc corā nesciētibus fateat̄ insanire eū existimāt: neq; patefaciēdam cēsent iniquitatem: immo semp siue adsit seu non iusticiā ostentandā. Eum uero qui nō simulat iusticiā delirare tā oporteat unūquēq; ciuilis uirtutis quodāmō participē esse: uel ex hominū cætu uitaq; exterminari. Ex his sufficiēter ostēsum puto ꝙ merito quēlibet de re ciuili consultorē admīttūt: quia uirtutis huius compotē quēlibet esse cēseant: ꝙ aūt uirtutē neq; innasci neq; sorte contingere putent: sed doctrina/& studio cōparari deinceps tibi conabor ostendere. Nemo ob ea mala q̄ uel natura uel casu fieri putat subcēset alicui uel obiurgat: uel edocet: uel punit/eos q hisce malis præmuntur/ne tales sint: sed omnes potius miserantur: ceu deformes/paruos/ ualitudinarios homines. Nam qs adeo demens/ut hæc corripiat. Intelligunt sane! ut arbitror omnes hæc mala eorumq; contraria natura hominibus fortunaq; ꝓuenire. Contra uero cum mala quædam adesse cuiq̄ ex studio cōsuetudine & doctrina existimant/tunc indignant̄ increpant/atq; puniunt. Ex quorū numero est iniquitas/& impietas: ac summatim quicquid ciuili uirtuti repugnat. Quæ iccirco quisq; passim dānat/& corripit quia de industria/atq; disciplina/tam cōtraria prauitas q̄ ciuilis uirtus adueniat. Si enim punitiōis intentionem considerare uolueris Socrates/ex eo quoq; intelliges ꝙ homines uirtutē studio comparari putant. Nemo enim præteriti gratia punit: & ea mente iniustos affligit pœnis/quia iniuriati sunt: nisi quis/tanq̄ brutum absq; ratione percutiat. Verū q rōne punire aggredit̄ nō preteriti sceleris causa punit: neq; enim asseq pōt/ut qđ est factū sit infectū: sed ad futurū respicit: ne iterum/aut ipse delinquat: aut alius quilibet exēplo eius adductus. Quisquis aūt hoc ꝓposito cēsuraq; eiusmodi animaduertit errata/doctrina uirtutē existimat comparabilem. Nam absterrendi causa plectit. hac mente opinioneq; ad plectendum accedunt: tam publice q̄ priuatim: quicūq; in peccantes animaduertunt. Condemnant aūt puniuntq; cū cæteri omnes eos quos iudicant peccatores/tum maxime ciues tui Athenienses. Quamobrem Athenienses quoq; ex hac ratione in eorū numero esse constat: qui doceri uirtutem putant. Ex his aperte ut arbitror monstratum est o Socrates non iniu

ria ciues tuos in ciuili administratione consilium erarii fabri coriariiq; non respuere: atq; eos do- ctrina & studio per exercitationē acquiri posse uirtutē existimare. Restat dubitatio illa: quā de uiris uirtute claris ipse mouebas: quā ob causam illi filios suos in omnibus/quæ sub præceptore discunt erudiunt/quoad uero paternā uirtutē spectat nihilo aliis hominibus clariores efficiunt. Ad hoc ra tionem o Socrates/non fabulā afferā. Sic enim cogita. utrum est unū aliquid aut non: cuius necesse sit: ciues oēs esse participes/si modo constare ciuitas debeat. Ita enim hęc tua ambiguitas soluitur. aliter uero minime. Si unum hoc extat: neq; est architectorū neq; erariorū artificum: neq; figulorū opificiū/sed iusticia temperantia: sanctitas & ut paucis comprehendam/uiri propria uirtus: si hoc est inq̄/cuius participes esse oportet oēs & cū hoc discere & agere quodcūq; placeat aliud absq; hoc nequaq̄/expertē uero huius doceri corripiq;/& puerū/& uirū/& mulierē: quo ad correptiōe melior efficiatur: siquis autē hanc spreuerit disciplinā: eū tanq̄ insanabilē expelli e ciuitatibus uel interfici si ita est inq̄ ut diximus: uiriq; pręstantes in rep. ciues in aliis erudiunt filios/in hoc nequaq̄ aduerte q̄ mirabiliter in eo excellentes euadant. q: enim doceri posse tam priuatim q̄ publice opinantur ostē dimus: cū uero & doctrina & cura acqri hoc possit/alia filios docent in qbus nō est aduersus nesciē tes mortis pęna ꝓposita in qbus autē mors & exiliū aut pecuniarū ablatio aut domorum subuersio premit ignaros rudesq; filios in his non omni diligētia patres erudiunt. Et ubi minæ huiusmodi ur gent/doctrina curaq; leuior adhibetur? existimare decet o Socrates a teneris annis usq; ad uite finē erudiri eos atq; moneri: nam cū primū puer quæ dicuntur intelligit/nutrix/mater/pædagogus pa ter ad hoc omni cura studioq; contendunt/ut in singulis tum uerbis: tum operibus optimus puer euadat. Sigillatim enim monstrant quid iustū: quid iniustū: quid honestū: quid turpe: quid sanctū: quid ue profanū: quæ agenda sint: quæ non. Quibus si obtēperat puer/bene secum agi putant. Sin contra renititur/cum ueluti contortū obliquūq; lignum minis plagisq; dirigunt. Post hæc ludi ma gistris pueros curandos tradunt/morūq; bonorū diligentiam multomagis q̄ litterarum citharęq; doctrinam a magistris exposcunt. præceptores aūt curant & excolunt. Et postq̄ litteras didicerunt ascriptaq; conuertuntur/poetarū in primis excellentiū opera legēda illis edíscendaq; proponunt: quibus monimenta q̄plurima inseruntur: priscorūq; uirorū uirtute præstantiū gesta laudantur. ut puer emulatione accensus præclara maiorū facinora imitetur. Citharistę quoq; aliis quibusdam ta libus/præsertim tēperantiæ student: cauentq; nequid perperā adolescentes agant. Atq; ubi pulsa- re citharam didicerunt: poetarū iterū aliorū cātus modulatione præstantiū cātilenas docēt: quas ad citharā concinant: rhythmosq; & harmonias puerorum animis cōformare conantur: ut mitio- res modestioresq; & cōcinniores effecti ad agendum utiles sint & ad dicēdum. Omnis enim homi nis uita numerosa quadā indiget consonantia. Post hæc ad gymnasiorum magistros parētes filios mittunt: ut firmam aptūq; adepti corporis habitum/optime mēti suggerant ministeriū ne fragili- tate corporum impediti a militaribus/ciuilibusq; actionibus tanq̄ laboriosis absterreanť. Hæc nē- pe obseruant maxime ii qui maxime possunt. possunt aūt maxime opulētissimi uiri: eorumq; filii: q primi disciplinarum scholas ingressi: nouissimi exeūt. Scholis autē egressi a magistratibus leges iu raq; discere: eorumue exēplo uiuere coguntur: nequid ipsi proprio ingenio freti temere agāt: sed quēadmodū litterarū magistri pueris adhuc scribēdi ignaris/calamo exēplar quoddā presignāt ad cuius caracteres scribēdi artificiū imitādo ꝑdiscunt: ita ciuitas leges prescribēs priscorū hoīum in legibus ferēdis prudētissimorū inuēta/ad earū normā īperare cogit quēlibet & parere. Eos aūt qui pręuaricantur punit: punitioq; huiusmodi & apud uos & apud alios multos: propterea q: tanq̄ pe- na iudicialis dirigat transgressorem: directio correctioq; uocatur. Cum igitur talis tantaq; sit uirtu tis tā priuatim q̄ publicæ cura an dubitas adhuc o Socrates? mirarisq; si uirtus doceri queat. Neq; uero mirari hoc quisq̄ debet: immo multomagis si doceri nō possit. Quęrebas præterea quam ob causam bonorū patrū filii mali reperiunť. Hoc iterum docere te pergo. neq; hoc mirū uideri debet si uera sunt: quæ dixi uidelicet uirtutis curā non ad unū aliquē dūtaxat/sed ad omnes spectare opor tere si modo consistere ciuitas debeat. Si autem ita est ut loquor. immo certe cum ita sit elige atq; considera quāuis aliarum facultatū & doctrinarū: utputa si nō posset cōsistere ciuitas/nisi tibicines omnes essemus/qualiscunq; esse quilibet posset: nonne hoc quilibet priuatim publiceq; unumquē q; doceret: huiusq; ignarum sine inuidie liuore corriperet? quemadmodum nunc quæ iusta & legit tima sunt: quilibet sine inuidia prædicat: neq; hæc ut alia cedat: prodest enim omnibus commu- nis iusticia uirtusq;. Atq; iccirco omnes omnibus quæ iusta: & legittima sunt libentissime mon- strant. Si ergo in tibiarum flatibus eadem animi flagrantia charitateq; inuicem nos erudiremus: num optimorū tibicinū filii magis q̄ deteriorū in his sonis periti euaderent? nequaq̄ ut arbitror. Sed quicūq; natura ad tibias inflandas ingeniosus esset/lōge proficeret. Tardus āt parꝫ. Ac sępenu mero periti tibicinis rudis euaderet filius/sæpe etiam inepti filius/aptus. Verumtamē oēs sufficiē tes essent tibicines/si cū his cōferenť qui rudes sunt: nihilq; de his rebus ītelligūt. Similiter eū existi ma Socrates q iniustissimus tibi uť inter hoīes sub lege uiuētes/iustū fore iurisq; auctorē siqñ cū illis hominibus

hominibus conferatur: quibus nec disciplina sit nec iudicia: neq; leges: neq; necessitas ulla in uita: quę uirtute colere iubeat: efferatiq; sint/ut illi quos anno prętérito in Leneo poeta Pherecrates erudiuit: ac si forte in eos homines incideres: qui ex eorum cætu sint humani generis hostes/bene tecũ agi putares/si Enrybatũ offenderes & Phrynondam: deplorares q; fortunã tuã/desiderans nostrorũ hominum prauitatem. Nunc autẽ delitiosior uideris o Socrates cum enim omnes pro uiribus uirtutis præceptores sint: nullus tamẽ tibi talis apparet. Quinetiam si quæreres quis preceptor nos græce loqui docuerit: nullus utiq; appatet: itẽ si peteres quis docuerit mechanicorum artificum filios ministerium illud/quod patres eorũ consortesq; alii eiusdem artis exercent quodue filii imitantur: haud facile o Socrates præceptor illorum reperiretur. Innumerabilium uero aliorũ perfacile. Ita de uirtute dicendum/ac cæteris talibus. Verum satis nos habere putandũ siquis paulo cõmodius q̃ cæteri iuuenes ad uirtutem prouehat. Ex quibus unum me esse profiteor. subtiliusq; cæteris omnibus rationẽ qua boni honestiq; fiant/cognoscere: atq; ita rem ipsam perficere ut dignũ est ea mercede quam exigo immo etiã mercede maiori ut ipsi discipuli iudicant. Ex actionis autem meæ hęc est conditio/postq̃ aliquis a me didicit si uult ille quidẽ retribuit quãtum exigo argentum. Sin minus ingressus tẽplum iureiurando adhibito ęstimat quãta mercede digna sibi mea documenta uideantur. tãtam q; exponit. q; igitur uirtus doceri disciq; possit o Socrates hac fabula tibi sit & ratione probatũ. Quod & Athenienses ipsi testantur. Ostendimus item nihil mirum uideri debere si bonorum patrum mali sint filii/ malorumue boni: quandoquidem & Polycleti filii/Parali & Xanthippi huius ęquales si cum patre compareniur interuallo quodã longissimo superantur/similiter etiam aliorum artificũ filii. Neq; dum adolescentes hi reprobãdi sunt. spem quippe tenera prebet ętas. Cum hæc ostendisset Protagoras loquendi finem fecit. At ego diu post utpote superiori oratione permulctus in os Protagore inhiabam sequentium uerborum desiderio inflãmatus. Verum postq̃ destitisse prorsus animaduerti me ipse recepi: & ad Hipocratem conuersus o fili Apollodori inq. q̃ ingens tibi debeo grãs/q; me huc hodie adduxisti. Nam plurimi facio hæc a Protagora audiuisse. Equidem superiori tempore haud humanũ curam esse rebar/qua uiri boni afficiũtur. Nũc autẽ eam esse persuasus sum. Sed paulum quidam restat iterũ declarandũ. quod uidelicet Protagoras facile demõstrabit/postq̃ multa hęc edocuit. Etenim si quis de iisdẽ rebus cum aliquo forensiũ oratorum loquat/forte tales sermones audiet/quales Periclis esse solent/cæterorumq; eloquentiũ hominũ. si autẽ de aliquo percontetur/librorum instar neq; quid respondeant: neq; quid interrogent ipsi habent. Et si quis de aliquo dictorum interroget uelut æs percussum alte resonant/longeq; uociferantur: nisi eorũ dicta protinus admittantur. Atq; ita rhetores breue quiddam interrogari prolixam producunt orationem. Verum Protagoras hic copiose & hornate loqui potest/qd' superior testatur oratio: potest etiam cum rogatur: summatim ac breuiter respondere: tolerareq; interrogantem: accipeteq; & reddere rationem. quod quidem de paucis licet dicere. In præsentia igitur o Protagora parum quid ultra desidero. quod si declaraueris/putabo mihi in omnibus satisfactum. Virtutẽ ais doctrinæ studio comparabilẽ. Et ego sicui unq̃ tibi maxime credo. Quod uero te dicente sum admiratus/apęrias obsecro. dicebas profecto Iouem iusticiam & pudore hominibus infundisse. Deinde procedente sermone/sæpe iusticiam nominasti. temperantiam. sanctitatem. perinde ac si ista omnia sub una quadam uirtute contineantur. Vnũq; aliquid ipsa uirtus existat. Hæc mihi liquido explanari uelim/utrum scilicet unum quiddã sit uirtus: cuius partes sint iusticia. temperantia. sanctitas: an hæc omnia quæ nunc rettuli/ nomina unius eiusdemq; sint: hoc est inq̃ quod ultra requiro. PRO. At facilis est o Socrates ad ista responsio: q; uirtutis ipsius quæ summatim unum est/partes sunt quæ interrogas omnia. SO. Vtrum quemadmodũ uultus nnius partes sunt/os. nares. oculi. aures? An sicuti auri partes nihilo differunt: & a toto præter magnitudine quadam & paruitate. PRO. Ita se habere mihi uidentur o Socrates uirtutis partes ad totã/ut uultus partes omnes ad totum. SO. Vtrum alii homines aliã uirtutis partem accipiunt? an necesse est eum qui unam habet/omnes habere? PRO. nullo modo: quoniã multi fortes quidem sunt/ sed iniusti: & alii iusti quidem sunt/sapientes minime. SO. Nũquid sapientia: & fortitudo partes uirtutis sunt? PRO. oĩno quidẽ: & prestãtissima pars omniũ est sapiẽtia. SO. Est ne hoc quidẽ aliud/illud uero aliud? PRO. Est. SO. Nũquid & potẽtiam utrũq; propriam habet? queadmodũ e uultus partibus oculus nõ est auribus similis: neq; illorũ potentia eadẽ: neq; alia quęlibet pars alterius: aut potentia aut alio quoq̃ est similis. Ita ne uirtutis partes se habent/ut neq; alia aliarũ sit similis: neq; idẽ neq; eadẽ sit potẽtia? An forte ita esse cõstat/siquidẽ naturæ uirtutũ exẽplar quod induximus/congruit. PRO. Sic certe est Socrates. SO. Non est igiť pars uirtutis alia talis qualis sciẽtia/neq; qualis iusticia uel fortitudo uel tẽperãtia uel sanctitas. PRO. nõ certe. SO. Age cõsideremus una quale qd istorũ quod uis existit: primũ quidẽ sic: iusticia res quædã est/an nulla? Mihi quidem res quædam esse uidetur. Tibi uero? PRO. Et mihi. SO. Quid uero? siquis a me & te sciscitetur o Protagora atq; Socrates/dicite quæso/ num res ista quam modo iusticiam nominabatis/ eo ipso quo est

Inuehitur ĩ dicta Protagoræ ut cõuinceret ipsum.

iustitia/est & iusta/an iniusta. Ego quidē iustam esse dicā. tu uero una mecū senties? an aliter? PRO. tecum plane. SO. Ego igitur interroganti respōderem talem esse iustitiā/quale & iustum: tu uero? PRO. ego quoq;. SO. si quęreret iterum/nūquid & sanctitatē aliquā esse dicamus/ consentiremus utiq; ut opinor. PRO. consentiremus. SO. an non & hāc rem aliquam esse diciris rogaret, ille: nos autē assentiremur. PRO. & hoc. SO. Num rei istius naturā talē putatis ut scā sit: an ut prophana? interrogationem hanc ęgre ferrem/ad eumq; conuersus obiicerem/bona uerba quęso. Nunq̄ porro sanctū aliqd esset/nisi & sancta ipsa sanctitas esset. quid & tu? an nō similiter responderes. PRO. Similiter. SO. Si his addiceret an quæ supra dixistis recte accepi? Videbamini mihi pauloante asserere ita se inuicē partes uirtutis habere/ut nō sit alia pars qualis est alia/Inferrē equidem ad hæc/q̄ alia recte acceperit/q̄ uero me in eo consensisse putarit/non recte. Nam Protagoras iste hæc respōdit. ego autē quæsiui. Ergo si dicat o Protagora uere loquit̄ Socrates: ipse es qui ais uirtutis partē aliam non esse talē qualis est alia. Tuus hic sermo est. Quid illi tu respondebis? PRO. Necesse est o Socrates assentiri. SO. His concessis quid illi potissimum respōdebimus/si ultra sic obiiecerit? Nō ergo talis est sanctitas ut res iusta sit: neq; iusticia talis ut sancta: sed illa talis ut non iusta/hæc ut non sancta. iniusta itaq; illa. hæc profana quid ad hæc inq̄? Equidem mea ex sententia dicam iusticiā eē sanctam/iustāq; iterum sanctitatem. Arbitror quoq; per missurū te/ut tua uice hæc ipsa respondeā q̄ uidelicet aut idem est iusticia quod est sanctitas: aut hæc duo inuicem q̄simillima: ut maxime omnium talis iusticia sit qualis & sanctitas: & qualis sanctitas /talis sit & iusticia. Vide utrū me ita respōdere phibeas/an ita sentias? PRO. Haud ita simplex istud mihi uidetur o Socrates/ut concedi possit sanctitatem esse iustam /sanctamue iusticiam. Verū differentia quædam inesse mihi uidetur: sed quid tādem id refert. Si uis esto nobis sanctitas iusta/sanctaq; iusticia. SO. Haud hæc admitto Protagora: neq; desidero ut mihi dicatur istud/si uis & si tibi placet/redarguatur. Sed & me & te dicat̄ requiro. Dico autē & me & te existimans tum demū recte sermonem discuti/cum conditio ista si ex eo tollitur. PRO. enimuero simile quiddam habet iusticia sanctitati. Nam quodlibet cuilibet quiddam simile habet præter illa quæ omnino īter se contraria sunt: ut album nigrum/molle durum: atqui & illa quæ supradiximus aliam atq; aliam inter se habere potētiam/nec tale unum esse/quale est aliud/ceu uultus ipsius partes. quiddam simile inter se habent. Estq; quodāmodo tale unum quale & aliud. Atq; hac ratione licet hæc refellas si placet/q̄ cuncta inuicem similia sint: non tamen quęcunq; simile quiddam habent/similia uocanda sunt: neq; etiam quęcunq; dissimile quiddam inuicem dissimilia/si exiguum quiddam habent simile uel dissimile. SO. admiror equidem o Protagora: nunquid ita inuicem iustum sanctumue se habent ut parum quid simile inter se habeāt? PRO. haud ita omnino neq; tamen ita prorsus ut ipse arbitrari uideris. SO. Postq̄ hęc tibi molesta sunt/dimittamus/aliud uero quiddam ex his que dicebas/consideremus. Insaniam aliquid uocas? eiusq; contrariā sapīam esse dicis? PRO. equidem. SO. Vtrum cū recte & frugaliter homines agūt: tūc ita operantes/temperanter agere tibi uidentur: an cum contra operantur? PRO. temperāter agere uidentur mihi cum frugaliter recteq; agunt. SO. nonne temperantia tēperanter agunt. PRO. necesse est. SO. nonne quicunq; non recte agunt insane agunt: & qui ita agunt/non tēperāter agūt. PRO. ita uidetur. SO. Ergo insane agere contrarium eius est: quod temperate agere dicit̄. PRO. est utiq;. SO. nonne igitur que insane fiunt insania fiunt? quę temperate/ tēperantia? PRO. profecto. SO. An non quicquid robore fit/fit robuste? & quicquid debilitate/debiliter? PRO. apparet. SO. & quicquid uelocitate ueLociter: quicquid autē tarditate/tarde. PRO. & hoc. SO. Et quod eodem modo fit omnino/ab eodem efficitur quod uero contrario modo/efficitur a cōtrario. PRO. assentior. SO. dic obsecro: est ne pulchrum aliquid. PRO. est profecto. SO. huic cōtrarium aliud quicq̄ est q̄ turpe? PRO. nihil aliud. SO. Est & aliquid bonum? PRO. & bonum. SO. Ei nunquid aliud contrarium nisi malum? PRO. non aliud. SO. Est ne aliquid in uoce acutū? PRO. Sane. SO. Num aliud illi contrarium præter graue? PRO. hoc ipsum. SO. An non unicuiq; contrariorū non multa sed unum est contrarium? PRO. Vnum dumtaxat. SO. Resummamus iam quæ hactenus a nobis concessa fuerunt. Concessimus plane uni unum solum esse contrarium. PRO. Nempe. SO. Item quod contrario modo fit a contrariis effici. PRO. Hoc quoq;. SO. Admisimus præterea cōtrario modo fieri quod insane fit/& quod temperate. PRO. etiam. SO. rursus quod tēperate agit̄ a temperantia prouenire: quod insane ab insania. PRO. conuenit. SO. an non/si contrario fit modo fit a contrario? PRO. Vtiq;. SO. Fit autē hoc quidem a tēperātia illud autem ab insania. PRO. certe. SO. Contrario modo? PRO. Contrario. SO. nonne igit̄ a contrariis? PRO. & a contrariis. SO. Insania itaq; tēperantię contraria est. PRO. apparet. SO. recordamur supra nos cōcessisse sapientiæ insaniā esse cōtrariā. PRO. certe. SO. quin & uni unum solum esse contrariū? PRO. & hoc. SO. Vtrū potius sermonē reiiciemus Protagora? Eū ne quod dicit̄ unū uni solū esse contrariū. An eū qui uolebat sapientiam a tēperantia esse diuersam? & utrāq; partem esse uirtutis? ac etiam preter id qđ diuerse hę utraq; sunt/dissimiles quoq; esse tā ipsas q̄ earum potentias: quēadmodum uultus ipsius partes?

Interrogationes p coniugata & cōtraria ut probet unū uni esse cōtrarium.

ipsius partes? Vtrum istorum refutabimus? Ambo quidem isti sermones haud satis musice proferuntur: neq; enim inuicē concinūt. Nam qua ratione consonare possunt? siquidem necessarium sit uni unum dumtaxat contrarium esse/pluribus uero nequaq̄/insaniç aūt cum unū sit sapientia & tēperantia contrariç uideant. Ita ne an aliter o Protagora? PRO. esto tandē. quid tū? SO. an nō hac ratione unum erit sapientia tēperantiaq;? & supra constitit idem quodāmodo esse iusticiā & sanctitatem. Age Protagora ne pigeat: sed pergamus ad reliqua. Videt tibi uir iniustus/iniuste agendo temperanter sapere? PRO. ego quidē confiteri hoc o Socrates non auderem: plurimi aūt hominum asserunt. SO. Vtrum ergo ad illos an ad te uerba dirigā. PRO. Si placet ad hūc primo uulgi sermonē edisseras. SO. nihil mea refert/ modo ipse respondeas/siue tibi uideant hęc/siue nō uideātur. Sermonē namq; ipsum maxime in primisq; discutio. Cōtingit tamē ex hoc & me interrogantē & respondentē examinari. Ad hæc primū Protagoras honestare se uolens sermonis difficultatem culpare cæpit. Postmodū uero respondere admisit. Age inq̄ ab initio mihi responde. Videnť aliqui tibi iniuste agendo/sapere tēperanter? PRO. esto. SO. Tēperāter uero sapere/bene sapere uocas? PRO. Voco. SO. Bene autē sapere bene consulere in eo quod iniuste agunt? PRO. esto. SO. utrum si bene agunt uiuuntq; dū iniuriantur/an si male? PRO. Si bene. SO. dicis ne bona quędam esse? PRO. dico. SO. Num ea bona sunt/quæ utilia sunt hoībus. PRO. imo per Iouē bona quædā uoco ēt si hominibus utilia non sint. SO. Cum aūt uideret mihi Protagoras subirasci: & ad responsionē inuitus descēdere mitius eum submissiusq; rogaui. Nūquid ais Protagora quæ nulli hominū utilia sunt? an quæ nullo modo utilia? Et talia quædā bona appellas? PRO. nequaq̄. sed ego multa noui hominibus inutilia cibos & potiones: & pharmaca/aliaq; permulta: alia uero utilia. Quedam aūt quæ ad homines neutra sunt: uerū ad equos alicuius momenti sunt. Et nōnulla ad boues ad canes alia: quædā uero ad horū nullū: sed ad arbores potius. Et eorū que ad arbores quædā ita se habent ut sæpe radicibus prosint/germinibus obsint. Quēadmodum sterquilinū radicibus utile/ramusculis caulibusq; admodū noxiū. Oleum quoq; arboribus omnibus herbisq; maxime pdest/pilis autē animaliū omniū humanis exceptis nocet plurimū. Nam & pilis hominū & toti corpori cōfert. Atq; ita uariū quiddā & multiforme bonū existit. Vnde & oleum externis nostri corporis partibus optimū: interioribus pessimū. Quapropter medici ęgrotātibus olei usum uetāt: nec uti permittunt nisi q̄ paucissimo ad obsoniorū quorūdā male olentiū offensionē reiiciendā. Cū hæc dixisset Protagoras/præsentes frequēti applausu adclamantes illius dicta cōprobauerūt. At ego o Protagora inq̄/sum equidē nimis obliuiosus. Ac si quis orationē in longū ptrahat: de quo uerba fiunt protinus obliuiscor: profecto si surdus essem quodāmodo: mecūq; sermonē haberes existimares altius mihi q̄ cæteris inclamādum/sic in præsentia cum obliuiosum hominē alloquaris/concisioribus mecum responsionibus utere: si modo curas ut te sequar. PRO. quā exigis breuitatem? nū breuioribus q̄ oporteat uerbis agi tecū iubes? SO. Minime omniū. PRO. An forte quot opus est uerbis? SO. Tot utiq;. PRO. nūquid ego orationi modū imponā? an tu potius debitū terminū statues quē non liceat transgredi? eūq; loquendo sim obseruaturus. SO. audiui equidē scire te adeo abūde quotiens placet & ample loqui ut nunq̄ tibi desit oratio nec non res easdem paucioribus q̄ cæteri oēs uerbis perstringere/Idemq; ut cæteri faciant/docere potes ut audio. Si ergo mecum disputaturus es breui illa & cōcisa ratione dicendi utere quæso. PRO. O Socrates multis cū hominibus olī dicendo certaui. Ac si ita egissem ut ipse mones/si inq̄ ad normam mihi ab auditore impositā uerba fecissem/haud sane quouis alio homine insignior essem: nomineq; Protagoræ omnis Græcia resonaret. Ego autē cum cognouissem superiorem respondendi modum illi minime placuisse/eūq; sponte ita deinceps minime responsurum: haud quaq̄ expedire mihi censui/ut illis disputationibus interessem: atq; iccirco o Protagora inq̄ / haud flagito disputationem nobis præter sententiam tuam procedere. Et enim si uelis ita disserere ut ego assequi possum/adstabo equidem: nam ipse quidem ut de te fertur & tu profiteris/ęque potes eadem & summatim perstringere & amplissime eloqui: es enim sapiens/ego autem ad prolixam orationem ineptus sum: atq; utinam eius compos essem: uerum tua intererat nobis aliquantulum indulgere/ quandoquidem ęque es ad utrumq; paratus: ut disputatio peragatur: postq̄ uero non uis & me usq; adeo negocia urgent/ ut nequeam tecum hic diu orante commorari quamuis ista libenter audissem abeo iam quo res ipsa me uocat: His dictis surrexi protinus abiturus. Sed Callias dextera manum meam prehendit/sinistra pallium dicens/ haud te dimittemus o Socrates: nam si exieris non amplius ita inuicem colloquemur. Mane obsecro. nullius mihi oratio gratior contingere posset/q̄ tua cum Protagora disputatio. Quare & mihi & omnibus his obsequere. At ego iam surrexeram exiturus & ad Calliam inq̄, o Hipponici fili tuam semper philosophiam admiratus sum: nunc laudo insuper atq; amo. Quo circa gratificari tibi uehementer optarim si possibilia poscas. Quod uero nunc petis perinde est /ac si orares ut Crisonem imeræum cursorem iuuenemq; ęquis passibus sequerer uel aliquem eorum qui longissimum interuallum excurrere solent: aut diutnum cursum

Vagatur sophista.

Criso imere, cursor.

peragere. Tunc sane obiicerem multomagis me ipsum optare q̃ te hos cursores currendi uiribus assequi sed assequi nequeo. q̃ si cupis me & huuc quasi alterum Crisonē spectare pariter concurrē tes ipsum ora ut paribus me passibus comiteť. Nam ego quidē celeriter currere nequeo. Hic autē tarde potest. Ergo si optas audire me & Protagorā disputantes/eū obsecra ut quēadmodū a principio fecerat. Ita nunc paucis uerbis & ad propositā questionē respōdeat. Alioquin quis erit disputandi modus putabā equidē aliud esse inuicē colloqui disserendo: aliud concionari: uides o Socrates inquit Callias: iuste loqui uideť. Protagoras: dū cēset licere sibi suo arbitratu disserere: tibi itē tuo. Hic Alcibiades haud recte loqueris inquit o Callia. Socrates enim hic concionandi imporē se esse fateť: & in hoc Protagorę cedit. Si autē & in disputādo recipiēdisq̃ & reddendis rationibus cedat alicui: summopere admirabor. Si ergo Protagoras confiteť Socrate se esse in disputādo inferiorem: sat iā Socrates habet: sinaūt hoc quoq̃ sibi uendicat: cū interrogante Socrate disserat: & uicissim respondendo haud longas per ambages circūuageť: neq̃ cōcionādo occasionē intercipiat disputandi: neq̃ rationē reddere Socrati respuat: dū profusius loquiť quoad plurimi audientiū id quo de agitur obliuiscanť: equidē pro Socratē fideiubeo: eum quę diceneť obliuioni minime mandaturū licet ioceť nobiscū/obliuiosum esse se dicēs. Mihi sane uideť Socrates ęquiora admodū postulare. Decet enim unūquēq̃ sententiā suam exprimere: post Alcibidē ut arbitror inquit. Critias: O Prodice atq̃ Hippia/Callias quidē Protagorę uehementer suffragari uideť. Alcibiades aūt contentiosus nimis est & ptinax/quocūq̃ se uerterit. Nos autē alteri magis q̃ alteri fauere nō decet: uel Socrati uel Protagorę. Sed cōmuniter utrūq̃ rogare: ne postq̃ cęperint/media in disputatione resistant. Cum hęc ille dixisset/Prodicus ait/probe loqueris Critia: decet enim eos qui disputationibus his intersunt/cōmunes quidē esse/utrorūq̃ dicētiū auditores: ęquos aūt minime. Neq̃ uero idem hoc est & illud. cōmuniter quippe audire utrūq̃ decet: non aūt ęque utriq̃ tribuere. Sapiētiori quidem plus: imperitiori uero minus: Equidē o Protagora atq̃ Socrates arbitror uos inuicē/nō nihil debere concedere: & de his quę diceneť/ambigere quidē simul. cōtendere uero nequaq̃. Ambigūt porro ꝓpter beneuolētiam cum amicis amici. Contēdunt aūt aduersarii simul & hostes. Atq̃ ita q̃ optime disputatio nostra ꝓcederet. Vos siquidē disputantes ita maxime a nobis audientibus ꝓbaremini: non laudaremini inq̃: probāt utiq̃ auditores ipsius mentis iudicio absq̃ deceptione: laudant uerbis/ plerūq̃ mendacio pręter sententiā aliqd extollētes. Nos itē auditores ita maxime gaudio non uoluptate afficeremur. Gaudio afficiť ille qui discendo & contēplādo ipsa intelligentia delectať. Voluptate ꝑfundiť qui dū cōmedit uel alio quodam oblectamēto potiť/ipso sensu corporis delectatur. Cum hęc dixisset Prodicus pręsentiū plurimi cōsenserunt. Deinde sapiens Hippias sic exorsus est dicerę. Arbitror o uiri pręsentes/uos omnes cognatos propinquosq̃ & conciues inuicem esse natura/non lege. Simile nāq̃ simili natura cognatū. Lex aūt tyrannus hominū/multa pręter naturā cogit. Turpe itaq̃ esset si nos qui rerū naturā callemus/sapiētissimiq̃ gręcorū omnium sumus/postq̃ de hoc ipso disputaturi hanc in urbē cōuenimus totius gręcę sapiētię arcem/hisq̃ in ędibus amplissimis sumptuosissimisq̃ actitarū omniū congregati sumus/nihil tāta hac amplitudine dignū ostenderemus: sed uiliū homunculorū more altercātes inuicē dissentiremus. Hortor equidem uos & obsecro o Socrates atq̃ Protagora ut libenter sub nobis tamq̃ arbitris cōueniatis: qui uos ad mediū reducemus. Neq̃ tu sermonis āplitudinē resecare debes ad uiuū o Socrates: & istud tuū ut ita dixerim breuiloquiū ad unguē penitus obseruare. Laxa paulisper obsecro sermonibus gubernacula/ut magnificentiores splendidioresq̃ appareāt. Oro insuper Protagorā ne tētis prorsus Prudentibus uelisq̃ inflatis temone relicto in altū sermonū mare ꝓrinus delabať: unde nusq̃ tellus perspiciať: sed ambo pariter annitamini ut mediocritatē pro uiribus obseruetis. Efficite quęso qđ consulo: utq̃ id seruietis/integris eligite sceptriferū quēdā pręsidē atq̃ iudicē: qui uerbis modum statuat obseruetq̃ utrumq̃ loquentem placuerunt hęc præsentibus: omnesq̃ ea laudarunt. Me uero ad idem hortatus est Callias: rogaruntq̃ eligere arbitrum. At ego non decet inq̃ iudicem huic disputationi præficere. Nam si uobis imperitior erit iudex iniustum erit/ut deterior aliquis potioribus præsit. Sinautem similis neq̃ rursus recte ita agetur. Similis enim nobis similia faciet. Quapropter superuacuus erit: præstantiorem uero nobis quemq̃ eligere impossibile reuera est ut arbitror: quippe cum Protagora hoc sapientior alius eligi nequeat: q̃ si quem elegeritis nihil doctiorē assereris tamē/dedecori Protagoræ hoc dabitur q̃ illi tamq̃ inscio & ignobili arbitrum præscripseritis. Mea uero nihil interest. cæterū ut disputare pergamus quēadmodum cupitis ita mihi uideť agendum. Si non uult respondere Protagoras/interroget saltē/ego aūt respondebo eiq̃ conabor ostēdere quo pacto respondere quis alteri meo iudicio debeat. Postq̃ ego illi ad quālibet eius interrogationē respōsionē dedero/rursus ille mihi similē sermonē subiiciat si forte tergiuersari uidebiť ego simul & uos eū orabimus quēadmodū uos me nunc oratis/ne cætū dissoluat. Neq̃ uero opus est huius gratia cēsorē unū ꝓponere. Vos enim omnes una cēsebitis. Consenserunt omnes ita esse agēdū. Protagoras autem inuitus ad hæc descendere uidebať. Tandem cōcedere coactus est/interrogaturū

Differētia inter cōmunes & ęquos auditores:

Differētia inter probare & laudare.

Differētia inter gaudere & uoluptatē capere.

terrogaturum se:& postq̃ satis interrogauerit breuiter responsurum: itaq; in hunc modum interrogare cœpit. Arbitror o Socrates præcipuam doctrinæ partẽ in hoc consistere: ut quis in carminibus pitus euadat. Est aũt hoc ut poetarum dicta intelligere possit: quæ.s.recte se habent que nõ: sciatq; discernere:& cum interrogaẽ reddere rõnem. Et nunc quidẽ interrogabit forte quispiam de eo quod utriq; simul inuestigamus: de uirtute uidelicet. Sed hoc intererit φ id ad carmina trãsferetur. Dicit.n.Simonides ad Scopam Creontis Thessalici filium: difficile esse uirum uere bonũ fieri manibus pedibusq; & mente tetragonum.i.quadrangulum absq; uituperatione fabricatum. Tenes ne memoriter carmina? uel ut referam expetis. SO. nihil opus est. Teneo nãq; & diligẽs mihi horum carminũ cura fuit. PRO. bene loqueris: utrũ bene recteq; dixisse tibi uideẽ Simonides/an non? SO. Immo optime. PRO. Videtur ne recte loqui poeta si ipse sibimet contradixerit? SO. minime. PRO. Attende itaq; diligentius. SO. satis o bone uir attendimus. PRO. in eisdẽ carminibus postea dicit Pittaci licet sapientis uiri sniam absonam sibi uideri: qua inquit difficile est bonum manere. Cernis eundem simonidem hæc & superiora dixisse? SO. equidem. PRO. Nũquid eadẽ postea quæ & antea protulit: eadem inq̃ ut mihi uideẽ & simul metuens ne qd ultra adiiceret interrogaui/an non sibi quoq; uidereẽ. Rogas inquit utrũ cõstare sibimet illũ putẽ? qui hæc utraq; dixit? & primo quidẽ ꝑposuit bonum uirũ fieri uere difficile esse: paulo aũt post tãq̃ sui ipsius oblitus. Pittacum eadẽ cum illo dicentẽ difficile.s.esse uirum/bonũ manere/carpit/eius dicta respuẽs/qui eadẽ dixerat? Enimuero cũ opiniones eiusdẽ ac suæ auctorem Pittacum accusat: seipsum damnat. Quapp aut prius aut posterius non recte dicit. His dictis adclamarunt auditores plurimi & Protagoram collaudarunt. Ego aũt primum tãq̃ a pugili robusto pcussus caligantibus pręuertigine oculis uacillaui. Nam & eius uox & aliorum clamor me prorsus obruerant. Deinde uero ut tecum ingenue uerum fatear/quo morã ad poetæ mentẽ inuestigandam captarem/ad Prodicũ conuersus inq̃: conciuis tuus o Prodice simonides extitit. Ergo tua interest illi opẽ ferre. Videor eqdẽ aduocare te quẽadmodum inquit Homerus/Scamandrum ab Achille obsessum Simoentem aduocauisse. O dulcis frater uiri huius una ambo uim cõprimamus: haud secus ego te nunc adcerso ne Protagoras Simonidem nostrũ expugnet. Emendatio sane circa Simonidis uerba tua indiget musica: q̃ uelle distinguis & cupere: & quæ modo dicebas multa atq; præclara. Et nunc quidẽ uidenum tibi idem quod mihi uideaẽ: neq; enim repugnare sibi indicẽdo uideẽ Simonides. Ipse o Prodice sniam tuam prior exprime: idem tibi uideẽ fieri atq; esse/an aliud? Aliud inquit Prodicus. Nõne in primis inq̃ Simonides mentem suã aperuit/φ uirum uere bonum fieri difficile sit. Vera narras Prodicus ait: Pittacum aũt improbat non ut censet Protagoras idem dicentẽ: sed aliud. Non enim dixit Pittacus difficile esse uirũ fieri bonum: ut Simonides: sed bonum pseuerare. Est aũt non idem o Protagora sicut existimat Prodicus iste/esse & fieri. si aũt non idem est eẽ quod & fieri/haud quaq̃ sibiipsi Simonides cõtraria ponit. Ac forsitan diceret Prodicus hic & alii multi fm Hesiodũ/effici bonum esse difficile. Nam ante uirtutem sudorem a diis positum ait. At cũ ad summum uerticem peruentum est facilem esse q̃uis comparatu difficilis fuerit: Prodicus igitur eum hæc audisset/me laudauit: Protagoras autem emendatio inquit ista o Socrates absurdior est q̃ quod emendas. Tum ego o Protagora inq̃ male mecum actum est ut uidetur: sumq; ridiculus medicus: qppe qui dum curare cõtendo/morbum exaugeo. PRO. sic tamen res se habet. SO. qua rõne? PRO. nimis inscius poeta ille fuisset: si adeo uirtute paruifecisset/ut facilem eẽ eius possessionẽ existimasset: cum sit oĩum difficilima: ut oĩbus uideẽ hoĩbus. SO. oportune per Iouem nostris iste Prodicus sermonibus interuenit. Videẽ sane a Protagora diuina esse Prodici sapientia: iam dudum uel trahens originem a Simonide/uel ẽt ab antiquioribus orta: tu aũt cum multarum rerum sis aliarum pitus/huius tamen imperitus appares. Ego uero eam expertus sum/cũ fuerim Prodici huius discipulus. Atqui in præsentia haud satis animaduertere mihi uideris/ipsum quod difficile dicitur forsitan Simonidem non ita accæpisse/ut ipse nunc accipis: uerum tãq̃ malum & graue qddam intelligendũ esse passim me Prodicus admonet. Nam quotiens ut aliũ laudans aut te/ita loquor: Protagoras sapiens uir est & dinos.i.uehemens grauisq;/corripit me continuo φ bona grauia dicam cum graue malũ sit. Nemo.n.ita loquiẽ/ut dicat graues diuitias: grauẽ pacẽ: sanitatẽ grauẽ. Immo grauẽ morbũ: graue bellũ grauẽ pauptatẽ: quasi graue.i.honerosum malũ sit. forte igiẽ/chii atq; simonides/ipsum difficile/uel ut malũ accipiunt: uel aliud: qd tu minus intelligis. Ergo a Prodico sciscitemur. Decet enim de Simonidis scriptis hũc maxime percontari. Quid nam o Prodice Simonides ipsa difficilis nomine subintelligi uoluit? PRO. malum profecto. SO. ob hoc ut arbitror Prodice Pittacum reprehendit/dicentem/difficile esse bonum manere: ac si dixisset malum esse/manere bonum. PRO. Et quid aliud putas o Socrates sibi uoluisse Simonidem? q̃ uituperare Pittacum/φ nomina recte distinguere nesciebat: utpote qui Lesbius erat/& in uoce barbarica educatus. SO. audis o Protagora quæ prodicus hic dicit? Quid ad hæc? PRO. per multum abest ut ita sit Prodice Certe equidem scio Simonidem difficilis nomine id qd & alii solẽt significare uoluisse non malũ.

imo quod nō facile:sed multis cum laboribus comparatꝰ.SO.Ego item hoc uoluisse Simonidē arbitror o Protagora:ideꝙ Prodicum intelligere: sed iocari tecū:tentareꝙ te utrū sermoni tuo ualeas suffragari.ꝙ enim Simonides difficile non malū intelligi uelit/argumento sunt quæ sequuntꝰ: subiungit enim ꝙ solus deus hoc munere fruitꝰ.Neꝙ uero si uellet malū esse bonū ꝑseuerare/paulopost adiungeret/solum deū huius cōpotem esse:deoꝙ soli munus id attribueret.Dissolutum plane hoīem nec ullo mō Chium Prodicus ita diceret fuisse Simonidē. cæterū qd tandē sensisse in his carminibus Simonidem ducā/uobis aperiam:si uis de me piculū facere queadmodū circa poetica sim affectus.Si aūt uis/te audiā. Protagoras cū hæc audisset.Vt lubet inqt o Socrates. ueꝝ Prodicus & Hippias aliiꝙ oēs agere me ita iusserunt.Conabor inq̄ qd de his carminibus sentiam/uobis exponere.Antiquissimū apud Grecos & plurimū sapientiæ studium in Creta & Lacedæmonia extat.Et sophistæ plures ibi q̄ alibi usꝙ reperiuntꝰ:dissimulant aūt:& impitos esse se fingunt: ne cæteros Græcos superare sapientia deprehendantꝰ:instar eoꝝ quos Protagoras sophistas supra dicebat.Sed ut uideantꝰ re militari potius & fortitudine cæteros anteire.Suspicantꝰ.n.ne si forte mētis illoꝝ habitus pateſiat.Cæteri oēs idem studium ꝓsequantur.Ergo cælant/decipiuntꝙ incolas qui Lacedemonios imitantꝰ/auriū circūcisione/inuolutione corigiaꝝ:exercitationibus corporis:breuibus uestibus:pinde ac si huiuscemodi rebus Lacedæmonii cæteros Græcos exsuperent.Lacedęmonii uero quotiens cū sophistis suis liberius cōuenire uolūt:externoꝝ hoīum familiaritatem ęgre ferunt:& clanculum cōgregantꝰ:exclusisꝙ peregrinis oībus una cum sophistis philosophantꝰ.Prohibent quinetiā & ipsi & Cretenses adolescentes:alias urbes adire/ne quæ apud eos docentꝰ alibi forte dediscant.Reperiuntꝰ in his ciuitatibus nō uiri tm̄ doctrina egregii:ueꝝ ēt mulieres: ꝙ aūt uera loquar & Lacedæmonii optime ad philosophiam sermonesꝙ sint educati: hinc maxime intueri licet.Siquis cū uilissimo quoꝙ Lacedæmonioꝝ colloquatꝰ:rudem plerūꝙ in uerbis apparere eū primo compiet.Deinde ubicūꝙ rei ipsius oportunitas exigit:instar uehementis iaculatoris uerbū nō parui momēti breue contortūꝙ eiaculatꝰ:ut q cum eo loquitꝰ.nihil a puero differre existimetꝰ: ꝙ āt Lacedæmonioꝝ uirtus/in sapientiæ magis q̄ exercitationis studio consistat/intelligunt nōnulli nostræ ętatis hoīes & olim multi idē aīaduerterunt:sciētes uerba eiusmodi enunciare posse uiri absolute docti officiū esse.Horū e numero fuit Thales Milesius:& Mitylenæus Pittacus.Bias Prieneus: noster Solo.Ceobulus lindius.Myso.Ocheneus.Septimus hoꝝ dictus est Lacedæmonius Chilo. hi oēs ęmuli studiosiꝙ fuerunt discipuli Lacedæmonicæ sapīæ.Quoꝝ sapīam talē esse compimus. Verba breuia memoratu unicuiꝙ digna.Hi facto cōcilio ex cōi cōsensu/has Delphici Apollinis tēplo primitias sapīæ dedicarunt:quæ templo inscriptæ/ab oībus celebrantꝰ/cognosce te ipm̄.Nihil nimis.Hæc ob eam cām refero ut pateat eam priscæ philosophię fuisse figurā.Lacedęmonicum.s. quoddā ut ita dixerim breuiloquiū.Atqui & Pittaci ꝓprium hoc dictū circūferebatꝰ a sapientibus celebratū bonū manere difficile eē.Simonides itaꝙ cū sapientiæ gloriā cupet/cognouit si prouerbium id refelleret cōuinceretꝙ tāq̄ insignē certatorē fore ut ipse illustris ab oībus haberetꝰ. Quāobrem carmina illa cōposuit illi insidiatus eius uerba disturbaturus/ut arbitror. Discutiamus hæc una oēs ut uideamus utrū uera loquar:primum qdem carmina illa priora insanum hoīem indicarent si dicere uolens uirum effici bonum eē difficile: deinde iniecisset hanc particulam qdē hoc enim nulla ratione uidetꝰ iniectum nisi quis putet aduersus Pittaci uerba certantem Simonidē loqui.Et cum ille dicat/difficile esse bonū manere Simonidem ad hæc obiicere. Nō ita est o Pittace. Immo bonum quidē uirum effici difficile est: & uere non reuera bonum: non ob hoc dicit reuera quia sint aliqui uere boni:alii autem boni quidē sed non uere.Absonum hoc utiꝙ uideretꝰ.neꝙ Simonide dignum.sed ad superexcessum ponere oportet in uersibus id quod uere dicitur/supplēdo ita Pittaci uerba/ceu si poneremus Pittacum ipsum dicere:o uiri difficile est bonum manere & Simonidem rn̄dere.O Pittace uera minime loqueris. Non enim esse sed fieri uirum bonū manibus pedibusꝙ & mente quadratum absꝙ uituperatione aliqua fabricatum: est difficile uere: ita uidetꝰ aduersus sermonē:hoc quidē iniectum:& ipsum uere aut ab re postremo locatum.Atqui & quæ sequuntur oīa huic attestantur:ꝙ hunc in modum est dictū.Multa insuper extant quæ recte disposita in his carminibus sigillatim ostendere possumus.Scite nāꝙ & accurate cōposita sunt:sed plixior foret oratio.Quare summatim poetæ huius formam consiliumꝙ exponendū. Intendit aūt in singulis uersibus Pittaci uerba refellere. Ait enim paulopost ferme in hunc modū ꝙ effici uirum bonum difficile uere:possibile tm̄ ad tp̄s.Factum uero bonū eo in habitu ꝑseuerare : esseꝙ bonum ut ipse ais o Pittace īpossibile est:neꝙ humanū:sed solus hoc deus munere fungitꝰ.hoīem uero ita bonum manere:ne rursus labatꝰ impossibile est:quem sors inopia confringit. Quem nam potissimū inopinatus casus in nauis gubernatione submergit/non rudem hoīem:nam semper ille subcūbit: & queadmodū iacentē nullus deiicit:sed stantem qnꝙ aliquis deiicit ut iacere cogat: iacentē uero nequaq̄/ita solertē & sagacē hoīem nōnūq̄ īopinatus casus circūuenit. Enimuero q nihil pensi unq̄ habet.minime.Et gubernatori qnꝙ ingens tempestatis īpetus īprouisus sūpuenit:& agricultori intēperies

SAPIENTES GRECIAE.
Thales Milesius.
Pittacus Mitylenæus.
Bias Prieneus.
Solo Atheniēsis.
Cleobulus Lidius.
Myso Ocheneus.
Chilo Lacedæmonius.

Sapiētia Lacedæmonica.

intemperies anni. Et medico quoq; similia adeo ut tūc improuidi fuisse uideant: posset enim bonus aliquis malus fieri: quod alius poeta testat dicens. Vir bonus/alias paruus alias bonus est. Vt autē malus efficiat malus fieri non potest. Esse.n. semp necesse est. Quãobrē quotiēs casus inopinatus. prouidū hominē sapiētemq; & bonū inuadit malus efficit. tu uero dicis o Pittace difficile eē bonū manere. Res autē ita se hēt ut fieri bonum possibile sit/difficile tñ/perdurare autem bonū penitus impossibile. Quilibet.n. bene agēs bonus/male/cōtra/ malus. Quę nã circa litteras bona est actio? quęue actio uirum ad illas bonū efficit? Cōstat q harū pceptio. Quę itē actio bona bonū efficit medicū? Morborū uidelicet curãdorum pitia. Qui bene curat bonus medicus/qui male contra malus. qs ergo malus medicus nonnunq̃ efficit? Ille certe/cui primo hoc inest ut medicus sit deinde ut bonus medicus. Hic.n. malus quãdoq; medicus effici potest. Nos autem medicinę artis ignari nunq̃ male agendo aut medici aut fabri efficeremur/aut aliud tale. Quisquis aūt non fit medicus male operatus/neq; ēt malus medicus. Ita & bonus uir fieri potest aliquando malus uel pp tempus uel laborem: uel morbum: uel alium casum. Hęc porro sola est actio parua/ priuari scia. Malus autem uir/nūq̃ malus fieret est enim semp. Ac si malus fieri debet: oportet ut ante bonus efficiatur. Ad hoc itaq; carmina illa tendunt/ut affirmetur impossibile esse uirum semper bonū perseuerare: fieri aūt bonum/eundēq; rursus & malum possibile. Plurimum aūt optimos esse illos quos dii diligunt. Hęc itaq; oïa aduersus Pittacū sunt illata: quod & sequentia clarius patefaciunt: hac de cã inquit nunq̃ ego quod fieri neqt requireus frustra spero perpetuo sine reprehēsione uicturū hominem aliquē ex his qui fructibus terre uęscunt. Deinde uobis quę cōparata mihi sunt/predico: & cętera quę sequūtur. Ita passim in Pittaci uerba uehementer inuehitur. Vnūquēq; uero laudo/amoq; libens qui turpe nihil patrat. Necessitati aūt neq; dum ipsi repugnãt. Id aūt est ad hoc idē dictum. Neq; enim usq; adeo rerum inscius erat Simonides/ut illum laudare se diceret/qui turpe nihil spōte cōmittit: quasi sint aliq qui sponte male agant. Arbitror equidēm sapientem nullū putare/eē hominē aliquem qui ultro aberret/malaq; & turpia sponte cōmittat. Sciunt etenim sapientes oēs qui mala turpiaq; cōmittunt: pręter uoluntatem peccare. Atqui & Simōides nequaq̃ laudare se dicit illum/qui nō sponte scelera patrat. Immo de seipso id quod sponte dicit/pędicat: putabat enī pręclarum bonūq; uirū sępe seipm impulsurum: ut amicus laudatorq; alicuius efficiat: amareq; & laudare pgat. Vt puta si illi morosi & iniq parentes cōtingant: aut patria/aut tale aliquid. Improbos quidē censuit homines/libenter in parentum patrięq; errata iuehi solere & passim illa omnibus diuulgare ut nemo illos q parentes & patria negligat: corripere audeat. Quare & uituperare parētes patriamq; & ultra necessitatem uoluntariis quoq; odiis & inimicitiis agitare. probos autē uiros occultare potius & ad laudandum seipsos cogere. Et si qua in te iure parentibus & patriæ indignautur/consolari seipsos/seq; suis conciliare. ut & si non libēti aīo/laudent tamen & diligant. Sępe etiam Simonidē ipsum arbitror non ex animi sui sententia/sed inuitū ad tyrannum quendã aut aliū talem laudandum & extollendum se contulisse. Hęc igit ad Pittacum refert. Ego quidem o Pittace non te ob id carpo q sim natura detractor: quando quidē mihi satisfacit & ille qui nō est malus nimiumue ignauus. Sciens quidē iuuabit ciuitatem iustam uir sanus. Neq; tamen ipse derogabo: neq; enim derogandi sum studiosus. Stultorū nãq; est infinita progenies. Quapp siqs eos uituperare pgat defatigabit. Omnia porro honesta/quibus turpia non miscentur. haud hoc dicit perinde ac si diceret omnia alba qbus nigra nulla miscentur. Ridiculum nēpe id esset. Sed quasi dicat media se accepturum neq; illa uituperaturū. Non quęro inqt hoīem inreprehensibilem penitus inter eos quicūq; passim fructibus terre uescunt: deinde uobis quod mihi cōpatatū est nūtio. q uidelicet huius causa neminē laudaturus sum. Verum mihi sufficit ille/qui medium tenet: neq; turpe qd agit. Quoniã ego omnes sic diligo atq; laudo. hic utiq; Mitylenęorum lingua est usus tanq̃ aduersus Pittacum sic dicens. Omnē aūt laudo & diligo libens. hic oportet id quod libens dicit/seorsum a sequentibus capere: addicere postmodum/quicūq; nihil turpe cōmittit. Nam sunt & aliqui quos ego non libens laudo & diligo: q si & tu mi Pittace mediocriter consentanea ueraq; dixisses/nunq̃ te reprehendissem. Nunc & uero cum & maxime & in maximis falsa proferas quæ uera multis apparent/te reprehēdere cogor. Hec mihi o Prodice atq; Protagora his in carminibus Simōidis ipsius mens fuisse uidetur. Tum Hippias Bene inquit o Socrates carmina hæc exposuisse uideris. Est & mihi ratio illis accōmodata: quã uobis si uultis ostendam. Immo uero inquit Alcibiades. Sed postea prius aūt peragere decet quæ inter Socratem & Protagoram conuenerunt. Et si Protagoras interrogare ulterius uult/respondere Socrates debet. Sin autem respondere uult Protagoras interrogare Socrates. Atqui cōcedo inq̃ Protagorę quodcunq; horum ipsi gratius est futurū: q si lacet/uersus prætermittamus: ea uero quæ abs te primo quærebam Protagora libenter una tecum absoluerem. Videtur enim mihi disputatio de rebus poeticis persimilis esse cōuiuiis imperitorū plebeorumq; hominum. Qui cum propter inscitiam nequeant inuicem propria uoce suisq; sermonibus conloqui/mercede exhibita tibicinas introducunt: & aliena uoce hoc est tibiarū flatu/ cōuiuiū

Quod inanis sit & post habenda disputãtio de rebus poeticis inter res serias.

transigũt Vbi aũt boni prçclariq; et eruditi uiri conueniunt: neq; tibicinas ibi neq; saltatrices neq; cantatrices ullas uidebis: sed eos propria uoce remotis his nugis iocisq; conuiuium celebrare: et alterius interrogationibus responsionibusq; modeste disserere/ et si uinum abunde biberint. Eodẽ modo si ad huiuscemodi disputationes uiri tales conueniunt/ quales esse nos plurimi prçdicant haud quaq̃ aliena uoce & poetarum uerbis indigent: quos percontari nõ datur de his quæ scribũt. & qui eorum testimonia in medium afferũt/ partim hoc/ partim illud sentire poetã interpretantur: neq; conuincere possunt/ neq; rẽ ipsam de qua disserũt/ expedire. Tales ergo confabulationes sapiẽtes uiri dimittunt: ipsiq; per se inuicẽ colloquunt uicissimq; ingenii periculũ faciunt. Disputatores autem hmõi ut arbitror. Ego & tu nunc imitari debemus: & poetis post habitis nostris rõnibus rẽ ipsam discutere/ facereq; tã ingenii nostri q̃ ueritatis examen. Si ergo ultra quçrere cupis/ respondere tibi paratus sum: sin aliter mauis te mihi prebe: & adiuua ad ea quç intermisimus peragẽda. Cũ hçc aliaq; hmõi intuilissem/ Protagoras quid potissimum agendum eligeret nequaq̃ aperuit. Tũc Alcibiades ad Calliã conuersus o Callia inquit. Videtur ne tibi nũc recte Protagoras facere: cũ declarare nolit utrum rationem reddere placeat necne. Mihi quidẽ non uidetur. Sed iam uel disputet/ uel disputare nolle se dicat: ut huic quidem hçc adscribamus. Socrates autẽ cũ alio quo uis disserat uel alius quicunq; uult cum alio quopiã. Protagoras tunc ut uisus est mihi uerecũdia motus propter Alcibiadis orationẽ/ Calliçq; & aliorum prçsentiũ preces/ uix tandem ad disserẽdum descendit: iussitq; Socratem ipsum interrogare/ se respondere pollicitus O Protagora inq̃ ne me te cum ob aliud disserere putes/ nisi quia quæ passim dubito/ discutere uelim. Arbitror enim aut abs te illud ab Homero dictum fuisse. Si duo simul congrediamur/ alter altero magis ĩtellexerit. Sagaciores nãq; sumus cuncti ad quodlibet opus/ uerbum & sensum inuestigandum. Si quis autẽ solus. quippiã cogitat mox passim perquirit aliquẽ qui cũ cõmunicet. approbet/ quoad inueniat. Quãobrem ipse nũc tecum libentius q̃ cum alio quouis disputo/ existimans te optime omnium diiudicaturum: & de aliis omnibus quæ ad probi uiri iudicium spectant: & de his maxime quæ ipse querebã uidelicet de uirtute. Nam quem melius q̃ te id facturum sperẽ. Nẽpe pleriq; alii probi quidẽ ipsi sunt/ sed alios tales efficere nequeunt. Tu autem non modo uirtute prçditum esse te ducis/ uerũ et cçteros homines eadem hornaturum te polliceris. Atq; adeo tuo ingenio cõfisus es/ ut cçteris omnibus dissimulantibus solus ipse artem hanc profitearis/ teq; palam per oẽs Grçcos sophistã quasi publico quodam preconio prçdices: doctrinç morũq; magistrum: & primus mercedem artificii istius exposcas. Quid igitur obstat/ quid ipse prç cçteris ad harum rerum iudicium sis aduocãdus? interrogandusq;: & tecum cõmunicanda sint omnia? nihil penitus obstat. Atq; & ipse nũc illa de q̃bus primo interrogaui cupio rursus/ partim abs te mihi in mentẽ reduci/ partim cõi iudicio discuti/ erat aũt talis/ ut arbitror/ quçstio. utrũ sapiẽtia tẽperãtia: fortitudo. iustitia. sanctitas ĩ quinq; nomina eiusdem rei sint: an unicuiq; horũ nominũ subsit propria quçdam essentia: & res quedã uim propriam habens: adeo ut non sit unum quale est aliud. Dixisti tunc nequaq̃ unius rei esse hçc nomina: sed singula nomina rebus singulis adhiberi. Quinẽt partes omnes has esse uirtutis/ haud sane perinde ut auri partes inter se totiusq; consimiles: sed ut uultus ptes inuicem totiusq; dissimiles propriisq; discretas potentiis. Si hçc iterum ut supra confirmas. exprime. Sin aliter modo sentis hoc discerne. Equidem tibi nihil in sermonibus imputabo: si nũc aliter dicas. Neq; enim mirarer. si illa tunc Socrates tentandi gratia dixeris. PRO. Hçc omnia partes uirtutis esse dico: ex quibus quattuor satis inuicẽ consimiles sunt. Fortitudo aũt longe ab aliis differt: q aũt uere loquar hunc in modum cognosces. Reperies nonnullos homines iniustissimos. prophanissimos: intemperatissimos. impitissimos: qui tamen cçteris fortitudine prestant. SO. Attende amabo. considerãdũ est quod dicis. Vtrũ fortes/ audentes uocas/ an alios quosdã? PRO. Imo et ad ea præcipites/ a quibus plurimi deterrentur. SO. age itaq;. uirtutem honestum quiddã & pulchrum asseris: eamq; ut pulchrum aliquid doces? PRO. pulcherrimum equidem nisi forte insanio. SO. Vtrũ huius q̃dam turpe est/ quiddam pulchrum? an pulchrum totum? PRO. totũ q̃maxime esse potest pulchrum. SO. Scis ne qui audacter in puteis natant? PRO. Immo uero. Natatores enim. SO. Vtrũ quia natare sciunt/ an ob aliud? PRO. Quia natare sciunt. SO. qui nam ex equis maxime pugnare audent? utrum equites/ an equestris industriæ rudes? PRO. Equites. SO. Qui nam clippeis audacter pugnãt? Clippiferi ne? an alii? PRO. Isti quidẽ & in cæteris omnibus si istud quçris audaciores sunt qui sciũt q̃ qui nesciunt: iideq; homines postq̃ didicerunt/ audent uehemẽtius q̃ cum ignorabãt. SO. Vidisti umq̃ aliquos horum ignaros oĩum ad hçc oĩa tamẽ audentes? PRO. Vidi eqdẽ & audaces maxime. SO. Numquid audaces isti fortes sunt? PRO. Turpe quiddam esset fortitudo quando quidẽ audaces isti furiosi sunt. SO. an non dicis fortes audaces ipsos esse? PRO. dixi equidem & dico. SO. nonne isti qui sic audent: fortes quidem minime sed furentes apparent? Et supra rursus sapientissimi illi audentissimi nobis apparuerũt. Et quia audẽtissimi ideo & fortissimi. Atq; ita s̃m hãc rationem sapiẽtia ipsa fortitudo esset. PRO. haud satis recordaris o Socrates quç dixi supra

Qui ueri disputatores sunt.

ſupra tibiq; rñdi. Equidem interrogatus abs te. Vtrũ fortes uiri audentes eẽnt/cõſenſi. Vtrũ uero
& audentes fortes eſſent/nõ quęſiuiſti. Quod ſi nunc interrogaſſes/rñdiſſem utiq; non oẽs: ꝙ uero
fortes audentes non ſint a me conceſſum nũq̃ monſtraſſes quia nõ recte cõceſſiſſem. Proinde ſciẽ-
tes homines oſtẽdis ignorantibus ſeipſis & aliis audaciores eſſe: & iccirco idem eſſe ſapiẽtiã & for-
titudinem arbitraris. Eadem ratione ꝓcedens/robur quoq; ſapientiã eſſe duceres. Nam ſi a me
ſimiliter in hunc modũ quæſiſſes/utrum robuſti homines potentes ſint/ aſſeruiſſem utiq;. Deinde
utrum paleſtrę periti ad certandũ potentiores ſint q̃ ignari & ipſi poſtq̃ didicerunt ſeipſis dũ igno
rabant. Hoc iterum admiſiſſem. Hęc me confitente licuiſſet tibi argumentis iiſdem coniicienti di
cere: per cõceſſionẽ meã ſapientiã robur exiſtere. Ego autem nuſq̃ in preſentia potentes homines
robuſtos eſſe confiteor. Robuſtos tamen potentes eſſe autumo. Non idem eſſe robur & potẽtiam
arbitror. Nam & a ſcientia & ab inſania & ab ira poteſt potentia prouenirẽ. Robur autem a natura
dũtaxat. Et debita corporum nutritiõe ꝓcedit. Similiter & in illis nequaq̃ idem eſſe cenſendũ for-
titudinẽ & audaciã. Quapp contingit/fortes quidẽ audentes eẽ: non tamen audentes oẽs eſſe for/
tes. Audacia enim ab arte hoĩbus ab ira/ab inſania datur queadmodũ de potentia diximus. Forti
tudo aũt a natura debitaq; educatione ꝓuenit animoꝝ. SO. Dicis ne o Protagora/alios homines
bene/male alios uiuere? PRO. dico equidẽ. SO. Nunqd bene uiuere homo tibi uidet/ſi cum mole
ſtia/doloreq; uiuat? PRO. minime. SO. Sin aũt uſq; ad uite finem iocũde qs uixerit/bene uixiſſe di-
cẽdus? PRO. Certe. SO. Ergo iocũde uiuere bonũ/moleſte malũ. PRO. Si mõ honeſtis fuerit de-
lectatus. SO. Nunqd ipſe Protagora queadmodũ alii multi iocunda q̃dã mala uocas triſtia bona?
Sic aũt interrogo/utrũ in quãtũ iocunda ſunt/in tantũ nõ bona nõ ſiquid ab illis prouenit aliud rur
ſuſq; utrũ ſimiliter triſtia non ex eo ꝙ triſtia mala. PRO. Ignoro Socrates utrũ ita ſimpliciter ut in
terrogas/reſpondere me deceat/iocunda omnia bona eſſe/triſtia mala. Sed tutius mihi fore uide/
tur non ſolum ad pręſentem queſtiõem, uerum etiam ad omnem uitę meę ratõem ut reſpõdeam
eſſe iocunda quędam non bona: & triſtia quędã non mala. Eſſe rurſus & neutra: quæ/neq; bona ſint
neq; mala. SO. nũ iocunda uocas ea quæ uel uoluptatis ꝑticipa ſunt/uel efficiũt uoluptatẽ? PRO.
prorſus. SO: Quęro igitur hoc utrũ ex eo ꝙ iocunda ſunt/nõ bona ſint. Vtrũ uidelicet ipſa uolu-
ptas ſit non bonum. PRO. ut ipſe ubiq; dicis o Socrates hoc cõſideremus: & ſi ad rẽ cõducere hęc
conſideratio uideatur/idẽq; iocundum bonũq; appareat concedemus. Sin minus? tunc iam dubi-
tantes obiiciemus. SO. Vtrum igit ipſe diſputationis dux eẽ uis? an me ducere iubes? PRO. Equũ
eſt te eſſe ducem Tu nãq; cępiſti. SO. Hoc modo forſitan quod quærimus patefiet: Queadmodũ
ſiqs ad dinoſcendum hominis ſanitatẽ uel aliũ corporis habitũ atq; opus uultũ eius & manus ex-
tremas contẽplatus adiiciat/age iam pectus mihi dorſumq; nuda/ ut clarius iſpiciam. Ita nũc ego
idẽ ad iudiciũ id reqro. Nam cum affectum tuũ erga bonũ & uoluptatẽ ex tuis uerbis agnouerim
tale aliquid mihi expedit dicere. Age Protagora & in hoc tu mentẽ aperias: quid dę ſcia ſentis. nũ/
quid idem tibi quod aliis/an aliud placet? plurimi ſane de hoc ſcientia iudicant/ꝙ neq; robuſtũ ali-
qd ſit/neq; ducat/neq; etiam dominet. Neq; enim de ipſa ut de duce & principe cogitant: im mo
ſępe homini ꝑſente ſcientia/non ipſam dominari exiſtimant: ſed aliud aliqd/tũ iram/tum uolupta
tem/alias dolorem alias & amorẽ: & ſæpe formidinẽ. Atq; ita de ſcientia cogitãt/quaſi de mãcipio
quodam ab aliis oĩbus undiq; tracto: nunquid & tu idem ſentis? an potius pręclarũ quiddã ſcien-
tiam & hominis principẽ arbitrariis ita ut ſiqs bona malaue diſcernat/ nunq̃ ab alio inducatur ad
aliud q̃ ſcientia iubet agendum? ſed ſufficiens ſit hominis adiutrix ꝑſidiumq; prudentia. PRO. Vi
detur mihi quod dicis o Socrates. Nã ſi cuiq̃ hominũ turpe eſt negare ſapientiam ſciamq; omniũ
rerũ humanarũ eſſe potentiſſimũ/mihi certe turpiſſimũ. SO. pręclare nimiũ uereq; loqueris: ſed
cum noſti multos mihi & tibi non credere? Aiunt porro pleroſq; bonoꝝ conſcios/cũ bona agere
liceat agere illa nolle/ſed alia. Et quotcunq; rogaui quæ huius rei ſit cã/ferunt homines uoluptate
uel dolore/uel aliquo alio illorũ quæ ſupra rettulimus ſuperatos/hæc agere. PRO: alia quoq; mul/
ta ſunt o Socrates in quibus homines errãt. SO. age itaq; una mecũ conare hominibus pſuadere a
docereq;: illos quæ nã hæc ſit paſſio/ꝙ aiunt ſe a uoluptatibus ſuperari: & hãc ob cãm q̃ cognoſcũt
bona/non facere. Forte nãq; dicentibus nobis illos errare/ſtatim obiicerẽt o Protagora atq; Socra
tes ſi non eſt paſſio hæc uinci a uoluptatibus: quæ nã eſt alia? quã dicitis uos? exponite. PRO. quid
uero nos ad multorũ opinionẽ attẽdere decet: q utcũq; cõtingit loquunt? SO. conducturũ uobis
hoc arbitror ad inueniẽdũ qũo ad cęteras uirtutis partes fortitudo ſe habeat: quare ſi in ſuperiori
cõuẽtione ſtãdũ cenſes/ut uidelicet ego ducã/qua maxime inueniri poſſe quod querimus arbitror
ſequere. Sin minus hoc & dimitti mauis. Mitto. PRO. probe loqueris: perge igitur ut cępiſti. SO.
Si iterum a nobis ſciſcitarentur/qd iſtud uos eẽ dicitis/quod nos uinci a uoluptatibus dicebamus?
ſic ego ad illos. Audite iam: ego & Protagoras uobis iſtud declarare conabimur. Nunquid perin/
de hoc fieri dicitis/ut ſæpe contingit homines ciborum poculorũq; & uenereorũ uoluptate pel-
lectos uictoſq; adſciſcere illa/ẽt ſi mala eſſe cognoſcant? aſſentirentur illi. Tunc uos ita. Mala uero

illa cur dicitis? Vtrũ quia uoluptatẽ hanc pręsentẽ prebẽt/ & suauitate deliniunt? An quia in posterũ morbos/inopiam/& alia multa generis huius adducunt? An ẽt si nihil tale in posterum inferũt: tãtũq; delectant/nihilominus mala sunt/ex eo quod cognoscẽtẽ hominẽ delectãt? putamus ne eos o Protagora aliter respõsuros q̃ q nõ pp presentem uoluptatis ipsius illationẽ mala sunt: sed propter morbos & alia q̃ sequunt. PRO. sic uulgus arbitror responsurum. SO. Nonne dum morbos adducunt/dolores inferunt? dũ egestatem dolorẽ? Assentirent ut arbitror. PRO. imo certe. SO. hæc ergo o uiri non ob aliud ut ego & Protagoras arbitramur/mala uobis apparent/ q̃ q in dolores desinunt cęterisq; uoluptatibus priuãt: cõfiterent. PRO. pculdubio. SO. Si cõtra rursus interrogaremus o uiri qui bona iterum tristia esse fatemini: nõne eiusmodi quædã dicitis? ceu exercitationes corporũ: labores militię: medicorũ curatiões: q̃ uel secãdo fiunt uel urendo: uel pharmacis uel inedia/bona dicitis/sed molesta: consentirẽt. PRO. Et hoc. SO. Vtq; hęc ex eo bona uocatis q presentibus doloribus cruciatibusq; cõficiunt. An ob id potius q in posterũ ex his sanitas & bona corporis habitudo patriæ salus/potentię/diuitięq; sequũtur. Ob id ipm dicerent ut existio: PRO. ego quoq; id iudico. SO. an ob aliud hæc bona sunt/ q̃ q in uoluptates desinũt & molestias pellũt? Alium ne finem assignare potestis/ad quẽ respiciẽtes hęc bona uocetis q̃ uoluptates atq; dolores? Nõ possumus ut arbitror responderent. PRO. Sic equidẽ puto. SO. an non uoluptatem ut bonũ sequimini: dolorẽ ut malũ fugitis? cõcederẽt. PRO. profecto. SO. Ergo id malũ existimatis/dolorem scilicet. bonũ uoluptatẽ. quandoqdem & ipsam oblectationẽ tunc sane malã dicitis eẽ/qñ maioribus uoluptatibus priuat/ q̃ prebet. uel qñ uehemẽtiores dolores infert illis quas continet uoluptatibus. Quoniam si ob aliud delectationẽ ipsam/malã appellaretis ad aliũ finẽ respicientes / nobis quoq; monstrare possetis. Sed nequaq̃ poteritis. PRO. Neq; mihi posse uidetur. SO. Similiter quoq; dolorẽ ipm tunc dũtaxat bonũ dicitis/cũ maiores fugat dolores q̃ ĩfert/aut uoluptates molestiis uehemẽtiores ĩducit: qñ'qdẽ si ad aliũ finẽ respiciẽtes/dolorẽ bonũ iudicaretis nobis apire possetis sed nõ poteritis. PRO. Vera narras o Socrates. SO. Si me cõtra ĩterrogaretis o uiri: q̃obrem ubiq; multa de hoc loquor? ignoscite mihi ptinus rñdere/prio nãq; haud facile demõstrari hoc pt quid est quod dicitis a uoluptatibus superari. Deindę demonstrationes omnes in hoc ipso consistunt. Et nũc ẽt retractare licet/si quomodo habetis aliud quod bonũ dicatis q̃ uoluptatẽ: & quod malum aliud q̃ dolorẽ. An sufficit uobis uitam iocunde absq; tristitia ducere. Quod si sufficit neq; dicere potestis aliud bonũ uel malũ/quod non ad hæc tendat / audite quod sequit. Aio equidẽ his ita se habentibus/ridiculum uobis esse sermonem/quando dicitis hominẽ mala cognoscentem eẽ mala/illa nihilominus agere/cum liceat non agere/uoluptatibus tractum atq; perculsum. Atq; iterum quando dicitis/hominẽ bonorum conscium/agere nolle pręsenti uoluptate detentum. Hæc autẽ ridicula esse patebit: nisi multis utamur nominibus. Iocundo. Tristi: bono ac malo. Sed postq̃ duo hæc eẽ apparuerunt/duobus ipsa noĩbus appellamus primũ qdẽ bono ac malo: postea iocũdo ac tristi: his positis ita dicamus: cognoscentẽ hoĩem mala eẽ mala/illa nihilomin⁹ agere. Siqs ãt q̃rat q̃obrẽ? qa uidelicet uictus rñdebimus. A quo? q̃ret ille: nobis ãt nõ licebit ulterius a uoluptate uictũ dicere. Aliud.n. nomẽ uoluptatis loco suscepit. bonũ. Iõ rñdebimus illi uictũ a bono. Tũc si ille q nos ĩterrogat cõtũeliosus forte uir sit ridebit nos/atq; dicet/ q̃ absurdũ ẽ q dicitis? Si facit qs mala: sciens mala eẽ cũ nõ oporteat facere uictus a bonis: an bõa hæc digna sunt/ut mala uicãt uel non digna? Non digna dicemus: neq;.n. aberrasset ille quẽ dicimus a uoluptatibus superatũ. Ad hæc ille quãobrẽ bona indigna sunt ut mala uincãt/uel mala/ut bona? nunqd ob aliud/ q̃ cũ hæc maiora sunt/illa minora: uel plura hæc/illa pauciora. Nõ habebimus pręter hãc cãm aliquã. Addeille Cõstat iã q supari hoc dicit/loco exiguorũ bonorũ/maiora mala suscipe. Hæc itaq; sic se habeãt. Mutemus igit hæc nomina accipiamusq; ad eadẽ iocundũ ac triste/dicentes hominẽ agere /tunc diximus mala/dicamus nunc tristia/scientẽ tristia esse a uoluptariis superatũ: talibus.s. ut uictoria sint indigna. Quæ uero alia inest ad dolorẽ indignitas uoluptati q̃ excessus inter se atq; defectus? hoc est cũ inter se hæc maiora minoraue fiunt: plura itẽ & pauciora/uehementioraq;/& remissiora. Siqs aũt dixerit. At multũ differt o Socrates uoluptas presens a futura uoluptate atq; molestia: dicam equidẽ/nũ alio quopiã q̃ uoluptate atq; molestia? haud sane alio potest. Sed pinde est ac si uir peritus poderũ collectis uoluptariis collectisq; tristibus/eminusq;: & cominus/ lancibus supponere/ diceretq; utra sint plura. Si enim uoluptaria cũ uoluptariis libres/maiora semp & plura sunt eligenda: sin aũt tristibus/tristia cõpares/pauciora atq; minora: sin iocũda cũ tristibus: & tristia a uoluptariis excedant/siue ppinqua/remotis/siue remota ppinquis/ratio illa est eligenda in qua hæc insunt q si iocũda a tristibus excedant/minime. an aliter se res habet o uiri? scio equidẽ nihil afferre eos aliud posse. PRO. Idem & ipse arbitror. SO. Postq̃ uero ita se id hẽt/illos hũc in modũ interrogabo. Apparent oculis uestris eędem moles/cominus maiores minores eminus? ita respondebunt. Et crassa & multa similiter? & equales uoces/prope maiores longe uero minores? Consentient: si in hoc bene agere & felicitas nostra consisteret/hoc est in magnis molibus fabricandis accipiendisq; par/

 uisq;

uisq; uitandis q̃ nã nobis potissima uitæ salus esset? nũ ars dimetiẽdi? an apparentis potẽtia? Immo potentia hæc nos deciperet & errore confundens sæpe nos cogeret eadẽ alias aliter iudicare: atq; adsciscere. In actionibusq; & electionibus magnorũ ac paruorũ sepius penitere. Dimetiendi uero facultas apparens hoc abrogaret refelleretq; ueritatemq; aperiens animo quietẽ daret in ueritate manenti: atq; ita uitã seruare. Consentirent ne hoies ad hæc dimetientẽ artẽ seruare nos/an aliã? PRO. hãc ipsam. SO. quid porro? si in ipsa paris ĩparisue electione salus uitæ consisteret: qñ quod plus est recte eligi oporteret: & qñ quod minus/uel ipsum ad seipsum/uel aliud forte ad aliud/ siue prope seu ꝓcul sit: quid potissimũ nostrã uitã seruaret? nõne scientia? Et nõ metiendi qdẽ cũ excessus: atq; defectus ars hæc sit. Cũ uero paris & ĩparis habenda ratio sit/nõ alia q̃ numerandi sciẽtia. Cõcederẽt homines hæc? An non? PRO. Absq; controuersia consentirent. SO. Postq̃ uero salus uitæ apparuit in recta uoluptatis & doloris electione cõsistere quoad plura & pauciora / maiora & minora/propinquiora & remotiora pertinet: nonne dimetiẽdi primo facultas excessus: atq; defectus æqualitatisq; mutuæ consideratrix. PRO. Necesse est. SO. Qm̃ uero metiendi facultas est / necesse est/ut ars & scientia sit. PRO. Admittent. SO. Quæ uero potissimũ hæc scia sit/alias considerabimus. Sufficit in præsentia sciam esse q̃tũ ad eã spectat r̃nsionem: quã ego & Protagoras uestræ eramus questioni daturi. Hæc si recordamini erat quęstio. Nos quidem consensimus nihil scientia potẽtius esse: immo semper ubicũq; adest uoluptati cũctisq; aliis dominari. Tunc uos obiiecistis uoluptatem sępenumero scienti homini dominari. Quod cũ uobis nequaq̃ daremus: statim uos ita rogastis o Protagora atq; Socrates: si hoc non est a uoluptatibus superari: sed aliud quiddam/declarate uos quid istud. Si illico uobis respondissemus inscitiam esse nos protinus risissetis: Nunc autẽ si nos derideris: uos quoq; ipsos irridebitis. Ipsi enim uos pauloante confessi estis defectu sciẽ aberrare illos qui in uoluptatum & dolorum electione relinquũt. Ea uero bona sunt & mala: neq; defectu sciẽtiæ tãtum dixistis/sed ulterius addidistis/defectu scilicet sciẽ metiendi. Actio autẽ aberrans absq; scia ut & uos nõ latet/ab inscitia ꝓuenit quapp quod dici solet a uoluptatibus supari extrema inscitia est. Quã ueluti morbũ Protagoras hic & Prodicus & Hippias curaturos se q̃si medicos ꝓfitentur: Vos aũt quia aliud quiddã esse hoc q̃ inscitiã opinamini: neq; uos ipsos/neq; filios uestros hisce sophistis rerum harum doctoribus curandos traditis/quasi uirtus doceri non possit. Sed cũ pecuniis indulgeatis nimium neq; mercedẽ his preceptoribus offeratis priuatim publiceq; delinquitis. Hæc plane uulgo respõdissemus. Nũc aũt uos etiã o Prodice atq; Hippia una cũ Protagora hoc pcõtor/cõis enim uobis hic sermo/nũquid uera uobis loqui uidear an falsa? Vera admodũ dicta esse superiora/uisum est oĩbus. Cõceditis igitur inq̃/quod iocundũ est/esse bonum/quod triste: malum. Distinctionem uero illam nominum/quã Prodicus hic inducere solet/reiicio eiusq; requiro iudiciũ. Siue enim uoluptariũ/siue delectabile: seu lætum: seu quomodocũq; aliter nomines optime Prodice hoc mihi nunc ad quod uolo/respondeas. Subridẽs Prodicus assensus est: & alii pariter consenserunt. Tũ ego quid ad hoc o uiri? actiones oẽs quæ adiocunde & sine molestia uiuendũ tendũt nõne honeste & utiles? honestumq; opus/bonũ & utile? Adnuerũt. Si ergo iocũdum ipsum bonum est/nemo/uel sciens/uel existimans alia meliora esse his quæ fecit/ac potest: deinde hæc agit dũ meliora potest. Quod uero dicit ab affectibus superari/nihil est aliud q̃ inscitia. Et quod affectibus dominari/sapiẽtia: placuit oĩbus: quid uero inscitiã nõne tale quiddã dicitis: qñ quis falsa opinione decipitur circa res plurimi faciendas? hoc quoq; dederunt. Nemo uero libẽs ad mala descẽdit/uel ad illa quæ mala existimat. Neq; hoc ut uidet natura hominis inest/ut ad ea q̃ censet mala loco bonorum declinare uelit. Et cum e duobus malis alterũ eligere cogitur nemo quod peius eligit/dum licet quod est minus malũ eligere. Hæc oĩa cũctis nobis rata habenda uisa sunt. Quid inq̃ timorem ac terrorem uocatis. Nunquid quod ego erga te dico. Prodice? expectationẽ porro quãdam mali/siue timorem: seu terrorem dicatis ipse uoco. Visum est Protagoræ atq; Hippiæ timorẽ ac terrorem hoc esse. Prodico aũt timorem quidem esse hoc/terrorẽ uero minime. Nihil id refert inq̃ o Prodice sed istud si uera sunt supradicta. Volet ne aliquis ad illa ꝓficisci quæ metuit/dũ licebit ad ea quæ minime timet? An fieri neqt secũdum ea quæ iã concessimus? nã quę quis metuit/cõstitit q; male esse putat: quodq; nullus sponte ad illa descendit & accipit quæ mala existimat: hęc quoq; omnibus placuerunt. His ita suppositis o Prodice inq̃ & Hippias primam eius responsionẽ Protagoras coram uobis tanq̃ ueram defendat. Immo uero nũc nõ primam. Inquit enim primo ex quinq; uirtutis partibus: nullam talem esse/qualis est alia: & unãquãq; propriam habere potentiam/non hoc exigo nũc: sed quod postea dixit. Inquit enim in sequentibus quattuor uirtutis ptes satis inuicem propinquas esse. Vnam uero illarum scilicet fortitudinem a reliquis longe differre. Quod inde coniici posse dicebat/q; plerique inuenirentur fortissimi uiri: qui tamen profanissimi: iniustissimi: intẽperatissimi: & insipiẽtissimi essent: ex quo patere uolebat fortitudinem ab oĩbus aliis uirtutis partibus plurimum differre. Cuius ego responsum statim uehementer sum admiratus. multoq; etiam magis postq̃ uobiscum hęc tractaui. Quare ab illo sciscitatus sum utrum fortes au-

Prouerbiũ a uoluptatibus supari extrema ĩscitia est.

Quid ĩscitia:

daces uocaret Ille uero præcipites insuper addidit. Recordaris Protagora hæc te rñdisse. PRO. Recordor. SO. Dic obsecro nobis ad qd præcipites homines fortes nũcupas? An ad ea/quę timidi aggrediuntur? PRO. Non. SO. ergo ad alia. PRO. nempe. SO. utrum timidi audenda aggrediuntur. Metuenda fortes. PRO. ita fertur o Socrates. SO. Vera narras. Veꝝ nõ hoc requiro: immo uero tu ad qd precipites fortes appellas? nũ ad mala scientes esse mala pernitiosaq; uel ad ea q̃ talia non sunt. PRO. Impossibile hoc esse abs te superioribus rationibus est ostensum. SO. Et in hoc quoq; uere loqueris. Quãobrem si hoc recte est demonstratum/ea quæ mala pernitiosaq; iudicat nullus aggreditur: quãdoquidẽ constitit inscitiam esse quod dicit ab affectibus superari. PRO. plane. SO. enimuero oẽs inuadũt illa quæ audẽt/tam timidi q̃ fortes. Atq; hac rõne eadẽ & timidi & fortes aggrediuntur. PRO. Immo contrario oĩno sunt o Socrates ea ad quæ fortes & timidi pficiscunt. Nã ad bellum quidem ire hi uolunt/illi uero nolunt. SO. Vtrum ire honestum an turpe? PRO. Honestũ. SO. Nõne si honestum/etiam bonum esse supra consensimus? Omnes enim actiones honestas & pulchras/etiã bonas esse conuenimus. PRO. Vera loqueris: & mihi quidẽ semper ita uidet. SO. probe. Verum quos nã dicis in preliũ ire nolle/cum iret id pulchrum bonumq; sit? PRO. Timidos. SO. Nõne si pulchrum & bonum/etiã est iocundũ? PRO. concessum est. SO. nũ quid cognoscentes timidi ad pulchrum/melius & iocundius pficisci nolunt? PRO. At uero si hoc admittimus superiores cõuentiones peruertimus. SO. Quid porro? Vir fortis nonne ad id quod pulchrum melius iocundiusq; est tendit? PRO. necesse est confiteri. SO. omnino igitur fortes uiri. Neq; turpiter/metuunt si quando/metuunt neq; turpiter audent. PRO. ita est. SO. Si nõ turpiter/honeste & pulchre. PRO. certe. SO. Sin honeste etiã bene. PRO. utiq;. SO. nonne & timidi & feroces & furiosi cõtra turpiter audent & metuunt turpiter? PRO. Et istud. SO. Cur autẽ turpiter & male audẽt/nisi pter ignorantiam & inscitiã? PRO. Ob hanc ipsam causam. SO. Quid uocas hoc/quo timidi ipsi timidi sunt. Timiditatem ne/an fortitudinem? PRO. timiditatem. SO. timidi aũt nonne propter metuendorum inscitiam apparuerunt? PRO. sane. SO. propter hanc ergo inscitiã timidi sunt. PRO. nempe. SO. Illud aũt quo timidi sunt timiditatem esse asseruisti. PRO. asserui. SO. nõne igitur metuendorum & nõ/metuẽdorum inscitia/timiditas erit. PRO erit. SO. Enimuero cõtraria est fortitudo timiditati. PRO. absq; dubio. SO. an non sapientia metuendoꝝ & nõ metuendorũ eorũdem inscitiæ cõtraria est? PRO. prorsus. SO. horum uero inscitia timiditas. PRO. & maxime quidem. Sapientia igitur/metuendorum/& nõ metuendorũ fortitudo est eorũdem inscitiæ contraria existẽs. Haud ulterius annuit Protagoras/sed siluit. Tũ ego. Quid taces Protagora? cur nõ aut annuis/aut renuis? ipsemet perage inquit. Cõcludam protinus inq̃ si unum hoc dũtaxat interrogauero. Vtrum tibi nũc ẽt ut & supra insipiẽtissimi quidam esse uideãtur qui tamen fortissimi sint. Contendere nimis inquit uideris o Socrates ut ipse respondeã. ergo morẽ tibi geram. Impossibile dico uideri ex his quæ supra concessimus. non ob aliam cãm inq̃ de his omnibus te percontor q̃ ꝙ nosse cupiam qualia sint quæ ad uirtutem ptinẽt/quidue ipsa sit uirtus. Scio equidem hoc declarato statim notum fore & illud quo de ego & tu tot iã uerba consumpsimus: dũ ego quidẽ uirtutẽ doceri posse negatem/tu uero posse asseuerares. Atqui arbitror nostræ disputationis exitum/si hominis instar uocẽ nãcisceret derisurum nos & his atq; huiusmodi correptionibus reprehẽsurum: q̃ absurdi estis o Socrates atq; Protagora. Tu quidẽ ab initio dicebas o Socrates doceri nõ posse uirtutẽ/nũc repugnãte tibiipsi studes/dũ ostẽdere niteris omnia hæc esse sciam iustitiã scilicet/temperantiam/fortitudinem. Qua ratione maxime uirtutem doceri posse constaret. Si enim aliud quiddã esset sciẽtia q̃ uirtus/quod Protagoras asserere supra tẽtabat/plane doceri nõ posset. Nunc autem si uniuersum scientia apparebit: quod ipse iferre conaris o Socrates/mirum erit/si per doctrinã uirtus cõparai non possit. Protagoras autem primo quidẽ doceri uirtutẽ uoluit: nũc contra/admitti uidetur: ut quouis aliud potius q̃ sciẽtia uirtus appareat. Quo pacto minime omniũ doceretur. Equidem o Protagora uidens hæc omnia sursum/deorsumq; grauiter perturbata ut in lucem ueniant/uehementer affecto. Velim autem his inter nos enarratis/quid uirtus est ostẽderemus: rursusq; utrum doceri possit necne monstraremus. Ne sępe nos Epimetheus ille fallat in cõsideratione decipiẽs/quẽadmodũ i distributiõe neglexit ut tu narrabas. Prometheus enim ea in fabula mihi magis q̃ Epimetheus placuit quo utens & uniuersę uitæ meæ puidens/hæc oĩa tracto. Atqui si ipse uelles/ut ab initio dixi libẽtissime de his rebus tecum deliberarem. Tũ Protagoras/studium hoc tuũ inquit o Socrates sermonisq; discursum laudo. Etenim cũ cætera nisi me fallit opinio a me absint uitia/inuidia certe omnium remotissima. Et de te quidẽ multis iã dixi me oĩum quos conuenerim maxime me te admirari: æqualium certe quã maxime. Addo quinetiã nil mirũ mihi fore/si sapientię studio clarus euaseris! Ac de his alias quandocũq; uoles edisseremus. Nunc iam hora est ut me ad alia conferã. Ita inquã agendum est/si tibi uidetur: quandoquidem & ipse iampridem alio abire cogebar ut dixi: uerũtamen ut Caliæ honesto adolescenti morem gererem/persititi. His dictis atq; auditis abiuimus.

PROTAGORÆ FINIS.

¶ Argumentum

❡ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN EVTHYDEMVM.

PLato insignis charitate uir in Euthydemo queadmodũ & sæpe alibi studet animos ad seria natos a uanis sophistarum nugis auertere: ostendens eos uel ubi de rebus grauissimis agit/ludere: spemq; audientiũ ubiq; deludere. Hos aũt & alibi & aliter & hic ita describit/curiosos & uanos in uerborum altercatione certatores/promptosq; ad quoduis dictũ: seu uerum/siue falsum sit/refellendum. Primo quidẽ ostendit q̃ auarũ sit ingeniũ sophistarũ: cum Euthydemus Dionysodorusq; fratres sophystæ/artem militarem/qua gloriant/parati sint mercede docere/quam nullus unq̃ uendidit. Deinde q̃ ambitiosum. Quippe cum iudicialem pitiam una cum militari & utrãq;/una cum sophistica/quæ longissime iter se discere panr simul profiteatur. Tertio q̃ uanũ nempe iam senes a rebus ad uerba/a ueritatis studio ad mendacia sese conferunt. Quarto q̃ contẽnendũ. Breui.n. & ad summã biennio quilibet cauillatoriam hanc assequit facultatem. Quinto q̃ periculosum. Nã cui mirum uideri debet simplices adolescentes fucatis sophistarũ argutus facile irretiri/falsisq; inde opiniõibus pnitiosisq; moribus ĩbui. Quãdo quidẽ & Socrates ipse senex sapientissimusq; fingitur eadẽ esca illaqueatus/admirabundusq; ad sophistarũ gymnasia properare. Adde q; & Socraticus ille demũ q a nullo decipi posse uidet/a sophistis horum nebulonum pręstigiis fingitur esse deceptus. Interea Socrates etiã in senectutę scholas puerorum & ludos musicæ/uerborumq; ridimenta frequentans/nos admonet: primo quidem neqd ad desciplinarum pfectionem uel minimũ contẽnamus deinde ne ut sępe accidit sub rustico quodam uerecundię rubore a disciplinæ studiis arceam. Tertio ut Solonis more tam diu discẽdũ nobis esse censeamus q̃diu uiuendum. Proinde q; sophistæ Socraticam aduersus eos ironiã nunq̃ animaduertũt: imo uero nihil tam magnificũ in eoꝝ laudes adducit/quin facillime credẽt palãq; recipiant: duo nobis declarat, pręcipue: alterũ quidem nihil uanius his nebulonibus reperiri posse alterum uero eos qui ad alios fallendos impensius student nimirum sua ipsorum fallacia facillime falli. Præterea q; præstigiatores eiusmodi uirtutẽ quã pollicent neq; præstãt unq̃: neq; ad ipsam alicubi exhortantur sed ad cõsuetas uerboꝝ cauillationes ubiq; refugiũt: easq; quasi res serias studiis aliis quasi ludis proculdubio anteponunt tria potissimũ nobis significat. Primũ eos qui uirtute ipsi ornati non sunt/eam nũq̃ uel rõne/uel exemplo posse docere. Secundũ homines uerborum nimiũ curiosos/res bonas nunq̃ uel consequi/uel afferre. Tertium eos qui facillime plurima pollicent/minime oĩum promissa seruare. Accedit ad hæc q; Socrates sophistas ad docendã uirtutem allicit discipulorum diuitũ plurimorũq; turba tanq̃ ambitiosos nimiũ & auaros. Sed ibi sub psona Critõis ammonemur/ne temere cuilibet curandũ aĩum cõmittamus. Quod uero Socrates sophistas dũ uirtutẽ pmittunt interim quasi deos obsecrat aperte declarat/ab ipso deo/uirtutem esse petendã: hominesq; uirtute preditos quasi diuinos habendos esse. Item q; illos ob uirtutis studium regibus beatiores existimat/plane significat uirum uirtute præditum primo quidem sui ipsius/deinde & regum esse regem. Docet præterea Socrates in Clinia curãdo quãta cum caritate quãtam curãdæ iuuentuti adhibere diligentiã debeamus. Mox uero sub insolẽtissimorũ sophistarũ pollicitationibus parturiunt montes/nascetur ridiculus mus. Sed & notãda est ibi hyperbolica quædã ad uanos homines deridendos. Socratis ironia. Deinde incõparabilis uanitas nebulonum pro rebus uerba & illa quidẽ ineptissima ubiq; præstantiũ cũq; exhortationẽ ad sapientiam promisetint ad pueriles ineptias relabentiũ: tum Socrates uniuersum sophistaꝝ gymnasium/ait laudũ eẽ uerborum/eosq; rerum naturam omnino latere: atq; artificiosas illorum telas/sola uerborum expositione significationisq; distinctione posse dissolui. Obsecrat deinde facetissima quadã ironia sophistas/ ut post ludos ad seria ueniant/proponitq; formulam quandã ad cuius exemplar exhortationem ad philosophiã ab illis exoptet. In eiusmodi formula felicitatẽ primo quidẽ cõmuni notiõe describit bene uiuere. Deinde hoc ipsum bene uiuere uel in ipsa rerum ad notũ consecutione/uel in recto rerum ipsarum usu probat consistere. Atq; utrinq; per inductiones concludit sapientiam/cum sola & consequatur res ad uotum & utatur recte solam beatos efficere. Ibiq; talis inductionibus ordo conspicitur/ut si per singulas uitæ partes sapientia tum ad uotũ consequitur: tum recte utitur consequentem in uniuersa uita finem uitæ cõmunem summumq; bonum sapiẽtia eadem affert in consecutione pspera rectoq; usu consistens. Inter argumentandum uero præclara fulget sentẽtia sectæ stoicæ fundamẽtum externa uidelicet & corporea esse in differentia potius & cõmunia q̃ aut bona/aut mala dicenda. Proprie uero bonam esse sapientiã/malã uero insipientiam. Siquidem per illã bona omnia per hanc omnia mala nobis euadunt. ideoq; sapientiã solã beatos facere posse. q; uero in scientia potestas ad felicitatẽ tota consistat: tria ipsa felicitatis noĩa a priscis Græcoꝝ auctoribus instituta declarãt. s. eudæmonia: eutychia: eupragia. Primũ significat cognitionẽ boni: sm consecutionẽ/tertium uero usum/q̃ oĩa scia nobis pficit. Quã boni sciam Plato & hic/& alibi dicit quodãmõ oẽm eẽ uirtutem. Sapientiã quidẽ esse absoluti diuiniq; boni sciam. Prudẽtiam uero sciẽtiam bonorũ malorũq;

proprie ad hominē ptinentiū. iustitiā quoq; sciam bonorū malorūq; pro meritis distribuendorū fortitudinē autē sciam circa bona & mala audēdi atq; metuēdi. Tēperātiā deniq; sciam circa bona malaq; similiter ad sciscēdi atq; fugiendi. Meminisse prӕcӕteris hic oportet Platonem & hic & sępe alibi innuere sapientiā non tam humano studio cōparari / q̄ purgatis mentibus diuinitus i fundi solere. Quippe cum animus huic coniūctus corpori/ad res penitus a corpore separatas reddatur ineptus & quasi noctua sub nimio diuinorum splendore caliget. Quapropter socratica ad sapientiā adhortatio/non tam ad speculationē ptinet q̄ ad mores. Quibus tandem purgatus aīus sapientiā a deo & sciam prudentiāq; cōsequit̃. Per hęc Socrates dū a sophistis exhortationem ad philosophiam quӕ ē sapiētiӕ studiū exposcere simulat/ipse interim aptissima quadā dissimulatione ad philosophandū mirabiliter adhortatur. Verūtamē nōdū sophistӕ exhortationē uel pro se ipsis uel pro aliis saltem accipiunt. Sed p solitas iterū ineptias reuoluunt̃. Vbi appet q̄ ptinax / uel in uitiis: uel in nugis semp sit ingeniū uel iniq; natum/uel perperam educatū. Inter hӕc animaduerte diligētissime diuinam Platonis sniam: qua iubemur uirtutis sapiētieq; consequēdӕ gratia perpeti nō solum incōmoda: iacturas: labores: & seruitutem: uerū ēt si speremus ex ipsa dissolutione nostri meliores deniq; euasuros/permittere nos illi qui hoc ipsum pmiserit excoriādos liquefaciendosq; ac penitus dissoluendos. Vbi apparet q̄tum animi bonum rebus prӕstet corporeis: & quātum probādi sint ueteres illi fortissimi martyres christianoꝝ: huic illud simile qui animā amat suā i hoc mūdo pdet eam: qui uero hic eam perdiderit/eandē in ętherna uita recipiet. Proinde Socrates sophistarum captiunculas confutans demonstrat contra sophistas facillime posse sophismata retorqueri: prӕsertim quia cogit eos & sibimet repugnare & absurdissima confiteri. His actis rursus simile superiori formulam simulando declarat nihil boni auditores a sophistis accipere/sophistasq; ipsos ueluti per ditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Quoniam uero tria hӕc nomina inter disputandum sapientiā/sciam/prudentiam/sӕpe repetit animaduertendum est/ubi obseruātius loquitur sapientiā definire diuinorum cognitionē/sciam naturalium/prudentiā humanorū. Vbi uero minus obseruanter/scie nomine ad tria hӕc significanda uti solere. Sed ubi liberius singulis pariter pro omnibus uti. Prӕterea duo adducit artium genera/earum scilicet quӕ efficiant opera/ & earum quӕ factis utātur. Et quoniam ars quӕ utitur alterius artis opere/tū finē illi fabricādi pscribit: tum exemplar adhibet operis absoluēdi/non iniuria utentem artem facienti dignitate prӕponimus. Attende hic Platonem tam paruifacere facientē artē/tā magnifacere utentem/ut apertissime uelit siquis uel materias omnes in aurū pro arbitrio possit cōuertere: imo & imortalitatē ipam inter hoies cōparare/nihil sibi uel tantā auri molē uel imortalitatē nisi uti sciuerit profuturā. Attende iterum cōmunē hic oratoriӕ artis abusum sophisticӕ similē prorsus uituperari tanq̄ fascinationis maleficӕ spēm ubiq; ad inficiēdos perturbationibus animos uenefice contēdentē. Simili quadā rōne cōmunem poesis abusum alibi detestatur. Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticā: ne quorundā more dixerim dialecticem: nā dialectica mihi latinius sonat/meminisse oportet logicā apud Platonē significare artem regulas nominū orationū argumentationūq; disponentē dialecticā uero sagacē philosophantis indaginē regulis his utentē ad rationes rerū inuestigandas. Diuinarum prӕsertim a quibus rerum quoq; sequentiū summӕ rōnes accipiunt̃. Ideo dialecticā plerūq; apud Platonē theologiam nobis significare. Nominat ibidem artem regiā atq; ciuilem .s. prudētiā humani generis feliciter gubernādi. Quӕ qdē siue i psona priuata siue publica sit uel una uel multis/ӕque ab ipso tā ciuilis q̄ regia nūcupat̃: huic pfecto tāq̄ regine oēs subigit facultates: q i agendo faciēdoq; uersat̃: quibus ipsa dat leges: ac tanq̄ instrumētis utit̃ & ancillis. Subiicit similiter theologiӕ scias oēs q uersant̃ in speculando: ad quā hӕ ita se habeāt/quēadmodū priuatӕ artes ad regiam. quāobrem Socrates dū in ipsa formula supiori formulӕ rursus cōtinuata facultatē q̄rit ad felicitatē potissimū conducentē/merito dimissis aliis ad regiā theologiāq; confugit. Prӕsertim cū felicitas in optimo reꝝ usu cōsistat: hӕ uero rectissimū/tū speculādi/tū agēdi & faciendi usum afferre oībus p oīa studeant. Idē tradidit in Philӕbo: idē in ultimo legū idem in libris de re. p. ubi ad generis humani felicitatē futurū gubernatorē in theologia primū/deinde in ciuili instruit disciplina asserens diuinā ipsam boni ideā: uix tandē a solo legitimo theologo pcipi. Ac nisi pcepta fuerit: non posset quicq̄/uel priuatim/uel publice recte agi feliciterq; disponi: quāuis āt ita sit. Socrates tamen hic inter adolescētes atq; sophistas mysteria hӕc reuelanda non cēlet. Mos. n socraticus adolescentes exhortatur solum sophistas solū cōfutat/uiros deniq; legittimos docet. Hic ergo sub ironia atq; dissimulatiōe eiusmodi tāgit mysteria/seq; simulat hęsitare: & quasi iter sophistas uertiginosos pati uertiginē Forte uero ambigere ppterea simulat utrū theologia ciuilisq; pstet felicitatē/qa neq; theologiӕ: neq; ciuilis disciplinę absolutā perfectionē humana quadam uia/sed diuina potius inspiratiōe haberi posse sӕpe cōfirmat. Quapp nō iniuria humanis diffisus uiribus / felicitatē in diuinā refert munificētia/in quā & theologiӕ sapiētiā: & ciuilis prudētiam pculdubio rettulit. Eo deniq; pacto hӕc omnia nobis accipiēda sunt: ut humana quidem officia mentes ad felicitatē prepa-

rent prȩcipue sub theologia ciuiliq; disciplina rectissime gubernata. Dei uero ipsius clementissima bonitas/summū hoīs bonum per hęc quasi media ad ipsum cōuersis deniq; largiať. Statueram hic satis honestū argumēto īmo uero cōmentario finem imponere. Verum detinet me adhuc necessaria quęstio: ad quid cōducat frequēs Socratis ironia/quę qdē semp Socratis bona dissimulat: sępe uero bona simulat superborū: & quātum semp Socrati derogat/ tantū sępe supbis arrogat: atq; id quidem locis facetiisq; frequētibus efficit: & sepius ultra fidem. Vt in se quidē deprimēdo audientes reddat modestiores: in supbis uero supra fidei modum extollendis/supbiam reddat oībus deridendam. Profecto qui prȩter modum laudanť a Socrate si non oīno perditi sunt/rubore confusi seipsos emēdant: sinuero iam pditissimi/non ipsi iam/sed psites correptionis eius exēplo tam ridiculam supbię uanitatē cautissime uitāt. Est aūt socratica ironia/res admodum artificiosa: urbana: faceta: uenusta. Tutius ueritati adstipulať odiūq; declinat: dum & pfessionē apte dissimulat & pri⁹ sibi derogat manifeste q̄ uel clam derogare alteri deprehendatur: & qđ maximū est in uitiis corrigendis fugit maledici notā. Per hanc utiq; ppe huius dialogi finem sophisticȩ cauillationis uituperationē in tria colligit capita: primū q pbatissimi quiq; nugas eiusmodi aspernanť. Secūdum q sophismata seipsa cōfundunt. Tertium q uel pueri hęc tanq̄ leuissima biduo assequūtur/mox a sophista descēdit ad rhetorē. Vterq; enim ciuilem uirtutē falso pfiteť/ut scribitur in Gorgia: & sophista quidem philosophi speculationē: rhetor aūt moralem philosophi disciplinā simulat pcul a uero: ostēdit aūt rhetores atq; oratores dum se & philosophos & ciuiles simul pfitenť eē ad utrūq; prius inutiles. Concludit postremo dialogū gemina optimaq; snīa. Altera qdem curādum magis eē/ut bū sint filii q̄ ut sint: atq; ut illos relinquas bonos/potius q̄ illis relinquas bona. Altera uero oīno eē philosophādum quādoqdē philosophia ipsa res est diuina: neq; uel ob falsos eius professores: uel ob mendaces calumniatores dimittendam esse possessionem adeo prȩtiosam.

¶ARGVMENTI FINIS

¶EVTHYDEMVS VEL LITIGIOSVS TRANSLATVS E GRÆCA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONÆ DIALOGI

CRITO SOCRATES EVTHYDEMVS DIONISODORVS CLINIAS CTISIPPVS

CRITO.

Vis nam ille erat o Socrates: qui cum heri ī Lycio disputabas? Nempe turba frequēs circūstabat. Quare licet propius accederem audiendi auidus/nihil tamen aperte pci-
q pere poteram. cum uero in pedes erectus inspicerem / mihi uisus est hospes quidam esse/qui cum disserebas. Quis ille? SO. De quo interrogas Crito. Nō enim unus tantum/sed duo aderant. CRI. tertius ad dextarā tuam sedebat is/cuius nomē audire pcupio. Medi⁹ aūt adolescētulus ille Axioci fili⁹: q mihi uisus ē satis admodū pfecisse. Critobuli qdē nři ferme ęqlis ē. Verū ille aridiori quodā corpis habitu: hęc grādioris spēm prȩseferre vř honesta sane indole atq; egregia. SO. Euthydem⁹ is ē quē q̄ris o Crito. Qui uero ad sinistrā sedebat/Dionysodor⁹ ei⁹ frater: q disputatōis pnceps simul extitit. CRI. neutrū cognosco o Socrates. SO. Noui qdē hi ut uidenť sophiste. CRI. Quenā horū patria est? q̄ sapiētia? SO. Chii sunt ut arbitror patria: Thurios populos petiere. Vñ digressi multos iam ānos his in locis uersanť. Sapiētia uero illorū mirabilis est o Crito. In oīb⁹ certe sapiētissimi: & hacten⁹ ignorabā eqdē pfectos athletas esse: hi enim ad omne certādi gen⁹ potētes sunt: nō quēadmodū Acarnani fratres athlete. illi nāq; corpe tantū ualēt: hi uero corpe primū pugnare maxīe possunt? & eo genere pugnę/quo oīa supanť: sane ad rē militarē instructi sunt plurimū: & quēuis alium mō mercedē exponat/ ad eā rem si renuū uirū reddere pñt. Deinde iudicialem pugnā & ipsi tractare expedireq;: & unūquēq; instruere pñt ad scribēdas cās & orādas. Hactenus qdē harū rerū dūtaxat periti erāt. Nūc autē perfecte athletarū facultati finē imposuerūt. Quod enī deerat certādi genus/nuper assecuti sunt: ut nemo illis ualeat reluctari usq; adeo in uerborū altercatōe fortes euaserūt / pmptiq; ad quoduis dictū seu uerū siue falsum sit: refellendum. Quapropter o Crito his me uiris tradere cogito. pollicenť.n. quēuis alium breui se eorūdem compotem reddituros. CRI. An non te grādior ętas absterret o Socrates? SO. Minime Q đ ętas grandior nō debeat absterrare a disc.plina.
Crito. Est enim quod me soletur: neq; diffidere sinat. Nempe & hi iam senes ut ita dixerim/ huic se facultati quā ego nūc exopto/cōtentiose uidelicet dederūt. Nam ante biēnium eam nōdum callebant. Vnum uero hoc tantū uereor/ne his dedecori sim quēadmodū Cōno Metrobii filio citharistę/qui me etiā nūc fidib⁹ docet: pueri igiť cōdiscipuli me quotidie ridēt & Connū ipsum senum

magiſtrum nuncupant. Ne ergo hoc idem aliquis hoſpitibus his obiiciat/& illi hoc detenti / me re
cuſent/alios quoq; nõnullos o Crito natu grandes mecũ illuc diſcendi gratia ꝓficiſci ſum exhorta-
tus: hic item alius ꝑſuadere conabor. Sed cur nõ & tu uenis? filios tecũ ducens? porro cũ uiderint:
quia ſuperabũt filiorũ quoq; tuorum cõcurſum his quaſi illecebris adducti libẽtius nos erudiẽdos
excipient. CRI. Nihil ꝓhibet Socrates/ſi tibi uidet. Verũ prius quæ illorũ ſapiẽtia ſit enarra/ut qd
percepturi ſimus cognoſcã. SO. haud quaq̃ nunc ante obiiciam/ꝙ non ſatis recorder: quia minus
attenderim: imo & incubui diligẽter & memini: tibiq; a principio cũcta referre conabor. Eqdem
diuina quadam ſorte in gymnaſio ſolus ubi me uidiſti/ſedebã. Iamq; inde diſcedere cogitabã. Sed
ſtatim ſurgẽti mihi ſolitum illud dęmonicũ ſignum obſtitit. Reſtiti itaq; ac paulopoſt ingreſſi ſunt
hi/Euthydemus Dionyſodoruſq; & alii multi cum illis / qui illorũ mihi diſcipuli uidebant. Ingreſſi
aũt in ipſo adopto curſu deambulabant. Neq; dum bis aut ter iter illud exegerãt cũ aduẽtauit Cli-
nias ille/quem ꝓfeciſſe dicis & uere loqueris. Eum ſecuti ſunt amici & alii multi: & adoleſcẽs qdam
Cteſippus Pęanus ingenio quidem bonus & pulcher/ſed ipſa iuuẽtute laſciuior. Intuitus me ab in/
greſſu Clinias ſedentẽ ſolum cõtra uenit: & ad dexterã meam ſedit ut & ipſe ais. Cum uero eũ Dio/
nyſodorus Euthydemuſq; uidiſſent primũ qdem nouis adſtantes inuicẽ diſſerebãt: hinc atq; illinc
in nos oculos cõuertentes. Ego enim illos diligẽtiſſime obſeruabã. Deinde ꝓpius accedẽtes / con-
ſederunt. Euthydemus qdem iuxta ipſum adoleſcẽtem. Dionyſodorus aũt iuxta me ad ſiniſtram.
Alii uero utrũq; cõtigit: his igitur cõgratulatus ſum/utpote qui diu illos nõ uideram. Poſt hæc ad
Cliniam cõuerſus inquã. Iſti qdem o Clinia uiri Euthydemus Dionyſodorus non in rebus paruis
ſunt ſed maximis ſapiẽtes. Nam quę ad rem militarẽ pertinent/ſciunt omnia: quot noſſe debet q-
cunq; ſtrenuus dux exercitus eſt futurus: circa acies ordineſq;: & exercitus inſtructiões: & pręlia poſ
ſunt quinetiã cauſidicum quẽuis efficere accuſatoreq; acerrimũ eorum qui iniurias intulerunt: illi
me ita locutum cõtempſerunt: ſeq; inuicem inſpiciẽtes ſubriſere. Atq; inquit Euthydemus / haud
amplius hęc ſerio tractamus o Socrates: ſed his intermittẽdi ſtudii gratia utimur. Quod ego ad-
miratus inquã / q̃ pręclara ſtudia ueſtra ſunt ſi res tante quaſi itermiſſiones quędam iociq; a uobis
habẽtur? Dicite per deos obſecro/quid hoc ueſtrũ tam egregium opus? EV. Virtutem o Socrates
arbitramen faciliime atq; optime omniũ docere poſſe. SO. Proh Iuppiter/ q̃ pretioſam rẽ pollice-
mini? Qua ſorte potiſſimũ lucrum iſtud uobis obtigit? Equidem ita de uobis cogitabam hactenus
ut modo dicebã: quaſi de uiris in re militari pſtantibus; idq; de uobis prędicabam. Meminit enim
cum huc primũ ueniſtis/hoc ſolũmodo fuiſſe profeſſos: ꝙ ſi nunc reuera ſciẽtiam hac adepti eſtis:
eſtote propitii ꝓfecto uos perinde ac deos aduoco: obſecrans ut ſupiora errata mihi nũc ignoſca-
tis. Verum uidete o Euthydeme Dionyſodoreq; utrum uera loquamini. Neq; mirũ uideri debet
ſiquis rei iſtius quã pollicemini magnitudinẽ ęſtimans difficile credat. EV. Certe ſcito ita eẽ o So-
crates. SO. beatiores equidem uos ob cuius rei poſſeſſionem q̃ ob regnum ſuum magnum regem
exiſtimo. Verum dicite quęſo/utrum oſtẽdere hanc ſapiẽtiam cogitetis: an aliter uobis ſit conſul-
tum. EV. ad hoc ipſum o Socrates uenimus tanq̃ demõſtraturi atq; docturi/ ſiquis diſcere cupiat.
SO. Atqui ꝙ uolent oẽs quicũq; carent/ipſe uobis quaſi ſponſor affirmo. Ego quidem primo: de-
inde etiã Clinias hic: prętereã Cteſippus ipſe: aliiq; pſites. Oſtẽdi enim illis Clinię ipſius amicos: q
nos iam circũſtabant. Cteſippus forte ꝓcul a Clinia ſedebat. Cũ uero Euthydemus inter diſputan
dum ad anteriora ꝓcedens Clinię inter nos medio ſeſe opponeret: & Cteſippo eius ĩpediret aſpe-
ctum: ſurrexit Cteſippus & primꝰ e cõſpectu noſtrũ ſtetit: ut & uideret amicũ & diſputãtes audiret.
Similiter & alii hũc ſecuti nobis ꝓrinus adſtiterũt: tam Clinię amici q̃ Euthydemi & Dionyſodori
comites: hos ego oẽs digito ſignãs Euthydemo pollicitus ſum illius fore diſcipulos. Cteſippꝰ igit
uehemẽter ẽ aſſenſus: nec nõ alii: iuſſerũtq; ſapiẽtię uim oſtẽdere. Tum ego o Euthydeme atq; Dio
nyſodore/his ꝓrſus gratificari uelitis: & mei gratia demõſtrare: plurima qdẽ talia ſunt ut oſtẽdere
illa opus ꝓlixũm ſit futurũ. Id aũt mihi dicite: utrum hoiem dũtaxat iam ꝑſuaſum ꝙ diſcere a uo-
bis oporteat/bonũ efficere uirum poteſtis? An illum p̃terea qui nõ dum fuerit ꝑſuaſus: qa nullo pa/
cto doceri poſſe uirtutẽ putauerit/uel forte uos illius nõ eẽ magiſtros. Nunqd artis eiuſdem opus
eſt homini ſic affecto ꝑſuadere ꝙ & doceri uirtus põt: & ipſi uos eſtis a qbꝰ optime quilibet diſcat:
ſic ne an aliter? Huius eiuſdem inquit Dionyſodorus artis eſt opus o Socrates. Vos itaq; p̃cęteris
inquã hominibus optime ad philoſophię uirtutiſq; curam exhortaremini. Sic arbitramur o Socra
tes. Cętera inquã poſtea oſtẽdetis: hoc uero nũc oſtẽdite: ꝑſuadete quęſo huic adoleſcẽtulo ꝙ phi-
loſophię uirtutiſq; ſtudio totis ſit uiribus incũbẽdum. Mihiq; & his oĩbus morẽ gerite. Porro ado-
leſcẽtulus hic uſq; adeo mihi: & his oĩbus curę eſt: ut eũ in optimũ uirũ euadere ſummope ſtudea-
mus. Eſt aũt Axioci filius ex maiore Alcibiade nati. minoris aũt Alcibiadis q nũc ẽ patruelis. No-
Maior & minor Alcibiades.
men eiꝰ ẽ Clinias. Cui cũ in tenera ętate ſit/ut decet timemꝰ neqs forte nos p̃ueniẽs alio eiꝰ animũ
flectat atq; ĩgnet. Quare uos poportune ueniſtis. Et niſi quid ꝓhibet/pueri huius ꝑiculum facite
nobiſq; pſentibꝰ cũ illo diſſerite. Cum hęc ferme dixiſſem, Euthydemus fortiter nimiũ & audacter
nihil

nihil ait o Socrates prohibet/si modo uelit nobis adolescentulus respondere. Haud insuetum inq̃ illi hoc est:frequenter enim præsentes hi cum eo disputant/deq; multis interrogãt. Quo circa consentaneum est ut respondere nunc audeat. Quę sequũtur o Crito:utinam pro dignitate recensere ualerem. Neq; enim exiguũ opus putandum:ut ualeat quis inextimabilem illam sapientiã enarrare. Quare mihi nũc ut & poetis opus esse uidet musarũ:memorięq; suffragiũ inuocare priusq̃ tantę rei narrationẽ exordiar. Euthydemus hũc in modum ut arbitror est exorsus. Vtri sunt o Clinia hoies qui aliqd discunt?sapientes ne?an ignorãtes? puer autẽ propter quęstionis illius pondus erubuit:& hesitans:oculos in me cõuertit. Ego uero perturbationem illius animaduertens inq̃. Bono animo esto Clinia:& quę tibi uident/uiriliter isti respõde. Forte enim maxime te iuuabit:ita loquẽti mihi Dionysodorus inclinatus ad aurem ac ridens ait:prędico tibi o Socrates qcqd puer respõderit/confutatũ iri. Interim respõderat Clinias/itaq; puerũ mihi admonere nõ licuit. Respõderat autem sapientes esse qui discunt. Ad quẽ Euthydemus. Vocas preceptores aliquos an nõ. Assensus est. An non pręceptores/discentium pceptores sunt?quẽadmodum citharista atq; grãmaticus & tui & cæterorum puerorum præceptores fuerunt/uos aũt discipuli. Consensit. Cũ discebatis/nõdum sciebatis hæc eadẽ q̃ discebatis. Nõdũ. Nũqd eratis sapiẽtes:qñ hæc ignorabatis? Nequaq̃. Si non sapiẽtes:ignorãtes igit. Oĩno. Vos ergo dũ discebatis q̃ ignorabatis ignorãtes discebatis. Annuit adolescẽs. Ex hoc seqt:ut ignorãtes discãt o Clinia:nõ sapiẽtes:ut ipse putabas. Cũ hæc ille dixisset tãq̃ chorus significãte magistro/summo applausu cõclamarũt riserũtq; illi Euthydemi & Dionysodori sectatores. Ac priusq̃ respiraret puer/bene atq; pręclare excipiens sermonẽ Dionysodor9 ait. Quid porro o Clinia? Quãdo aliqua recitat grãmaticus/qui nam pueri illa perdiscunt sapiẽtes ne an ignorantes? Sapientes inquit Clinias. Ergo sapientes discunt non ignorantes. Quare non recte Euthydemo pauloante respondisti. Hic altius exclamarunt riseruntq; illorum astipulatores/Euthydemio Dionysodoriq; sapientiã admirati. Nos aũt quasi stupidi cõticuimus. Cum ergo nos Euthydemus ad hęc stupidos redditos esse cognosceret/ut in maiorem quoq; sui admirationẽ traheret: nõdum dimisit puerum/sed ulterius eum interrogauit. Atq; illorum more qui in choro sunt ad saltãdum promptissimi/duplicẽ circa rem eandem quęstionẽ inuertit: dicens. Vtrum discentes: quæ sciunt/discunt an quæ nesciunt? Tunc Dionysodorus iterum mihi susurrans ad aures. Tale inquit o Socrates ẽ & hoc/quale quod supra fuit illatum: Proh Iuppiter inquã q̃ pręclara: etiam superior nobis uisa est quęstio? Ita semp ait ineuitabiles quęstiones pponimus. Ideoq; uidemini inquã apud discipulos uestros auctoritatẽ habere non mediocrem. Interim Clinias Euthydemo respõdit/eos qui discunt/quę ignorant perdiscere. Statim ille eum quẽadmodum & ante interrogauit. Scis ne ipse litteras? scio. Nõne oẽs? & omnes. Quãdo aliquis recitat:nõne litteras recitat? Concessit. Ergo illa quæ scis recitas:quãdoquidem ipse omnes scis litteras. Admisit & hoc. Nõne discit: quæ quis recenset. Assensus est. An uero ignorãs litteras discis? Minime. Immo sciens disco. Nõne igit quæ scis/discis/siquidem oẽs scis litteras? Annuit. Non recte itaq; respõdisti. Vix aũt dixerat hęc Euthydemus/cum Dionysodorus tanq̃ spheram sermonẽ assumens aduersus adolescentulum hęc intulit. Decipit te Euthydemus o Clinia. Dic mihi. An nõ discere est/scientiam illius accipere: qd quis discit? Admisit Clinias. Scire aũt nunquid aliud est q̃ sciẽtiam ipsam iam habere? Concessit. Nescire igitur est/nõdum habere sciẽtiam. Dedit & hoc. Vtri rem aliquã capiunt? qui habent? An qui nõ habent. Qui non habent. An non confessus es/nesciẽtes homines ex illorum numero esse/qui non habent? Annuit. Discentes igitur ex illorum numero sunt qui capiunt nõ ex eorũ qui habent: probauit. Ergo qui nesciunt o Clinia discunt:non qui sciunt. Post hæc uero tertio iam certamine opugnare Euthydemus adolescentulum properabat. Ego autem succumbentem miseratus ut eũ paulum recrearem/ne forte nimium expauesceret/hunc in modum consolari cœpi. Ne mireris o Clinia/si insueti tibi sermones isti uidentur: forte namq; non percipis quid erga te hospites isti faciãt. Idem profecto faciunt isti quod furentes sacerdotes illi qui corybantes uocãtur/in mysteriis agũt: quando in solio collocant illum quem sacris initiaturi sunt/uariisq; iocis applaudunt: & choreas ducunt. Intelligere hæc te arbitror si modo & ipse initiatus es/ludunt similiter isti nunc & circa te choreas ducunt ac saltant:quasi nunc expiantes te/& postea sacris initiaturi. Itaq; in præsentia existima primas quasdam sacrorum sophisticorum cerimonias celebrari. nam primũ quidem ut iubet Prodicus proprias nominum significationes oportet accipere. Quod & tibi hospites ostẽderunt:circa id quod discere nominatur:cuius proprietatem minime nosti. Vtunt enim uerbo hoc homines ad eum actum significandum/quando aliquis ab initio rei alicuius/scientiam nullam habens/deinde illius scientiam accipit. Vtuntur quinetiam uerbo eodem ad animaduersionẽ illius significandam qui sciẽtiam habẽs/hac ipsa sciẽtia rem eãdem quotiẽs fit uel dicitur:agnoscit. Magis autem pprie cogitare & animaduertere hoc q̃ discere uocant interdum etiam discere: id uero te latuit ut isti monstrarunt. Idem uidelicet nomen contrariis ab hominibus attributũ:sciẽti qdem & nescienti. Simile aũt huius est/& illud quod in secũda quęstione pposuerunt: interrogantes utra

Modus quo corybantes quẽq; sacris initiant.

Prodicus. Primũ pprias nominũ significatiões oportet accipere.

Qui gryphi dicatur ludi. Quia sint inania studia gryphorum.

discant homines/an quę sciunt an quę nesciunt. Hęc omnia ludi quidam in disciplinis sunt. quapropter ludere tecum illos existimo. Ludum aũt hac de causa nuncupo. Quia & siquis multa generis huius uel omnia nouerit/rerum quidem naturas nihilominus intelliget/ludere tamẽ ex ipsa nominũ differẽtia aduersus hoĩes poterit quasi interiecto crure ꝓsternẽs eoꝝ more qui sedere uolentibus furtim subsellia subtrahunt & effusius rident:cũ uident aliquẽ cecidisse supinũ. Hęc igiť & tu pro ludis qbusdam ab his accipe. Deinceps aũt seria tibi hi tractabũt. Ego quoq ab illis quę ꝓmiserũt exposcã: ꝓmiserũt porro se exhortatoriã sapiẽtiam ostẽsuros. Nunc aũt mihi uidenť putasse prius tecum eẽ iocãdum. Satis ergo hactenus o Euthydeme Dionysodoreq uobis sit lusum. Ostẽdite iam qď sequiť. Restat nempe ut ad uirtutis & sapiẽtię studium:hũc adolescẽtulum exhortemini. Verũ primo ipse exemplar quoddam & formulã exhortatõis illius quã postulo uobis ꝑfiniã Quod si rustice & absurde pscribere uideor:ne derideatis obsecro. Nã sapiẽtię uestrę audiendę auiditate pcl/tus ineptias nũc meas ostẽdere uobis audeo. Audite igiť sine risu uos o discipuli. Tu aũt mihi Axioci fili responde. Vtrũ oẽs bene agere:hoc est bene uiuere cupiamus. An forte quęstio hęc ut formidabam ex eoꝝ numero est quę ridicula sunt. Demẽtis enim hoĩs est hæc talia in cõtrouersiam trahere. Nam quis ẽ hominũ qui bene uiuere nõ cupiať CLI. Nemo. SO. Age postq̃ bene uiuere uolumus/quo pacto hoc assequi possumus? Nunqd si bona multa nobis adsint? an ineptior est qui de hoc ambigit. Constat enim ita esse. CLI. Constat sane. SO. Bona uero ex omni rerũ genere quęnã sunt? An forte neq id arduũ ẽ iuẽtu/neq ab elegãti igenio dubitãdũ. Quilibet. n. diceret eẽ bonũ/diuitẽ eẽ. Nõne. CLI. Maxie. SO. an nõ & sanũ eẽ & pulchrũ? cęterisq corpis dotib⁹ frui. CLI. Certe. SO. qn ẽt ignobilitas generis & potentię & honores in sua cuiq ciuitate sunt bona. CLI. Et ista. SO. Quę prętera bona restant? Si dixerimus tẽperantiã:iustitiã:fortitudinẽ esse bona/nunqd recte CLI. Dubitaret forte quispiam. SO. Tu uero q̃d ais? CLI. Bona ꝑfecto dicẽda. SO. Sapiẽtiam uero quo in genere locabimus? bonoꝝ ne? an aliter? CLI. In bonoꝝ genere. SO. uide ne qd bonoꝝ ratione aliqua dignũ prętermittamus. CLI. Mihi sane nullum prętermisisse uidemur. Tunc recor/datus inq̃ uidemur o Clinia maximũ bonoꝝ omniũ postposuisse: quid hoc periit ille: felicitatẽ inq̃ hoc est rerũ consecutionẽ ad uotum/quã uel imperitissimi homines summũ bonũ nuncupãt. Vera loqueris ait. Tunc ego rursus penitẽtia motus/ferme inq̃ risum o Clinia hospitibus cõcitauimus: quãobrem? SO. Quoniam cum felicitatem in superioribus posuerimus: modo iterum eadem de re loquebamur. Quid istud? ridiculum porro quod ante positum est rursus proponere/bisq eadẽ recensere. Qua ratione id ais? Sapientia inq̃ ipsa felicitas est: quod quidem uel puer quiuis intelligat. Quod ille tamen ob puerilem ruditatem admiratus est:sed ego affectũ eius cognoscens/hunc in modum interrogaui. Nõne o Clinia nosti q periti tibicines optime omniũ quicqd ad tibiarum usum ptinet cõsequũtur? Assensus est: & eruditi grãmatici qď ad litteras/tum scribẽdas/tum legẽdas attinet: prsus:sapiẽtes quoq gubernatores optatũ nauigationis portũ prę cęteris assequunť: ita est. Necnon belli dux sapiẽs/quod ad militiã spectat/securius expedit: & cum illo tutius q̃ cum ignorante militabis? absq dubio. Et sapiens medicus adoptatam corporis ualitudinẽ melius q̃ insipiens te pducet:tuq teipsum libentius illi cõmittes. Certe. An ideoq putares felicius & ad uotum sapientię cum illo magis tibi res successuras? Consensit. Sapientia igitur omnibus humanis in rebus/felices nos idest uoti compotes efficit. Neq enim aberrat unq̃ nec fallitur sapientia ulla/sed recte opus peragit atq assequiť:alioquin sapiẽtia nulla esset. Cõuenimus tandem nescio quomodo ita summatim esse dicẽdum/pñte sapiẽtia/haud ulterius felicitatẽ desiderari. His uero cõcessis rur/sus illum pcontatus sum quid de his quę supra cõcessa fuerant/sentiremus. Confessi enim sumus si multa nobis sunt bona/bene beateq nos uiuere: admisit. Num beate uiuimus pp pñtia bona/si nihil psunt nobis/an si psunt? Si psunt ait. An uero cõferũt quicq̃/si habemus illa dutaxat/nec tamen utimur? Veluti si epulas multas poculaq habemus/nec uescimur. nũquid iuuant? nihil prætera si artificibus exposita sint perparataq singula ad ipsum opus perficiendum/ipsi uero nõ utanť/num bene agẽt ꝑpter ipsam dũtaxat possessionẽ eoꝝ quę ad pfectionẽ opis requiruntť? Ceu si fabro pręparata sint instrumẽta omnia lignaq sufficiẽter exposita ipse uero nihil fabriceť/nunqd ipsa possessione iuuabitur? nullo pacto inquit. Quid uero? siquis diuitias & bona quæ diximus oĩa nactus nequaq̃ utatur/nũquid erit ipsa bonoꝝ possessione beatus? Minime o Socrates. Oportet itaq illũ inq̃ qui beatus futurus est nõ solum bona hmõi possidere sed uti. Nihil enim sola possessio iuuat. Vera loqueris. Num possessio ususq bonorum o Clinia ad beate uiuẽdum sufficit? Mihi quidem uideť. Vtrum ita dicis/si modo quis recte utatur/an etiam si non recte? Si recte. Probe loqueris. Longe namq a beatitudine ut arbitror/alienior est qui aliquibus abutitur/q̃ qui dimittit. Illi siquidem mala sunt/hi nec bona sunt/neq mala. Nonne ita dicendum? probauit. Nunquid in effectione & usu circa ligna aliud præter fabrilem scientiam/recte uti singulis efficit? Non aliud. Quinetiam circa uasa conficienda/rectum usum scientia præstat: annuit. Nonne & circa usum bonorum quæ supra rettulimus/diuitiarum sanitatis & formę scientia ipsa dux erat docens recte his uti actioneq

Diffinitio q̃dã felicitatis.

Sapientia felices nos efficit

Oportere felicem non solũ bona possidere;sed uti.

Sola possessio nihil iuuat.

Qui abutitur bonis; is longius ẽ a beatitudine q̃ dimittit.

actioneq; dirigens: protsus: Non solum igitur prosperam rerum consecutionē / sed & bonā actionem ut uidetur in omni possessione actioneq; hominibus scientia prebet. Assensus ē: an est ulla per deos ex possessionibus aliis absq; prudentia sapiētiaq; utilitas? Vter hoꝝ maiorē reportat utilitatē. An qui mente captus est. Multis tamē rebus abundat/multaq; facit? An qui pauca facit & possidet mentis cōpos? Sic aūt considera. Nōne qui pauciora agit rarius errat/minus errans/ min⁹ agit male. Minus male agens/minus est miser: oīno inquit. Quo aūt modo quis pauciora facit nunquid si paup est: an si diues? si pauper. Vtrū si debilis/an si robustus. Si debilis. Vtrū si honoratus/an si abiectus? Si abiectus. Vtrū si fortis & tēperans agit pauciora: an si timidus? Si timidus. Nonne & piger minus efficit q̄ pmptior ad agēdum. Admisit. Et tardus q̄ uelox. hebes ad uisum atq; auditum: q̄ acutus: oīa hęc inter nos cōuenerunt. Tunc uero hūc in modum sermonē superiorē conclusi. Nulla ex his o Clinia quę bona nūcupabamus/ seipsis bona esse uidenť. Immo sic dicēdum cōstat/si illis inscitia pręsit eo deteriora eē q̄ illoꝝ cōtraria/qūo uberius improbo duci adminicula scelerū suppeditare possunt. Sin aūt prudentia & sapiētia his praesideat/tum deniq; meliora. Ipsa uero suapte natura nec bona sunt/nec mala existimatōe aliqua digna. Videť inquit ita esse ut dicis. Quid aliud inq̄ ex antedictis cōcludiť/q̄ nullum alioꝝ bonū esse uel malum. E duobus aūt ipsi/ sapientiā qdem bonū insipientiā uero malum: ꝓbauit. Quę sequūtur insup cōsideremus: postq̄ beati eē affectam⁹ omnes: beati aūt efficimur ut apparuit ex eo ꝙ rebus utimur & recte utimur/rectitudinē uero usus & consecutionis ꝓsperitatē sciētia prebet: cęteris oībus pretermissis omni studio niti quisq; debet ut q̄ sapiētissimus fiat: nōne? Certe. Existimare igiť debet quisq; hoc potius expetēdum a parētibus q̄ multarum pecuniarū hęreditatē: a tutorib⁹ preterea & amicis/tum aliis/tum uel maxime ab illis qui in amore ardentiores eē se pdicāt: siue hospites sint/seu ciues. Quos oportet suppliciter exorare/ut sapientiā suam impTiant: neq; turpe est/neq; abhorrēdum o Clinia cōsequēdę sapientię gratia seruire cuilibet/& honestis obsequiis unicuiq; morē gerere. Idem ne & tu sentis? Idem oīno: probe enim loqui uideris: si modo inq̄ docere sapiētia pōt/neq; sorte hoībus aduenit. Hoc enim insup restat inuestigādum. Neq; dum inter nos id cōstitit. Tum ille docere mihi qdem posse uideť o Socrates: hac ego respōsione delectatus inq̄. O q̄ belle loqueris uiroꝝ optime. Maximo quodam me beneficio affecisti/longa meum indagatione aīum liberans. Ambigebā sane utrum doceri posset necne sapiētia. Nūc uero postq̄ tibi doctrina cōparari posse uideť/ solaq; hęc ex oībus beatum & felicē efficit hoīem/quidnam aliud dixeris agendum nunc q̄ philosophandum. Nunqd & ipse hoc agere cogitas? q̄ maxime inquit fieri pōt o Socrates. Hęc cum libenter audissem exemplar inq̄ o Dionysodore & Euthydeme exhortationis quā expeto / tale ē rudib⁹ plixisq; uerbis uix a me coaggeratū. Vter autem uestrum mauult idem hoc artificiose contexens nobis ostendat. Si hoc non uultis/saltem quod orationi meę deest/deinceps adolescentulo demonstrate: utrum necesse sit omnē scientiam adipisci: uel una quędam potius scientia sit/quā comparare debet quisquis uir bonus est beatusq; futurus. Quęue hęc sciētia sit declarate: nam ut in principio disputationis dixi uehemēter desideramus hunc adolescētulum sapientē bonumq; euadere: hęc equidem tūc edixi o Crito. Ac me ad sequentia attentione animi pręparaui/obseruaturus quale dicendi exordium facerēt: quaue potissimum ratione Cliniam ad sapientię & uirtutis studium exhortarētur. Statim uero qui natu grādior est Dionysodorus primus effari coepit: in quē nos oculos omnes conuertimus: tanq̄ mirificā quādam orationē protinus audituri. Quod & nobis contigit. Mirum nāq; sermonē inceptauit o Crito qui sane dignus est qui abs te audiatur/q̄ belle prouocet ad uirtutem. Dic mihi ait o Socrates uosq; alii/quicūq; adolescentem istum fieri sapientem curatis / utrum iocamini an serio dicitis: atq; id reuera desideratis. Ego igitur arbitratus illos putasse nos ab initio secum fuisse iocatos cū iussimus eos cum adolescentulo disputare/atq; iccirco lusisse & illos nobiscum hactenus neq; seria tractauisse/ confestim dixi q̄ maxime nos & studiosissime exoptare. Tunc ita Dionysodorus. Vide o Socrates neq; nunc asseris aliquando neges. Scio nunq̄ me negaturum. Quid utiq; dicitis? Vultis ne ipsum fieri sapientem? uolumus/quid ni? Vtrum sapiens nunc est Clinias an non? nōdum ait inquā. Est enim minime iactabundus. Vos autem inquit sapientē ne fieri uultis/ ignorantē uero eē nequaq̄? Admisimus. Ergo quod non est fieri ipsum cupitis/quod uero nunc est/haud amplius eē. Quod cum audissem turbatus sum: & ille me turbatum aīaduertens: qm̄ inquit uultis qď nunc est/ non amplius esse uultis ut uideť/hunc interire: At uero q̄ chari habendi sunt huius generis uel amici uel amatores/qui amatos omni cura perdere student? Hęc audiens Ctesippus amati gratia grauiter tulit & indignatus. O Hospes inquit Thurie/nisi dictu rusticius esset/ dixissem utiq; tibi in caput/ ꝙ aduersus me & alios mentiris hac in re: quam uel dictu nefariam duco: ꝙ ego hunc perire uelim. Hic Euthydemus ad Ctesippum conuersus ait: uidetur ne tibi fieri posse ut aliquis mentiatur? per Iouem inquit/ nisi forte insanio. Qui uero mentitur/utrum rem ipsam de qua sermo est dicit/an non dicit? dicit/an non dicit? dicit ait. Si rem ipsam dicit / haud aliud quicq̄ dicit / praeter id quod dicit. Quonam pacto aliter fieri posset / Ctesippus ait? Nunquid una quaedam res est

Qui pauciora agit rarius errat.

Pulcrę uelu ti orōnis scalę

Quę media sūt: talia cua dere qualis ē cōiunctio eorum cū inscitia: uel cū prudentia.

Vnusqsq; expetere debet, sapiam magis q̄ pecuniā.

quã dicit ab aliis rebus diuersa: prorsus. Nõne qui illam dicit/id quod est pfert: Ita. Enimuero qui cunq; quod est quę sunt dicit/uera loquit. Quãobrem Dionysodorus/si quę sunt dicit/uera pdicat: neq; quicq̃ aduersus te mentitur. Ita inquit Ctesippus. Verum qui hęc loquit o Euthideme nõ ea quę sunt/dicit: ad quem Euthydemus/non existẽtia non sunt: nõ ait: nusq̃ uero quę nõ sunt/existẽtia sunt: Nusq̃. Fieri ne põt ut aliqs circa ea q̃ nõ sunt qcq̃ agat: ut illa faciat aliqs/exñtia nusq̃? neq̃q̃ mihi vr Ctesipp? ait. cũ rhetores ad populũ cõcionãt/nihil ne agũt? agũt aliqd. Si agũt ergo & faciũt. Sequit. Ergo ipm dicere/agere est & facere: cõsensit: nullus igit/ non existentia dicit: Faceret nãq; aliquid. Tu uero confessus es impossibile esse ut aliquis non existentia faciat. Quapropter secundum orationem tuam falsa nullus loquitur. Immo uero si loquitur Dionysodorus / uera & existentia loquitur. Sic est Euthydeme Ctesippus ait. Nam existentia quidem quodãmodo dicit/non tamen ita ut se habent dicit. Qui uero istuc ais Ctesippe Dionysodorus inquit? Sunt ne qui res ipsas ut habent se dicant? Sunt certe respondit ille uiri boni pręclari atq; ueridici. Quid porro interrogauit alter/bona nõne bene se habent? Mala cõtra male? probauit. Bonos aũt & pręclaros homines confiteris/res ipsas ita ut se habent/eloqui? Confitebor. Ergo boni uiri o Ctesippe male mala dicunt/siquidem ut sunt enunciant: Maxime per Iouẽ. Et malos hoĩes male/ex quorũ numero ne sis ipse cauebis/si mihi credes ne boni uiri male de te loquant. Tunc Euthydemus adiecit. Nunquid illi & magnos uiros magne: & calidos calide dicũt. Summopere respondit Ctesippus: Et frigidos frigide dicunt: aiuntq; disserere frigide: Tunc Dionysodorus. Conuitiaris Ctesippe ait cõuitiaris. Non p Iouẽ Dionysodore: nam te diligo: imo uero amice te moneo: & psuadere contẽdo: nũq̃ me corã usq; adeo mordere ut dicas uelle me/hos pdi quos carissimos habeo. Ego aũt cũ illos irritari iam inuicẽ acriter psentirẽ: cum Ctesippo iocatus inq̃/decet nos Ctesippe ut mihi uidet ab his hospitibus quę dant accipere/si mõ ipartire quicq̃ uelint. Neq; noĩb? altercari: nam si ita pdere sciũt hoĩes/ut ex malis & imprudẽtib?/ pbos prudẽtesq; efficiant/siue ipsi pditionis talis inuẽtores extiterint/seu ab alio quodã didicerint: ut pro malo hoĩe bonũ restituãt/ patet aũt eos scire. Dixerunt enim artẽ nup sibi cõparatã/qua bonos ex malis hoĩes faciãt: si hoc inquã sciũt/ pmittamus utiq; ut sic adolescẽtulum pdant/modo efficiant sapientẽ: imo ẽt nosipsos illis ita curãdos tradam?. Quod si uos iuniores reformidatis/ego certe uelut homũculus qdam ex caria discrimen hoc subeam: leuius enim in me utpote seniore discrimẽ. Me igit Dionysodoro huic dedo quasi Medeę ex Colchis ut me dissoluat: & si uelit elixet: uel quodcũq; aliud mauult in me moliat/modo optimũ uirum efficiat: Ctesippus quoq; inquit. Ego item o Socrates meipsum hospitũ uolũtati cõmitto: & si me magis ẽt q̃ nunc excoriare uelint/excorient/ si modo pellis mihi mea nõ in utrem cõuertat ut Marsię: sed in uirtutẽ. Atqui putat Dionysodorus hic ipsi me succẽsere. Ego aũt non succenseo qdem: sed aduersus illa dico/quę in me nõ recte is loquit. Tu uero Dionysodore cõtradictionẽ ipsam ne cõuitium nomines. Aliud nãq; est cõtradicere/aliud uero conuitiari. Ad hęc coniecit Dionysodorus. Ita ne tu de cõtradicendo loqueris/quasi sit aliqd cõtradicere. Maxime qdem Ctesippus ait. Tu uero nõ putas esse aliquid cõtradicere? Neq; tu respondit Dionysodorus hoc ostenderes/ cum nunq̃ alterum alteri cõtradicentẽ audiueris. Vera loqueris ait. Sed audiamus in pñtia si tibi demonstro Ctesippum Dionysodoro contradicentẽ: nunqd sermonẽ huiusuis polliceri? Prorsus ait. Sunt ne inquit unicuiq; rerũ sermones rationesq;? sunt. Vt est unaquęq; res? an ut nõ est? ut est. Si recordaris Ctesippe ait/pauloante monstrauimus neminẽ qđ non est dicere. Quod enim nõ est/nullus dicere nobis apparuit. Quid tum? Ctesippus ait. Quid phibet hoc/quominus ego & tu cõtradicamus? Tum alter. Vtrũ cõtradiceremus/si utriq; eiusdẽ rei sermonẽ rõnemue cogitaremus. An potius sic eadẽ loqueremur? cõsensit. An forte cũ neuter rei rõnem pfert/inuicẽ cõtradicimus? uel sic neuter rei ipsius mentionẽ faceret? Id quoq; admisit. Num inquit cum ego rei rõnem pnuntio/tu uero alterius cuiusdam/tunc demũ cõtradicimus? uel potius ego tunc rem dico/tu aũt oĩno nõ dicis. Non dicens aũt dicenti quomodo cõtradiceret? Ad hęc Ctesippus obmutuit. Ego aũt admiratus quę dicebant. Qua inq̃ rõne istud ais Dionysodore. Equidẽ cum sermonẽ hmõi sępenumero ex multis audiuerim/semp admirari soleo: hunc siquidem Protagorę sectatores eisq; ẽt antiquores frequẽter usurpare cõsueuerunt. Mihi uero semp mirabilis uisus est/talisq; eẽ ut & alios & seipsum puertat. Reor autẽ ueritatẽ ipsius me nũ abs te potissimũ auditurũ: num sibi id uult sermo ut falsa dicere ĩpossibile sit: oporteatq; illũ qui loquit uera pferre: uel oĩno nõ loq? asseruit. Vtrũ falsa loq qdẽ ĩpossibile ẽ/opĩari uero/falsa possibile. Neq; opĩari inqt. Ergo nulla ẽ inq̃ falsa opĩo. Nulla prsus. Neq; inscitia insup: neq; hoĩes inscii. An nõ ĩscitia eẽt/si mõ eẽt istud/de rebus. s. falsa sentire? Oĩno. Istud aũt non est inquã. Nõ certe respõdit ille. Confabulandi ne gratia o Dionysodore hęc inducis/ut mirũ aliqd inferas? An reuera tibi uidetur nullus hominũ inscius esse. At ipse inquit refelle? an refelli quicq̃ põt cũ nemo ut asseris mentiat? Non põt Euthydemus ait. Tum Dionysodorus: non iussi igit ut refelleres/nam quo pacto quis quod nõ est iubeat? O Euthydeme inquam scita hęc atq; praeclata haud multum edisco/ sed quasi cursim attingo. forsitan ergo onerosum qd rogabo.

Marsia excoriatus fuit a Phębo cõuersusq; ĩ flumẽ.

gabo. Sed ignosce obsecro. Vide amabo. Si neq̧ mentiri quisq̃ põt: neq̧ opinari falsa: neq̧ inscius esse: nemo etiam dum agit quicq̃ aberrare põt. Nullus enim ab eo ꝙ agit aberrat. Nõne ita dicitis? ita plane: hęc est inq̃ onerosa illa quęstio. Si enim nõ erramus unq̃: neq̧ agendo: neq̧ loquẽdo: neq̧ etiam cogitãdo: quidnam uos huc docturi uenistis? an nõ supra prędicabitis uos prę cæteris omnibus optime uirtutẽ uolenti cuius tradituros. Vsq̧ adeo uanus es o Socrates inquit Dionysodorus/ut quę a principio diximus reminiscaris nũc. Et siquid superiori anno dixerim/nunc quoq̧ sis recordaturus: his autẽ quę in pñtia dicta sunt quomodo utaris nõ habeas? difficiles admodum sermones sunt inq̃: neq̧ iniuria. Nam a uiris sapiẽtibus p̃dicant̃ quãdoquidem & eo qđ nouissime dictum est uti ẽ difficilimũ. Cum enim dicis nõ habere me quomodo utar Dionysodore quid potissimũ uis inferre? an ualet quod nõ habeam/qua rõne pñtem sermonẽ conuincã? nam mihi dicas quid aliud tibi uerbum istud intelligit/q̃ nõ habeo/quomodo sermonibus utar? Aliud ipse ais inqt/hoc ꝙ ualde difficile sit hoc uti. Nempe respõde. Anteq̃ tu respõdeas inq̃ Dionysodore? quid non respõdis ait? An par est inq̃ par. Tum ego qua p̃cipue rõne? an forte ex eo ꝙ ipse ad nos in disserendo sapiẽtissimus aduenisti. Ac nosti qñ respõdendum sit/qñ nõ respõdendum? ideoq̧ nũc respondes nihil ꝙ respõdendum nihil esse cognoscis? Ad hęc ille: Nugaris o Socrates atq̧ respõdere negligis. Sed o bone uir crede mihi: atq̧ respõde: postq̃ sapientẽ esse me cõfiteris: parẽdum omnino: sic enim decet cum tu pręsideas: interroga igitur: Vtrum inquit animã habent quęcũq̧ intelligũt aliqd? an & anima carent? Habent animã. Nosti ne uerbum aliquod animã habens? nullũ eqdem. Cur itaq̧ nuper interrogabas quid mihi uerbũ illud intelligeret? Non ob aliud inq̃/nisi ob ignauiã meam/quę me errare coegit. Vel forsitan nõ erraui: ímo recte locutus sum cum dicerẽ ꝙ uerba intelligunt. Tu uero utrum errasse me dicis/nec ne? si enim nõ erraui/neq̧ tu nũc redargues / sis licet sapiens/neq̧ quomodo sermone utaris habebis. Sinaũt erraui/neq̧ sic qdem recte tu loqueris / qñ dicis errare posse neminẽ. Atq̧ hęc quidem nõ aduersus illa quę anno sup̃iori dicebas nũc adduco. Videt̃ aũt mihi o Dionysodore Euthydemeq̧ sermo hic eodem reuolui: & nũc etiã ut & quondam solebat fieri cum deiecerit cadere. Quod qdem ne ipsi accidat ab arte uestra licet circa accuratiorem sermonũ diligentiam admirabili nõdum uidetur esse prouisum. Hic Ctesippus. Mirabilia dicitis o uiri Thurii siue Chii/seu quorcũq̧ aliud agnomen uendicare lubet. Vobis enim deliramenta & nugę nihil sunt curę. Ego autẽ ueritus ne ad contumelias deueniret̃ Ctesippum rursus sic mitigaui. O Ctesippe eadem tibi nunc dico: quę Clinię quoq̧ dicebam: ꝙ nescis q̃ mirabilis sit horũ hospitum sapiẽtia. Verum noluerunt serio agẽtes nobis illam ostẽdere: sed imitantes Proteũ ęgyptium sophistã prestigiis quibusdam nos fallunt. Nos igitur Menelaum imitemur: neq̧ hos uiros ante mittamus q̃ studia sua nobis aperiant. Arbitror enim pulcherrimũ quiddam uisum iri horũ opus/cum seria tractare cęperint. Quapropter exhortationibus atq̧ uotis supplices exoremus/ut suum nobis studium patefaciãt. Exponẽdum aũt rursus mihi uidetur/qualem studioꝝ ab illis figuram requiro. Conabor igitur inde deinceps continuare sermonẽ ubi supra destitimus. Siquo pacto eos prouocare possim/ut mei misereantur circa grauia contẽdentis: ipsiq̧ deinde rem studiose tractent. Tu uero Clinia mihi memora/ubi nam orationem in superioribus intermisimus: nam ut ego arbitror hic orationẽ abrupimus: cum iam conclusum fuisset a nobis philosophandum esse: nõne? CLI. profecto. SO. philosophia uero sciẽtię acquisitio. CLI. certe. SO. quam itaq̧ potissimũ adipisci sciẽtiam decet? nõne ut summatim dicam/illam quę nobis prodest? CLI. Illam ipsam. SO. An sciẽtia illa maxime nobis prodesset/si sciremus/quibus in terris aurum multum effoditur. CLI. Vtiq̧. SO. Verũtamẽ supra id confutauimus: quia nihilo magis prodesset nobis sciẽtia ista etiam si absq̧ labore/tellurisq̧ effossione: aurum omne cõperiremus: uel etiam si lapides efficeremus aureos dum uti auro ignoraremus: non recordaris? CLI. recordor & maxime quidem. SO. neq̧ ulla alterius cuiusq̧ scientię est utilitas/siue nũmularię/seu medicinę/siue cuiusuis alterius/quęcũq̧ facere quicq̃ docet/uti autem eo quod factum est/minime. Nonne ita. CLI. Ita prorsus. SO. Immo etiam siqua sciẽtia esset/quę homines imortales efficeret/uti uero imortalitate ipsa nequaq̃ docẽret/inutilis esset prorsus/siqua fides est superioribus adhibenda. Sic nobis hęc omnia uidebantur. SO. Ea igitur sciẽtia opus est ingenue puer/in qua & operis effectio & operis usus conueniãt. CLI. Apparet. SO. Permultum igitur abest ut lyrarum fabros esse nos oporteat/talem q̧ sciẽtiam assequi. In his enim ars efficiens/ab arte quę utitur circa idem distinguitur. Nam ars quę fabricat lyram: & quę lyram pulsat longe inter se differunt: an non? CLI. Sic est. SO. Neq̧ rursus tibiarũ effectrice egemus. Ea siquidem ab illa quę utitur/discrepat. CLI. Sane. SO. num forte cõponendę orationis exquirẽda facultas/siquis beatus esse desiderat? CLI. non arbitror. SO. Quęnam te ratio mouet? CLI. noui equidẽ quosdam orationum auctores: qui orationibus hisce quas condiderunt/uti perinde nesciunt/ac lyris fabri ipsi lyrarum. qui ad aliorum usum lyras cõstruxerunt: quas & q illis utunt̃ facere nesciunt. Constat similiter & circa orationes aliam eẽ artem quę condit: aliã quę cõditis utit̃. SO. Euidẽtissimo quodam argumẽto ostẽdisse uideris/artẽ illoꝝ qui cõponũt oratiões/ad

Proteus egyptius sophista

Philosophia est sciẽ acquisitio.

beatitudinem nequaq̃ sufficere:quaq̃ ego putabam hoc in genere nos eam sciam/quã iãdiu quęrimus/inuenturos.Etenim uiri huiusmodi Clinia orationũ auctores quotiẽs eos alloquor supra cęteros homines sapiẽtes mihi uidentur:ipsaq; eorũ ars diuina penitus atq; excelsa. Neq; id mirum. Est enim artis incantandi particula:paulo illa inferior.Incantationum porro facultas/uiperarum aranearũ/scorpionum/cęterarũq; ferarum atq; morborũ illectio & mitigatio est.Oratoria uero iudicum/cõcionatorũ/aliarũq; turbarũ / oblectamentũ quoddã & delinitio. An uero tu aliter sentis? CLI.Nõ aliter:sed ita prorsus ut ais?SO.Quo ergo nos uertem?:ad quã uidelicet artẽ.CLI.Ambigo.SO.At ego inuenisse arbitror.CLI.Quam.SO.Pręfectura exercitus ea potissimũ esse mihi uidet̃:quę beatũ adeptiõe sua quẽlibet efficit.CLI.Mihi uero nõ uidet̃.SO.Quãobrem? CLI.Quia uenatoria quędam ars hoĩum hęc esse uidet̃.SO.Quid tum?CLI.Nullus sane uenatiõis opus ulterius porrigit̃/q̃ ad inuestigãdum capiendũq;.postq̃ aũt uenatores/quod insecuti sunt/ cõprehẽderunt/eo uti nequeũt.Sed & qui uenant̃ canibus & qui piscant̃/prędam coquis exhibent Geometrę item:astronobii:cõputatores uenatores qdam sunt:neq;.n.figuras descriptiõesq; hi faciũt:sed existentia hęc adinueniũt.Cum itaq; uti illis ipsi nesciãt:uenari aũt solum ualeãt / quicũq; illorũ mente capti nõ sunt/sua inuẽta dialecticis pbent/ut illi illis utant̃.SO.Eia pulcherrime & sapiẽtissime Clinia est ita?CLI.ita prsus.Atq; eadẽ rõne duces exercitus/postq̃ uel urbem / uel exercitũ occuparũt uiris ciuilib? pdam & spolia tradũt.Nam ipsi his quę cõprehenderũt/uti nesciũt quẽadmodũ aucupes qui postq̃ cęperũt coturnices/nutritoribus tribuũt.Si igit̃ ea arte indigemus quę cõparata/seu in efficiẽdo/siue in uenãdo uerset̃ sciat & uti:ideoq; beatos efficiat possidentes/aliã quãdam prçter militarẽ oportet inquirere.CRI.Quid ais o Socrates?Nũgd adolescẽtulus ille talia dixit?SO. Non putas Crito?CRI.Nõ per Iouem.nam reor illum si talia dixit.neq; Euthydemi/neq; alterius cuiuslibet hoĩs disciplina ulterius indigere.SO.forte uero Ctesippus hęc dixit:ego uero non memini.CRI.Quis Ctesippus?SO.saltẽ hoc memini:neq; Euthydemũ attulisse hęc:neq; Dionysodorũ.Sed o beate Crito suspicor pręstantiorẽ quẽpiam uirum pñtem hęc dixisse.Nam hęc me audiuisse nõ dubito.CRI.Per Iouem o Socrates excellẽtior aliquis ista ptulisse uidet̃. Verũ post hęc quã artem pscrutati estis?Inuenistis ne artẽ quã quęrebatis?an nõ? CRI. Quęris an inuenerimus? Risu qddam dignũ nobis accidit.Etenim puerorũ more qui galeritas siue alaudas insequũtur:uehementi quodam affectu singulas scias psequębamur:& illa semp quã capturos nos e uestigio putabamus/fallebat nos & repẽte subterfugiebat.Quid tibi multas referã? Regiã certe artẽ ingressi sumus:eam contẽplati utrum hęc ea esset quę beatos efficiat.Sed uelut in labyrinthum delapsi/dũ ppe finem esse iam sperabamus/retrogradi rursus ad principiũ reuertebamur:eodem mõ affecti/quo in quęstionis initio fueramus.CRI.Quo pacto uobis hoc accidit? SO. dicam. Visa nobis est regia facultas eadem esse atq; ciuilis.Et cum res militaris ac oẽs reliquę facultates / operum suorũ imperium ciuili arti cõcedere uiderent̃/utpote quę sola uti sciat/nihil nobis impedimẽto fore putauimus/quominus hęc esset quã quęrebamus:causaq; recte in ciuitate agendi.Et secundum illud Eschyli/sola puppi pręsidens ciuitatis/totiusq; gubernacula regens dominaret̃ oĩb?:singulaq; utilia redderet CRI.An nõ recte uisum ẽ uobis o Socrates.SO.Ipse iudicabis Crito si audire uolueris/quę nobis deinceps cõtigerint.nam rursus hunc in modum quęsiuimus. Age ars regia oĩbus pręsidens/opus ne nobis aliquod efficit an nullum?Oĩno aliqđ exhibere:inuicem omnes consensimus.Nõne & tu hęc Crito cõcederes.CRI.absq; dubio.SO. Quod ergo illius opus esse diceres? Quẽadmodum si tẽ rogarem.Medicina dum dominat̃ oĩbus quorũ domina est / quod nam opus exhibet? an nõ sanitatem ptinus respõderes.CRI.utiq;.Ars item uestra agricultura dũ dominat̃ oĩbus quorũ ẽ domina/quod opus implet?Nõne alimoniã ex terra nobis porrigere diceres? CRI. Equidem.SO.Regia ergo facultas/cum oĩbus quorũ est domina/dominet̃ quod opus explet?Forte id in promptu nõ habes.CRI.non per Iouem o Socrates.SO.neq; nos o Crito: sed hoc saltem nosti/ si hęc ea est quã exoptamus utilẽ eẽ hanc oportere.CRI. Summopere.SO. Nõne igit̃ boni aliquid afferre nobis eam necesse est.CRI.necesse omnino.SO.Bonum aũt nihil eẽ aliud q̃ sciam quãdam ego & Clinias una cõsensimus.CRI.ita certe dicebas.SO. opera qdem ciuilis gubernationis hęc esse plurimũ quisq; diceret:diuites facere ciues:liberos & concordes. Hęc autẽ oĩa neq; bona/neq; mala apparuerũt.Oportet aũt eam ut constitit/sapiẽtes efficere sciamq; tribuere / si mõ ea futura sit/quę prosit:& beatos efficiat.CRI.uera narras.Sic enim tũc inter uos constitit / ut ipse recensuisti.SO.Nunqd regia disciplina sapiẽtes facit homines atq; bonos? CRI. Quid prohibet Socrates?SO.num & oẽs?& in oĩbus bonos?omnẽq; sciam ipsa prębet?coriariam fabrilem & reliquas uniuersas?CRI.haud equidẽ arbitror o Socrates.SO. at quã sciam ? & qua in re iuuabimur. Operum quidem illorũ que neq; bona sunt/neq; mala/opificem esse ipsam haud oportet.Sciẽtiam uero aliam prebere nullam/q̃ ipsam seipsam conuenit:dicamus igitur quę nam hęc sit?& quo iuuemur.Vis ne eam dicamus o Crito?qua bonos alios faciemus?CRI.Volo equidem.SO. Quo boni nobis erunt?quoue utiles?an dicemus iterum q; alios bonos facient? aliiq; illi alios iterum? quo autem

Oratoria ẽ ps artis icãtãdi.

Hic tãgitur finis oratorię.

aũt boni ſint nuſq̃ apparent:poſtq̃ illa quæ ciuilis artis opera prædicanť/negleximus:& quod pro
uerbio fertur cũ aiunt Iouis corinthus nobis accidit :atq; ut ſupra dixerã æquo interuallo ĩmo etiã
longiori q̃ antea ab eius artis inuentione diſtamus/q̃ preſtare nobis beatitudinẽ ualeat. CRI.p Io
uem o Socrates in ambiguitatẽ plurimã incidiſſe uidemini.SO.ego qdem o Crito cum in hãc du-
bitationẽ merſus eſſem/quam alta potui uoce ptinus exclamaui.hoſpites illos tanq̃ Caſtorẽ/& Pol
lucẽ Iouis filios ſuppliciter obſecrans:ut nos me.ſ.& adoleſcentulũ ipſum ex turbulenta fluctuatio
ne ſermoni eriperent.Iociſq; obmiſſis ſeria diſputandi ratiõe nobis oſtenderent/quæ potiſſimum
ſcientia ſit/ quã adepti/quod uitæ supereſt feliciter tranſigamus.Nunqd mõſtrare uobis Euthyde
mus uoluit?SO.Quidni?Magnifice nimium o amice hunc in modũ effari cæpit.Vtrũ te o Socra-
tes hanc quã iampridẽ queritis ſcientiam doceam?An habere teipſam oſtendã? SO.O beate uir/
tanta ne apud te eſt auctoritas?EV.Valde.SO.Oſtende ergo me habere:facilius enim mihi iſtud
q̃ denuo hac ĩ ętate diſcere.EV.dic age/ſcis ne qcq̃?SO.ſcio eqdẽ multa: ſed parua.EV.Sufficit:
putas ne aliqd eorũ q̃ ſunt idipſum quod eſt/non eſſe.SO.nullo pacto.EV.An nõ ſcire te aliquid
aſſeris?SO.profecto.EV.an non es ſciens/ſi modo ſcis?SO.ſum eqdẽ/ſed illius ipſius/ quod ſcio.
EV.nihil refert.Nõ neceſſe eſt ſcire te omnia:ſiqua eorũ quæ ſunt ſcis?SO.nõ per Iouem: qñqui-
dem/& alia multa minime ſcio.EV.ſiquid neſcis es neſcius?SO.Illius ipſius o amice quod neſcio.
EV.nihilominus neſcius es:& pauloañ ſciũ eẽ te prædicabas. Atq; ita fit/ ut ille ipſe ſis qui/& es/&
rurſus nõ ſis/ſimul:& ſecundũ eadẽ.SO.En Euthydeme/ut puerbio ferť/q̃ belle loqueris:qua igiť
rõne/ſciam illã quã quærimus habeo?qa uidelicet impoſſibile eſt/eẽ idẽ atq; nõ eſſe.Vnde ſi unum
qddã ſcio /cũcta ſcio/neq;.n.eẽ poſſum ſcius ſimul/& neſcius:q ſi oĩa ſcio/illã quoq; ſciam hẽo.An
nõ ita loqueris?& hoc eſt ipſum ſapiẽs?EV.Ipſe te redarguis Socrates.SO.Quid uero Euthyde-
me tibi nõne idẽ cõtigit?nã mihi qdem nõ multũ moleſtũ eſt/quod tecũ una/& cum Dionyſodoro
hoc lepido capite patiar.Dic mihi nonne uos quædã ſcitis/quædã neſcitis?DIO.Minime qdem o
Socrates.SO.qd dicitis An nihil ſcitis?DIO.ĩmo ſcimus.SO.oĩa itaq; ſcitis ſi aliqd ſcitis.DIO.
oĩa certe:& tu quoq; ſcis omnia/ſi unũ aliqd ſcis.SO.Proh Iupiter q̃ mirabile dictu/q̃ue ĩgens hoc
bonum Num:& cæteri oẽs ſciunt oĩa?uel nihil?Non enim dicẽdũ uideť/ſcire eos aliq̃/neſcire alia.
Atq; ita ſcientes eẽ ſimul/& neſciẽtes.Quid ergo dicemus?DIO.Omnes plane ſcire oĩa /ſiqd unũ
ſciunt.SO.dii boni/nũc demũ Dionyſodore ſerio loq mihi uidemini:& uix tãdẽ ut ſtudioſe agere
tis nũc impetraui Ipſi reuera ſcitis oĩa?& fabrilẽ uidelicet artẽ & coriariam?DIO.oĩa prorſus.SO.
nunqd/& neruis ſuere ſcitis?DIO.Certe/& calceos qdẽ.SO.An & ſtellarũ numerum/ & harenæ?
DIO.& iſta.SO.Putas nos iſta cõcedere?CTE.Cõiecturã nobis aliquã talẽ adducite:qua uera uos
loqui coniiciamus.DIO.qualẽ?CTE.Scis ne quot dẽtes Euthydemus habet? Atq; Euthydemus
quot habes ipſe cognoſcit?DIO.non tibi ſat eſt/q omnia ſcimus/audiſſe?CTE.minime: ſed unũ
hoc tantum nobis oſtendite q uere loquamini.Nam ſi dixeritis quot habet dentes uterq; nobis q;
poſtea numerantibus uera dixiſſe apparueritis/alia quoq; uobis credemus.Illi uero cum mordere
Cteſippũ exiſtimarent/reſpondere aliud noluerunt/niſi q ſcirent omnia/de ſingulis a Cteſippo in-
terrogati:Cteſippus ſiquidẽ aperte de unaquaq; re uel de minimis quibuſq; ſciſcitatus eſt.Illi autẽ
forti animo pariter cõtra reſponderũt ſe oĩa intelligere:inſtar aprorũ qui ſimul contra ictum inni-
tuntur.Quam obrẽ ipſe quoq; o Crito deniq; pp incredulitatẽ coactus ſum Euthydemũ interro-
gare/an ẽt ſaltare Dionyſodorus ſciret:ille uero conſenſit.Non tamẽ inq̃ ſuper enſes humi inclina
to capite tranſilire:& ſuper rotã uolui/tam grandis natu. Vſq; adeo ſapia ſuperexcellens. Nihil eſt
inquit quod neſciat:Tum ego:Num oĩa nũc dumtaxat cognoſcitis?an?& ſemper?Et ſemper: Nũ
a tenera ętate ſtatimq; nati omnia cognouiſtis?Omnia reſponderunt ſimul utriq;.Nobis utiq; res
incredibilis uiſa eſt.Tunc Euthydemus:non credis o Socrates?excepto hoc inquã q uériſimile eſt
uos ſapiẽtes eſſe:At ſi mihi uoles reſpondere ait/oſtẽdam te quoq; hæc mirabilia confitentẽ. Gra-
ta mihi inq̃ hæc redargutio erit:q ſiqua in re me mea ſapiẽtia latuit/haud quaq̃ oſtẽdes me omnia
ſcire:ac ſemper:quod enim maius lucrum in uita nanciſcerer?Reſponde/iam inquit:Tamquã re-
ſponſurũ inq̃ interroga.Nunquid alicuius ſcius es o Socrates:an nullius?Alicuius.An eodem ſcis
quo ſcius es:an alio quopiam?Quo ſcius ſum.Arbitror enim te animã dicere.Hanc ne intelligis?
Nonne te pudet o Socrates/dum interrogaris uiciſſim interrogare:At quid faciam inquã?Faciam
equidẽ/utcũq; iuſſeris:quando quod quæris ignorẽ.Iubes autẽ/ut reſpondeam quidẽ/non interro
gem.Cogitas ne quomodo inquit id quod quæro?Equidẽ.Ad iſtud ergo reſpõde quod cogitas.
Quid inq̃ ſi tu alia mẽte interroges/alia ego reſpondeam/cum aliud q̃ tu conceperim:ſatis ne tibi
factum putabis/ſi nihil ad rẽ ipſam reſpondero?Mihi quidẽ ſat erit inquit/tibi nõ/ut arbitror:Tum
ego:per Iouẽ non prius reſpondebo q̃ quo modo reſpondẽdum ſit/intellexero.Non reſpondes in
quit ad ea ſemper quæ mente concipis:Quoniã nugaris Socrates/& uanior es admodũ q̃ oportet
Agnoui tunc illũ mihi iam ſubiratũ/q uerba qbus me irretiri ſtudebat diſpergerẽ.Venit mihi prę
terea in mẽtẽ Connus:qui aduerſus me ſępenumero indignať quotiẽs illi non pareo: deinde me

Prouerbium Iouis Corinthius aducit.

Prouerbium Quã belle loqueris.

spernit ut rudē. Postq̄ igiť cogitaui horū doctrinę me tradere/arbitratus sum obseq oportere/ne quis eorū me/ut ineptū/& indocilē respuat. Quo circa/& illi inq̄: si tibi ita Euthydeme uideť agēdū ita agať. Tu namq; me multo melius disputandi rationem intelligis: cū tu artē hāc teneas/ego uero sim rudis. Ideoq; interroga iterū ab initio. Respōde rursus inquit. Vtrum scis aliquo quæ scis an nullo. Anima inq̄: hic ait ille rem anticipat & plus q̄ rogatus sit/respondet. Non interrogo quo scias/sed utrū scias aliquo necne. Ego ad hæc plusq̄ decebat ꝓpter imperitiā meā respondi. Sed ignosce mihi obsecro. Respondebo iam nūc simpliciter/ꝙ scio aliquo semp quæcūq; scio. Vtrum ait hoc eodē semper/an tū hoc/tū alio? Semp inq̄ qñ scio hoc scio. Hic ille. Nōdū præuaricari desinis? ne forte inq̄/id quod semp dicitur/nos falleret/ita respondi. Non nos inquit dicas/sed te. Sed responde. Vtrū semper hoc scias. Sēper inq̄/postq̄ ipsum quando oportet subtrahere. Nonne semper hoc scis? semp autē sciens utrū aliqua hoc scias quo scis aliqua alio? uel hoc ipso omnia? hoc inq̄ cuncta quecūq; scio: hic rursus transgredieris Socrates: excipiať inq̄ quod dictū est/ quæcūq; scio: ut excipias nihil postulo/immo responde/posses ne omnia scire/nisi scires omnia? Monstrum esset hoc inq̄. Addiice nunc iam ait quicquid lubet. Cuncta namq; scire fateris. Sic uideor inq̄. Postquā nullius momenti est quod diciť quæcūq; scio/oīa aūt scio. Nonne/& semp cōfessus es scire hoc quo scis? siue quādo scis/seu quomodocūq; placet. Semp enim scire es cōfessus: ac oīa simul. Constat ergo ꝙ puer sciebas: & quando genitus es/& qñ natus: immo/& anteq̄ nascereris: & ante cæli terræq; ortū scisti omnia/si modo semp scis. Ac ꝑ Iouē semp scies/& omnia si uoluero. At uoles inq̄ honorande nimiū Euthydeme si omnino uera dicis. Sed posse te non multū confido/nisi idem tecū uelit frater iste tuus Dionysodorus: sic enim forte ualebis. Dicite porro. Cætera quomodo uobis nō cōcedam nescio tam mirabili: atq; noua sapiētia prediti estis. quominus ego omnia sciā: quādoquidē uos asseritis. Talia quedā qua rōne scire me dicā Euthydeme? ꝙ uidelicet boni uiri iniusti sint. Dic scio ne istud/an nescio? scis utiq;. Quid? ꝙ uiri boni iniusti non sunt. Iam pridē sciebā hoc inq̄. Verum non istud quæro/sed ꝙ iniusti sunt uiri boni/quādo didici? Nusq̄ Dionysodorus ait. Nō ergo inq̄ hoc scio. Tunc Euthydemus ad Dionysodorū conuersus ait. sermonē destrius apparebitq; iste si nesciat/sciens simul/& nesciens: Dionysodorus quidē erubuit. sed ego: Tu uero quid ais Euthydeme? non uidetur tibi frater tuus uera loqui/cum nouerit omnia? Frater ego sum Euthydemi Dionysodorus ait. Mitte inq̄ o bone uir quoad me Euthydemus doceat ꝙ sciam uiros bonos/iniustos esse. Neq; hanc mihi doctrinā inuideas. Fugis o Socrates ait Dionysodorus/neq; uis respondere. Nō iniuria inq̄ fugio: nā cū alterutro sim imbecillior/cur nō ambos fugiā? Hercule q̄dē multo sum imbecillior: q̄ pugnare simul non ualuit aduersus hydrā sophisticā: cui ꝑp sapiētiā pro uno sermonis capite amputato multa repululabāt ac ēt aduersus cācrū sophistā quēdā ex mari aduētātē/ & nuper/ut arbitror aduectū naui: a quo cū Hercules ad sinistrā angereť/uerbisq; acriter mordereť/ne potis sui Iolai auxiliū iplorauit: q̄ summopere illi succurrit: meus aūt Iolaus Patrocles si uenerit/lōge aliter faciet. Responde ergo inq̄t Dionysodorus/postq̄ ipse hæc ꝑdicas/utrum Iolaus Herculis magis nepos q̄ tuus fuerit: Operępretiū fore arbitror/ut tibi respondeā Dionysodore. Neq; enim desineres sciscitari: & ꝑp inuidiā quandā interturbare ne Euthydemus sapiēs illud me doceat. Responde igiť inquit. Respōdeo inq̄ Iolaū Herculis nepotē fuisse: meū aūt/ut uideť nequaq̄. Neq; enī pater ipsi Patrocles fuit frater meus: sed aliq̄s noīe ꝓximus Iphicles/Herculis frater: Patrocles aūt inquit tuus? nimirū/sed ex matre eadē non patre: frater ergo tibi est: & non frater: non eodē ex patre inq̄ uir optime. Illius enim pater Cheredemus Sonophroniscus aūt meus: pater aūt inquit erat Sophroniscus atq; cheredemus. Omnīo/ille meus/hic suus. Nōne Cheredemus alius q̄ pater erat? Alius scilicet q̄ pater meus. Nūquid pater erat at/cū alius q̄ pater eēt? An tu idē es q̄d lapis? Verebar inq̄ ne idē te asserēte uiderer. Mihi uero nō uideor: nōne igiť alius es q̄ lapis? alius certe: ꝙ si alius es q̄ lapis/non es lapis. Et si alius q̄ aurū/non es aurū. Sic est. An nō eadē ratiōe Cheredemus cū alius sit q̄ pater/pater non erit. Videť inq̄ nō esse pater. Ad hæc Euthydemus adiiecit: haud pater ē Cheredemus: rursusq;/& Sophroniscus cū alius sit q̄ pater/non est pater. Quapp sine patre es o Socrates. Sermonē uero suscipiēs Ctesippus intulit/pater aūt uester cū eadē sibi cōtigerint/ alius est q̄ pater meus: lōge abest Euthydemus ait: Num idē? Idē sane. Non cōsentirē. Sed utrū meus Euthydeme pater est dūtaxat? an/& cæterorū hominū? & cæterorū insup: nūquid putas eūdē hominem patrem existentē non esse patrē? putarā equidē Ctesippus ait. An/& aurū inquit/aurū existēs non esse aurū? & hominē existētem/hominē non esse? Tum Ctesippus/non ut ferť Euthydeme lino linū cōnectis. Rem grauē dicis/si pater tuus/pater est omnium. Est tamē. Vtrum hominum dumtaxat/an equorū ēt/cæterorūq; animaliū omniū? Omniū prorsus. An & mater tua/mater omniū? Et mater. Ergo tua mater echinorū marinoꝝ mater est. Et tua inquit. Et tu rursus frater es gobiorū catuloꝝ & porcellorum. Et tu ait. Quin ēt tibi pater est canis: & tibi insuper. Hic Dionysodorus. Si mihi respondere Ctesippe uolueris/ faciam/ut ista concedas. Dic age/est tibi canis? Et molestius admodū canis Ctesippus ait. Habet catulos: tales habet multos. An non illorū pater est canis? prorsus. Signa namq;

Hercules aduersus hydrā sophisticā & cancrū sophisticam.

Prouerbium: Lino linum cōnectere.

gna namq; uidi ex quibus illorum patrē esse coniicio:nonne tuus est canis?est.Nōne igiť pater exi-stens/tuus est?Quare tuus pater fit canis:tuq; catulorū frater.Sed neqd Ctesippus anticiparet/re-pente adiiecit Dionysodorus/paulū quid ultra responde.Canē hunc uerberas?Arridēs Ctesippus ait uerbero: te autē nequeo.An non igiť tuū patrē uerberas?Longe respondit iustius esset/ut patrē uestrū uerberarē/q disciplinā quādā adeptus/adeo sapiētes filios genuit:pfecto Euthydeme multa bona ex uestra sapiētia uester:& catulorū pater ē cōsecut?.Neq; ille bonis multis īdiget o Ctesippe neq; tu.Neq; tu ēt.Euthydeme:neq; ali? qsq; hoīum inqt.Dic etenī Ctesippe mihi/utrū bonū eē cē seas: uel ęgrotāti pharmacū bibere qñ indiget an nō?Vel homini pugnaturo bonū eē/ut armatus pdeat/ an inermis?Arbitror eqdē:nēpe excepto aliquid abste egregiū.Ipse uidebis optime inqt. Verū responde: postq̄ cōfessus es bonū esse quādo res postulat/pharmacū bibere/nūquid hoc bo-num q̄ plurimū oporte: bibere:optimūq; erit siquis terat/& infundat poculo ellebori tantū quātū curru aliquo uehiť?prorsus ita Ctesippus ait:si tātus sit q bibiturus est quāta ē statua delphica.Nō ne similiter/& in bello inquit/si bonū est armis fulciri/plurima arma habēda sunt:iaculorūq;:& clip peorū circūferenda est sarcina?quandoquidē id bonū est:& maxime quidē Ctesippus ait.Tu uero non putas Euthydeme/sed unū dūtaxat iaculū esse ferēdum?equidē.Ita Gerionē inquit Briareūq; armares?ego aūt putaui robustiorē te esse/sociūq; similiter istū utpote uiros armigeros.Euthyde-mus quidē tacuit.Dionysodorus autē aduersus ea quę primū Ctesippus responderat intulit:bonū tibi esse uideť aurū habere.Valde quidē respondit Ctesippus.An non/& habere pecunias semper atq; ubiq;?Maxime inquit.Nonne bonū esse aurū cōfiteris?confessi iam sumus.Semp ipsum habe-re:& ubiq; oportet:& in seipso q̄ maxime?Beatissimusq; is esset/qui tria auri talēta in uētre haberet Talentum unū sub capitis osse:staterem aūt.i.nūmum quēdā/& pondus auri utrisq; in oculis.Fe-runt inquit Ctesippus o Euthydeme apud Scythas eos felicissimos optimosq; uiros esse/ qui in sui capitis ossibus aurū multū continent:quēadmodū tu pauloante canē dicebas patrē.Quodq; ma-gis est mirū/suis ex capitibus deauratis bibunt:& hæc introspiciūt/uerticē frontēq; suā manibus at tollentes:ad hæc Euthydemus.Vtrū Ctesippe uident/& Scythæ/& cæteri homines:quæ possunt ui dere uel que non possunt?Q nę possunt plane.Nōne & tu?Et ego similiter.Vidē nostras uestes?ui-deo:possunt igiť hę uidere:Mirifice Ctesippus ait.Quid porro inquit nihil?Ipse uero nō putas has uidere?usq; adeo iocundus es uir?uideris mihi Euthydeme quodāmodo extra somnū obdormisse: posseq; te puto dicentē nihil dicere.Et tu hoc facere uideris.Nunquid impossibile est Dionysodo rus ait/tacētē dicere?Impossibile Ctesippus inqt.Dicētē uero tacere?Possibile multominus.Quā-do igiť lapidē dicis/nōne tacētē dicis?Et quādo lignū/& ferrū similiter?haud silere tibi ferrea con-cedā Ctesippus ait.Nā siquis pulset sonare illa qdem/& reboare dicunť.Quare q; in hoc nihil dice res/te pp sapiētiā latuit.sed quod restat ostēdite possibile ualet eē:dicētē tacere.Certe mihi uisus ē tunc uehemēter Ctesippus pp amicū cōtēdere.Quādo siles inquit Euthydemus/nōne oīa siles?eq; dem.Nonne/& rē quālibet dicentē siles/siquidē illa quę dicunt in numero omniū cōputanť?Quid uero interrogauit Ctesippus/nō silent oīa?nō ait Euthydemus.An loquunť oīa uir optime:immo certe/quæ locunť non istud querebā inqt:sed utrū oīa sileant uel loquanť.Tunc subripiēs sermonē Dionysodorus ait:neutra/& utraq;.Certe enim scio te quid huic responsioni obiicias ignoraturū. Statim Ctesippus/ut solet effusius in risum erūpens clamauit.O Euthydeme frater iste tuus cōtra-rium sibimet sermonē ingeminauit eūq; disperdidit:& ratio uestra subcubuit.Clinias quoq; admo dum delectatus arrisit.Quare Ctesippus gestiens longius q̄ in decuplū lætitia creuit.Visus autem mihi est Ctesippus hęc ipsa ab illis seductione quadā p astutiā extorsisse.Neq; enim sapientia talis apud alios est nostri temporis hoīes:post hęc ego.Quid inq̄ rides o Clinia in rebus/tam seriis tāq̄ pulchris sed ad me cōuersus Dionysodorus?tu uero aliqū rs pulchrū uidisti Socrates?Multas equi dem Dionysodore.Nūquid alias q̄ ipsum pulchrū?An easdē:ego uero passim hęsitaui: nec iniuria me id perpessum fuisse sum arbitratus.quippe qui tacere diutius nō potuerim.Simul autem respō-di alias esse q̄ ipsum pulchrum:pulchritudinem tamen singulis quandam adesse:si tibi adsit bos in quit nunquid ipse bos eris?& quia ego tibi nunc adsum Dionisodorus es?Bona inq̄ uerba quęso: sed ille:Quo pacto alterum adest alteri/cum alterum sit/& alterum?nunquid tu inquā de hoc du-bitas?nempe iam illorum imitari sapientiam contendebam:utpote cupiditate illius accēsus.Cur non dubitem inquit/& ego/& cæteri omnes/quod nequaq̄ existit.Quid ais Dionysodore?nonne pulchrum/pulchrum est/turpe ue/turpe?si mihi uideatur ait.Nonne uidetur?prorsus.Nonne & idem idem est:& alterum similiter alterum?Non tamē quod est alterum idem.At ego nec pue-rum quidem suspicari hoc arbitrabar/ quin quod alterum est/ sit alterum.Verum o Dionysodo-re sponte id obmisisti.Videmi autem mihi tanq̄ artifices quibus conuenit peragere singula/di-sputandi rationē decore transigere atq; tradere.Nostin inquit/ quid singulis opificibus perage-re conueniat?principio quidem scis quem deceat ere cudere?fabrum inquam erarium.Quem uero luto fingere?figulum:Quē rursus iugulare atq; excoriare:et in frustra īcisas carnes assare uel

elixare? coqũ: Nonne q̃squis cõuenientia facit/recte agit? Maxime: Conuenit autem ut ais coqũ tundere & excoriare. Cõcessisti hæc/necne? Cõcessi inq̃: sed ignosce precor. Constat igiť ꝙ siquis iugulans & incidens coqum elixet illum uel asset conuenientia faciet. Quinetiã siquis fabrum ęrarium ęre cudat & figulum fingat/decentia similiter operabitur. O Neptũne inq̃. Iam sapiæ finem apposuisti: Nunquid ista mihi quandoꝗ sic aderit ut propria fiat? Cognosceres ne inquit ipsam o Socrates propriam iam effectam? si ipse uelis inq̃: ego autem nolo. Quid porro/tua putas cognoscere? Equidem: nisi forte tu aliud dixeris. Abs te namqꝫ oportet incipe? in hunc aũt Euthydemũ desinere: An non tua illa esse putas inquit/quorum es dominus? tibiqꝫ uti arbitratu tuo licet? ut boues & oues? Hæc ne tua existias quæ uendere potes atqꝫ largiri/& cui uis deoꝝ uouere. Quæ uero non potes non tua? Tunc ego arbitratus præclaram aliquam inde quæstionem exorituram: & audiẽdi auiditate protinꝰ inflãmatus/prorsus ita est inq̃. talia nempe q̃dam mea sunt. Nunquid animalia noĩas illa que animam habent: Illa ipa. Fateris igitur ex animalibus illa dumtaxat esse tua/ circa quæ potes hæc omnia facere: quæ modo dicebam fateor: Hic ille ironice admodum seipsum recepit quasi magnum quiddam contemplaturus: deinde ait. Dic age mihi o Socrates. Est ne tibi Iupiter patrius? Atqui ego suspicatus eo peuenturum eẽ sermonem/quo deuenit & per ambiguum quoddã diuerticulum secedens. recte implicitus me conuolui. Respondiqꝫ non est o Dionysodore. Miser inquit homo es: neqꝫ Atheniensis/cui neqꝫ dii patrii sunt neqꝫ sacra neqꝫ aliud quicq̃ præclarum atqꝫ magnificum. Mitte ĩquã ista Dionysodore: ne male omineris. neqꝫ acriter erudias. Sunt eteni mihi & aræ & sacra domestica patriaqꝫ: & alia quæcunqꝫ id genus Atheniensibus adsunt. Cæteris inquit Atheniensibus est patrius Iupiter? Non est inquam apud Ionas talis cognominatio neqꝫ apud eos qui hac ex urbe manarunt: neqꝫ apud nos sed Apollo patrius propter Iouis genituram. Iupiter autem nobis patrius non uocatur/protector ut bis tamen & curator tribus est dictus: & tribus curatrix Minerua. Sat est inquit Dionysodorus. Est enim tibi ut uidetur Apollo Iupiter & Minerua. Omnino. An non tui isti erunt dii? progenitores uidelicet atqꝫ domini. Nõne tui? An nõ tuos esse confessus es? confessus sum quid tum? Nonne animalia isti dii sunt? Concessisti porro quæcunqꝫ animam habent/animalia esse: isti uero dii non habẽt animam? Habent utiqꝫ. Sunt igitur animalia Sunt certe. Ex animalibus autem illa tuã esse dicebas quorum apud te esset potestas/ut ꝑ arbitrio/uenderes/largireris/diisqꝫ dicares. Recusare Euthydeme non possum quin ista cõcesserim. statim ille sic intulit: postq̃ tuum esse Iouem/tuosqꝫ esse & alios fateris deos/licet ne tibi uendere illos atqꝫ largiri. & pro libidine tua ut animalia cætera quæ tua sunt tractare. Ego igitur Crito tanq̃ sermone percussus obmutui. Ctesippus autem succurrere mihi conatus ait/pape proh Hercules q̃ præclarissimus sermo. Ad quem Dionysodorus. Vtrum Hercules papeus est/an papeꝰ Hercules? Tunc ait Ctesippus/proh Neptũne/q̃ fortes duriqꝫ sermones Desisto iam. Inexpugnabiles uiri sũt. Hic profecto amice Crito nullus præsentium continere ultra se potuit: quin illorum orationẽ laudibus summis extolleret: & hospites illi Dionysodorus Euthydemusqꝫ risu strepitu & lætitia exultãtes gestientesqꝫ ferme resoluti sunt. In superioribus namqꝫ/dum singula proferebantur soli eorum sectatores protinus applaudebant: hic autem pene ipse quoqꝫ Lycii columnæ conclamare. plaudere. gestireqꝫ uidebantur. Ego quidem sic affectus sum/ut assererem/nullos unq̃ homines pari sapiẽtia me uidisse. Atqui & illorum sapientiæ penitus mancipatus laudare illos & celebrare summopere cæpi. O uiri inq̃ ob miras dotes naturæ beati: quippe qui rem tantam tam facile tamqꝫ breui tẽpore absoluistis. Multa quidem & alia sunt in uestris sermonibus Euthydeme Dionysodoreqꝫ præclara. In quibus id præcipue magnificum est: ꝙ nulla uobis cura est multorum hominum qui illustres habentur? sed similium uobis dumtaxat. Equidem certo scio sermões huiusmodi/paucos admodum diligere: & illos quidem uobis similes. Cæteros autẽ ita illos ignorare spernereqꝫ: ut erubescere uehementius illos putem/si cæteros illis conuincant/q̃ si ipsi ab aliis conuincantur. Hoc ꝑterea populare & mansuetũ uestri sermões habẽt: ꝙ cum dicitis rem nullam bonã esse uel malam neqꝫ albam: neqꝫ aliud quicq̃ talium: neqꝫ omnino aliquid ab aliis aliud/reuera ut prædicatis hominum ora contunditis atqꝫ obstruitis. Quia uero non aliorum tñ ora: sed uestra ĩsup: gratiosa res ẽ/ & sermonis odium offensionẽqꝫ audientium deuitatis. Maximum uero hoc est/ꝙ hæc usqꝫ adeo uobis artificiose sunt adĩuenta atqꝫ instituta. Vt breui cuilibet tradere ualeatis. Cognoui eqdem & Ctesippo mentem adhibeo/consideroqꝫ q̃ subito imitari uos cæperit huius rei mysterium q̃ ocissime docere posse uobis præclarum est/neqꝫ tamen opæpretium fore uidetur ut coram multis hominibus dissereratis: Immo uero si mihi credideritis: cauebitis prorsus ne in multorum cætu loquamini: ne forte q̃primum ista ꝑcipientes grãs nequaquam habeant. ista igitur inter uos tantum inuicem cõmunicare: neqꝫ alius q̃sq̃ ea nisi argento exposito audiat. Idem quoqꝫ si sapitis/uestris discipulis cõsuletis: ne unq̃ cũ aliis q̃ secũ atqꝫ uobiscũ de his loquantur. Quod enim rarum Euthydeme id honorandum: A qua enim uilissimo pretio emitur cũ res sit natura pretiosissima/ut ait Pindarus. sed agite inquam Cliniam hũc meqꝫ suscipite. Cum hæc o Crito & alia quædam breuia di-

seruissemus

seruissemus/abiuimus. Delibera igif ut mecũ una ad hos uiros accedas. Nam pollicentur omnes se docturos/ quicunq; argentum dare parati sint neq; ingeniũ ullum uel ætatem excipiunt. Quod uero tibi maxime audire expedit: aiunt nihil cumulandæ pecuniæ studium prohibere: quo minus/ quiuis sapiam illorum facile percipere possit. CRI. Equidem o Socrates audiẽdi cupidus sum: & libentissime discerem. Videor tamen & ipse eorum unus esse qui Euthydemi similes non sunt: sed illorum potius/quos tu pauloante dicebas: qui captiunculis huiuscemodi redargui malunt ab aliis quã alios redarguere. Enimuero ridiculus essem/si admonere te pergerem. Nihil tamẽ prohibet quæ ex iis/q cætu soluto a uobis discesserunt/audiui/tibi nunc referre. Deambulanti nihil obuius factus eorum quispiam qui in iudicialibus causis excellere plurimum æstimanf o Crito ĩquit. Nihil ex istis sapientibus audiuisti? Nihil p Iouem ĩquam. Audire enim me effectantem frequens turba tumultusq; prohibuit. Res tamen inquit auditu digna. Cur? Vt audisses eos homines disputãtes/ q in hoc sermonum genere cæteris prestant. Ad hunc ego. Quid tibi uisum est? quid aliud respõdit ille quam quæ semp ex iis hominibus audiuntur/dum nugantur: ac de rebus nullius momenti indigno quodam studio inuicem altercantur. Talibus ille mecum est usus nominibus: tunc ego Verumtamen gratiosa res est philosophia. Quid gratiosa inquit o uir beate: an forte nullius pretii? Atq; si pauloante interfuisses/erubuisses ut arbitror/amici tui gratia. Qui usq; adeo ĩeptus erat/ ut seipsum tradere hominibus cuperet/quibus nihil pensi est quid loquantur/sed singula captant obiiciuntq; uocabula. Cum tamen illi ut supra dicebam cæteros tales nostræ ætatis uiros excellãt. multorum cum talibus uiris disputare quis studeat/merito uituperasse ille mihi uidetur. SO. o prefecto o Crito & studium hoc uilissimum est: & qui in eo uersantur/ridiculi. Mihi quidem o Socrates haud recte rem ipsam improbare/uisus ẽ ille uel quisquis alius improbet. Quod aũt in cætu multorum cum talibus uiris disputare quis studeat/merito uituperasse ille mihi uidetur. SO. Crito admiratione digni sunt hi uiri. Verum nondũ quod desirus sum noui. Quorum ex numero erat q tibi obuius philosophiam uituperabat? Vtrum orator quispiam ex his qui in iudiciali cõcertatione uehementes sunt. An ex iis qui tales mittunt & orationes conscribunt / quibus oratores in iudicio certant? CRI. Minĩe quidem orator: neq; arbitror illum ĩ iudicio unquam orasse: sed rem ipsam iudicialem optime intelligere eum ferunt: & elegantes orõnes atq; facundas componere. SO. Teneo iam. Atqui & ipse idem modo dicturus eram. Nempe hi sunt o Crito/quos Prodicus inter philosophum/ciuilemq; uirum confines statuit: putant hi quidem se esse omnium sapiẽtissimos: & uideri præterea tales apud q̃plurimos. Solos autem philosophos impedimento sibi esse/quo minus ab omnibus æque pbentur. Censent itaq; si communẽ aduersus philosophos opinionem hanc diuulgent/q nullius pretii sint/sine controuersia sapiæ gloriam se apud omnes summam reportaturos. Esse namq; se reuera sapientissimos: sed in priuatis sermonibus/cum Euthydemi sectatores aduersantur impediri: q uero sapientes sint/ex eo consentaneum uideri uolunt? quod satis habeant philosophiæ. satis etiam ciuilis pitiæ: & quantum oportet sint utriusq; pticipes: & extra turbulentos ciuilium negociorum tumultus positi sapientiæ fructibus iocunde fruãtur. CRI. Nũqd dicef aliqd o Socrates tibi uiri isti uidenf? SO. nequaq̃. CRI. Verũtñ horũ hominum sermo hẽt aliquid uerisimille. SO. Habet ut dicis o Crito uerisimilitudinem potius q̃ ueritatem. Neq; facile illis persuaderi potest/q & homines & cætera omnia quæcunq; duorum quorundam media sunt: & utrorũq; participant ita se habẽt q quæ ex malo & bono sunt/hoc quidem meliora illo deteriora fiunt: quæ uero ex duobus bonis non ad idem conducentibus utrisq; deteriora ad opus illud pagẽdum: ad quod spectant utraq; illa quibus fit compositio. Quæ aũt ex duobus malis sunt constituta/non ad idem tendentibus hæc sola meliora sunt utrisq; illis/ quorũ participant. Si ergo philosophia bona est & ciuilis actio bona/sed ad aliud utrasq; conferens: & hi utrorumq; horum participes/utrorumq; in medio sunt constituti nihil concludunt nã utrisq; deteriores sunt. Sin aũt unũ qdẽ horum bonum/malũ uero alterum hoc quidẽ meliores illo deteriores. q si utrunq; malum ita demum uera dicerent: aliter uero nequaq̃. Neq; uero confessuros illos arbitror mala esse utraq;: neq; unum quidem bonum/malum uero alterum. Sed profecto utrorũq; hi participes/utrisq; ineptiores sunt/ad aliud/ad quod philosophia & ciuilis actio pertinet: & cum tertium locum teneant/primum usurpare non dubitant. Ignoscendum quidem illorum desiderio neq; indignandum. Tales tamen esse censendi quales & sunt. Nam unumquẽq; diligere debemus: q modo prudentiæ particeps aliqd dicit: & uiriliter peragit. CRI. Equidem o Socrates ut sæpe tecum loquor. ambigo qua rõe filios meos educem. Minor quidem natu tenerior est adhuc q̃ exigat disciplina. Critobolus autem adultus est iam: & aliquo indiget/quo dirigaf. Quotiens tecũ loquor ita prorsus afficior/ut existimem insaniam esse filiorum grã contendisse/primo circa coniugium: ut ex matre generosissima nascerentur: deinde ut amplum illis patrimonium relinqueretur/illorũ aũt educationem negligere. Verum cum ad eos respicio qui erudire homines profitentur absterreor mihiq; consideranti unusquisq; illorũ lõge ab ea re quam prædicat/alienus esse uidetur. Et ut

uersi tibi fatear nō habeo quō pacto filium meū ad philosophiā exhorter & prouocem. SO. o amice Crito. An ignoras in quo uis studio uiles & nullius pretii homines permultos esse? probos uero paucos, eosq; maximo in pretio habendos esse? Nonne tibi uidet pulchrū quiddā esse gymnastica: mercatura: rhetorica: res militaris. CRI. Mihi certe. SO. nonne uides in una quaq; harum artium multos ad opus unū quodq; ineptos & deridendos? CRI. Ita est/ac uera nimium loqueris. SO. Ergo hac de causa studia ne fugies omnia: & illa filio dissuadebis? CRI. Haud decet o Socrates. SO. caue ergo ne quod dedecet/agas o Crito. Mitte curā hāc utrum boni sint homines philosophiæ studiosi uel mali. Rem uero ipsam diligenter examīa. Si īquirenti res praua uidebitur/non solum filios sed oēs homines absterreto. Sin autē tibi talis qualis & mihi appareat: sīquere eam uiriliter & exerce: atq; ad idem studium filios cohortare. EVTHYDEMI FINIS.

In quouis studio uiles per multos probos uero paucos esse.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN HIPPIAM MINOREM.

Mirifica Socratis Platonisq; nostri bonitas cū diligentissime multis ubiq; modis prouideat ne iuuētus credula subdolis sophistaꝝ aucupiis capiat: captaq; perdatur non iniuria Hippiam Eliensem sophistarum insolentissimum atq; fallacissimū duobus dialogis agitat/maiore uidelicet atq; minore. In maiore quidem demonstrat Hippiā rerum professorem pulcherrimarū oīo quid ipsa pulchritudo sit ignorare. In minore uero eundem se iactante: q ante alios mendacem a uerace discernat/ostendit in utriusq; difinitiōe prsus errare/ut pateat Hippiam/ut omniū arrogantissimus est ita & ignorantissimū esse atq; ineptissimum apparere. Mitto nunc q eū ut mos est sophistarum iactabundum & temerarium auarumq; depingit. Et cum promittat omnia in omnibus dātē uerba/nihil uero præstātem: cumq; maximis glorief: uel in minis claudicātem: sed ut ad mendacis ueracisq; definitionem redeamus/ mendax rite describendus erat: qui maxime uelit/utcumq; possit sciatq; mentiri. Verax autem contra q maxime uelit utcumq; possit & sciat uera loq. At Hippias inertissimus artium magister omniū confusissimusq; ueracis mendacisq; discretor ordīe definit opposito/dicitq; mēdacē qui maxīe possit sciatq; mētiri quotiēscūq; uoluerit. Veracē uero qui quādocūq; uoluerit queat & sciat uera loq. Vnde cogit primū fateri mēdaces esse potentes: sciētes: prudentes, sapientes. Deīde & bonos ad illa ad quæ potentes sunt atq; sapientes. Tertio p artes singulas deducendo cōpellitur in qualibet ea re q̄ arte fateri/eundem esse ueracem atq; mendacem/quod negauerat ab initio. siquidē in qualibet ille q optime callet/idē maxime potest & scit p arbitrio uera loqui pariter atq; mētiri. Quarto ad cōcedendū inducit uerace nihilo meliorē esse mēdace/qñ qdē q̄ sufficiēs bonusq; est uerax ad loquendū uera/tā sufficiēs bonusq; appeat mēdax ad mētiēdū. post hæc Socrates sophistā in ambiguitatē adducit/uter delinquat grauius: nū q mētitur uolens an q nolens. Id uero sophista nescit soluere/neq; Socrates qdē soluere uult sophistæ. Est aūt ita soluēdū. in his qdē q̄ ad intelligentiā ptinent minus errare q mentiunt sponte: in his aūt q̄ ad mores spectant errare magis. Eū uero q nolens dicit mēdaciū/cōtra se hre. Deinde ambigit utri magis errent num q dedita opa an q infirmitate uel ignorantia peccant. pbaturq; longis inductionis ambagibus: in his quæ ad naturā & artem/harūq; instra ptinēt/grauius esse uitium uel impotentia uel ignoratiōe cōmissum q̄ malitia ppetratū. Siqdē naturæ bonū in ipsa potētia: bonū uero artis in hac ipsa: atq; insup in cognitiōe cōsistit. Malū igitur in oppositis. Ex his aūt extra ppositū Socrates Hippiā ad mores trāsfert: concludens idē in genera morū: quod & in naturæ artisq; genere. Quod qdē & si itelligit Socrates fieri non debere/studet tñ declarare sophistā id nequaq̄ aiaduertere. Profecto in his q̄ ad uolūtatē moresq; ptinēt: graui? delinquit malitia. i. qdā uolūtate peccādi q̄ si uel p ipotētiā uel ignorantiā delinquat. postremo Socrates iustitiā eē dicit uel potētiā uel sciētiam uel utrūq;. Addere sciebat: sed nolebat. Tertiū. s. uel uolūtatē. Iustitia. n. maxīe ī uolūtate cōsistit. Id uero declarare uoluit latere sophistā. Sed iā argumētū supioribus præceptis his concludamus Docēdū fine iuidia. Absq; rubore discēdum: gratiæ semp habēde docenti. Aliena inuēta sibi non usurpanda. ARGVMENTI FINIS.

HIPPIAS MINOR PLAT. VEL DE MENDATIO TRANSLATVS A MAR. FIC. FLOR. AD PETRVM MEDI. VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONÆ DIALOGI. EVDICVS SOCRATES HIPPIAS.

Ilias & odyssea ita differūt ut Achilles & Vlixes credūtur.

EV. Tu uero qd nā taces Socrates? cū tā multa Hippias hic ondērit? Cur ñ aut cōprobas dictorū aliqd aut redarguis siqd mīus recte dictū tibi uidet. præsertī cū ipsi restemus: q nobis nō mediocre philosophiæ studiū uēdicemus. SO. Sūt Eudice finulla ex hiis q̄ circa Homerū dicebat Hippias/de quibus pcontari cupio. Audiui equidē ex Apemāto patre tuo/Iliadem apud Homerū eo præclarius poema eē Odyssea quo

ſca quo Achilles Vlixe præſtantior. In Achillē nāq; poema unū: in Vlixem alterū aiebat eſſe cōpoſitū. De hoc ergo ſciſcitari ab Hippia ſi mō ſibi placet/affecto/utrū illorꝫ hominū preſtātiorē aſſerat. Poſtq̄ alia mlta ac uaria de Hōero cæteriſq; poetis ſūt nobis oñſa. EV. Nulla ꝓrſus iuidia ꝓhibebit quin Hippias interrogāti reſpondeat. Reſpondebis necne Hippia ſi quid Socrates quærat. HIP. Haud recte agerē Eudice ſi nunc Socratis interrogationem reſpuerē: qui ſolitus ſim ſemper ex Elide patria ad olympice feſta/quo Græci ad cōmunē celebritatē undiq; cōfluūt/me ↄferre. ipũmq; me ibi apud templum prebere cuiq; declarantē quodcunq; demōſtrari qs cupiat: & ad interogatiōes ſingulas reſpondentem. SO. O q̄ felix tibi ſors contigit Hippia! ſi adeo confiſus animi ſapia q̄libet olympiade ad ſacrum aduentas. Mirarer ꝓfecto ſiquis circa corporis exercitationē athleta illuc certaturus accederet tā corporis uiribus q̄ tu mētis ſubtilitate cōfiſus. HIP. Merito ſic affecūs ſum Socrates: nam ex eo tempore quo cæpi in olympicis exerceri: nullum reperi adhuc me aliqua in re ſupiorem. SO. præclarum hercle quod ais Hippia: atq; hæc gloria tua & patriæ & parentibus erit quoddam ſapientiæ monimentum. Verum quid nam de Achille & Vlixe iudicas! Vtrum horum præſtantiorem: & qua in re putas! porro dum multi intus eſſemus: tuq; diſſereres/quædam me uerba ſubterfugerunt: piguit tamen perqrere/quoniam turba eſſet plurima: ac etiam ne orationi tuæ impedimento forem. Nunc uero poſtq̄ pauciores ſumus & Eudicus hic quærere iubet/ liquidius nobis oſtende quid de his uiris dicebas! quoue pacto diiudicabas. HIP. Volo equidem Socrates apertius q̄ tunc in præſentia referre/quæ de his & de aliis ſentio. Homerum aſſero omnium qui Troiā obſederunt optimum uirum finxiſſe Achillem. ſapientiſſimū Neſtorē. apprime uerſutū multiformemq; Vlixem SO. pape o Hippia. An mihi in hoc gratificaberis! ne me uidelicet rideas/ſi ad ꝑcipiendum tardior fuero/ac ſæpius reqſiuero. Dignare mihi obſecro libēter ac facile reſpondere. HIP. Turpe quidem eſſet o Socrates cū alios eadem doceam: & ꝓ his pecunias exigā ſi tibi quærenti non iudulgerem nec læto animo reſponderem. SO. Præclare admodum loq̄ris: Equidem cum optimum uirum Achillem/fictū fuiſſe dicebas: ſapientiſſimum Neſtorem/ uiſus mihi ſum quod diceres intelligere. Cum uero Vlixem uerſutum & multiformem: ut uerū fatear quid ſignificate uelles nō intellexi. Atq; mihi dicas. Forte enim hic magis ꝑcipiam. nūqd & Achilles ab Homero multiformis uerſutuſq; inductus fuerit necne. HIP. Minime o Socrates: ſed simplex oīo. Quoniam in ſupplicatōibus ipis/cum eos diſceptantes inducit/ita aduerſus Vlixem loq̄ntem facit Achillem. O multum generoſe doli fabricator Vlixes. conuenit intrepide me ueſtra refellere dicta: ut fieri debere puto fallacibus ipſum. Ne me figmentis hinc obtūdatis & illinc. Is magis eſt qm̄ q̄ nigri ianua ditis. Infenſus nobis/aliud qui pectore claudit. Inde palā ꝓfert aliud quod cumq; uidetur. Aſt ergo nunc dicam credo uelut eſſe futurū. His in carminibus morem utriuſq; declarat Achillem eſſe ueracem atq; ſimplicem. Vlixem uerſutum atq; mendacē. Hæc ſiqdem apud eum: Achilles aduerſus Vlixem infert. SO. Videor iam q̄ ais o Hippia intelliger. Verſutum enim mendacem uocas/ut apparet. HIP. Maxime quidem o Socrates. Talem nempe Vlixem ſæpe & Iliade & ī Odyſſea fingit Homerus. SO. Ergo exiſtimauit Homerus alium quidē eſſe ueracem uirum/ alium uero mendacem: neq; utrunq; eundem eſſe. HIP. Quid ꝓhibet Socrates! SO. An idem & ipſe cenſes Hippia! HIP. Maxime oīum. nimis. n. errarem/ſi aliter ipſe ſentirem. SO. Homerum quidem mittamus cum ab eo ſciſcitari non liceat quis eius fuerit in cōdendis his carminibus ſenſus. Poſtq̄ uero tu cām ſuſcipis/tibiq; ea uidētur quæ dicere Homerum aſſeris/pro Homero ſimul ac te ipſo reſponde. HIP. Fiet. Interroga paucis quod lubet. SO. mendaces ne uocas illos qui facere aliquid nequeant/ut inualidos defeſſoſue/an eos qui facere aliquid poſſint. HIP. Potentes/& maxime q̄dē/cū in aliis multis/tum ēt in decipiēdis hoībus. SO. Potentes itaq; ſunt ſ̄m ſermonē tuum: atq; uerſuti: nōne! HIP. Certe. SO. uerſuti uero ſūt & ſub doli ſtoliditate q̄dā & īprudētia! an aſtutia potius atq; prudētia! HIP. Aſtutia maxīe oīm atq; prudētia. SO. Prudētes ergo ſūt ut vr̄. HIP. Valde ꝑ Iouē. SO. prudētes uero cū ſint/nū ignorātes ſūt! HIP. īmo ſciētes maxīe. Nā ob h̄ alios ſeducūt. SO. Cum ergo ſcientes ſint harum rerū quas ſciunt/utrum inſipientes ſunt/an potius ſapientes! HIP. ſapiētes uidelicet in his ipſis ad decipiēdū. SO. Siſte obſecro: repetamus dcā ut q̄d dicas inſpiciamus. Mendaces eſſe ais potentes: prudenteſq; ſcientes/item & ſapientes circa illa de quibus mendaces. HIP. aio. SO. Alios aūt ueraces eſſe alios contra mendaces: atq; hos inter ſe longe contrarios. HIP. aio & iſta. SO. Ex hoc ergo ſequitur ut mendaces ex potentum ſapientumq; numero ſint. HIP. maxime. SO. Cum uero dicis potentes & ſapientes eſſe mendaces ipſos ad eadem/ utrum dicis potentes eſſe ad mentiendum ſi uelint/uel impotentes ad ea quæ mentiuntur. HIP. potētes equidem. SO. ut ergo ſummatim dicamus. mēdaces ſunt qui ad mentiendum potentes ſapienteſq; ſunt. HIP. plane. SO. Ergo uir qui mētiri nequit/neq; ſcit qcq̄ nō erit mēdax. HIP. Sic ē. SO. Potēs aūt ē q facit quod uult & q̄do uult: haud morbo uel q̄buſdā talibus īpeditū inq̄. Verū quēadmodum tu meum nomen quotienſcunq; uis ſcribere potes/ita nunc interrogo. An non hominem ſic affectum/potentem uocas! HIP. Sane. SO. Dic o Hippia: nonne es numerandi compu

tandiq; peritus? HIP. maxime omnium. SO. si quis ergo te percontetur ter septingenta quantum cōpleant numerū/nōne modo uelis omniū q̄ ocissime atq; maxime uera de his respondebis? HIP. prsus. SO. Nūquid ex eo quod circa ista potentissimus & sapientissimus es? HIP. Nēpe. SO. Vtrū sapientissimus es ac potentissimus dūtaxat? an ēt circa eadem optimus? Circa quæ sapiā & potētia præstas: hoc est in numeris cōputandis. HIP. Et optimus insuper Socrates. SO. uera itaq; de his præ cæteris maxime dicere posses: an nō. HIP. Reor eqdem. SO. An & falsa circa eadē: age nunc Hippia ut & supra generose magnificeq; rñde. Si quis quærat ter septingenta quot sunt: utrū ipse maxime de his mētieris: ac semp ſm eadē falsa de his pnūciabis mētiri/uoles & nūq̄ uera pferre. An qui numerorum ignarus est poterit magis mentiri q̄ tu dū mentiri uoles uel potius ignorās sæpe dum uolet falsa proferre/uera forte præter sententiā pferet: quia rē ipsam ignoret. Tu uero cū sapiens sis/semper dum mentiri uoles similiter mētieris. HIP. est ut dicis. SO. Mendax itaq; utrum circa alia mēdax est: nō tñ circa numeros neq; de numero mentiet? HIP. Immo & circa nūeros. SO. Ponamus igit hoc Hippia circa computationem ac numerū aliquē esse mēdacem. HIP. certe. SO. Quis hic erit? necesse est ut mētiri possit ut ipse dicebas si mēdax futurus ē. Nēpe abs te dictū ē/si recordaris/eū q mētiri neq̄at/non esse mēdacē. HIP. Recordor equidē: atq; ita dictū. SO. nōne pauloante cōstitit te esse ad mentiēdū in cōputādis nūeris potentissimū? HIP. Ita dictū fuit & istud. SO. Num & q̄ maxime es ad uera pferēda de numeris iisdē potēs? HIP. Valde. SO. Idē ergo pōt maxime in cōputando uera loq atq; mētiri: is aūt est q bonus ē ī nūeris uidelicet cōputator. HIP. Sic oīo. SO. qs igit alius Hippia in cōputādo fit mēdax nisi q ad idē bonus? hic. n. potēs hic & uerax. HIP. Apparet. SO. Cernis eūdē ueracem ēē in his atq; mēdacē: & nihilo meliorē mēdace ipso ueracē esse. idem nāq; sunt: neq; ualde cōtrarii/ut tu nup existimabas. HIP. Haud certe nūc ī his apparet. SO. uis ne ī aliis quoq; consideremus? HIP. ut lubet. SO. Nōne es & geometriæ peritus. HIP. Sum. SO. An nō idē in geometria cōtingit? porro idē falsa q̄ maxīe de figuris pmptiare pōt/qui & uera. Est aūt is geometra. HIP. pfecto. SO. An alius ad hæc præter hunc bonus. HIP. Non alius. SO. Nōne bonus ac sapiēs geometra utraq; potest? Et siqs alius in figuris mēdax/is maxime/qui in iisdem est bonus: hic siqdē potēs. Malus aūt ad mētiēdū impotēs neq; unq̄ fit mendax q est impotēs mētiēdi ut est concessum. HIP. sunt hæc uera. SO. Tertiū isup ispiciamus astronomū quā ipse artē magis ēt q̄ supiores/soles Hippia pfiteri: sic ne? HIP. Sic certe. SO. An nō eadem in astronomia cōtingunt? HIP. consentaneū est o Socrates. SO. Quare & ī astronomia siqs alius mēdax: is erit maxime q bonus astronomus. Is namq; mentiri sumopere potest: neq; enim qui impotens est: is enim inscius est. SO. Idem ergo & in astronomia uerax erit & mēdax. HIP. Videt. SO. Age Hippia passim ita per omnes scientias cogita num ita sit an aliter. nam ante alios omnes plurimis artibus es ornatus. Quemadmodum ego te quandoq; iactantem audiui φ sapientia multa exoptandaq; præ cæteris abundares: & in foro inter mensas disputando deambulantem. Adiecisti præterea te quondam olympicum adiisse certamen/corporis ornatu spectandum: & omnia corporis ornamēta propriis manibus confecisse primo quidem anulum quem habebas hic enim cæpisti/tum fuisse opus/quasi esses sculpēdi peritus. quin etiam sigillum quoddam tuum opus substentabas: & strigilem & uasculum unguentarium similiter opus tuum: calceos quinetiam tuis cōsutos manibus. Vestem & interulam abs te contextam. Quodue admodum mirabilius uisum est: & singularis inditium sapientiæ/cingulum dicebas ostendisse te opus tuum perficis præciosisq; simile. Item tua quædam tua poemata: carmina: tragedias: dithyrambos & orationes plurimas uariasq; stilo pedestri compositas: præterea periculum ante alios omnes fecisse in artibus quas in superioribus commemorabam. & in rhythmis armoniisq; & studio litterarum. Ac in cæteris generis huius permultis/si recte recordor. At uero pter miseram tuę memoriæ artificium/quo pollere te mirum immodum existimas. forte uero & alia multa sum oblitus. Verum quod ipse quæro tuas artes animaduertens quibus & alias sufficiēter diiudicabis/dic age si reperis usq̄ ex his quæ inter nos concessa fuerunt/a mendace ueracem esse diuersum: neq; eundem existere. In qualibet autem sapientia quære uel calliditate uel quomodocunq; appellare iuuat. Sed nunq̄ o amice inuenies: neq;. n. est usq̄. φ si est alicubi/dicas. HIP. Haud in præsentia inuenio Socrates. SO. neq; inuenies posthac ut arbitror. Si autem uera loquor/recordare Hippia/quid ex superioribus sequitur. HIP. Nō satis aduertor quod loqueris Socrates. SO. Nihil opus est in præsentia memoriæ artificio: patet enim te opus esse nō opinari: sed ego nūc memorabor. Recordaris dixisse te Achillē uirū fuisse ueridicum. Vlixē uero mendacē atq; uersutū. HIP. Vtrq;. SO. nūc aūt sentis eūdē apparuisse ueracem esse atq; mēdacē. Ideoq; si mendax erat Vlixes/erat & uerax. Item si ueridicus Achilles erat & mēdax. Neq; differētes hi uiri inuicem neq; cōtrarii: īmo similes extiterunt. HIP. semp tu quidem Socrates captiunculas tales ▯texis: & captās quod in sermone molestissimum ē/ad hoc istas & minima quæq; contrectas: neq; aduersus totā rē ipsam de q̄ ē sermo cōtēdis. Nāq; si uelis nūc pluribus argumētis sufficiētiq; rōe ostēdā tibi Homerū/Vlixe meliorem/Achillem ueracemq; finxisse. Vlixē uero subdolum

Hic refertur de hippia sibi fecisse annulū uestes & cete.

sum/& in pluribus mentientē: atq; Achille deteriorem. At si tibi placet/uicissim responde: cūq; mea orationem tuā cōpara / qua ostendas alterum meliorem esse: atq; ita præsentes hi magis ītelligēt/ uter nostrum rectius loqutus fuerit. SO. Haud istud dubito/uel cōtendo Hippia/quominus me sapientior uidearis: cedo equidem tibi. Verum consueui semper cum aliquis de re aliqua disputat diligenter attendere præsertim quādo qui loquitur sapiens esse mihi uidetur. Tunc sane discendi/ auidus q̄ dicit obseruo: exquiro: cōnecto: ac repero: ut clarius dicta percipiā. Sin aūt dicentē ipsum paruifacio: neq; requiro ab eo quicq̄: neq; quid dicat attendo. Atq; hac ipsa coniectura comprehēdens/quos æstimem sapientes. Cernes enim me uerba illorum accuratissime auscultantem: sciscitātemq;/ab illis: ut aliquid discendo in uita proficiam: & nunc quidem cū dicta tua aīaduerterem: q̄bus illorum carminum testimonio Achillem ostendis aduersus ulixem/ut iactabundū dicere miꝫ qddā mihi uisum est/si uera dixeris. Quoniā Vlixes ipse uersutus mēdacii nullius redargui potēst. Achilles aūt uersutus ac uarius secūdum sermonem tuū esse uidetur. Mentitur enim: nam cum ea pnunciasset carmina quę tu nunc recensuisti: Is magis est quoniam q̄ nigri ianua ditis/Infensus nobis aliud qui pectore claudit: Inde palam profert alius quodcunq; uidetur: paulopost addit.

Non mihi uersutus post hac suadebit ulixes. Non Agamemnon Troianis insistere terris.
Sed cras ipse Ioui reliquisq; ubi sacra pararo. Cælicolis curuo collectas littore naues.
In mare deducam prima quas luce uidebis. Nare per hellespontiacum mare piscibus aptum.
In quibus aspicies cupias modo uiscere fortes. Edoctosq; uiros remis incumbere nam si
Neptunnus uentis implebit uela secundis. Tertia frugiferis Pithiæ lux sistet in oris

Item supra aduersus Agamemnonē iurgans ait. Nauibus ecce domū nigris/qa prestat abido
In patriam Pithiā: neq;.n. mens optat ut hic te Diuitiis repleam ualidis inglorius armis.

Hæc fatus/tum coram omni exercitu/tum ad eius amicos nusquā apparet/uel se ad opus accingere/uel naues trahere/ut domum reuersurus: immo parum admodū curare/ut uera sint quę loqtur. Equidem Hippia ab initio te rogaui/cum ambigerem uter horum apud poetā præstantior habeatur: putaremq; utrūq; uirum optimum esse: & difficile cognitu/uter horum excellat magis mendacio/& ueritate aliaq; uirtute. Ambo enim in hoc q̄ pximi sunt. HIP. Haud recte discernis o Socrates. Nam q̄ mentitur Achilles/non ex insidiis: sed inuitus propter exercitus casum mētiri uidetur/ coactus restare atq; succurrere. Vlixes autē sponte ac dolo. SO. Decipis me charissime Hippia: ipseq; imitaris ulixem. HIP. Minime omnium Socrates: quidnam dicis/& qua ratione. SO. quoniā Achillem ais non ex insidiis mentiri: qui usq; adeo seductor erat: atq; insidiator præter ipsam iactātiam: sicut fingit Homerus/ut tanto esset Vlixe callidior/ut ipsi uanitatem abscōderet suam: dum coram eo cōtraria sibiipsi loqui auderet. Vlixemq; cælaret. Quo circa aduersus eum nihil inferre uidetur. Vlixes utpote qui mendacium non aduertit. HIP. Quæ nam ista dicis o Socrates. SO. Nescis q̄ ad Vlixem inquit prima luce se discessurum. Ad Aiacē uero non ita: sed aliter. HIP. ubi nam. SO. His in carminibus. Diri nulla prius belli me cura tenebit.

Hectora q̄ priami natum uenisse sub armis Mirmidonum naues tentoria longa petentem
Audiero/premat argiuos qui marte sub actos. Quiq; rates ignem post hæc iaculetur in ipsas.
Hectora nāq; meas naues aut castra furentem. Haud reor ausurum dubio contingere bello.

An censes Hippia usq; adeo obliuiosum fuisse. Thetidis filium a Chirone sapientissimo eruditum/ ut cum antea uanos ipsos uariosq; iactatores effulminasset ipse confestim Vlixi quidem quasi sui ipsius oblitus dixerit nauigaturum se. Aiaci uero commoraturum: potiusquam insidiatus: cum Vlixem cognosceret seniorem/commentitiisq; machinamentis/& dolis se longe potentiorem. HIP. Haud dolo dixisse ista mihi uidetur Achilles/immo ipsa simplicitate aliter persuasus aliter cū Aiace q̄ cum Vlixe fuisse loqutus. Vlixes autem/seu uera / siue falsa loquatur/semper insidias tendit. SO. Melior ergo / ut uidetur est Vlixes Achille. HIP. minime o Socrates. SO. An non supra uisi sunt qui sponte mendacium dicunt/meliores esse quam qui non sponte. HIP. Quonam pacto Socrates qui scientes uolentesque iniuriantur / seducunt / ledunt meliores esse possunt quam qui hæc præter sententiam faciunt: quandoquidem multum ignoscitur illi/qui per ignorantiam iniuriam infert: mendacium loquitur/uel aliud quicquam committit mali: legesq; in eos seuerius animaduertunt qui uolentes mala faciunt mentiunturq;/quam qui nolentes. SO. Vides Hippia uera me loqui cum dico accuratum esse me ad sapientum uirorum interrogationes: cūq; in cæteris ualde deficiam/hoc tantum habeo boni. Quæ enim natura ipsa rerum sit/nescio: quod hinc maxime coniectare licet: quia quotiens cum aliquo uestrum loquor/qui opinione excellitis sapiētiæ/testesq; doctrinæ Græcos omnes habetis/scire nihil appareo. Nunq̄ enim idem mihi/ut ita dixerim: ac uobis uidetur. Quod autem euidentius est inscitiæ argumentū/q̄ siquis a sapientibus uiris dissentiat. Mirificū tñ hoc habeo bonū/quod me seruat: quoniā sine rubore uerecūdiæ ad discendum me præparo. Rogo aūt ac sciscitor gratiamq; ingentem habeo respondēti. Nec ulli unq̄ ingratus extitit. Neq; apud auditores unquam uendicaui mihi aliorum inuenta: sed docentem laudibus:

Argumentū inscitiæ est a sapiētibus dissentire.

Præcepta circa docentē & discentem.

semper extollo: illisq; apud oēs quæ sua sunt/tribuo. Atqui/& nūc quæ dicis ipse: nequaq̄ admitto: īmo lōge dissentio: & hoc mea culpa cōtingere certe scio. Quippe q̄ talē eē me fatear qualis sum: ne me extollā. Mihi quidē Hippia oīno cōtra ac tibi uidet̄. Opinor siquidē eos qui sponte lædunt hoies iniuriant̄ mētiūtur, decipiūt: delinquūt/meliores esse his q̄ nō sponte. Nōnūq̄ uero contra iudico: & circa hæc oberro: utpote qui rē ipsam ignorē. Ecce nūc ani morbus me qdā inuasit uidē turq; mihi qui ꝓposito circa aliqd peccant/meliores esse/q̄ qui præter sniam errant. Præsentis aūt passionis superiores sermones cām duco: qbus fit/ut in præsentia existimē eos qui nō spōte peccāt/ deteriores esse his q sponte. Ergo tu mihi ꝓpitius esto nec ulla inuidia te detineat/quin aīum meū cures. Multo mihi maius beneficiū cōferes/si inscitia liberaueris animum/q̄ si ægritudinē corpus. Si hoc uelis multis uerbis efficere/prædico tibi hunc ī modū te minime curaturū. Neq; enim asse- quar. Sinautē ita/ut supra rñdere uolueris/admodū mihi ꝓderis: spero aūt tibi hoc haud noxiū fo re. Merito uero te nūc inuocabo Apemanti fili. Nam ipse me induxisti/ut cū Hippia disputarem. Quare si nūc Hippias rñdere uoluerit/pro me ipse rogato. EV. Nil opus est me is ad Hippiā præ- cibus Socrates. Neq; enim id proposuit: ut coactus uidelicet rñderet. Immo responsurū se libēter oībus est pollicitus. Nōne hęc sunt Hippia que dicebas? HIP. Dicebā equidē. Verū Socrates hic o Eudice semp dicentes interturbat: & quasi maleficus quidā esse uidet̄. SO. O uir optime Hippia/ haud sponte hec facio. Essem utiq; sapiens secūdum sermonē tuū atq; astutus. Verū præter sniam ago. Quāobrē ignosce mihi. Ais enim nō sponte peccanti ignoscendū esse. EV. Haud aliter facias Hippia: sed nostri gratia: & ꝓpterea quę supra tibi dicta sunt/rñde ad ea quæ interrogat Socrates. HIP. Rñdebo equidē/cū tu roges. Pete ergo quod lubet. SO. Vehemēter cupio Hippia/ qđ mo- do dictū est/cōsiderare. Vtri meliores sint: an qui sponte uolētesq; peccant: an qui cōtra. Spero aūt hunc in modū rectissime posse cōsiderari. Responde iam. Vocas ne cursorē aliquē bonū? HIP. Eq dem. SO. & malum. HIP. ita. SO. Nōne bonus q bene currit: malus: q male? HIP. certe. SO. An nō qui tarde currit /male currit? qui autē uelociter/bene? HIP. Proculdubio. SO. in ipso itaq; cur- su celeritas quidē bonū/tarditas autem malum. HIP. quid tum? SO. Vter ergo cursor est melior? utrum qui sponte currit tarde/an qui secus? HIP. qui ultro. SO. Nōne currere est aliquid facere. HIP. facere utiq;. SO. Facere autē aliqd operari. HIP. profecto. SO. Ergo qui male currit/ malū hoc/& turpe operatur in cursu. HIP. malum. Quidni? SO. male aūt currit: qui tarde currit. HIP. sane. SO. nōne igitur cursor bonus de industria malū hoc: & turpe operat̄: malus præter proposi- tum? HIP. uidet̄. SO. in cursu igit̄ deterior est/qui præter uoluntatē agit mala: q̄ qui uolēs. HIP. in cursu plane. SO. Quid aūt in palestra? uter lucrator est melior? nūqui dedita opera cadit? an q in- uitus? HIP. Qui dedita opera. SO. ita uidetur. Peius aūt ac turpius in palestra cadere an deiicere? HIP. cadere. SO. Et in palestra igit̄ qui studio mala agit/& turpia/melior lucrator est q̄ qui imbecil litate atq; inertia. HIP. Videtur. SO. Quid nam in oī reliquo corporis usu? nōne qui corpore ro- bustior: atq; aptior est: facere pro arbitrio utraq; potest? tam quæ robusti hominis sunt q̄ q̄ debilis/ & pulchra/& turpia. Quapp qui habitu corporis præstat/quotiens mala secundū corpus facit/uo- lens efficit. Imbecillis aūt inuitus. HIP. uidet̄ quoq; idem circa robur cōtingere. SO. qđ uero de ipsius figuræ concinnitate dicendū? nōne formosioris meliorisq; corporis est/ipensa opera turpes figuras cōfingere: deformis aūt contra? quid tibi uidet̄? HIP. quod/& tibi. SO. figuræ itaq; incon- cinitas uolūtaria ad uirtutem corporis adtinet: contraria uero ad uitiū. HIP. apparet. SO. de uo- ce uero quid ais? Vtrā meliorē asseris? ex animi uolūtate dissonam? an ex inertia? HIP. ex animi uo- luntate. SO. Alteram uero peiorem. HIP. Absq; dubio. SO. Vtrum bona optas habere An mala HIP. bona. SO. utrū eligeres pedes habere qui dedita opa claudicarent/an q inuiti? HIP. Eos pla/ ne qui de industria. SO. Claudicatio pedū nōne uitium est/atq; deformitas? HIP. est. SO. Hebetu do aūt nōne uitiū oculorū? HIP. uitium. SO. Vtros igit̄ potius oculos eliges: eos ne quibus spōte qs cōfuse uideat/uel puerse īspiciat/an cōtra qbus nolēs male aliqs uideat. HIP. Eos qbus uolens. SO. Ex his uero q̄ tua sunt/potiora cēses illa q̄ male agūt spōte q̄ quæ inuita. HIP. Eiusmodi quæ- dam uidelicet. SO. An nō/& reliqua oīa aures: nares: os: oēsq; sensus ratio una cōprehendit: quæ docet sensus ꝑter ꝓpositū peccantes/eligendos eē nūq̄: utpote q praui sint: eos aūt q ex īstituto tāq̄ bonos/potius eligendos. HIP. Mihi qdē uidet̄. SO. Quorū uero instrumētorū melior usus. Vtrū qbus uolēs aliqs errat: an qbus nolēs. Ceu gubernaculū/utrū melius illud quo de industria qspiam male gubernet/an quo inuitus. HIP. Quo de industria. SO. nōne arcus similiter/& lyra/& tibiæ/ac cætera oīa. HIP. Vera loqueris. SO. Vtra equi anima ad possidendū melior: ea ne q̄ sponte qs ma le eqtet/an qua inuitus. HIP. Qua sponte. SO. Est itaq; melior. HIP. Est. SO. Meliori igit̄ equi aīa mala huius aīæ opera uolēs qs faciet: cōtraria uero cōtra. HIP. Oīno. SO. nōne eadē de anima ca nis cæterorumq; animalium ratio. HIP. Eadem. SO. Vtrius autē sagittatoris animam tāquā me- liorem eligeres. Illius ne qui uolens/aberrat a signo an illius qui nolens. HIP. illius qui ultro. SO. An nō hæc ad sagittandi artē melior? HIP. Melior. SO. Quare aīa quæ aberrat inscia deterior est ea quæ

Questio utri melioris an q spōte uolēdo peccāt: an qui contra.

ea quæ sciens aberrat. HIP. in sagittandi uidelicet facultate. SO. Quid uero i studio medicinæ: nõ neq̃ q̃ medẽdo dedita opera mala quędã corporibus infert: quoad medicinæ artẽ ptinet peritior est/q̃ illa quæ p ignorantiã peccat? HIP. plane. SO. Ergo hæc in medicinę arte est melior. HIP. Melior. SO. Vtra uero ad citharã pulsandã: uel inflandas tibias/& alia unius cuiusq; artis/uel sciæ opa est instructior: nõne ad hæc/& melior? & si qñ præter artẽ male qd facit de industria facit/quæ uero deterior præter sniam. HIP. Apparet. SO. Seruorũ aũt animas eligemus potius quæ scientes circa ministeriũ peccant/q̃ quæ ignorantes/quasi ad hæc opera meliores. HIP. Sane. SO. Animã uero nostrã nõne q̃ optimã exoptamus habere? HIP. Nempe. SO. An nõ melior erit/si sponte mala faciat atq; delinq̃t/q̃ si nescia? HIP. Graue id esset: o Socrates/si qui spõte iniuriant meliores essent/his qui nõ sponte. SO. Ex his tñ quę supradicta sunt sequi uidet. HIP. Mihi uero nequaq̃. SO. Putarã Hippia idẽ tibi quoq; uideri. Respõde igitur iterũ. Iustitia nõne/uel potẽtia quædã est/uel scia/uel utrũq;? An nõ necesse est aliqd horũ eẽ iustitiã? HIP. Necesse. SO. Si potentia q̃dã aiæ iustitia ẽ/potẽtior aia/iustior erit. Melior. n. o uir optĩe hæc talis nobis appuit HIP. appuit certe. SO. Quid vo si scia iustitia sit? Nõne q̃ sapiẽtior/aia illa iustior? q̃ isipiẽtior cõtra iniustior? HIP. ita ẽ. SO. Quid si utrũq;? An nõ quæ ambo hæc habet sciam scilicet/& potẽtiã/iustior erit? quæ nõ habet/iniustior? Nõne ita rem se habere necessariũ est: HIP. Apparet. SO. Quæ uero potentior/& sapientior est/ea melior apparuit esse/& ad utraq; tam pulchra q̃ turpia circa quãlibet actionẽ peragenda paratior. HIP. certe. SO. quotiẽs itaq; turpia facit/uolens facit pp artem atq; potentiã. Hæc aũt/uel ambo/uel alterũ/ad iustitiã pertinẽt. HIP. Videt. SO. Enimuero iniuriari mala facere est. Non iniuriari/bona. HIP. Sic est. SO. Nõne ergo potentior ac melior aia/quotiens iniuste aget/sponte aget. Praua aũt cõtra. HIP. Apparet. SO. Nõne uir bonus/q animã habet bonã? Malus cõtra qui malã? HIP. Absq; dubio. SO. quãobrẽ boni uiri est/sponte iniuriari: mali aũt nõ sponte: siqdẽ bonus uir aiam bonã habet. HIP. habet qdẽ. SO. siqs est igit hoĩum/qui sponte aberret/turpiaq;/& iniusta cõmittat haud alius ẽ o Hippia q̃ uir bon⁹. HIP. cõcedere tibi ista nõ possum o Socrates. SO. neq; ego ipse mihi Hippia: uerũtñ ex supiori sermõe necesse ẽ i pręsentia nobis ita uideri. At uero ut supra dicebam circa hęc semper sursum deorsumue reuoluor: nec in eadem persisto sentẽtia: neq; mirum est me rudesq; alios ad contraria circumuagari/si & sapientes uos oberretis. Id autem nobis graue malum/si neq; etiam ad uos profecti errare censemus.

ℭHIPPIÆ MINORIS FINIS.

ℭARG. MAR. FICINI IN CHARMIDEM VEL DE TEMPERANTIA.

STudiũ Socratis in hoc dialogo est: oẽs qdẽ ad tẽperantiã cohortari. Tres uero pcipue. s. adolescẽtes/& nobiles: atq; pulchros. Adolescẽtes qdẽ ppea: q, cita morbis adhibẽda ẽ medicina. Principiis obsta: sero medicina parat. Cũ mala p longas inualuere moras. Nobiles quoq;/tũ ut oñdat uerã in uirtute nobilitatẽ eẽ ponẽdã: tum q̃a nobiles plærũq; cęteris exẽplo sunt: & quottidie ad rẽ p. admittunt: grauissimo si mali sint/hũani generis detrimento. Formosos deniq;: nã hi potissimũ flagitiosorũ cõsuetudine deprauant/quo fit/ut magis egeant medicina. Præterea formosi studere debẽt/ut quẽadmodum natura corpori breuẽ tradidit pulchritudinẽ/sic ipsi uicissim deo naturæ auctori/sempiternã ani restituãt pulchritudinẽ: neq; uero pmittẽdũ est/ut cũ exteriora nostra multis sua pulchritudine placeãt/interiora interim sua deformitate displiceant. Etsi oĩa in hoc dialogo mirificã hẽnt allegoriã/amatoria maxime/nõ aliter q̃ cantica Salamonis mutaui tñ/nõ nihil/nõ nihil ẽt ptermisi. Quæ enĩ cõsonabãt castigatissimis auribus Atticorũ rudioribus/forte aurib⁹ minime cõsonarẽt. Ideoq; Aristarchus qdã hõericus/imo uero platonicus/q̃ minus cõsonãt/diceret nõ Platonis eẽ/sed Chroni. Tria uero i ipso exhordio notãda sunt: i primis/q̃ amorẽ ab hac forma corporis/ad incorporeã trãsferũt pulchritudinẽ. Primũ quod inq̃t Socrates se inter pulchrũ hũc/& pulchrũ illũ/nihil discernere: sed pulchros sibi cũctos/æque placere: quasi dicat/nõ in unius corporis forma sistendũ eẽ pedẽ: sed ad ipsam cõmunẽ spẽi totius pulchritudinẽ adscendẽdũ. Quæ cũ una sit in multis/ideã pulchritudis unã/refert sup multa. Quẽadmodũ igit ab ĩdiuiduo ad spẽm/& a spẽ ad ideã cogitando trãscẽdimus/ita & ab amor formę huius: ad amorẽ cõis forme prio/deĩde ad formę idealis amorẽ pgere admõemur: his addit Socrates corporis pulchritudinẽ nõ pp se amãdã: sed tãq̃ diuinæ pulchritudis imaginẽ nobis existimãdã. Iubet postremo nudare aĩum/corporisq; forma posthabita. Decorẽ animi: tũ naturalẽ ĩspicere/tũ studio cõparãdũ diligẽtius adhibere. Et iterea corripit Cherephontẽ q nescio qd denudãdo quasi i palestra corpore dixerat. Neq; iniuria exhortationẽ ad tẽperantiam a pulchritudine corporis exordit. Hæc enim temperantia quædã est linearũ: atq; colorum. Sed ab hac pxime transit ad corporis sanitatẽ: quæ etiã est temperantia q̃dã humorũ. s. atq;

membrorũ. Tertio ab hac ad animi ipsius hornatũ: qui/& in affectu temperantia est/ipsa motionũ .s. moderatio: & in cognitione quadã similiter est temperantia in quadã intelligentiæ cũ rebus q̃ intelliguntur cõcinna cõgruitate cõsistens/ut nõ inmerito Pythagoras temperantiã uirtutũ oĩum esse dixeris saluberrimã: tam publice q̃ priuatim humanæ societatis cõseruatricẽ. Præsertim cum & iustitia temperantia quædã sit idest cõueniens in cõmutando distribuendoq; moderatio. Profe cto q̃uis tẽperantia ꝓprie circa cohibendas uehemẽtes libidines uoluptatesq; uerset/tñ similitudi ne q̃dã trãsfert: & ad cupiditates oẽs ãputãdas/& ad actũ quẽlibet moderãdũ/ut & offĩm fortitudis ĩ audaciæ timorisq; moderatiõe uerset. Siĩiter iustitiæ ĩ p̃mioꝝ penaꝝq; mõ: liberalitatis quoq; in erogãdi mõ. Deniq; toti⁹ uitæ salus/ut neq̃d nimis: hĩc pythagoricũ illud: mẽsura oĩum optĩa. Sed memẽto illos ĩ Phædone negari tẽpatos eẽ q corporeæ uoluptatis gr̃a a uoluptatib⁹ abstinẽt. Iu bet. n. actiões morales ad purgãdã mẽtẽ referri cõsequẽdã sapiẽtię diuięq; similitudĩs gr̃a. Tãta ue ro ẽ excellẽtia tẽpantię/ut & eã oẽs ĩ q̃b⁹ suis obseruẽt artifices elegãtes: & ipsius uirtute nõ solũ cor pus sub luna quodlibet ueꝝ ẽt cęlũ ip̃m uniuersumq; seruet. Q̃d ĩ Gorgia sapiẽtũ testimonio con firmat: huic illud simile disp̃oit deus cũcta suauiter: itẽ ĩ nũero põdere mẽsura cũcta disp̃oit. Sed iã ad dialogũ reuertamur. Socrates dũ ex s̃nĩa magoꝝ uetat curari corpus añq̃ curet aĩus manifeste eos ĩprobat/q minima curãtes/maxĩa negligũt/ueluti q egs & casib⁹ ęgrotãtib⁹ remedia q̃ritãt/in sui uero corporis/& anĩ morbis medicos mĩe cõsulunt. Minĩa quæq; suppellectilia rite cõponunt/ ipsi interĩ & aĩo/& corpoꝛ ĩcõpositi: intẽperato aĩo citharã tẽperãt. Quotridie aliẽa curiose tractãt ꝓpria deserũt. Oĩa uero p̃ter aĩum ip̃m nobis sunt aliẽa. Iõ corporis medicinã foliũ appallauit/rẽ leuẽ/fragilẽ/& oĩo mutabilẽ: ac p̃itus cõtẽnendã. Significat ẽt multa nobis incõmodatũ corporis/ tũ fortũæ ob intẽperãtiã frequẽter accidere: atq; cõtra cõplurĩa bona p tẽperãtiã ꝓuenire. Itẽ anĩo ꝑfecte cõposito/q̃cũq; accidũt: tã/& prudẽter disp̃oĩ/& æque tolerari/ut nihil tãdẽ euadat in malũ. In cõposito uero aĩo nihil bñ/uel in corpore/uel extra posse cõponi. Exponit aũt in Cratylo nomen temperãtiæ græcũ sophrosynẽ/quasi salutẽ quandã cõseruationẽq; prudẽtiæ. Putat. n. aĩo uerorũ lumina omnium innata fuisse: ideoq; si in seipsum ꝓrsus inspiciat/uera in se oĩa cõspecturũ. At ue ro quo minus ĩspiciat ĩ eã est ĩmoderat⁹ ad corpus corporeaq; affectus: quo fit/ut tẽperantia opus sit in primis/ꝑ quã expulsa perturbationũ caligine mens facta serenior diuini solis lumine abunde circunfundat: uñ sapientiã primo recuperet: deinde prudẽtiã adipiscat. Q̃m igit̃ tẽperantiã sapiẽ tia prudẽtiaq; comitat: ideo Plato sæpe alibi: & ĩ hoc dialogo sub ipso tẽperãtię noĩe sapiẽtiã quoq; uult/& prudẽtiã cõtineri. Mouet aũt Socrates Charmidẽ/ut respiciat ĩ seipsum de tẽperãtia uerba facturus: nã & hæc ipsa ĩ seipsum cõuersio ẽ huius uirtutis offĩm: & q̃sq̃s ĩ seipsum pęnitus cõuersus fuerit: tũ ꝑ ipsam tẽperãtiæ ideã ĩnatã mẽti/hũanã ĩtelliget tẽperãtiã: tũ moderationẽ ipsam agno scens/q̃ deus aĩæ p̃tes ab initio inuicẽ tẽperauit/cognoscet/qua rõne sit affectus animi tẽperãdus. Accedit ad hæc q̃ in hoc præcepto significat nemĩnẽ/nisi tẽperatũ de tẽperãtia loq̃ ad p̃suadendũ uel debere/uel posse. Præterea tradit̃ in Timæo ex cõsonãti q̃dã aĩæ/tã ad seipsam q̃ ad corpus mo dulatiõe/nobis ꝓspera cũcta cõtingere. Quinetiã Pythagorei/quos romanus ĩ hoc sequit̃ Censori nus/si aĩus prudẽter motiões singulas/tum sui/tum corporis moderet̃/ꝑpetuã utrisq; sanitatem/& diuturnã uitã corpori pollicent̃. Quod q̃dem plærisq; sapientibus scisq; uiris ꝓuenisse cõptum/& Cẽsorinus/& nos hẽmus ad eandẽ quoq; cãm aut similẽ diuturnas priscoꝝ uitas/nõnulli referrẽt. Sed addit̃ his aliq̃d mirabilius. Magos carminibus suis ĩmortalitatẽ corporibus polliceri. Magicã Zoroastris Plato in Alcibiade/nihil aliud q̃ diuinũ cultũ esse dicit: hic insup addit nõ magicis tãtũ carminibus/uerũ etiã philosophicis rõnibus/& tẽperari aĩum/& corpus/uel semp/uel diu saltẽ pro cul a morte seruari. Profecto oratio illa quæ tẽperantiã audientibus oĩno sit p̃suasura atq; insuper effectura/duo potissimũ exigit: & uim a deo infusam/& rõnes a philosophis cõparatas: atq; oratio nem eduobus his cõpositã Plato incantationẽ nominat magicã. Qua Phœbus primo/ deinde Py thagorici morbos ab aĩo/& corpoꝛ mirabiliter expellebãt. Neq; uero falsũ putari debet corp⁹ sub aĩa pænitus tẽperata ĩmortale effici posse/& sub intẽperata ĩ morbos/& mala oĩa labi. Id enĩ mosay cũ de primi parẽtis statu atq; lapsu mysteriũ cõtinet: atq; Auicẽna sequutus Platonicos/& Hippo cratem ꝓbat animũ. Ex ipsa sui natura adeo materiã omnẽ exsuperare/ ut cum primũ in seipsum fuerit restitutus possit elementa mundi mira quadã uirtute mouere: atq; hẽre in corpora q̃ uis im perium. Quo fit/ut multomagis possit in ꝓpriũ: quod q̃dẽ/& ab initio adã poterat experiri: & q̃dã putant Enoch/& Heliam/& nõnulli suspicant̃ euangelistam adhuc rõne quadã simili uiuere. Sed de his oĩbus in Theologia nostra latissime disputamus. Deniq; ut summati dicã mira in hoc uirtutis temperãtiæ declarantur/q̃ animũ feliciter in deteriora ꝓlapsum/feliciter sibi ipsi restituit. Decla ratur/& mira potestas anĩi a quo oĩa tam bona/q̃ mala in corpus defluant: & quo uolẽte corpus ser uari ualeat incorruptũ. Quod quidẽ Mosaicis mysteriis fere undiq; consonat. Post hæc sæpius q̃d sit tẽperãtia quærit̃. Quod quidẽ neq; Charmides neq; Critias unq̃ absoluit. Ille enim nõ tẽperan tiã propriẽ: sed que comitant̃ eã adducit in mediũ. hic aũt que ad prudẽtiã magis ꝑtinent: & id q̃ dem

dē semp inepte, ualet ut declaret nō eē cuiuslibet de uirtute tā preclara disserere. Interea nota priscos sacerdotes cōsueuisse in sacris tertiā libatiōis paterā Ioui seruatori præcipue cōsecrare: ut declararēt principia media/fines omniū/ut in legibus Plato refert/sub Iouis prouidentia disponi atq; seruari. Sed ad Critiæ ineptias redeamus dicētis eē sciētiā quādam que/tā se q̄ sciētias oēs sciat: res uero ipsas quarū sunt sciētiæ nesciat: qđ quidē ideo est absurdū/quia ueritas ipsa ratioq; scientiç in ipso eorū que sciunt quasi quodā cōtactu cōgruentiaq; consistit. Præterea neq; perfecte sciri potest sciētia/nisi que sciētia sit discernat. Id uero nisi cuius rei sit/habeat/haberi non potest. Itē cōfitetur Critias posse aliquē/quæ nullo modo cognoscit: interim cognoscere se non nosse. Id autē Socrates iccirco non recipit/quoniā que nullo mō sciunt/nō possunt interim quodāmō sciri. Quisq; eni animaduertit se aliqd ignotare/eoipso agnoscit/& se carere. Si ita iudicat/ergo iā notionē ipsius quandā in seipso descripsit/p quā iudicē/& se carere: & quo precipue careat: quo fit/ut quicūq; rē aliquā se ignorare cognoscit. Interea rē ipsam nō prorsus ignoret: imo generali quadā adumbratione describat: generali inq̄ ppea q; in speciali rerū distinctiōe sciā pfecta cōsistit: quā in oībus disputationibus suis Plato pquirit. Vbi uero Socratē inducit agnoscētē se nihil scire/iudicat eū/& si nō speciales generales tñ rerū descriptiōes hēre: alioqn ignorātiā suā nō posset agnoscere. Ideoq; dū sciebat nihil/sciebat quodāmō cūcta. Quoniā uero Critias sermonē de tēperātia traduxerat ad prudentiam & id quidē licentia quadā platonica Socrates prudētiā asserit. i. boni maliq; sciam auctoritatē summā ad beatitudinē obtinere: tū qa/& bonū finē/& bona ad ipm media ipsa demonstrat: tū quia oēs tā res q̄ artes/quatenus ab ipsa regunt/nobis cōducūt ad bonū: cōtra uero nequaq̄. Postremo docet Socrates nihil difficilius uel definiri uel cōparari q̄ tēperantiā. Difficultas uero definitiōis inde procedit: q; uix a cæteris uirtutibus quarū ipsa consonantia quædā est/discerni pōt. Adde q; tanto difficilius intelligit uerbisq; exprimit/quāto difficilius intrinsecus possidet. Profecto cū ex ipso corporis cōmertio maxime ad uoluptatē intēperantiāq; procliues simus in eaq; ab īfantia nutriamur/difficillīe tēperantiā adipiscimur. Præterea primi sensus affectus uident/nō nihil interdū uel ad fortitudinē p irā audaciāq; cōferre: uel ad prudētiā p timorē: uel ad patiētia p dolorē: uel ad iusticiā liberalitatēq; p amorē. Tēperātiæ uero semp impetus oīs opponit: cū. n. in summa q̄dā tranqllitate solū collocari possit: a quouis affectu undiq; īpedit: auget quoq; difficultatē/q; sicut in corpore consonātē oīno humorū mēbrorūq; tēperiē sic in aīo harmonicā suorū oīum tēperatiā repire oīum ē difficilimū. Quāobrē nō iniuria Socrates tā in epilogo q̄ in exhordio ad tēperantiā cælestī harmoniæ p similē cōsequendā opus eē ait cælesti uirtute atq; diuina/tū aīo/tū rōnibus/& uerbis īfusa: ubi q; uero admonet cōtēdēdū eē potius/ut sub legitimis īstitutis tēperāti efficiamur: q̄ ut sub dialecticis rōnibus de tēperantia disputemus: qū quidē summa quadā difficultate cognoscitur/& cognita sine usu nō mō nihil pdest sed/& obest q̄ plurimum: atq; id quod maius est nisi re ipsa possideatur/perfecte cognosci non potest. Impuro enim rem oīum purissimam non licet attingere.

¶ ARGVMENTI FINIS.

¶ CHARMIDES PLATONIS VEL DE TEMPERANTIA TRANSLATVS E GRÆCA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONÆ DIALOGI.

¶ SOCRATES. CHÆRÆPHO. CRITIAS. CHARMIDES.

SO.

Eri cū ad uesperā Potidæa ab exercitu rediissem protinus solitæ exercitatiōis loca/utpote qui diu absuissem/pperans reperiui. Ac Taurei palestrā quæ e cōspectu est maiestatis regiæ/templi sum ingressus. Vbi multos comperi partim ignotos mihi/partim notos: & quidem plurimos. Qui cum me ex insperato uidissent/longe congratulati sunt aliunde alius occurentes: chærepho præcipue utpote natura cōcitatior e medio statim psiliens adcurrit: ac manu me præhendēs o Socrates inqt/quo pacto incolumis euasisti? Nam pauloante q̄ abiremus/apud Potidæam pugna cōmissa est: quā hi nuper audierunt. At illi ego respondēs/ita inq̄ ut cernis euasi. Nūtiatū nobis est inqt pugnā acerrimā extitisse: atq; in ea plurimos nobis notos obcubuisse. Vera inq̄ uobis nuntiata fuerūt. An tu inqt prelio īterfuisti? Interfui. Sede hic: nobisq; enarra: nōdū enim aperte oīa ītelleximus. His dictis me ppe Critiam Calæschri filium sedere iussit. Sedens itaq; Critiæ/& aliis cōgratulatus sum primo: deindeq̄ ī belli expeditiōe cōtigerāt/ut qsq; reqrebat/alius enim aliud appetebat/recensui. Cū uero de his rebus abūsi locuti essem⁹/rursus ego illos īterrogaui q̄ nā eēt his tpib⁹ phiæ cōditio: & siq eēnt adolescētes/uel sapiētia/uel īdole/uel utrisq; pclari: tūc Critias uersus fores īspiciēs/ītuitusq; adolescētes quosdā īgrediētes/altercātesq; īuicē/& turbā post eos aliā Socrates ingt qđ de honestis pcontaba-

sub domesticorum prudentia satis ferme regatur adolescentia uero licentiam nacta solutiorem passim absque frenis oberret/merito Plato noster plurimum de adolescentibus corrigendis frenandisque pertractat: grauiterque conqueritur eam aetatem: quae cum mollitie lasciuiaque petulantiam superbiamque coniungit: ideoque in summo discrimine posita est/tum a domesticis parum obseruari/tum a legibus magistratibusque infeliciter negligi/praesertim cum adolescentes tam se inuicem coinquinent/quam a grandioribus passim inficiantur. Itaque in legibus & re p. magistratum inter ceteros proprium adolescentiae praeficit. Qui tanquam/ut ita loquar eps exploratores quottidie tam nocte quam die per totam mittat urbem/singulos singulorumque adolescentum mores uerba gestus obseruaturos: singulaque eorum tum facta/tum dicta ad magistratum uelut ad pastorem patremque fideliter delaturos. Nec tam necessaria adolescentiae diligentia soli ex omnibus Platoni fuit curae quam quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potuit non summopere comprobare. Sed ad dialogum ueniamus Lysimachus & Melesias de filiis cogitant educandis. De suis conquesti parentibus quod publica curiosius pertractantes/domestica filiosque neglexerint. Cum tamen prima rei p. cura in curanda iuuentute consistat: & quamuis iam senes/tamen ut rectius ea de re deliberent. Niciam Lachetemque etiam senes quibus & filii sunt ad consultandum similiter conuocant ac neque minus perspectum sit Socratem consilio adhibent/non modo socium/sed & iudicem. Socratem inquam nihil aliud in omni eius uitam tractantem quam tum de omni etate/tum maxime de adolescentia rite curanda. Tu uero considerabis interea miras Socraticae uitae laudes: item ueras esse laudes quae a uiro laude digno proficiscuntur. At uero quoniam in aliis ciuitatibus institutio legum ad mansuetudinem magis declinat quam ad audaciam. in aliis uero contra. Plato utrumque arbitratus periculosum & mansuetudinem audaciae & uicissim audaciam mansuetudini iubet in politico pariter commisceri. Siquis uero Charmidem Lacheti coniunxerit/exhortationemque/tum ibi ad temperantiam/tum hic ad fortitudinem inuicem copulauerit/ adolescentum animos rite contemperabit. Mitto quod in hac praesentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Hicias quam Laches militarem fortitudinem ultra quam deceat admirantur: & Hicias praeterea armorum ludos quasi ad militiam praeludia summopere necessaria laudibus supra modum extollit: sed hunc non iniuria Laches emendat. Post haec sententia transfertur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiam delectare magis/quam quae in sapiente fit ex ipsa animi sermonisque concordia. Atque contra nullam dissonantiam magis offendere quam ubi lingua mensque dissonat. Deinde hominem perditum etiam si belle loquatur audiendum non esse. Neque licere de moribus loqui nisi morato. Praeterea Socratem semper consueuisse de quacunque re disputaret: disputationis socium eo perducere ut totius uitae suae redderet rationem quasi aliena frustra cognoscas/nisi te ipsum noris. additur necesse in primis esse seipsum alicui examinanti subicere: cui saepe rationes ante actae uitae reddantur. Quod quidem confessionem annuam a christianis institutam ualde confirmat. Additur & tam diu discendum quamdiu uiuendum. Socrates autem omnium cautissimus iudicium sibi iniunctum ait traducendum in seniores. Sed interea obsecratus a cunctis rem ipsam aggreditur/ante omnia quidem diligentiam in filiis educandis probans/improbans negligentiam. Adiungit non posse fieri ut quis ad fortitudinem aliquem adhortetur/nisi sciat quid ipsa fortitudo sit exprimere. Mox interrogatus Laches quid fortitudo sit/confidentius respondet/esse uirtutem/per quam quis non deserens ordinem/expugnat hostem. Quod quidem ideo confutatur/quia potest aliquis scytharum more non minus fugiendo quam permanendo hostem uincere: atque aeque fortis esse. Ideoque homerus eum appellat fortem qui oportune audere scit atque timere. Paulo post ad quamlibet materiam fortitudinis uictoria trahitur: quasi forte uirum deceat non modo formidines/uerum etiam dolores libidines/uoluptates exsuperare. hinc quaeritur communis ad haec omnia fortitudinis definitio. ad haec respondet Laches/hanc esse/quandam animi tollerantiam. At quoniam minus sufficienter est definitum/Socrates addere cogit: tolerantiam ipsam oportere honestam esse atque conferentem eiusmodi uero non erit/nisi prudenter id fiat. Ideoque compellit Lachetem dicere fortitudinem proprie tolerantia prudentem esse. Siquidem fortitudo pulchrum quiddam est atque bonum. Deinde quaeritur quae nam tolerantia & ad quid prudens. i. circa quam materiam/quodue officium. Labitur autem Laches quando generatim interrogatur utrum ubi audacia maior est ibidem fortitudo sit maior: idque concedit: rursusque admitti numero audaciam in eo esse maiorem qui absque rei ipsius peritia/cognoscens tamen periculum/rem ipsam aggreditur/quam in eo qui peritia incedit instructus. Cautius. n. tutiusque is agit: Laches denique recipit/ubi plus audaciae minusue peritiae prudentiaeque est fortitudinem esse maiorem. In qua quid concessione & sibiipsi repugnat: & admittit falsum. Nam fortitudo quidem pulchrum quiddam est & conferens: audacia uero imprudens est/turpis & noxia: iter haec nota tritam Socratis Platonisque sententiam. Ad illa quisque bonus est/ad quae est sapiens. Ad illa malus/ad quae ignorans. Profecto quemadmodum errores omnes/tum manus in apprehendendo/tum pedis in gradiendo ab ipso uidendi defectu procedunt: sic errata hominum omnia/tum in eligendo/tum in agendo ex defectu intelligentiae proficisci Socrates arbitratur. Nam ubi dux ipse caecus est uel caecutiens/omnia labuntur in praeceps. Post Lachetem definit Hicias fortitudinem metuendarum rerum & non metuendarum scientiam: quae uidelicet ratione & quatenus metuenda inuadendaque sunt. Vocat utique fortitudinem habitum quendam cum prudentia circa metuenda & inuadenda constantem. Audaciam uero sine prudentia temerariam uocat ferocitatem. Socrates contra Hiciam sic argumentatur. quorumcunque aliqua scientia est/non alia praeteritorum est ut facta sunt: alia praesentium ut fiunt/alia futurorum/ut optime fieri possunt. sed eiusdem scientiae est haec omnia intelligere. Si ergo fortitudo scientia est audendi & metuendi circa bona atque mala/uidelicet ut futura sunt: nimirum est etiam scientia eorundem ut praesentia sunt: atque praeterita. Omnium ergo simpliciter: est igitur uniuersa uirtus. Nos autem fortitudi-

nem ab

nem ab initio tã̄q uirtutis ptē aliquã quærebamus. Obiectio hæc nõ tã refellēdi q̄ tētãdi Niciæ gfa facta ē. At Nicias definitionē suã nesciuit defendere. Socrates aũt inter seniores pp modestiã doctorem agere nolens: simulat se definitionē silr ignorare: hortaturq; eos ut una secũ uirtutũ præceptores sibi añ pgrant/q̄ facultatē erudiendæ iuuētutis pfiteanť: oñdens in oi ętate moralē disciplinã eē magnope necessariã: ac sine rubore uerecũdiæ sp eē discendũ. Definitiões uero q̄s uel hic de fortitudie uel ĩ Charmide de tpantia q̄rit/nõ hic aut ibi/ubi exortari & animouere dũtaxat cõsilium ē/sed in re.p.& legibus absoluunť. Sed ut de fortitudine simul & tēperãtia q̄si germanis summatim dicã Plato in Phædro symposioq; uitã hãc nr̃am itineri cuidã cõparat. In quo qdē dirigēdo nõ referat aurigã/affectus uero ptim sũpiores/ptim ĩferiores gemĩos referãt equos/albũ uidelicet atq; nigrũ. atq; ut q̄tũ ad ppositã ptinet q̃onem/cõmodius distinguamus. Diuinam inq̄t puidētia statuisse nos a turpibus reuocare/ad honesta continue puocare. Ideoq; pudorē magnanimitatēq; nobis ĩgenuisse. ut auriga nr̃ pudore qdē q̄si freno affectus nr̃os uelut equos a turpibus licet suauibus cohiberet/magnanimitatis uero calcaribus ad honesta q̄uis ardua stimularet. Siquidē malus qdã dæmon ad turpia lenociniis allicit uoluptatis ab honestis amaritudine doloris absterret. Quã obrē & tēperãtia pudoris usa frenis/efficit ut a turpibus inuita uoluptate sp abstineamus & fortitudo magnanimitatis freta calcaribus/dat operã/ut ad honesta uiriliter cõtēdamus/spreta difficultatis dolorisq; formidine: & q̄to difficilius ē dolores supare q̄ a uoluptatibus abstinere/tãto forsitã alicui uideri posset fortitudinē tēperãtiæ añponēdã. Deniq; tēperãtia qdē facit ne ex hoie præcipitemur ĩ bruta: fortitudo uero præter id ut ēt quodãmõ trãsferamur inde/uidelicet oĩa supantē: ob hãc pcipue uirtutē oĩs antiq̄tas Herculē in deoꝝ rettulit numeꝝ: Herculē inq̄ dũ terræ uictor cæłestes scãderet gradus/ita clamãtē. Ite nũc fortes ubi celsa magni ducit exempli uia: cur inertes terga nudatis: supata tellus sydera donat.

ARGVMENTI FINIS.

LACHES PLATONIS VEL DE FORTITVDINE TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

DIALOGI PERSONÆ.

LYSIMACHVS MELESIAS NICIA LACHES FILII NICIE ET LACHETIS SOCRATES.

LY.

Vlrum spectastis armis dimicãtē o Nicia atq; Laches. Quã uero ob cãm spectare hunc nobiscũ una ego & Melesias hic uos iussimus supra minie declarauimus. Nũc ãt apiemus nã libere uobiscũ loquēdũ existiamus. Sũt.n. nõnulli q hæc derident: ac siq̄s eos cõsulat/sniam suã nõ exprimũt. sed illud de quo cõsultať & cõsultãtis mentē conicientes alia ꝑterea q̄ sentiũt/pferũt. Cũ ãt uos arbitremur & ad itelligendũ sufficere: & q̄ cognoscitis simplr explicaf/socios ad eoꝝ q referemus deliberationē asciuius. Est ãt de quo altius sum exorsus eiusmõi. Hi nobis filii sũt: hic qdē huius filius auito noie Thucidides nũcupat᷑. Meus itē alter/aui similiter nomē seruãs. Nã Aristidē noĩamus. uidetq; nobis q̄diligentissima hoꝝ cura suscipiēda. neq; agēdũ putamus/qđ multi solent qui filios suos cũ primũ adoleuerint/ad ppriam sinũt libidinē uiuere. imo uero tũc studiũ diligētius adhibēdũ. cum itaq; adesse nobis filios uideamus/iudicauius uos præ cæteris cogitasse/q̄ rõe educãdi sint ut optimi fiãt. qđ si nõ multũ aĩaduertistis in pñtia admonemus uos id negligere nõ debere exortamusq; ut una nobiscũ de filioꝝ educatiõe deliberetis: quam uero ob cãm nobis hæc uideanť o Nicia atq; Laches audire decet: quãuis paulo plixiora sint/q̄ sequunť. Discubuim᷑ ĩ cõuiuio simul ego & Melesias hic: atq; hi nobiscũ adolescētuli. Vt igiť ĩ principio fmonis significaui/libere uobiscũ audacterq; loq̄mur. Sane uterq; nostrum multa põt pris sui pclara facinora tũ pace/tũ bello filiis enarrare: patrisq; gesta erga rē.p. sociosq; ĩsignia recēsere. A nobis uero res gestas referre nullas possumus. Quare & horũ nos pudet eaq; dãnamus: & patrũ negligētiã sepe culpamus: q nos postq̄ adoleuius in mollitie q̄dã & delitiis uiuere pmiserunt: resq; alioꝝ gessere. Eadēq; adolescētibus his oñdētes edicimus/si se ipsos neglexerint nr̃aq; pcepta cõtēpserint ignobiles eos futuros: sinaũt curauerint/forte dignos auitis noib᷒ euasuros. Ipsi uero pituros se nobis rñdēt. Nobis ãt de hoc ĩuicē cõsultãtibus q̄ disciplia uel cõsuetudine potissimũ optimi fieri pñt/exposuit quispiã opæpretiũ eē/ut armis dimicare pdiscãt: laudauitq; istũ quē uos mõ certãtē spectastis: & contueri iussit. optimũ itaq; fore putauimus/ut & nos ad hoc spectaculũ uenirem᷑: & uos una cõuocaremus tũ ad spectandũ/tũ ēt si uultis de adolescentum educatõe cõi cõsilio deliberãdũ. Hæc sunt q̄ uobiscũ cõferre cupiebamus. Vestra nũc ĩterest/tã de hac re utrũ discēda sit nec ne cõsulere/q̄ de aliis siquã disciplinã uel studiũ adolescētis laude dignũ

Occasio dialogi ut de fortitudine disputetur.

inuenitis:& qd circa cõionem facturi estis/pdicere. NIC. Sniam profecto uestram o Lysimache & Melesia pbo. Et uobiscũ una iuestigare paratus sum:similiterq; affectũ hunc Lacheté existio. LA. Vera ppédis o Nicia pfecto qd pauloante referebat Lysimachus de suo & Melesiæ patre/q̃ aptissime dictũ mihi uidet aduersus illos:& nos & oẽs qcũq; ciuilia tractãt: nã qd q̃rebat Lysimachus illi tã filios q̃ cætera domestica negligũt. In his itaq; pbe Lysimache loq̃ris. q; ãt nos ad cõsultandũ de eruditõe adolescẽtũ/accersis/Socraté ãt istũ nõ iuitas/ammiror: prio qdẽ conciué/deiñ hic ut plurimũ cõuersanté tractãtẽq;/ubi aliq̃ fit disciplia decora talis q̃lẽ exigis & exercitatio iuuenũ. LY. Quid ais Laches? Socrates hic talia unq̃ curauit? LA. & maxime qdẽ Lysimace: ni. Ego quoq; ad hoc nõ deterior q̃ Laches testis eẽ possum. Nup. n. hospité ad me deduxit erudiẽdi filii gratia Agathoclis discipulũ Damoné/musicæ pceptoré urbanũ qdẽ uiq; præ cæteris: atq; pitũ nõ i musica solũ: sed ẽt i cæteris facultatib⁹/qbus certe dignus fit ut ei⁹ disciplíæ cõsuetudieq; adolescẽtes eiusmõi cõmittant. LY. haud ãplius o Socrates. Niciaq; & Laches ego atq; ęq̃les mei iuniores cognoscĩus utpote q nos domi ob ętaté plurimũ cõtinemus. Veq; si qd boni o Sophronisci fili cõci ui huic tuo cõsulere potes/cõsule/Decet. n. nã pr̃nus nobis es amicus. Semp. n. ego ac pr̃ tuus familiares amiciq; fuimus: ac ille uita prius decessit/q̃ ulla iter nos simultas exoriretur. Mihi quoq; quodãmõ aures adhuc Socratis nom̃ circũsonat/qd hi pueri domi altercãtes iuicẽ freq̃nter usurpat/celebrãtq; sũmope. quos ego nõdũ pcõtatus sum utrum Socrates Sophronisci filiũ dicant an aliũ. Sed o pueri dicite mihi hic ne Socrates ille/quẽ adeo freq̃nter cõmemorare soletis? pueri. Iste pculdubio pr̃. LY. bñ qdẽ p iunoné o Socrates q; erga pr̃em tuũ recte te geris oĩum uirorum optimũ: & q; nobis ppria tua erũt/tibiq; nr̃a. LA. ne uirũ hũc dimittas Lysimache: nam ego alibi ipsum ĩspexi qñq; nõ ergo pr̃em tñ: ueq; ẽt ergo pr̃iam mirũ ĩmodũ officiosum: porrõ ĩ ipsa apd Deliũ fuga/mecũ una pedẽ rettulit. Idq; ratũ hẽas uelim q; si cæteri silr se gessissent: haud tãtã perpessa fuisset ciuitas nr̃a ruinam. LY. optĩa hæc laus est Socrates/q̃ tibi nunc a uiris fide dignis tribuit q in hisdẽ laudãdi & ipsi sunt/ĩ qbus te laudãt. Scito igit me tua lætari gloria: tibiq; sũma beniuolẽtia eẽ deuinctũ existiato. Oportet ergo te primũ ad nos accedere/domesticosq; ut decet eẽ sere. Quare post hac postq̃ nos inuicẽ agnouimus ne aliter facias ĩmo beniuolẽtia quadã domestica cõplectaris & nos & hos iuniores/ut mutua ĩter nos amicitia utrinq; seruet: hæc sane & tu facies: & nos deinceps iteq in memoriã reuocabimus. Ad id aũt qd ingrere cępisus qd dicitis? Nũ cõducere putatis adolescẽtibus ut armis pugnare pdiscant? SO. conabor eq̃dẽ o Lysimache siqd potero de his cõsulere: & q̃ postulas cuncta pficere: ueq; par eẽ mihi uidet/ut cũ & iunior his & ad hæc ĩpitior ipse sim/audiã prio qd ipsi sentiãt/discãq;. Ac siqd aliud ultra sñias illoq habuero/tunc demũ tibi hisq; apiam. Cæterũ cur nõ ipse prior o Nicia loqueris? NI. nihil phibet Socrates. Videt mihi pitia hæc passim pdesse iuuenibus: neq; ĩ his ĩmorãdũ/qbus iuuenes ociũ uacti sese dare cõsueuerũt. Sed eã facultaté cõpare pstat: p quã habit⁹ corporis robustus acquirit. Nulla. n. alia exercitatione inferior hæc est: aut minus laboriosa. Decet pterea liberũ hoĩem maxĩe exercitatio talis & eq̃stris pitia. Nã ĩ eo certamĩe cuius nos athletę sumus: & ĩ his quoq nobis ẽ certamẽ ppositum hi soli decertãt: q in eiusmõi belli instrũis se exercẽt. Cõferet qnetiã pitia hæc ĩ ipsa pugna quoties in acie ordĩeq; certãdũ. Maxĩe uero tũc pderit/cũ acies dissoluent: & singulari certaĩe oportebit uel ĩseq repugnãtẽ: uel ĩuadẽtẽ ĩ fuga repellere. Nũq̃ sane q hac facultate ĩstructus ẽ/uni subcũbet/forte uero nec ẽt pluribus. ĩmo hac passim exsupabit pterea alterius cuiusdã pclare disciplĩæ facultas hec desideriũ affert: q̃libet. n. cũ didicerit armis pugnar̃ disciplinã circa ordinãdas acies q̃ statim seq̃tur/affectabit: hæc ãt assecutus: & circa hęc cupiditate glorię ĩflamatus ad exercitus pfecturã se cõferet. Ac sũmatim ad oĩa q̃ circa hec uersant ĩstituta studiaq; pclara & cognitu usuq; digna/sese pria illa ducẽte cõuertet. Addiiciemus itẽ qddã nõ cõtẽnendũ q; unũquẽq; in p̃lio audentioré fortioréq; mirũ ĩmodũ quãuis leuius cuiq̃ uideri possit/q & aptioré ibi uirũ efficiet ubi maxĩe aptum pmptũq; appere oportet. Ibidẽ certe ob ipsam dexteritaté hostib⁹ terribilior appebit: mihi itaq; o Lysimache opepretiũ eẽ vr̃ ut hæc adolescẽtes pcipiãt quãue ob cãm ita puté/exposui. Verũtñ libẽter audiré/siqd pter hæc Laches uelit afferr̃. LA. Absurdus profecto ſmo existiaret o Nicia siqs aliquã disciplinã diceret/minĩe cõparandã. Præstare. n. vr̃ scire oĩa. Enimuero facultas hæc circa arma si disciplĩa qdã ẽ ut ferũt q eã docẽt: & talis pterea q̃lẽ Nicias pdicat discẽda est. Sin aũt disciplina nõ ẽ/sed nos decipiũt q hãc pollicent: uel disciplia ẽ qdẽ sed haud multi pcii/qd discere hãc oportet. Ad hæc dicẽda ea sane cõiectura me mouet: q; ut reor si alicuius hæc eẽt pcii/nũq̃ Lacedemones latuisset: qbus nihil aliud curæ ẽ ĩ oĩ uita q̃ ita se in oĩb⁹ cõparere ut bello cæteros oẽs exsuperent. Qd si forte illos fugit/non tñ hos pteriisset huius rei magistros/q; huiuscemodi reb⁹ illi summopere student: quodue in his honoratus ab illis aliquis multas apud alios pecunias cumularet: quemadmodum tragædiarum poeta apud nos honoratus, nempe qui tragædiis confidit suis haud extrinsecus Atticam circumlustrat/per alias urbes ostentaus/uerum statim huc aduentat: & sua merito iis uiris ostendit. Hos uero qui in armorum ludis uersantur uideo lacedemonem

Pluribus rõibus extollitur. pueros discere armorũ disciplinam.

Deprimitur rõnibus armorũ disciplina.

Vituperatur gladiatura

nem putare quasi quoddam in accessibile templum neq; summo etiã pede adscẽdere unq̃ audere. Immo circũ oberrant:& apud alios se potius iactant: pręcipue inter illos/qui & ipsi se aliis multis in re militari inferiores esse cõfiterẽtur: pterea nõ paucis o Lysimache generis huius hoibus itersui dimicãtibus & quales sint noui. inde quoq; cõiectare licet. Quasi. n. dedita opa nullus unq̃ in bello illustris euasit/eorꝝ qui iis ludis incubuerũt: q̃uis in cæteris oĩbus ii pficiant/maxime qui se frequẽter exercent: soli tamẽ hi pręter cęteros ad hoc uoti impotes sunt usq; adeo infortunati uidentur. Etenim Stesileum hunc/quẽ uos mecũ tanta in turba sese obstentantẽ cõtemplati estis & mira nimiũ pfitentẽ: alibi q̃nq; inspexi certius reuera seipsum haud spõte intuẽtibus demõstrantẽ. Adscẽdit q̃nq; nauem & aduersus ingentẽ nauẽ aliã decertauit instrumentum qnoddam militare tenens manibus ab aliis longe diuersum/quippe cũ & ipse ab aliis discrepet: habebat hic dorydrepanũ. i. telifalcẽ. Reliqua qdem uiri huius gesta haud digna auditu sunt: hoc tamẽ nõ est silentio ptereundum qd cõtigerit ex tã mira cautõe huiusq; uiri machinamẽto qui telo falcẽ addidit: eo siqdẽ dimicãte falx nauis se fulcimẽtis iplicuit. Trahebat aũt Stesileus ut explicaret: neq; poterat: nauis nauẽ trãsibat: ille aũt interea nauẽ cursu comitabaẽ hastã cõtinens: cũ uero nauis nauẽ iam trãsiret/eũq; hastã tenentẽ attraheret ad extremũ teli manu deuenit. Risus ergo ac strepitus ampla in naui concitus: ob Stesilei habitũ: & ob id insup qa ad summã qs nauẽ iacto lapidẽ in pedes eius coegit ut hastam dimitteret: tũc sane & illi qui triremi uehebanẽ haud ulterius risum cõtinerẽ potuerũt: cũ ei⁹ telifalcẽ illam naui suspẽsam intuerẽtur: forte alicuius hęc prętii sunt: ut Nicias asserit. Verũtñ ea qbus intersui talia q̃dã sunt. Quãobrẽ ut in pricipio dixi/siue disciplina hęc est parũ pdest: siue nõ est sed simulant: q hãc pfitent/haud res studio digna uideẽ: ita sane arbitror/si qs timidus facultatẽ hãc sequaẽ/audaciorẽ ob hanc effectũ/clariorẽ fore q̃ fuerit. Sin aũt fortis quispiã eã secteẽ obseruatum ab hoĩbus si parũ qd aberret/magnas calũnias subiturũ: inuidiosa nãq; scientię huius pfessio: quocirca nisi uirtute [illegible] modum cæteris præstet: qui hanc sibi scientiã uendicat/uitare non poterit quin ridiculus habeaẽ. Eiusmodi uideẽ mihi Lysimache huius disciplinę studiũ. Oportet aũt ut ab initio dicebã summope hũc Socratẽ obsecrare/ut circa ppositã quęstionẽ sua ex sñia consulat. LY. rogo equidẽ Socrates: etenim discernẽtis cuiusdã sñiam cõsultatio hęc desiderat: nã si inuicem hi cõuenissent: minus eiusmodi cõsultatione opus foret: postq̃ uero Laches ut cernis & Nicias dissident/pręstat audire nũc cuius ipse sentẽtię poti⁹ suffrageris. SO. qd uero Lysimache? Hisce tu adhęrebis si plures nostrũ laudabũt. LY. quidnã aliud quis agat o Socrates? SO. nunqd & tu Melesia similiter faceres? Ac si de exercitatõe filii cõsultares/num pluribus nostrũ fidem pstares/an potius illi qui sub perito exercitãdi magistro didicisset: seq; exercuisset? ME. Illi merito Socrates. SO. Ipsi ita q; maiorem fidem adhiberes/uni q̃ nobis quattuor. ME. forsitan. SO. Sciẽtia enim nõ multitudine iudicare oportet/quod recte est iudicãdum. ME. proculdubio. SO. Nõne id in primis cõsiderandum est? si quis inter nos est peritus ea in re de qua nunc deliberamus/an non? & si quis talis inueniatur illi credendum/sententia cęterorum postposita. Sin nullus/alius quidam nobis inuestigandus. An circa exiguũ quiddam nunc periculum subire censetis ipse atq; Lysimachus? potius q̃ circa rem quãdam uestrarum possessionũ oĩum prętiosissimã? filiis namq; bonis uel malis effectis uniuersa domus paterna/eodem modo gubernabitur/quo & filii affecti erũt. ME. Vera loqueris. SO. Diligẽter igiẽ huic rei inuigilãdnm. ME. ualde. SO. Quona igiẽ pacto qđ modo dicebã considerauissemus si inuenire uoluissemus/qs nostrũ maxime in certando artificiosus euaderet? Nõne cum pscrutati essemus qui & didicit & exercuit? cui uidelicet idonei huius rei pceptores extiterint? ME. ita equidem arbitror. SO. An nõ prius ẽt qd illud si cuius pceptores indagaremus? ME. Qui istuc ais? SO. Sic clarius forte pcipies: non uideẽ inter nos in principio constitisse qd illud sit i quo perquirimus quis nostrum sit peritissimus: & huius gratia pręceptores habuerit/qs nõ? NI. Nõne quęrebamus o Socrates utrum oporteat discere adolescẽtes armis dimicare necne? SO. ita prorsus o Nicia: sed cum de oculorꝝ medela quęrit aliquis adhibenda ne sit an non: tunc de medela putas/an de oculis consultari? NI. de oculis. SO. Et quãdo quęriẽ/utrũ frenũ equo adhibẽdũ necne/ & quãdo/tunc nõ de freno/sed de equo potius consultaẽ. NI. uerũ. SO. Vt aũt paucis cõpręhẽdã: quotiens quis aliquid alicuius gratia quęrit/de illo ipso cõsultatio est/cuius gratia aliud quęriẽ/nõ de eo qđ quęriẽ alterius gratia. NI. necesse est. SO. Oportet itaq; consultorẽ examinare utrum ad illius curationẽ peritus sit: cuius gratia in presentia deliberamus. NI. Oĩno. SO. an nõ dictũ est de disciplina pquiri adolesentũ animi gratia? NI. dictũ. SO. Ergo si qs nostrũ curãdorꝝ aĩorꝝ arte polleat ualeatq; eos sufficiẽter excolere: & pceptores eruditos habuerit: inquirẽdum. NI. Nunq̃ ne uidisti o Socrates sine pceptoribus aliquos i re quadam peritiores q̃ cum pceptoribus euasisse. SO. uidi equidem Laches: qbus ipse tamẽ non crederes si se optimos artifices pdicarent/nisi opus aliquod artis illorꝝ recte constructũ & unũ & plura mõstrauerint. NI. uerũ est qđ dicis. SO. nos itaq; decet o Laches & Nicia postq̃ Lysimachus atq; Melesias ad cõsultãdũ de filiis cõuocarũt/cupientes optios illorꝝ aĩos effici: si pceptores nos habuisse fatemur/eos ostẽdere: q & ipsi primũ optimi fue

De Stesileo gladiatore in eptecq pugnãte

mirum

Quales filii talis domus gubernatio.

et

Pulchra regula i cognoscẽdis rebus de qbus agatur.

rint:& multoꝝ adolescētum aīos erudiuerint/postea nos quoq; docuerint. Vel siquis nostrū pręce
ptorem habuisse neget:opera sua monstrare debet:in mediūq; afferre qui nam Atheniensium/uel
hospitū/aut serui/aut liberi/diligētia sua absq; cōtrouersia boni euaserint: sinaūt neutrū ostendere
possumus:ut alios cōsultores audeant:iubere debemus:neq; in amicoꝝ filiis deprauādis id subire
periculi/quo apud adolescētum domesticos accusationē maximā mereamur. Equidē o Lysimache
atq; Melesia de me ipso in primis assero nullum hac de re mihi magistrū extitisse:quāq̄ a tenera ęta
te semꝑ rem hāc affectaui. Verūtamē sophistis mercedē soluere nō ualeo qui soli polliciti sunt bo
num me & clarū efficere. Ipse uero ꝓprio ingenio artē hanc inuenire etiā nūc minime possum:quā
si Nicias hic uel Laches inuenit uel decidit/haud equidē admirabor. Etenim pecuniis magis abū
dant ut ab aliis discere queant:& seniores sunt ut iam inuenire potuerint. Videnť aūt mihi ad eru
diendum sufficere:neq; enim usq; adeo intrepide de studiis iuueni bonis uel malis statuissent/nisi
putassent sufficiēter hęc cognoscere. Cętera his equidem credo:ꝙ uero dissentiāt admiratus sum:
atqui queadmodū nuꝑ Laches iubebat ne me dimitteres:sed ꝑcontareris/ ita nunc ego uicissim te
rogo iubeoq; Lysimache/ne Lachetē Niciāq; dimittas:sed ab his scisciteris:dicēs eis Socratem di
xisse rem ipsam nō itelligere:neq; diiudicare posse qs uestrū uera loquať:qppe cū nec inuētor hāꝝ
rerū ipse fuerit:neq; ab alio docēte didicerit. tu autē Laches ac Nicia dicite utriq; nobis/quē circa
iuuenū educationē doctissimū cōueneritis:& utrū discētes ab aliquo sciatis hęc an ipsi potius inuē
tores sitis:ꝙ si didicistis quis utriusq; magister? quiue alii artis eiusdem ꝓfessores. Vt si minus uo
bis ad hęc a rei publice negociis supest ocii/eos adeamus:ꝑsuademusq; uel muneribꝰ uel gratia uel
utrisq; ut & nostroꝝ & uestroꝝ filioꝝ curam suscipiant: ne improbi facti maioribus suis dedecori
sint. Sinaūt ipsi uos hoc inuenistis/adducite in medium siquos forte alios diligētia uestra ex prauis
bonos clarosq; hoīes reddideritis. Enimuero si nunc primū docere incipitis aīaduertēdum est nō
Carem quēdam mercede cōductum:sed & uestros & amicoꝝ filios in discrimen nos ducere: & ꝑ
fecto ut habet ꝓuerbium in uasis ipsius iactura artem figulariā experimini: dicite itaq; quid ex his
adesse & cōpetere uobis asseritis uel negatis? hęc tu ab illis sciscitare Lysimache neq; eos dimittas
prius q̄ respondeant. LY. Probe loqui. SO. O uiri mihi uidetur. Si ergo uobis gratum futurum est
o Nicia atq; Laches/interrogantibus respondere ipsi uideritis:mihi certe & huic Melesię gratum:
si uelitis omnia quę interrogat Socrates rōne ꝑcurrere. Etenim statim a pricipio dixi icciro ad cō
sultandum uos accersisse:quia excogitata uobis hęciam ut decens est arbitremur: pręsertim cum
filios habeatis ut nos ea ferme in ętate iam constitutos/in qua de eruditione sit cogitādum. Si ergo
nihil ꝓhibet/dicite obsecro/unaq; cum Socrate hoc considerate: & reddentes & recipientes inui
cem rationē. Recte namq; & hoc hic dicebat de maximo quodam nostrorū omniū in ꝑsentia nos
deliberare. Videte itaq; utrum sic agendum existimetis. NI. Videris certe mihi Lysimache Socra
tem ex patre tantum cognoscere:neq; cum eo unq̄ cōsuetudinem habuisse nisi forte dum eēt puer
patrē sequutus aliquādo uel in templo/uel alio populari cōuentu tibi adhęserit. Virum autē hunc
factum nōdum ut apparet/es alloquutus. LY. cur o Nicias? NI. Ignorare uideris ꝙ quicūq; sermo/
ne quasi genere ꝓpinquat Socrati illiq; disputās hęret:licet de alio quoq̄ cœperit disputare: cogiť
tandem Socratis uerbis adductus suę uitę reddere rationē quę sit praesentis/quę anteactę ipsius ui
tę conditio. Et postq̄ in hęc incidit/non prius eū dimittit Socrates q̄ cuncta hęc sufficiēter exami
nauerit. Ego autē hoc familiariter usus sum: ac necessariū esse cognosco huius ex uerbis hęc ꝑpeti:
ꝙ ue nūc ipse patiar nō ignoro. Delectat me admodum huius o Lysimache cōsuetudo. Neq; enim
obesse puto ut in memoriā reducať/siquid nō recte uel fecerimus uel faciamus. Immo uero necesse
est eum qui hęc nō refugit/cautiorē in posterum fieri:existimante ꝭm illud Solonis tamdiu discen/
dum q̄diu uiuit:neq; sperantē senectutē ipsam mentē nobis daturam. Mihi itaq; nec insuetum est:
nec iniocūdum a Socrate hoc examinari. Atqui iampridem id sciebam/sermonē nobis nō de pue
ris ꝑsente Socrate/sed de nobis ipsis futuꝝ. Quāobrem nihil ꝓhibet/quo minus cū Socrate utcūq;
uult ipse disseram. Verum considera quo pacto ad hoc Laches ēfficiať. LA. simpliciter equidē Ni
cia erga sermones afficior:imo uero si uis dupliciter:porro uerboꝝ studiosus uideri cuiq̄ posse:&
aliquādo contra. Nam quotiēs de uirtute uel de sapientia quadam aliquē audio disputantē reuera
uirum dignūq; sermonibus ipsis mira quadam afficior uoluptate/contēplans dicentē simul ac di
cta/q̄ congrua inter se & consona sint. Atq; hic profecto uir musicus esse mihi uidetur harmoniam
suauissimā modulatus. Non lyram neq; iocularia quędam instrumēta/sed uita reuera cōtemperās
cōcordia uerboꝝ & operū concinentē ꝭm Doricā uidelicet melodiā:non ionicam: aut frygiā: aut
lydiam:sed eā certe quę sola gręca ē harmonia. Talis itaq; uir mirifice suis me uerbis delectat:effi
citq; ut uerboꝝ auidior esse uidear tanta attentōe dicta illius accipio. Quisqs aūt agit contra/meas
offendit aures:& quo loqui uideť hornatius eo efficit magis ut uidear a sermonibus abhorrere. So
cratis qdē uerba nōdum expertus sum:opera certe quādoq;:mihiq; cōpertū est hunc pręclaris ser
monibus omniq; libertate loquēdi dignū eē. Si ergo & hoc hēt/cū eo plane cōsentio: atq; libentis
sime

Prouerbium In uasis iactura artē figulariā experiris.

Socrates

Cōmendatio Socratis.

Solonis pręceptum.

sime ab eiusmodi uiro examinabor: neq; molestū mihi erit ab eo aliqd discere. Atqui & Soloni hoc adiecto cōcedo q̧ a bonis uiris dūtaxat multa senescēs discere uolo. Hoc igit̄ sit mihi cōcessum/ipsum p̄ceptorē bonū eē/ne forte dum inuit? disco indocilis eē uideat/neq; mihi curę est/utrū sit pręceptor iunior/uel nōdum opīone hominū clarus/uel aliud tale qd habeat. Tibi igit̄ prędico Socrates ut me q̄uocūq; uis & doceas/& redarguas/& discas qđ ipse noueris. Sic certe erga te affect? sum ex eo die/quo mecū subisti discrimē/tuęq; uirtutis fecisti piculū/testimoniū illud phibēs: qđ exhibere debet quisqs iuste piculum ē factur?. Dicas ergo qđ lubet/nihil ętatem nostram ueritus. SO. Ergo incusare uos nō poterim? quasi min? ad cōsulendū inuestigādūq; paratos. LY. Sed nřm utiq; opus o Socrates. Vnū nāq; ego te nostrū reputo. Cogita itaq; pro me adolescentum gfa: qđ ab iis quęrere nos oporteat: cūq; ipsis disserēdo cōsulta: nam mihi qdē multa excidunt e memoria obsenium/ex his q̄ pquirere statuerim: atq; ea rursus q̄ audierim/si qui alii sermones īteruenerint/nō satis recolo. Quapp uos inuicē quę pposuimus pcurrite: ego uero audiā: & cū audiuero una cū hoc Melesia qcqd statueritis pagam. SO. O Nicia atq; Laches Lysimacho Melesięq; parendū. Quę igit̄ supra inuestigare cōtendimus/uidelicet qui nā p̄ceptores nobis disciplinę talis extiterint/uel quos alios ipsi nos meliores fecerim? forte nihil obesset inter nos ipsos examinare. Verū eiusmodi q̄dā cōsideratio in idem redibit ut arbitror: & altius repetet̄. Si de aliquo forte sciremus/q̧ p̄ns alicui/melius efficiat illud/cui sit p̄ns: atq; rursus admouere illi ip̄m possem?/cōstat q̧ illud ip̄m cognoscere remus: circa qđ aliqn̄ cōsilium iniremus inuestigātes quo pacto facilime qs & optime illud adipiscat̄: forte nō intelligitis: uerū sic facilius cōprehēdetis. Si sciremus q̧ uisus oculis p̄sens meliores illos efficit/qbus adest rursusq; possem? ip̄m oculis adhibere/patet q̧ ēt qd ipse uisus sit cognoscerem?/de quo aliqn̄ cōsultādū nobis eēt qua rōne q̄ facillime & cōmodissime ip̄m qs cōparet. Si.n. idip̄m nobis eēt ignotū qd ipse uisus ē/qd auditus/nunq̄ idonei consultores medicinę circa oculos auresue essemus/iuestigātes qūo optime qs uisum auditūq; recupet. LA. Vera narras o Socrates. SO. Nōne hi nos in pręsentia o Laches elegerunt consultaturos qua ratiōe uirtus animis filiorum suorum adhibita/eos meliores efficiat? LA. profecto. SO. Nōne igitur constare id oportet/uidelicet quid ipsa uirtus sit intelligere? si enim quid uirtus sit penitus ignoremus/quo pacto consulere cuiq̄ poterimus/uiāq; optimā & facillimā ad uirtutem ostendere? LA. nullo modo o Socrates. SO. fatemur ne Laches quid uirtus sit intelligere? LA. Fatemur certe. SO. si intelligimus/certe quid sit etiam exprimere possumus. LA. nihil phibet. SO. Haud tamē qd uniuersa sit uirtus statim uir optime perquiramus. Maius nāq; id opus. Sed de parte primū aliquā uideamus/utrum satis nobis pateat. Atq; hunc in modum facilior nobis erit inuestigatio. LA. Vtcūq; placet agamus. SO. Quam itaq; potissimū uirtutis partē eliciemus? an uidelicet eam ad quā ipsa armoꝝ disciplīa expectare uidetur? uidet̄ aūt multis ad fortitudinē/nōne? LA. & maxime qdem. SO. Primū ergo qd fortitudo sit o Laches aperire conemur: deinde inuestigabimus quo pacto ab adolescentibus: quoad exercitatione & doctrina fieri potest cōparet̄. Quapp annitere/quid fortitudo sit nobis exponere. LA. haud dictu difficile istud o Socrates. Certo scito illum eē fortem qui ordinem seruans expugnandis hostibus instat: neq; refugit. SO. bene loqueris Laches. Sed ego forsitan cum uerbis obscurioribus te rogarem/causam dedi ut aliud respōderis/q̄ quod interrogans ipse senserim. LA. Qua ratione id ais Socrates? SO. Explicabo si potero: fortis utiq; is est/quem dicis ipse quicūq; ordinem non deserens aduersus hostes pugnat. LA. hūc ipsum dico. SO. Atqui & ego. Sed nūqd & ille qui non permanens: sed fugiens/pugnat? LA. quomodo fugiens? SO. quēadmodum scythę dicuntur non minus fugiendo q̄ in sequendo pugnare. Vnde & Homerus equos Eneę laudās ait/celerrime hinc & illinc persequi atq; fugere. Eneamq; ipsum similiter ab ipsa metuendi scientia quādoq; laudauit: dixitq; illum esse metuendi fugiendiq; peritum. LA. Et recte quidem o Socrates: nā de curribus loquebatur/tu uero de scytharū equitibus loqueris: equites sane illoꝝ sic dimicant/armaturę autem gręcę periti: quēadmodum ipse dicebam. SO. Pręter Lacedęmones Laches. Nempe Lacedęmones inquit in plateis cum scutiferis ppinquassent non substinuisse primū illorum impetum: neq; perstitisse sed fugisse potius: postq̄ uero pfarū solutę sunt acies se cōuertisse: atq; equitū more dimicātes/in ea pugna uictores euasisse. LA. Vera narras. SO. merito ergo dicebā interrogationē meā non rectam minus recte respōsionis tuę cām extitisse. Interrogare enim uolebā non solum de iis qui circa leuem armaturā fortes sunt: sed etiam de equitibus: deq; oībus simpliciter in quo uis belli gerere fortibus: neq; in terra dūtaxat: sed & in maritimis tempestatibus: imo etiam de iis qcunq; aduersus morbos uel iopiam uel ciuilia negocia fortes sunt. Neq; de his tantū qui aduersus dolores metusue cōstātes sunt: uerum de illis etiam qui cōtra uoluptates cōcupiscētiasq; pugnare fortiter possunt/siue psistentes/siue etiā tergiuersantes. Sunt nāq; & in hisce rebus o Laches fortes nōnulli. LA. & maxime quidem o Socrates. SO. nōne omnes hi fortes sunt? Verūtamē ptim circa uoluptates/partim circa dolores/ptim circa cupiditates/ptim circa timores fortitudinē possidēt: & q̄ timidi sunt circa eadē ut arbitror timidi. LA. sic est oīo. SO. Quid sit utrūq; hoꝝ interrogabā.

Hucusq; promissa est dialogi occasio.

Fortitudinis diffō falsa.

Cōfutatio diffinitionis.

Enumeratio fit ut simpliciter de fortitudine q̄ratur.

Rursus itaq; pro uiribus exprime qd ipsa fortitudo sit:quę in his oibus eadem reperit. Nódum intelligis? LA. nó satis. SO. dico aūt pinde ac si interrogassem quid est ipsa uelocitas: quę in currēdo nobis adest citharáq; pulsando: & in loquēdo & in discēdo/cęterisq; pmultis: quā qdem possidem⁹ ut dictu dignū est/uel in manuū uel pedum uel oris uocisq; uel intelligētię motib⁹. Nōne & tu similiter dicis? LA. prorsus. SO. ergo siquis me pcontaret o Socrates qd esse dicis illud qd in oibus uelocitatē nominas? Respóderem utiq; uim breui in tpe multa pagentē/uelocitatē uocare/ tam circa uocē q̄ cursum : ac cętera oia. LA. Recte. SO. Conare igit & tu Laches fortitudinē similiter definire quęnā potētia ipsa sit eadē in uoluptate doloreq; & oibus: quib⁹ cōuenire illam mō pariter dicebamus: & fortitudinē p singula noīari. LA. uidet mihi fortitudo tolerantia quędā animi eē/si qd p omnia fortitudini cōuenit dicēdum. SO. Dicēdum pfecto/si nobis ipsi ad interrogata rńdeam⁹. Arbitror aūt non quālibet tollerantiā fortitudinē reputare. Quod hinc sane cōicio. Hoc ferme cognosco Laches/te pulchrū qddam fortitudinē esse putare. LA. imo certe pulcherrimū. SO. Nōne tolerantia quā prudētia comitat: & pulchra est & bona? LA. oino. SO. Ea uero quā iprudētia/nōne cōtra dānosa ac noxia? LA. nempe. SO. Pulchrū ne ipse uocabis qd tale sint dānosum ac noxium. LA. Nephas idipm o Socrates. SO. Non ergo tolerantiā eiuscemodi fortitudinem nūcupabis qn quidē haud pulchra est: cum tń fortitudo ipsa sit pulchra. LA. Vera loqueris. SO. Prudēs itaq; tolerantia fm orationē tuā est fortitudo. LA. uidet. SO. uideamus ergo quęnā tolerātia: & ad quid prudens sit fortitudo: nunqd ad oia/tum magna/tum parua? ueluti siquis toleret/dum prudenter argentū erogat cognoscēs ex hoc sumptu se lucraturū. hūc ne fortem dices? LA. nequaq̄. SO. An uero siquis medicus/cū filius eius uel alius quiuis pulmonū anxietate grauatus/ potum dari cibūq; petit tolleret neq; flectatur? LA. neq; tolerantiā hāc fortitudinē appellabo. SO. At uero in bello tolerantē uirum pmptūq; ad pugnam qui prudenter singulis circūspectis pręiudicat alioq; sibi fore pręsidium: & aduersus pauciores debilioresq; suis pugnādum/loca quinetiā & psidia habeat cōmodiora/uirum ne inq̄ tali cum puidētia & apparatu tolerantē fortiorē dices eo qui in cōtrario quodam exercitu cōstat ac tolerat. LA. imo uero hūc qui in cōtrario Socrates. SO. Imprudētior tamē est huius q̄ illius alterius tolerantia. LA. uera loqueris. SO. ergo & hoīem equestri scientia pditū & in equestri certamine tolerantē/minus fortē dices eo qui expers huius sciētię tolerat. LA. Mihi qdē ita uidet. SO. Atqui & illum pterea qui sciens funda iacere arcūq; intēdere/uel aliud quoduis toleret/minus fortē. LA. Omnino. SO. Item quicūq; sine arte natandi in puteū descēdentes eo in opere tolerare ac psistere audent/uel in alio quouis opere sine arte / eos tu fortiores dices iis qui sunt ī eis artibus eruditi. LA. Quid aliud quis dixerit Socrates? SO. Nihil si modo ita quis putet. LA. puto equidē. SO. attamē imprudētius ii picula subeunt/tolerātq; q̄ illi qui arte hęc aggrediunt. LA. uident. SO. Nōne supra turpis ac noxia/nobis audacia toleratioq; iprudens apparuit? LA. Maxime. SO. Constitit aūt fortitudinē pulchrū aliquid esse. LA. constitit plane. SO. Nūc rursus cōcessimus turpem illam imprudentēq; tolerantiam fortitudinem esse. LA. Sic apparuit. SO. Recte ne loqui tibi uidemur? LA. non mihi per Iouem o Socrates. SO. Non ergo secundum Doricam harmoniā ut uerbis tuis utar/ego ac tu modo concinuimus. Nam opera nobis uerbis non cōsonant. Re quidem ipsa diceret aliquis fortitudinis nos esse pticipes. Verbis aūt minime ut arbitror si nos in pręsentia audiuerit disputātes. LA. uerissima narras. SO. uidet ne tibi pulchrū esse: ut sic affecti simus? LA. Nequaq̄. SO. Vis ne sermoni quē induximus hoc saltem credamus / pareamusq;? LA. quidnā & cui potissimū? SO. sermoni inquā tolerare iubenti. Si ergo tibi placet & nos in hac ipsa questione constemus toleremusq;/ne ipsa nos fortitudo derideat q; minus fortiter ipsam inuestigemus: si sępenumero tolerantia ipsa cōstantiaq; fortitudo est. LA. ego quidem o Socrates sum ad perseuerādum paratus: quāuis insueti mihi hi sermones sint: sed quidam me aduersus superiora cōtendendi instigat ardor: ac nimiū ęgre fero si usq; adeo ineptus sum ad ea quę sentio pferēda. Nempe mihi uidear quid fortitudo sit intelligere. nescio tamē quo pacto pauloante me subterfugerit/ut qd ipsa sit uerbis cōplecti nequiuerim. SO. nōne bonum uenatorē decet amice explorādo discurrere & sagaciter insequi: neq; ignaue desistere? LA. decet pfecto. SO. Vis itaq; Niciā istū ad uenationē hāc inuitemus? siquo pacto esset nobis sagacior. LA. qd ni uelim? SO. Age Nicia amicis tuis sermonū fluctu mutātib⁹ subueni: uacillantibusq; siquā uim hēs adcurre. Cernis q̄tū nostra deficiat ac dubia sint. Tu ergo explicans quid esse fortitudinē putes/ambiguitatē solue/tuāq; sńiam ratione confirma. NI. Videmini o Socrates mihi iam diu nō recte fortitudinē definisse. Eius porro sentētię quā recte abs te inductam quādoq; audiui nullam facitis mentionē. SO. cuiusnam sentētię Nicia? NI. Sępenumero ex te audiui quemlibet ad ea bonū esse/in quibus est sapiens/ad ea malum in qbus inscius. SO. uera. per Iouem refers o Nicia. NI. nōne igitur si fortis uir bonus est / est & sapiens? SO. audis Laches? LA. audio equidem: sed quid dicat nō satis intelligo. SO. At ego mihi intelligere uideor. Opinor enim hūc sapiētiā quādam/fortitudinē dicere. LA. Quā sapiam Socrates? SO. nōne ab hoc idipm quęris. LA. Certe. SO. age Nicia huic declara/qualis sapia fm orationē tuā sit fortitudo:

Diffinitio uelocitatis.

Fortitudinis diffinitio mala.

Cōfutatio diffinitionis redditę.

Frequēs fore Socratis snia de ui uirtute & bonitate.

tudo:neq; enim tibicinaria.NI.Non.SO.Neq; etiam citharista.NI.neq; ista.SO. At uero quę nã ista:& cuius rei scía?LA.Recte admodum interrogas illum o Socrates.Ideoq; exponat quã sapientiã esse dicat.NI.sciam metuẽdarum rerũ & nõ metuendarum tam in bello q̃ in cęteris oĩbus.LA. Quã absurde hic o Socrates loquit̃?SO.Quãobrem ita dicis Laches?La.qa diuersa ẽ a fortitudine sapiẽtia.SO.Non dicit Nicias.LA.Nõ hercle:& iccirco delirat.SO.quin doceamus illum?obmissis cõuitiis?NI.At cupit Laches is o Socrates me tanq̃ nihil dicentẽ redargui/postq̃ sibi idem nup accidit.La.Absq; dubio Nicia idq; conabor ostẽdere.nihil enim dicis.Nõne in morbis medici metuẽda cognoscũt?an uident̃ tibi fortes ista cognoscere?uel tu medicos fortes uocas?NI.minime.LA. Neq; agricultores ut arbitror/licet hi in agris colendis quę sint metuẽda cognoscãt: quinetiã artifices alii:quę audere decet & quę metuere suis in artibus sciunt/qui nihilomagis fortes sunt.SO.qd tibi dicere Laches uidet̃ o Nicia?NI.aliqd certe dicit:nõ tamẽ uerũ.SO.quare?NI.Quoniã medicos arbitrat̃ ulterius quicq̃ nosse circa ęgrotos pręter id qd' ęgrum noxiũq; uel qd' sanũ & salubre. Ipsi uero hoc dũtaxat intelligũt. Vtrũ uero extimescẽdum malumq; alicui sit esse sanum potius q̃ ęgrotare:censes hoc o Laches medicos intelligere?An non putas pręstare nõnullis ex morbo non surgere q̃ cõualescere?Dic enim:tu ne asseris oĩbus pręstare ut uiuant:nec multis conducere mortem?LA.Hoc equidem potius.NI.Quibus mori pręstat eadem metuẽda malaq; existimas quę & illis qbus uiuere?LA.Nequaq̃.NI.harũ uero rerum iudiciũ medico tribuis?uel alteri cuidã artifici pręter q metuẽda & nõ metuẽda intelligenti:quẽ ego fortẽ uoco.SO.aduertis ne Laches qd iste loquat̃?LA.aduerto equidem q uates fortes nũcupat. Nam quis alius norit qbus mori pręstet q̃ uiuere?Atqui o Nicia utrũ fateris uatem esse te/uel neq; uatem/neq; fortem.NI.Nunqd uatis officium putas/metuẽda & inuadenda dinoscere.LA.Puto equidem:nam cuius alterius?NI.Ei⁹ plane quẽ ipse dico multomagis uir optime.Quippe ad uatem spectat solum futurorum portẽta signaq; pręnoscere/siue mors cuiq̃ imineat:siue morbus:seu iactura rerum:uel uictoria:uel clades in bello aut alio quouis certamine.Quid aũt ex his cuiq;/aut pati/aut non pati/ pręstet cur uates potius q̃ quis alius iudicabit?LA.Nescio qd is sibi uelit Socrates.Neq; enim uatem/neq; medicũ:neq; alium quẽpiam declarat:quẽ fortem esse dicat/ nisi forte deum quẽdam esse ipsum dixerit.Mihi quidem uidet̃ Nicias ingenue fateri nolle se nihil dicere: sursum uero deorsumq; fertur: & ignorãtiã suam abscõdit.Enimuero & nos pauloante:ego.s.ac tu Socrates tergiuersari similiter poteramus/si dissimulare uoluissemus/adeo ut non uideremur nobis ipsis cõtraria loqui.Si igit̃ in iudicio nobis eẽt orandum/deceret quodãmodo hoc efficere.Nunc autẽ quid opus est in hoc cętu frustra se uerbis ornare?SO.nihil aut mihi uidet̃ Laches.Sed uideamus ne forte Nicias aliqd se dicere putet: neq; uerborum gratia hęc dicat.Quare ab ipso planius sciscitemur/quid sentiat/ac si quid ueri afferre uidetur/assentiemur alioquin docebimus.LA.Ipse si uis/interroga Socrates.Ego enim satis percontatus sum.SO.Nihil me prohibet.Cõmunis enim & mihi & tibi erit interrogatio.LA. Oĩno qdẽ. SO.Dic mihi o Nicia.Immo dic nobis:nam & mihi & Lacheti quęstio hæc est cõmunis:fortitudinem esse dicis metuẽdorum & non metuendorum scientiam?NI.Equidem.SO. Hoc aũt dinoscere nõ cuiuslibet uiri opus eẽ:postq̃ neq; medicus/neq; uates hoc noscit/neq; fortis est nisi hanc ipsam sciam sit adept⁹:an nõ ita dicebas?NI.ita prsus.SO.Quare ut puerbio fert̃/nõ sus hoc q uis norit:neq; fortis erit.NI.nõ certe ut mihi uidet̃.SO.cõstat utiq; Nicia q neq; Crommyonẽ suem fortem fuisse credis.Neq; iocãdi gra hęc dico. Verũ arbitror eũ q ita loquit̃ nullius bruti admittere fortitudinẽ:neq; cõcedere brutũ aliqd' adeo sapiẽs esse ut quę perpauci hoĩes ppter difficultatem cognoscunt/ea leo uel leopardus/ uel aper aliqs nouerit:sed necesse est illũ qui ita ut tu fortitudinẽ definierit/dicere/leonem/ceruũ/taurum/ac simiã ad fortitudinẽ ęque natura institui.LA.per deos recte loqueris Socrates:idq; nobis o Nicia reuera declara. Vtrũ sapiẽtiores nobis has feras esse dicas:quas oẽs fortes eẽ fatemur.Vel cõtra oĩum opinionẽ/fortes eẽ negare audeas?NI. Equidem Laches/neq; bruta fortia uoco/neq; aliud qcq̃ terribilia pp ignorantiã nõ formidãs: sed intrepidũ atq; fatuũ.An pueros oẽs fortes uocare me putas qui ob iustitiã nihil metuũt. Arbitror equidẽ intrepidum nõ idem esse ac forte.Nam fortitudinẽ & puidentiã in paucis admodum reperiri existimo.Ferocitatẽ uero audaciã:intrepiditatẽ absq; puidẽtia in multis & uiris & mulieribus puerisq; & feris:quę igit̃ & tu & alii multi fortia noĩatis.Ego forcia nũcupo/fortia uero quę prudẽter discernunt:quę audacia & q̃ metu sint digna.LA.Vides o Socrates q̃ belle hic uir ut putat ipse se uerbis subornat.Eos aũt fortitudinis munere priuare cõtendit:quos alii oẽs fortes esse consentiunt.SO. Ego uero nequaq̃ o Laches:sed bono esto aĩo.Aio enĩ & te & Lamachũ sapiẽtes eẽ si fortes estis: & alios ĩsup multos Atheniẽsiũ.LA.nihil aduersus hęc ĩferã ẽt siqd ualeã:ne me dicas reuera Exoneũ quẽdam maledicũ & detractorẽ esse.SO.Ne dicas o Laches:haud enĩ aduertisse uideris hũc a Damone amico nostro eiusmodi sapientiã accepisse.Damon aũt Prodici est ad modũ studiosus.Prodicus uero pręcęteris sophistis egregie talia quędã noĩa distĩguere dicit̃.NI. Profecto his studiis se extollere Socrates magis sophistã decet q̃ uirũ publicis merito fugiẽtẽ munerib⁹.SO. decet eũ

Prouerbium. Non sus quis hoc norit.

inscitiam

fungi[?]tum

tatis cuiuslibet & imaginis haud eadē rō est: sed diuersa. Neq; eni oīa imago habere debet/quę
cunq; illud cuius imago est: si mō est imago futura. Aīaduerte num aliqd dicā. An duo quędā
hęc erunt/Cratylus uidelicet & ipsius imago? siquis deoꝝ nō mō colorē tuū figurāq; expresserit/
ut pictores solent sed interiora quoq; oīa similia tuis effecerit/mollitiem eandē calorēq; motū/
aīam/sapiam: & ut breui cōpletar talia prsus effinxerit oīa/qualia tibi insunt. Vtrū inq̄ alterum
istoꝝ Cratylus erit/alterū Cratyli ipsius imago? An Cratyli potius gemini? Cra. Cratyli o Socra
tes ut arbitror duo. So Cernis amice aliā imaginis rōem esse quęrēdā q̄ illoꝝ quę paulo ante di
ximus? neq; cogendū esse siquid uel additū uel ablatū fuerit/ut non amplius sit imago. An non
sentis q̄tū deest imaginibus/ut eadē habeant quę & illa quoꝝ imagines sunt? Cra. Equidē. So.
Ridiculū aliqd Cratyle ex noībus contingeret his quoꝝ noīa sunt: si prorsus illis similia redde
rētur: Gemina quippe oīa fierent: neutrūq; illoꝝ utrū esset potius dici posset/res ne ipsa an no/
men? Cra. Vera loqueris. So. Ingenue itaq; fatearis o uir generose noīum aliud bene/aliud cō/
tra positū esse: neq; cogas oēs lr̃as cōtinere: adeo ut penitus tale sit/quale & id cuius est nomen.
Sed mitte litterā quoq; minus cōgruā afferri qn̄q; si litterā & nomen similiter in sermone si i ser
mone nomē/sermonē insup nequāq̄ cōuenientē rebus tribui: & rem ipsam nihilominus noīari
diciq;: quod ad rei ipsius cuius sermo est figura insit: quēadmodū in elementorū noībus q̄ nup
ego & Hermogenes cōmemorauimꝰ si recordaris. Cra. recordar eqdē. So. Bn̄ Hercle: igiř qn̄/
cūq; hoc inerit/q̄uis n oīa cōueniētia prsus adsint diceř: bn̄ qdē cū oīa: male uero cū pauca. Di
ci itaq; o beate mittamꝰ? Ne quēadmodū q in Aegina noctu circūuagāř: sero iter peragunt/ita
& nos hoc pacto ad res ipsas reuera serius q̄ deceat peruenisse uideamur. uel saltē aliā quādam ex
quiras rectā noīs rōem neq; cōfitearis declarationē rei litteris ac syllabis factā: nomen esse por
ro si ambo hęc dixeris tibi ipse cōstare & cōsentire nō poteris. Cra. Videris mihi probe loqui o
Socrates: atq; ita pono. So. Postq̄ de his cōsentimus: quod restat discutiamus: si bene nomē po
situm esse debet/oportere diximus litteras sibi cōuenientes inesse. Cra. Plane. So. Conuenit aūt
ut litterę rerū similes insint. Cra. Cio. So. quę igiř recte sunt positatita posita sunt. Siquid āt nō

recte positũ est ut plurimũ qdẽ ex cõuenientibus similibusq̧ litteris constat: siqdẽ imago habet
aũt & aliqd nõ cõueniẽs: pp quod non rectũ est: neq̧ recte nomẽ est institutũ. Sic ne an aliter di-
cimus? Cra. Nihil est o Socrates: ut arbitror: cõtẽdẽdũ: neq̧ .n. mihi placet/ut nomẽ qdem esse
dicat/nõ tñ recte positũ. So. Vtrũ hoc tibi nõ placet q̧ nomẽ rei ipsius declaratio sit? Cra. Pla-
cet. So. At uero noĩa prim ex primis cõstituta esse/partim esse prima/nõ pbe dictũ putas? Cra.
Probe. So. Enimuero primo si quorũdã declarationes esse debent/habes ne modũ cõmodiorẽ
quo id fiat: q̃ si talia fiant/qualia illa sunt: quę declarari uolumus? An modus iste potius tibi pla-
cet: quẽ Hermogenes aliiq̧ plurimi tradunt: q̧ uidelicet noĩa cõuentiões q̃dã sint/iis qui ita cõ
stituerũt ac res ipsas pręcognouere aliqd referẽtes: rectaq̧ nois rõ in cõuẽtione cõsistat: neq̧ in
tersit utrũ qs ita ut nũc statutũ est decernat/An cõtra ut uidelicet .o. qd nũc .ω. paruũ uocat .o.
magnũ cognominet .o. uero qd mõ .ω. magnũ .o. puũ dicat: Vter istorũ magis tibi modus pla-
cet? Cra. Pręstat oĩo o Socrates similitudine referre qd qs ostẽdere uult q̃ quouis alio. So. Scite
loqueris. Nõ ne si nomẽ rei simile est necesse est elementa ex qbus prima noĩa cõponunt natura
ipsa reb⁹ eẽ similia: Sic ãt dico: an aliqs nũq̧ picturã q̃ supra diximus rei cuiusq̃ similẽ eff. nxisset ni
si colores ipi qbus cõstat imago: essent natura rei illius similes quã pictoris studiũ imitat? An nõ
impossibile? Cra. Impossibile plane. So. Eadẽ rõne noĩa ipsa nũq̃ alicuius similia fierent nisi illa
qbus noĩa cõponunt similitudinẽ aliquã haberent eaq̧ rerũ: quarũ noĩa imitatiões sunt: Ea uero
qbus cõstat noĩa elemẽta sunt: Cra. Sane. So. Iã tu sermonis eius esto pticeps/cuius nup Hermo
genes. An recte dicere tibi uisi sumus/q̧ ipm .ρ. lationi motui asperitati cõgruit? Cra. Recte mi
σκληρότης hi qdẽ. So. Ipm .λ aũt leni & molli ac cęteris q̃ narrauimus. Cra. Profecto. So. Scis ne q̧ idẽ .i.
σκληροτὴρ asperitatẽ ipsam nos qdẽ Sclerotes uocamus/Eretrienses uero Scleroter. Cra. Vtiq̧. So. Verum
ambo hęc/ρ/& .σ. eiusdẽ similia sunt: ideq̧ ostendũt tã illis p ipsius .ρ. determinationẽ: q̃ nobis
p. ρ. nouissimũ: uel qbusdã nostrũ nihil referũt. Cra. Vtrisq̧ plane demõstrãt. So. Vtrũ q̃tenus
similia sunt ρ &/σ. uel quatenus dissimilia? Cra. Quatenus similia. So. Nũqd penitus similia sũt:
ad lationẽ ęquue significãda? qn & ipm σ/iniectũ: cur nõ cõtrariũ aspitatis ipsi⁹ significat? Cra.
Forte nõ recte iniectũ est o Socrates: Queadmodũ ea quę tu i supioribus cũ Hermogene hoc
tractabas/dũ & auferebas & inferebas litteras ubi maxie oportebat. Ac recte mihi facere uide-
σκληρὸν baris/& nunc forte p/λ ρ. apponendũ est. So. Probe loqris. Quid uero nunc ut loquimur nihil
pcipimus inuicẽ qñ qs Scleron pnũtiat? neq̧ tu qd nũc ego dicã/intelligis? Cra. Intelligo eqdẽ
pp cõsuetudinẽ. So. O uir lepidissime cũ cõsuetudinẽ dicis qd aliud preter cõuẽtionẽ dicere pu
tas? An aliud cõsuetudinẽ uocas? q̃ q̧ ego cũ id pnũptio illud cogito. Tu quoq̧ qd ipe cogitem
pcipis. Nõ hoc dicis? Cra. Hoc ipsum. So. Si id me pnũtiãte cognoscis/p me tibi fit declaratio:
& dissimili uidelicet eius qd ipse cogitãs pfero: qñ qdẽ ipsum .λ dissimile est ei⁹ qd tu Sclerotetã
σκληρότητα .i. asptatẽ uocas. Si hoc ita se habet pfecto ipse ad id te ipm assuefacis/& ex hac cõuentiõe rectã
tibi nois rõem pponis: postq̃ tibi idẽ tã dissimiles q̃ similes litterę representãt pp ipsum cõsuetu
dinis & cõuentionis accessum. Sin aũt cõsuetudo cõuẽtio minime fit haud adhuc recte dici po
terit similitudinẽ esse declarationẽ: imo cõsuetudinẽ dicere oportebat. Siqdẽ ex similitudine &
dissimilitudine cõsuetudo declarat. His utiq̧ cõcessis o Cratyle. nẽpe silentiũ tuũ p concessione
ponã/necesse est cõsuetudinẽ aliqd conuẽtionẽq̧ cõiicere conferreq̧ ad eorũ que sentimus & lo
qmur expissionẽ. Nã si uelis optie uir ad numerorũ õsiderationẽ descẽdere/quo pacto ipsas adeo
ppria repeturũ te noĩa ut singulis numeris simile nomẽ attribuas: si nõ pmiseris cõcessionẽ tuã
cõuẽtionẽq̧ auctoritatẽ aliquã circa nominũ rõnẽ habere. Mihi qdẽ & illud placet ut noĩa quo-
ad fieri pt reb⁹ similia sint. Vereor tñ ne forte ut dicebat Hermogenes tenuis quodãmõ sit isti⁹
similitudinis usurpatio: cogamurq̧ & onerosa hac re/cõuẽtione uidelicet uti/ad rectã noĩum ra
tionẽ: qm tũc forte p uiribus optime diceret/cũ uel oĩo uel maxia ex pte similibus .i. cõuenientĩ-
bus diceremus. Turpissime uero cũ cõtra. Hoc aũt posthęc insup mihi dicas quã nobis ui hñt
noĩa qd ue pulchrũ p hęc effici nobis asserimus? Cra. Docere mihi qdẽ noĩa uident o Socrates
idq̧ simpliciter asserendũ q̧ qsqs nomina scit & res itidẽ sciat. So. Forte o Cratyle tale qddam
dicis: q̧ cum nouerit aliquis quale sit nomẽ: est autem tale qualis & res existit: rem quoq̧ ipsam
agnoscet/qñquidem nois est res similis. Ars autẽ una eadẽq̧ est oĩum inter se similium: hac ra-
tiõe inductus dixisse uideris q̧ quisquis noĩa cognoscit: res quoq̧ ipsas agnoscet. Cra. Vera lo-
queris. So. Age uideamus quis modus docendarũ rerũ iste sit: quẽ ipse nunc dicis: & utrũ alius
pręterea sit. hic tamen potior habeat: uel alius pręter hunc nullus. utrũ istorũ potius arbitrare?
Cra. Hoc certe q̧ nullus uidelicet aliud sit/sed hic solus & optimus. So. Verum uero & res ipsas
ita reperiri cẽses/ut quicunq̧ nomina reperit ea quoq̧ quorũ nomina sunt inueniat. An quęren
dũ potius alium modum quẽdam hunc discendum. Cra. Maxime omnium secundum ista hũc
ipsum & quęrendũ & inueniẽdũ. So. Age ita consideremus o Cratyle: siquis dũ res inuestigat/
noĩa ipsa sequitur rimaturq̧ quale unũquodq̧ uult esse/uides q̃ maximũ deceptiones periculũ

subit? Cra. Quo pacto? So. Q m̄ q principio noīa posuit / quales esse res opinatus est/talia quoq; nomina ut dicebamus effinxit. Non ne ita? Cra. Ita prorsus. So. Si ergo ille non recte sensit/& ut sensit/instituit. nō ne & nos sequentes eius uestigia deceptos iri existimas? Cra. Haud ita ē: imo necesse scientem fuisse illū q nomina posuit. Aliter aūt ut iam dudū dicebā/noīa nequaq̄ essent. Euidentissimo autem argumēto id esse tibi pōt: haud a ueritate aberrauisse noīum auctorē/q̄ si male sensisset nequaq̄ sibi ita oīa cōsonaret. An nō aduertisti & ipse cū diceres oīa in idē tēdere? So. Nihil ista o bone Cratyle ualet defensio. Quid. n. mirū est si primo deceptus nominū institutor/sequētia rursus ad primū ui quadā traxit & ipsi consonare coegit? Q uēadmodū circa figuras interdū exiguo quodā primo ignoto falsoq; existente/reliqua deinceps multa inuicē consonant: Debet. n. qsq; circa rei cuiusq; principiū statuendū/differere multa/diligētissimeq; cōsiderare/utrū recte decernat nec ne. quo qdē sufficiēter examinato cętera iā pricipiū seq debēt. Miror tñ si nomina sibimet congruūt. Consideremus iterū q̄ supra retulimus: diximus p̄fecto ita nomina essentiā significare quasi oīa currant/ferant & defluant. ita ne significare cēses? Cra. Ita certe & recte quidē. So. Videamus itaq; ex illis aliqua repetētes principio nomē hoc Episteme idest scia ambiguū est/magisq; significare uidetur/q̄ estesin idest sistit i rebus animam/q̄ q̄ cum rebus pariter circunfert: rectiusq; esse uidetur/ut principiū eius ut nunc dicamus q̄ per. e. ipsius iniectionē: & pro. t/i/potius adiiciamus. deinde ueueon. i. firmū dicit: qm̄ baseos & staseos. i. firmamenti & status potius q̄ lationis est imitatio. pręterea historia id forte significat q̄ Histesi Rhun idest sistit fluxū. & ipsum Piston idest credēdū. histam idest firmare oīo significat. quin ēt mneme idest memoria ostēdit prorsus q̄ in aīa nō agitatio est sed mone. i. qes stabilisq; p̄mansio. Atq siquis noīa ipsa obseruet hamartia & symphora. i. error & contingentia casusq;: idē uidebunt inferre/quod synesis & episteme idest intelligentia atq; scia: & cętera nomina quę pręclaris sunt rebus īposita. Itē Hamathia & Acolasia. i. insitia & intēpantia/p̄xima his uident: Hamathia qdem īportare uidet Hama Theo lontos Poriam. i. simul cū deo euntis p̄gressum. Acolasia uero oīo quandā ipsaq; reg Acolasiam. i. p̄secutionē atq; cōgressum. Atq; ita q̄ rerum turpissimaq; noīa esse putamus: nominū illoq; quę circa pulcherima sunt q̄ simillima uidebunt. Arbitror & alia multa repiri posse/siqs ad hęc incūbat: ex qbus iterum iudicabit noīm auctorē nō currentes delatasq; res/imo stabiles indicare. Cra. Verūtñ multa o Socrates fm agitationis significationē uides illū cōstituisse. So. Quid agemus o Cratyle? Nunqd suffragioq; calculoq; instar noīa ipse dinumerabimus? atq; ad hanc normā de recta rōne nominū iudicabimus/ut ea tādē uera sint: qbus significationes pluriū nominū suffragant. Cra. Haud decet. So. Non certe amice. Sed his iā obmissis redeamus illuc/unde digressi sum⁹. Dixisti nup si recordaris necessariū esse illū q noīa statuit/pręnouisse ea quibus noīa tribuebat: perstas adhuc i sñia nec ne? Cra. Adhuc. So. Nūqd & illū qui prima noīa posuit nouisse ais dū poneret? Cra. Nouisse. So. Quib⁹ ex noībus res uel didicerat uel īuenerat? quādo necdū prima noīa fuerant instituta? Cum dictū sit impossibile esse res uel inuenire uel discerere / nisi q̄lia nomina sint didiceremus uel ipsi nos inuenirēmus. Cra. Videris mihi non nihil o Socrates dicere. So. Q uo igiẗ pacto dicemus eos scientes nomina posuisse? uel legum & nominum conditore ante positionē cuiuslibet nominis extitisse? eosq; res antea cognouisse: siquidē non aliter q̄ ex nominibus disci res possint. Cra. Reor equidem Socrates uerissimū eū esse sermonē quo dicitur excellentiorē quandā potentiam q̄ humanā prima rebus noīa prebuisse: quo necessariū sit ut recte fuerint distributa. So. Nūquid putas contraria sibi posuisse noīm auctorē si Dęmon aliquis uel deus extitit? an nihil tibi supra dixisse uidemur? Cra. Forte nondum alterū istorum nomina erant. So. Vtra igiẗ erant uir optime num que ad statū uergunt? an q̄ ad motū potius? Neq;. n. ut modo diximus/multitudine iudicabitur. Cra. Sic decet Socrates. So. Cum itaq; dissentiāt contendantq; de ueritate inuicem nomina: & tam hęc q̄ illa uero p̄piquiora esse se asserant: cuius ad normā diiudicabimus? Quo nos uertemus? Neq;. n. ad alia noīa cōfugiemus: qa pręter hęc nulla. Veq; alia qdā p̄ter noīa q̄renda sunt q̄ nobis ostēdant absq; noībus/utra istoq; uera sint req; uidelicet mōstrātia ueritatē. Cra. Ita mihi uẗ. So. Si hęc uera sunt Cratyle possunt/ut uideẗ/res sine noībus p̄cipi. Cra. Apparet. So. Per qd potissimū aliud speras res ipsas p̄cipe? Nō ne p quod cōsentaneū ac decēs est? p mutuā illaq; cōmunionē. s. si quo mō inuicē cognatę sunt/& p seipsas maxime: Quod eni aliud est ab illis: aliud qddā nō illas significat. Cra. Vera loq uideris. So. Dic obsecro: nō ne iam sæpe cōcessimus noīa q̄ recte posita sunt/similia illoq; esse quoq; sunt noīa rerūq; imagines esse? Cra. Cōcessimus plane. So. Si ergo licet res p noīa discere/ac ēt p seipsa q̄ p̄stantior erit lucidiorq; p̄ceptio? Num si ex imagine cogitetur & imago ipsa utq; recte expressa sit/& ueritas cuius hęc est imago? An potius si ex ueritate tam ueritas ipsa q̄ ipsius imago/nunqd decente imago ad eam fuerit instituta? Cra. Si ex ueritate. So. Qua ratione res uel per doctrinam uel per inuentionem comprehendendę sint/iudicare/maioris q̄ meum ac tuū sit igenii opus esse uideẗ. Sufficiat aūt

Circa principiū statuēdum esse differēdum multa.

ἐπιστήμη. ἵστησιν.
βέβαιον.
βάσεως.
στάσεως. ἱστορία.
ἵστησι τὸν ῥοῦν.
πιστὸν. ἱστᾶν.
μνήμη. μονὴ
ἡ ἁμαρτία
συμφορὰ
σύνεσις.
ἐπιστήμη.
ἀμαθία.
ἀκολασία
ἅμα θεῷ.
ἰόντος. πορεία.
ἀκολασία.
ἀκολουθία.

nũc iter nos cõstitisse ꝙ nõ ex noĩbus: imo ex seipsis potius discẽdę q̃rẽdeq; sunt. Cra. Sic appet o Socrates. So. At aduertamus & hoc ꝑterea: ne multa hęc noĩa in idẽ tẽdẽtia nos decipiãt/cũ q̃ illa ĩposuerũt/currere oĩa sp̃ fluereq; putauerit/atq; ea cõsideratione posuerint: uident nẽpe mihi ita existimasse: quoꝝ tñ opinio si talis extitit/falsa hũda est. ꝑfecto illi uelut in q̃dã delapsi uertiginẽ/& ipsi uacillãt iactantq;/& nos in eãdẽ rapientes ĩmergũt. Considera uir mirifice Cratyle qd̃ ego sępenũero somnio: utꝝ dicẽdũ est esse aliq̃d ip̃m pulchrũ ac bonũ/& unũ qd̃q; existiũ ita nec ne? Cra. Mihi q̃dẽ o Socrates esse uꝛ. So. Illud igiꝛ ip̃m cõsideremus: nõ si uultus q̃dã aut aliq̃d taliũ pulchrũ est: q̃ppe hęc oĩa fluũt: sed ip̃m pulchrũ dicimus: nõ ne sp̃ tale quale est ꝑseuerat: Cra. Necesse est. So. nũq̃d possibile est ip̃m recte denoĩare si sp̃ subterfugit: ac prio ꝙ illud sit/deide q̃le sit dicere? uel necessariũ est/dũ loq̃mur aliud ip̃m statĩ fieri iugiterq; diffugere nec tale amplius eẽ. Cra. Necessariũ. So. Quo pacto aliq̃d illud erit: qd̃ nũq̃ eodẽ mõ se habet? Si. n. q̃nq; eodẽ mõ se habet eo ĩ tpe minime ꝑmutatꝛ: sin ãt sp̃ eodẽ mõ se habet: idẽq; existit/q̃õ trãsit uel moueꝛ? cũ ideã suã nõ deserat? Cra. nullo pcõ. So. Pręterea a nullo cognosceretꝛ: dũ. n. cogniturã uis ip̃m aggredereꝛ/aliud alienũq; fieret: q̃re q̃d sit aut q̃le cognosci nõ posset: nã cognitio nulla ita rẽ ꝑcipit/ut nullo mõ se habẽtẽ percipiat. Cra. Est ut ais. So. Sed neq; cognitionem ip̃am esse affirmãdũ est o Cratyle si decidũt oĩa/nihilq; ꝑmanet. Si. n. cognitio ex eo ꝙ cognitio est nõ decidit/ꝑmanebit sp̃: ac sp̃ erit cognitio: sin aũt cognitiõis sp̃ẽs ip̃a discedit/simul & ĩ aliã cognitiõis sp̃ẽm delabeꝛ: neq; cognitio erit. Qd̃ si ꝑpetuo migrat sp̃ nõ erit cognitio. Atq; hac rõne neq; qd̃ cogniturũ est: neq; qd̃ cognoscẽdũ/sp̃ erit. Sin aũt sp̃ est quod cognoscit. est quod cognosciꝛ/est pulchrũ: est ex bonũ estq; deniq; existentiũ unũquodq; q̃ in p̃ñtia dicimus fluxus latiõis similia si uideꝛ. Verũ uero hęc ita sint/an ut dicebãt Heraliti sectatores aliiq; ꝑmulti haud facile discerni põt. Neq; hoĩs sane mẽtis est seipsum animũq; suũ noĩbus credere: & auctorẽ nominũ sapientẽ asseuerare. Atq; ita de seipso rebusq; oĩbus male sentire: ut patet nihil integrũ sit unq̃ existere: sed oĩa uelut fictilia fluere atq; cõcidere: & queadmodũ hoĩes destillatiõibus capitis ęgrotãtes: similiter quoq; res ip̃as affici iudicet/adeo ut destillatiõe & fluxu oĩa cõprehendanꝛ: forte o Cratyle ita est: forte ẽt aliter forti aĩo & diligẽti studio inuestigãda res est. neq; cui facile assentiẽdũ. Iuuenis adhuc es: atq; tibi sufficit ętas. Et siq̃d inueneris idagãdo: mihi quoq; imptiri debes. Cra. Nauabo operã Socrates. Ac certe scito me ẽt in p̃ñtia nõ torpore: imo cogitãdo mihi & multa aĩo reuoluẽti multo magis ita ut dicebas ip̃se q̃ ut Heraclitus res sese habere uideꝛ. So. Deiceps amice postq̃ redieris me doceto. Nũc ãt ut cõstituisti ĩ agrũ ꝑge. atq; & Hermogenes hic te comitabiꝛ. Cra. Fiet ut mones Socrates. Verũ tu quoq; iã de his cogita.

Cratyli finis.

ARGVMENTVM MARSILII FICINIS IN GORGIAM.

e Vm duo q̃dã in aĩo potissima sint/cognitio & affectus cognitionẽ q̃dẽ sophistæ sub ueritatis sp̃ẽ ad falsa detorq̃nt/affectuũ uero populares poetę sub cõcinne uoluptatis esca in dissonas ꝑturbatiões sępe ꝑcipitãt. Oratores deniq; populares tũ cognitionẽ falsas decipiũt cõiecturis: tũ affectu in motus uarios cõcitãt: Quapp̃ ne hoꝝ opa mẽtes hoĩum/tũ falsis opiniõib⁹/tũ pniciosis affectib⁹ ęgrotare coganꝛ/Plato hũanoꝝ medic⁹ aĩoꝝ nos a sophistis q̃dẽ oĩo/ab oratorib⁹ quoq; atq; poetis quodãmõ ꝑcul abducit: ꝑfecto sophistas & undiq; & oẽs extermĩat: poetas ãt neq; oẽs: sed illos q̃ uel turpia de diis & fingũt: uel ꝑturbatos aĩos acrius imitanꝛ & referũt: neq; undiq; : sed ex urbe. i. ex iuuenũ ignorantũq; turba: q̃ in ꝑturbatiõe admodũ sunt ꝓcliues: & allegoricũ poetaꝝ nõ penetrãt sensum. Quãobrẽ in libris de re publica poetas iubet uel expelli uel cogi de deo honeste loq̃: neq; ꝑturbatiõibus audientes assuefacere: sed & diuinos hymnos canere & leges patrias magnorũq; gesta uiroꝝ grauiter recensere. Sed ut reuertamur ad oratores/hos quoq; nõ oẽs Plato uituperat: sed eos dũtaxat. qui ad id incũbunt assidue/ut q̃cq̃d libuerit/quacunq; ualeãt rõne audiẽtib⁹ ꝑsuadeant: absq; delectu siue malũ id sit/siue bonũ: seu falsa sit ratio seu uera: uel cõmiseratio uel cõcitatio uel cõiectura. Quale fuerat Tisię Tebani atq; Lysię/nec non Gorgię Leontini ꝓpositũ. Anteponit uero aliis periclẽ in Phędro atq; isocratẽ: ꝓpea ꝙ eloquẽtiã cũ philosophia cõiunxerint: additq; legitimũ oratorẽ oportere reꝝ intelligere rões/morũ leges uerboꝝ uires/naturas ingenioꝝ: uerbaq; certa quadã rõe cõponere ingeniis audientiũ quoad fieri põt accõmodatas cõis boni ꝑsuadendi gratia neq; tã ad id incũbure re ut ea q̃ dicit hoĩbus grata sint: q̃ ut accepta deo. Eũ uero qui Tisię Gorgię more nõ ueritatẽ ip̃am atq; iustitiã/sed coniecturã turbę dũtaxat uerisimilẽ ꝓbabilẽq; sequiꝛ: tanq̃ hoĩem ciuitati ante alios noxiũ detestaꝛ/quasi eloquẽtia sine sapiẽtia sit ensis acutus in manibus furiosi. Duos aũt exagitat ante alios: Lysiã q̃dẽ in phędro his

uero Gorgiā. Nā quanto maioris auctoritatis erant/tāto piculoſiores erant. Adducit̄ hic in mediū & Polus orator Gorgię ſectator & Callicles eorū aſtipulator. Socrates aūt primo p Cherephontē agit familiarē ſuū & id quidē aduerſus Polū. deinde ipē p ſe cōtra Gorgiā. Qm̄ uero hi in aliaꝝ reꝝ rōibus aſſignādis apud populū mirū īmodū gloriari ſolebāt/oſtēdit̄ eos/ut ipſis oīs adimat̄ fides neſcire ſuę pfeſſiōis ratiōes afferre. Interrogatus .n. Polus q̄ ſit ars Gorgię cū debuiſſet eā ſolū p neceſſaria definire:& q̄ ſit explicare/p ſupflua circūſcripſit & q̄lis:& id q̄ lēaffectato nimiū ſtilo/quo uti cōſueuiſſe in Phędro/ubi de oratoꝝ ſtilis agit̄/cōfirmat̄. Deide interrogatus ipſe Gorgias/q̄ ſit ars eius/inepta quadā iactātia reſpōdit eē rhetoricā: Rogat̄ deīceps qd ſit rhetorica definire. Meminiſſe uero debemus rē quā libet ī eo qđ ipſa ē/parti qdē cū rebus aliis cōuenire:parti uero differre:atq̄ id p qđ ꝯuenit noīari gen⁹ p qđ diſcrepat dr̄iā hinc fit/ut definitio q̄ id ipm̄ qđ res ē cōprehēdit/p gen⁹ eiuſmōi dr̄ iāq̄ debeat aſſignari. Gor. ergo ut pote q artē ſuā neſciat diffinire/genus ipſius & id qdē inepte pfert. Differētiā uero quā mox ī eadē reſponſione una cū genere debebat adducere/uix tandē poſt multas interrogationes extorquēte Socrate in mediū afferre cōpellit̄:principio rn̄det rhetoricā eſſe artē circa ſermones. Et qm̄ alię quoq̄ ſunt ſimiles/interrogatur circa quos qualeſue ſermones: ut quā in re ab aliis artibus differat/diſcernatur. Reſpondet autem circa ſermones qui dicendi uim preſtant. Iterū id aliis artibus eſt cōe unde rurſus adiūgere cogitur/rhetoricam uerſari q̄ plurimum circa ſermones/uimq̄ dicendi. Sed quoniam id quoq̄ cōe cū multis/urgetur iterum addere circa ſermones .ſ. de rebus maximis. Cum uero & id cōe:iam neſcio quid diſtinctius afferre cōpellitur .ſ. per oratoriam nos cōſequi ut nulli ſeruiamus/ſed aliis dominemur:atq̄ eſſe oratoriā artem perſuaſionis pro arbitrio effectricem. Interea Socrates admonet/ut in diſputando non tam ad perſonā qua cum diſputatur/q̄ ad rem ipſam & ſermonem/& animum intendamus. Deinde uero quoniam omnis ars aliqua de re perſuadet/queritur que de re & qualis ſit rhetoris perſuaſio. Mox in duo diſtinguitur perſuaſio. In eam .ſ. quę ſciam/& in eam quę facit fidem:Cōcluditurq̄ oratoriam perſuaſionem non ſcientiam afferre:ſed fidem/non circa quęlibet proprie:ſed circa iuſta atq̄ iniuſta:nō ubiq̄ ſed in turba potiſſimū ac de rebus quę pręcipue ad rempu. pertinent. Additur quinetiā oratorē de rebus inſuper ad artes alias pprie pertinentibus ſuadentius q̄ artifices ipſos poſſe loqui:non quidē inter artium ipſaꝝ peritos:ſed īperitos. Inter hęc admonemur ne potentia unq̄ arteq̄ abutamur. Item ne in diſputando ubi ad ueritatem percipiendam neceſſaria eſt tranquilitas perturbemur. Rurſus ęquo aīo atq̄ libentiſſimo redargutionē eē recipiendam pręſertim in moribus corrigendis. Nihil deterius .n. eſſe q̄ de moribus falſa ſentire. Poſthęc concedit Gorgias non pertinere ad oratorem ſcire qua rōe res ipſe ſe habeant: ſed machinationē quandam ſic ad perſuadendum excogitare/ut ipſe q̄uis ignorans: tamen apud ignorantes magis intelligere q̄ ipſi ſcientes appareat:officiumq̄ eius eſſe/de quolibet in turba ſtrenue loqui non docendo ſed perſuadendo. Concedit quoq̄ oratorem ſcire id debere & poſſe quod ſit uериſimile:ēt ſi id quod uerū eſt neſciat quod qdē fieri nullo modo pōt. Niſi eni rem ipſam cognoueris/nunq̄ qđ illius ſimile ſit/agnoſces. Proinde quęritur utrū ſicut ad oratorem alia ſcire non attinet:ita neq̄ etiam quid bonum honeſtum/iuſtū ſit intelligere. Gorgias uero cum alias dixerit oratorem ad hęc atq̄ illa ſimiliter ſe habere/hic ſibi repugnans/ſcire hęc ſaltē oportere conſenſit. hinc Socrates argumentatur. Si orator ſcit iuſta/ergo eſt iuſtus: tentans uidelicet Gorgiam nunqd uim cōſequētię teneat. Ille uero admittit ſtatim:cū proprie in ſciētiis artibuſq̄ ad intelligentiā pertinentibus id ſequat̄/ſcit aſtrologica uel fabrilia. ergo aſtrologus eſt uel faber. in iis tamen quę ad uoluntatem moreſq̄ pertinent non ſequatur/ſcit iuſta ergo iuſtus:Opus enim ad iuſtitiam eſt uoluntate: Verū tamen ſiquis diuinā quādā de iuſtitia ſcientiā habeat/quod quidem ſpirante deo fieri quandoq̄ poſſe Plato uult: recte ſequet̄. Quiſq̄ enim certiſſime ſciuerit quantū bonum iuſtitia ſit/q̄tum ue premium maneat/atq̄ contra quātum in iuſtitia malū/q̄tum ue huic ſupplicium debeatur is proculdubio iniuſtitiā fugiens/iuſtitiam cōplectetur. Quacunq̄ uero rōe ſeſe res habeāt Gorgias ſibimet cogitur cōtradicere. quippe cū in ſuperioribus/oratorem iniuſtum eſſe aliquando poſſe cōceſſerit:hic uero neget. Poſthec Socrates ex arrogātia Poli ſub quadā ironia & iuniores īprobat/ſi qū ſeniores corripiant arroganter:& pręcipit omnibus ut emendari a quolibet facile patiant̄. Cęteꝝ ut quę ſequunt̄ plane intelligantur/aduertendum eſt:oratoriam uel in genere uel in ſpēbus poſſe cōſiderari:atq̄ in genere quidem deffiniri induſtriā ad perſuadendum in materia ciuili prōptiſſimā/tū quadā pbationis facultate/tum uel maxime eloqui gratia. Ideoq̄ inter artē quādam differēdi poeticamq̄ eſſe quodāmodo conſtitutā. Hactenus oratoria intellectui quidem bonū eſt/uolūtati uero neq̄ bonū eſt neq̄ malum. Huius autem duę ſunt ſpecies philoſophica & popularis ſiue adulatoria Illa bonum:hęc uero malū. Illius quidem finis eſt/certis rerum/uerboꝝ/moꝝ rōnibus/audientes ad cōe bonū perducere. Quā maxīe laudat in Phędro ex phīa poeſiſq̄ grauiori cōpoſitam.

Alterius aūt finis est p cōiecturas turbę uerisimiles/cōcitationesq; aīoꝝ:quodcūq; libuerit impetrare.Hāc inter sophisticā uulgarēq; poesim ponimus ex utrisq; pmixtā:quā in hoc dialogo detestat̃.Diuidit aūt artes ipsius hoīs pprie curatrices in duo pręcipue genera.Quorū primū curat aīum:secūdū uero corpus.In aīo legalē facultatē ait legū cōditricē morūq; moderatricē/ aīum ipsum in habitu quodā naturę cōsentaneo formare atq; stabilire.artē uero iudicialē aīum siqū hinc lapsus fuerit restituere.In corpe quoq; geminas ponit artes/similiter corpis curatrices:gymnasticā qdē huius exercitādi magistrā in bona ipm hītudine p uiribus cōfirmātē.Medicinā uero corpi amissam sanitatē restituentē.Quapp qualis est legalis in aīo talis in corpe uł esse gymnastica.Itē qualis iudicialis in aīo talis in corpe medicina.Has oēs apellat artes:qa certa rōe perducāt ad bonū.Subdit naturā quādā siue piriā/adulatoriā seruilē atq; fallacē:quę falso has quattuor emulat̃:p sophisticā qdē simulat legalē:p oratoriā.s.uulgarē fingit iudicialē:p fucatoriā pręsefert gymnasticā.p quoqnariā medicū repńtat.Totū uero hoc adulandi genus negat esse artē qa nō rōne certa ad uerū bonū/sed lenociniis cōtēdit ad grām.Sed neq; existemet Platonē longe oīum eloquētissimū legitimā eloquētiā cognatię cōparare/legat Phędrū ī quo & eā pbat/& finē offīmq; & pręcepta eius subtilissime tradit:asseritq; ipam esse similē medicinæ. Qm̄ uero Polus oratoriā uī extollēs/oratores ait ex eo maximā habere potētiā:q; p arbitrio ualeāt aduersarios carceri mortiq; dānare uel expoliare bonis:uel urbe priuare.Socrates duob⁹ potissimū argumētis pbat iniustos nō eē potētes.Primo qdē qm̄ potētia exoptāda est unicuiq; tāq̃ bonū.cōstat uero licētiā qdcūq; libuerit faciēdi/iniustis hoib⁹ ueluti mēte captis:nō mō nō bonā eē sed malā/atq; tandē pnitiosā.Deīde maxia ptās est posse id ipm qđ uelis efficere.Patet aūt oēs ueꝝ uelle bonū.At malos ueꝝ bonū uel agere uel cōseq nūq̃.Adde q; mala mēs eo ipso q; mala est:discors in seipa & insana cēset̃:iamq; ab his q̃ afferunt̃ sensibus supata.Quis ergo dixerit mentē & languidā & more māciplii suis fuientē mācipiis eē potētē?Interea humana oīa distingunt̃ in tria.s.in bona/malaq;/& media.Bonoꝝ primū est sapia.Secūdū optāda corpis habitudo.Tertiū fortunę cōmoditas.Sed hęc duo eatenus iudicant̃ bona/quaten⁹ cōmodū mēti exhibent ministeriū.Hoꝝ uero opposita dicunt̃ mala:sed hoꝝ media tanq̃ in differētia sunt:q non magis ad bonū declinant q̃ ad malū:ut iresedere:atq; similia.Addit̃ neminē uelle aut mala aut media/aut ea q̃ agit ppter:imo bona dūtaxat & ea quoꝝ gratia mouet̃ & agit.Nō ergo q iniurias faciūt:ipsas uolunt iniurias:sed bonū cuius gratia faciūt.Bonū uero nō cōsequunt̃:nō assequunt̃ ergo qđ uolūt.Nō ergo potētes.Deinceps uero Socrates ex errore Poli cōmuni cū multis nactus occasionē sancta nobis tradit pcepta.Cui peccare grauiter licet/ppe miser est.q peccat grauiter iam est miser.qui peccati nō luit pęnas est miserior.Iniurias pati eligēdū ē potius q̃ inferre.Licentia quodcūq; libuerit faciendi non est potentia nisi id nobis sit deniq; conducturum.Conducet aūt iuste dūtaxat utentibus:iniusti ēt si totius orbis impio potiant̃/infelices sunt:imo infelicissimi.Quo eni magis peccare licet & quo minus peccati dat̃ pęna:eo infeliciores habent̃.Felicitas in sapientia iustitiaq; consistit.infelicitas in cōtrariis.Qm̄ uero Polus ueritatis iudicium quod a iudicis qualitatē potius q̃ ad iudicantiū numerū referri debet/in quorūlibet testium multitudine collocat:iō Socrates optimū probandi modū esse respondet.Si unicū in causa testē adduxeris:aduersarium.s.rōne cōuictū.alioquin coacernatā undiq; testiū multitudinē/parui ad ueritatē esse momenti.Pręterea qa Polus ait iniuriam quidem facere turpius esse/pati uero peius.Socrates id arguit afferens idem in rebus humanis moribusq; bonum esse atq; pulchrum siue honestū.idem quoq; malum atq; turpe.Deinde id ipsum pulchrum uel pp uoluptatem uel utilitatē/uel utrumq; puta existimari.Turpe uero contra.Hinc argumentatur si facere iniuriā turpius est q̃ pati/non ex eo quidem q; sit molestius/ex eo igit̃/quod sit dānosi⁹: si ita ergo deterius iudicatur/mox adiungit oporteret seipsum rationi tanq̃ medico curandum cōmittere.affirmat quoq; iustam peccatorū punitionem/ei qui punit̃ pdesse quā plurimū.Hec enim si iusta est/ergo pulchra atq; honesta.Si ita ergo bona.si bona confert aīo:uidelicet tāquā medecina corpi/multoq; magis a morbo enim animi liberat q grauissimus est morboꝝ oīum atq; maloꝝ.Inter hæc aīaduerte theologoꝝ sententiā/nihil magis necessariū esse utiliusq; peccatoribus q̃ cōfiteri peccata/affici penitentiam:penas a iudice petere:equo aīo ferre:ut purgetur aīus/anteq̃ insanabilis morbus eius euadat.Post hęc audies facillimū esse nobis affectum illi nostrum significare q similli laboret affectu.Itē Socratē philosophie amore captū illi sp obtēpare. Pręterea eligendū potius esse ut cętera nobis dissonent oīa q̃ ut aīus intra se dissonet.Proinde ubi Callicles Socratē corripit qsi argutiaꝝ nimiū studiosum/intellige sub psona.So.sophistas a platone redargui.Tāgit postea Callicles Trasimachi multoꝝq; planā opinionē dicētiū mores & leges nō naturę ordine:sed sola hoīm uel opiniōe uel fictiōe cōsistere:Qđ in libris de repu. & ī seqntibus cōsutat̃.Qđ uero affert̃ uł Callicles ɔtra philosophos:itellige nō cōtra legitimos philosophos esse dicta:sed pti aduersus ignauissimos sophistaꝝ/pti aduersus eos q phie studio

abutuntur : dum uel ita solam logicā sectatur/ut ptes speculationis alias deserant:uel ita solam
speculationē capessunt/ut philosophica moꝝ ꝑcepta īstitutaꝗ ciuilia negligāt . Nō nulla uero ī
ipa Calliclis īuectiua falsa dicunt:q̃ in sequentibus refellent. Post hęc aūt ꝑcipit oēm in aīe nr̄ę
examine atꝗ ꝓbatiōe eē diligētiā adhibēdā atꝗ ad id tāq̃ iudicē unū eligēdū esse:ī quo sapia sit
rei ipsius qua de agit:& beniuolētia q̃ libētius cōsulat:& audatia insup:ꝑ quā qd̄ ꝓfuturū putet/
nō uereat exprimere. Deinde nos admonet Socrates cū rōnales natura simus ne in rationali ca
su & fortuna uiuamus:sed certū uitę finē diligētissime ꝑscribamus:uiasꝗ ad ipsum eligamus cō
modiores. Deniꝗ dū sepius obsecrat Calliclē ut ipm̄ libeꝛ audacterꝗ redarguat/admonet nos
nihil ingrere impēsius oportet q̃ animi medicinā. His actis Callicles cōcedit idē esse natura po
tētius ualidiusꝗ & melius : Aitꝗ naturalē iustitiā uelle/eū q potētior est habere q̄cūꝗ inferioꝝ
sunt:eisꝗ dominari legēꝗ illius naturaliter esse iustā: Ad hęc Socrates ita infert. Si idē est potē
tius/ualidius melius:atꝗ multitudo ualidior est q̃ unus:ergo & potētior atꝗ melior. Multitudi
nis ergo leges cū potētioris meliorisꝗ sint:iustę naturaliter erūt. Ad huius leges statuūt esse iu
stū seruari inter oēs ęqualitatē. atꝗ esse turpius iniuriā inferre q̃ pati. Quāobrē nō solū lege tur
pius est facere iniuriā q̃ pati:atꝗ iustū est ęquitatē seruare/ut ī supioribus dixerat Callicles : sed
etiā ipsa natura. Pręterea qa Callicles in supioribus potētiores illos esse putauerat q astutia/au
datia/uiolētia cęteros anteirent:Socrates paulatī hunc emēdat. cogitꝗ fateri potētiorē eē:qui
prudētior fortiorꝗ sit ad rempu. gubernādā. significat quoꝗ inter hęc se eadē sp eisdē de reb⁹
adducere:probans uidelicet constantiā:īprobās leuitatē. Iam nō Calliclē conaꝛ ultra prudētiā
fortitudinēꝗ ad tēperantiā quoꝗ pducere. At hic quēadmodū supra Trasimichū imitatus cir
ca iustitiā potētiāꝗ errauerat ita nunc sequtus Aristippū circa tēperantiā similiter errat:eā ap
pellans stupidā ingeni seruilis ignauiā:atꝗ in fouendis explendisꝗ sensuū libidinibus uirtutem
asserēs felicitatēꝗ consistere. Socrates aūt mox ad demonstrandū se se accingit tēperantiā non
opinione humana/sed ordine naturę constare . Profecto naturalis ordo requirit ut inferiores
animę partes superioribus pareant:totusꝗ animus cōsonans undiꝗ sit & sanus & pulcher neꝗ
agat frustra:sed finem ꝓpositū cōsequaꝛ qualis est habitus uitaꝗ temperati. Contra uero in ho
mine intemperato rō regina hoīs seruili seruit concupiscentię:disonat quoꝗ & languet:opusꝗ
in explebile mollitur:incōparabiliꝗ molestia uolantem sequiꝛ uoluptatē . id totū Socrates py
thagoreoꝝ pręsertim Philolai & Empedoclis sententiis explicat/duplici pręcipue uia. s. ꝑ fabu
lam & exemplum:In quibus ipse considera animā in hoc corpore oēm quidē esse mortuam in
temperantē pręterea inferis deputari:irrito assiduoꝗ labore miserabiliter agitatam:dum quo
dam ꝑforato uase. i. deprauato fallaciꝗ iudicio continue machinaꝛ/ꝑforatū quoꝗ uas alteꝝ. i.
cōcupiscentiam inexplebilē fluentibus oblectamentis īplere. Posthęc quia Callicles non solum
uirtutē:sed ēt felicitatē ī assidua libidinū expletiōe cōstituit affirmatꝗ idē eē uoluptatē atꝗ ipm̄
bonū:dolorē quoꝗ idē atꝗ malū iccirco Socrates id plurib⁹ rōnibus cōfutat. Prima. cōstat uo
luptatē nō esse ipm̄ bonū: cū sępe & turpissima sit:& turpissimis hoībus adsit. Secūda:bonū &
malū ut pote cōtraria in eodē simul esse nō possunt. At uoluptas & dolor in eodē sunt simul:qñ
uidelicet qs sitiens bibit. tūc. n. sitiendi molestia cū bibendi uoluptate cōcurrit. Tertia bonū &
malū sicuti cętera cōtraria solent/nō simul abeūt ab eodē. Voluptas āt dolorꝗ tūc ab eodem si
mul abeūt:qñ qs eodem in tpe dū bibit cessat simul & sitire pariter & delectari bibēdo. Quarta
unusqsꝗ pñtia qdē boni fit bonus/mali uero pñtia fit malus. At neꝗ pñte uoluptate boni fiunt
hoīes dissoluti:neꝗ dolore ꝓbi hoīes mali fiunt . Quinimo cū sępe ęque gaudeāt:aut doleant
boni atꝗ mali/& aliqñ magis mali gaudeāt:& boni magis doleāt/certe si uoluptas qdē bonum
esset/dolor uero malū seqreꝛ ut frequēter tā boni q̃ mali pariter boni forēt aut mali:ac nō nunq̃
boni magis mali q̃ ipsi mali:atꝗ ecōuerso. Inter hęc aīaduerte pręceptū Socratis obseruādū. s.
nō esse ad grauissima festinandū nisi leuiora prius fueris consequtus. Afferunꝛ deinde nō nulla
ex qbus cōfirmare qs possit/uoluptatē nō eē ipsum ꝑ se bonū:ꝓpea ꝙ multę reperianꝛ uolupta
tes malę:noxię uidelicet & aīo simul & corpi nosꝗ a reb⁹ optimis diuertētes. ꝙ si uoluptas ipm̄
ꝑ se bonū esset/nulla esset mala uoluptas:ꝑinde distingunꝛ iterum facultates. & quę uelut artes
ad bonū utileꝗ certa rōe ꝓcedunt:& quę tāq̃ adulatiōes/nulla ueri boni adhibita rōe uoluptatē
solam aucupanꝛ:Quarū in numero poesim & musicā cōemꝗ oratoriā collocat. Tu uero inter
differendū hanc nota sniam. Virtutē corporis sanitatemꝗ in ordine quodam & ornatu cōsiste
re:similiterꝗ in ordine ornatuꝗ suo animi uirtutem atꝗ sanitatē. Ex quo fit ut quēadmodum
uirtus corporis uitiumꝗ nō in opinione/sed in re ipsa uel naturę cōsentanea uel opposita repe
ritur:sic uirtus uitiumꝗ animi non ad humanam opinionē:sed ad naturę legē diiudicetur. Cō
clude tādem q̃tum naturaliter pręstat corpus habere sanum q̃ ęgrotū:tantū pręstare similiter
tēperatum q̃ intemperatū animum possidere. pręterea confirmatur in sequētibus sententia py
thagoricā omnibus in rebus esse omniū optimā temperantiam. Que quidem prima omnium

adolescentibus est tradēda/p quam pręcedens pueritię intēpantia corrigatur: totusq; animus temperet: quā mox sequi cęteras uirtutes existimat. Siquidem temperatus erga deum atq; homines agit decentia: pius est iustusq; & fortis. Deinde cōcludit in sola uirtute felicitatē: i sola īpbitate esse miseriā/oīaq; humana ad uirtutem: uelut ad signū: certissime referēda. Preterea sicut ad beatitudinē necessaria uirtus est: sic & uitiorę castigationē/punitionēq; necessariā esse: q̄si morborę animi medicinam. Deniq; intemperatū neq; hoībus/neq; deo neq; sibimet amicū esse posse. Vt aūt naturalē temperātię excellentiā nobis ostendat: & pythagoreorę orphicorūq; mēte subiūgit uniuersū tēpātia atq; ēt cōcordiā iustitia q̄ cōtinenē in ipsa tēpātia cōtineri. lōg; q̄d & pythagoras inquit. In tempantiā in oībus tanq̄ pnitiosissimā esse totis uirib⁹ fugiēdā. Q m̄ uero ad hāc simul atq; iustitiam ęqualitas pręcipue ptinet. Aequalitatē in primis pręcipit obseruari: quā asserit in diis & hominibus ualere q̄ plurimū. Aequalitatē inq̄ geometricam per quam uni cuiq; ęqualis ita fit distributio: ut pro capacitate meritisq; cuiusq; ęqualiter distribuaē. Aequaliter inq̄ idest neq; magis/neq; minus q̄ uel capacitas uel meritū exigere iudicetur. Aequalitas q dem geometrica in quadam cōgrua portione cōsistit. Arithmetica uero ī numero utriq; pari. Neq; uero eadē est hęc & illa. Sāe excessus sex ad quatuor. Itemq; excessus quatuor ad duo apud arithmeticū numeros considerantē/est ęqualis. p duo. n. uterq; pficiē. Verū apud geometram portiōīs iudicē est inęqualis. Nā senarius numerus quaternarium p portiōe sex q altera supat: in qua maior numerus minorem & semel continet totum & insuper eius dimidium. Quaternarius uero binariū proportione superat dupla. Eiusmodi uero ęqualitate quę nō numerātis more tātū pōderis uni tribuit q̄tū alteri/sed mētientis ritu/neq; magis neq; minus q̄ cuiq; cōgruat tribuit unicuiq;/ait cūcta seruari: In hac. n. & iustitia dei in opibus suis: & hoīs ad hoīes cōtineē. Vtrobiq; enim pro mēsura capacitatis & meriti cuiq; distribuitur. His dictis asserit theologica fundamenta morę firmissimis esse rōibus cōfirmata p̄cipue peius esse iniuriā facere q̄ pati: oīm uero pessimū cū iniuriā feceris nō dare pęnas/q̄bus q̄si medicamentis ab oīum maxio iniustitię morbo aīus libereē. Nullū. n. detrimentū maius cogitari posse q̄ q̄d aīo inferē a uitio: adeo ut quēadmodū hoī cum oīo ęgroto corpore nō expedit uiuere. Ita neq; cū aīo uitiis egro. Itē non multifaciēdam esse uitā in corpe: sed uirtutē. peiusq; esse seipm̄ flagitiosis hoībus ob morum similitudinem p̄stare per similem/q̄ ab illis interfici. Inter hęc monet ne res ullas: quarę ignari simus/tractandas agrediamur: pręsertim grauiores maxime publicas oīo uero oratoriam parui facit: si nullam possit uel priuatim uel publice salutem afferre aīo: sed corpori dūtaxat rebusq; ad ipsum ptinentibus cōsulat. Deridet & eos qui cum diu reipu. tenuerint gubernacula: sp qui dem ciuitatē externis bonis auxerint: aīos uero ciuiū tēpantia & iustitia formare neglexerint. Quod q̄dem solū sit legitimi gubernatoris officiū. Cōcluditq; nōmodo nō prodesse sed obesse plurimū ciuitati gubernatores qui fortunæ potius q̄ animi bonis p̄spiciant. Præterea potentiā omnem sapientiamq; uiri in eo consistere ut aīam a peccatis erga deum & homines conseruet intemeratam. Nam huius quidē uitæ iacturam leuissimam esse: ęterne uero salutis esse grauissimam. Cetęę ut q̄ de futuris uel uirtutum pręmiis uel uitiorę supliciis Plato affirmat/itelligas. Scito Saturnum apud Platonem intelligi supnam intelligentiā: in qua fit uniuersalis omniū lex atq; prouidentia circa oīum essentias & uitas ordinesq; formarę. Huic autē subesse ordines tres pręcipuos numinū: in q̄bus Saturnia p̄uidentia in tria potissimum officia distribuitur. Ex his q̄ numina ad distribuendas essentias pp̄rie subministrant: cōi quodam Iouis nomine nuncupat. Quę uero ad uitas suggerēdas cōferunt apellatione Neptuni. Quę ad formarę ordines dispōnēdos/nomine Plutonis apellat. Prometheum uero numinum gradum his aliquāto inferiorē: qui formalem ordinem naturę dumtaxat rationali pręsertim in hac uita distribuit. Deniq; tres Iouis filios/Asię/Europę/Africę. Iudices tria uult intelligi numina/ad id maxīe ministra Iouis atq; Plutonis/ut formalis ordo iustitię in separatis a corporibus animis expleatur. Hic autē animaduerte diuinam legem delebiles uitiorum maculas certis temporibus puniendo diluere. Indelebiles uero pęnis sempiternis affligere. Quod quidem transmigrationē animarū p corpora sempiternā improbare uidetur. Quod autem dicit condā errauisse iudices in uiuentibus iudicandis duo nobis significat. primum quidem non diuinum sed humanum circa uirtutes & uitia iudiciū decipi. Secundum uero diuinam prouidentiā in seipsa pręuidisse iudicia forte falsa si a uiuentibus in hoc corpore uiui iudicareē. Ideoq; non ex quodā tpe: ut uerba sonant: sed ad ęterno/iudicium post hanc uitam fieri statuisse. Interea memento animam uitiorum uirtutumq; affectiōes & habitus secum ferre. Deniq; Socratē hęc penitus affirmare: nihilq; aliud expauescere/nisi eiusmodi animę detrimētū iudiciiq; diuini conspectum. p̄pea concludit in nullo certamine nobis acrius q̄ in hoc cōtendendum ut purissimam iudici cuncta inspicienti animā offerre possumus. Cęteraq; omnia que homines admirantur esse penitus contemnenda: solaq; ex omnibus honoranda: quę ad salutem animę conferant sempiternam.

GORGIAS PLATONIS VEL DE RHETORICA.
DIALOGI PERSONAE.
CALLICLES SOCRATES CHAEREPHO POLVS.

Ic ad bellum & pugnam ferunt o Socrates accedendum. So. Nunquid post fe-
stum: ut dici solet uenimus tardiores? Cal. Et ualde quidem/urbanũ/multa. n.
a & pręclara paulo ante Gorgias nobis exposuit. So. Tarditatis huius causa hic
Chęropho o Callicles fuit: qui trahere nos moram in foro coegit. Che: Nihil
id quidem impedimenti o Socrates fuerit. Ego enim & remedium adhibebo.
nã mihi amicus est Gorgias. Itaque siue nũc siue alias mauis/nobis eadẽ demõ
strabit. Cal. Quid o Chęrepho? cupit ne Socrates audire Gorgiã? Che. Ob id ipsum certe ade-
ramus. Cal. Quandocunq; igitur uobis placebit ad me ingredi/apud me enim Gorgias diuer
tit/nobis aperiet. So. Bene loqueris Callicles: Sed num uellet in pręsentia nobiscum disserere?
Cupio enim ab ipso percontari/quęnam sit artis suę potentia: Quid ue ipse profiteat̃ & doceat.
Cęterarũ uero rerũ quẽadmodũ tu dicis expositionẽ nobis alias afferat. Cal. Haud molesta erit
interrogatio Socrates. Nã id quoq; in sua demostratiõe continebat̃. Iussit ergo paulo ante oẽs
qui intus aderãt: quod quisq; uellet eum interrogare: seq; ad cuncta responsurum professus ẽ.
So. Rem certe pręclarum narras. Itaq; Chęrepho interroga ipsum. Che. Quid nã interrogẽ?
So. Quis nam ipse sit. Che. Quemadmodum dicis? So. Veluti si artifex calceorum foret/respõ
deret certe se corriarium esse. an quod dico nondum intelligis? Che. Intelligo equidem & iam
rogabo: dic mihi o Gorgia. num uere dicit Callicles te profiteri responsurum ad oĩa: de quib⁹
qui licet sciscitet̃. Gor. Vere ait o Cherephon. Nẽpe mõ id ipsum ꝑdicabã: atq; dico nihil noui
a me quẽq̃ multis ãnis ꝑcõtatũ esse. Che. Magna ergo facilitate rñdes Gorgia Gor. Licet hui⁹
rei Cherephõ ꝑiculũ facere. Po. Licet ꝑ iouẽ: sed cõmodius ĩ me si uelis o Cherephõ: nã Gorgi
as qdẽ itẽ in dicendo defessus mihi uidet̃. Multa enĩ nuꝑ disseruit. Che. Quid tu Pole? Arbitra
ris melius q̃ Gorgiã te respõsurũ. Po. Quid nã interest? dũmõ satis tibi fiat? Che. Nihil: sed qm̃
uis rñde. Po. Interroga. Che. Iam interrogo: si Gorgias sciam eius artis hr̃et: cuius frater eius
Herodicus habet/quẽ ipsum recte nũcuparemus? Nõ ne ut illũ? Po. Prorsus. Che. Medicum er
go uocãtes recte uocaremus. Po. Ita. Che. Si ãt illius artis cuius Aristopho filius Aglaophõtis
aut frater eius hr̃et notitiã/quẽ recte ipsum apellaremus. Po. Certe pictorẽ. Che. Nũc aũt cum
artis alicuius ꝑitus sit Gorgias/quẽ ipsum recte uocabim⁹? Po. O Cherepho multę quidẽ artes
insunt hoĩbus experitia ꝑite adinuẽte. Peritia. n. efficit uitã nostrã ꝑ artẽ incedere. Imꝑitia uero
ꝑ fortunã circũuagari: harũ uero singularũ ꝑticipes sunt alii aliarũ aliter. Optiarũ uero optimi:
quorũ ex numero hic ẽ Gorgias/arte pulcherrima ꝑditus. So. Pręclare qdẽ o Gorgia uĩ Polus
adorãdũ paratus. Verũtñ qd̃ ꝑmissit Cherephõti nõ seruat. Gor. Cur nõ o Socrates. So. Ad in-
terrogationẽ qdẽ nõ satis respõdisse mihi uĩ. Gor. At tu iterũ si uis pete. So. Si tu Gorgia rñde-
re mihi uelles a te ipso libẽtius q̃rerẽ q̃ a Polo. Constat. n. Polũ ꝑ ea q̃ mõ rñdit rhetoricę magis
q̃ disserẽdi arti opã dedisse. Po. Cur id o Socrates ais? So. Quia cũ interrogasset chęrephõ cuius
artis ꝑitus esset Gorgias/laudasti tu quidẽ o Pole eius artẽ/q̃si qs eã uituperasse: Que uero illa
sit nõ rñdisti. Po. Nõ ne pulcherrimã eẽ rñdi? So. Prorsus qdẽ: sed nemo q̃lis sit ars Gorgie q̃re
bat: sed q̃ nã sit: & quẽ oporteat uocari Gorgiã: Quẽadmodũ te prius quodãmodo instruebat
Chęrephõ/ac tu illi bñ breuiterq; rñdebas. Nũc ergo eadẽ rõe dicas/q̃ nã ars: & quẽ Gorgiã si-
mus appellaturi. Imo uero tu Gorgia nobis oñde quẽ noĩari te deceat/& cuius artis ꝑitũ. Gor.
Rhetoricę o Socrates. So. Rhetorẽ ergo te appellare debemus. Gor. Et bonũ qdẽ si me qd̃ ꝑ-
fiteor eẽ: ut ait Home⁹ noĩare uelis. So. Volo eqdẽ. Gor. Noĩa ergo. So. An dicem⁹ alios quoq;
te facere posse? Gor. Hęc eqdẽ non apud uos solũ uerũ ẽt apud oẽs ꝑfiteor. So. Sed nũqd uelles
Gorgia quẽadmodũ incepimus disputationẽ ꝑagere: ꝑtĩ qdẽ interrogãdo: ꝑtĩ ẽt rñdẽdo: ꝑlixi
tatẽ illã uerborũ q̃ uti cępat Polus/ĩ aliud tp̃s reseruãs. Verũ qd̃ mihi ꝑ miseris obseruato/uelisq;
ad interrogata q̃ breuissime rñdere. Gor. Sũt qdẽ o Socrates rñsiões q̃dã: q̃s lõgioribus uerbis
necesse ẽ fieri. conabor tñ q̃ breuissime rñdeꝛ. Nẽpe hoc ipm̃ unũ ẽ ex his q̃ ꝑfiteor: nullũ ĩ bre
uioribus uerbis q̃ me eadẽ explicare. So. Hac mihi Gorgia opus ẽ breuitate: & hãc mihi demõ
stres oro: copiã uero ĩ tp̃s aliđ reseruato. Gor. Faciã eqdẽ ut neminẽ dicas unq̃ te audiuisse me
breuiorẽ. So. Age iã rhetoricę artis te hr̃e sciam dicis: aliosq; posse rhetores faceꝛ ip̃a uero rhe
torica circa aliqd uersat̃/ueluti textoria circa uestiũ cõfectionẽ. Nõne? Gor. Ita. So. Nõne & mu
sica circa melodię ꝑfectionẽ. Gor. Ita. So. ꝑ Iouẽ o Gorgia rñsiões hę tue me ualde delectãt: q̃
breuissim⁹ absoluas. Gor. Spo o Socrates me tibi ĩ hoc aduotũ satisfacturũ. So. Recte ais. Age
& de rhetorica simil'r mihi rñde: quorũ nã scia sit. Gor. Sermonũ. So. Qualiũ o Gorgia ſmonũ
Num eorũ qui ostẽdunt/qua rõne uiuẽdi ęgrotantes cõualescere possint. Gor. Nõ. So. Non igi
tur circa sermones oẽs uersat̃ rhetorica. Gor. Nequaq̃. So. Verũtamẽ circa eos sermones qui

Occasio dialogis
Prouerbium.
Post festum uenimus tardius. sic ad bellũ & pugnam.

Ad quęcunq; interrogationẽ se respõsurũ professus ẽ Gorgias.

Peritiam ars: imperitiam fortuna sequtur.

Musica circa melodię ꝑfectionem uersatur.
Prima diffinitio mala confutatio.

uidet ludentē/ridiculum id quidē a uiro alienū ac dignum plagis apparet. Idē igitur erga philosophantes mihi euenit. In adolescēte enim philosophiam cernens ualde delector: decensq; iudico atq; ingenuū esse hominē hunc existimo. Eum uero qui nō philosophet illiberalē nec unq̄ pręclarū aliquid ac generosum de seipso prestiturū. Sed qñ grandiorē natu philosophantē aīaduerto: neq; dū studia eiusmodi deserentē uerberibus iā hunc uirū o Socrates indigere cēseo. Quippe cū/quē/admodum modo dicebā huic accidat homini ut etiā si ingenue indolis sit/tamē seruilis euadat/fugit enim mediam ciuitatē forensesq; consuetudines: in qbus poeta inquit uiros fieri pstantissimos abscondēs sese cū tribus uel quattuor pueris & ī angulis susurādo uitā ducēs /nihil unq̄ liberale aut magnificum prolaturus. Ego aūt ualde te o Socrates amo. Itaq; idem mihi euenit erga te quod & Zetho erga Amphionē apud Eurypidem: cuius modo mentionē feci: talia nūc mihi quędam aduersus te dicere uenit in mentem: qualia aduersus fratrem ille dicit. Profecto ea o Socrates negligis quę meditari deberes/atq; adeo generose mentis pręstantiam specie quadam puerili formas: nec in iudiciis consultationibusq; uerba recte scires facere: neq; cōueniēs quicq̄ probabileq; eligere/nec aliis prōte consulere. o amice Socrates ne mihi sis infensus. Beneuolentia enim erga te mea ad hęc proferenda nunc adducor. Nōne turpe ducis sic te habere. queādmodum ego arbitror habeī te aliosq; oēs qui philosophiā diutius psequuntur. Nempe si te nunc aut alium quempiā uestrū quis cōprehendens in carcerem traheret asserēs te quāuis non facias: tn̄ iniuriam facere: certe qd acturus esses/omnino nescires: sed uacillares oscitaresq;: defensionis tuę prorsus ignarus/proinde adductus in iudicium uel ab ignauo spernendoq; accusatore ultimo supplicio si modo illi placeret afficerer. Iam uero quomodo id ad sapientiam spectat o Socrates: siqua ars ingenue mentis nacta uirū/reddit deteriorem? adeo ut nec ipse sibi opem ferre ualeat: nec ex grauissimis periculis se/aut alium quēquam seruare: sed inimicorū raptorumq; exponat iniuriis inglorium in ciuitate degentem. Iam uero eiusmodi uirum & si dictu sit agrestius/licet super genā impune pulsare. Quāmobrem o bone uir mihi credēs desine iam in uanis uersari argutiis. decora rerū gerendarū exerce officia. atq; hoc excere/ex quibus sapere uidearis. Ista uero arguta siue deliramēta appellari oportet siue nugas/ex qbus uacuas hītabis domos: aliis relinq;. deniq; imitare ī nō eos q hęc exigua captāt: sed eos qbus uita/& gloria/& alia bōa adsunt cōplurima. SO. Si aurea mihi o Callicles aīa foret: nōne arbitraris me libēter reperturū aliquē ex his lapidibꝰ optimū: p quos pbari aurū solet ad quē lapidē aīam admouēs mecū si ab ipso q̄si recte educata approbaret: certo scirē me satis habere: nec pbatione ulterius aliā indigere. CAL. Quorsum hæc o Socrates? SO. Dicā eqdē. Nēpe arbitror cū te nactꝰ fuerim me iā p̄ciosum hūc lapidē esse nactū. CAL. Quā ob cām. SO. Quoniā certo scio ea quę tu me consenseris in his q̄ meus animus opinaē: fore proculdubio uera. Censeo nāq; illum q alicuius sufficiēter pbaturus sit aīam/utrū illa qdē recte instituta sit nec ne? tria potissimū habere debere: q̄ ipse habes oīa: sciam primo: deinde opinionē prudētis. s. atq; beneuoli. Tertio audaciā. Nā multos eqdē reperio q me ppea recto examie pbare nō possunt quod sapiētes non sunt queādmodū tu eē uideris. Alii uero sapiētes qdē sunt: sed ueritatē mihi dicere nolūt/ex eo q; mei curā nō habēt: ut tu habes: peregrini uero isti Gorgias/& Polus qdē sapiētes sunt meq; diligūt. Verū deest eis audacia/uerēturq; ultraq̄ oporteat. Quod qdē cuinā dubiū eē possit. Quippe cū eo usq; pcesse/rint uerecūdiæ/ut utriq; ob ipsam uerecundiā in p̄ntia multorū hominū ausi fuerint sibi ipsis de rebus maximis cōtradicere: hec aūt oīa quæ alii nō habēt/ipse habes. Prīcipio es abunde doctus: qđ multi cōfirmarent Athenienses: mihiq; es beneuolus. Quod qua cōiectura ītelligo tibi dicā: noui equidē o Callicles quattuor uos in sapiētiæ studio socios: te. s. & Tisandrū Aphidnæum/& Andronem Androtionis Nausicydēq; cholargeū: atq; audiui aliquādo cū īter uos agitaref quousq; sapiētiæ studendū foret/eiusmodi apud uos uicisse s̄nīam: nō esse ad exactā p̄hiæ diligentiā cōtendendū sed cauendū esse ne ultra q̄ deceat sapientes facti clā uos ipsos deprauaretis. Cū igitur audio idem te mihi cōsilium dantem: qđ amicissimis tuis dedisti sufficiens argumentū est ueri amoris erga me tui. Proinde q audaciæ satis habes nec te pudor impedit/& tu ipse affirmas/& oratio quam paulo ante hic habuisti tibi peribet testimonium. Cum hæc igitur ita se habeant/siquid tu mihi in disputando cōcesseris satis iam nobis pbatum erit: neq; oportebit ad examen aliud id referre: alioquin tu mihi nunq̄ id concessisses/uel sapientiæ defectu /uel uerecundia adductus/uel decipiendi causa. Amicus enim mihi es: ut ipse ais: reuera igitur mea tuaq; cōfessio finem iam ueritatis habebit. Harum uero consideratio rerum/in quibus me ipse corripuisti/omnium o Callicles pulcherrima est. Qualem esse uirum deceat: quidq;/& quousq; tam in iuuentute q̄ in senectute exercere conueniat. Ego uero siquid in uita mea minus recte ago/certum habeto me non sponte mea sed inscitia potius aberrare: q̄obrem tu quemadmodū admonere cœpisti/perge q̄so planeq; mihi demonstra qdnam est istud quod mihi quærendum est/& qua uia cōsequi ualeam. Qđ si me consentientem tibi nunc habebis: postea uero quæ assensus fuerim minus præstare deprehendas/socordem omnino ignauūq; me putato: neq; ulterius in me ammonēdo quasi oīno pdito operā perdas Resume uero mihi

Tria debet habere pbaturꝰ aiam alicuius sciam Beniuolentiam audaciam.

Snīa callicl. & amicorū. nō esse ad exactam philosophiæ diligētiam co. tendēdum sed cauēdum eē ne ultraq̄ deceat sapientes clam seipsos deprauent.

Quarꝫ rerꝫ cōsideratio pulcherrima.

ro mihi ab initio quēadmodū tu/& Pindarus dicebatis iustū id esse natura potētiorem per uim au ferre ea quæ imbecilliorum sunt/& dominari meliorē deteriori:plusq̄ habere eū qui præstātior sit q̄ qui abiectior. Nōquid aliud dicis esse iustū? an recte memini? CAL. Hæc/& tunc dicebā/& nūc di co. SO. Vtrum uero mulierē uocas eundē atq; potentiorē. Neq; enim tūc plane qd diceres intel ligere potui:num ualidiores appellas potētiores. Oporteatq; ualidioribus infirmiores obtempera re. Quēadmodū tūc uideris demōstrauisse:qñ dicebas magnas ciuitates aduersus paruas naturali iure insurgere:ppterea q potentiores sunt atq; ualidiores:qsi idē sit potētius ualidusq;/& melius. An fieri pōt/ut aliquis melior quidē sit/inferior tamē atq; imbecillior. Similiterq;/ut potentior sit/ deterior tamen. Vel eadē melioris atq; potentioris est difinitio? Hoc ipsum mihi apertius explica idem ne an aliud sit potētius/& melius atenet ualētius. CAL. Equidē manifeste tibi assero idem eē. SO. Nōne multitudo ipsa natura uno potentior est. Quę qdē leges cōstituit sup unū quēadmodū nuper ipse dicebas. CAL. Quidni? SO. Multitudinis ergo leges potentiorū sunt. CAL. Omnino. SO. Nōne igit/& meliorū. Qui enim potētiores sunt:ut ipse ais:ualde sunt meliores. CAL. Sic cer te. SO. Nōne horū cōstitutiones natura sunt rectæ? cū potentiores sint. CAL. Sic affirmo. SO. Nō ne multitudo statuit:quēadmodū nuper ipse dicebas:iustū esse seruari inter oēs ęqualitatē: atq; eē turpius iniuriam inferre q̄ pati? Est ne ita an aliter? ac uide ne hic tu quoq; ob uerecūdiā capiaris. Constituit multitudo ista nec ne:uidelicet iustū eē seruari æqtatē:nō aūt alium alio plus habere:at q; turpius esse facere iniuriā q̄ accipe? Nulla te o Callicles inuidia q̄so detineat:quomin? ad hæc mi hi rñdeas:ut si mecū senseris abs te cōfirmer tāq̄ uiro ad iudicandū abunde sufficiēte. CAL. Sic uti q; statuit multitudo. SO. Nō ergo lege sola/& turpius est facere iniuriā q̄ pati/& istū est æquitatē ser uare:sed etiā ipsa natura. Q uapp uideris in superioribus nō uere dixisse ne ue me recte accusauisse dicens cōtraria esse legem atq; naturā meq; hæc aīaduertentē soluere in uerbis insidiari:atq; siquis fm naturā loquat? ad legē:siquis uero fm legē ad naturam deducere. CAL. Hic uir nunq̄ desistet in nugis uersari. Dic mihi o Socrates nōne te pudet/cum tam grādis natu sis:uenari nomina: atq; siqs uerbo excidat tāq̄ id tibi lucro ueniat ipense captare. Putas me aliud dicere potentiores esse q̄ meliores? Nōne dudū tibi dico idem esse melius atq; potentius? An putas me dicere/si fex seruorū hominūq; undiq; uilissimorū in unū confluat/hos præterq̄ fortasse corporis uiribus esse potentio res:& q̄ hi statuant esse iura. SO. Age dum o sapientissime Callicles ita ne dicis. CAL. Et maxime qdē. SO. At ego beate uir iam dudū coniecto tale aliqd te potentius appellare atq; interrogo cu piens qd uelis aperte cognoscere. Nō enim tu duos meliores iudicas esse q̄ unum? neq; seruos tuos te meliores? quia uidelicet robustiores sint. Verū rursus a principio dicas quos tandē ais meliores esse quando nō ualidiores:& uide precos o uir mirifice/ut mitius me doceas ne a scholis tuis aufu giam. CAL. Ironia loqueris o Socrates. SO. Non per Zethū o Callicles quo tu fretus multa usus aduersus me nūc es ironia. Verū dic age quosnam meliores appellas? CAL. Præstātiores equidē. SO. Vides ergo/te nomina dumtaxat dicere:ostendere uero nihil:non aperis meliores potentio resq;/utrum prudentiores an alios quosdam esse dicas. CAL. Per Iouem hos dico/& maxime qui dem. SO. Sæpe igitur unus prudens complurimis imprudentibus secundum sermonem tuū po tentior est:atq; hūc par est dominari/cæteros uero subesse plusq̄ habere eum his quibus imperat. Hoc enim dicere mihi uelle uideris:neq; uerba aucupor siquidem unus sit multis potētior. CAL. At hæc ipsa sunt quæ dico. Hoc enim ego arbitror ius esse naturæ:eum uidelicet qui melior prudē tiorq; sit ipse iure atq; plus inferioribus possidere. SO. Siste parumper quid tādem putares si hoc in loco/ut nunc congregati essemus multi/forentq; nobis communia esculenta/& poculenta com plurima nos uero omnis essemus generis/partim quidem ualidi/partim uero imbecilles:unus au tem nostrum oīum circa hæc prudentissimus/fortasse medicus/ac foret hic/ut consentaneum est/ aliis quidem robustior:aliis uero debilior:nōne hic prudentior? præterea melior quātum ad hæc pertinet/& potentior erit? CAL. Oīno. SO. Vtrum uero horum esculentorum ppterea plus habe re debet q̄ nos quia sit melior? An potius ab eius præstantiam oīa distribuere debet:neq; in distri buendo pro se plus retinere/alioquin mulctādus sit:sed aliis plus aliis minus habere:ac si omnium debilissimus sit minimum sibi q̄uis optimo tribuendum est o Callicles:nōne ita o bone uir est dicē dum? CAL. De esculentis/& poculentis/& medicis atq; eiusmodi nugis uerba facis:ego uero non de his loquor. SO. Vtrum igit prudentiorem esse meliorem dicis:nec ne? Responde. CAL. Equi dem. SO. At non oportet/ut melior plus accipiat? CAL. Non de cibis atq; potionibus. SO. Intel ligo forte enim de uestibus atq; oportet eum qui sit in conficiendis uestibus peritissimus magnā ha bere tunicam:ac multis pretiosisq; ornatum incidere uestibus. CAL. Q uas tu uestes mihi narras? SO. At forsitan in calceis eoportet eum plus accipere qui in eis prudentior sit/& melior : ac forsi tan ipse corriarius maximos pluresquæ habere debet calceos : multosquæ suis pedibus circun ferre. CAL. De quibus calceis nunc deliras. SO. Q uod si non talia saltem eiusmodi quædam dicis ceu uirum in colendis agris prudentem honestumquæ/& bonum debere plus reporta

re seminis: plurimoq; in suis agris uti semine. CAL. Quã semp eadẽ dicis o Socrates? SO. Nõ solum eadẽ o Callicles: sed eisdẽ quoq; de rebus. CAL. Per deos semp tu cerdones/ coriarios/ fullones/coquos/medicos habes in ore: quasi de his instituta nobis disputatio fuerit. SO. Nonne ergo ipse dices aliquãdo/quibus in rebus potentior atq; prudentior iuste possidere plus debeat? Vel neq; me pmittes dicere: neq; ipse dices. CAL. At ego id iamdiu dico: primo quidẽ qui potentiores/ sint nõ enim cerdones dico neq; coquos: sed eos qui in administranda repu. sint prudentes: neq; prudentes solũ/uerũ etiam fortes: qui ad ea quæ excogitauerũt perficienda aptissimi sint: neq; animi mollitie ulla subcũbant. SO. Aduertis ne o Callicles nõ de eisdẽ me abs te/atq; uicissim te a me accusari? Tu quidẽ me accusas quasi semper eadem repetentẽ: ego uero te contra tãq̃ de rebus eisdem nũq̃ eadem afferentẽ: siquidem alias meliores atq; potentiores esse definis ualidiores/alias ãt prudentiores. Nũc præterea aliud quiddã affers. Fortiores enim nũc quidã abs te potẽtiores melioresq; nominant. Verum age tandem explica quos potissimum/& ad quid meliores potẽtioresq; appellas. CAL. Iam dixi: prudentes uidelicet in rebus publicis atq; fortes. Nos enim decet ciuitatibus imperare: idq; iustũ est/ut plus aliis habeant dominantes: uidelicet subiectis. SO. Quid uero? sibi ne ipsis ulla rõne dominari/siue parere decet? CAL. Quẽadmodũ dicis? SO. Dico num sibi quisq; debeat imperare: an nihil opus sit/ut sibi quidem imperet: sed aliis dũtaxat. CAL. Quomõ sibimet imperare dicis? SO. Nihil obscurum dico: sed quẽadmodũ dicunt multi temperatũ/ & sui ipsius compotem: uoluptatibus uidelicet suis cupiditatibusq; imperantẽ. CAL. Quam festiuus es o Socrates? stupidos hoies nominas temperatos. SO. Quid ais? nemo ẽ quin norit me id minime dicere. CAL. Immo ualde quidẽ o Socrates: nã quomõ beatus esse põt q alicui seruiat? Cæterũ hoc est natura iustum atq; pulchrum quod ego tibi nũc audacter dico: oportere illũ qui recte uitam aucturus sit permittere cupiditates suas summopere augeri/nec eas ullo mõ cohibere: atq; his q̃maximis quicqd petũt subministrare ob fortitudinẽ atq; prudẽtiã/& quẽlibet earũ affectum prorsus explere. Quod qdem quia multi consequi nequeunt/eos uituperant qui id assecunt/ob uerecũdiã suam impotẽtiam abscondentes. Feruntq; intemperantiam esse turpẽ quẽadmodum in superioribus ipse dicebam: præterea in seruilem habitum deducũt meliores naturæ homines: ipsiq; cum libidines suas explere nequeant/temperantiã atq; iustitiam probant propter ignauiam. Verũ si his a principio contigisset/ut uel regum essent filii/uel ipsis natura sufficeret ad imperium /aut tyrannidẽ/aut ptãtem aliquã/sibi compandã/profecto turpius peiusq; esset / ut huiusmodi temperantia uterentur: q cum liceret ipsis frui bonis nec impedirentur ab ullo ipsi sibi dominã pręfecerint multitudinis legẽ sermonẽq;/& uituperationẽ. Quo enim mõ nõ miseri essent? Siquidem pp quãdam iustitiæ/temperantiæq; honestatẽ /nihil plus amicis tribuerent q̃ inimicis/etiam dũ in ciuitate sua dominarent. Cæterũ o Socrates ueritas ipsa quã tu sequi affirmas/ita se habet: luxuria/intẽperãtia/ libertas /mõ facultas suppetat/potẽtia uirtus ẽ atq; felicitas. Cætera uero isthæc speciosa pter naturam adinuenta hominũ sunt deliramenta/& nugæ penitus contẽnendæ. SO. Nõ ingenerose o Callicles audacia usus in disputando procedis. Sane aperte nũc ea dicta sunt abs te quæ alii cogitãt quidem: dicere tamen nolũt: q̃obrem te /ut nullo mõ desistas obsecro/ut reuera certiores efficiamur/ qua sit rõne uiuendũ. Dic ergo mihi: cupiditates ais nõ esse cohercendas: siquis optet esse talis/qualem oportet eẽ. Immo pmittendũ illas summopere augeri: atq; earũ explectionẽ aliũde compandam: idq; ais eẽ uirtutẽ. CAL. Aio eqdẽ. SO. Si ita eẽt/non recte dicerent beati eẽ: qui nullius indigeant. Alioqn lapides/& mortui felicissimi forẽt. Verũtñ/& illa quã tu dicis/grauis ẽ uita. Neq; ad mirarer si in eo uera dicat Euripides dicens. Quis nouit utrum uiuere quidẽ mori sit: mori aũt uiuere: & nũc forte reuera mortui sumus. Audiui iam equidem a sapiente quodã nos nũc mortuos esse: corpusq; nostrũ sepulchrũ esse nobis: partẽq; illam animæ in qua cupiditates sunt pinde se habere ac si psuadẽdo uicissimq; dissuadẽdo: sursum deorsumq; agitet. Itaq; elegans quidam uir siculus fortasse/uel italus in his cõfabulatus hãc animi partẽ pp suasionẽ credulitatẽq; lubricã alludens nomini doliũ appellauit. Demẽtes uero pphanos atq; dãnatos: horum aũt hanc animi partẽ quę libidinibus agitatur tanq̃ futilẽ ob incontinẽtiam inexplebilẽ psoratum eẽ dolium inquit. Quamobrem hic uir o Callicles contrariũ tibi ostẽdit/eorũ qui apud obscuros sunt inferos/eos eẽ miserrimos: q tãq̃ omnino prophani dãnati sunt: atq; aquã in uas psoratũ cũ alio etiam psorato uase inferre. Esse aũt hoc aliud uas/siue cribellũ/ut dicebat/his qui me docuit dementiũ animũ: quẽ ideo psorato uas assimilauit: q pp infidã affectionẽ obliuionemq; nequeat infusum aliquid cõtinere uidebuntur hæc alicui quodammodo mira. Demonstrant tñ id quod ego uolo siqua ratione ualeam psuadere tibi ut pro inexplebili/& incontinẽti uita moderatã præsentibusq; semp contẽtam rebus eligas. Sed utrũ p hæc tibi aliqd psuadeo? atq; tu mutata sñia beatiores q tempate uiuant q̃ q intẽperate putas? an nihil proficio? atq; licet multa simili rõne confabuler nihilomagis es sñiam mutaturus. CAL. Hoc o Socrates uerius subiunxisti. SO. Age dum tibi similitudiem aliquam ex eodẽ hymnasio adducam. Attende utrũ pinde cẽseas de utriusq; uita tẽperati.s. atq; intẽperati/ac si uiri duo multa

Euripides de uita & morte

duo multa haberent uasa:& alter quidē integra atq; plena ptim uini/ptim mellis/ptim lactis:aliaq; similiter aliorū:sint uero singuli hi liquores Rari quidem/& iuentu difficilles multisq;/& grauibus laboribus comparati.Is ergo cui plena sunt uasa nihil superinfundere oīno curet:sed quātū ad hęc attinet quietem agat. Alteri uero liquores sint queadmodum alteri:q comparari qdem:sed tamē cum difficultate possint. Vasa uero perforata atq; fracta:ac die nocteq; continue illa implere cogatur/aut extremis molestiis agitetur. Cum talis igit̄ sit utriusq; uita/ais ne uitam intēperati beatiorē esse q̄ tēperati. An persuadeo tibi his uerbis/ut uitā homīs moderati meliorē esse q̄ īmoderati cō/cedas? Vel nōdum psuadeo. CAL. Nequaq̄ o Socrates. Nā illi cui plena sunt oīa nulla amplius est uoluptas:sed quēadmodū mō dicebā quasi lapis uiuit/postq̄ semel īpleuerit:neq; uoluptatē sentit amplius neq; molestiā. Dulcedo aūt uitæ in multa cōtinuaq; infusiōe cōsistit. SO. an nō necesse est si multū influat/multum uicissim effluere:Itaq; effluxui patere foramina. CAL. Prorsus. SO. Charadrii auis.i.uoraginis cuiusdam tu rursus uitā dicis. Nō aūt mortui aut lapidis:atq; mihi respōde num tale aliqd dicas uelut exurire atq; exurientē cōmedere. CAL. Dico equidē. SO. Et sitire sitientemq; bibere. CAL. Dico equidem/atq; reliquis similiter cupiditatibus affectum esse explereq; eas posse cum uoluptate/beatā esse uitam affirmo. SO. Euge uirorū optime:pge/ut cæpisti:nec te pudeat. Oportet aūt/ut uidet̄/me quoq; pudore nō detineri ac primū mihi dicas utrū scabiosum sese fricantē atq; ita se habentē/ut cōtinue id facere q̄at/beate uiuere putādū sit? CAL. Quā ineptus es o Socrates:ac reuera uulgaris cōtionator. SO. Profect o Callicles Polū qdem/& Gorgiā cōterrui/& erubescere compuli. Tu uero caue ne terrearis:neq; pudore impediare. Fortis nāq; es:sed dūtaxat rñde. CAL. Dico utiq; fricātē quoq; uoluptuose uiuere. SO. Nōne si uoluptuose etiam beate. CAL. Proculdubio. SO. Vtrum si caput dūtaxat fricet? Vel amplius aliqd a te quæro. Vide qd respondeas Callicles/siquis te deinceps quæ cōsequunt̄ interroget:atq; his quasi capitibus concessis cynedorū istorū uita nequaq̄ grauis/turpis/infelix/dicenda erit:an ipse audebis eos beatos dicere si ad uotum his q̄ cupiūt potiant̄. CAL. An nō te pudet o Socrates ad ista sermonē deducere. SO. Ego ne o generose uir deduco? an ille potius q adeo impudenter asserit eos q oblectant̄/quocunq; mō oblectent̄/eē beatos. Neq; distinguit q̄ uoluptatū bonæ sint/& q̄ malæ. Verū nūc saltē dic:utrū idem esse asseras uoluptatē atq; bonū:an esse aliqd uoluptarium quod nō sit bonū. CAL. Vt mihi proculdubio ratus sit sermo/si aliud esse dixero idē esse dico. SO. Peruertis o Callicles illa q̄ prius dicta sunt nec amplius aptus es ad illa quæ perscrutamur inuestiganda: siqdē aliter q̄ tibi uidet̄ es respōsurus. CAL. Enimuero tu quoq; o Socrates. SO. Atq neq; ego recte facio/si id facio: neq; tu. Sed o beate uide ne hoc sit bonū oīno gaudere:alioqn quæ nūc subducta sunt multa/& turpia atq; alia insuper q̄plurima euenire uidentur/si hoc ita se habeat. CAL. Vt tu quidem putas o Socrates. SO. Tu aūt reuera o Callicles hæc affirmas? CAL. Affirmo equidē. SO. Vis ergo quasi te serio loquente/disputationē aggrediamur. CAL. Volo certe. SO. Age iam cū huiusmodi sententiæ sis/distincte ad hæc mihi responde. Vocas ne aliquid sciam. CAL. Voco. SO. Nōne fortitudinē quādā pauloante cum scientia esse dicebas? CAL. Dicebam sane. SO. Nūquid aliud fortitudinē/q̄ sciam quasi duo hæc sint/dicebas esse? CAL. Maxime. SO. Voluptatē uero atq; sciam:idē ne an aliud eē? CAL. Aliud o sapiētissime uir dicebam. SO. num/& fortitudinē a uoluptate differre. CAL. Quid ni? SO. Age itaq;/ut hæc meminerimus. Callicles quidē Acharneus uoluptatē bonūq; idem esse dixit:sed sciam/& fortitudinē tum inter se/tum a bono differre. Socrates aūt Alopececes ista nō concedit. Nūquid concedit? CAL. Minime. SO. arbitror aūt neq; Calliclem talia concessurū/qn̄ ipse recte cōsiderauit. Dic mihi felices/& īfelices nōne contrario mō affici putas. CAL. Puto equidem. SO. an non si contraria hæc eorūq; affectiones inuicē sunt/necesse est ea ita se habere quēadmodū sanitas atq; morbus:nō enim aliquis sanus simul est atq; egrotat:neq; simul cessat sanitas atq; morbus. CAL. Quo pacto dicis. SO. assumpto toto si uis corpore ita considera: ægrotant ne alicuius oculi eo morbo:qui ophthalmia nominatur? CAL. Esto. SO. nunquid simul sani sunt. CAL. non. SO. Quid uero quando eo morbo quis liberatur/nunquid tunc sanitas oculorum cessat? Et tādem morbus simul sanitasq; discedūt? CAL. Minime. SO. Mirum nāq;:ut arbitror:absurdūq; id foret. CAL. nimium quidē. SO. sed ut puto uicissim capit/& amittit utrūq;. CAL. assentior. SO. Robur quoq; ībecillitatēq; similiter. CAL. certe. similiter. SO. Velocitatē rursus/& tarditatē. CAL. certe. SO. nōne/& bona felicitatēq;/& horū contraria mala uidelicet atq; miserā/uicissim accipit utraq;/uicissimq; amittit. CAL. Oīo. SO. siqua ergo reperiamus a quibus aliquis liberatur simul/& habet nimirū hæc non ita se habent ut alterum qdē eorū bonū sit/alterū uero malū: hæc ne confitemur? Quid responsurus sis cōsidera diligenter. CAL. confiteor proculdubio. SO. age utiq; ad illa quæ prius cōcessimus reuertamur. Famescere uoluptariū dixisti eē an molestū? De fame ipsa īterrogo. CAL. Molestū equidē attamē famescētem cōmedere/uoluptariū. SO. Ego quoq; ītelligo:at uero fames ipsa molesta ē an nō. CAL. Molesta. SO. nōne/& sitis. CAL. Vehemēter. SO. Vtrū ergo āplius a me q̄ri uis? an cōfiteris īdigentiā oēm atq; cupiditatē doloris eē participē. CAL. Confiteor ne

ultra quæras. SO. Esto: sitientem uero bibere uoluptarium esse dicis. CAL. dico. SO. Ex hoc ergo quod ais sitientem quidē eē/dolorosum est. CAL. Est. SO. Bibere uero expletio est īdigentiæ atq; uoluptas. CAL. Ita. SO. Nūquid ergo qua rōne bibit: gaudere dicis. CAL. Maxie. SO. Quatenus uero sitit dolere? CAL. Certe. SO. Sentis igiť qd sequať? uidelicet fateri te dolentē gaudere simul qñ sitientē dicis bibere. An nō simul id euenit eodem in loco atq; tempore? siue circa aīam uis/siue circa corpus. Nihil enim refert/ut arbitror. Ita ne est an aliter? CAL. Ita. SO. Verūtamen felicem esse simul/& infelicem impossibile esse dixisti. CAL. Equidē. SO. At uero dolentē gaudere posse cō fessus es. CAL. Apparet. SO. Quapp gaudere nō idem est atq; esse felicē: neq; dolere: idē quod in felicē esse. Ideoq; aliud uoluptas est q̄ bonū. CAL. Nescio quid cōmenteris o Socrates. SO. Immo scis: sed nō uis fateri Callicles: at pge quæso rñdendo: ultro enim deliras: ut q̄ sapiens sis agnoscas q me castigas. Nōne unusqsq; nostrū sitire desinit atq; simul gaudere pp potum. CAL. Nescio qd dicas. GOR. Nequaq̄ ita o Callicles Immo responde nostri gratia: ut disputatio cōcludať. CAL. At uero semp talis est Socrates o Gorgia. Exigua enim/& nullius momēti perqrit atq; redarguit. GOR. Quid tua refert? Nō enim hoc tuū officium est o Callicles: sed pmitte/ut arguat arbitratu suo. CAL. Quære igitur Socrates de angustiis ac uilibus istis qñ id Gorgiæ placet. SO. Siccīe beatus es o Callicles/ut magna cōsecutus misteria sis prius q̄ parua? Ego uero fas esse nō iudicabā: sed iam resummēs unde āmisisti respōde. An nō simul desinit qs sitire atq; gaudere? SO. Cōcedo: non ne/& famescere aliasq; cupiditates habere simul atq; uoluptates desinit? CAL. Ita est. SO. An non ergo/& dolores/& uoluptates simul cessat habere? CAL. Ita. SO. Verūtamen a bonis/& a malis nō simul cessat: ut tu mō fatebaris. Nūc uero nō confiteris. CAL. Equidē. Sed quid tum? SO. Nempe nō eadē sunt o amice bona/& uoluptaria: neq; mala eadē atq; molesta. Ab his enim quis simul cessat: ab illis uero nequaq̄: utpote aliis. Quanā igitur rōne uoluptaria eadē essent atq; bona? uel molesta eadem atq; mala. Iam uero si uis hoc rursus pacto considera. Arbitror enim nec per hūc modum tibi cōsentiri. Attende igiť bonos uiros nōne bonorū præsentia bonos uocas? queadmodum pulchros eos qbus pulchritudo adsit appellas. CAL. Equidē. SO. Quid uero? bonos uiros appellas dementes/& timidos/nō certe pauloante: imo fortes prudentesq; dicebas. Nōne hos ipsos nū cupas bonos. CAL. Oīno quidē. SO. Quid aūt? dementē puerū uidisti unq̄ uoluptate perfundi? CAL. Vidi. SO. Virū aūt dementē uidisti aliquādo affici uoluptate. CAL. Opinor me uidisse. Sed quorsum hoc. SO. Nihil refert: sed respōde. CAL. Vidi. SO. Quid uero sane mētis uirū dolentē uidisti atq; gaudentē. CAL. Certe. SO. Vtri uero magis gaudēt atq; dolent: prudentes ne an iprudentes. CAL. Haud multum differre arbitror. SO. Satis est istud. In bello aūt uidisti ne unq̄ uirum timidū. CAL. Quidni. SO. Quid uero cū recederent hostes utri uidebanť tibi magis gaudere: timidi ne an fortes. CAL. Vtriq; mihi magis gaudere/uel saltē ppe. SO. Nihil refert: gaudēt igitur & timidi. CAL. Magnopere. SO. Et dementes: ut apparet. CAL. Et isti. SO. Cum uero hostes aduentāt soli ne dolēt timidi an etiā fortes. CAL. Vtriq;. SO. Num similiter. CAL. Forte magis timidi. SO. Abeuntibus aūt nōne magis gaudēt. CAL. Forte. SO. Nōne igiť dolent atq; gaudent īprudentes atq; prudētes/timidiq;/& fortes similiter: ut ipe ais: magis tamē timidi q̄ fortes. CAL. Ais equidē. SO. Verūtamen prudētes quidē/& fortes boni sunt: timidi uero atq; imprudētes mali. CAL. Ita est. SO. Quāobrem æque gaudent atq; dolent/& boni/& mali. CAL. Assentior. SO. an ergo æque boni maliq; sunt hi qui boni sunt/& q mali: an potius boni dūtaxat q boni sunt/mali uero qui mali. CAL. Per Iouem nescio quid inuoluas. SO. an ignoras dixisse te bonos bonorū præsentia esse bonos: malos uero malorum. Bona autem uoluptates esse: mala uero dolores. CAL. Equidem. SO. nōne igiť his qui oblectanť assistunt bona uidelicet uoluptates: siquidē oblectanť. CAL. Quid prohibet. SO. num præsentibus bonis boni/sunt qui delectanť. CAL. Sunt. SO. Et dolentibus assunt mala. s. ipsi dolores. CAL. Assunt. SO. Malorū uero assistētia malos esse dicis: qui mali sunt: nōne adhuc dicis. CAL. Equidem. SO. Boni ergo sunt qui gaudent: mali uero qui dolent. CAL. Maxime. SO. Et qui magis nimirum magis: quiue minus: & hi minus: & qui pariter æque. CAL. Ita. SO. nunquid ais ita gaudere atq; dolere prudentes/ut imprudentes: rursusq; timidos atq; fortes: an magis etiam timidos. CAL. Aio. SO. reputa igitur una mecum qd nobis ex his quæ concessa sunt eueniat: bis enim atq; ter pulchrum esse ferunt ea pulchra sunt dicere atq; considerare. Bonum quidē esse prudentē fortēq; diximus necne. CAL. Diximus. SO. Malū uero imprudentem atq; timidū. CAL. Prorsus. SO. Bonū aūt rursus eū q gaudeat. CAL. Ita. SO. Malū uero eum q doleat. CAL. necesse est. SO. Dolere uero atq; lætari bonū malūq; similiter: forte etiā magis malum. CAL. Certe. SO. Similiter ergo qs bonus fit/& malus: bono/uel potius ipse malus fit bonus: an nō hæc/& superiora illa sequunť/siquis uoluptaria eadē eē dixerit atq; bona: an nō necessario hæc sequuntur o Callicles. CAL. Iādudū te ausculto Socrates tibiq; cōcedo/obseruans siqs/uel ioco aliquid tibi dederit: id puerū more libētius te accipere: quasi uero existimare debeas/uel me/uel aliū queq̄ nō arbitrari alias uoluptates esse meliores: alias uero deteriores. SO. Vhi uhi o callicles q̄

Bis atq; ter pulcrū esse ferunt ea. q̄ pulcra sunt dicere.

astutus

astutus es? me quasi puerum ludis/quãq; uno mõ asserens:quãq; aliter/meq; decipiens:atqui non arbitrabar abinitio ultro deceptũ iri abs te/cum sis amicus. Nũc aũt me nimiũ fefellisti atq;/ut uidet quẽadmodũ uetus habet ꝓuerbium necessario adducor:ut præsenti sorte ꝓ uiribus bene utar: & quod tu das accipiã. Est autem/ut uidet: quod nũc affers eiusmodi uoluptatũ alias quidẽ bonas eẽ alias uero malas:nõne? CAL. Proculdubio. SO. Bonæ uero nonne q̃ utiles? Malæ aũt quæ noxiæ? CAL. Ita certe. SO. Vtiles aũt quæ boni aliqd afferũt. Noxiæ uero quæ mali nõnihil. CAL. Assentior. SO. Num igit tales dicis? uelut in corpore quas modo dicebamus/edendi bibendiq; uoluptates? Nunqd ex his illæ quæ ualitudinẽ præstant corpori/aut robur/aut aliam quãdam corporis uirtutem bonæ sunt:quæ uero cõtraria malæ. CAL. Prorsus. SO. Et dolores eodẽ pacto alii boni sunt alii mali. CAL. Nihil ꝓhibet. SO. Bonas quidẽ uoluptates/& dolores bonos eligere oportet/& ꝓsequi. CAL. Prorsus. SO. Mali uero nequaq̃. CAL. Manifestũ est. SO. Nempe bonorũ gratia agẽda esse oĩa ego/& Polus consensimus:an meministi? Et tibi similiter uidet/hic eẽ finis oĩum actionũ ipsum.s.bonũ eiusq; grã cætera oĩa facienda. Nõ aũt ipsum gratia reliquorũ. An tertius in hãc sententiã nobis accedis. CAL. Equidẽ. SO. Quãobrẽ bonorũ gratia oportet/& alia/& uoluptates seq non aũt bona gratia uoluptatũ. CAL. Prorsus. SO. An ergo cuiusq; uiri est eligere quænam ex rebus quæ delectant bonæ sunt:quæue malæ? An potius artificiosi uiri opus ẽ utrũq;. CAL. Artificiosi. SO. Recordemur ergo illorũ quæ ego ad Polũ Gorgiãq; dicebã. Profecto dicebam si meministi esse facultates quasdã ꝑparatrices:alias qdẽ usq; ad uoluptatẽ dũtaxat quid melius deteriusue sit ignaras:alias uero quid bonũ malũue sit cognoscentes. Ponebam præterea earũ q̃ circa uoluptates uersantur:coquinariã circa corpus peritiã:sed nõ artẽ. Earum uero quæ ad bonũ intẽdunt medendi artẽ. Et per Iouẽ amicabilẽ precor o Callicles noli aduersus me iocari:neq; qcqd tibi occurrit respondere neue rursus hæc a me accipere quasi iocante. Vides enim ea de re nobis esse sermonem: qua nihil magis nosse uir sane mentis cõtendat:quẽadmodũ uidelicet sit uiuendũ:utrũ quẽadmodũ tu hortaris illa agendo quæ uiri esse dicis officia:uersantẽ ĩ populo atq; orantẽ. Rem præterea publicã gubernantẽ ceu uos in pñtia gubernatis. An potius uita sit hæc philosophica capessenda. Et qua in re hæc uita differt ab illa Forte uero operæpretiũ est quẽadmodũ inceperã paulo ante distinguere:atq; deinde cũ nobis de distinctione cõuenerit:si hæc duplex uita est considerare quid intersit & qua potius sit uiuendũ. Forte uero nõdum quid dicam ĩtelligis. CAL. Nõdum certe. SO. At ego planius tibi dicam postq̃ ego ac tu cõfessi sumus/esse quidẽ aliquid bonũ:eẽ quoq; aliquid uoluptarium:sed aliud uoluptariũ esse:q̃ bonũ. Atq; utriusq; horum studiũ: & præparationem quãdam esse ad ea comparãda:alteram uidelicet uenationẽ boni/alterã uoluptatis. Hoc ipsum primo anteq̃ ulterius ꝓcedã assentiris mihi necne? CAL. Assentior. SO. Age/& illa quæ ad hos dicebam mihi assentire si mõ uisus tibi sum tũc uera loqui Profecto dicebam nõ uideri mihi coquinariam esse artẽ sed peritiã quãdã. Medicinã uero esse artẽ ꝓpterea q; medicinæ facultas illius quod curat naturam cõsiderat:& cãm eorũ quæ agit:põtq; horũ cuiusq; reddere rõnem. Altera uero uoluptatis curatrix facultas ad ipsam uoluptatẽ circa quam totum eius uersatur studium oĩo absq; arte procedit/neq; uoluptatis ipsius naturã considerans neq; cãm:temeraria ꝓrsus:ut ita dixerim:neq; pensi habens quicq̃ sed usu quodam atq; experientia/& memoria eius quod accidere cõsueuerit solum freta/uoluptates studiose parat. Hæc ergo primum considera :num sufficienter tibi dicta uideantur. Nunquid præterea esse putes tales quasdam circa animam facultates :alias quidem artificiosas/curam uidelicet habentes eius quod sit animæ optimum:alias uero id negligentes :solum uero cogitantes quemadmodũ/& de corpore diximus quo pacto oblectare animum ualeant. Quę quidẽ utrum melior an deterior sit uoluptas minime cogitant. Neq; aliud quicq̃ curant/q̃ ut oblectent siue melius id sit/siue deterius. Mihi quidem o Callicles uidentur esse tales aliquæ facultates uniuersumq; id ministerium adulationẽ esse duco tam circa animã q̃ circa corpus:& omnino circa aliud quodlibet cuius uoluptatem quis affectet:nulla prorsus melioris deteriorisue adhibita ratione. Tu uero utrum in eadem nobiscum sñiam conuenis? an dissentis. CAL. Minime quidẽ:immo consentio/ut tibi quãq; disputatio concludatur/& huic Gorgiæ gratificer. SO. Nũquid hoc circa unam quidẽ est animam. Circa uero duas/uel plures non est? CAL. Non ita:sed & circa duas/& circa multas. SO. Nõne/& multis in unum conueniẽtibus gratificari quis põt absq; ulla eius quod est optimũ ratione? CAL. Sic arbitror. SO. Potes ne dicere quę studia sint quę hoc efficiãt? Immo si uis me quærente eam quidem quæ talis tibi uidetur:concede esse talẽ. Quæ uero non talis nega. Principio tybicinariam consideremus:an nõ tibi hæc o Callicles uidetur esse talis/ut aliud nihil curet q̃ aures delectare. CAL. Mihi quidem. SO. Num/& aliæ omnes eiusmodi: qualis citharistica qua in certaminibus utuntur. CAL. Certe. SO. Qui doctrina chori dithyramborumq; poesis/nõne talis tibi quædam esse uidetur. An putas Cinesiam Meletis filium curare/ut tale aliquid dicat/ unde audientes meliores reddantur? Vel potius unde theatrali turbæ placere possit. CAL. Manifestum quidem hoc est o Socrates de Cinesia. SO. Pater uero eius Meles? an ad id quod optimũ

Prouer. necessitate adducor

Quæ medicina sit ars.

Vide quę sint ĩ ipsa peritia.

esset prospicere uidebaẽ cũ ad citharã caneret. Vel ipse profecto ne ad uoluptatẽ quidẽ! nam mo/
lestus audientibus erat. Verum cõsidera nonne citharedica facultas oĩs dithyrãborũq; poesis ob/
lectandi gratia tibi uideẽ inuenta! CAL. Mihi quidem. SO. Quid aũt præclara hæc tragędiæ mira
bilisq; poesis contendit. Nunqd studium eius conatusq; ad audientiũ uoluptatẽ solum tendit! Vel
siquid uoluptariũ qdem atq; gratũ sit: sed tñ malum: id cauebit ne unq̃ dicat. Contra uero siquid
molestũ attamẽ utile fuerit id: & dicet/& canet/siue oblectentur/siue non audientes. Quonam mõ
tragædorum poesis se habere tibi uidetur. CAL. Constat o Socrates eã ad uoluptatẽ gratiãq; spe
ctantiũ potius declinare. SO. Hoc uero tale o Callicles pauloante adulatiõem eẽ dicimus. CAL.

Poesis sine cõcentu & nũis ñ aliud ẽ quã sermo popu/laris.

Plane. SO. Age utiq; siquis auferat ex tota poesi contentum/& rhythmũ atq; mensurã/aliud ne qcq̃
preter sermones quosdã superit. CAL. Idipsum. SO. Profecto ad turbã populũq; hi sermones ha/
bentur. CAL. Proculdubio. SO. Popularis ergo oratio quædã est poesis. CAL. Apparet. SO. Nõ
ne rhetorica quoq; popularis est oratio an nõ rhetorica in theatris uti poetæ tibi uidentur. CAL.
Mihi quidẽ. SO. Nunc ergo nos inuenimus rhetoricã quãdam ad populũ talẽ qualis est puerorũ

Ostẽditur rhe thorice adula tio.

simul/& mulierũ uirorũq;/& seruorũ atq; liberorũ. Quã quidẽ haud ualde probamus. Quippe cũ
adulatoriã eã esse confessi simus. CAL. Sic est profecto. SO. Age dũ quid de ea dicemus rhetorica
qua ad Atheniensem populũ aliarũq; ciuitatũ populos liberorũ uirorũ utunẽ. Qualis hæc rheto/
rica est! Vtrum tibi uidenẽ oratores ad id semper quod optimũ sit uerba dirigere: id dũtaxat con
iectantes: qua rõne ciues q̃optimi per eorũ orationes euadant: an potius hi quoq; gratiã auditorũ
aucupanẽ boni dũtaxat proprii gratia/bonũ publicum negligentes: & quasi pueris utentes popu/
lis intenti dũtaxat ad gratiã. Nihil uero curãtes utq; ob hoc meliores aut deteriores euadãt. CAL.
Haud simplex id est quod iterrogas. Sũt enim q in orando utilitatẽ ciuiũ cõsulunt. Sunt & alii tales
quales ipse narras. SO. Satis est. Si enim/& hoc est duplex! alterũ qdẽ eius mẽbrum adulatio erit/
turpisq; cõcionatio. Alterũ uero pulchrũ: studere uidelicet: ut animi ciuiũ q̃optimi fiãt: semper p
audientium utilitate certando/siue placeant/siue displiceant quæ dicunẽ. Verũ tu certe oratoriam
eiusmodi uidisti nunq̃. Quod si inter oratores talẽ quẽpiam habes cur nõ mihi quoq; hunc osten
disti! CAL. Per Iouẽ ex oratoribus qui nũc sunt talẽ habeo nullũ. SO. Quid aũt iter ueteres potes
ne aliquem assignare! per quẽ Athenienses facit aliquãdo sint meliores: postq̃ ille orare cæperit cũ
deteriores antea fuerint. Ego enim quis sit talis ignoro. CAL. Quid uero Themistoclẽ nõ audis ui
rum bonũ fuisse! & Cimonẽ/& Milciadem atq; periclem hũc nuper uita functum! Quẽ ipse quoq;
orantem audisti. SO. Siquidẽ est o Callicles uera uirtus quam in superioribus ipse dicebas cupidi
tates uidelicet suas aliorũq; explere. At si id nõ est: sed quẽadmodũ postea in disputando fateri cõ
pulsi sumus cupiditates illas quæ meliorẽ efficiũt uirũ oportet implere/alias uero minime atq; hu/
ius rei ars quædã extat: potes ne dicere istorũ aliquẽ extitisse talem. CAL. non habeo equidem quo
pacto dicã. SO. At uero si rite q̃siueris inuenies. Videamus iam sic plane cõsideratẽs nũ aliquis ho
rum talis extiterit: dic age bonus uir atq; ad id quod optimũ sit uerba faciens/nõ temere dicet: sed
ad aliqd certe pspiciet: quẽadmodũ/& alii oẽs artifices: quorũ ad suũ quisq; opus aspicit: nec casu
eligit qđ ad suũ opus cõferat: sed quẽadmodũ ad ppositũ sibi exẽplar opus spẽm aliquã cõsequaẽ.
Veluti si intueri placet pictores/& architectos/& fabros nauium/aliosq; oẽs artifices. Quiuis eorũ
in ordinẽ quẽdã singula ubiq; disponit: cogitq; alia aliis conuenire atq; congruere donec totũ cõ/
stituaẽ quodã ordine exornatũ. Id ergo oẽs agunt artifices: atq; hi quos i superioribus dicebamus
pædotribæ/& medici similiter faciunt circa corpus. Hornant enim ipsum atq; componunt. Confi
temur id ita se habere necne! CAL. Sit ita. SO. Domus igiẽ hornatũ/& ordinẽ assecuta/bona erit/
siminus mala. CAL. Assentior. SO. Et nauigiũ eodẽ pacto. CAL. Eodẽ. SO. atq & corpora nostra
similiter. CAL. Similiter. SO. Quid uero animus si ordinis fuærit expers/num bonus erit! an po/
tius si ordinis hornamentiq; compos. CAL. Necessariũ est ex superioribus hoc quoq; fateri. SO.
Quod ergo nomẽ est ei quod in corpore exordine hornatuq; efficiẽ! CAL. Sanitatẽ/& uires fortas
se dicis! SO. Dico eqdẽ qđ uero nomẽ ei qđ in aĩo ex ordine fit atq; hornatu/conare/inuenire atq;
exprimere/huius quẽadmodũ/& illius. CAL. Cur nõ ipse dicis o Socrates. SO. At si tibi placet ego

Sanum in or/dinatione cor poris.

dicam: tu uero si tibi uera loqui uidebor cõcedito siminus reprobato. Nec ullo modo permittito.
Mihi quidem uidetur ordinationi corporis nomen esse sanum. Ex quo in ipso fit sanitas aliaq; cor/
poris uirtus Ita ne est an aliter! CAL. Ita. SO. Animi uero ordinationi atq; hornatui legittimũ lex/

Legitimũ & lex in ordina tione animi q̃ iustitia & tẽ/perantia est.

q; esse nomen. Vnde legitimi fiunt homines atq; decori. hæc uero sunt iustitia atq; temperantia. as
sentiris necne! CAL. Esto. SO. An non igitur ad hæc artificiosus ille rhetor bonus respiciens uer/
ba sua hominum animis adhibebit: actionesq; omnes & quicquid uel concedet aliquando uel ne/
gabit/ad id semper intendet: ut ciuium animis iustitia quidem insit: iniustitia uero absit: rursus ad
sit tẽperãtia: itẽperãtia uero eiciaẽ. Cætereq; uirtutes habeanẽ: prauitas expellaẽ. Cõcedis necne!
CAL. Concedo equidem. SO. Quid nam confert o Callicles corpori ęgrotanti maleq; affecto/ci
bos multos suauissimosq; prebere/aut potum/aut aliud quicq̃ quod non sit profuturum, Hoc est
plus uel

plus uel minus uel cõtrariũ q̃ iusta dictat rõ. Sunt hęc uel nõ. CAL. Sint. SO. Non. n. prodesse arbitror hoĩ cum afflicto corpore uiuere. Sic. n. necesse est uiuere male. nõne ita? CAL. Ita. SO. Nõne cupiditates explere ueluti exurientẽ cõmedere q̃tum uult: uel sitiẽtẽ bibere quatenus placet/ sanum qdem hoiem medici plerũq; pmittunt. ęgrotantẽ uero nũq̃: ut ita dixerim: cupiditates suas iplere pmittunt. Concedis hoc & ipse? CAL. Concedo. SO. Circa uero aĩum o amice an non eadẽ rõ? Quatenus. n. prauis sit & demens atq; intẽperãs iniustusq; & impius cohercendus nimirũ est a cupiditatibus: neq; pmittendus alia facere q̃ illa ex qbus euadat melior. cõsentis nec ne? CAL. Cõsentio. SO. Ita. n. ipsi aĩo expedit. CAL. Prorsus. SO. Nõne cohercere est ab his quæ cupit cõtinere? CAL. Est. SO. Cõtinẽtia igit̃ melior est aĩo q̃ incontinẽtia: quẽadmodũ tu mõ putabas. CAL. Nescio qd dicas o Socrates. itaq; aliũ quẽuis interroga. SO. Hic uir non substinet ut sibi afferatur utilitas/ atq; eam de qua nunc sermo habet̃ continentiã cõsequit̃. CAL. Nulla oĩo mihi cura ẽ uerborum tuoꝝ o Socrates. atq; hactenus Gorgiæ gratia tibi rñdi. SO. En quid ergo agemus nũqd sermonẽ medium abrumpemus. CAL. Ipse uideris. SO. At nefas esse aiunt mancas dimittere fabulas. Immo caput iponendũ eẽ ne absq; capite oberrẽt: rñde ergo ad reliqua ut sermo hic noster caput accipiat. CAL. q̃ uiolẽtus es o Socrates? Profecto si mihi credis hanc disputationẽ iã dimittes: uel cũ alio disputabis. SO. Qui suam alter uult? ne iperfectũ relinquamus sermonẽ? CAL. An non ipse potes sermonẽ pcurrere uel enarrãdo uel tibimet rñdendo. SO. Ne mihi Epicharmi illd accidat: quæ prius narrabãt duo/ nunc unus ad illa sufficio. Verũtñ uidet̃ sic oĩo necessariũ esse. Si tñ id faciemus/ puto ęquidẽ oportere nos oẽs certatim ad id contendere: ut qd in his quę dicimus uerũ quidue falsum sit/ cognoscat̃. Cõe enim est hoc oĩbus bonũ ut hic unicuiq; constet. psequor igit̃ ego ipse sermonẽ: quo pacto se hr̃e uidet̃. qđ si cui uestrũ forte mecũ ipse quæ uera nõ sunt uidebor concedere/ uestrũ erit obiicere atq; redarguere. neq; enim ego tãq̃ sciens dico illa quę dico sed uobiscũ cõiter indagans. Quapp siqd recte dicere uidebit̃ qui mihi contradixerit ego primus assentiar. Hæc tñ ea mente dico si modo uos sermonẽ pficiendũ esse putatis. Sin minus obmittamus iam atq; abeamus. GOR. At uero nondũ mihi uidet̃ o Socrates abeundũ/ imo disputationẽ a te esse pficiendã. Puto aũt cæteris idem quoq; uideri: & ipse pcupio reliqua ex te ipso audire. SO. Atqui o Gorgia libenter adhuc cũ hoc Callicle disputarẽ donec Amphionis dictum pro Zethi dicto sibi redderẽ. Sed qñ tu o Callicles disputationẽ una mecũ non uis pficere/ saltẽ ausculta atq; reprehendere: siqd minus recte dicere tibi uideor: qđ si me conuiceris haud infestus tibi ero quẽadmodũ ipse mihi. Sed p maximo bñficio id adscribã. CAL. Dic tu ipse bone uir & pfice. SO. Audi me igit̃ disputationẽ ab initio repetentẽ: an idẽ est uoluptas atq; bonũ certe non idẽ ut ego & Callicles cõfessi sumus an uoluptatẽ boni gratia uel bonum gratia uoluptatis sequi debemus/ uoluptatẽ certe gratis boni. Est ãt uoluptas qua pñte gaudemus. Bonũ uero quo pñte boni sumus. CAL. prsus. SO. Boni uero sumus & nos & quæcũq; alia bona sunt ob uirtutẽ quãdam quæ adsit. Sic. n. o Callicles necessariũ esse mihi uidet̃. at uirtus cuiusq; siue instrĩ siue corporis siue aĩæ: non temere utiq; adest sed ordine rectitudineq; & arte quæ hoꝝ cuiq; tradita sit. Nũquid hæc ita se hñt. CAL. Mihi quidẽ sic se habere uident̃. SO. Quãobrem ordine ordinatũ ornatũq; esse est cuiusq; uirtus. CAL. Nempe sic ego faterer. SO. itaq; hornat⁹ qdã pprius unicuiq; isitus quodlibet efficit bonũ. CAL. Mihi qdem sic apparet. SO. Quapp aĩa quæ proprium habet hornatũ melior est illa q̃ hornatus est expers. CAL. Necesse est. SO. Iã uero quæ habet hornatũ hornata ẽ atq; modesta. CAL. Quid ni? talis uero est & tẽperans necesse est oĩo. quæ uero tẽperans est & bona? SO: Equidẽ o amice Callicles quo pacto aliter dicam: non inuenio. Tu uero siquid habes aliud doce. CAL. dic tu o bone uir. SO. Dico igit̃. si tẽperatus animus bonus est/ sequi ut qui cõtra atq; tẽperatus affectus est sit malus. Est uero talis intẽperatus animus & incontinens. CAL. Sic est oĩo. SO. Temperatus aũt agit decentia erga deos atq; hoĩes. Non. n. temperatus esset nisi decoꝝ seruaret. CAL. Necesse est sic esse. SO. Proinde decẽtia circa hoĩes agens iuste agit: & agens similiter erga deos agit pie. Eum uero qui iusta piaq; agit/ necesse ẽ eẽ iustum atq; pium. CAL. Sic ueritas habet. SO. præterea fortẽ hunc eẽ necesse ẽ. Non enim tẽperati uiri est uel psequi uel fugere aliter q̃ decet. immo oportet & res singulas & hoĩes ipsos & uoluptates atq; molestias tum fugere: tũ psequi: tũ ẽt tollerare ubi sit opus. Quãobrem oĩo necessarium est o Callicle tẽperatum uirũ: cum ut diximus: iustus & fortis sit & pius/ esse pfecte bonum. Bonum uero bñ honesteq; agere quicquid agat. Eum ãt qui bñ agit felicem eẽ atq; beatum. Improbum uero ac male agentẽ eẽ miserum. Talis aũt est qui cõtra se habet q̃ tẽperatus uidelicet qui intẽperatus ẽ: quẽ ipse laudabas. CAL. Ego igit̃ hæc ita pono: dicoq; eẽ uera. SO. Si autem uera sunt quicũq; optat beatus fore/ tẽperantiã sequi exercereq; debet: intẽperantiam uero fugere: q̃tum cuiusq; nostrum pedes ualẽt/ atq; ita sese cõparare ut non indigeat castigatione atq; pœna: si uero indigeat uel ipse uel alius quiuis familiarium/ siue priuatus/ siue ciuitas/ adhibita pœna cohercẽdus ẽ: si modo futurus sit beatus. Hoc mihi uidetur eẽ signũ ad quod prospiciẽtes dirigere uitam debemus: oĩa tam publica q̃ priuata ad hoc referẽtes: ut iustitia & tẽ

Prouerbium nefas est mancas dimittere fabulas.

perantia illi assit qui futurus sit felix.non aūt cupiditatibus oīa pmittēda sunt.Quas explere conari īexplebile malum ē latronisq; more uitam agere.Neq; enim cuiq̄ hoīum his qui eiusmodi ē/amicus eē pōt:neq; deo.Quippe cū societas huic cū aliis nulla eē possit. Cui uero non sit societas amicitia animi hoc nūq̄ erit. Tradunt uero sapiētes o Callicles/cælū & terram deosq; & hoīes societate quadam & amicitia modestoq; hornatu:& tēperantia & iustitia contineri.Atq; id uniuersum pterea mundum hornatūq; o amice nominant/nō īmunditiam neq; intēperantiam. Tu uero mihi uideris q̄uis sapiens/hæc aīaduertisse nunq̄:pfecto te latuit/geometricā æqualitatē in deis atq; hominibus ualere q̄plurimū.At uero tu excessum exercēdū putas.Geometriā nāq; cōtēnis:age itaq; uel refellēdus ē sermo ille noster/quasi nō iustitiæ tēperantiæq; possessione beati fiant quicūq; beati:prauitatis uero miseri:uel si uerus ē cōsiderandū ē qd sequat.Nēpe priora illa o Callicles sequūtur oīa:in qbus tu a me quærebas:an serio loquerer:ubi dicebam accusandū esse & seipsum & filiū & amicū:siqd iniuste fuerit ppetratum:atq; ad id utēdum eē rhetorica.Et quæ tu Polum uerecundia adductū putabas cōcessisse:uera utiq; erant uidelicet iniuriam facere quāto turpius ē q̄ pati:tāto eē deterius:atq; eū qui rectus futurus sit orator oportere iustū eē:& quæ iusta sunt scire. Quod qdem rursus Gorgiam ob uerecundiā cōcessisse Polus ait.Cū uero hæc ita se habeāt:cōsideremus quæ sunt illa in qbus me ipse uituperas:num recte dicat nec ne/me uidelicet nō posse uel mihi uel amicis atq; domesticis opem ferre:neq; ex maximis piculis liberare.at eē me in ptāte libidineq; cuiusq; quēadmodum abiectissimi quiq; solēt:siue pulsare uelit quis:ut tu lactabundus dicebas super genā siue pecunias rapere:siue urbe expellere:siue ultimo supplicio afficere.Ita uero affectū eē turpissimum oīum eē dicebas.Mea uero snīa iam sæpius dicta atq; rursus nihilo phibēte dicēda:contra se habet:uidelicet non eē turpissimum o Callicles iniuste genam pcuti:uel corpus marsupium ue cædi:sed pcutere iniuste atq; cædere mihi meisq; turpius atq; deterius.Itē furari & in seruitutē adducere murosq; subfodere.atq; summatim quālibet iniuriā facere eē ei qui facit deterius simul & turpius q̄ accipe.Hæc supius a nobis concessa:ut ego assero cōtinētur atq; uinciuntur:& si dictu rusticus ē ferreis adamantinisq; rōnibus:qbus ut ita sentiam:adducor. Quas nisi tu aut aliquis te robustior dissoluat/fieri non pōt ut aliter dicēdo:q̄ ut nunc ipse dico:recte dicat.Nam mihi quidē semp idē pmanet sermo.me uidelicet hæc ne scire:quo pacto se habeant:attn̄ nullum eorū qui cū hactenus loquutus sum:quēadmodū mō uobiscū potuisse unq̄ aliter dicēdo nō ridiculū appere. Quapbrem hæc iterū pono ita se hre.Quod si ita se habeāt atq; iniuria maximum qui eā facit ē malorum/cūq; hoc sit maximū:illud insup malus ē iudicandū:uidelicet ipsum qui fecerit nunq̄ dare penas:quod tandē auxilium erit illud qd quisqs sibimet afferre non possit/reuera sit contēnēdus. Nōne hoc quidē maximum a nobis amoueat detrimētum/Profecto necesse ē hoc eē turpissimum non posse auxiliū eiusmodi præstare sibiipsi amicisq; ac ppinquis.Secundū uero auxiliū aduersus malū secundū:tertium cōtra tertiū:cæteraq; similiter:put cuiusq; mali magnitudo se habet.ita & pulchrum ē opē afferre posse:& turpe non posse.Nunqd aliter q̄ sic se res habet o Callicles.CAL. Certe non aliter.SO.Cum igit hæc duo sint facere iniuriam ac pati: maius utiq; malū eē dicimus inferre/minus autē pati.Quod nam igitur auxiliū sibi cōparans aliquis:utrūq; potissimū cōsequetur:ut neq; inferat iniuriam/neq; accipiat/utrum potentiā an uoluntatē.Sic aut dico.utrū si nolit pati iniuriā non patiet/an si potētiā sibi cōparauerit/ita dūtaxat non patiet.CAL. Constat certe si potētiam.SO.Quid aūt in inferēdo/utrum siquis iniuriari nolit/satis erit remedii/ Neq;.n.iniuriam inferet.An ad hoc insup potētia quædā & ars ē comparanda/quā nisi quis didicerit atq; exercuerit:iniuriam faciet.Cur non mihi ad id saltē rn̄dēs o Callicles/utrum ego atq; Polus tibi uidemur/recte supioribus coacti rōnibus fuisse nec ne/qn confessi sumus:neminē uolētē iniuriam facere:sed inuitos hanc inferre quicūq; inferant.CAL.Esto tibi id ita o Socrates:ut disputationē hāc cōcludas.SO.Ad hoc itaq; potētia quædam & ars cōparanda uidet necui faciamus iniuriā.CAL. Omnino quidē.SO.Quænam igitur ars est ad facultatē cōparandam:per quam uel nullam:quis uel minimam iniuriā patiat/Considera utrum tibi idem uideat quod & mihi.Mihi quidē ita uidet uel oportere principatum in re pu.obtinere:uel usurpare tyrannidem uel cum presenti gubernatione habere commertium.CAL.Vides o Socrates q̄ paratus sim siquis recte dixeris cōprobare. Profecto id mihi recte nimium abs te dictū fuisse uidet.SO.Considera præterea hoc/si recte dicere tibi uideor.Amicus mihi uidetur quisq; esse cuiq; maxime: quēadmodū antiqui sapiētesq; tradunt:ut maxime similis ē.nōne & tibi/CAL.Mihi quidē.SO.Nōne ubi tyrannus ferus rudisq; dominatur/siquis ea in urbe multo melior sit:tyrannus hunc formidabit:atq; huic nunq̄ tota mente amicus eē poterit.CAL.Sic accidit.SO.Neq; si multo sit deterior/cōtēnet enim eū tyrānus:neq; unq̄ tanq̄ erga amicum afficietur.CAL.Vera narras.SO.Solus ergo amicus huic eē poterit apd eum existimatione dignus:qui cum moribus similis sit eadēq; laudet atq; uitupet:subesse uelit domino & parere.Hic nimirum magnā in ea ciuitate habebit potētiam.hunc iniuria impune nullus afficiet.nonne ita se res habet.CAL.Ita.SO.Siquis ergo in hac urbe ex ipsa iuuētute cogitet qua

potissimum rõne magnam comparare potētiam ualeat:adeo ut nullus iniuriam sibi queat inferre.hæc ipsa ut uidetur:illi uia ē:statim ab adolescētia seipsum assuefacere:ut iisdē gaudeat atq; doleat/quibus & dominus:atq; ita se comparare ut illi sit q̃maxie similis.nõne ita?CAL.Ita.SO.Hic ergo ut pñs sermo significat assequetur: ut iniuria inferri sibi nõ possit magnãq; habeat in ciuitate potētiam.CAL.Prorsus.SO.Nunquid ēt assequetur ut iniuriam inferat nemini?an potius multũ abest siquidē iniusto principi similis erit:magnæq; auctoritatis apud eũ. Verũ puto eiusmodi uitę statum huic ad id accõmodatissimũ eē:ut q̃maxime facere iniurias possit: pœnasq; iniuriarũ penitus deuitare.nõne ita?CAL.Apparet.SO.An non hic malo occupabit maximo cũ flagitiosus sit animũq; infectum hēat ob imitationē domini similēq; potētiam.CAL. Nescio qũo sermonē o Socrates sursum deorsumq; uertas:an nescis eũ qui sic imitatur/posse eũ qui nõ imitat/occidere mõ uelit:patrimonioq; expoliare.SO.Scio equidē o bone Callicles/nisi surdus sum:cũ nõ solũ abs te/uerum ēt a Polo nuper:& a cæteris ferme oĩbus in ciuitate idē frequēter audiuerim. at ipse me audi.pfecto interficiet/mõ uelit:sed malus honestũ atq; bonum.CAL. At hoc ipsum grauiter ē ferēdum.SO.Non certe uiro mētem habēti:ut & tuus sermo significat?An putas ĩ hoc ipso multũ ab hoie laborandũ:ut q̃ diutissime uiuat:easq; artes meditet quæ nos seruare semp a piculis possint: qualis rhetorica ē ad quã tu me capescendã exhortaris in iudiciis nos sæpe seruantē.CAL.Per Iouē tibi recte cõsulo.SO.Quid uero uir optime?Nãdi pitia præclara tibi uidet.CAL.Non p Iouē. SO.Attñ seruat hæc hoies ab interitu:quotiens illuc inciderint ubi eiusmodi sit opus scia. Quod si hæc tibi uidet exigua:ego maiorē hac adducã/gubernatoriã.s.quæ nõ solũ uitam:uerũ ēt corpora & pecunias ab extremis seruat piculis:nõ secus q̃ rhetorica.atq; hæc tñ humilis ē atq; modesta: nõ iactabunda:neq; ampullosa:q̃si mirabile aliquid cõsequuta.Sed cũ eadē efficiat quæ rhetorica si ab ægina hucusq; nos seruet/duos dumtaxat exigit nummos. Si uero ex ægypto uel Ponto salua reduxerit q̃ mõ dicebã:nos & filios uxoresq; & diuitias:duas drachmas expostulat: atq; ipse hac arte pditus qui uæ hæc pfecerit descendens:in littoreq; secus mare nauemq; deambulans nequaq̃ se effert:neq; inflatur. Animaduertit enim:ut arbitror:incertum esse utrum profuit uel obfuit illis quos seruauit ne fluctibus mergerent.intelligens se nihilo uel corpore uel animo meliores reduxisse illos q̃ accepit ab initio nauē ingrediētes. Cogitat ergo siquis magnis insanabilibusq; morbis corporis pressus in mari nõ pereat/hunc ideo miserũ eē qa nõ periit:nec ullã ab ipso suscepisse utilitatē.Siquis aũt in aĩo qui corpore pciosior ē multos insanabilesq; hēat morbos nunqd huic uiuēdũ ē?Eiq; utilitatē afferet/siue ex mari siue ex iudicio/siue aliunde quis ipsum seruet? Sed pfecto nõ uit flagitioso homini ut uiuat non expedire.Necesse ē.n.ut male uiuat.Quãobrem nulla extat lex per quã gubernator q̃uis nos seruet gloriari possit/atq; ĩ honore haberi:neq; o uir mirifice ipse machinarum faber:qui nedũ gubernatorē:sed etiam exercitus ducē/uel quouis alio nõ minus interdum seruare potest. Quippe cũ ciuitatibus interdũ totis salutē præstet: adeo ne causidicum huic possis æquiparare. Atqui si uellet hic o Callicles queãdmodũ uos facitis rem suã extollere/nimirũ uos uerbis obrueret/exortans oẽs ut fabri machinarũ efficiant:quasi nullius momēti sint cætera. Non enim sibi deesset materia. Verũtñ hunc ipse artēq; eius nihilominus cõtēneres ac uelut p cõtumeliam machinarũ uocitares:nec eius filio tradere filiã tuã uelles/neq; ēt tu filiã eius acciperes. Quãuis ex qbus rõnibus facultatē tuã laudas:quonam pacto uel machinarũ uel alios quos paulo ante cõmemoraui/iuste poteris aspernari?Dicturum esse te arbitror meliorē te eē:atq; ex melioribus ortum. Ipsum uero qđ melius dicit si nõ ē id quod ego dico:sed hoc ipsum uirtus ē/seruare se ipsum qualiscũq; sit/atq; sua/certe ridicula tibi uitupatio ē aduersus machinatiũ uel medicũ aliasue artes/quotcũq; salutis gfa sunt inuētæ. Cæterũ o beate uide ne aliud sit generosum atq; bonũ q̃ seruare atq; seruari. Neq;.n.uiuere hic quantũcũq; tps optandũ ē uiro q uere sit uir: neq; uita hæc amanda ē:sed hanc deo curã relinquere debet:mulieribusq; fide adhibita/dicētibus neminē uitare posse fatũ:id in primis considerare qua rõne ĩ hoc ipso tpe quo uita fungit q̃ optime uiuat. Nũquid ciuibus qbus cũ uiuit persimilē se præstando?& nunqd oporteat te nũc similiũ euadere Atheniensium populo si amicus huic sis futurus/magneq; auctoritatis in populo. Cõsidera igit utrũ id tibi mihiq; expediat nec ne?Ne ue id nobis o beate uir eueniat:qđ Thessalicis mulieribus deducētibus lunã euenire tradũt cũ amicissimis optio nobis sit huius potētiæ. Si aũt ipse putas quēpiam hoĩum artē quandã eiusmodi traditurũ p quã in ciuitate hac potens efficiaris: q̃uis gubernationi publicæ sis dissimilis siue melior:siue deterior:haud quaq̃ recte ut mihi uidet o Callicles cogitas. Nõ.n.imitatorē uerũ ipsa natura persimilē eē iis oportet si magnum aliqd assequuturus sis: ad beneuolentiã Atheniensis populi cõparandã:ac p Iouem insup Pyrilampi. Quisquis te his efficiet similem:is faciet queãdmodum cupis ut ciuilis sis:atq; rhetoricus. Nempe oẽs his uerbis quæ suis moribus cõsentanea sunt:delectant:diuersisq; turbant. Nisi tu forte o lepidũ caput aliud afferas. Dicemus ne aliqd ad hæc o Callicles?CAL.nescio qũo bene dicere mihi uideris o Socrates. Euenit mihi tñ:quod multis accidere aliis cõsueuit:nam haud magnã tibi habeo fidem.SO.Amor po

Mulierum dictum neminē uitare posse fatum.

puli o Callicles tuo insitus aio resistit mihi. Verum si sæpius meliusq; hæc eadẽ cõsiderauerimus/ti bi forte ꝓbabilia uidebunt. Recordare igit̃ duas a nobis narratas esse ꝑparationes tã ad corpus q̃ ad aĩum ꝑtinẽtes. Quarũ altera qdẽ tendat ad uoluptatẽ. altera uero ad id qđ melius est nõ gratificans sed repugnãs. Nõne hæc in supioribus definiuimus. CAL. Prorsus. SO. Et quæ declinat ad uoluptatẽ/seruilis:neq; qcq̃ aliud est q̃ adulatio:nõne ita? CAL. Esto qdẽ si tibi placet. SO. Altera uero studet ut q̃primũ sit qđ curamus:siue aĩa siue corpus. CAL. Oĩo. SO. Igitur sic rei.p.ciuiũq; capessenda nobis ẽ cura:ut ciues ipsos bonos efficiamus. Alioquin queãdmodũ supius iuenimus/ nihil ꝓdest bñficium aliud cõferre:nisi honesta & bona sit mens eoꝝ q accepturi sunt uel pecunias multas:uel iperium:uel aliã quãlibet ꝑtãtem:ponimus sic eẽ nec ne? CAL. ꝑrsus si tibi placet. SO. si ergo nos inuicẽ o Callicles cohortaremur publice ciuilia ꝑtractantes ad murorũ uel naualiũ:uel tẽploꝝ ingentia edificia:utrũ oporteret cõsiderare nosipsos atq; agnoscere/primũ qdẽ an eius artis sciam hẽamus nec ne:& a quo didicerimus & oporteret id fieri nec ne? CAL. ꝑrsus. SO. Secundum uero si qñ priuatim ꝑ nobis uel ꝑ amicis aliqđ cõstruximus ędificiũ: & nunqd eiusmodi machina pulchra sit uel turpis. Quod si iuenerimus magistros nobis bonos præstantesq; fuisse/multaq; ędificia atq; præclara/tũ una cũ magistris/tũ a nobis ipsis ędificata/tũc demũ rõni cõsentaneũ eẽt ad publica nos cõferre. At uero si neq; magistrũ nostrũ possimus oñdere ędificia quoq; aut nulla:aut non bñ cõstructa stultũ certe foret/opa aggredi publica nosq; ad ipsa inuicem cohortari. Fatemur recte hæc dici nec ne? CAL. Prorsus. SO. Nõne similiter & in cæteris oibus:atq; si ciuilia ꝑtractantes inuicẽ cohortaremus/quasi idonei sumus medici cõsiderare inuicẽ ego te tuq; me hunc ĩmodũ debemus. Age ꝑ deos/ipse uero Socrates/quonã pacto affectũ ad sanitatem corpus habet? uel qs nã alius Socratis opa euasit a morbo siue liber/ siue seruus. Ego quoq; de te eadẽ rõne cõsiderare deberẽ:atq; nisi iueniremus aliquẽ ꝑ nos factũ fuisse sanũ uel ꝑegrinoꝝ uel ciuiũ/siue uirũ siue mulierem ꝑ Iouẽ o Callicles ualde ridiculũ foret in tm̃ amẽtiæ ꝓcessisse ut priusq̃ priuatim multa tentauerimus/multaq; ꝑfecerimus & abunde artẽ exercuerimus/figulariã ut dici solet/in ipso uase discere aggrediamur/& ipsi ad rẽp. accedẽtes & ad eã alios ꝓuocantes. Nõne id tẽtare stulti hoies eẽ putares? CAL. Nimirũ. SO. At uero o uiroꝝ optĩe cũ tu nuꝑ administrare rẽpu. cæpis ac me insuper exhorteris:quodue id nõ faciã reprehendas/nõne ita inuicẽ cõsiderare debemus. Age dum Callicles quẽnã suoꝝ ciuiũ reddidit meliorẽ? Est ne qsq̃ q cũ antea improbus & iniustus & incontinens atq; iprudens eẽt:tandẽ uero Calliclis opa honestus bõusq; euaserit/siue ꝑegrinus/siue ciuis/ siue seruus/seu liber. Dic mihi si qs id abs te exigat qdnã rñdebis o Callicles? Quẽ adduces aliqñ factũ tua cõsuetudine meliorẽ? an rñdere te piget si aliqđ eiusmodi est opus tuũ factum prius abs te priuatim/q̃ ad rẽpu. te cõferres. CAL. Contẽtiosus es o Socrates. SO. At nõ cõtentionis cã id rogo/sed reuera cupiditate discẽdi queãdmodũ administrãda nobis publica cẽseas an alia habẽda sit circa rẽpu. abeuntibus q̃ ut optimi ciues efficiant̃/an nõ sæpius iam cõfessi sumus id eẽ ciuili hõi faciendũ? Num cõfessi sumus. Rñde quæso. ꝑfecto confessi sumus:ut ego ꝑ te rñdeã. Si igit̃ ad id in sua ciuitate uir bonus incũbere debet/nũc in memoriã reuocans mihi dicas uelim/nunqd illi quos ĩ supioribus cõmemorasti adhuc tibi uiri boni fuisse uideant̃. Pericles. Cimon. Milciades. Themistocles. CAL. Mihi qdẽ. SO. Nõne si uiri fuere boni unusquisq; illoꝝ ciues ex deterioribus reddidit meliores. Nõne ita? CAL. Ita. SO. Si ita est. ergo qñ Pericles primo orare cæpit ad populũ deteriores erant Atheniẽses q̃ cũ postremã ad eos habuit orationẽ. CAL. Forsitan. SO. Non licet o uir optime dicere forsitan. Nã ex his que concessimus necessario sequit̃:si mõ bonus erat ille ciuis. CAL. Quid tũ? SO. Nihil uerũ ad hæc id mihi dicas:nunqd dicant̃ Athenienses ꝑiculis opa meliores eẽ facti:aut oĩo cõtra ab illo corrupti. Sane Periclẽ audio Atheniẽses fecisse pigros/timidos/ loquaces/auaros. primũq; mercẽnaria stipẽdia iduxisse. CAL. Ab his qui fractas hñt aures hec audis o Socrates. SO. Ad hæc nõ amplius audio/sed aptissime scio: ego qdẽ atq; tu uidelicet Periclẽ ab initio magno in precio fuisse habitũ:neq; turpẽ sñiam aduersus eũ ullã tulisse Atheniẽses/dum praui erant/postq̃ uero honesti & boni ab ipso facti sunt in extremo eius uitæ furti ipsum condẽnauisse: parũq; abfuisse quin ultio supplicio quasi malũ uirũ afficerent. CAL. Quid ergo? malusue ꝑpterea Pericles uir extitit? SO. Talis qdẽ asinorũ curator & equoꝝ atq; hoium malus uidet̃:si cũ eos acceperit:neq; calcitrosos neq; cornupetẽtes/neq; mordaces effecerit ut hæc ob feritatẽ habeãt uitia:an nõ tibi uidet̃ ille cuiuslibet aĩalis malus eẽ curator. Qui cũ acceperit mansuetũ/magis ferũ reddiderit q̃ accepit? Videtur tibi nec ne? CAL. Cõcedo eqdẽ ut tibi gratũ faciã. SO. In hoc ꝑterea gratificare mihi rñdens utrũ homo unũ sit aĩaliũ nec ne? CAL. Quid rogas. SO. Nõne hominũ curã Pericles hẽbat? CAL. Hẽbat. SO. Quid ergo? an non oporteat ipsos queãdmodũ mõ consensimus iustiores ex iustioribus ab illo fuisse factos:siquidẽ ille qui curabat eos in rebus ciuilibus ꝑitus erat. CAL. Prorsus. SO. Nõne iusti mansueti sunt/ut ait Homerus. tu uero quid ais? Nõne similiter? CAL. Aio. SO. Verũtñ feros magis ipsos reddidit q̃ accepat: idq; aduersus seipsum: qđ qdẽ minime uoluisset. CAL. Vis ne tibi assentiar? SO. Si uideor tibi uera loqui. CAL. Sint ista. SO.

Proinde

De cõprobatione a magistro habito & opere.

Prouerbium figulariam in ipso uase discere aggrediunt.

Pericles fecit Athenienses pigros timidos loquaces.

Periclẽ furti accusatũ uix euasisse.

Proinde si magis feros/ergo iniustiores atq; deteriores. CAL. Esto. SO. Quáobrem non bonus ad rēpu. administrandā ciuis Pericles erat: ut rō hæc ostēdit. CAL. Non ut ipse ais. SO. p Iouē neq; ut tu inquis per ea quæ confiteris. Rursus autē mihi de Cimone dicas nōne relegauerunt eū illi quos ipse curauerat: ut uocē eius decēnio non audirēt. præterea aduersus Themistoclem idē fecerunt: atq; exilio insup dānauere. Milciadē uero q in marathone pugnauit in carceris baratrū detrudere decreuerūt: ac nisi obstitisset magistratus pculdubio īcidisset. At uero si boni ut tu ais hi fuissent ui ri: talia nūq̄ ppessi fuissent. Etenim aurigæ boni/nō ab initio qdē nō excidunt: postq̄ uero equos cu rauerint ipsiq; meliores facti fuerint aurigæ tūc excidūt. pfecto nō est ita ut in aurigaria uel in alio quouis ope. an tibi uidet? CAL. Minime. SO. Vera igit erant quæ a nobis in supioribus dicebant: nullū uidelicet in hac ciuitate nos uirū scire extitisse: qui in repu. bonus ciuis eēt habēdus. Tu uero cōfessus es nullū ex his q nunc sunt eē talē: ex his aūt qui præcesserūt extitisse nōnullos, atq; īter eos qdē hos uiros pcæteris elegisti. Hi uero non aliter se hre/hac in re q̄ q nūc sunt/apparuerūt. Qua propter si hi oratores fuerūt/neq; uera rhetorica usi sunt. alioqn nūq̄ cecidissent: neq; adulatoria. CAL. Multum tñ abest o Socrates ut qsquā eoꝝ q nunc sunt talia gesserit: qualia istorū quis gessit. SO. O beate nec ego quantū ad ciuitatis amministrationē ptinet: istos uitupero. īmo uero hac in re mihi uident diligētiores q̄ hi nostri fuisse: aptioresq; ad illa cōficiēda/q ciuitas cupiebat. Verū ī eo q castigare ciuiū cupiditates oporteat: neq; illis obsecūdare sed & psuadēdo & cogēdo ad hoc ipsum pducere unde meliores futuri sint ciues: nihil/ut ita loquar/īter hos atq; illos īterest. Quod qdē solū ē boni ciuis officium. Attñ tibi cōfiteor illos his aptiores fuisse ad naues naualia: mœnia: aliaq; eiusmodi multa reipu. cōparanda. In rē ergo ridiculam ego ac tu disputādo reuoluimur. si qdē in oī hac disputatiōe in idē assidue circūferimur: qd dicamus inuicē ignorātes. Ego enim te sę pius cōcessisse arbitror: atq; cognouisse geminā hanc eē facultatē circa corpus & circa aīam cura tricē. Et alterā qdē ministrā p quā q corpus cupiat/cōparent: ueluti si famescat/cibi: si sitiat potus: si frigeat uestes/stramēta/calcei/cæteraq; q ad usum corpis exigunt. Et pfecto dedita opa easdē p imagines tibi loquor: ut facilius ītelligas: hoꝝ eē paratorē uel cauponē/uel mercatorē aut opificē alicuius istorū: uidelicet pistorē/aut coqū/aut textorem/aut calceoꝝ sutorē/infectorem q; corioꝝ: nec mirū est eū q talis sit/uideri corpis curatorē/tam sibi q̄ aliis ignorātibus/eē præterea artē quā dam gymnasticā atq; medicinā: in qbus curatio corpis reuera cōsistit. Quā decet hmōi artibus im perare: earūq; opibus uti ppea q sciam habeat boni atq; mali quātū ad corpis ptinet alimēta atq; ualitudinē. Quod qdē ab his aliis oīb⁹ ignorat. Quáob cām dicēdū ē has qdē seruiles ministrasq; & illiberales esse circa corpis cultū: gymnasticā uero & medicinā his merito dānari. Hæc igit eadē eē ēt circa animū uideris mihi interdū cognoscere: mihiq; cōcedis tāq̄ quid dicā intelligēs, uerum paulopost adducis in mediū uiros præclaros & bonos in hac ciuitate quondā fuisse. atq; me quęrē te quinā isti fuerint uideris mihi simillimos pferre hoīes circa rēpu. ac si me pcōtāte quinā fuerint aut sint bōi circa gymnasticā corpoꝝ curatores/rñderes mihi & ualde qdē serio. Thearion pistor: & Mithecus qui de siculoꝝ arte coquinaria scripsit: & Sarambus caupo: quasi hi mirabiles corpoꝝ cultores extiterint: quoꝝ hic suaues panes: ille epulas: ille uinū pparabat. Fortasse igit indigne fer res si tibi dicerem: nihil o bone uir de gymnastica intelligis. Quippe cū ministros mihi in mediū afferas/cupiditatūq; assertores: qd honestū bonūue sit/in his nequaq̄ diiudicātes: sed utrūq; cōtin git īplentes corpa hoīum eaq; saginātes. Qui & laudant ab ipsis/cum tñ ob nimiū īplectionē car nes illis ueteres dissipauerint. posteaq; aduentāte morbo qui ita nutriti sunt: eos quidē qui postea consuluerunt ob ignorātiā accusant! eos uero q ad libidinē nutriuere nequaq̄. Cum inq̄ replectio talis tanq̄ īmoderata tandē infert morbū/tunc pñtes consultores criminant & improbant: atq; in iuria insuper si queant afficiunt. priures uero illos qui cām morbi dedere laudibus efferunt. Et tu nūc o Callicles simillimū qddam facis laudans hoīes qui hos nutriuere atq; his rebus quarū cupi do incesserat: īpleuerūt quos aiunt magnā effecisse ciuitatē. Quod autē tumens & intus male sana iam sit ob antiquos illos nō sentiūt. Absq; enim tēperantia & iustitia portibus naualibus/menibus/ tributis/uectigalibus/& hmōi nugis ciuitatē hanc īpleuerūt. Q ñ igitur morbus erumpit: tūc illi q in pñtia gubernāt rēpu. īprobant. Themistocles uero ipse & Cimo & Pericles q malorum cā fuere laudant. Tu uero forsitan nisi caueas capieris & amicus meus. Alcibiades/qñ præter illa quæ acq sita erant uetera quoq; erunt amissa q̄uis malorum cā uos non sitis sed una cū cæteris cā. Atq ego rem stultā & nunc cerno & de antiquis illis audio. Sentio enim qñ ciuitas aliquē ex his qui in repu. uersant iniustitiæ dānare aggredit/grauiter eos ferre atq; se afflictare quasi iniqua patiant qui bñ ficia in rēpublicā multa cōtulerint. Nēpe aiunt iniuste se ab illa dānari. Quod oīo falsum est. Nūq̄ enim reipublice gubernator iniuste dānat ab ea cui præest ciuitate. Videtur aūt idem euenire his qui in repu. uersant/atq; sophistis. Sophistæ enim q̄uis in cæteris sapiētes in hoc tñ uno absurde se gerunt. Quod cū se docere uirtutes affirment: sæpe tñ discipulos uelut ingratos accusant: atq; in iustos: qui bona ab eis reportarint/mercedem tñ nullam aut grām referant. Quo quidē sermone

Decretum ad uersus cimo/nem.

Themisto/cles in exiliū missus.

Decretum ad uersus Mil/ciadem.

nihil a rõne est alienus : q uidelicet uiri boni iustiq; facti & ab iniustitia praeceptoris opera remoti
atq; iustitia ꝑditi:iniurias ea ipsa iniustitia quã non habẽt praeceptoribus inferant.an nõ uidetur ti
bi o amice id absurdum? Reuera concionari me o Callicles coegisti rñdere nolens.CAL.Tu uero
per te ipsum dicere nõ potes nisi quis tibi rñdeat.SO.Videor equidẽ & nũc frequentes iam extẽ-
do sermones dum ipse mihi nõ uis rñdere.sed o bone uir p Iouem amicabilẽ mihi dicas. An non
praeter rõnem tibi uidetur ut his qui dicat se bonũ aliquẽ reddidisse de eodẽ conquerat quasi q bo
nus ab ipso factus est:sit & malus.CAL.Mihi quidẽ uidet.SO.Nõne audis illos qui docere uirtu-
tem profitẽtur talia conqueri. CAL.Equidẽ:sed quidnã de hoĩbus nullius ꝑcii potes dicere.SO.
Quid uero de illis diceres qui reipu.praeesse se aiunt/atq; ut illa q̃ optima sit diligenter excogitare:
rursusq; ipsam accusant prout accidit/tãq̃ pessimã.putas ne hos ab illis differre? Idẽ profecto est o
uir beate sophista ac rhetor/uel ꝑpinquum aliquid atq; simile:quẽadmodũ ad Polum ego dicebã.
Tu aũt pp ignorantiam praeclarum qddam putas esse rhetoricam:sophisticam uero cõtẽnis. Sed
reuera pulchrior ẽ sophistica q̃ rhetorica.quo & pulchrior est cõditrix legũ q̃ iudiciaria: & gymna
stica q̃ medicina.Solis aũt concionatoribus & sophistis minime arbitror cõcedẽdum:ut de eo qd
ipsi docent quasi sibi sit malũ conquerantur.Alioquin in eadẽ ipsa accusatione seipsos pariter cri-
minentur/quasi nihil iis profecerint qbus utilitatem attulisse se dicunt:nõne ita se res habet.CAL.
Ita prorsus.SO.Et contulisse bñficium absq; mercede/ut cõsentaneũ est: solis istis conueniebat si
quidẽ uera dicerent. Nam alia qdẽ bñficia cum quis acceperit ueluti per gymnasii magistrũ celer
factus/forte utiq; gratiam nõ referret/nisi caueret ut mercedem solueret q̃primũ celer satis euase
rit.Non enim tarditate:ut arbitror hoĩes sed iniustitia iniuriã faciunt.Nonne?CAL.Ita.SO.Siqs
igitur hoc ipsum auferat.s.iniustitiã discrimen iam iniuriae deuitauerit. Verum per id solũ in tuto
collocari beneficiũ potest/siquis eos qbus confert bonos reuera possit efficere.Nonne?CAL.Cõ-
sentio.SO.Propterea ut uidet in aliis cõtractibus turpe non est sibi cauere ueluti ꝑ aedificiis caete-
risq; artificiis.CAL.Apparet.SO.Pro hoc autẽ facultate.s. ut bonus quisfiat/optimeq; familiam
suã gubernet atq; rẽpu.turpe existimat nihil prius uelle docere q̃ de pecunia caueat.Nõne.CAL.
Certe.SO.Constat enim hanc esse cãm quia solũ hoc ex aliis bñficiis eũ qui acceperit/facit referẽ-
dae gratiae cupidũ.Quapp praeclarũ uidet esse argumentũ si is q officiũ eiusmodi praestiterit uicis
sim ipse recipiat.Cõtra uero nequaq̃.Num haec ita se habẽt?CAL.Ita.SO.Ad utrã igit me cohor
taris ciuitatis curam?age mihi diffinias:ad eã ne per quã Atheniensibus repugnẽ/contendãq; ut q̃
optimi fiant tãq̃ medicus?an ad eã per quam tanq̃ minister uoluptatis illorũ gratia studeã. Et mihi
uera dic o Callicles:decet enim te quẽadmodũ incepisti audacter prosequi mihi libere exprimen-
do quae sentis.Et nunc ergo bene generoseq; rñde.CAL:Ad ministeriũ ꝑfecto te exhortor.SO.
Ad adulationẽ ergo me o uir generosissime prouocas.CAL.Si mauis o Socrates Mysiom uocari
uocaberis utiq;/nisi mihi credideris.SO.Ne obiicias mihi nunc quod iã saepius obiecisti uidelicet
interficiet te o Socrates quicũq; uoluerit ne ego iterum ita rñdeam:at malus bonũ neq; iterum di
cas auferet tibi o Socrates quilibet siquid habes:ne ego quoq; rñdeam/at uero qui auferet/nesciet
illis tanq̃ sibi utilibus uti:sed quẽadmodũ iniuste a me abstulerit/si ipse utetur iniuste.Quod si iniu
ste ergo & turpiter.deniq; si turpiter male.CAL.Videris mihi o Socrates opinari nihil eiusmodi
te passurũ:perinde ac si ꝑcul hinc habites:neq; deduci posse ĩ iudiciũ putas ab ignauissimo quoq;
nulliusq; precii hoĩe.SO.Amens certe forẽ o Callicles nisi putarẽ in hac ciuitate unũquẽq; quodli
bet eiusmodi pati posse.Hoc tñ certo scio si in iudiciũ uenero ꝑiclitans ob ea q̃ tu affers ĩprobum
fore qui me accusauerit.Nullus enim bonus hoĩem accusat insontem.Profecto nihil mirũ foret si

Nullus bonꝰ accusat insontem.

morte dãnarer:uis tibi dicã quã ob cãm haec expectẽ.CAL.Volo equidẽ.SO.Arbitror eqdẽ me
una cũ paucis Atheniensibus ne dicã solũ ciuilẽ disciplinã reuera tractare: neq; solũ ex oĩbus qui
nunc sunt ciuilia exercere:utpote igitur qui nõ ad gratiam uerba facio:quae & frequẽtissime facio
sed ad id potius quod optimũ sit q̃ quod dulcissimũ:neq; ea ad quae quasi praeclara quedã tu nunc
monẽdo exhortaris/recipio me facturũ:nimirũ quid potissimũ in iudicio dicã non habeo.Et nũc
quidẽ recurrit mihi rursus in mentẽ quod ad Polũ dixerã.Ita enim de me iudicaretur quẽadmo-
dũ inter pueros de medico quẽ accusauerit Cocus.Considera enim qua se rõne defenderet medi
cus/dic sibi apud pueros dicta:siquis cũ his uerbis accuset. Vir iste o pueri multa uobis intulit ma
la.Nam & uos & minores etiã uestros secãdo urendoq; cõtorquet:& attenuãs suffocãsq; affligat.
praeterea amarissimos prebet potus:& ad famẽ sitimq; uos urget.Ego uero contra multa & uaria
suauiaq; uobis paro.Si haec inq̃ cocus deferat accusator:quidnã censes hoc circũuentũ malo me-
dico rñsurum.an forte uera fatebitur:dicens haec equidẽ o pueri sanitatis uestrae gratia feci.At ue
ro q̃ uehementer putas iudices eiusmodi reclamaturos esse?CAL.Vehementer fortasse putandũ
est.SO.Nõne igitur putas in maxia eũ ambiguitate inopiaq; suae defensionis tunc detineri.CAL.
Prorsus.SO.Idem mihi scio si in iudicio trahere eueniret:neq; enim uoluptates ullas a me ad eorũ
libidinẽ inuentas cõmemorare possem:quas ipsi beneficium utilitatisq; loco existimant: ego uero

nequaq̃

nequaq̃. Nec ministros quidẽ earũ probo: neq; eos ob id qbus prebentur feliciores existimo. Praeterea siqs me dicat uel corrũpere iuuentutem in ambiguitatẽ inopiãq; deducendo: uel iprobare seniores mordacibus quibusdam uerbis uel priuate uel publice: non dabitur mihi ueri dicẽdi facultas: me uidelicet iuste hæc oia dicere eorũq; ipsorũ dũtaxat utilitati cõsulere neq; aliud quicq̃ afferre facile potero. Quãobrẽ forsitan nihil est qd' aduersus me nõ decerneretur. CAL. Videtur ergo tibi o Socrates bene se habere q ĩ ciuitate talis sit: ut sibiipsi nequeat p̃sidio fore. SO. Modo hoc sit in ipso o Callicles: quod tu sæpius consensisti ut sibimet id auxilii præstare possit: quo neq; aduersus deos iniuste aliqd fecerit aut dixerit. Hoc enim auxilii genus præstare sibi sæpius iam consensimus optimũ esse. Siquis igitur me conuincat eiusmodi auxiliũ mihi uel aliis afferre non posse: procul dubio erubescerem siue inter multos/siue ĩter paucos/siue solus a solo fuerim redargutus. Itaq; si pp hanc impotentiam morerer grauiter ferrẽ. Sin autẽ ob adulatoriæ rhetorice defectũ ultimo supplicio aficerer, certo scio te inspectutũ me mortẽ pfacile perferentẽ. Nam mori qdẽ nullus formidat nisi oio rationis expers atq; ignauus. Iniuste autẽ se gerere formidat. Multis enim peccatis refertam aiam ad inferos descẽdere/extremũ oĩum est malorum. Proinde si uis id ita se habere rationẽ reddere uolo. CAL. Immo uero cũ cætera per feceris hoc ẽt perfice. SO. Audi igitur ut aiũt pulcherrimũ sermonẽ: quẽ te arbitror fabulam putaturũ. Ego uero nõ fabulã sed s̃monẽ. Nã tãq̃ uera quæ dicturus sum tibi narrabo: pfecto queadmodũ ait Homerus. Iuppiter Neptunus/& Pluto regnũ quod acceperũt a patre inter se diuiserunt. Extabat aũt lex de hoibus sub Saturno & semper & nunc ẽt extat apud deos: ut quicũq; hoies iuste pieq; uitã egissent cũ e uita migraret ad beatorum insulas profecti/in oĩ felicitate uiuerent/a malis longe seiuncti. qui uero iniuste ĩpieq; uixissent/ipunitionis iustiq; supplicii carcerẽ quod appellant tartarũ irent. Horum uero iudices sub Saturno atq; ẽt sub ipso Ioue regnare nuper incipiente uiuentes erant uiuẽtiũ: atq; eadẽ die qua mortem quis obiturus fuerat/iudicabant. Quapp iniuste iudicabatur. Igitur Pluto atq; beatarũ curatores insularũ Iouẽ adeuntes retulerunt/indignos ad eos utrinq; hoies deuenire. Ad quos sic inqt Iuppiter: at ego remediũ adhibebo. Nunc enim ppea iudicatur inique q; uestiti atq; circũdati singuli iudicantur: qm̃ ante obitum iudicantur. Itaq; multi prauas habẽtes aĩas circũdati sunt corporis forma & genere atq; diuitiis. Præterea qñ iudiciũ ĩminet cõfluit multitudo testium afferentiũ eos iuste uixisse. Quo fit ut iudices ob hæc obstupescant. Accedit q; & ipsi uestiti atq; circũdati iudicant oculos & aures & totũ corpus quasi aiæ uelamen habẽtes. Hæc enim oia illis obstacula sunt uidelicet tam sui quidã q̃ eorũ qui iudicant amictus. principio puidendũ est inquit ne hoies mortem suã presentiant: nunc enim præuident: & mandatũ est Prometheo ne eos præsentire pmittat. Deinde nudi his oibus sunt iudicandi. Sunt enim iudicandi post obitũ. Iudicẽ quoq; ipsum oportet esse nudũ/mortuũ uidelicet: & ipso dũtaxat aio: animũ ipsum inspicientẽ: statim post ĩsperatũ cuiusq; obitũ: animũ inq̃ a suis oibus desertum omnẽq; hornatũ exteriorẽ relinquentẽ in terra: ut iudiciũ iuste procedat. Ego igitur ut pote qui ante uos hæc præuiderẽ/constitui iam meos filios iudices: duos quidẽ ex Asia Minoem uidelicet: & Rhadamanthũ. Vnũ uero ex Europa Eacum. Hi ergo postq̃ mortui fuerint/iudicabunt in prato quodã ibiq; in triuio: ex quo geminæ portant uiæ: altera quidẽ ad tartarũ: altera uero ad insulas beatorũ. Et asiaticos quidẽ Rhadamanthus. Eos uero qui ab Europa uenient Eacus iudicabit. Minoi uero id munus iniungam ut ipe diiudicet siquid aliis ambiguũ fuerit: ut iustissime procedat iudiciũ recteq; fiat transmissio aiorum. Hæc sunt o Callicles quæ audiui ueraq; esse credo. atq; ex his sermonibus adductus ita mecũ reputo. Mors quidẽ est ut mihi uidetur nihil aliud q̃ rerũ duarũ aiæ. s. atq; corporis inuicẽ dissolutio. Cũ uero duo hæc disiuncta sunt inuicẽ non multũ abest quin utrũq; ipsorũ habitũ seruet eundẽ: quẽ uiuente homine possidebat: principio corpus tam naturã suã q̃ culturã passionesq; præfert. Veluti si magnum erat alicui corpus uel natura uel alimonia/uel utrisq; dũ uiuebat: mortuo ẽt hoĩe erit magnũ. Itẽ si crassum fuerat erit & crassũ cæteraq; similiter. Præterea si comandi studiosus hõ fuerat seruabit comã. Rursus siquis erat uerbero multaq; plagarũ uestigia corpori habebit ĩpressa uel a uerberibus/uel a uulneribus dũ uiueret: huius quoq; mortui corpus eadẽ retinere uidemus. Et siqua in parte fractũ erat aut distortũ eo quoq; mortuo eadẽ hæc apparent. atq; ut summatim dicã qualecũq; uiuentis erat corpus talia ipsius mortui oia uel plurima ad tẽpus apparent. Idẽ quoq; mihi uidet̃ o Callicles circa aiam: cũcta enim apparent in aia cũ corpus exuerit tãq; ex natura q̃ quæ ex affectibus inerant: quæ ob rei cuiusq; studiũ homo contraxit in aiam. Cũ igitur ad iudicẽ puenerunt asiatici qdẽ ad Rhadamanthũ Rhadamanthus eos sistens uniuscuiusq; aiam intuetur: cuius tñ aia illa fuerit non attendẽs. Sed plerũq; magni Persarũ regis aut alterius regis siue potentis obuiũ animũ cõtẽplatus nihil in eo inspici sanũ: sed periuriis atq; iniustitia quasi quibusdã uerberibus cicatricibus que infectũ qualia cuiusq; accio contraxit impressitq; animũ oiaq; obtorta mendaciis atq; uanitate nihilq; recti habentẽ q̃ sine ueritate fuerat educatus præterea ob peccandi licentiã & petulantiã mollẽq; lasciuiã & in actionibus singulis intẽperantiã: incõpositum penitus atq; turpe. Animũ igit̃

Quo pacto Socrates corrũpebat iuuenes & adolescentes.

Mortẽ timet nemo nisi rationes expers.

conteplatus sic affectu statim ignominiose extra custodiam illuc trasmittit ubi meritas subire pœnas oportet. Conuenit autē omnē qui ab aliquo recte punitur uel ipsum fieri meliorē utilitatēq; ꝑcipe re uel cæteris exēpla dare: ut alii pœnas eius conspicientes meliores ob timorē efficiantur. Qui ue ro apud deos & hoies ita dant pœnas ut utilitatē inde aliquā referant: hi sunt qui peccata sanabilia cōmiserunt: quibus dolor cruciatusq; prodest & apud hoies & apud inferos. Non.n. aliter qs pōt ab iniustitia liberari. Qui autē extrema iniustitia detinent: ac pp eiusmodi delicta sunt insanabiles ex his exēpla sumunt. Ipsiq; nullā amplius utilitatē inde reportant utpote q sanari non possint: sed ꝓsunt dūtaxat aliis p exēplū q eos intuent pp peccata maximis acerbissimisq; & terribilissimis pœ nis oi tēpore cruciatos tanq̄ exēplū monimentūq; & spectaculū apud inferos in carcere prebente iniustis oibus qui ad ea loca descendūt. Quorq; unū dico fore Archelaū si uera narrat Polus & aliū quicūq; tyrānus talis extiterit. Arbitror aūt in eorū numero qui solū exēpla tradunt plurimos esse tyrannos/reges/potentes/ciuitatū gubernatores. Quippe cū hi ob ipsam peccandi licentiā grauis sima prophanissimaq; peccata cōmittant. Attestat autē nobis Homerus qui reges & potentes īdu cit apud inferos oi tēpore cruciatos: ceu Tantalū Sisyphū & Tytiū Thersitē uero & siquis alius pri uatim fuit malus/nullus unq̄ uelut insanabilē magnis fecit penis torqueri. Quippe cū licētiam: ut arbitror non habuerit: quāobrē felicior erat illis: qbus scientia sceleris ꝑpetrandi dabat. Profecto o Callicles ex his qui potentiā licentiāq; habent sunt qui nimiū praui fuerant. Nihil tū prohibet in ter hos ēt bonos quosdā esse uiros: & certe qui talis fuerit mirifice est colendus. Nēpe arduū est o Callicles ingentiq; laude dignū ut quis in magna peccandi licentia cōstitutus iustā trāsigāt uitam: paucique tales reperiuntur. Fuere tū & hic & alibi atq; ut arbitror/erunt nōnulli præclari boniq; uiri hac uidelicet uirtute prediti/p quā ea quorū sibi concessa est auctoritas/iuste tractarent. Vnus aūt Grecoꝝ oium probatissimus Aristides Lysimachi filius extitit. Plures aūt o uir optime potētū im probi sunt. Quāobrē ut dicebā qū Rhadamanthus aliquē eiusmodi deprehendit nihil aliud circa ipm nouit neq; qs nā sit: neq; ex qb⁹ ortus. Sed utrū sit malus cūq; id cōpererit: dimittit in tartarū/ obsignās utrū sanabilis uel īsanabilis uideat. Ille uero illuc transmissus meritas subit pœnas. Inter dū uero aliū intuitus aium uel priuati/uel alicuius alterius qui pie atq; integre uixerit: quod quidē philosophis potissimū contingere arbitror: rē suā agentibus neq; multis se negociis īplicantibus/ applaudit/huic transmittit ad insulas beatoꝝ. hæc eadē Eacus efficit. Vterq; uero ipsorū uirgā te net/dū iudicat. Minos aūt cōsiderans sedet solus/aureū hns sceptrū: quēadmodū de hoc apud Ho merū inquit Vlixes: uidelicet illū uidisse sceptrū aureū tenentē/iuraq; mortuis dantē. Ego igitur o Callicles ab hmōi sermonibus flector & iam considero qua rōne iudici sanissimū animū ostendere possim. Quāobrē oēs populi spernens honores/ueritatēq; cōsiderans conabor reuera q̄ maxīe po tero bonus uiuere atq; mori. Cohortor autē & cæteros oēs q̄tum possum. Te quoq; ad hmōi uitā reuoco atq; certamē. Quod eqdē affero præ aliis certaminibus in hac uita esse homini subeundū. Quapp & te obiurgo q non poteris tibiipsi opē ferre qū de te iudicabit instabitq; sentētia quā mō dicebā. Sed cum pueneris ad iudicē Egine filiū/illeq; te apprehensum ducet: oscitabis uacillabisq; illic nō minus q̄ ego hic apud iudices uestros. Ibi forsitan percutiet te aliqs turpiter super genā: & contumelia iniuriaq; prorsus afficiet. Hæc forsitan anilis quædā fabula tibi uidet: & que dicta sunt contēnis: sed ꝓfecto nihil mirabile foret hæc spnere/si quo pacto perquirēres meliora his & uerio ra inuenire possemus. Nunc uero uides: cū tres uiri sitis oium qui nunc sunt Græcorū sapientissi mi: tu.s. & Polus: & Gorgias/non posse uos tū ostendere alia esse ratione uiuendum: q̄ ea quæ illuc quoq; conducere uideatur. Immo uero in tot sermonibus cū cæteri redarguti fuerint/solus hic re manet firmus.s. cauendū esse iniuriā facere magis q̄ pati: idq; uiro præceteris oibus meditandū/ nō ut bonus quidē uideat sed ut reuera sit bonus publice atq; priuatim. Siquis aūt malus quodam modo fuerit/esse puniendū. Idq; secundo loco bonū esse/post id quod est eē iustū uidelicet fieri ca stigatione bonū/pœnasq; iniustitiæ luere/omnē ꝑterea adulationē circa seipsum & alios/siue pau cos/siue multos fugiendā esse Rhetorica deniq; omniq; alio actiōis genere pro iustitia dūtaxat utē dū. Quas obres mihi credēs/sequere me illuc quo cū pueneris & uiuens & mortuus/beatus eris/ quēadmodū tuus quoq; sermo significat. Atq; pmitte ut aliqs te cōtēnat/ut stultū iniuriisq; si libet afficiat. Et p Iouē ne cures/si ignominiose pcutiaris. Nihil.n. graue patieris si reuera honestus bo nusq; sis uirtutēq; exerceas. Postq̄ uero sic una exercitati fuerimus: tunc si tibi operepretiū eē uide bitur/ad publica iā nos negotia conferemus/aut ad quodcūq; nobis deliberantibus tūc uidebit/ qū melius q̄ nunc deliberare poterimus. Turpe.n. est cū tales simus quales nūc eē uidemur/iacta re se uerbis quasi aliqd simus/qbus nunq̄ de rebus eisdē & quidē maximis uidentur eadē intantū ꝓ cessimus ruditatis. Hanc igit rationē: quæ nunc nobis inotuit: tāq̄ ducē sequamur: ostendentē no bis/hunc optimū esse uiuendi modū/ut iustitiā cæterasq; uirtutes per totā uitā exerceamus. Huic igitur obtēperemus/aliosq; ad hanc adhortemur. Non autē pareamus illi: qua tu cōfisus ad eandē me exhortaris. Nullius enim est Callicles precii.

¶COMMENTARIVM

COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE. CAPITVLVM PRIMVM.

Plato philosophorum Pater annos unum & octuaginta ętatis natus. Septimo nouembris die quo ortus fuerat discũbens in conuiuio remotis dapibus expirauit. Hoc autem conuiuium: quo & natalitia/& anniuersaria Platonis pariter continentur Prisci omnes platonici usq; ad Plotini/& Porphyrii tempora quot annis instaurabant. Post uero Porphyrium mille ac ducentos annos solemnes/hę dapes pręter missę fuerũt. Tandem nostris temporibus uir clarissimus/Laurentius Medices platonicum conuiuium innouaturus. Franciscum Bandinum Architriclinum constituit. Cum igitur septimũ nouembris diem colere Bandinus instituisset/regio apparatu in agro caregio nouem platonicos accepit conuiuas. Antonium Allium episcopum fesulanum. Ficinum medicũ. Christoforum Landinum poetam. Bernardum Nutium rhetorem. Thomam Bencium. Ioannem Caualcantem familiarem nostrũ: quem propter uirtutem animi/& egregiam indolem Heroem conuiuę nuncupauerũt. Marsupinos duos Christophorum Carolumq; Caroli poetę filios. Me deniq; nonum Bandinus esse uoluit: ut Marsilio Ficino superioribus addito musarum numerus impleretur. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit librum: qui cõuiuium de amore inscribitur. Legitq; omnes symposii huius orationes: quibus lectis reliquos conuiuas orauit/ut singuli singulas orationes exponerent. Assensere omnes/iactisq; sortibus. Prima illa Phędri oratio/Ioanni caualcanti obtigit exponẽda. Pausanię oratio/Antonio theologo/Erixymaci medici/Ficino medico. Poetę Aristophanis/Christophoro poetę. Agathonis adolescentis/Carolo Marsupino: Thomę Bencio data est Socratis disputatio/ Alcybiadis uero Christophoro Marsupino. Sortem huiusmodi probauere omnes. Verum episcopus ac medicus. Alter ad animorũ. Alter ad corporũ curam abire coacti/partes in dicendo suas Ioanni caualcanti reliquerunt. Caeteri ad hunc conuersi sunt/paratiq; ad audiendum. conticuere. Tum Heros ille in hunc modũ est exorsus.

Mors Platonis.

Qua regula laudandus sit amor quę sit eius dignitas & magnitudo. Cap. II

Gratissima mihi optimi conuiuę sors ista hodie obtigit: qua effectum est/ut personam Phędri Mirrimisii gererem. Phędri illius inquam: cuius familiaritatem tanti fecit Lysias Thebanus summus orator. Vt orationem lugubrationibus multis composita/cum sibi conciliare contenderit: cuius indolem Socretes usq; adeo admiratus est/ut eius splendore quandoq; iuxta Ilissum fluuium concitus altiusq; sublatus mysteria diuina cecinerit: qui antea non solum coelestum: sed inferiorum quoq; omnium se inscium pradicauerat. Cuius ingenio a Deo delectatus est Plato: ut primitias studiorum suorum Phędro dicauerit. Ad hunc epygrammata/ad hunc elegię Platonis. Ad hunc primus eius de pulchritudine liber/qui Phędrus inscribitur. Cum igit huius Phędri me similem/non ego quidem/non enim tantum mihi arrogo. Sed fortis casus primo/& uester deinde applausus iudicauerit. His felicibus auspiciis eius in primis orationem libenter interpretabor. Deinde Antonii & Ficini partes pro ingenii uiribus exequar Tria in omni re uiri optimi philosophus quisq; Platonis imitator considerat: quę antecedunt/quę comitãtur/& quę sequuntur. Hæc si bona sint/rem ipsam laudat/sin mala uituperat. Ea igitur perfecta laudatio est: quę præcedentem rei recenset originem. Præsentem formam narrar. Sequentes ostendit euentus. Ab antecedentibus res quęq; laudatur/ut nobilis/a præsentibus/ut magna/a sequentibus ut utilis. Quare ex tribus illis tria hæc in laudibus concluduntur. Nobilitas/magnitudo/atq; utilitas. Ideo Phędrus noster in primis præsentem amoris excellentiam contemplatus. Magnũ deum uocauit adiunxit. Diis hominibusq; mirandum. Nec iniuria. Nam ea proprie: quę magna sunt admiramur. Magnus illę quidem cuius imperio homines & dii/ut aiunt omnes subiiciũtur. Nam tam dii apud ueteres q̃ homines amant/quod Orpheus Hesiodusq; significant/Dicentes mortalium & imortalium mentes amore domari. Admirandus pręterea dicitur: quoniã illud quisq; amat: cuius pulchritudinem admiratur. Dii quidem siue/ut nostri dicunt angeli/diuinam pulchritudinem. Homines corporum species admirantur/& amant: atq; hæc quidem laus amoris est a præsenti excellẽtia: quę ipsum comitatur deducta. Laudat deinde ab antecedentibus Phędrus/Cum deorum omnium esse asserit antiquissimũ. In quo nobilitas amoris effulget: cum prisca eius origo narratur. Laudabit & tertio a sequentibus/ubi mirifica eius ab euentu apparebit utilitas. Sed de prisca & nobili eius origine primum. Deinde de futura utilitate tractabimus. Orpheus in Argonautica cum de rerum principiis coram Chyrone heroibusq; cantarat/Mercurii Trismegisti theologiam sequutus: chaos ante mũdum posuit/& ante Saturnũ Iouem: cęterosq;

Qualis fuerit Phędrus.

Quę pba laudatio:

Orpheus de rerum principio.

deos. Amorē in infpius chaos finu locauit/Laudauitq; his uerbis.

¶Origo amoris eft cahos. Cap. III

Ntiquiffimum/feipfo perfectam/confultiffimūq; amorem Hefiodus in theogonia: & in libro de natura. Parmenides Pythagoreus Acufileufq; pœta:cum Orpheo/& Mercurio cōfenferunt / Plato in Timęo chaos defcribit / Similiter & in eo locat amorem / Atq; idem in cōuiuio Phędrus recenfuit. Chaos platonici informē mūdū uocāt. Mundū uero formatū chaos. Tres apud eos mūdi funt/tria itidē chaos erūt. Primū oīum ē de⁹ uniuerfoꝝ auctor:qd' ipm bonū dicim⁹. Hic mētē primo creat angelicā. Deinde mūdi huius aīam / ut Plato uult. Poftremo mūdi corpus. Summū illum deum / non mūdū dicimus. Quia mundus ornamentum fignificat ex multis compofitum. Ille uero penitus fimplex effe debet. Sed mundorum omnium principium atq; finem ipfum afferimus. Mens angelica primus mundus eft a deo factus. Secundus uniuerfi corporis anima. Tertius tota hęc:quam cernimus machina. In is utiq; mundis tribus. Tria & chaos confiderantur. Principio deus mentis illius creat fubftantiam: quam etiam effentiā nominamus. Hæc in primo illo creationis fuę momento informis eft/ & obfcura. Quoniā uero a deo nata eft / ad deū fui principium ingenito quodam appetitu cōuertitur. Conuerfa in deum ipfius radio illuftratur. Radii illius fulgore ille fuus appetitus accenditur. Accenfus appetitus deo totus inhęret. Inhęrēdo formatur. Nam deus:qui poteft omnia in mente fibi inhęrente creandarum rerū naturas effingit. In ea igitur fpiritali quodāmodo pinguntur ut ita loquar omnia: quę in corporibus iftis fentimus. Illic cœlorum elementorumq; globi/fydera/uaporum naturę/lapidum/metallorum/plantarum/ animalium formę gignuntur. Huiufmodi rerum omniū fpecies dei fomento quodam in fuperna illa mente conceptas/ Ideas effe non dubitamus:& formam illam ideam quę cœlorum fępe deum cœlum uocamus. Formā planetę primi Saturnum deum. Secundi Iouem / atq; infequentibus planetis eodem pacto. Ignis quoq; huius ideam illam/ Vulcanum deum / Aeris Iouem atq; Iunonem. Aquę Neptunnum. Terrę Plutonem. Quare dii omnes certis inferioris mundi partibus affignati. Ideę illarum partium funt in fuperna illa mente collectę. Sed eam idearum conceptionem a formam te deo perfectam pręceffit illa mētis ad deum appropinquatio. Hanc pręceffit appetitus incendium / hoc infufio radii/ hanc prima illa appetitus conuerfio/ hanc informis mentis effentia. Porro effentiam iftam nondum formatā chaos effe uolumus. Primā ipfius in deum conuerfionem amoris ortum/radii infufionē / amoris pabulum/ incendium fequens/ amoris dicimus incrementum. Appropinquationem amoris impetum. Formationē amoris perfectionem. Formatum omniū/idearumq; complexionē mundum latine:gręce hornamentum uocamus: huius hornamenti gratia pulchritudo eft. Ad quam amor ille ftatim natus traxit mētem/atq; perduxit mentem ante deformē / ad mentem eandem deinde formofam. Ideo amoris conditio eft: ut ad pulchritudinem rapiat ac deformē formofo cōiungat. Quis igitur dubitabit/ quin amor ftatim chaos fequatur / pręcedatq; mundum: & deos omnes / qui mundi partibus diftributi funt. Cū mentis ille appetitus ante fui formationem fit/ & in mente formata dii mundufq; nafcantur. Merito igitur antiquiffimū hunc Orpheus nominauit. Pręterea feipfo perfectum quafi dicat feipfum perficientem. Quoniā primus ille mentis inftinctus fuapte natura a deo perfectionem fuam haurire uidetur / atq; eam menti:quę inde formatur & diis : qui inde gignuntur pręberę. Confultiffimum. Infuper nominauit nec iniuria. Nam omnis fapientia:Cuius proprium eft confilium ideo menti data eft:quia amore in deum / cōuerfa ipfius fulgore refulxit. Eodemq; modo mens ad deū quo ad lumen folis dirigitur oculus. Hic enim afpicit primo / uidet deinde folis lumen. Tertio in folis lumine rerum colores figurafq; comprehēdit. Quare oculus obfcurus primo / & chaos inftar informis lumen amat dum afpicit / irradiatur afpiciendo / radium accipiendo rerum colorib⁹ figurifq; formatur. Quēadmodum uero in deum mens illa ftatim natā & in formis amore conuertitur / & formatur. Sic in mundi anima in mentem/ deumq; illinc genita fe reflectit. Et cum primo in formis fit/ & chaos/amore in mentem/directa acceptis ab ea formis fit mūdus: non aliter & mūdi huius materia cum principio fine formarum hornamento informe chaos iaceret. Illico amore fibi ingenito/ in animā fe direxit / feq; illi obedientem prebuit/ atq; hoc amore cōciliante ab anima formarū omniū quę in mundo uidentur nacta hornamentū/mundus ex chaos effecta eft. Tres igitur mundi/tria & chaos. In omnibus deniq; amor chaos comitatur/ pręcedit mundum torpentia fufcitat/obfcura illuminat/ uiuificat mortuos format informia/pficit impfecta. Quibus laudibus nullę ferme maiores/aut dici/aut excogitari poffunt.

¶De utilitate amoris, Cap. IIII

Ed de origine eius/& nobilitate hactenus. De utilitate iam arbitror differendum. Singula quidem amoris beneficia generi humano collata referre fuperuacuum ē. Pręfertim cum fummatim comprehendi omnia poffint. Omnia enim in eo confiftunt / ut uitatis malis bona fequamur

quamur. Mala hominis & turpia eadem sunt. Bona itidem eadē atq; honesta. Profecto nihil aliud leges & doctrinę omnes contendunt/quam ita homines instituere/ut declinent a turpibus/agant honesta. Hoc autem ipsum: quod innumerabiles pene leges & artes/uix tandem longo tēpore asse/quuntur. Amor ipse unus breui tempore perficit. Nam a turpibus pudor absterret. Ad honesta excellendi studium prouocat. Duo hæc nihil aliud facilius/ac citius q̄ amor hominibus exhibet. Cum amorem dicimus/pulchritudinis desideriū intelligite. Hęc enim apud omnes philosophos amoris definitio est. Pulchritudo uero gratia quædam est quę utplurimum in concinnitate pluriū maxime nascitur. Ea triplex est: siquidem ex plurium uirtutum concinnitate in animis gratia est. Ex plurium colorū linearumq; concordia in corporibus gratia nascitur. Gratia item in sonis maxima ex uocum plurium consonantia. Triplex igitur pulchritudo/animorum/corporum/atq; uocum/Animorum mēte cognoscitur/Corporum oculis/Vocum auribus solis percipitur. Cum ergo mens/uisus auditus sint: quibus solis frui pulchritudine possumus. Amor uero sit fruēdę pulchritudinis desiderium. Amor semper/Mente/Oculis/Auribus/est cōtentus. Quid olfactu? Quid gustu? Quid tactu opus est? Odores/Sapores/Calorem/Frigus/Mollitiem/& Duritiem.horumq; similia sensus isti percipiunt. Istorum nullum humana pulchritudo est cum formę simplices sint. humani autem corporis pulchritudo membrorum requirat diuersorum concordiam. Amor tāq̄ eius finem fruitionem respicit pulchritudinis/ista ad mētem/uisum auditū pertinet solum. Amor ergo in tribus iis terminatur. Appetitio uero/quę reliquos sequitur sensus non amor: sed libido rabiesq; uocatur. Pręterea si amor erga hominem pulchritudinem ipsam desiderat. Humani autem corporis pulchritudo in quadam concinnitate consistit/Concīnitas temperantia est/sola quę temperata/modesta/decora sunt exigit amor. Voluptates itaq; gustus & tactus/quę usq; adeo uehemētes/furiosęq; sunt/ut mentem e suo statu dimoueant/hominemq; perturbent. Amor non mō non cupit: sed abhominatur & fugit/utpote quę propter intemperantiam pulchritudini sunt contrarię. Rabies uenerea ad intemperantiam trahit ideoq; ad inconcinnitatem: quare ad deformitatem similiter uidetur allicere. Amor autem ad pulchritudinem. Deformitas & pulchritudo contraria sunt/Motus igitur huiusmodi: qui ad ea rapiunt inter se uidentur esse cōtrarii. Quapropter libido/coitus/& amor/non modo non idem motus: sed & contrarii esse monstrantur. Testantur hoc & theologi ueteres: qui amoris nomen deo tribuerūt. Quod etiam posteriores theologi summopere confirmarunt. Nullum uero deo congruum nomen cum rebus turpibus est commune. Ideo sane mentis quisq; cauere debet/ne amorem/diuinum nomen ad insanas perturbationes temere trāsferat. Erubescat Dicearchus/& siquis alius Platonicam maiestatem/quod amori nimiū indulserit carpere non ueretur. Nam decoris/honestis/diuinis affectibus/nec nimium/nec satis unq̄ possumus indulgere. Hinc efficitur/ut omnis amor honestus sit/& omnis amator iustus. Pulcher enim est omnis atq; decorus: & decorum proprie diligit. Turbulentus autem ardor/quo ad lasciuiam rapimur/cum ad deformitatem trahat amori contrarius iudicatur. Vt igitur ad amoris utilitatem aliquando redeamus. Pudor qui a turpibus nos absterret/& studium quod ardentes efficit ad honesta ab amore facile/citoq; proficiscuntur. Primo quoniam amor: qui pulchra petit/decora semper appetit/atq; magnificat: & qui odit deformia/necessario turpia: obscenaq; fugit. Deinde si duo aliqui se mutuo diligunt alterutrum se obseruant & placere sibiinuicem cupiūt/prout alter ab altero obseruatur/utpote qui teste nunq̄ careant/a turpibus abstinent/prout sibiinuicē placere conantur. Magnifica semper ardenti studio aggrediuntur/ne contemptui amato sint. Sed amoris uicissitudine digni putentur. Sed hanc rationem copiosissime explicat Phędrus ubi exempla ponit amorum tria. Vnum amoris fœminę ad masculum: ubi de Alceste Admeti uxore loquitur/quæ pro marito mori noluit. Alterum amoris masculi ad fœminam/ut Orphei ad Euridicen. Tertium amoris masculi ad masculum/ut Patrocli ad Achillem: ubi ostendit nihil fortiores homines reddere: q̄ amorem. Allegoriam uero/uel Alcestis/uel Orphei in pręsentia perscrutari non est consilium. Vehementius enim ista uim amoris & imperium exprimunt: si tanq̄ historia gesta narrentur/quam si per allegoriam dicta putentur. Ergo amorem esse Deum magnum/atq; mirandum nobilem prætérea & maxime utilem/sine controuersia fateamur/atq; ita amori indulgeamus/ut fine suo: qui pulchritudo ipsa esto tenti simus at non ea parte fruimur/qua cognoscim⁹: cognoscimus/Mente/Visuq;/& Auditu. His itaq; fruimur/cæteris sensibus non pulchritudine: quam desiderat amor. Sed quouis alio potius: quo corpus indiget utimur. Igitur his tribus uenabimur pulchritudinem: & per eam quę in uocibus corporibusq; elucet/tanq̄ per uestigia quędā animi decorem inuestigabimus. Illam laudabimus quidem/istum probabimus ac semper id obseruare conabimur: ut tantus amor sit/quanta fuerit pulchritudo/& ubi corpus quidem pulchrum animus minime/tanquam umbratilem & fluxam imaginem pulchritudinis uix & leuiter diligamus. Vbi solus animus pulcher stabilē hunc decorē animi ardenter amemus. Si uero utraq; pulchritudo concurrit uehementius admiremur atq; ita ex platonica familia reuera nos esse te/

In qbus libido nō amor.

Vtilitas amoris.

ftabimur/ea quippe nihil nouit nisi festum lętum cœleste supernum. Sed hęc iam de Phedri oratione/sufficiant ad Pausaniam ueniamus. Secũda oratio.

¶Deus bonitas/pulchritudo/iustitia/principiũ/mediũ/ finis. Cap. I

t Rinitatem pythagorici philosophi rerum omnium mensuram esse uoluerunt/ ob eam arbitror rationem quod Deus ternario numero res gubernat/ atq; etiã res ipsę ternario numero terminantur. Hinc Maronis illud numero Deus impare gaudet. Nempe summus ille auctor. Primo singula creat. Secundo rapit. Tertio pficit. Singula quoq; in primis ab illo perenni fonte effluunt/ dum nascuntur / deinde in eundem refluunt/ dum suam illam originē repetunt. postremo perficiuntur: postquã in suum principium redierunt. Hoc uaticinatus Orpheus. Iouem principiũ medium & finem/ uniuersi uocauit. Principium ut producit. Medium ut producta retrahit ad seipsum. Finem prout redeuntia perficit. Hinc regem illum uniuersorũ/ Bonum / Pulchrũ/ Iustum: quod sæpe apud Platonem dicitur/ possumus nuncupare. Bonum inquã ubi creat/ubi allicit pulchrum: ubi pro cuiusq; merito perficit iustum. Pulchritudo igitur: cuius allicere ppriũ est/ inter bonitatē iustitiamq; locat/a bonitate quidē effluit/profluit ad iustitiam.

¶Quo pacto diuina pulchritudo amorē parit. Cap. II

d Iuina uero hæc species in omnibus amorem hoc est sui desiderium procreauit. Quoniam si Deus ad se rapit mundum mundus quę rapitur. Vnus quidem continuus attractus est a Deo incipiens. Transiens in mundum in Deum deniq; desinens: qui quasi circulo quodã in idem: unde manauit iterum remeat. Circulus itaq; unus & idem a Deo in mundum a mundo in Deum tribus nominibus nuncupatur. Prout in Deo incipit & allicit pulchritudo/ Prout in mundum transiens ipsum rapit amor/ Prout in auctorem remeans ipsi suum opus cõiungit uoluptas. Amor igitur in uoluptatem a pulchritudine desinit. Id sibi uoluit Hierothei & Dionysiii Ariopagitę hymnus ille pręclarus ubi sic hi theologi cecinerunt. Amor circulus est bonus a bono in bonum perpetuo reuolutus. Necessario enim bonus ē amor cum a bono natus reuertatur in bonũ. Idem enim Deus est: cuius speciem desiderant omnia: in eius possessione omnia requiescunt. Inde igitur desiderium nostrum accenditur / ibi amantiũ ardor quiescit nec extinquitur: sed impletur. Nec iniuria soli Deum cõparat Dionysius: quia quēadmodum sol illuminat corpus & calefacit. Ita Deus animis ueritatis claritatem prebet/ & charitatis ardorem. Hanc utiq; comparationē ex Platonis libro de republica sexto hoc: quo dicam modo colligimus. Sol profecto corpora uisibilia/ & oculos uidentes procreat oculis ut uideant lucidum infundit spiritum. Corpora ut uideantur coloribus pingit/ neq; tamen proprius oculis radius/propriiue corporibus colores ad uisionem perficiendam sufficiunt/nisi lumen ipsum unum supra multa a quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt/adueniat/illustret/excitet/atq; roboret. Eodem modo primus ille actus omnium/qui Deus dicitur/speciem/actumq; rebus singulis producendo largitus est: qui sane actus cũ in re creata & in subiecto patiente susceptus fuerit debilis est/ & ad operis executionem impotens. Sed diuini solis perpetua & inuisibilis lux una semper omnibus adstat/fouet/uiuificat/excitat/complet/& roborat. De quo diuine Orpheus/cuncta fouens/atq; ipse ferēs super omnia sese. Vt ē actus omniũ roboratq; bonum dicitur. Vt uiuificat/lenit/mulcet/& excitat/pulchrum. Vt ĩ obiectis quę nascenda sunt tres illas cognoscentes animę uires / Mentē / Visum/Auditum allicit / Pulchritudo. Vt in cognoscente potentia eam applicat cognito/ueritas deniq; ut bonum/ procreat/regit/& cõplet: Vt pulchrũ illuminat/gratiãq; infundit.

¶Pulchritudo est splendor diuinę bonitatis/& Deus ē centrũ quattuor circulo℞. Cap. III

n Neq; ab re theologi ueteres/Bonitatem in centro/Pulchritudinē in circulo posuerũt. Bonitatē inquã in centro uno. In circulis autem quattuor / Pulchritudinem/Centrum unum omnium Deus est. Circuli quattuor circa id assidue reuoluti/Mens/Anima/Natura/ Materia. Mens stabilis circulus. Anima p se mobilis. Natura mobilis in alio nõ ab alio / Materia ab alio & in alio mobilis: Ceterum cur Deum quidem centrum / Quattuor illa cur circulus appellemus exponam/ Centrum circuli punctum est. Vnum indiuisibile/stabile. Inde linea multę diuinę/mobiles ad earum similem circonferentiam deducuntur: quę sane circũferentia diuisibilis circa centrum quasi cardinem uoluitur: atq; ea est centri natura / ut licet unum indiuiduum / ĩmobile sit / in multis tamen/immo in omnibus lineis diuiduis & mobilibus / ubiq; reperiatur. Vbiq; enim est in linea punctum: quoniam uero a dissimili suo attingi nihil potest/linę a circunferentia ad centrum usq; deductę / medium huiusmodi punctum singulę sui quodam puncto uno simplici & immobili coguntur attingere. Quis negat Deum centrum omniũ merito nominari. Cum omnibus insit unus penitus simplex atq; ĩmobilis. Cuncta uero ab ipso producta/multa composita & mobilia sit/ atq; ut ab ea manant ita in eum instar linearũ & circũferentię refluant. Ita/mens/anima/ natura/materia pcedentes a Deo in eundem redire nituntur. Seq; undiq; pro uiribus in illum circunferunt. Atq; ut centrum punctũ/ubiq; in lineis & in toto circulo reperit / perq; punctũ suum singulę linea

medium

medium circuli tangunt punctum. Ita deus omnium centrum/qui unitas simplicissima est/actusq; purissimus/sese inserit uniuersis/nõ ob id solum/quia cunctis est prẽsens/uerum etiam quia omnibus a se creatis partem aliquam/uel potentiã intimam simplicissimã: prestantissimam indidit: quę rerum unitas nominatur: a qua & ad quam tanq̃ a centro & ad centrum suum rei cuiusq; partes & potentię reliquę pendent/ad hoc plane suũ centrũ/ad hanc ꝓpriã unitatẽ se colligant creata/ prius oportet/q̃ suo hereant creatori. Vt per proprium centrum/quod iam sępe repetimus centro omnium hęreant. In apicem suum caputq; mens angeli/ante consurgit / q̃ ascendat in deum. Anima quoq; & reliqua eodem pacto. Atq; illorum inuisibilium circulorum/ Mentis .s. animę/ naturę/uisibilis mundi circulus est imago. Corpora enim/animarũ mentiumq; umbrę/& uestigia sunt. Vmbra uero & uestigium figura eius: cuius umbra est & uestigium refert. Quapropter quattuor illa nõ iniuria circuli quattuor appellantur. Sed mens ĩmobilis orbis: propterea quod tam operatio eius q̃ substantia semper eadem permanet & similiter operatur/intelligit semper eodem modo/uultq; similiter. Mobilis autẽ quandoq; mens ex eo solum dici potest quod quẽadmodum cætera omnia a deo procedens in eundem se uertit. Anima/mundi & alia quęuis / circulus mobilis. Hęc enim sua natura discurrendo cognoscit & temporũ curriculis opera est. Discursio aũt ab alio in aliud/& operatio temporalis/motus procul dubio nominatur. Si qua uero in animę cognitione stabilitas ẽ/mẽtis constat potius q̃ animę beneficio. Natura etiã mobilis ẽ circuitus. Cum animã dicimus priscorum more theologorum uim in ratione & sensu positam intelligimus: cum naturã / ui animę ingenerando locatã. Si illam in nobis hominẽ proprie uocauerunt. Istam hominis idolum & simulachrũ. Hęc sane generandi facultas ideo mobilis dicitur: quia temporis spatiis suum opus exequitur. Verum in hoc ab illa animę proprietate discrepat: quod anima per se & in se mouetur. Per se inquam quia principiũ motus extitit. In se etiã/quia in ipsa animę substantia rationis & sensus remanet operatio. Ex iis opus nullum necessario resultat in corpore. Generandi uero uis illa / quã uocamus naturam/per se quidẽ mouetur. Cum animę per se motę uis quędam sit/ moueri autẽ in alio dicitur: quia in mole corporis omnis eius oꝑatio terminatur. Corpus enim nutrit augetq; & generat. Materia uero & corporis moles orbis est ab alio/& in alio mobilis. Ab alio quidem / quoniã ab aĩa necessario agitatur. In alio autẽ: quia in loci spatio motus corporis agitatur. Iam igit: quã ob causam bonitatẽ in centro/in circulo pulchritudinẽ/theologi collocent/aperte intelligere possumus. Bonitas siquidem rerum omniũ unus ipse est deus/per quẽ cuncta sunt bona. Pulchritudo autẽ dei radius/quattuor illis insitus circulis circa deum quodãmodo reuolutis: huiusmodi radius oẽs rerũ omniũ species in quattuor illis effingit: species illas in mẽte ideas/in anima ratiões/in natura semina/in materia formas appellare solemus. Iccirco quattuor in circulis/quattuor splẽdores esse uidẽtur. Idearũ splendor in primo. Rationũ in secũdo. In tertio seminũ. Formarum in ultimo.

¶ Quomodo Plato de rebus diuinis exponatur. Cap. IIII.

Hoc misterium in epistola ad Dionysium regẽ Plato significauit. Cum deum affirmauit/pulchrorum omniũ causam: quasi totius pulchritudinis principiũ/& originẽ. Circa omniũ inq̃t regẽ cuncta sunt/ipsius gratia omnia. Ipse causa est pulchrorum omniũ. Secunda circa secũdum. Tertia circa tertiũ. Humanus autẽ animus affectat qualia illa sint intelligere: aspiciens in eã quę sibi congnata sunt: quorũ nihil sufficienter se habet. Circa uero ipsum regem & ea quę dixi nihil est tale/quod autẽ post hoc/est animus dicit. Circa regem: nõ intra regem. Sed ẽxtra significat. In Deo enim nulla est compositio: quid uero dictio illa circa significat exponit Plato/Cũ addit eius gratia omnia/ ipse causa est pulchrorum omniũ/quasi dicat/ ideo circa regem omnia sunt/ quia ad illum tanq̃ ad finem pro natura sua omnia reuoluuntur/ quẽadmodum ab illo tanq̃ principio producta sunt omnia. Pulchrorũ omniũ .i. totius pulchritudinis: quæ supradictis in circulis emicat. Formę enim corporum per semina: hęc per rationes/hę per ideas reducuntur in deum / & iisdem a deo gradibus producuntur/ proprie uero cum dicit. Cuncta/ ideas intelligit: nam in his reliqua includuntur. Secunda circa secundum. Tertia circa tertium. Tres mundi principes posuit. Coroaster trium ordinum dominos. Oromasi mitrin arimanin. Hos Plato/deum/mentẽ/animã nuncupat. Tres autẽ ordines in diuinis posuit speciebus / ideas/ rationes/& semina. Prima igitur .i. idee circa primũ .i. circa deum/quoniã a deo menti tributę sunt/& in eundem mentem cui sunt datę reducunt. Secunda circa secundum .i. rationes circa mentem: quandoquidem per mentẽ in animã transeunt/& in mentẽ animã dirigunt. Tertia circa tertium .i. semina rerum circa animã. nam per animã transeunt in naturã/in illam .s. generandi potentiã/rursusq; naturã animę copulant. Eodem ordine a natura in materiã formę descendunt. Sed eas Plato in ordine posito nõ cõnumerat / quia de diuinis a Dionysio interrogatus tres ordines ad incorporales species pertinentes tanq̃ diuinos induxit. Formas autem corporum prętermisit. Noluit autẽ deum regem primũ uocare: sed omnium regem/ne si primum diceret/eum una cum sequentibus ducibus in aliqua numeri specie / conditionisq; paritate collocare forsitan uideretur / neq; dixit prima circa illum. Sed cuncta

Vnitas simplicissima.

ne crederemus eum ordinis alicuius potiuſq̃ cunctorum gubernatorē. Human⁹ animus affectat qualia illa ſint intelligere. Scite poſt illos tres diuinę pulchritudinis ſplendores tribus in circulis emicantes amorem animi ad illos adiecit. Illinc enim animi ardor accenditur. Quippe par eſt ut diuinus diuina deſideret. Aſpiciens in ea: quę ſibi cognata ſunt. Quoniam humana cognitio a ſenſibus oritur per ea quæ in corporibus præſtantiora uidemus diuina iudicare ſæpenumero conſueuimus: per corporalium rerum uires dei potentiam/per ordinem/ſapientiam per utilitatem/dei bonitatem inueſtigamus. Vocat autem formas corporum animę cognatas/quaſi proxime natas. Sequenti enim gradu poſt animā formę corporum diſponuntur. Quorum nihil ſufficiēter ſe habet. Formę huiuſmodi neq; ſufficienter ſunt/neq; ſufficienter nobis diuina oſtendunt: uerę namq; res/ideę/rationes/& ſemina ſunt. Corporum uero formę umbrę rerum potius q̃ uerę res eſſe uidentur. Quēadmodum uero corporis umbra exactam atq; diſtinctam corporis figuram non indicat. Ita corpora diuinorum naturam propriam non demonſtrant. Circa ipſum regem & ea quę dixi nihil eſt tale. Quo enim pacto mortalia imortalibus/& falſa ueris ſimilia ſint. Quod autē poſt hoc eſt animus dicit: ideſt animus dum diuina per mortalia iudicat/falſo de diuinis loquitur/neq; diuina pronunciat ſed mortalia.

¶ Pulchritudo diuina/per omnia ſplendet/& amatur in omnibus. Cap. V

c Æterum ut paucis multa comprehendamus bonum quidem ipſa ſupereminēs dei exiſtētia dicitur. Pulchritudo actus quidam ſiue radius inde per omnia penetrās. Primo in angelicam mentē. Secundo in animā totius & reliquos animos. Tertio in naturam. Quarto in materiā corporum. Mentem idearum ordine decorat animā rationum ſerie complet/naturam fulcit ſeminibus. Materiam formis exornat. Quēadmodum uero ſolis radius unus corpora quattuor. Ignē/aerem/aquam/terramq; illuſtrat. Sic unus dei radius mētē/animā/naturam/materiāq; illuminat. Atq; in his quattuor elemētis quicunq; lumen inſpicit/ſolis ipſius aſpicit radium: perq; ipſum ad ſupernam ſolis lucem intuendam cōuertitur. Ita quiſquis decorem in quattuor iſtis/mēte/anima/natura/corpore contemplatur/amatq;/de fulgorem in his/perq; fulgorem huiuſmodi Deum ipſum intuetur & amat.

¶ Paſsiones amantium. Cap. VI

h Inc efficitur ut corporis nullius aſpectu uel tactu amatoris impetus extinguatur. Nō enim corpus hoc aut illud deſiderat. Sed superni luminis ſplendorem per corpora refulgētem/admiratur/affectat & ſtupet. Quapp quid cupiant/aut quęrant amantes ignorant. Deum namq; ipſum ignorant cuius ſapor occultus odorem quēdam ſui dulciſſimū operibus ſuis inſeruit. Quo quidem odore quotidie excitamur/odorem quidem ſentimus. Saporem proculdubio ignoramus. Cum igitur odore manifeſto illecti ſaporem latentē deſideremus/merito quid cupiamus/patiamurq; neſcimus. Hinc etiam ſemper accidit/ut amātes amati aſpectū timeant quodāmodo atq; uenerentur. Quod etiam fortes/dicam equidem & ſi uereor/ne quis ueſtrum hęc audiēs erubeſcat/& ſapiētes inquā uiri: coram inferiore quouis amato pati conſueuerunt. Nempe nō humanum eſt quod eos terret: quod frangit/quod occupat. Humana enim uis in fortioribus/ſapiētioribuſq; ſemper eſt excellētior. Sed diuinitatis fulgor ille in formoſis emicans quaſi dei ſimulachrum amātes obſtupeſcere/cōtremiſcere/& uenerari compellit/eadem ratione propter amati pręſentiā amator diuitias & honores contēnit & pro nihilo habet. Par enim eſt/ut diuina humanis anteponantur. Illud quoq; euenire ſæpenumero ſolet/ut ſe in amati perſonā quiſq; transferre cupiat. Nec īmerito/Deus namq; pro homine fieri cupit/atq; conatur. Quis autē pro Deo hominē nō cōmutet. Fit etiam ut amore illaqueati uiciſſim ſuſpirent & gaudeant. Suſpirant quod ſeipſos amictunt/quod perdunt/quod perimunt. Gaudent quod in melius quoddam ſe tranſferunt. Calent quoq; uiciſſim & frigent inſtar eorum/quos tertiana febris inuadit. merito frigent: quia calore proprio deſeruntur/necnon & calent cum ſuperni radii fulgoribus accendantur. Frigiditatem timiditas. Caliditatē audacia ſequitur. Ideo timidi quoq; uiciſſim & audaces apparent. Hebetiſſimi pręterea quiq; acutiores amando redduntur. Quis enim cœleſti radio aſpirāte/nō acutiſſime uideat? Verum de amore ipſo & pulchritudine eiuſq; origine amantiū affectibus iſta ſufficiant.

¶ De duobus amoris generibus/ac de duplici Venere. Cap. VII

d Einceps de duobus amorum generibus breuiter diſputandū. Cupidinē Veneris comitē eſſe apud Platonē Pauſanias aſſerit. Totidemq; eſſe Cupidines: quot ſint & Veneres neceſſariū arbitratur. Veneres autē duas cōmemorat: quas itidem gemini cupidines comitent. Venerem alterā quidem cœleſtem ponit. Alterā uero uulgarē. Cœleſtem illam cœlo ſine matre natam. Vulgarem ex Ioue & Dione genitam. Cœlum Platonici ſummū deū ideo uocant/quia ſicut cœli iſtud ſublime corpus oīa corpora regit & continet/ſic ſummus ille deus oīs ſpiritus ſupereminet. Mentem uero plurimis nominibus nūcupāt. Saturnū enim modo/modo Iouē/mō Venerē uocāt. Eſt nāq; mens illa uiuit/intelligit. Eſſentiā ſuam Saturnū. Vitam Iouem. Intelligentiam Venerem

appellare

appellare consueuerunt. Animā prçterea mundi/ Saturnum similiter & Iouem uocamus & Venerem. Prout superna intelligit/ Saturnū. Prout coelestia mouet Iouem. Vt inferiora generat Venerem. Venus prima/quç in mēte est coelo nata sine matre dicitur/qm̄ mater apud physicos materia est. Mens aūt illa a materiç corporalis cōsortio est aliena. Secunda/Venus quç in mundi anima ponitur ex Ioue & Dione genita. Ex Ioue.i.ex ea uirtute ipsius animç/quç coelestia mouet. Ea siqdem istam creauit potentiam/quç inferiora hçc generat. Matrem quoq; illi ideo tribuunt: quia materiç mundi infusa cum materia cōmertium habere putatur. Deniq; ut summatim dicam duplex ē Venus. Vna sane est intelligentia illa quā in mente angelica posuimus. Altera uis generandi animç mundi tributa. Vtraq; sui similem comitē habet amorem. Illa enim amore ingenito ad intelligendam dei pulchritudinē rapitur. Hçc item amore suo ad eandem pulchritudinē in corporibus pcreandam illa diuinitatis fulgorē in se primū complectitur. Deinde hunc in Venerem secundā traducit. Hçc fulgoris illius scintillas in materiā mundi transfundit. Scintillarum huiusmodi prçsentia singula mūdi corpora pro captu/naturç speciosa uident. Horum speciē corpoꝝ humanus animus per oculos pcipit. Qui rursus uires geminas possidet. Quippe intelligendi uim habet. Habet & generādi potentiā. Hç gemine uires duç in nobis sunt Veneres/ quas & gemini comitant amores. Cum primū humani corporis species oculis nostris offert/mens nostra quç prima ī nobis Venus est/eam tanq̄ diuini decoris imaginē ueneratur & diligit. Perq; hanc ad illum sçpenumero incitat. Vis aūt generādi:secūda Venus formā generare/huic similem concupiscit. Vtrobiq; igitur amor est. Ibi cōtemplandç. Hic generādç/pulchritudinis desiderium. Amor uterq; honestus atq; probādus. Vterq; enim diuinam imaginē sequitur. Quid igit in amore Pausanias improbat? Dicam equidem. Siquis generatiōis. Auidior cōtemplationē deserat/aut generationē prçter modū/ cū foeminis/uel cōtra naturç ordinē cum masculis psequat/aut formā corporis pulchritudini animi pferat. Is utiq; dignitate amoris abutit/hūc amoris ab usum uituperat Pausanias. Quo quis recte utit corporis quidem formā laudat. Sed per illam/excellentiorē animi mentisq; & dei spēm cogitat eāq; uehemētius admirat/& amat. Generatōis aūt & cōgressus offō eatenus utit/quatenus naturalis ordo legesq; ciuiles & prudētibus statutç pscribunt. De his diffusius Pausanias.

¶ Exhortatio ad amorem: De amore simplici ac de mutuo. Cap. VIII.

VOs aūt o amici hortor & obsecro ut amorē rem pfecto diuinam totis uiribus cōplectamini/neq; uos illud deterreat qd de amāte quodam Platonē dixisse ferunt. Ille inquit amator animus est pprio in corpore mortuus. In alieno corpore uiuens: neq; nos etiam turbet qd de amara miseraq; amantium sorte cecinit Orpheus. Hçc enim quomodo accipienda sunt/ & qua uia his succurrendum / quçso deinde si placet diligenter attendite. Amorem Plato rem amaram uocat nec iniuria/ quia moritur quisquis amat. Hunc & Orpheus.i.dulce amarum noiat. Quippe cum amor mors uoluntaria sit. Vt mors est/amara res est. Vt uoluntaria dulcis. Moritur aūt quisquis amat. Eius enim cogitatio: sui oblita semper in amato se uersat. Si de se non cogitat. In se certe non cogitat. Ideo nec in seipso sic affectus animus operatur/ Cum prçcipua operatio animi ipsa cogitatio sit. Qui non in se operatur/ nec in seipso est. Equa enim inter sese hçc duo esse & operatio sunt/nec esse sine operatione est/ nec operatio esse ipsum excedit/ nec operatur quisq̄ ubi nō est: & ubicunq; est operatur. Non ergo in se amantis est animus: quia in seipso non agit. Si in seipso nō est/ nec uiuit etiam in seipso/ qui non uiuit mortuus est. Quare in se mortuus ē quicūq; amat. Num uiuit saltē in alio? Profecto amoris illç duç sunt species/amor unus simplex/ mutuus alter. Simplex amor ubi amatus non amat amantem. Ibi omnino mortuus est amator: nam nec uiuit in se ut satis iam demonstrauimus nec in amato etiam cum ab eo reiiciatur. Vbi ergo uiuit nunquid in aere uel aqua/uel igne/uel terra/aut aliquo bruti corpore? nequaq̄. Animus enim humanus / nō in alio uiuit corpore q̄ humano. An forte in alio quodam corpore hominis non amati uitam ducet? Nec istud quidem. Nam si in eo non uiuit ubi uiuere uehemētissime concupiscit quonam pacto uiuet? in alio nusq̄ ergo uiuit qui amat alium ab alio nō amatus. Propterea omnino mortuus est nō amatus amator. Nec reuiuiscet unq̄ nisi indignatio suscitet. Vbi uero amatus in amore respōdet in eo saltem uitam agit amator. Hic certe mira res fit/ quotiens duo aliqui mutua se beneuolentia complectuntur/hic in illo ille in hoc uiuit. Vicissim huiusmodi homines se cōmutant/& seipsum uterq; utriq; tribuit ut accipiāt alterum. Quomodo seipsos tribuant dum sui obliuiscuntur uideo. At quomodo accipiant. alterum non intelligo: nam qui seipsum non habet/multo minus alium possidebit. Immo uero habet seipsum uterque & habet alterum. Hic quidem se habet sed in illo. Ille quoq; se possidet. Sed in hoc. Equidem dum te amo me amantem in te de me cogitante me reperio / & me a meipso negligentia mea perditum in te conseruante recupero. Idem in me tu facis. Mirum rursus & hoc apparet. Nam ego postquam meipsum amisi / si per te me redimo / per te me habeo / si per te habeo / te prius ac magis habeo q̄ meipsum / tibi propinquior: q̄ mihi sum. Quippe cum mihi non aliter quam parte medium inhçrescam. In hoc utiq; uis cupidinis a Mar

tis discrepat uiolentia. Nempe imperiũ sic/amorq; differunt. Imperator per se alios possidet/ama
tor per alium se cõplectiť: & uterq; amãtium longior a seipso fit ꝓpinquior alteri/ ac in se mortuus
in alio reuiuiscit. Vna uero dũtaxat in amore mutuo mors est. Reuiuiscẽtia duplex. Moriť enim q
amat in seipso semel cũ se negligit. Reuiuiscit in amato statim cum amatus cũ ardenti cogitatione
cõplectiť. Reuiuiscit iterũ/cum in amato se deniq; recognoscit/& amatũ se esse nõ dubitat. O felicẽ
mortem quã duę uitę sequũtur. O mirũ cõmertiũ: quo qs seipsum tradit pro alio alium habet/ nec
habere se desinit. O inextimabile lucrum/qñ duo ita unum fiunt/ ut quisq; duoꝝ pro uno solo duo
fiat: & tanq̃ geminat⁹ qui unam habuerat uitã una interueniẽte morte duas iam habeat. Nam qui
semel mortu⁹ bis reuiuiscit/pro una uita/geminã/pro se uno/se duos est cõsequutus. Iustissima cer
te est in mutuo amore uindicta. Homicida morte plectendus. Quis eum homicidã esse neget qui
amať/cum aĩam ab amãte seiungat. Quis iterũ mori similiter eundem neget. Cum similiter amet
amantẽ/ Debita nimiũ hęc restitutio est: qñ hic illi/& ille huic reddit aĩam quã accepit. Vterq; amã
do suam tradit/& redamãdo per suam/restituit alienã. Quapp iure ipso amare debet quisqs amať.
Qui uero nõ amat amantẽ homicidii reus est habẽdus. Immo uero fur/ Homicida/ Sacrilegus/ Pe
cunia a corpore possideť/ corpus ab aĩo. Qui ergo animũ arripit: a quo tam corpus q̃ pecunię pos
sidentur/aĩum simul corpusq; & pecunias arripit/a quo tam corpus q̃ pecunię possideнť. Quo fit
ut tanq̃ fur/homicida sacrilegus triplici morti sit obnoxius ac uelut infamis penitus atq; profanus
impune a quolibet interfici possit: nisi ipsemet sponte sua legẽ illam impleat / amet uidelicet ama
torem. Vbi cũ semel moriẽte/semel ipse similiter moritur/cum bis reuiuiscente bis itidem reuiui
scit. Superioribus rationibus ostensum est / amatũ uicissim amatorẽ amare debere/ non solũ uero
debere sed cogi sic ostendiť. Amorem ꝑeat similitudo. Similitudo natura quędam est in pluri
bus eadem/ Nam si ego tibi similis sum tu quoq; mihi es necessario similis. Eadẽ ergo similitudo:
quę me ut te amẽ cõpellit/ te quoq; amare me cogit. Pręterea amator se sibi aufert deditq; amato.
Hunc ergo amatus tanq̃ rem suam curat. charissima enim sua cuiq; sunt. Accedit quod amãs ama
ti figurã suo sculpit in animo. Fit itaq; amãtis animus speculum in quo amati relucet imago. Iccir
co amatus cũ in amãte se recognoscat/amare illum cõpellitur. Vicissitudinẽ amoris inter illos ṗci
puã esse astrologi arbitranť in quoꝝ genesi luminũ. i. solis & lunę cõmutatio fuerit. Videlicet si me
nascẽte sol in ariete/ luna in libra. Te nascẽte sol in libra/luna in ariete. Aut quibus signũ idem simi
leue idemq; planeta similisue ascenderit. Aut benigni planetę similiter angulum oriẽtis asperetint.
Aut Venus in eadem natiuitatis domo: eodẽq; gradu fuerit cõstituta. Addunt Platonici quoꝝ ui
tam dęmon idem/aut certe similis ducat. Physici uero mortalesq; / Cõplexionis/ Nutritiõis/ Erudi
tionis/Consuetudinis Consilii similitudinẽ similis affectus causam eẽ uolunt. Deniq; ubi causę plu
res concurrunt / ibi uicissitudo uehementior reperitur. Vbi omnes / illic Phintię Damonis Pyla
dis/ & Orestis resurgunt affectus.

¶ Quid quęrant amantes. Cap. IX

Æterum quid isti quęrunt cũ se mutuo diligunt? pulchritudinẽ quęrunt. Amor enim fruẽ
dę pulchritudinis desideriũ est. Pulchritudo aũt splendor qdam est humanũ ad se rapiens
animũ. Nempe corporis pulchritudo. s. nihil aliud est/q̃ splendor ipse in colorũ linearũq;
decore animi quoq; pulchritudo fulgor in doctrinę & moꝝ concinitate. lucẽ illam corporis / non
aures/non olfatus/non gustus/non tactus/ sed oculus percipit. Si oculus solus agnoscit / solus fruiť.
Solus igiť oculus corporis pulchritudine fruitur. Cum uero amor/ nihil aliud sit/ nisi fruendę pul
chritudinis desiderium. Hęc aũt solis oculis comprehendať. Solo aspectu amator corporis est cõ
tentus. Tangẽdi uero cupido/nõ amoris pars est/nec amãtis affectus/ sed petulantię species & ser
uilis hoĩs ꝑturbatio. Lucem pręterea illam & pulchritudinẽ animi sola mente comprehendimus.
Quare solo mentis intuitu cõtentus est: qui animi pulchritudinẽ expetit. Pulchritudo deniq; inter
amãtes pro pulchritudine cõmutatur. Iunioris amati pulchritudĩe uir oculis fruitur. Viri pulchri
tudinẽ iunior mẽte cõsequiť/& qui solo corpore formosus est: hac cõsuetudine fit & aĩo speciosus:
qui solo aĩo est decorus/corporis oculos expleri corporis pulchritudine. Mirifica plane cõmutatio
est/utriq; honesta/utilis & iocũda. Honesta / siquidem par in utroq; ęq; enim honestũ est & discere:
& docere. Iucunditas in seniore maior: qui aspectu & intelligentia delectať. In iuniore uero maior
utilitas: quo enim pręstantior est animus corpore/eo preciosior est pulchritudinis animi: q̃ corpis
cõsecutio. Pausanię hactenus nũc Eryximachi orationẽ iterpretemur. Tertia oratio.

¶ Amor in omnibus ad omnia creator omnium magister omnium. Cap. I

Ria nobis deinceps ex nostri Eryximachi mẽte tractanda uidentur. Primũ ꝙ amor oĩbus
insitus per cũcta porrigitur. Alterum ꝙ omniũ quę ſm naturam sunt operum effector est
atq; seruator. Tertium ꝙ artium singularũ est magister & dominus. Tres ꝑfecto rerũ gra
dus in natura cõsiderantur. Superiora/Inferiora/Equalia. Quę supra sunt / inferiorum sunt causę.
Quę infra superioꝝ opera. Quę ęqualia eadem inter se natura sunt prędita. Causę uero opera sua

tanq̃

tanquam sui partes & imagines diligũt. Opera quinetiam causas tanq̃ sui cõseruatrices expetunt. Quæ aũt in eodẽ ordine locata sunt ad sese inuicem quasi unius & eiusdem similia membra mutua caritate afficiuntur. Ideo deus/angelo/& angeli/cum deo simul aĩas/animæ cũ illis una corpora beneuolentia quadam regunt atq; gubernãt. In quo supiorũ ad inferiora dilectio plane conspicitur. Rursus corpora aĩs & suis iungunt auidissime/& ab eis molestissime se iungũtur. Animi nostri cœlestium beatitudinẽ cupiũt: cœlestes supni numinis maiestatem feliciter uenerãtur: atq; hic inferiorũ ad superna est amoris affectus. Itẽ oẽs ignis partes libenter inuicẽ coherescũt. Terræ rursus aquæ & aeris partes inuicem & in qualibet aĩaliũ specie, eiusdẽ speciei aĩalia sese mutua ꝯsuetudine semp adsciscunt. Vbi amor ad ęqualia similiaq; cõspicit. Cui nam igitur dubiũ erit/quin amor oĩbus ad oĩa sit ingenitus, atq; id est, quod Dionysius Areopagita in libro de diuinis nominibus ex Hierothei mente iis uerbis significauit. Amorem/siue diuinũ/siue angelicũ/siue spiritualẽ/siue aĩalem/siue naturalem dixerimus/insitiuam quãdã intelligamus cõmiscentẽq; uirtutẽ: quæ superiora quidẽ ad inferiorum ꝓuidentiam mouet. Equalia rursus ad socialẽ sui inuicẽ communionem cõciliat: ac prostremo inferiora queq; admonet/ut ad potiora sublimioraque conuertantur. Hæc ille.

❡Amor est auctor omnium & seruator. Cap. II.

S Ecundum uero illud nostræ orationis mẽbrum/quo amor effector omnium & seruator est dictus/ita probatur. Cupiditas pfectionis propriæ propagãdæ amor qdam est. Absoluta pfectio/in summa ẽ dei potẽtiã. Eam diuina itelligẽtia ꝯtẽplatur/atq; inde uolũtas eadẽ cupit extra se ꝓpagare ex quo ꝓpagãdi amore creata ab eo sunt omnia/Idcirco. Dionysius noster/ Diuinus inquit amor non pmisit regẽ oĩum sine germine in se ipso manere. Idẽ ꝓpagationis instinctus omnibus ab illo primo auctore est inditus/p hũc sancti illius spiritus cœlos mouent/& sequẽtibus omnibus sua munera largiũtur. Per hunc sidera lumẽ suũ in elementa diffundunt. Per hunc ignis sui caloris cõmunione aerẽ mouet/aer aquã/aqua terrã/ac uersauice. Terra ad se trahit aquã: Hæc aerẽ ille ignem: herbe quæque & arbores cupidæ sui seminis propagandi sui similia gignunt. Animalia quoq; bruta & hoĩes eiusdem cupiditatis illecebris ad procreandã sobolẽ rapiunt. Q d' si amor oĩa facit/seruat etiã omnia. Eiusdẽ. n. semper est effectionis & conseruationis officiũ. Nempe similia similibus conseruantur. Amor autẽ simile ad simile trahit. Terræ partes singule amore mutuo copulande/ad partes alias terræ sui similes sese conferunt. Tota etiã terra ad simile sibi mũdi centrũ illius auiditate descendit. Aquæ partes ad sese inuicẽ similiter & ad locũ sibi conuenientẽ cũ toto aquæ corpore perferuntr. Idẽ partes aeris ignisq; faciunt: ac etiã duo hæc elemẽta ad supernam regionẽ sibi congruã & similẽ regionis illius amore trahuntur. Cœlũ etiã ut Plato in libro de regno inquit innato mouetur amore. Anima enim cœli tota simul est in quibuslibet cœli punctis. Cœlũ ergo aĩæ fruendæ cupidũ/ideo currit: ut per oẽs sui partes ubiq; tota anima perfruatur. Aduolat autem rapidissime, ut quoad fieri potest/totũ sit simul ubiq;/ubicunq; tota simul est aĩa. Præterea spæræ maioris concaua superficies minoris spæræ locus est naturalis. Et quia quælibet huius spæræ particula/ęquæ cum qualibet illius particula conuenit/quælibet oẽs appetit particulas illius attingere. Si quiescat/singulæ tangent singulas/non quælibet cunctas. Currendo ferme assequitur quod assequi quiescendo non p osset Cur autem uelocissime: ut quælibet pars eodem pene tẽpore pro uiribus cunctas attingat. Quinetiam unitate partium suarum cuncta seruantur. Dispersione partium pereunt. Vnitatẽ uero partiũ mutuus earundẽ efficit amor. Quod in humoribus nostrorum corporũ & mundi elementis intueri licet/quorũ cõcordia ut ait Empedocles pythagoreus/& mundus/& corpus nostrũ cõstat. Discordia dissipatur. Concordiam uero illis pacis atq; amoris ꝑstat uicissitudo Hinc Orpheus. Solus horũ oĩum tu regis habenas.

❡Quod sit magister artium & gubernator. Cap. III.

E Stat post hæc ut quo pacto magister artiũ oĩm & gubernator sit exponamus magr̃m qdẽ artiũ esse intelligemus si modo cõsiderabimus neminem unq̃ artem aliquam autem inuenire/aut discere posse/nisi inuestigationis oblectatio/& in ueniẽdi desiderium incitet. Et q docet discipulos diligat/ac discipuli eam doctrinã auidissime sitiant. Gubernaor præterea merito nomiatur. Artis enĩ opera diligenter exequitur/atq; exacte ꝯsumat/quicũq; & artificia ipsa & psonas: quibus illa fiũt maxime diligit. Accedit quod artifices in artibus, singulis nihil aliud quã amorem inquirunt/& curant. eas in pſentia nos artes breuiter percurremus: quas Eryximachus apud Platonem cõmemorat. Quid enim aliud Medicina ꝯsiderat/quã quomõ humores quattuor corporis amici inuicem fiant: atq; pmaneant quos cibos: ac potus: ceterosq; uiuendi/aut medendi usus amet natura/atq; requirat. Duos illos hic quoq; amores. Cœlestem & uulgarem: quos Pausanias supra distinxerat per similitudinem quandam Eryximachus adinuenit. Temperãtia enim affectio corporis. Moderatũ atq; ad res moderatas/conuenientesq; habet amorẽ. Intẽperata contrariũ & ad contraria continetur. Illi quidem indulgendũ. Huic nunq̃ obtẽperandũ. In gymnastica etiã exercitatione inuestigandũ: qui corporis habitus: quos exercendi modos: quos gestus amet & postũ

let.In agricultura/quod solum/quæ semina:qualéue culturá exigat:quiſue colendi modus a singu-
lis arboribus diligatur.Idem in musica obseruatur:cuius artifices/qui numeri/quos numeros.aut
magis:aut minus diligant/inuestigant.Ii inter unum ac duo/atq; unũ & septẽ minimũ amorẽ inue
niunt.Inter unũ uero tria quattuor/quinq; sex.amorẽ uehementior ẽ reperiunt.Inter unũ & octo
uehementissimũ.Ii uoces acutas/& graues natura diuersas certis interuallis & modulis sibi inuicẽ
magis amicas faciunt.Ex quo harmoniæ cõpositio & suauitas nascitur.Tardiores etiã motus & ue
lociores ita inuicẽ tẽperant/ut amici potissimũ fiant/& rythmũ concinitatẽq; exhibeant.Musicæ ãt
melodiæ genera duo traduntur.Est enim graue:quoddá & cõstans:Est & aliud molle atq; lasciuũ.
Illud utentib⁹ utile:hoc noxium in libris de repu.& legibus Plato iudicat.Illi in conuiuio Vraniam
musam/huic Polymniã præfecit.Alii primũ illud genus.Alii secundũ amant.Illorum amori obtẽ
perandũ adhibendiq; soni sunt:quos expetunt.Horum appetitui obsistendũ.Illorum nãq; amor
cœlestis est.Horum uero uulgaris.Inest syderibus & elemẽtis quattuor/amicitia quædam:quam
astronomia considerat.In his duo illi quodãmodo amores reperiunt.Est.n.his moderatus amor
quando inuicem mutuis uiribus tẽperatissime consonant.Est & amor ĩmoderatus quando unum
aliquid illorum seipsum amat/nimiũ/alie quodãmodo derelinquit.Ex illo aeris grata temperies.
aquæ tranquillitas.Terrarũ fertilitas/animalium sanitas.Ex hoc contraria proficiscuntur.Va-
tum postremo.Sacerdotũq; facultas in hac potissimũ uersari uidetur.Vt quæ hominũ officia deo
amica sint:qua ratione homines deo amici fiant/nos doceat.Quis amoris/charitatisq; modus ad
deum/ad patriá:ad parentes/ad alios tam ad uiuos:quam ad defunctos sit adhibendus.Idẽ in cæ
teris artibus cõiectari licet atq; sũmatĩ cõcludere amorẽ in oĩbus ad oĩa esse omniũ auctorẽ/serua-
toremq; existere/& artiũ uniuersaꝶ dominũ & magistrũ:hunc merito diuus Orpheus appellauit.
Solertem bigenium/omnium claues habentem.Quomodo enĩ geminæ naturæ sit a Pausania pri
mum:deinde ab Eryximacho audiuistis.Qua etiã ratione claues mũdi tenere dicatur ab Orpheo
ex superioribus satis cõprehendere possumus:quippe sicut ostendimus desideriũ hoc perfectiõis
propriæ propagandæ cunctis ingenitũ.Latentẽ & implicatã cuiusq; fecunditatẽ explicat.Dum se-
mina in germen pullulare cõpellit/& uires cuiusq; eius educit sinu:fœtusq; concipit:& quasi claui-
bus quibusdã conceptus aperiendo producit in lucẽ:quãobrem omnes mundi partes:quia unius
artificis opera sunt eiusdem machinæ mẽbra inter se in essendo/& uiuendo similia mutua quadam
charitate sibi inuicem uinciuntur.Vt merito dici possit amor nodus perpetuus:& copula mundi:
partiũq; eius ĩmobile substentaculum:ac firmum totius machinæ fundamentum.

¶Nullum mundi mẽbrum odit aliud mẽbrum. Cap.IIII.

Vod si ita est nulla operis huius membra inimica esse inter se ullo pacto possunt.Non enim
ignis aquam/aquæ odio fugit:sed suiipsius amore:ne ab aquæ frigore extinguatur.Neque
ignem aqua odio ignis extinguit.Sed quodam amplificandi proprii frigoris appetitu tra
hit ad aquam sibi similem ex ignis corpore procreãdam.Nam cum omnis appetitio naturalis ad
bonum/nullaq; ad malum tendat.Aquæ propositum est/non ignem extinguere:quod est malum.
Sed aquam sui similem:quod bonum est generare.Quod si absq; ignis ĩteritu explere posset/ignẽ
utique non consumeret.Eadem de cæteris quæ contraria & inimica uidentur ratio assignat.Por
ro agnus lupi uitam/figuramq; non odit sed sui pernitiem quæ ludo infertur exhorret neq; lupus
agni odio/sed amore sui eum lacerat atq; deuorat.Neq; homo hominem sed uitia hominis hor-
ret/neq; potentioribus/aut acutioribus dotes suas illorum odio.Sed nostri beneuolentia inuide-
mus metuentes ne illis penitus succumbamus.Quapropter nihil obstat quin amor in omnib⁹ sit
per que omnia penetret.Hunc igitur tantum deum/quia ubique est/omnium insidet penetrali-
bus/tanquam potentem dominum cuius imperium effugere non ualemus/tanquã sapientissimũ
iudicẽ.quẽ cogitationes nostræ latere non possunt/proculdubio metuamus hunc:qa creator ẽ oĩm/
atq; seruator/tanquam patrem ueneremur/tanquam tutorem/præsidiũque colamus hunc/quia
artes singulas edocet tanquam præceptorem sequamur/quo auctore sumus & uiuimus quo serua
tore perpetui permanemus.Quo præside & iudice gubernamur.Quo præceptore ad bene beate-
que uiuendum instruimur:& formamur.

¶Naratur textus Platonis de antiqua hominũ natura. Oratio quarta. Cap.I.

Is dictus familiaris noster uerbis finẽ imposuit.Eum Christophorus Landinus uir doctri-
na excellens.quẽ potissimũ cognouimus nostris temporibus Orphicum Platonicum pœ
tam.Sequutus est in hunc modum obscuram & implicatam Aristophanis sententiam ex-
plicaturus.Quamquam Ioannes Caualcantes sua nos diligentia longis disputationum ambagi-
bus liberauit.Aristophanis tamen sententia uerbis obscurissimis inuoluta enodationem adhuc ali
quam lucemque requirit.Est inquit Aristophanes amor præcæteris diis summopere generi hu-
mano beneficus.curator & tutor hominũ/atq; medicus.Oportet primũ qualis hominũ quondã
fuerit natura:quæue illius passiones animaduertere.Neq;.n.qualis nunc est olim erat sed longe di

uersa.

uersa. Principio tria hominum erant genera: non solũ nunc duos/mas & fœmina. Verũ etiã tertium quodam aderat ex utrisq; compositum. Præterea integra erat cuisq; hominis species/atq; rotunda/dorsum & latera/circulo hñs manus quattuor: & paria manibus crura. Sultus item duos tereti ceruice conneros & omnino cõsimiles Masculinum genus sole genitum erat Fœmininum terra. Luna promiscuum. Vnde elato erant animo robustoq; corpore: quare cum diis pugnare tentabant/& in cœlum adscẽdere. Ideo Iuppiter singulos in longum secuit: duosq; fecit ex uno: instar eorum: qui oua in longum capillo secant/atq; iterũ si fastu in deos insanire uideantur minatus est eos rursus se similiter partiturum. Postquam natura hominum ita diuisa fuit quisq; sui dimidiũ cupiebat. Igitur concurrebant/iactisq; circum bracchiis sese inuicẽ cõplectebantur redigi in priorẽ habitum affectantes/propterea fame: & torpore defecissent: nisi deus congressui modum imposuisset. Hinc utiq; mutuus hominibus innatus est amor priscæ naturæ conciliator/annitens unum ex duobus efficere/hominumq; naturæ mederi. Est enim quisq; nostrum dimidium hominis ut potesectus/quemadmodum pisciculi. qui psectæ & auretæ uocantur/scissũ ex uno duo efficiuntur: quærit autem sui quisq; dimidium. Quotiens itaque dimidium suum alicui: cuiuscunq; sexus auidus sit: occurrit/uehementissime concitatur ardenti inhæret amore/neque momentũ quidẽ ab illo patiatur seiungi. Totius itaque reficiendi cupido/nixus amoris nomen accæpit. Qui nos præsenti in tẽpore summopere iuuat dum in sui dimidium olim amicissimũ quemq; conducit: & in posterũ spem summã iniicit uobis deum pie colentibus in ueterem figurã restituendo medendoq; se nos beatissimos effecturum.

❡ Exponitur opinio Platonis de antiqua hominum figura. Cap. II.

h Ec Aristophanes & alia narrat per multa/monstris portẽtisq; similia: sub quibus: quasi uelaminibus quibusdam diuina mysteria latere putandum. Mos enim erat ueterum theologorum sacra ipsorũ puraq; arcana ne a prophanis & impuris polluerentur figurarum umbraculis tegere. Nos autem quæ in figuris superiorũ: & aliis describũtur singula exacte ad sensum pertinere non arbitramur. Nam Aurelius Augustiuus non omnia inquit: quæ in figuris fingũtur significare aliquid putanda sunt. Multa enim propter illa/quæ significant ordinis & connexionis gratia sunt adiuncta. Solo uomere terra proscinditur. Sed ut hoc fieri possit/cætera quoq; huic aratri membra iunguntur. Que igitur nobis exponenda proponitur hæc summa homines quõdam tres sexus habebant. Masculinum. Femininum. Promiscuum. Solis. Terræ. Lunæq; filios. erant & integri. Sed propter superbiam cum deo ęquare se uellent scissi in duo sunt. Iterum si superbiant/bifariam discindendi. Sectione facta/dimidium amore ad dimidium trahitur/ut integritatis restitutio fiat/qua completa beatum genus hominum est futurum. Summa uero nostræ interpretationis erit huiusmodi. Homines. i. hominum animæ condam. i. quando a deo creantur. Integræ sunt duobus sunt exhornatæ luminibus. Ingenito & infuso superiora eduspicerent. Deo ęquare se uoluerunt ad unicum lumen ingenitum se reflexerunt. Hic diuisæ sunt. Splendorem infusum amiserunt: quando ad solum ingenitum sunt conuersæ statimq; in corpora/cecidere. Superiores facte iterum diuidentur idest si naturali nimium confidant ingenio lumen illud ingenitum/& naturalæ: quod restitit quodãmodo extinguetur. Tres sexus habebãt/Mares sole/Feminæ terra. Promiscuæ luna genitæ. Dei fulgorem aliæ secundum fortitudinem: quæ mascula est. aliæ secundum temperantiam: quæ fœmina. Aliæ secundum iustitiam quæ promiscua susceperunt. Hæ tres in nobis uirtutes aliarum triũ: quas deus habet/sunt filiæ. Sed in deo tres illæ. Sol. Luna. Terra. In nobis. Mas. Fœmina. Promiscuum nuncupantur. Sectione facta dimidium amore ad dimidiũ trahitur. Animæ iam diuisæ & immersæ corporibus/cum primum ad annos adolescentiæ uenerint naturali/& ingenito lumine: quod seruarunt: ceu sui quodam dimidio excitantur ad infusum illud diuinumq; lumen/olim ipsarum dimidium quod cadentes amisere studio ueritatis recipiendum. Quo recepto iam integræ erunt: & dei uisione beatæ. Hoc igitur erit interpretationis nostræ cõpendiũ.

❡ Homo est ipsa anima & anima est immortalis. Cap. III.

c Orpus cum ex materia constet/& quantitate/& ad materiam suscipe/ad quantitatem diuidi solũ extendiq; ptineat: atq; ipsa susceptio: & diuisio passiones sint. Consequens est/ut sua pte natura passioni tñ sit & corruptioni subiectũ. Siqua uero actio corpori cõpetere uideatur/non inquantum corpus est agit. Sed inquantum illi uis quædam quodãmodo in corporea & qualitas inest/ut in ignis mole caliditas. In aqua materia frigus. In corpore nostro complexio. Ex quibus certe qualitatibus operationes corporum proficiscuntur. Non enim quia longus/aut latus aut profundus est ignis. Sed quia calidus/calefacit. Neque qui extensior ignis/calefacit magis: immo propter dispersionem minus. Sed qui calidior. Cum igitur uirium: & qualitatum beneficio operationes proueniant: ac uires ipsæ & qualitates ex materia & quantitate non constent/licet in materia quantitateque sint. Sequitur ut pati ad corpus/agere ad aliquid in corporale pertineat. Vires utique hę instrumenta/quidem sunt operandi. Ipsæ uero per se nequaquam sufficiũt ad ope

randum quia non sufficiunt ad existendum. Quod enim in alio iacet/seque ipsum substentare nõ
potest/ab alio certe dependet. Quo fit ut qualitates/ quia a corpore necessario substinentur ab ali
qua superiori substantia: quæ neque corpus sit/neque in corpore iaceat/fiant atque regnẽtur. Hu
iusmodi anima est: que corporibus presens & insidens ipsa se substinet: & qualitatẽ uimque com
plexionis corporibus tribuit/per quæ tanquam instrumenta in corpore/& per corpus uarias ope
rationes exercet. Hinc generare/nutrire/augere/currere/stare/sedere /loqui/artis opera fabricare/
sentire/intelligere: homo asseritur. Omnia uero hæc anima ipsa facit. Ideo que anima erit homo.
Si generare/augere/nutrire hominem dicimus Anima tanquam pater & artifex corporis / ipsum
gignit auget/atq; nutrit. Si stare, sedere loqui/anima corporis membra sustinet, flectit / & uibrat.
Si fabricare: currere anima manus porrigit & pro arbitrio torquet/pedes agitat. Si sentire anima
per sensuum instrumẽta/quasi fenestras: & foramina exteriora corpora percipit. Si intelligere ani
ma per seipsam sine aliquo corporis instrumento ueritatem assequitur. Omnia igitur quecunque
homo facere dicitur Animus ipse facit, corpus patitur. Quapropter homo solus est animus, cor
pus autem hominis opus & instrumentum. Eo maxime quod animus operationem eius potissi
mam/intelligentiã. scilicet sine ullo corporis instrumento exercet cum res per illam incorporales
intelligat. Per corpus uero sola corporalia cognoscantur. Itaque si animus per se agit quicquam/
per se certe est & uiuit. Viuit autem sine corpore: quod sine corpore operatur. Si per se est / esse sibi
quiddam proprium conuenit corpori non commune/propterea potest proprium sibi seorsum
a corporis mole sortiri hominis cognomentum. Quod sane nomen quia de uno quoque nostrũ
per omnem uitam dicitur. Quisque enim in omni ætate uocatur homo ideo aliquid significare
uidetur: quod stabile permanet. Corpus iugiter fluit. Crescendo decrescendo, resolutione con
tinua/liquefactione colore uicissim/& frigore permutatum. Anima semper eadem permanet, qđ
liquido nobis ostendit ueritatis inquisitio: boniq; uoluntas semper eadem & firma memorie con
seruatio. Quis ergo usq; adeo demens erit/ut hominis appellationem in nobis firmissimam cor
pori fluenti semper & undiq; permutato potiusquam animo stabilissimo tribuat. Ex his perspicuũ
esse potest. Cum homines Aristophanes nominauit more Platonico aīas nostras significasse.

¶ Quod anima est duobus hornata luminibus & quare in corpus descendit creatio animæ cum
duobus luminibus. Cap. IIII.

Porro anima statim ex deo nata naturali quodam instinctu in eum parentem suum conuer
titur: quemadmodum ignis in terra superiorum ui genitus confestim naturæ impetu ad
superiora dirigitur. Conuersa in eum eius radiis illustratur. Sed primus hic fulgor in ani
mæ substantia per se prius informi receptus fit obscurior atque ad illius tractus capacitatem pro
prius ipsi & naturalis euadit. Ideoque per eum utpote sibi æqualem seipsam: & quæ infra se sunt. i.
corpora omnia anima uidet quidem. Deum uero & alia superiora non uidet. Sed .n. per primam
hanc scintillam deo facta propinquior aliud iterum clarius accipit lumen/ quo etiã superna co
gnoscat. Lumen igitur habet geminum. Naturale alterum/siue ingenitum. Diuinum alterum &
infusum: quibus una coniunctis ceu duabus alis per sublimen peruolare ualeat regionem. Ac si
diuino illo semper uteretur/semper diuinis hæreret. Terra rationalibus esset animalibus uacua.
Cæterum diuina ꝓuidentia decretum est ut anima suiipsius sit domina/possitq; tũ utroq; simul lu
mine uti/tum altero. Hinc fit ut natura duce ad proprium sui lumen conuersa pretermisso diuino
seipsam uiresq; suas quæ ad fabricam corporis spectant animaduertat: cupiatq; uires huiusmodi/
in fabricandis corporibus exequi: hac ut aiunt cupiditate grauata/descendit in corpus ubi generã
di/mouendi & sentiendi uires exercet: suaq; præsentia terram infimam mundi sedem exhornat: q;
ideo ratione carere non debuit/neque ꝑs mundi esset rationaliũ uiuentium præsentia destituta:
quemadmodum & illius auctor ad cuius similitudinem mundus factus est totus: est ratio. Cecidit
autẽ animus noster in corpus cũ prætermisso diuino solo suo usus est lumine: ac seipso cepit esse cõ
tentus. Solus deus cui deest nihil supra quem nihil seipso contentus permanet/sibi sufficiens: qua
propter deo se parem fecit: tunc animus/cum se solo uoluit esse contentus / quasi non minus quã
deus sibi ipse sufficeret.

¶ Quot uiis anima ad deum rediit. Cap. V.

Hanc plane superbiam causam fuisse Aristophanes ait/ut animus qui natus est integer seca
retur. i. ex geminis luminibus altero post hac uteretur. Alterq; uero negligeret. Hic in cor
poris baratrũ ceu letheum flumẽ ĩmersus: suiquemet ad tempus oblitus/sensibus & libidi
ne/quasi satellitibus & tyranno/raptatur. Verum adulto corpore/purgatis sensuum instrumentis/
conferente doctrina/paululum resipiscit. ubi naturalis emicat fulgor/naturaliumque rerum ordi
nem indagat: qua inuestigatione architectum ingẽtis huius machine aliquem esse persentit/eum
& uidere cupit/& possidere. Ille solo diuino splendore conspicitur. Ideo mens propriæ lucis indagi
ne ad diuinam lucem recuperandam uehementissime instigatur. Instigatio uero / appetitio que

huiusmodi

h mõi uerus est amor: quo duce dimidium hominis alterũ. Alterũ eiusdem dimidium cõcupiscit quia naturale lumen: quod animi dimidium est lumen: illud diuinum, quod alterum eiusdem dimidium dicitur/olim neglectum accendere rursus in animo nititur/atque idem: quod in epistola ad Dionysium inquit Plato. Humanus animus affectat qualia diuina sint intelligere/aspiciens in ea: que sibi cognata sunt. Verum cum deus lucem suam ĩfundit in animum ad id potissimum eam accommodauit/ut homines ad beatitudinem: quæ in ipsius possessione consistit perduceret. Ad hanc quattuor uirtutibus producimur. Prudentia. Fortitudine. Iustitia. Temperantia. Prudentia primo beatitudinem nobis ostendit. Tres illæ uirtutes reliquæ: quasi uiæ tres ad beatitudinem ducunt. Scintillam itaque suam in uariis animis deus ad finem huiusmodi uariæ temperat. Ita ut prudentia duce/alii per fortitudinis/alii per iustitiæ/alii p temperantiæ officia suũ repetant auctorem. Nempe alii huius muneris gratia/pro dei cultu/pro honesto/pro patria pericula mortemque forti animo subeunt. Alii sic uitam iuste instituunt/ut nec iniuriã cuiquam inferant/neque inferri pro uiribus sinant. Alii uigilia/inedia labore libidines domãt. Hi tribus quidẽ procedũt callibus. Sed ad eundem beatitudinis finem prudentia hunc illis monstrante peruenire conantur proinde tres hę uirtutes in dei quoq ipsius prudentia continentur. Harum desiderio accensi hominum animi p earum officia ad eas cupiunt peruenire/illis hærere perpetuoq potiri. Fortitudinem hominum masculam robur & audaciam nuncupamus. Temperantiam fęminam propter remissum quendã & frigidiorem desiderii habitum miteq ingenium. Iustitiam promiscuam/fœminam quidem p ut innocentia sua iniuriam infert nemini. Masculam uero prout aliis inferri non sinit/& seueriori censura in hoĩes iniquos animaduertit. Quia uero maris dare. Fęmine suscipere proprium est. Iccirco solem qui lumẽ a nullo accipiens exhibet omnibus marem uocamus. Lunam q̃ accipiens a sole dat elemẽtis/a dando & accipiendo promiscuam. Terrã cum accipiat quidẽ ab omnibus tribuat nulli/fęminam nũcupamus. Quamobrem. Sol. Luna. Terra. fortitudo. Iustitia. Temperantia/merito maris promiscui fœminæ signantur cognomine/atque/ut excelentiorẽ deo appellationem exhibeam us uirtutes has in illo. Solem. Lunam. Terram. In nobis masculinũ sexum dicimus promiscuum fœmininum. Quibus autem lux illa diuina a dei sole/cum fortitudinis affectu in sui ortu fuit infusa/his masculam dicimus lucem fuisse concessam. Quibus a dei luna cum affectu iustitiæ/promiscuam. Quibus a dei terra/cum affectu temperantiæ. Fœminam/Lucem illam infusam/atque diuinam statim ad naturalem reflexi neglexim us. Altera ergo post habita seruauimus alteram/ubi dimidium nostri tenemus dimidium prætermisimus. Certo uero ætatis tempore a naturali lumine ducti diuinum affectamus quidam omnes/sed diuerso modo diuersi ad eius adeptionem procedimus p fortitudinem/q a dei fortitudinem illud olim cum affectu fortitudinis acceperunt/per iustitiam alii temperantiamue similiter. Deniq suum illud dimidium qsq ut acceperat quærit/& alii per masculam quidem dei lucem amissam olim: iam recupatam dei uolunt mascula fortitudine perfrui. Alii per promiscuam lucem similiter uirtute promiscua Alii per fœminam eodem pacto. Munus profecto tantum hi consequuntur/qui postquam adulta ætate scintilla ĩ ipsis naturalis eluxit eam non esse ad diuina iudicanda sufficientem existimant/ne scintillæ naturalis inditio/aut animarum/aut corporum affectus diuĩnæ tribuant maiestati/putentq illam non esse corporibus animisue prestantiorem. In quo sane plerique errasse traduntur. Qui in diuinorum inuestigatiõe ingenio naturali confisi/aut deum non esse dixerunt/ut Diagoras/aut dubitauerunt/ut Protagoras aut corpus iudicauerunt/ut Epicurei. Stoici. Cirenaici aliique permulti/aut animam quandam/ut Marcus Varro. Marcus Manilius/aliique nonnulli. Hi tanq̃ impii non modo diuinum lumen olim neglectum non recuperauerunt/sed & naturalem propter eius abusum deprauauere quod deprauatum est fractum non iniuria scissumq putatur. Ideo illorum animi, qui tanquam superbi & fastu tumidi suis confidunt uiribus/secantur/ut ait Aristophanes iterum. Cum etiã naturale lumen/q illis erat reliquum opinionibus falsis obscurant/& moribus iniquis extingunt. Itaq naturali lumĩe recte utuntur quicunq mancũ illud/& mutilatum esse recognoscentes ad naturalia iudicanda satisfacere quodam modo arbitrantur. Ad ea uero/quæ supra naturam sunt sublimiori lumĩe opus esse putantes exactissima quadam animi purgatione ita se præparãt/ut diuina lux iterum illis effulgeat/cuius radiis recte de deo sentient & in pristinam illam integritatem restituentur.

¶ Amor animas reducit ĩ cœlũ/beatitudinis distribuit gradus/gaudiũ largitur æternũ. Cap. VI.

n Vnc uos conuiuæ præstantissimi deum quem præcæteris diis generi humano beneficum esse Aristophanes ait. Omni sacrificiorum genere uobis propitium facite. Hunc piis præcibus inuocate. Hunc toto corde capessite. Hic animos sua beneficentia primum ad cœlestem ducit mensam/ambrosia & nectare abundantem. Deinde singulos singulis accomodat sedibus. postremo suauiter detinet in eternum. Nulli enim cœlum repetunt/nisi qui cœlorum regi placuerunt: placent illi qui eum summopere diligunt. Cognoscere quidem illum/uero omnino presenti in tempore impossibile est. Vere autem amare quomodo cognitum & possibile est/& facile/

qui deum cognoscunt/nondum illi placent nisi cognitum diligāt/qui cognoscunt:& diligunt non quia cognoscunt. Sed quia diligunt amantur a deo. Nos enim non eos:qui nouerint / sed qui nos amauerint charitate complectimur. Multos namq; qui nos cognoscunt hostes habemus. Quod ergo nos cœlo restituit non dei cognitio est/sed amor. Discumbentium præterea ordo in mensa cœlesti diuerso sequitur gradus amantium. Nā qui deum excellentius dilexerunt/dapibus excellentioribus ibi uescuntur. Nempe qui per opera fortitudinis dei fortitudinem coluerunt/ea ipsa fruuntur. Qui iustitiam uero. Iustitiam. Temperantiam/similiter/qui temperantiam/atq; ita uariis diuinæ mentis ideis & rationibus uarii animi pro uario amoris raptu fruuntur. Toto autem deo fruuntur oēs quia totus in singulis est ideis. Sed deum totum prestantius possident/qui eum in præstantiori idea conspiciūt. Quisq; uero ea dei uirtute potitur/quam dilexit/ideo liuor/ut Plato inqt in Phædro abest a diuino choro. Cum enim omnium iocundissimum sit/re amata potiri quilibet in eo potiundo quod amat contentus plenusque uiuit. Quippe si amatores duo delitiarum suarū compotes fiant/uterq; in amata sui possessione quiescit/neq; curam quidem ullam habebit/ni alter pulchriori potiatur amato/quapropter amoris beneficio factum est/ut in diuersis felicitatis gradibus portione sua quilibet fine ulla inuidia sit contentus. Fit ēt ut sine ulla sacietate animi iisdem uescantur dapibus in æternum. Vt enim oblectentur conuiuæ/non epulæ non uina sufficiunt nisi fames/sitisq; ad uescendum alliciant:ac tandiu oblectatio:quam diu & auiditas permanet. Auiditatem uero quis amorem quendam esse negauerit. æternus igitur amor quo semper in deum afficiē animus efficit ut deo semper tanquam nouo spectaculo gaudeat. Amorem hūc eadē dei bonitas semper accendit in animo:que & beatum facit amantem. Tria igitur ut breui complectar amoris beneficia collaudabimus que nos olim diuisos in integrum restituendo/reducit in cœlum / quod suis quenq; collocat sedibus facitq; omnes in illa distributiōe quietos quod omni expulso fastidio suo quodam ardore oblectamentum quasi nouum iugiter accendit in animo / redditq; illum blā dia & dulci fruitione beatum.

¶ Oratio Quinta. Amor est beatissimus quia pulcher est & bonus. Cap. I.

C Arolus Marsupinus/musarum dulcis alumnus Landinum Poetā secutus. Agathonis orationem sic aggreditur. Amorem deum noster Agatho beatissimum/quia pulcherrimus sit & optimus arbitraē. Quæ ad hoc ut sit pulcherrimus quæ item ut optimus exiguntur. diligenter enumerat:in quibus enumerandis amorem ipsum effingit. Postremo postquam qualis est enarrauit/beneficia ab eo generi humano tributa connumerat/atq; hæc disputationis illius est summa. Nostra interest in primis inquirere quam ob causam ut beatum ostenderet pulchrum ualde esse dixit & bonum. Quodue sit inter bonitatem/pulchritudinemq; discrimen Beatum in philebo Plato uult esse/cui nihil deest. Idq; esse illud quod sit ab omni parte perfectum. Est autem perfectio interior quædam. Est & exterior. Interiorem bōitatem/exteriorem / pulchritudinem dicimus. propterea quod bonum penitus est & pulchrum. Id tanquam ab omni parte perfectum/ beatissimū nūcupamꝰ. Hāc utiq; differētiā oibꝰ ī rebus animaduertimus. Nēpe ī lapillis ut physici uolūt tēperatissima q̄tuor/elemētoꝝ pmixtio quædā interior / nitorem parit exteriorem. Herbas præterea & arbores innata radicibus:medulisq; fecūditas. Florum & folioꝝ gratissima uestit uarietate. In animalibus autem salubris humoꝝ complexio iocundam lineamentoꝝ & coloꝝ speciem procreat. Virtus etiam animi decorem quendam præ se ferre uidetur in uerbis gestibus operibus honestissimū cœlos quoq; sublimis eoꝝ substantia clarissimo lumine circunfundit. In iis omnibus interna perfectio producit externam. Illam bonitatem/hanc pulchritudinem possumus appellare quo circa bonitatis florē quendā esse pulchritudinē uolumus:cuius floris illecebris/quasi esca quadam latens interius bonitas allicit intuentes. Quoniā uero nostræ mētis cognitio a sensibus ducit originē bonitatē ipsam rerum penetralibus insitam/nec intelligeremus unquā/neq; appeteremus nisi ad eā speciei exterioris indiciis manifestis proueheremur. Qua in re mirabilis admodum formæ huius/comitisq; ipsius apparet utilitas. Per hæc satis ostensum arbitror tantū inter bonitatē & speciē/quantū inter semen & flosculū interesse/atq; ut flores arboꝝ seminibus orti semina ipsi quoq; producunt. Ita speciem hanc bonitatis florē ut ex bono pululat/sic & ad bonū amantes perducere/quod quidē noster hic heros abunde in superioribus demonstrauit.

¶ Quō pingitur amor/& quibus aīæ partibus pulchritudo cognoscit/& generaē amor. Cap. II.

P Ost hæc diffusius enumerat Agatho quot ad eius dei formosam speciem requiruntur. Iuuenis inquit est/tener/agilis/concinus/& nitidus. Nobis autem primo quærendum quid hæc ad pulchritudinem conferant. Deinde cum deo. huic attribuuntur quo pacto intelligi debeant. Rationem homines habent & sensum. Ratio per se ipsam rationes rerum omnium ī corporeas comprehendit. Sensus per quinque sui corporis instrumenta corporum imagines: & qualitates attingit. Colores per oculos. Per aures uoces. Odores per nares/per linguam sapores/ per neruos qualitates simplices elementorum. Calorem uidelicet. Frigusq; et reliqua. Propterea

sex ad cognitionem pertinentes/quantum ad propositam attinet quęstionem uires animi numerantur. Ratio/Visus/Auditus/Olfactus/Gustus et Tactus. Ratio numini summo. Visus igni. Aeri auditus. Vaporum odori/Olfacttus. aquæ gustus. Tactus terræ tribuitur. Ratio siquidē cœlestia indagat nec propriam in mēbro corporis aliquo sedem habet/quemadmodum neq; certam hēt sedem in ulla mundi parte diuinitas. Visus in sublimi parte corporis uelut ignis in suprema mundi regione locatur/et lumen natura sua percipit quod ignis est proprium. Auditus uisum non aliter quam purus aer ignē secutus uoces haurit: quæ in aere fracto gignuntur et per aeris interuallū aures illabuntur. Olfactus caliginoso aeri: uaporibusq; ex aere/et aqua mixtis omnino assignatur. Quia inter aures & linguam: q̄si aerē et aquam positus uapores eos apprehēdit facile & diligit maxime: qui ex aeris et aquæ mixtione proueniunt. Quales sunt herbarum/Florum/Pomorum odores/naribus suauissimi. Quis dubitet gustum aquæ liquoribus comparare? qui olfactui/tanquam aeri crassiori succedit & iugi saliuæ liquore pfusus potu uehementissime delectatur: humidisq; saporibus. Quis item ambigat terræ tactum ascribere. Cum per omnes terreni corporis partes fiat. In neruis qui terreni maxime sunt expleatur/facilime tangat quæ soliditatem habent & pondus/quod terra corporibus tribuit. Hic etiam accidit ut Tactus. Gustus. Olfactus solum proxime ipsis apposita sentiant/& patiantur admodum sentiendo/licet Olfactus remotiora/quam Gustus/ & Tactus apprehendere uideatur. Auditus autem remotiora cognoscit neque ita offenditur/quo etiam longius prospicit uisus/& momento facit/quod aures tempore/prius enim corruscatio cernitur. quam tonitrus audiatur. Ratio remotissima capit/neque enim quæ in mundo sunt solum/& quæ presentia/ut sensus. Sed etiam: quæ supra cœlum/& quæ fuerunt aut futura sunt percipit. Ex his patere cuique potest/sex illarum animæ uirium. Tres ad corpus & materiam potius Tactum. .s. & Gustum/& Odoratum. Tres autem alias/rationem uidelicet. & Visum & Auditum ad spiritū pertinere. Ideo tres illæ ad corpus potius declinantes corpori magisquā aīo congruunt/& ea quæ ab illis percipiuntur. Cū corpus sibi congruū moueant. Vix ad animā usq; perueniunt/minimeq; illi tanquā minꝰ sīīa placent. Tres uero superiores a materia remotissime animæ multo magis cōueniunt/resq; eas capiunt. quæ corpus quidē parum admodū/animū uero uehementissime moueant. Quippe. Odores. Sapores. Calor/atq; similia corpori/aut nocent plurimū/aut prosunt paulū quod ad animi/aut admiratione/aut iudiciū cōferunt/ac modice ab illo desiderantur. Ratio īcorporeæ ueritatis/colores figuræq; & uoces: corpus aut nihil/aut uix/& minimū mouent. Animi uero aciē ad indagandū potissimū acuunt/atq; eius ad se desideriū rapiunt. Animi cibus est ueritas. Ad eam inueniendā oculi/ad discendā aures magnopere conferunt. Igitur quæ ad rationē/uisum/auditum/pertinent/gratia suiipsius affectat/quasi propriū alimentum. Quæ uero sensus tres alios mouent/corpori/uel nutriendo/uel fouendo/uel generando magis necessaria sunt. Ea itaq; animus /nō sui/sed alterius. i. corporis causa quærit. Amare autem ea dicimur/que propter nos met ipsos desideramus; quæ autem propter aliud quiddam cupimus/minime. Merito igitur amorē ad scientias figuras/& uoces dumtaxat uolumus pertinere/atq; iccirco gratia illa solum/que in tribus iis reperitur animi/uirtute/figura/uoce: quia maxime animum prouocat a quod uoco significat i. prouocatio nominatur uero græce pulchritudinem latine significat. Gratus quidem nobis est mos uerus. & optimus animi. Grata corporis speciosi figura. Grata uocum concinnitas/cumq; tria hæc animus/utpote sibi cognata/& quodammodo ī corporea pluris admodum quam tria reliqua faciat/consentaneum est/ut auidius asciscat / ardentius complectatur/uehementius admiretur/atq; hæc ipsa seu uirtutis/seu figure/siue uocum gratia quæ animum per rationem uel uisum uel auditum ad se uocat & rapit/ pulchritudo rectissime dicitur atq; hæ tres illæ gratiæ sunt/de quibus sic Orpheus.

Splendor. Viriditas. Lætitiaq; uberrima. Splendorem quidem uocat gratiā illam/& pulchritudinem animi que in ueritatis/& uirtutis claritate consistit. Viriditatem uero figuræ/colorisq; suauitatem/hæc enim summopere in Iuuentutis uiriditate florescit. Lætitiam Deniq; sincerum illud & salubre/& perpetuum/quod in musica sentimus oblectamentum.

¶ Pulchritudo est aliquid incorporeum. Cap. III.

c Vm hæc ita se habeant/necessarium est pulchritudinem esse aliquid uirtuti figuræ: uocibusq; commune. Non enim quodlibet istorum trium pulchrum similiter uocaremus/nisi una his tribus inesset pulchritudinis definitio. Quo fit ut ipsa pulchritudinis ratio corpus esse non possit/quoniā uirtutibus animi que incorpeæ sunt pulchritudo si esset corporea / minime conueniret. Atqui tantum abest/ut corpus sit pulchritudo / ut non modo quæ uirtutibus animi. Sed etiam quæ corporibus/& uocibus inest nequeat esse corporea. Quamuis enim corpora quædam! speciosa dicamus non tamen sunt ex ipsa sui materia speciosa. Siquidē corpus hominis unū atque idem hodie formosum. Cras autem casu aliquo fedante deforme/ quasi aliud sit esse corpus aliud esse formosum. Neq; etiam sunt ex ipsa quantitate formosa quandoquidem grādia nonnul

la/atq; item breuia quædam formosa uidentur. Ac sæpe magna deformia parua/formosa/& contra parua turpia. Magna gratissima. Nonnum quam etiam accidit/ut similis sit in magnis quibusdam & paruis corporibus pulchritudo. Si itaque stante sæpenumero eadem quantitate casu quodam pulchritudo mutatur/& mutata aliq̄ñ quãtitate permanet pulchritudo/ac sil'is in magnis paruisq; vř. Certe duo hæc pulchritudo:& quãtitas oĩo debẽt eẽ diuersa. Quinẽt si corpis cuiusq; formositas ĩ ea ipsa sui corpis crassitudine quodãmõ corpea esset. Non tñ ut corpalis esset/intuẽti placeret. Placet aĩo personæ alicuius spẽs nõ ꝑut in exteriori iacet materia. Sed ꝑut eius imago ꝑ uisum ab aĩo capitur uel concipitur. Imago illa in uisu & aĩo: cum isti sint incorporei corpus eẽ nõ potest. Quo.n.pacto cœlũ ut ita loquar totum parua oculi pupilla caperetur. Si modo corporali reciperet. Nullo ꝑfecto. Sed enim spiritus in puncto omnem corporis amplitudinem spiritali mõ & ĩ corporea imagine suscipit. placet utiq; aĩo ea dũtaxat species: quæ ab illo suscipit. Hæc aũt licet exterioris corporis simulachrum sit in eo tamen est/incorporea. Ergo species incorporea placet. Quod placet/id cuiq; gratum. Quod gratũ hoc deniq; pulchrum/quo efficitur/ut amor ad incorporeum aliquid referatur. Atq; ipsa pulchritudo spiritale quoddam potius rei simulachrum sit/quam corporea species. Sunt autem nonnulli qui certam mẽbrorũ omnium positionem/siue/ut eoꝝ uerbis utamur/commẽsurationem & ꝓportionẽ cũ q̄dã colorũ suauitate esse pulchritudinẽ opinentur. Quorũ nos opinionem propterea non admittimus/quia cum huiusmodi partium dispositio in solis sit rebus compositis/nulla essent simplicia speciosa. Nunc autem puros colores/lumina. Vocem unam Fulgorem auri & argenti/candorem/scientiam/animam/quæ omnia simplicia sunt pulchra uocamus/nosque ista mirifice tanquam reuera sint pulchra delectant. Accedit ad hæc quod proportio illa cuncta includit corporis composita membra/neque est in singulis. sed in cunctis/singula itaq; membra per se pulchra non erunt. Ex singulis aũt particulis totius compositi ꝓportio nascitur. Vnde non nihil sequitur absurdissimum utiquæ suapte natura speciosa non sunt pulchritudinem pariant. Sæpenumero etiam accidit/ut manente/eadẽ mẽbrorum proportione/atq; mensura/corpus ęquæ/ut ante non placeat. Eadem porro hodie/quæ anno superiori corporis uestri figura/gratia uero non eadem. Nihil tardius q̄ figura. Nihil citius senescit quã gratia. Exquo liquido constat non idem esse pulchritudinem & figuram. Sæpe quoque uidemus rectiorem ĩ uno quodam q̄ in alio dispositionem partium mensuramq; membrorum. Alius tamen nescimus qua de causa nobis formosior iudicatus amatur ardentius quo satis admoneri uidemur/ut aliud quiddam formositatem/quam dispositionem partium censeamus. Eadem nos ratio admonet ne formam suspicemur esse colorum suauitatem. Plærunq; enim color in seniore clarior. In iuniore gratia maior. Et inæqualibus fit non nunquam ut qui colore superat alterũ gratia tamen ab illo:& pulchritudine superetur. Neq; tamen audeat quispiam mixtionem quandã ex figura coloribusq; pulchritudinem affirmare. Sic enim neq; scientiæ/neq; uoces quæ colore & figura carent neq; colores & lumina: quæ certam nullam figuram habent amore digna iudicarentur. Præterea cuiusque cupiditas eo habito quod uolebat/expletur. Nempe fames & sitis/cibo potuq; sedantur. amor nullo impletur aspectu corporis uel amplexu. Nullã igitur naturã corporis ardet pulchritudinẽ certe sectatur. Quo fit ut ea corporeũ aliquid esse nõ possit. Ex oĩbus iis colligitur eos qui amore accẽsi pulchritudinẽ sitiunt. Si modo uelint liquore hoc hausto ardentissimã sitim extinguere alibi quã in materiæ fluuio/aut quãtitatis/aut figuræ/aut coloꝝ quorũlibet riuulis dulcissimũ pulchitudinis huius humorẽ/quo sitis eoꝝ accenditur quærere oportere. Quo uos tandẽ miseri uertetis amantes? Quis uestri cordis flãmas accendat acerrimas? Quis tñ sedabit incendium? hoc opus. hic labor. Dicam protinus. Sed attendite.

Pulchritudo est splendor diuini uultus. Cap. IIII.

Diuina potestas oĩa supeminẽs statim a se natis angelis/atq; animis suũ illũ radiũ/in quo fœcunda uis inest oĩum creandoꝝ: tanq̄ filiis clementer infundit. Hic in eis utpote sibi propinquioribus totius mundi dispositionẽ:& ordinẽ multo pingit exactius/q̄ in mundi materia. Quãobrẽ hæc mũdi pictura: quã cernimus uniuersa in angelis & aĩs lucet expssior. In illis.n. spere cuiusq; figura solis/lunæ/& syderũ/reliquoꝝ elementoꝝ/quoq; lapidũ/arboꝝ/aĩaliũ/singuloꝝrũ picture hmõi in angelis exemplaria & ideæ. In animis rõnes/& notiones. In orbis materia: formæ atq; imagines a Platonicis nominantur. Clare quidem in orbe. Clariores in animo. In angeli mente clarissimæ. Vnus igitur dei uultus tribus deinceps per ordinem positis lucet in speculis. Angelo. Animo. Corpore mundi. In illo tanquam propinquiore clarissime. In hoc remotiore obscurius. In hoc remotissimo si ad cætera compares obscurissime. Proinde sancta mens angeli nullo ĩpedita corporis ministerio in seipsam reflectitur. Vbi dei uultum illum sinu suo insculptum introspicit. Inspectum illico admiratur. Auidissime illi semper inhæret. Vultus illius diuini gratiã pulchritudinẽ dicimus. Auiditatẽ angeli dei uultui penitus inherentẽ uocamus amorem. O utinam nobis idem contingeret. Sed enim animus noster ea conditione genitus ut terreno corporæ cir-

cundetur ad officium generandi declinat. Qua inclinatione grauatus thesaurum penetralibus su/is absconditum negligit. Deinde terreno corpore inuolutus diutissime seruit corporis usui/ad hoc opus sensum quidem semper/rationem quoque diutius quam decet accommodat. Hic efficitur/ut diuini uultus illius candorem in se perpetuo enitentem/non prius animaduertat: quam adulto iam corpore/& ratione expergefacta dei uultum in dei machina refulgentem: & oculis manifestũ cogitatione consideret. Qua quidem consideratione prouehitur ad eum/qui intus emicat intuendum. Quoniam uero parentis uultus gratus est filiis/necesse est animis dei patris uultum esse gratissimum. Vultus huius/ut idem sæpius repetam/nitor/& gratia/siue in angelo/ siue in animo/ siue in mundi materia pulchritudo uniuersalis est appellanda. Impetusq; ad illam uniuersalis dicẽdus est amor. Vbique incorpoream esse hanc pulchritudinem non ambigimus. In angelo enim/& animo eam corpus aliquod non esse nemini dubium. In corporibus etiam eam esse incorporalem/& supra monstrauimus/& ad præsens ex eo potissimum intelligimus: quod oculus nil aliud/nisi solis aspicit lumen. Figuræ nãq;/& colores corporum nunquam nisi lumine illustrata perspiciũtur/neq; ipsa cum materia sua ad oculos ueniunt. Necessariũ tamen esse uidetur ea in oculis esse/ ut ab oculis uideantur. Vnum itaq; solis lumen corporum omnium/ab eo illustratorum coloribus figurisq; depictum sese oculis offert. Sic affectum lumen oculi suo quodam radio adiuuante percipiũt perceptum ipsum/& quæ in eo sunt omnia uident. Quare totus hic mundi/qui conspicitur ordo/non eo modo quo in materia corporum. Sed quo in luce oculis infusa est/cernitur. In ea luce cum a materia secretus sit/necessario est corporis expers. Quod ex hoc etiam euidenter apparet/quod lumẽ ipsum corpus esse non potest/cum momento ab oriente in occidens totum ferme impleat orbem Aeris/& aquæ corpus sine ulla offensione undiq; penetret/ sordibusq; in mixtum nusq; inficiatur. Hæc uero corporum naturæ nullo modo conueniunt. Corpus siquidem non momento mouetur/ sed tempore. Neq; alterũ absq; sui/uel alterius/aut utriusq; offensione penetrat alterũ. Ac duo inuicem corpora mixta mutua se contagione inficiunt. Quod in aquæ/& uini/Ignis/& Terræ confusione conspicimus. Cum igitur solis lumen incorporeum sit/quicquid suscipit/naturæ suæ suscipit modo. Propterea colores/& figuras corporum modo suscipit spiritali. Eodemq; pacto ipsum ab oculis susceptum inspicitur/quo factum est/ut totus hic mundi decor/qui tertius est dei uultus per incorporeã solis lucẽ incorporeũ se se oculis offerat.

¶ Quomodo nascitur amor/& odiũ quodue pulchritudo est incorporea. Cap. V.

EX his omnibus sequitur/ut omnis diuini uultus gratia: quæ uniuersalis dicitur pulchritudo. Non in angelo solum/& animo incorporea sit. Sed in aspectu etiam oculorum. Neque faciem hanc simul totam solũmodo. Verumetiam partes eius admiratione cõmoti diligimus. Vbi particularis amor ad particularẽ pulchritudinem nascitur. Sic & ad hominem aliquem ordinis mundani mẽbrum afficimur. Præsertim cũ in illo perspicue diuini decoris scintilla refulget. Affectus huiusmodi duabus ex causis nascitur. Tum quia paterni uultus nobis placet imago. Tum etiam quia hominis apte compositi species: & figura cum ea humani generis ratione: quam animus noster ab omniũ auctore suscipit: & retinet aptissime congruit. Vnde hominis exterioris imago p sensus accepta: transiensq; in animũ si hominis figuræ: quã possidet animus dissonat e uestigio displicet: & odio tanquã deformis habetur. Si consonat: illico placet: & tanquã formosa diligitur. Quo fit: ut nonnulli nobis obuii continuo placeant: uel displiceant: nosq; affectus huiusmodi causam nesciamus. Quippe cũ animus corporis ministerio impeditus intimas illas sui formas nequaquã respiciat. Verũ naturali: & oculta quadã incongruitate: uel congruitate fit: ut forma rei exterior imagine sua eiusdẽ rei forma in aĩo pictã pulsans dissonet: aut consonet: atq; oculta hac offensione: uel blanditie motus aĩus: rẽ ipsam: aut oderit: aut amet. Integrã sane creandi hoĩs configurationẽ uis illa diuina: in angelo aĩoq; ingenuit. In mundi uero materia: utpote ab illo opifice remotissima hoĩs constitutio: ab integra illa sui figura degenerat. In materia tñ melius affecta similior. In alia dissimilior prouenit. Quæ similior prouenit/ut dei ui/angeliq; ideæ/sic animi ratiõi quadrat/& congruit. Animus hanc probat congruitatẽ. In ipsa profecto congruitate pulchritudo. In ea probatione amoris consistit affectus. Quoniã uero idea/& ratio sunt a materia corporis aliena/ hoĩs cõstitutio illis non ex materia/uel quantitate sed ex aliquo potius ĩcorporeo similis iudicatur/ ut similis illis cõgruit. Vt congruit pulchra est. Iccirco diuersa sunt corpus/& pulchritudo. Quod siquis quæsierit quonam pacto corporis forma/animę/mentisq;/formæ/& rationi similis eẽ queat. Is oro consideret ędificium architecti. Principio architectus ędificii rationem/& quasi ideam animo concipit. Deinde qualem excogitauit domum/talem pro uiribus fabricat. Quis neget domũ corpus existere/eamq; ideæ artificiis incorporeæ. Ad cuius similitudinem effecta est: esse persimilem? Porro propter incorporalem/& ordinem quendam/potius quam propter materiam est architecto similis iudicanda. Age igitur materiam subtrahe si potes/ potes autem cogitatione subtrahere/ordinem uero relinque. Nil tibi restabit corporis/nihil materiæ. Immo uero idem erit

penitus/qui ab opifice prouenit ordo/& qui remanet in opifice. Idē in quouis hoīs corpore facias. Reperies illius formā animi rōni quadrātē/simplicē esse/materiaeq; expertē.

℄ Quot requirunt/ut res pulchra sit/& quod pulchritudo est spiritale donū. Cap. VI.

Quid tādem est corporis pulchritudo? Actus uiuacitas: & gratia quędam ideae suae influxu in ipso refulgens. Fulgor huiusmodi in materiam non priusq̄ aptissime sit pręparata descē dit. His uero tribus. Ordine/modo/specie/cōstat uiuentis corporis praeparatio. Ordo partium interualla. Modus/quātitatē. Species/liniamenta/colorēq; significat. In primis enim oportet ut membra quaeq; corporis naturalem situm habeant. Suo aures loco sint oculiq;/& nares/& caetera/ac paribus interuallis/oculi/naso sint proximi/paribus item aures utraeq; distēt ab oculis. Neq; haec interuallorum ad ordinem pertinens parilitas sufficit/nisi partiū modus accedat/ qui mediocrem debita totius corporis proportione seruata/mēbris singulis tribuat magnitudinem. Vt nasi tres in longum dispositi uultus unius impleant longitudinem. Aurium utrarūq; semicirculi una coniuncti oris aperti circulum faciant. Idem quoq; coniunctio superciliorum efficiat: longitudo nasi/longitudinem labii compleant aurisq; similiter. Gemini oculorum orbes unum ęquent oris hiatum. Capita octo proceritatem corporis comprehendant. Eandem quoq; monstret brachiorum in latus extensio/crurumq; similiter atq; pedum. Necessariam praeterea speciem ducimus/ut linearum attractus artificiosi/rugaeq;/& oculorū splendor/ordinem illum modumq; partium decorent. Atqui tria haec licet in materia sint/pars ulla corporis esse nō possunt /ordo mēbrorū /mēbrū qdē est nullū. Ordo enī mēbris oībus iest. Nullū uero mēbrū ī mēbris oībus reperit. Accedit quod ordo nihil est aliud q̄ decens partium interuallum. Interuallum uero quid aliud dicemus q̄ distantiam partium? Distantia deniq;/aut nihil est/& uacuū prorsus inane/aut tractus aliquis linearū. Lineas autem quae latitudine profunditateq; carent/quae corpori necessaria sunt/quis corpora dixerit? Modus itē non quantitas. Sed terminus quantitatis. Termini uero superficies sunt lineaeq;/& puncta/quae cum profunditatis crassitudine careant corpora non putantur. Speciem quoq; ī luminum umbrarum. Linearum iocunda concordia non in materia collocamus. Ex his omnibus patet pulchritudinem usq; adeo esse a mole corporis alienam/ut nunq̄ ipsi materiae se cōmunicet/nisi tribus illis incorporalibus preparationibus/quas narrauimus/sit affecta. Harum uero fundamentum est elementorum quattuor temperata complexio/ut corpus nostrum coelo/cuius est temperata substantia/sit simillimū/neq; aliquo humorum excessu ab animi formatiōe desciscat. Sic enim/& coelestis fulgor facile lucebit in corpore coelo persimili/& forma hoīs illa perfecta quam habet animus impacatam obedientemq; materiam/resultabit expressior. Ad pulchritudinem praeterea suam accipiēdam/ uoces ferme similiter disponuntur. Ordo nāq; illarum est a graui uoce ad octauā ascēsus atq; inde descensus. Modus debita per tertias/quartas/& quintas/& sextas uoces: tonos itē & semitonos progressio. Species canora clare uocis intensio. His utiq; tribus ceu quibusdam elemētis corpora ex membris multis composita/& arbores/& animalia/ac uocum plurium congregatio ad suscipiendam pulchritudinem disponuntur. Corpora uero simpliciora/ut elemēta quattuor. Lapides/& metalla. Itemq; uoces singulae interiori quadam naturae suae temperie foecunditate/& claritate/ad eandem sufficienter aptantur. Animus autem eo potissimum ad illam est natura sua accommodatus/quod/& spiritus est/& quasi speculum deo proximum. In quo quemadmodū in superioribus diximus diuini uultus elucet imago. Igitur quemadmodum auro/ut appareat speciosum nihil prorsus addendum. Sed terrae sordes si quae inhaeserint secernendae. Ita nullis adiunctionibus indiget animus/ut formosus appareat. Sed deponenda corporis cura/& solicitudo tam anxia/cupiditatis/& timoris perturbatio depellenda. Cōfestim naturalis animi species emicabit. Caeterum ne longius digrediatur oratio ex supradictis breuiter concludamus/ pulchritudinē esse gratiā quandā uiuacē/& spiritalem dei radio/illustrante angelo primū infusam. Inde/& animis hominū/corporūq; figuris/& uocibus/quae per rationē/uisum/auditū/animos nostros mouet/atq; delectat/delectando rapit: rapiendo ardenti inflāmat amore.

℄ De amoris pictura. Cap. VII.

Agatho uero poeta ueterum poetarum more deum istum humana uestit imagine/pingitq; ipsum hominum instar formosum. Iuuenem /tenerum/ flexibilē/ siue agilem: apte compositum atq; nitidum. Quorsum haec? praeparationes hae quidem sunt ad formosam indolem potius q̄ formositas. Nam ex quinq; his partibus tres primae complexionem corporis temperatam/quod primum est fundamentū significant/duae reliquae ordinē/modū & speciē indicant. Physici tēperatae corporationis inditiū tenere carnis lenē/& firmā ęqualitatē demonstrauere. Vbi calor excedit nimiū aridū/& hirsutū corpus. Vbi frigus rigidū. Vbi siccitas/durū/& asperū. Vbi humiditas/fluxū/lapsum/inęquale/contortū. Aequalis igit/& firma corporis teneritudo/affectionē eius indicat in quattuor humoribus moderatā. Hāc ob cām Agatho. Mollē delicatū/& tenerum appellauit: cur iuuenem? Quia non solum naturae/sed aetatis etiam beneficio temperies

peries hæc habetur. Temporis enim diuturnitate partibus humorum subtilioribus resolutis partes restant admodum crassiores igneq;/& aere exhalatio aque/& terræ regnat excessus. At cur agilem /& flexibilem. Vt aptum ad motus oẽs promptumq; intelligas/ne forte putes cum mollem diceret/ aquæ mollitiem muliebrem languidam/& ineptam dicere uoluisse. Ea siquidem est moderatæ complexioni contraria/post hæc adiecit. Apte compositum: idest ordine/& modo partiũ honestissime figuratum. Adiecit/& nitidum: idest suaui colorum specie refulgentem: præparationibus his præpositis/quod reliquum erat reticuit Agatho. Nostrum est enim post hæc aduentũ gratiæ subintelligere. Hæ quinq; partes in hoĩs figura ita/ut diximus. In amoris autem potentia aliter intelligendæ uidentur. Eius enim uim/& qualitatem ostẽdũt. Iuuenis ideo dicitur/quia iuuenes/ut plurimum amore irretiuntur/eiusq; insidiis irretiti ætatem appetũt iuuenilem. Mollis/ quia mitia ingenia facilius capiuntur/& qui capti sunt licet ante feroces mansueti redduntur. Agilis/& flexibilis: quia/& influit clam: & similiter effluit. Cõcinnus atq; compositus. Quoniã formosa/& ordinata desiderat/fugitq; cõtraria. Nitidus: quoniam in florida/& nitente ętate hominis aspirat igenio/ & florida cõcupiscit. Hæc quoniã copiosissime exequitur Agatho breuiter pstrinxisse sufficiat.

¶De amoris uirtute. Cap. VIII.

A etiam/quæ de quattuor uirtutibus ab Agathone dicuntur ad amoris bonitatem significandam/sic accipienda sunt/ut iustus. Ideo affirmetur/quia ubi integer/ac uerus est amor/ ibi est beneuolentiæ uicissitudo/quæ nullã admittit contumeliã/uel iniuriam: huius charitatis tãta uis est/ut ea sola humanũ genus tranqlla possit in pace seruare. Quod neq; prudentia/neq; fortitudo/neq; uis armorum/legum/& ęloquentiæ sine beneuolentia potest efficere: morat præterea. Temperatum/quia turpes domat cupiditates. Amor enim cum pulchritudinẽ quærat/quę in ordine quodam/temperantiaq; consistit/uiles/& immoderatas concupiscentias aspernat/a turpibus gestibus semper abhorret. Quod a prĩcipio satis ab heroe audiuistis. Atq; ubi huius regnat affectus: omnes cupiditates aliæ contẽnuntur. Subiunxit. Fortissimũ. Quid enim audacia fortius? Quis item audentius q̃ amator pro amato pugnat? Diis aliis: idest planetis aliis/ mars fortitudine præstat/quia fortiores hoĩes efficit. Venus hunc domat. Quando enim mars in angulis cœli/uel secunda natiuitatis domo/uel octaua constitutus nascenti mala portendit Venus sæpe coniũctione sua/uel oppositione/uel receptione: aut aspectu sextili: aut trino/martis/ut ita dicamus/compescit malignitatem. Rursus q̃n mars in hortu hoĩs dñatur/magnitudinem animi iracundiamq; largit. Si proxime Venus accesserit/uirtutem illam magni animi a Marte data non impedit. Sed uitiũ iracundiæ reprimit. Vbi clemẽtiorem facere martem/& domare uidetur. Mars autem Venerẽ nunq̃ domat. Illa siquidem si uitæ dux fuerit amoris præstat affectum. Si mars proximi duxerit suo calore Veneris impetum/reddit ardentiorem itaq; si nascente aliquo Mars i Veneris domo/libra/uel tauro fuerit propter martis presentiam qui tunc natus est/acerrimis uratur amoribus. Mars iteq; sequitur Venerem. Venus Martẽ non sequitur/quoniam audacia amoris pedissequa est/non amor audaciæ. Non enim ex eo quod audaces sunt amore homines illaqueãtur. Sed ex eo plærũq; quod amor saucii sunt/audacissimi fiunt ad quæq; pericula propter amatum ĩtrepide subeunda. Deniq; fortitudinis eius oĩbus excellentis euidentissimum illud est argumentum/quod amori omnia parent/ille nulli. ¶Nẽpe cœlestes amant/& animalia/& corpora oĩa. Fortes item/& sapientes. Diuites uiri regesq; maximi colla subeunt amoris imperio. Amor autem nullis istorum subiicitur. Neq; enim diuitum munera amorem emunt/neq; potentum minæ uiolentiæq;/ut amemus/ uel desistamus amare nos cogere possunt. Amor enim liber est/ac sua sponte in libera oritur uolũtate/quã neq; deus etiam coget/qui ab initio liberam fore decreuit. Quo fit/ut amor: q uim omnibus ĩfert/ omnium effugiat uiolentiam. Huius tanta libertas est/ut cætere animi affectiones/uel artes/ operationesq; premium aliquod/ut plurimum a se diuersum exoptent. Amor seipso tanq̃ suipsius præmio sit contentus/quasi nõ sit premium aliud præter amorem quod amore sit dignum. Nam qui amat/amorem amat præcipue. Id enim uult ab amato potissimum/ut uicissim amet amantem. Est etiam sapientissimus. Qua ratione amor rerum oĩum creator sit atq; seruator/& artium singularũ magister/& dominus satis in Eryximachi oratione arbitror disputatum. In quibus sapientia amoris ostenditur. Ex omnibus his concluditur amorem iccirco/ & beatissimum esse/quia pulcherrimum sit/& optimus/esse uero pulcherrimum ex eo constat/quia pulcherrimis tãq̃ sui similibus delectatur. Optimum quoq; propterea/quod optimos facit amantes. Optimum uero esse illum necesse est/qui alios optimos efficit.

¶De donis amoris. Cap. IX.

q Vid amor sit ex nostra illa discursiõe apparuit. Qualis sit/ex uerbis supioribus Agathõis. Quę mũera largiat/facile ex dictis dr. Est enĩ amor alter simplex. Mutu9 alter. Simplex ille quẽcũq; cõprehẽderit prudentẽ reddit ad prouidendũ. Acutũ ad differendum. Facũdum ad eloquendum. Ad res gerendas magnanimum. Ad iocos facetum. Ad ludos promptum. Ad seria

quæq; fortissimum. Mutuus periculis pulsis securitatem: submota dissensione concordiam. Vitata miseria præstat felicitatem. Vbi enim mutua charitas. Ibi nullæ insidiæ. Ibi cõmunia omnia. Ibi lites/& furta/homicidia cessant: & ꝓlia. Tranquillitatem huiusmodi nõ aĩalibus solũ: sed cœlis etiã/ elementisq; ab amorẽ mutuo tribui. Et hic tangit Agatho/& supra in Eryximachi oratiõe diffusius est ostensum. In oratiõis huius calce dr̃ amor cantu suo mentes deoꝝ hominũq; mulcere. Q d' plane itelliget qſqs meminerit ĩ superioribus demõstratũ fuisse amorẽ ĩ oĩbus eẽ/atq; ad oĩa porrigi.

Amor cæteris diis/& antiquior est/& iunior. Cap. X.

Ed anteq̃ finẽ faciã optimi uiri. Tres pro ingenii uiribus quæstiones: quæ in Agathonis disputatiõe suboriunẽ absoluã. Primo enim queriẽ cur Phædrus: seniorem Saturno/& Ioue amorẽ Agatho uero dixerit iuniorẽ. Secundo quid apud Platonẽ regiũ necessitatis significet. Quid amoris imperium. Tertio q dii: quas artes regnante amore repererint. Pater oĩum deus mẽtes illas sui ministras quæ Saturnũ Iouẽ/cæterosq; planetas mouẽt amore quodã sui seminis ꝓpagandi: & benignitate ꝓuidentiæ genuit. Mentes iterũ e uestigio natæ parentẽ suũ recognitum diligunt. Amorẽ illũ quo creanẽ cœlestes/seniorẽ illis. Eũ uero quo creatori suo afficiunẽ/dicimus iuniorẽ. Præterea Saturni planetæ/& aliorũ ideas angelica mens a patre suo non prius acceperit q̃ ad eius faciem amore ingenito flecteretẽ. Ea rursus postq̃ illos accepit flagrantius parentis munus amauit. Sic ergo angeli illius in deum dilectio: partim antiquior est ideis: quę dii dicũtur. Partim etiam iunior. Igiẽ amor principium est/& finis. deorũ/primus atq; nouissimus.

Amor ante necessitatem regnat. Cap. XI.

Erum/ut quęstio secũda soluaẽ hic ante necessitatẽ ideo regnare dicendus: quoniã diuinus amor oĩbus ex se natis dedit originẽ. In quo nulla necessitatis uiolentia ponitur. Nam cum nihil supra se habeat nõ coactus/sed sponte quodlibet opatur. Mens aũt quæ illũ sequiẽ serente illo necessario pululat. Ille igiẽ amore ꝓducit hæc necessitata producitur. Ibi amoris hic necessitatis incipit dñatio. Hæc licet a summa dei bonitate nascaẽ. Ideoq; sit bona tñ quia extra deum ꝓcessit/necessario ab infinita parentis perfectiõe degenerat. Nũq̃ enim effectus/totã suscipit causę bonitatẽ. In hac utiq; necessaria effectus. Tũ ꝓcessione/tum etiam degeneratione necessitatis consistit imperium sed enim mens uestigio genita suũ/ut diximus diligit auctorẽ: ubi regnum resurgit amoris. Nã & illa amore in deum erigiẽ: & deus amore eam ad se cõuersam illuminat. Verum hic rursus necessitatis potentia surrepit. Quippe cũ lumen illud a deo descendens nõ tanta claritate recipiatur a mente natura sua obscura/quãta a deo tribuiẽ. Cogiẽ enim ꝑ nature suæ capacitate recipere. Ideo uiolẽtia naturẽ suscipiẽtis fit lumẽ obscuri⁹: huic necessitati amoris succedit iterũ pricipatus. Illa siqdẽ prĩo hoc dei fulgore accensa/ardẽtius in eũ reflectiẽ/& hac re q̃si scintilla luminis ĩstigata totã expetit lumĩs plenitudinẽ. Hic & deus ꝓuidẽtiæ suæ bẽignitate ultra primũ illud naturale lumen diuinũ quoq; largiẽ. Atq; ita sibi inuicẽ alterne succedit amoris necessitatisq; potentia. Quæ quidem successio in diuinis/nature origine fit. In aliis temporis ĩteruallis. Ita tñ/ut amor primus sit oĩum atq; nouissimus. De aĩo quoq;/& cæteris/quæ a deo fiunt/quo ad duo hæc imperia similiter iudicandũ. Iccirco si absolute loquamur/antiquius est amoris q̃ necessitatis imperium. Cũ in deo illius huius ĩn rebus creatis ptãs incipiat. Si de rebus a deo creatis intelligamus necessitatis tyrãnius regnũ antecedit amoris. Cum res ipsæ prius necessitate ꝓcedant atq; degenerent procedendo q̃ ad patrem suũ amore se uertãt. Duo hæc imperia. Duobus hymnis cecinit Orpheus. Necessitatis imperiũ ita in noctis hymno. Tribus fatis impas/& generas oĩa diuine Orpheus duo regna posuit. Et ea inuicem compauit/ ꝓposuitq; amorẽ necessitati cũ dixit illum tribus fatis in quibus consistit necessitas imperare.

Quo pacto regnãte necessitate Saturn⁹ castrauit cœliũ. Iuppiter uero ligauit Saturnũ. Ca. XII.

Vo autem pacto dominante necessitate sequentes dii parentes suos aut castrare aut ligare hic ab Agathone dicantur/ex dictis facile intelligimus. Non enim hæc ita accipienda sunt ut mens angeli deum ipsum. Sed munus sibi a deo tributum in seipsa diuidat/& discerpat. Satis pauloante mostrauimus munera dei in recipiente spiritu necessario a summa dei perfectione decidere. Quo fit/ut fecunditas illa naturæ in deo quidem integra. Sed in angelo cõmunita/& quodãmodo mutilata merito castrata fuisse dicatur. Quod quidem regnante necessitate cõtingere dicitur/qa neq; dantis/neq; accipientis uoluntatem. Sed ea necessitate/qua effectus causæ suæ ęquari non potest/necessario accidit. Sic enim Saturnus. i. angelus Cœlium. i. summum deum castrare uidetur Iuppiter quoq; idest anima mundi ligare Saturnum idest uim ab angelo acceptam in seipso naturæ suæ defectu angustioribus limitibus coarctare. Amplior enim est illius/q̃ huius potentia. Ideo potentia/quæ in illo expedita propter amplitudinem/& soluta. In hoc ꝓpter angustiam ligata iam/& coarctata censetur/obmitto quod astrologi opinantur. Planetæ Saturni malignitatẽ Iouis coniunctione/uel receptiõe/uel oppositiõe/aut aspectu sextili aut trino sæpissime coherceri. Sed de his hactenus ad questionem tertiam descendamus.

Qui dii

¶ Qui dii/quas artes hominibus largiantur. Cap. XIII.

a Rtes a diis pp amorē humano generi traditas Agathō arbitraf. Regnandi ab Ioue. Sagittandi. Diuinandi. Medēdi artē ab Apolline. Fabricā ærariā a Vulcano. Texendi artificiū a Minerua A musis deniq; musicā. Duodecim Zodiaci signis numina presunt duodecim. Arieti Pallas Tauro Venus Appollo Geminis Cancro Mercurius Leoni Iupiter Virgini Ceres Libræ Vulcanus Scorpio Mars Diana Sagittario Vesta Capricorno Aq̃rio Iuno Piscibus uero Neptūnus. Ab his artes oēs generi nostro traduns. Signa illa in corpus. Numina quæ illis præsunt in aīam uires suas ad singulas artes infundūt. Ita Iuppiter p Leonē hoīem ad gubernationē deorum/& hoīum .i. ad res/tā diuinas q̃ humanas p̃clare gerēdas reddit aptissimū. Appollo p geminos uaticiniū medicinā/& arcus īdustriā exibet Pallas p Arietē texēdi peritiā. Vulcanus p Librā ærariā fabricā/& artes reliquas alii. Quia uero ꝓuidētiæ benignitate sua nobis munera magnifice largiunt amore īstigāte dicimus elargiri. Præterea uelocissima illa/& ordinatissima cœlorū cōuersiōe musicā nasci cōsonantiā arbitramur/atq; orto circulorū motibus tonos octo. Ex cūctis aūt nonū q̃ndam ꝓduci concentū. Nouē itaq; cœlorꝫ sonos a musica cōcordia/musas nouē cognominamus. Huius musicę rōnes nī olim donat⁹ ē aīus. Cui enī ē origo cœlestis/merito cœlestis īnata dicit harmonia. Quā dein de uariis instrumētis/& cātibus īmitanf. Idq; munus similiter diuinæ ꝓuidētię nobis est amore cōcessum. Hūc ergo nos uiri clarissimi deū/quia pulcherrimus est amemus quia optimus imitemur. Quia beatissimus ueneremur/ut sua nobis clementia/& largitate concedat/pulchritudinis/bonitatis/beatitudinis suæ possessionem.

¶ Introductio ad disputationem de amore. Oratio Sexta. Cap. I.

h Actenus Carolus Marsupinus Thōmas aūt Bencius Socratis diligēs imitator ad socraticorū uerborū cōmētationē libēti aīo/& hilari uultu se cōtulit Socrates inq̃t noster Græcorꝫ oīum sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus amādi artē præcæteris ꝓfiteri solebat/q̃si ob artis huius pitiā potissimū/& Socrates/& alius quis eēt sapiētissimus iudicand⁹ Artē huiusmodi nō ab Anaxagora. Damōe. Archelao physicis/nō a Prodico Chio/& Aspasia rhetorice ꝓfessoribus. Nō a Como musico/a qb⁹ multa didicerat. Sed a Diotima fatidica muliere diuino afflata spū se accepisse dicebat. Mea q̃dē sñia/ut oñderet sola diuinitatis inspiratiōe/qd uera pulchritudo sit: qd legittimus amor/qua rōne amādū/homines intelligere posse. Tāta ē amatoriæ facultatis potentia. Tāta sublimitas. Ergo ꝓcul ab his cœlestib⁹ epulis abeste/ꝓcul ī quā abeste ꝓphani/q terrenis obruti sordibus/& Bacho Priapoq; prorsus emancipati/amorē cœleste munus/in terra porcorum ritu cœnū q; prosternitis. Vos aūt cōuiuæ castissimi/& alii oēs Dianę/& palladi cōsecrati/qui animi purissimi libertate/perpetuoq; mentis gaudio exultatis adeste feliciter/diuinaq; mysteria Socrati a Diotima reuelata diligenter audite. Sed antequā Diotimā audiatis soluēda est controuersia q̃dā inter eos q de amore in superioribus tractauerūt/& eos:q tractaturi sunt orta. Supiores nāq; amorem pulchrū/bonū beatū/deū uocauerūt Socrates/& Diotima negāt/atq; illū īter pulchrū & turpe bonū/& malū beatū/& miserū/deū/& hoīem mediū collocāt. Nos utrāq; sñiam licet alia rōne uerā existimamus.

¶ Amor ē medi⁹ īter pulchritudinē/& cupidinē atq; īter deū/& hoīem. Cap. II.

f Erro magnes lapis suā q̃ndā īserit qualitatē:q̃ ferrꝫ magneti factū ꝓsimile ad hūc lapidē īcliṅaf. Incliatio huiusmōi ꝓut a lapide orta/uergit ī lapidē. Lapidea certe īcliatio dr/ꝓut ī ferro ē/& ferrea ē pariter/& lapidea Est.n.ī ferri mā ñ pura illa q̃dē. Sed p q̃litatē lapidis iā formata. Ideo utriusq; retinet ꝓprietatē. Ignis ēt/ut loq̃mur aptius q̃litate sua .i. calore linū accēdit. Linū caloris q̃litate suspēsū ad supernā ignis euolat regionē. Volatū huiusmōi ꝓut ab igne excit⁹ uergit ad ignē/igneū plane cognominam⁹/ꝓut ī lino ē nō mero q̃dē. Sed iā ignito ab utriusq; tā lini q̃ igni natura/lineū ęque ac igneū dicimus Figura hoīs sæpenumero pp bonitatē interiorē feliciter a deo cōcessam/aspectu pulcherrimā/splēdoris sui radiū p oculos intuentiū transfundit in animum. Hac utiq; scintilla tāq̃ hamo quodā tractus aīus ꝓperat ad trahētem. Hūc nos tractū qui/& amorē q̃m a pulchro bono/felici dependēs ī idē reflectif pulchrū/bonū/beatū/deū Agathonis cœterorūq; superiorū sententia nominare non dubitamus. Quoniam uero in animo est per radii illius pulchri presentiam iam accenso affectum inter pulchrum/& non pulchrum medium cogimur nominare. Quādoquidē aīus/qui nullā adhuc pulchræ rei suscipit imaginē/rē illā tāquā ī cognitā nōdum amat. Et qui totam possidet pulchritudinem amoris stimulis non uexatur. Quis enim/quæ habet affectat? Restat/ut tunc ardenti flagret amore:quādo speciosum aliquod rei pulchræ simulachrū nactus ea prægustatione ad plenam possessionem pulchritudinis instingatur. Cum igitur amantis animus rem ipsam pulchram partim habeat quidem/partim uero non habeat/non iniuria partim pulcher est/partim nō pulcher. Atq; ita amorem ex huiusmodi mixtione medium quēdam affectū esse uolumus/inter pulchrum/& non pulchrum utriusq; participem. Ob hanc utiq; rationem Diotima/ut ad eam iam ueniamus amorem dæmonem appellauit. Quia sicut dæmones inter cœlestia/& terrena sunt medii. Sic amor inter informitatem & formā mediū obtinet. Mediā hanc eius

regionē inter informē formosamq; naturā Ioānes in prima/& secūda eius oratione satis aperuit.

¶De sperarum animis & Demonibus. Cap. III.

s Ed quomodo mediā plagā cælū inter/& terrā demones hītēt/ex uerbis Diotimæ ī cōuiuio Socratis in Phædro/atq; in Philebo Athenienſis hoſpitis in legibus:& epinomi. Ita cognoſcite: uniuerſam huius mundi machinā aīa quadā regi:atq; moueri Plato exiſtimat. Siqdē mūdi corpus totū quoddā corpus eſt/ex totis quattuor elemētis cōpoſitū/cuius particulæ ſunt oīum aīantiū corpora. Nā aīalis cuiuſq; corpuſculū mūdāi corporis particula eſt. Neq; ex toto ignis/aeris/aquæ/terræ/elemēto. Sed horū elementorū partibus qbuſdā cōponitur. Q uāto igiť totū parte pfectius eſt. Tāto mūdi corpus pfectius eſt ſingulorū animantiū corpore. Abſurdū eſſet imperfectū quidē corpus habere aīam/pfectū uero/neq; habere aīam/neq; uiuere. Q uis enim adeo mētecaptus eſt/ut partē uiuere dicat totū neget? Viuit igiť totū mūdi corpus. Cū aīaliū corpora quę partes illius ſunt uiuāt. Vnā eē oportet totius aīam/ſicut & una ē materia/una cōſtructio. Cū ergo duodecī ſint mūdi ſpæræ:ut Platoni placet. Octo cæli/& elemēta ſub cælo quattuor/atq; duodecī hæ ſpæræ diſcretæ inuicē ſint/ſpecie/motibus/& pprietate diuerſæ duodecim:neceſſe eſt illis adeē aīas/ſpecie/& uirtute diuerſas. Vna igiť erit unius primæ materiæ aīa. Duodecim circulorum/animæ duodecim. Quis terrā/aut aquā neget uiuere? quæ uitā aīalibus ex ſe genitis tribuūt/ quod ſi feces hæ mūdi uiuūt. Viuentiūq; ſunt plenæ. Cur nō aer:& ignis excellentiores mūdi partes uiuant/uiuētiaq; i ſe ſimiliter hēant/cœliq; ſimiliter? Sed aīalia illa cœleſtia:quæ ſydera ſunt/& terrena aqtiliaq; uidemus qdē/ ignea uero/& aerea nō uidemus. Quippe cū neq; purū ignis/aut aeris elemētū pſpiciamus. Hoc aūt intereſt:quod in terra duo ſunt aīantiū genera. Bruta:& rōabilia. Similiterq; in aqua. Cū aqua corpore terræ preſtātior/nō minus qm̄ terra cōpos eſſe debeat rōnis. Globi uero decē ſuperiores pp eorū ſublimitatē ſolis ſunt rōnabilibus exhornati. Aīam mūdi.i. materiæ primæ:& duodecim ſpærarū/& ſyderū aīas deos platonici nominant/tāq̄ angelicæ mentis ſummiq; dei pediſſequas. Aīalia quæ ignis ætherei ſub luna locati/aut puri aeris/aut nubuloſi aeris aquæ pximi regionē habitāt/dæmones. Quæ terrā incolunt rōnalia hoīes. Dii etiā īmortales/& īpatibiles ſunt hoīes patibiles/atq; mortales ſunt. Dæmones īmortales ſunt qdē. Sed patibiles. Neq; paſſiones dæmonibus corporis. Sed animi affectus quoſdā attribuūt:qbus bonos hoīes amant quodāmodo malos oderūt: ſeq; ipſos pprius/& ardētius rebus īferioribus præcipue humanis gubernandis īmiſcent:ii oēs ex hoc officio boni uidenť. Eſſe uero alios quoſdā malos dæmones platonici nō nulli/& chriſtiani theologi uoluerunt. Sed de malis dæmonibus nulla ad pñs nobis eſt diſputatio. Bonos autē noſtri cuſtodes pprio noīe angelos inferioris mūdi gubernatores. Dionyſius Areopagita/quod a Platonis mēte minime diſcrepat uocare ſolet. Q uinetiā quos deos/& ſperarū/ſyderū/q; aīos Plato nūcupat angelos dei miniſtros Dionyſii more poſſumus appellare/quod etiā a Platone ob eā cauſam nō diſſentit:quia huiuſmodi aīos/ut in decimo legū apparet ſperaꝝ clauſtris haud quāquā pinde illigat/ut corporibus aīas terrenorū. Sed tāta uirtute a deo ſūmo donatos affirmat/ut dei uiſione gaudere ſimul ualeāt/& ſine ullo labore/aut ſolicitudine globos mūdi p patris ſui uoluntate regere/& mouere/hiſq; mouendis inferiora facile gubernare. Q uare inter Platonē/& Dionyſium uerborum potius eſt/quam ſententiæ diſcrepatio.

¶De ſeptē Donis qui a deo hoībus p medios ſpiritus tribuunť. Cap. IIII.

r Erū oīum ideis/quas diuina mēs cōtinet ſequentes dii/deorū muneribus dæmones ſubſeruire dicunť. A ſummo nāq; ad imū oia p media tranſeūt. Ita/ut ideæ illæ diuinæ mētis conceptiones/p deos dæmones/ſua hoībus munera largianť. Horū ſunt præcipua ſeptē. Contemplatiōis acumē. Gubernandi poteſtas. Animoſitas. Claritas ſenſuū. Amoris ardor. Interpretandi ſubtilitas. Fœcūditas generādi. Horū uim deus primo in ſe cōtinet. Deinde ſeptē diis/q planetas ſeptē mouent/angeliq; a nobis uocanť/horū potētiam tribuit/ita ut ſinguli ſingula præcæteris capiāt. Illi ſæptē dæmonū ordinibus eis ſubſeruientibus ſingulis præcipue ſingula exhibent. Iſti tradūt hominibus. Profecto deus hæc aīs ſtatim a ſe natis infundit hi ex orbe lacteo p cancrū labētes/in corpus cœleſti quodā/lucidoq; corpore inuoluūtur:quo circūdati terrenis corporibus īcluduntur. Ordo enim naturę reqrit/ut puriſſimus aīus in corpus hoc īpuriſſimū nō priuſq̄ medium quoddā/& purū tegmen accepit decidere ualeat. Q uod cū animo craſſius ſit/hoc aūt corpore purius/& ſubtilius/cōmodiſſima a Platonicis iudicatur aīæ cū terreno corpore copula : hinc itaq; fit/ut planetarū animæ noſtris animis. Corpora uero corporibus noſtris ſeptē illorū numerū uires a deo datas ſtatim ab initio/atq; aſſidue confirmēt/& roborent. Eidē officio pręſunt naturę dęmonū totidē iter cæleſtes/& hoīes mediæ. Cōtēplationis donū Saturnus/p Saturnios dæmones roborat Gubernandi/& īperandi potentiā Iuppiter Iouialiū dęmonū miniſterio. Magnitudinē animi mars p dęmones martiales. Senſum/opinioniſq; claritatē. Vnde uaticiniū ſequitur. Sol dæmonum ſolarium adiumento. Amorem per uenereos Venus inſpirat pnunciādi/& īterpretandi ſolertiā mercurialibus intercedentibus Mercurius adiuuat Luna poſtremo lunaribus dęmonibus conferentibus fouet

bus fouet generationis officiũ:horũ facultatẽ licet hominibus cunctis impartiant. Illis tamen pręcipue. In quorũ cõceptione/& ortu ex coeli dispositõe possunt plurimũ. Quæ quidẽ licet infusa diuinitus honesta sint/possunt tamẽ in nobis quandoq; ꝑpter abusum uideri deformia:quod est in gubernationis. Animositatis. Amoris. Generationis usu perspicuũ. Amoris instinctũ ne longius digrediamur a deo summo/& a Venere/quæ dea dicitur/& a dęmonibns uenereis hũimus. Quoniã a deo descendit deus/qm̃ a demonibus confirmaẽ/dæmon est appellandus. Quapropter iuẽ apud Agathonem deus apud Diotimã dæmon est dictus. Dæmon inq̃ uenereus.

❡ De ordine Dæmonũ Venereoꝝ/& quomõ iaculantur amorem. Cap. V.

d Emon aũt uenereus/triplex est amor Primus in Venere cælesti a Platonicis ponitur. In ipsa.s.angelicæ mentis intelligẽtia. Secũdus/in uulgari Venere. In ea uidelicet potentia:quã habet mũdi aĩa generandi. Qui duo ꝑpterea dæmones appellãtur quia inter informitatẽ/& formã sunt medii/ut & supra tetigimus/& paulopost latius explicabimus. Tertius/ordo demonũ plane tam Veneris comitãtium. Horũ quoq;.s.dæmonũ uenereoꝝ triplicẽ ordinẽ ponimus. Alii ignis/alii purissimi aeris/alii crassioris/& nebulosi aeris elemento sunt assignati oẽsq; a Græco uocabulo. Heros qđ amorẽ significat. Heroes.i.amatorii nominãtur : primi in eos hoĩes amoris aculeos iaculãtur/in quibus bilis humor chollericus/& igneus dñatur. Secũdi in eos/in quibus sanguis/humor aereus. Tertii uero ĩ eos:ĩ quibus pituita/& atra bilis/aqueus/& terreus ĩperat humor Cupidinis aũt sagittis cũ oẽs homines/tum quattuor maxime illoꝝ genera uulneranẽ. Nã animas Iouis Phoebi Martis Iunonis.i.ueneris pedissequas uulnerari potissimum Plato in Phædro significauit. Easq; ab ipsis generationis primordiis ad amorem pronas/eos summopere homines amare solere/q sub iisdem sint orti syderibus. Hinc Iouiales Iouialibus Martialibus martiales/atq; aliis similiter alii uehementer afficiuntur.

❡ Quomõ capiamur amore. Cap. VI.

q Vod de uno dicam exẽplo de tribus aliis intelligite. Quicunq; animus sub Iouis imperio in terrenum corpus delabitur certã quãdam in ipso descensu sibi cõcipit hominis fabricãdi figurã Iouis astro conueniẽtem:hanc in ęthereo sui corpore tãquam optime affecto exprimit exactissimã. Si nactum in terris semen fuerit similiter rẽperatũ. In eo quoq; tertiã figuram pingit primæ secundæ similimam. Sin contra/nõ ita ꝑsimilem. Sępenumero accidit/ut duo quidã animi licet diuersis temporum interuallis Ioue tamen regnante descenderint. Alterq; illorũ semẽ in terra nactus idoneũ corpus secũdũ priores ideas illas rectissime figurauerit. Alter uero propter materiæ ineptitudinẽ/idẽ opus incohauerit quidẽ. Sed nõ tãta ad sui exemplar fuerit similitudine executus Corpus illud isto formosius. Ambo sibi ꝑpter quãdã naturæ similitudinẽ mutuo placẽt. Sed placet magis:q ĩter eos formosior iudicatur. Quo fit ut nõ formosissimos quosq;. Sed suos.i. similiter natos etiã si minus quã alii multi formosi sint quilibet maxime diligãt/proinde qui/ut diximus eodẽ sub astro sunt orti ita se hñt/ut pulchrioris eorũ simulachrũ/per oculos ĩ alterius animũ manãs Cõsimili cuidã simulachro/tam in corpore ęthereo:q̃ in animi penetralibus ab ipsa generatione formato quadret/& undiq; cõsonet. Ita pulsatus animus obuiũ illud simulachrũ tãquã suum aliquid recognoscit/quod qdẽ tale est pro uiribus/quale & ipse iã olim intra se possidet/& suo in corpore cum uellet effingere/minime potuit illud suo iterriori protinus admouet. Et si quid illi deest ad perfectã corporis Iouialis effigiẽ ĩstaurat reformando/ipsum deinde reformatũ simulachrum tãq̃ opus propriũ diligit. Hinc accidit/ut amantes ita decipiantur:ut formosiorẽ quã sit existimẽt. Nam procedente tẽpore amatum non in mera eius imagine per sensus accepta perspiciunt. Sed in simulachro iã ab anima/ad ideæ suæ similitudinẽ reformato quod ipso corpore pulchrius est intuẽtur. Desiderant insuper corpus illud unde primo manauit simulachrũ intueri cotidie. Quãuis enim animus absente corpore illius apud se cõseruet imaginẽ. Idq; sibi ferme sit satis. Spiritus tamẽ aĩæ instrumentũ oculusq; nõ seruãt. Tria ꝑfecto ĩ nobis eẽ uidenẽ. Anima. Spiritus/atq; Corp⁹ Anima & corpus natura lõge interesse diuersa spiritu medio copulanẽ/q uapor qdã est tenuissimus & ꝑlucidus ꝑ cordis calorẽ ex subtilissima ꝑte sanguinis genitus. Inde ꝑ oĩa mẽbra diffusus aĩæ uires accipit/& trãsfundit ĩ corpus. Accipit iterũ ꝑ organa sensuũ corpoꝝ externorũ imagines/quę in aĩa ꝑpea figi nõ possunt. Quia ĩcorporea substãtia:quæ corporibus ꝑstãtior est formari ab illis ꝑ imaginũ susceptionẽ nõ põt. Sedenim aĩa utiq; spiritu præsens imagines corporũ ĩ eo tãq̃ in speculo relucẽtes facile inspicit/perq; illas corpora iudicat/atq; hęc cognitio sensus a platonicis diciẽ/dũ eas inspicit/similes illis imagines multoetiã puriores suaui cõcipit ĩ seipsa:huiusmodi conceptionẽ Imaginationẽ/phantasiamq; uocamus:hic conceptæ memoriter: seruantur imagines. Per has animi acies sæpenumero incitatur ad uniuersales rerum ideas/quas in se continet intuendas. Ideoq; unum quendam hominem/& sensu cernit/& imaginatione concipit. Intellectu rationem/definitionemq; hominibus oĩbus cõmunẽ per innatã illi hũanitatis ideam cõmuniter cõtemplatur/& quæ fuerint contemplata conseruat. Animo igitur formosi hoĩs simulacrum cõceptum semel apud se reformatumq; memoriter conseruanti satis esset amatum quandoq; uidisse Oculo tamen/& spi-

ritui quæ ueluti specula pñte corpore imagines capiunt/absente dimittunt. Perpetua formosi corporis pñtia opus est/ut eius illustratione continue lucescant/foueantur/& oblectentur. Igitur/& isti propter indigentiam suã præsentiam corporis exigũt/& animus iis/utplurimum obsequutus eandem cogit affectare.

¶De amoris ortu. Cap. VII.

Sed iam ad Diotimã redeamus. Hæc igitur cũ amorem in dæmonũ numerum ob eas/quas enarrauimus causas retulisset: eius hunc in modum originẽ Socrati demonstrauit. In ueneris natalibus discumbentibus diis consilii filius porus potu nectaris ebrius cum pænia. In Iouis horto se miscuit: ex eo congressu natus est amor. In ueneris natalibus. i. quando mens angeli/& mundi anima: quas ueneres ea ratione: quã alias diximus nominauimus ex summa dei maiestate oriebantur. Dii discumbebant. i. Cælius/& Saturnus/& Iupiter bonis propriis uescebantur. Nam cum in angelo intelligentia/& in mundi anima uis generandi: quas ꝓprie Veneres geminas appellamus/prodibant in lucẽ. Iam erat summus ille deus quem uocãt cœlũ. Essentia præterea/& uita in angelo: quos Saturnũ uocamus/& Iouem atq; etiã in mundi anima inerat supernorũ cognitio/& celestiũ corporum agitatio: quos iterũ Saturnũ Iouemq; uocamus. Porus/& pœnia/affluentiam/& egestatem significant: porus consilii filius. i. summi dei scintilla. Deus nempe cõsiliũ/& cõsilii fons appellatur/quia ueritas omniũ est/& bonitas. Cuius splendore omne cõsilium uerũ efficit. Ad cuius bonitatẽ omne tendit consilium. Iouis ortum: angelicæ uitæ fecunditatẽ itelligit. In quã cum descendit. Porus. i. ille dei. s. radius pœniæ. i. priori huius indigentiæ mixtus creat amorem principio angelus per deũ est/& uiuit quo ad hęc duo essentiam/& uitam Saturnus/& Iupiter nominatur. Habet insuper intelligendi potentiã quã esse Venerẽ arbitramur. Potẽtia huiusmodi sua natura informis est/& obscura/nisi adeo illuminetur queadmodũ oculi uis ante solis aduentũ/hãc obscuritatẽ pœniã scilicet quasi inopiã de luminis defectũ esse putamus. Cæterũ uis ea intelligẽdi naturali quodã instinctu ad suũ reflexa parentẽ diuinũ ab eo radium/qui porus est/& affluentia suscipit. In quo ueluti semine quodã/rationes rerũ omnium includuntur: huius radii flammis naturalis ille instinctus accenditur/hoc incendiũ hic ardor ex obscuritate priori/& accendẽte scint illa exoriens amor est ex inopia natus/& affluentia. In horto Iouis. i. sub ombra uitæ progenitus. Quippe cũ post uitæ uigorẽ statim ardor ad intelligendũ exoriatur. Sed cur ebrium nectare Porũ inducũt quia ratiõe diuinæ uiuacitatis exuberat. Cur partim diues/partĩ egenus est amor? Quia neq; quod perfecte possidemus/neq; quo caremus omnino ardere solemus. Cũ enĩ id quærat quisq;/quo caret: qui totã rẽ possidet/quid ultra perquirat? Quinetiã cũ incognita nemo desideret/necesse est/ut aliquo modo cognitũ nobis ante fuerit qđ amemus/neq; cognitũ solũ. Multa. n. nota nobis odisse solemus. Sed ut tanq̃ bonũ nobis/& iocundũ fuerit iudicatũ/neq; id ad flagrantẽ beneuolentiã satis esse uidetur nisi facile consequi posse quod iocundũ fore cẽsuimus iudicemus. Quisquis igit aliquid amat/illũ quidẽ re ipsa/nõdum integerrime possidet. Animi tamen cogitatione idipsum cognoscit. Iocundũ iudicat cõsequi posse cõfidit hæc ipsa cognitio. Iudicatio. Spes/quasi præsens aliqua absentis boni anticipatio est. Nõ enĩ arderet nisi idipsum placeret/neq; placeret/nisi esset quodãmodo prægustatũ. Ergo cũ amãtes/partĩ quod optãt hẽant qdẽ/partim uero nõ habeant/haud abre ex/indigẽtia quadã/& affluẽtia mixtus ẽ amor. Hac utiq; ratione Venus illa superna p primã ipsius diuini radii gustationẽ accensa amore fertur ad integrã totius luminis plenitudinẽ: hoc nixu parenti efficacius hærens plenissimo statim illius fulgore corruscat. Rerumq; rationes illæ cõfusæ quæ in radio/quẽ porũ dicimus ante fuerant implicatæ/explicantur/iã impotentia illa Veneris inhærente/& clarius distinctæ lucescunt. Queadmodũ uero se habet ad deũ angelus/ita ad angelum deumq;/aĩa/mũdi. Ea. n. ad superna se flectens ab illis similiter/& radium accipit/& accenditur/gignitq; amorẽ affluẽtiæ inopiæq; participẽ. Hinc formis rerũ omniũ exornata ad earũ exemplar cœlos mouet perque potentiã generandi similes illis formas in elementorũ materia generat. Venerem hic geminã rursus aspicimus. Alterã sane uim animæ/huius ad superna cognoscenda/Alteram uero uim eiusdem inferiorũ procreatricẽ. Illa quidẽ nõ est animæ ꝓpria. Sed contemplationis angelicæ imitatio: hæc autẽ nature animæ propria. Ideo quotiens unã in anima Venerem ponimus uim eius peculiarem: & Venerẽ eius propriã intelligimus. Quotiens duas/alterã cõmunẽ cũ angelo. Alteram ipsius animæ propriam. Sint igitur duæ in anima Veneres: prima cœlestis/secũda uero uulgaris. Amorẽ habeant ambæ. Cœlestis ad diuinã pulchritudinẽ cogitandã. Vulgaris ad eandem in mũdi materia generãdã. Qualẽ enĩ uidet illa decorẽ talẽ uult hæc pro uiribus mũdi machinæ tradere. Immo uero utraq; fertur ad pulchritudinẽ generãdã. Sed suo utraq; modo: cœlestis uenus intelligentia sua effingere in seipsa exactissimã supernorũ pulchritudinẽ nititur. Vulgaris diuinorũ seminũ ubertate cõceptã apud se diuinitus pulchritudinem in mũdi materia parere. Amorẽ illũ qñq; deũ icciro uocamus/qm̃ ad diuina dirigit. Vtplurimũ dæmonẽ/qm̃ iter inopiã copiãq; ẽ medius. Amorẽ alterũ semp dæmonẽ: qm̃ affectũ aliquẽ ad corpus habere uf/& ad iferiorem mũdi plagã esse pcliuior. Quod quidẽ a deo alienũ est. Dæmonũ naturæ conueniens.

¶In omnibus

¶In omnibus animis duo sunt amores in nostris uero quinq;. Cap. VIII.

Eminę autem Veneres hæ geminiq; amores nō solū in aīa mundi. Verū etiā in sphærarum/
g syderū dæmonū/hoīumq; animis insunt. Cūq; animæ oēs ad primā illā cōpetenti natura-
lis ordinis serie referantur necesse est amores quoq; oīum ad illius amorē ita referri ut ali-
quo modo ab illo dependeāt. Propterea hos quidē simpliciter dæmones. Illū uero magnū demo-
nē appellare Diotima consueuit. Qui per uniuersum mundū oībus iminens torpere corda non sinit. Sed passim suscitat ad amandū. In nobis autē non duo tantū. Sed quinq; amores reperiūtur. Duo quidē extremi dæmones/medii tres/non dæmones solūmodo sed affectus/profecto in hoīs mente æthernus est amor. ad diuinā pulchritudinē peruidendā/cuius gratia/philosophię studia/& iustitiæ/pietatisq; officia sequimur. Est etiā in generandi potentia occultus quidā stimulus ad sobolem procreandā/isq; amor perpetuus est/quo assidue incitamur/ut superne pulchritudinis illius similitudinē in procreatę prolis effigie effingamus. Hi duo amores in nobis perpetui duo sunt demones illi/quos Plato nostris aīs semper adesse uaticinatur/quorū alter ad superna erigat/alter deprimat ad inferna/alter calodemon. i. bonus dæmon sit/alter cacodemon. i. malus sit dæmon. Re uera utriq; sunt boni quoniā tā sobolis procreatio/q̄ indagatio ueritatis necessaria & honesta censetur. Verū secundus. Ideo dictus est malus/quia propter abusum nostrū sæpe nos turbat & aīum a præcipuo eius bono/quod in ueritatis speculatione consistit auertit maxie/& ad mysteria uiliora detorquet. Horū mediū amores in nobis tres obtinent/qui cū non sint in aīo æque ut isti firmissimi. Sed incipiant crescant/decrescant/& desinant/rectius motus atq; affectus q̄ dæmones uocabūtur. Horū unus æquis interuallis ab utrisq; distat extremis. Reliqui duo in partem alterutrā inclinantur. porro corporis alicuius figura ꝓpter materiæ præparationē talis est maxie: qualē in eius idea diuina mens continet tunc oculis obuia/perque oculos in spiritū penetrans aīo euestigio placet/cū illis cōsonet rationibus/quas ueluti rei ipsius exēplaria tū nostra mens/tū generandi potentia olim diuinitus accepta conseruat. Hinc triplex ut diximus subrepit amor/aut enim ad cōtēplatiuā aut actiuā/aut uoluptuosam uitā prompti/& procliues geniti educatique sumus si ad contēplatiuā. Statim a formæ corporalis aspectu ad spiritalis atq; diuinæ considerationē erigimur. Si ad uoluptuosam subito a uisu ad concupiscentiā tangendi descendimus. Si ad actiuā atq; moralē in sola illa uidendi atq; conuersandi oblectatione perseueramus. Illi tā ingeniosi sunt ut altissime ꝓuehantur. Hi tā hebetes ut deprimanē ad infima. Hi tāq̄ medii in media remanent regione. Amor itaq; oīs incipit ab aspectu. Sed cōtēplatiui hoīs amor ab aspectu ascendit in mentē. Voluptuosi ab aspectu descendit in tactū. Actiui remanet in aspectu. Illius amor ad suppremū demonē magis quā ad infimū se conuertit. Istius ad infimū potius quā ad suppremū deflectitur: huius ab utroq; interuallis distat æqualibus. Tres isti amores/tria noīa sortiuntur. Contēplatiui hoīs amor/diuinus. Actiui/humanus. Voluptuosi ferinus cognominatur.

¶Quæ passiones amantibus insunt/propter amoris matrē. Cap. IX.

Morē esse demonē ex copia & inopia genitū & quinq; in species diuidi hactenus declarauī
a mus/quales autē in amantibus affectus ex hmōi amoris natura nascātur. Deinceps ex Dio-
timæ uerbis tractabimus. Quoniā inquit amor in natalibus Veneris ꝓgenitus est/Venerē sectatur & colit/ac pulchri desiderio capitur. Cū Venus ipsa pulcherrima sit. Quia inopiæ filius ē/ aridus est/& macilētus & squalidus. Nudis pedibus humilis sine domicilio/sine stramētis & tegmine ullo ad fores in uia sub diuo dormiens ac deniq; semp egenus. Quia copiæ filius est/pulchris ac bonis insidiatur. Virilis est/audax/feroxq;. uehemens/callidus/sagaxq; uenator/noua semp machinamenta cōtexens/prudentiæ studiosus/facundus per omnē uitā philosophans. Incātator/fascinatorq; potens/ueneficus/atq; sophista. Neq; īmortalis oīno secundū naturā/neq; mortalis. Sed īterdū eadē die pullulat/atq; uiuit quotiens exuberat. Interdū deficit/atq; iterū reuiuiscit ob patris naturā. Quod uero aquisitū est subterfugit/quo circa neque mēdicus est amor unquā neq; est opulētus. Quinetiam in medio sapientiæ & inscitiæ constituitur. Hęc Diotima. Nos ea q̄ breuissime poterimus/explanabimus. Hæc licet oībus insit amorū generibus. In tribus tñ mediis tanq̄ nobis manifestioribus clariora uidentur. In Veneris natalibus genitus Venerem sequitur. i. cū supernis illis spiritibus/quos uocauimus Veneres genitus/hoīum animos ad superna reducit/ac pulchri desiderio capitur cum uenus ipsa pulcherrima sit. i. animas accendit summæ diuinæq; pulchritudinis desiderio cum ipse sit in illis spiritibus ortus/qui deo proximi dei decore summopere illustrantur/atq; ad eosdem nos radios erigunt. Præterea cum uita oīum animantium atq; arborum & terræ fertilitas in humore & calore consistat ad demostrandam amoris inopiam utrūq; deesse illi tam humorem q̄ calorem Diotima innuit. Cum aridū & macilentum dixit & squalidum. Quis enim ignoret arida & sicca esse illa: quæ deserit humor? Quis item pallorem dicat & squalorem aliunde q̄ sanguinei caloris defectu uenire? Quinetiam diuturno amore pallidi & macilenti mortales efficiuntur. Quippe ad duo simul opera uis naturæ ferme non sufficit. Animi amantis intentio ī assi-

dua amati cogitatione tota se uersat. Illic & naturalis cōplexionis uis omnis intenta est. Ideo neq; cibus in stomacho perfecte coquitur. Quo fit ut maior pars in superfluas reliquias emittatur. Minor & ea quidē cruda trahatur ad iecur. Illic ēt eadem ratione male cōcoquitur. Ideo sanguis paucus/crudusq; inde per uenas diffunditur/quare mēbra oīa inopia cruditateq; alimenti extenuātur/ & pallent/præterea quocūq; animi assidua fertur intētio illuc & spiritus qui animæ/siue currus/siue instrumenti sunt/aduolant. Spiritus in corde ex subtilissima sanguinis parte creant. In amati imaginem phantasiæ infixam ipsum que amatum amantis animus rapitur. Eodē trahunt & spiritus. Illuc euolantes assidue resoluuntur. Quapp frequentissimo puri sanguinis fomite opus est ad consumptos spiritus recreandos. Vbi subtiliores quæq; & lucidiores partes sanguinis quotidie in reficiendis spiritibus exhalant. propterea puro & claro sanguine resoluto maculosus/crassus/aridus restat & ater. Hinc exsiccatur corpus & squalet. hinc & melancholici amātes euadūt. Ex sicco enim crasso atq; sanguine melancholia .i. atra bilis efficit. Quæ suis caput uaporibus opplet/cerebrū siccat/animam tetris horrendisq; imaginibus/diu noctuq; solicitare non cessat/quod Lucretio philosopho epicureo propter amorem legimus accidisse. Qui amore primum: insania deinde uexatus: sibi tandem ipsi manus iniecit. Hæc illis accidere consueuerunt: qui amore abusi quod contemplationis est/ad amplexus concupiscentiā transtulerunt. Videndi enim desiderio facilius q̄ & uidendi & attractandi cupidinē toleramus. Quæ cum medici ueteres obseruassent amorem eē dixerunt passionē morbo melancholico proximā eāq; Rasis medicus coitu. Ieiunio ebrietate deambulatione curari præcepit. Neq; solū tales amor hoīes reddit. Verum etiā quicūq; natura sunt tales ad amorem proliuiores existunt. Tales autē sunt ii in quibus bilis/quam cholerā uocāt/uel atra bilis quam melancholiā cæteris humoribus præualet. Bilis calida & sicca est. Atra bilis sicca & frigida. Illa ignis hæc terræ locū in animantiū corpore tenet. Aridi ergo melancholici & sicci ad terræ similitudinem. Squalidi & pallentes cholerici ad similitudinē ignis intelligunt. Cholerici propter ignei humoris impetum in amorē præcipites perferunt melancholici ob terrei humoris pigritiam tardius amant. Verū pp humoris ipsius stabilitatē/postquā illaqueati sunt diutissime pseuerant merito igitur aridus & squalens fingitur amor. Cum hoīes/qui tales sunt præcæteris amori soleant indulgere. Quod ex eo potissimū fieri arbitramur: quia collerici bilis incendio exuruntur. Melancholici atræ bilis corrodūtur asperitate/quod Aristoteles in septimo libro de moribus affirmauit. Molestus itaq; humor semper angit utrosq;. cogitq; solamen aliquod maximū atq; continuum/contra continuam humorum molestiam quærere/huiusmodi sunt musicæ amorisq; delitiæ. Nullis enim aliis oblectamentis tam assidue operā impendere possumus q̄ musicæ uocūq; deliniamētis/pulchritudinisq; illecebris. Reliqui enim sensus cito replentur. Visus autē aut auditus diutius uoculis & pictura pascitur inani. Neq; solum hox sensuum firmiores sunt uoluptates. Verum etiam humanæ cōplexioni cognatiores. Quid enim humani corporis spiritibus conuenientius est/q̄ uoces hoīum & figuræ! eorum præsertim: qui non modo naturæ similitudine/sed etiam pulchritudinis gratia placent. Quāobrem cholerici & melancholici hoīes tanq̄ unicum remediū & solamen molestissime ipsox cōplexionis cantus & formæ oblectamenta sectātur. Ideoq; sunt ad Veneres illecebras proniores. Et Socrates: quem Aristoteles melancholicū iudicauit ad amandi artem ut ipsemet profitebatur erat oīum ppensissimus. Ideq; de Sappho melancholica ut ipsa testatur possumus iudicare. Necnon & Maro noster quem cholericū fuisse eius effigies indicat/quāuis pudicus fuit/tū procliuior ad amandū. Nudis pedibus. Talē propterea. Diotima pinxit amorē/quoniā amator adeo in rebus amatoriis occupatus est/ut in cæteris uitæ officiis tam priuatis q̄ publicis non cautus quidē incedat ut decet/sed absq; ulla discriminū puidentia. Temerarius quocūq; feratur. Ideo in suis progressibus frequētia incurrit pericula/nō aliter q̄ qui pedes suos corio non suffulciunt. Vnde crebris sentibus & calculis offendunt humilis græcū Platonis uocabulū humi & per infima uolans significat. Vidit enim sæpenumero propter amoris abusum sine sensu uiuere amantes/& leuibus curis magna perire bona. hi sane amatis seipsos usq; adeo dedunt ut ī eos penitus transire nitant. Eos que tā uerbis q̄ gestibus in seipsis effingant. Frequentissima uero puerorum/& puellax imitatione quis non effœminet! Quis puer/fœminaue euaserit. sine domicilio. Humanæ cogitationis domiciliū aīa ipsa est. Animæ domiciliū spiritus. Domiciliū spiritus huius est corpus. Tres habitatores sunt. Tria sunt domicilia. Quisq; hox naturali omisso exulat domicilio. Nā cogitatio oīs non ad animi sui disciplinā/& trāquillitatē. Sed ad dilecti hoīs se uertit obsequia & anima corporis sui deserit ministeriū. In amati corpus nititur trāsilire. Spiritus animæ currus. dū alio pperat animus/alio quoq; euolat exhalādo. Propria itaq; domo exit cogitatio/exit anima/ exit & spiritus. primū exitū insania & inquietudo. secundū debilitas mortisq; formido. Tertiū trepidatio pauor/& suspiriū comitatur. Quo circa propriis laribus naturali sede optata quiete priuatus est amor. Sine stramentis & tegmine ullo. Vbi enim quiescant: & quo tegatur nō habet. Cū enim res quæq; suā originē repetāt amoris igniculus a formosi corporis obiectu in appetitu amātis

tis ac census/in corpus idē reuolare conatur. Quo quidē ipetu/& appetitū & appetētē secū euehi euolando. O crudelē amātium sortē. O uitam oī morte miseriorē. nisi forsitan uester animus hac amoris uiolentia proprio ex corpore raptus negligat insuper amati figurā/atq; in diuini splendoris ædē. Vbi tandē qescet. Vbi explebitur/se recipiat. Quis itē neget amorē. Sine tegmine nudūq; uagari? Quis enim cælet amorē/quē toruus/taurinus afflixus prodit intuitus/quē interceptus sermo declarat. Rubor/pallorq; uultus/crebra suspiria/iactatio mēbroꝝ/perpetua querimonia. Importunæ laudationes/subita indignatio. Iactantia/procacitas/petulātia/uana suspitio/& uilissima indicant ministeria. Sicut in sole & igne calorē lux radii comitat. Sic intimum amoris incendiū externa sequuntur indicia. Ad fores dormit. fores animi oculi & aures esse uidentur. hinc enim multa in animū aduehuntur/& animi affectus & mores clarissime per oculos emicant. In figuris spectādis & uocibus audiendis amantes utplurimū imorantur. Raro illorū mens in seipsam se colligit. Sępius per oculos/auresq; uagatur. Idcirco ad fores dicuntur: procūbere. Dicuntur & In uia iacere. Nā corporis species/uia quædā esse debet. per quā ad speciē incipiamus altiorē ascendere. Qui autē turpibus libidinibus se prosternunt/aut etiā in aspectu ultra q̄ decet uersantur. In uia ipsa restare uidentur/ad eius terminū minime proficisci. Sub diuo. Merito. Vna enim in re penitus occupati nihil in rebus agendis considerant. Itaq; casu uitā agentes oībus fortunæ periculis/tanq̄ qui nudi sub diuo uitā dicunt oībus tēpestatibus sunt expositi. Propter matris naturā semper egenus. Sane cū pria origo amoris ab indigentia fuerit: & quod naturale est penitus extirpari non possit. Semp egenus. Semper sitibundus est amor. Quādiu.n. deest ad consequendū aliqd/flagrat ęstus amoris. Cū totū undiq; possidet/cessante indigētia potius desinit ardor/q̄ sine egestate pduret.

Quæ dotes amantiū propter amoris patrē. Cap. X.

Ec inopiā amoris matrē sequuntur/copiā uero patrē eius contraria. Quæ uero contraria sint intellectis superioribus/quiuis agnoscet. Supra descriptus est simplex. Incautus uilis/. Inermis hoꝝ hic contraria inducūtur. Callidus enim dicitur. Senator sagax/Machinator/Insidiator/prudētiæ studiosus philosophus/uirilis & audax uehemens facundus/Magus atq; sophista. Idē amor/qui in cæteris negociis incuriosum & inertē facit amantē. In rebus amatoriis astutū reddit & callidū/qui miris modis amati gratiā aucupetur/seu dolis iplicet/seu captet obsequiis. siue eloquio mulceat/siue cantu deliniat. Idē furor/qui obsequio blandū fecerat. Idē inq̄ furor arma ministrat. Indignantibus aduersus amatū ferocitatē/pro eo pugnantibus securitatē roburq; inuictū. Amor ut diximus ab aspectu ducit originē. Aspectus inter mētē & tactū est medius/hinc semper amantis distrahitur aīus & sursum uicissim deorsumq; iactatur. Interdū amplexus cupido suboritur. Interdū uero pudicū cælestis pulchritudinis desideriū/& modo illa/modo hoc peruincit/& ducit. In his qui honestissime educati sunt/& ingenii pollent acumine hoc/in aliis illa sæpius superat. Quicūq; in feces corporis se prosternunt/merito aridi/nudi/humiles/inermes/& inertes eē censentur. Aridi/quia semper esuriunt/iplentur nunq̄. Nudi quia tanq̄ temerarii oībus subiecti piculis/& tanq̄ ipudentissimi/& inculti infames habentur. Humiles quia nihil altū nihil magnificum cogitant. Inermes quia flagitiosæ succūbunt cupiditati. Inertes/quoniā adeo hebetes sunt ut quo amor eos trahat/ignorent/& in uia restent/ad terminū non perueniant. Contrarii uero cōtra uidētur affecti/nā solidis animi bonis uescentes iplentur magis & tranquillius diligunt/pudorē seruāt/umbratilē corporis speciē negligunt atq; altius eleuantur/ac uelut armis muniti/inanes a se libidines fugant/& sensus rationi subiciunt. Hi tāq̄ solertissimi oīum & prudentissimi ita philosophant/. ut per corpoꝝ figuras quasi quædā uestigia/siue odores prouidentissime gradiantur. Ex his sacrū animi numinūq; decorē sagaciter inuestigent/atq; ita prudenter uenando/quod cupiunt feliciter assequantur. Tantū profecto munus amoris a patre ipsius copia proficiscitur. quoniā pulchritudinis radius: qui & copia est & pater amoris. hanc habet uim ut illuc unde uenerat reflectatur secūq; trahat amantē/descendit autē adeo primū. Inq; angelū & aīam quasi uitreas materias transiens & ab aīa in corpus eius susceptioni paratū facile demanās ab eo ipso iunioris hominis corpore/præsertim per oculos animi fenestras lucidissimas emicat/aduolat per aerē ptinus & senioribus oculos penetrans transigit aīam/appetitū accendit/fauciā aīam/appetitūq; accensum in medelā eius & refrigeriū ducit/dū eodē rapit secū unde ipse descenderat/gradatim quidē in corpus amati primū/in animā secundo/tertio in angelū. postremo in deū/primā splēdoris huius originē. Hæc utilis uenatio/hoc felix amantiū aucupiū/hācutiq; uenationē apud Platonē in Protagora Socrati nostro familiaris quidā eius attribuit. Vnde nā inquit o Socrates? Arbitror equidem a uenatione illa redire te ad quā honesta Alcibiadis indoles ꝓuocare te solet. Præterea Sophistam amorem uocat & magnum Sophistam. Plato in sophistæ dialogo ambitiosum & subdolum definit disputatorem qui captiuncularū uersutiis falsum ꝓ uero nobis ostendit cogitq; eos/qui secum disputant sibimet in sermonibus contradicere: hoc tā amantes/q̄ amati quandoq; ppetiuntur. Siquidē amātes amoris nebulis occecati falsa sæpe ꝓ ueris accipiunt/dū dilectos/suos formosiores/acutiores/meliores

q̃ sint arbitrantur. Sibimet ipsi pp amoris uiolentiã contradicunt. Aliud enim ratio cõsulit/aliud concupiscentia sequitur. Consilia sua ad amati imperium mutant. sibiipsi ut morte gerant aliis ad uersantur/saepe etiam formosi amatorum astutia inretiuntur & faciles fiunt qui antea fuerant pertinaces. Sed cur magnum putamus amorem? qa tota uis magicę in amore consistit. Magicae/opus est/attractio rei unius ab alia ex quadam cognatione naturae. Mundi autem huius partes/ceu aialis unius mẽbra omnes ab uno auctore pendentes/unius naturae cõmunione inuicem copulantur/iõ sicut in nobis cerebrum pulmones/cor/iecur/& reliqua membra a se inuicem trahunt aliquid seq mutuo iuuant/& uno illorum aliquo patiente compatiuntur/ita ingentis huius animalis mẽbra.i. omnia mundi corpora connexa similiter mutuant inuicem naturas/& mutuantur/ex cõmuni cognatione cõmunis innascitur amor/ex amore cõmunis attractio. Haec autem uera magica est. Sic ab orbis lunae concauitate pp̃ter naturae congruitatẽ sursum trahitur ignis/ab ignis concauitate aer. A mundi centro terra ad ifima trahitur. A loco etiam suo rapitur aqua/hinc & magnes ferrum & electrum paleas. Ignem sulphur/sol flores multos ad se uertit & folia/luna aquas. Mars uentos ciere solet/& herbae uariae uaria quoq ad se inuitant animantium genera. In rebus etiã humanis/trahit sua quęq uoluptas. Magicae igitur opera/naturae opera sunt. Ars uero ministra. Ars enim ubi naturali cognationi deest aliquid/p uapores/numeros/figuras/qualitates opportunis supplet temporibus quẽadmodum in agricultura natura segetes parit ars praeparat/hanc artẽ ueteres demonibus attribuerunt. quia intelligunt qualis sit rerum naturalium societas/quid cuiq cõgruat/quomodo concordia rerum sicubi desit instauretur. his nonnulli uel naturae similitudine quadam amici. ut Zoroaster & Socrates/uel cultu dilecti/ut Apollonius Theaneus/& Porphyrius fuisse traduntur. Ideo uel uigilantibus signa uoces/atq portenta uel dormientibus oracula & simulachra a dęmonibus contigisse narrantur. Qui amicitia daemonum magi euasisse uidentur quẽadmodũ daemones magi sunt rerum ipsarum amicitiam cognoscentes/& natura omnis ex amore mutuo maga cognominatur. Quinetiam formosus quisq teneris nos fascinat oculis. Siti eos eloquentiae uiribus & carminum modulis quasi quibusdam incãtationibus deliniunt/sibiq conciliant/cultu pręterea & muneribus non aliter q̃ ueneficiis placant & capiunt. Quapropter nemini dubiũ est/quin amor sit magus. Cum & tota uis magicae in amore consistat/& amoris opus fascinationibus incantationibus/ueneficiis expleatur. Neq mortalis est omnino/neq etiam ĩmortalis. Non mortalis. quoniam duo amores in nobis/duo illi: quos dicimus daemones insunt perpetui. Non ĩmortalis: quoniam tres horum medii mutantur quottidie crescunt/atq decrescunt. Praeterea in hoĩum appetitu a uitae primordiis inextinguibilis innatus est feruor qui animũ. quiescere non permittit/ac semper impellit/ut ad certũ aliquid studiose se applicet. Diuersa hominũ ingenia sunt/nec uoto uiuitur uno. Vnde continuus ille concupiscentiae feruor/qui naturalis est amor/alios ad studia litterarũ. Ad musicã alios uel figuras/alios ad honestatem moꝝ/seu uitã religiosam. Alios ad honores nonnullos ad pecunias cumulandas/plerosq ad uentris luxuriã/alios impellit ad alia. Necnon eũdẽ hoĩem in diuersis aetatibus ad diuersa. Idẽ itaq feruor & ĩmortalis dicitur & mortalis. Immortalis quia nunq̃ extinguitur mutatq materiã potiusq̃ euanescat. Mortalis/quia non ad idẽ semper incubit. Sed aut ex naturae mutatione/aut ex diuturna rei eiusdẽ frequentatione orta sacietate noua requirit oblectamenta. Et qui in re una ferme defecit/in alia quodãmodo reuiuiscit. Dicitur ẽt ob eã causam. Immortalis/quod dilecta semel figura semper amatur. quãdiu enim eadẽ in eodem hoĩe permanet/in eoipso diligitur. Cũ uero ab eo defluxerit nõ amplius eadẽ in illo figura est/quã prius amabas. Nouã hanc non ardes quidẽ/quia nec arseras ante/priorẽ uero illã amare non desinis: hoc tñ interest quod illã prius prospiciebas in alio. Iam uero in teipso inspicis solũ/eadẽq memoria semper infixã semper & amas & quotiens animi oculis occurrit totiens te urit amantẽ. Ideo quotiens illũ nobis olim charissimũ habemus obuiũ/totiens cõmouemur/uel saliunt/trepidantue pręcordia uel liquescit iecur/uel tremunt oculi/uariosq trahit uultus aduerso illo colores. Eius.n. praesentia latentẽ mente figurã animi suggerit oculis/ac uelut sopitos sub cineribus flãdo suscitat ignes/hac de causa amor dicitur Immortalis. Sed hic etiã ideo mortalis habetur/quia licet maneant semper infixi pectore uultus/non tamen aeque se mentis oculis offerunt/quo circa feruere uix ipsim beneuolentia atq referuere uidetur. Accedit ad haec/quod & ferinus & humanus amor sine indignatione esse nunq̃ potest. Quis illi non indignetur/qui ipsi abstulerit animũ? Vt enim praeceteris grata libertas/ita seruitus onerosa. Itaq formosos odis simul & amas/odis tanq̃ fures & homicidas/tanquã specula coelesti fulgore amicantia/mirari cogeris/& amare. Quid agas miser? Quo te uertas nescis heu perdite nescis/cum tui hoc homicida esse nolles/nolles etiam sine beato spectaculo uiuere. Cum hoc esse non potes/qui te perdit qui enecat/sine hoc non potes uiuere/qui tã miris illecebris te tibi subripit/qui totum te sibi uendicat. Hunc fugere cupis/qui suis te flammis adurit/huic etiam cupis haerere/ut ipsi te possidenti proximus tibi quoq cohaereas. Teipsum miser extra te quęris/haeresq raptori ut captũ quandoq te redimas. Amare quidẽ nolles insane/quia

emori

emori nolles/nolles etiam non amare. Quippe qui cœlestium simulachro iudicas seruiendū. Quapropter hac alternatione uel fit/ut singulis ut ita dicā momentis arescat amor/& reuirescat. Ponitur etiam a Diotima inter sapientiam & ignorantiam medius/porro amor/quę pulchra sunt sequitur. Omnium pulcherrima sapientia est. Appetit igitur sapientiam. Qui sapientiam appetit eam omnino non possidet. Quis enim præsentia quærat? neq; etiam caret omnino. In eo enim uno saltem est sapiens quod suam inscitiam recognoscit/qui uero ignorare se nescit/tam res ipsas/q̄ suam ignorat inscitiam/neq; scientiam expetit/cuius esse se nescit expertem. Amor igitur sapientię/quia partim sapientia priuatus est/partim est sapiens/inter sapientiam ignorātiāq; locatur. Hæc inquit Diotima est amoris conditio/ipsius autē pulchri idest supremæ pulchritudinis natura est/Vt delicatum sit/perfectum/atq; beatum/delicatum inquantum sua quadam suauitate ad se allicit oīum appetitum. Perfectum/inquantum que illexit accedentia illustrat radiis suis & perficit. Beatum inquantum illustrata/bonis implet eternis.

Quæ utilitas amoris ex eius definitione. Cap. XI.

Postq̄ uero quæ sit amoris origo & qualis ipse sit. Diotima enarrauit. Iam quorsum tendat/& ad quid conducat hominibus aperit. Omnes quidem bona habere cupimus/nec habere solum/sed semper habere. Singula uero mortalium bona mutantur atq; deficiunt. Accito cuncta uanescerent/nisi abeuntium loco noua quottidie fierent. Vt ergo bona semper nobis quoquomodo perdurent/pereuntia cupimus recreare. Generando recreatio fit. Hinc innatus est omnibus generationis instinctus. Generatio autem cū mortalia diuinis continuatione similia reddat/Munus est profecto diuinum. Diuinis utpote pulchris. Deformia cōtraria sunt formosa similia & amica. Iccirco generatio diuinum opus in eo/quod pulchrum est perfecte/& facile consumatur/in contrario contra. Quapropter generationis ille conatus formosa poscit contraria refugit. Quid hominū amor sit postulatis? ad quid conducat. Cupido generationis in pulchro obseruandam uitam mortalibus in rebus perpetuam hic solum in terra uiuentiū amor est. hic nostri finis amoris. Enimuero eoipso in tempore: quo animalium unū quodq; uiuere dicitur. Idemq; esse/ut a pueritia ad senectutem q̄uis idē dicatur/nunq̄ tamen in se eadē continet. Sed nouū semper efficitur/ut Plato inquit & uetera exuit secundū pilos. Carnem/ossa/& sanguinem & corpus penitus uniuersum. Neq; in corpore solum/sed etiam in anima id contingit. Mores cōsuetudines/opiniones/cupidines/uoluptates/dolores/atq; timores iugiter permutātur/nec aliquid ex istis idem/& simile perseuerat. priora quidem abolentur/noua succedunt atq; adolescunt. Quinetiam/quod mirabilius est: scientiæ quoq; non solum aliæ euanescunt: aliæ surgunt: neq; semper secundū scientias iidē sumus. Verum etiam una quæuis scientiarum ferme idē patitur. Meditatio enim & reminiscētia: quasi prætereuntis scientiæ resumptio est. Obliuio nāq; scientiæ exitus esse uidetur. Meditatio uero nouam semper memoriā abeuntis loco restituens: scientiam seruat: ut esse eadē uideatur. hoc utiq; pacto quæcunq; in animo uel corpore mutabilia sunt: seruantur. Non quia semper omnino eadem sint. Hoc enim diuinorū est proprium. Sed quoniam quod tabescit: & abit nouum & simile sibi relinquit. Hoc certe remedio mortalia īmortalibus redduntur similia. Est igitur in utraq; animæ parte: tum ea quæ ad cognitionem spectat: tum ea qua regitur corpus amor generationis innatus ad uitam perpetuo conseruandā. Amor qui in hac parte est ad corpus regendum accōmodata: statim ab initio nos impellit ad cibum potūq; sumendū. Vt his alimentis generentur humores: quibus quod a corpore iugiter defluit resumatur. Qua generatione nutritur corpus crescit. Adulto corpore semen ipsum lacessit: & procreandæ sobolis libidinē prouocat. Vt quod in seipso semper manere non potest: reseruatum in prole sibi persimili maneat sempiternū. Amor etiā generationis parti anime cognoscenti tributus efficit: ut anima ueritatē: alimoniam propriā concupiscat: per quam suo modo nutriatur & crescat: ac siquid per obliuionē animo excidit: aut torpet propter desidiam & incuriam recordationis & meditationis studio quasi regenerat: reuocatq; in mentē: quod p obliuionē perierat uel torpuerat p ignauiā. Adultū uero iā aīum flagrantissima docendi atq; scribendi stimulat cupiditate: ut scientia uel in scriptis uel in discipulorū animis generata: præceptoris intelligentia: & ueritas inter homines æterna permaneat. Atq; ita amoris beneficio cuiusq; hominis tam corpus q̄ anima: in rebus humanis post mortē semper superesse posse uidentur. Amor uterq; pulchra sectatur. Nempe qui corpus regit atq; gubernat: corpus proprium ex epulis q̄ delicatissimis: iocundissimis: & pulcherrimis alere concupiscit: & prolem formosam cum speciosa fœmina generare: & quid ad animum pertinet cum hornatissimis gratissimisq; disciplinis studet imbuere: ac scientiam sue simillimam scribendo hornato pulchroq; in stilo edere: & docendo in animo quodam pulcherrimo generare: puro inq̄ animo: acuto: & optimo. Animū quidem ipsum non cernimus. Ideo neq; eius inspicimus pulchritudinem. Corpus autem umbrā animi: imaginemq; uidemus. Itaq; ex eius imagine suspicātes in corpore formoso speciosum esse

animum coniectamur. Quamobrem formosos homines libentius erudimus.

¶De duobus amoribus/& quod anima nascitur predita ueritate. Cap. XII.

d E amoris definitione satis iam diximus/nunc autem quæ apud Platonem sit ex animi corporisue fœcunditate de amore distinctio declaremus. Omnium inquit hominū pregnās & grauidum. Corpus ē pregnans & animus. Corpori semina suoꝝ omnium ab initio sunt Inserta. Hinc statutis curriculis temporum dentes erumpunt/prodeunt pili. barba profunditur. procreationis semina defluunt. Si fecundū corpus est grauidūq; seminibus/multo magis animus præstantior corpore uberrimus est/atq; suorum omnium ab initio semina possidet. Igitur morū artium/disciplinarū rationes iam diu sortitus est animus/suosq; fœtus inde si recte colatur statutis temporibus promit in lucem. Quod autem rationes suorum omnium ingenitas habeat/ex appetitu eius inquisitione. Inuentione. Iudicio. Comparatione cognoscimus. Quis neget animū statim a tenera ætate uera/bona. Honesta. utilia exoptare? optat autem nullus incognita. Ergo insunt istorum aliquę etiam anteq̄ appetat in animo notiones per quas ceu formas rationesq; ipsorum/ea iudicat appetenda. Idē ab inquisitione & inuentione probatur/si in turba hominū quærat Socrates Alcibiadem sitq; illū quando reperturus/necesse est Socratis menti aliquam Alcibiadis inesse figuram/ut sciat quem hominū quærat præcæteris/ac repertū in cetu multorum Alcibiadē ab aliis discernere ualeat. Ita neq; indagaret ea quattuor animus/neq; aliquando inueniret/nisi haberet illorum. i. Veritatis/Bonitatis/Honestatis/Vtilitatis/aliquā notionē/per quā illa quæreret inuēturus/ut quotiens reperit quæ inuestigauerat recognoscat/atq; ab eorum discernat contrariis. Neq; solum ab appetitu indagatione. Inuentiōe. Sed etiam a Iudicio id probamus. Quicūq; enim aliquē sibi amicū iudicat/uel inimicum/quid amicitia quidue maleuolentia sit non ignorat. Quonā igitur pacto multa uera uel falsa bona uel mala/ut solemus quottidie iudicaremus/& recte iudicaremus nisi esset nobis ueritas quodāmodo/bonitasq; præcognita? Quomodo rursus structuræ musicæ/picturæ & artium cæterarū opera/necnon inuenta philosophorum / multi etiā in his artibus non uersati probarent sæpissime recte & reprobarent/nisi illarū rerum forma quædā esset/& ratio illis a natura tributa. Comparatio quoq; idem nobis ostendit. Quicūq; enim/mel uino cōparans alterum altero pronunciat dulcius. Quis dulcis sit sapor agnoscit/& qui Speusippum & Xenocratem conferens ad Platonē Xenocratem censet Platonis similiorem/q̄ Speusippum Platonis figuram proculdubio nouit. Eodē modo cū e multis bonis aliud alio melius recte existimemus & maiori minoriue bonitatis participatione aliud alio melius deteriusue appareat/necesse est bonitatē non ignorare. Præterea cum e multis diuersis philosophorum/aut etiā aliorum opinionibus/quæ ueri sit similior/& probabilior/sæpe optime iudicemus/oportet non deesse nobis aliquē ueritatis intuitum/ut quæ sint illius similiora non nesciamus. Quapropter nonnulli in adolescentia/aliqui etiā sine præceptore. plærīq; ex paucissimis doctrinæ rudimentis a præceptoribus demonstratis doctissimi euasisse traduntur. quod nunq̄ nisi multū ut diximus iuuante natura fieri potuisset. Hoc abunde Socrates Phædoni/Thætheto Menoni/pueris demonstrauit/docuitq; posse pueros recte In singulis artibus respondere/siquis prudenter eos interroget: quippe cum a natura sint artium disciplinarumq; omnium rationibus prediti.

¶In anima est ueritatis lumen. Cap. XIII.

q Vo autē modo huiusmodi sint in animo rationes apud Platonem uidetur ambiguū. Siqs eos libros sequatur/quos iunior scripsit Plato Phædrum. Menonē. & Phædonem/putabit forsitan ita ferme illas esse in animi substantia pictas tanquā in pariete figuras: quod in superioribus/sæpe/& a me &a nobis est tactum. Sic enim ibi uidetur innuere. In Sexto autē. De re. p. libro. Diuinus ille uir totam rem aperit. Dicitq; lumen esse mentis ad intelligenda omnia eūdem Ipsum deum: a quo facta sunt omnia. Solem nāq; & deum ita inuicem comparat/ut quēadmodū se habet sol ad oculos/ita ad mentes se deus habeat. Sol oculos generat/uimq; illis pręstat uidendi. Quæ frustra esset & sempiternis obruta tenebris/nisi solis lumen adesset corporum pictum coloribus & figuris. In quo oculus corpoꝝ colores uidet atq; figuras/neq; aliud quicq̄ nisi lumen/oculus intuetur. Videtur tamen uaria intueri/quia lumen ipsi infusum uariis externorum corporum formulis est ornatum. Hoc quidem lumen in corporibus reflexum oculus percipit. Ipsam uero in fonte suo lucem minime substinet. Eodem pacto deus animam procreat eiq; mentem/uim ad intelligendum largiur. quæ uacua esset atq; obscura nisi dei sibi lumen adesset/in quo rerum omniū inspiciat rationes. Vnde per dei lumen intelligit atq; ipsum diuinum dūtaxat lumen agnoscit. Diuersa tamen uidetur agnoscere/quia sub diuersis rerum ideis & rationibus ipsam intelligit. Quando quis oculis uidens hominem/in phantasia hominis imaginem fabricat/diutiusq; in ea iudicanda reuoluitur/mentis suæ aciem tollit ad hominis rationem in diuino lumine existentem suspiciēdam. Inde scintilla in mente protinus emicat/ac reuera natura ipsa hominis intelligitur/atq; de cæ-

teris

teris omnibus eodem pacto. Itaq; per dei lumen omnia intelligimus. Ipsum uero purum lumen eiusq; fontem hac in uita uidere non possumus. In hoc plane tota animæ consistit fœcũditas quod in eius penetralibus lux illa dei fulget æthema rerũ omnium rationibus/ideiq; plenissima ad quã aia quotiens uult uitæ puritate/& sũma studii intẽtione cõuertit. Conuersa scintillis emicat ideaq.

Vnde amor erga masculos. Vnde erga fœminas. Cap. XIIII.

Ita pregnans hominum corpus ut Plato uult/pregnans & animus/& ambo amoris incitamentis stimulantur ad partum. Cæterum alii uel propter naturam/uel propter educationem ad animi fœtus sunt q̃ corporis aptiores. Alii & quidem plurimi contra. Illi cœlestẽ sequuntur amorem hi uulgarem. Illi natura iccirco mares & illos quidẽ iam pene adultos potius/q̃ fœminas/aut pueros amant. Quoniam in eis magis admodum uiget mẽtis acumen. Quod ad disciplinam: quam illi generaturi sunt propter excellẽtiorem sui pulchritudinem est aptissimum. Alii contra/propter congressus uenerei uoluptatem & corporalis generatiõis effectum. Quoniã uero genitalis illa uis animę/utpote cognitionis expers sexuum nullum habet discrimen/natura tamen sua totiens incitatur ad generandum quotiens formosum corpus aliquod iudicamus. Contingit plærunq; ut qui cum masculis conuersantur/ quo genitalis partis stimulos sedent/illis se misceant. Hi præsertim in quorum genesi Venus in signo masculino & cum Saturno fuerit: uel in saturni finibus uel Saturno opposita. Oportebat autem animaduertere genitalis partis illius incitamenta/non irritum hoc iacturæ opus/sed serendi & procreandi officium affectare atq; a masculis ad fœminas eam traducere: huiusmodi quodam errore nefarium scelus/illud exortum putamus: quod in legibus suis Plato tanquã homicidii speciem acerrime detestatur. Quippe nõ minus homicida censendus est qui hominem præripit nasciturum/q̃ qui natum tollit e medio. Audacior quidem qui præsentem abrumpit uitam. Crudelior autem qui lucem inuidet nascituro/& nondũ natos suos filios enecat.

Supra corpus est anima. super animam angelus super. angelum deus. Cap. XV.

Verum de gemina ubertate animæ/geminisq; amoribus hactenus. Deinceps quibus gradibus Diotima Socratẽ ab ĩfimis ad superna euehit differamus. A corpore in aĩam ab aĩa in angelum. Ab angelo reducit in deum. Hos quattuor rerum gradus in natura esse debere ita licet argumentari. Omne corpus ab alio quodam mouetur/mouere autem seipsum natura sua non potest. Cum nec agere per se quicquam ualeat. Sed propter animæ presentiam seipso moueri uidetur/& propter animã uiuere/& præsente quidem anima seipsum mouet. quodãmodo. Absente uero ab alio dũtaxat mouetur/utpote quod hanc ex seipso naturam non habeat. Sed anima proprie uim seipsam mouendi possideat. Nam cuicũq; adest uim ad seipsum mouendũ impertit: quod autẽ ipsa sui præsentia impertit aliis. hoc ipsa multo prius magisq; debet habere. Est igitur anima supra corpora utpote: quæ seipsam secundum essentiam suam mouere queat/atq; iccirco super illa debeat esse: quæ non ex seipsis sed aliorum præsentia ut se moueant assequuntur. Cũ dicimus seipsa moueri animam/non transitiue/ut ita dixerim/quemadmodum a Platone accipi uoluit Aristoteles/sed absolute uerbum illud proferimus/ut cum stare per se deum. Lucere solẽ per se. Calere ignem asseueramus. Non enim pars animæ mouet/pars agitatur/sed tota ex se .i. sua natura mouetur. hoc est ab alio in aliud ratione discurrit. Ac nutritionis augmenti/generatiõis opera per interualla temporum/transigit. Temporalis ista discursio ex seipsa competit animæ. Quia quod super eam est/non aliis momentis alia/sed uno æthernitatis puncto simul intelligit oĩa. Quapropter recte primus a Platone motus & primum temporis interuallum in anima ponitur. Vnde & motus & tempus in corpora transeunt. Quoniam uero ante motum statum esse necessariũ est. Cum status sit motione perfectior supra rationem animæ mobilem oportet stabilem aliquam intelligentiam reperiri. quæ secundum se totam intelligentia sit/& actu semper intelligentia. Anima enim non se tota/neq; semper sed ex quadam sui parte/& quãdoq; intelligit/neq; certam habet/sed ambiguam intelligendi uirtutem. Vt ergo/quod perfectius est. illud quod est imperfectius antecedat/supra mentem animæ/quæ mobilis est/quæ pars: quæ intermissa/quæ dubia/ponenda est angeli mens stabilis/tota/continua/atq; certissima/ut quemadmodum corpori ab alio agitato anima per se mota præcedit. Ita animæ per se agitatæ mens stabilis per se præcedat. Et quemadmodum corpus per animam habet ut sese moueat/atq; ideo nõ omnia corpora/sed animata/sponte sua moueri uidentur! Ita anima per mentem habet quod semper intelligat. Si enim suapte natura animæ intellectus inesset/omnibus etiam bestiarum competeret animabus. Quemadmodum sui ipsius agitandi potestas. Non igitur aĩę intellectus per se primoq; competit. Quare eam antecedat oportet: quod per se primoq; mentis est compos. huiusmodi angelus est animis excellentior. Sed enim angeli mẽtem/rerum illud principium summumq; bonum/quod in Parmenide Plato ipsum unũ uocat/necessario supereminet. Quippe super omnem rei compositæ multitudinem unum ipsum.

Simplex debet esse natura. ab uno enim numerus/& a simplicibus compositio tota cōflatur. Mens autem illa licet immobilis sit/non tamen unum ipsum purū simplex existit. Intelligit enim seipsam ubi diuersa inter sese quoquomodo uidentur. Hæc tria quod intelligit. quod intelligitur. Intellectio. Alia enim ex ipsius ratio est, prout intelligit/ prout intelligitur alia/alia item prout intellectio est. Habet preterea cognoscendi potentiam ante cognitionis actum per se prorsus informem. cognoscendo formatur: quæ intelligendo ueritatis lumen cupit & capit: quo uidetur anteq̄ intelligeret caruisse. habet quoq; in se idearum omnium multitudinem. Cernis quāta sit: q̄uaria in angelo multitudo/atq; compositio! Itaq; ipsi purum unum & simplex præponere cogimur. Ipsi autem uni deo nihil possumus anteponere/quia uerum unum omnis multitudinis. Omnis compositionis ē expers. Quod si supra se quicq̄ haberet/ab illo utiq; fieret/quare ab eo dependēs in hoc ipso ab eodem degenerare/ut a causa omnis solet effectus. Ideoq; non unum iam esset & simplex/sed saltē ex duobus compositum. s. ex causæ suç munere/proprioue defectu. Ipsum itaq; unum ut Plato uult & Dionysius Areopagita confirmat/omnia supereminet. Excellentissimūq; dei nomen unum ipsum ab utroq; censetur. Huius sublimitatem ratio quoq; illa nobis ostendit: quod eminentissimæ causç donum esse debet amplissimū: uirtutisq; suæ præstantia se ad cuncta protendere. Vnius munus p uniuersa se propagat. Nam non mens solum una est/& anima quçlibet una corpus quodlibet unū/ sed etiam informis ipsa materies/rerūq; priuatio una quodāmodo dicitur. Nam unum silentium dicimus. Vnam obscuritatem. Mortem unam. Mentis tamen & animæ munera ad eam usq; nō extenduntur. Mens enim speciem artificiosam ordineq; largitur. Anima uitam præstat & motum informis uero & prima mundi materia/rerūq; priuatio speciei & uitæ est expers. Ita ipsum unū mentem & animam antecedit. Cū munus eius latius diffundatur. Eadē ratione mens animam uidetur excedere. Quia uita munus animæ non omnibus datur corporibus. Omnibus tamen his speciē/ ordinemq; mens tribuit.

¶ Quæ cōparatio inter deum/angelum/animam/corpus. Cap. XVI.

e Rgo a corpore in animā ab hac in angelū. Ab hoc in deū ascendimus. Deus super æthernitatem est. Angelus in æthernitate est totus. Sane tā eius operatio q̄ essentia stabilis permanet. Status autē æthernitatis est proprius. anima partim in çthernitate est/partim in tēpore. Eius enim substantia eadē semper absq; ulla incrementi aut decremēti mutatione perdurat. Operatio autē ut pauloante monstrauimus per temporis interualla discurrit. Corpus tēpori omnino subiicitur. Nam & substantia eius mutatur/& operatio eius omnis temporis spatium exigit. Igitur ipsum unum supra statum/motumue existit. Angelus. In statu. Anima in statu pariter atq; motu. Corpus solo in motu locatur. Vnum rursus super numerum/motum/locūq; manet. Angelus in numero super motū & locum ponitur. Anima in numero motuq;. Sed super locum. corpus numero/motui/loco subiicitur. Siquidē ipsum unū neq; numerum ullum/aut cōpositionē partiū habet. neq; ullo pacto ab eo/quod est mutatur/neq; loco clauditur ullo. Angelus numeq; quidē habet partium uel formarum sed a motu locoq; est liber. Anima partium habet/& affectum multitudinē/& ratiocinadōis progressione perturbationūq; uarietate mutatur. Sed a loci limitibus est exēpta. Corpus autem his omnibus est obnoxium.

¶ Quæ cōparatio inter pulchritudines dei/angeli/animæ/corporis. Cap. XVII.

e Adem uero īter quattuor hæc/& eorum formas est comparatio. Nempe corporis forma in multarū partium compositiōe consistit. Loco astringitur. Tēpore labitur. Species animi temporis quidē uicissitudines patitur/& partium continet multitudinē. Sed a loci terminis est absoluta. Angeli uero species numerū habet solum a duobus aliis īmunis existit. Dei aūt nihil istorum perpetitur. Corporis utiq; formam uides. Vis ne animi quoq; speciem intueri? Detrahe corporali formæ ipsius materiæ pondus/limitesq; locorum. relinque cçtera. Animi iam speciem habes. uis & angeli? De me obsecro non loci spatia solum. Sed temporis quoq; progressum. compositionem multiplicem retine/eam protinus nancisceris. Cupis etiam dei pulchritudinem cernere? Auferas insuper multiplicem illam formarū compositionē/simplicem prorsus relinque formam/confestim dei speciem fueris consecutus. Verum quid mihi tandem subtractis istis reliquum supererit? An tu esse aliud q̄ lucem pulchritudinem ducis? Porro corporum omnium pulchritudo lumen istud est solis: quod uides tribus illis infectum. formarū multitudine. Nam multis id aspicis figuris coloribusq; depictum. Loci spacio/temporali mutatione. Tolle sedem eius in materia ut præter locum reliqua duo retineat/huiusmodi p̄rsus est animi pulchritudo. Tolle hinc temporis si lubet mutationem. Mitte reliquum/lumen. Restat sine loco. sine motu clarissimū. Sed omnibus insculptum rerum omnium rationibus. Id angelus est. Id angeli pulchritudo. Tolle postremo diuersarum illum numerum idearum. Vnam simplicem ac meram relinque lucem. Instar lucis eius: quæ in globo solis ipso p̄manet/per aerē non dispergitur. Iā dei pulchritudinē quedam

modo

modo cõprẽhendis: quę tantũ saltẽ formas reliquas antecellit/ quantum lux illa solis in seipsa mera una inuiolata splendorem solis per nubilosum aera disiectum/ diuisum/ infectum/ obscuratum exuperat. Fons itaq; totius pulchritudinis Deus est. Fons itaq; totius amoris est Deus. Lumẽ pręterea solis in aqua umbra quędam est ad clarius eiusdem lumen in aere. Splendor in aere/ umbra similiter ad eiusdem in igne fulgorem/ fulgor in igne/ umbra ad lucem solis eodem ipso in sole fulgentem. Eadem est inter quattuor illas corporis/ animi/ angeli/ Dei pulchritudines comparatio. Deus nunq̃ ita decipitur/ ut suę speciei umbram in angelo amet quidem propriã sui/ ad ueram negligat pulchritudinẽ. Neq; angelus usq; adeo capitur animę specie que ipsius est umbra/ ut sui umbra detentus figuram propriam deserat. Anima tamen nostra: quod summopere dolendum est. hæc enim est totius nostrę infelicitatis origo. Anima inquã sola ita corporalis formę blanditiis delinitur/ ut propriam post habeat speciem. Corporis uero formã quę suę umbra est sui ipsius oblita sectetur. Hinc crudelissimũ illud apud Orpheum Narcissi fatum. Hinc hominũ miseranda calamitas. Narcissus quidem adolescens. i. temerarii & imperiti hominis animus. Sui uultum non aspicit/ propriam sui substantiã/ & uirtutem nequaq̃ animaduertit. Sed eius umbram in aqua prosequitur & amplecti conatur. i. pulchritudinem in fragili corpore & instar aquę fluenti quę ipsius animi umbra est admiratur. Suam quidem figurã deserit umbram nunq̃ assequitur. Quoniã animus corpus sectando se negligit/ & usu corporis non impletur: non enim ipsum reuera appetit corpus. Sed sui ipsius speciem a corporali forma: quę speciei suę imago est illectus: quẽadmodũ Narcissus affectat. Cũq; id minime aduertat/ dum aliud quidem cupit aliud sequitur/ desiderium suum explere non potest. Ideo in lachrymas resolutus consumitur. i. animus ita extra se positus & delapsus in corpus perniciosis perturbationibus cruciatur. Corporisq; infectus sordibus quasi moritur. Cum iam corpus esse potiusq̃ animus uideatur. Quã utiq; mortẽ ut Socrates deuitaret. Diotima ipsum a corpore ad animũ/ ab hoc in angelũ ab eo reduxit in Deũ.

¶ Quomodo aĩa a corporis pulchritudine ad Dei pulchritudinẽ eleuetur. Cap. XVIII.

[A]Gite conuiuę charissimi Diotimã fingite. Ita Socratem alloquentẽ. Nullum corpus o Socrates undiq; pulchrum. Nam aut hac in parte formosum/ illa deforme/ aut hodie formosum/ alias minime/ aut ab alio pulchrum/ ab alio turpe censetur. Ergo corporis pulchritudo turpitudinis contagione coinquinata/ pura/ uera/ & prima pulchritudo esse non potest. Quinetiam pulchritudinem turpem esse nemo aliquando suspicatur: quẽadmodum neq; sapientiam esse insipientem. Corporum uero dispositionẽ quandoq; speciosam/ quandoq; turpem putamus. Eodemq; tempore de illa alii aliter sentiunt. Non igitur prima & uera est in corporibus pulchritudo. Adde quod multa corpora/ uno pulchritudinis uocantur cognomine. Vna igitur est in corporibus multis pulchritudinis natura cõmunis/ per quam similiter pulchra denominant. Vnã uero naturã huiusmodi sicut in alio est. i. in materia: sic ab alio dependere putato. Quod enim in se ipso substentari non potest/ multominus a seipso pendere. Nunquid a materia dependebit? minime. Nihil enim deforme & imperfectũ seipsum hornare potest/ atq; perficere. Quod autẽ unum est/ ab uno debet oriri. Quapropter una multorũ corporũ pulchritudo ab uno aliquo in corporali pendet artifice. Artifex unus omniũ deus est: qui per angelos/ atq; animas pulchrã quottidie reddit oẽm mũdi materiã. Propterea uerã illam pulchritudinis rationẽ in deo eiusq; ministris/ potius q̃ in mundi corpore reperiri putandũ. Ad eã rursus his gradibus facile ut arbitror ascẽdes o Socrates. Si oculos tibi linceos natura dedisset mi Socrates/ ut aspectu quęlibet occurrentia penetrares formosissimũ illud extrinsecus Alcibiadis tui corpis tibi turpissimũ uideretur. Quantum est: quod amas amice? Superficies dũtaxat. Immo color te rapit. Immo quędam reflexio luminum: & umbra leuissima. Seu te uana imagiatio decipit/ ita qđ somnias potiusq̃ quod uideas amas. Cęterum ne tibi uidear penitus aduersari/ sit sane Alcibiades iste formosus. At enim quota pte formosus? oibus pfecto mẽbris pręter q̃ naso simo & elatioribus q̃ deceat superciliis. Hæc tamẽ in Phędro speciosa sunt. Sed crurũ in eo crassitudo non placet. Decora hæc apud Charmidẽ nisi gracilte collũ offenderet. Ita si homines singulos obseruabis/ nullum ex omni parte laudabis. Quicquid ubiq; rectum est colliges/ figuram apud te integram ex obseruatione omnium fabricabis: ut absoluta humani generis pulchritudo: quę in multis reperitur sparsa corporibus in aĩo tuo sit unius imaginis cogitatione collecta: cuiusq; hoĩs figurã paruipendes/ o Socrates si ad istã contuleris. Istam uero non tam corpoꝝ/ q̃ animi tui beneficio possides. Itaq; istã potius q̃ tuus animus fabricauit/ & animũ ipsum eius artificẽ: q̃ exteriorem illam mancã dispersamq; amato. Quid autẽ in animo amare te iubeo? animi pulchritudinẽ. Lux aũt est pulchritudo corporũ. Lux est & animi pulchritudo. Lux animi ueritas: quã solam amicus tuus Plato in uotis suis a Deo postulare uidet. Da mihi. Inquit/ Deus ut meus aĩus pulcher efficiatur & quę ad corpus attinẽt. Animi pulchritudinẽ non impediãt/ solum sapientẽ diuitem putem. In his Plato declarat pulchritudinẽ animi/ in ueritate

te sapientiaq; consistere. Eam a deo hominibus tribui. Veritas una est & eadē nobis a deo tributa in uariis eius effectibus uariarū uirtutū cognomenta sortitur/ ꝑut diuina demonstrat sapiētia/ quā a deo præcęteris Plato poposcit/ ꝑut naturalia/scientia. Vt humana/prudentia/ut equos facit/iustitia. Vt inuictos/fortitudo/ut tranquillos/dicitur tēperantia. Ex his duo uirtutū genera numerant. Morales inquā uirtutes/ & intellectiuę illis pstantiores. Intellectiuę sunt. Sapientia / Scientia / Prudentia / Morales / Iustitia/ Fortitudo/ & Temperātia. Morales ꝑpter oꝑationes earū ciuiliaq; officia notiores sunt. Intellectiuę ꝑpter reconditam ueritatē occultiores. Preterea qui honestis moribus educatur utpote purior alijs facile ad intellectiuas uirtutes erigitur. Ideo pulchritudinē animi quę consistit in moribus primā considerare te iubeo / ut intelligas unam esse moꝝ omniū rationē: per quā similiter honesti uocantur. Vnam .s. uitę purissimę ueritatē/ quę Iustitie/Fortitudinis/ Tēperantię actionibus/ ad uerā nos perducit felicitatē. Vnā igitur hanc ueritatē: morū / lucēq; animi speciosissimā primū diligito. Scito quinetiā supra mores ad sapientię/ sciētię / prudentię / lucidissimā ueritatē te ꝑtinus adscensurum : si considerabis hęc animo optimis moribus educato concedi atq; in eis normā moralis uitę rectissimā contineri. Quāuis autē uarias/ Sapiētię/ Scientię / Prudentięq; doctrinas contuearis. In cunctis tamē unicam esse ueritatis lucem existimato: per quā omnes pulchrę similiter appellantur. Eam tibi utpote supremā animi pulchritudinē summopere amare ꝑcipio. Sed enim una hæc in doctrinis plurimis ueritas. Prima omniū ueritas ideo esse nequit. Quoniā in alio est/ cū sit in multis distributa doctrinis. Quicquid autē iacet in alio ab alio certe dependet/neq; tamē ueritas una a doctrinarū multitudine nascitur. Quod enim unū est/ ab uno debet oriri. Quare oportet unam quādam esse super animā hominis sapientiā: quę non per diuersas sit diuisa doctrinis. Sed una sapientia sit a cuius unica ueritate. Veritas hominū multiplex oriatur. Illam o Socrates unicā unicę sapientię lucem/angeli pulchritudinē esse memento: quę tibi sup animi speciē sit colenda. Ea ut in superioribus demonstrauimus corpoꝝ speciē antecellit. Quia neq; loco astringitur: neq; secūdum materię partes diuiditur: neq; corrūpitur. Antecellit & animi speciem: quia ęterna est penitus: neq; tēporali discursione mouetur. Quoniā uero angeli lux in idearum compluriū serie micat/ ac supra multitudinem omnē unitas sit oportet: quę est numeri totius origo: necesse est eam ab uno rerum omniū principio: quod ipsum unū uocamus effluere. Ipsius itaq; unius lux penitus simplicissima infinita pulchritudo est: quia nec materię sordibus inquinat/ ut corporis species/neq; ut animi forma temporali ꝑgressione mutatur/neq; ut angeli species multitudine dissipatur. Omnis autē qualitas ab extraneo additamento secreta dicitur apud physicos infinita si in seipso sit calor frigore/& humore non impeditus/materie pondere nō grauatus/ calor dicitur infinitus/quia uis eius libera est/neq; ullis additionis limitibus coarctatur. Similiter lumen ab omni corpore liberū infinitū: nam sine modo/ ac termino lucet/quod natura lucet sua / quando ab alio minime terminatur. Itaq; dei lux & pulchritudo/quę mera est/ prorsus ab aliis oībus absoluta absq; dubio infinita dicitur pulchritudo. Infinita uero pulchritudo / īmensum quoq; requirit amorē. Quapropter te obsecro Socrates ut certo quodāmodo & termino cętera diligas / deū uero amore diligas infinito/neq; ullus diuino modus adsit amori.

ℭ Quomodo Deus amandus. Cap. XIX.

h ÆEc Diotima Socrati. Nos autē uiri clarissimi non solum sine modo Deum/ut iubere Diotima fingitur. Sed Deum solum amabimus. Ita enim mens ad Deū: ut ad solem acies oculorum. Oculus autē non modo lumen præcęteris : sed & solum appetit lumen / Si corpora/ Si animos/ Si angelos diligemus/ non hæc quidem: sed Deum in his amabimus. In corporibus quidem dei umbrā. In animis dei similitudinē. In angelis eiusdem imaginē. Ita Deum ad præsens in omnibus diligemus/ut in deo tandem omnia diligamus. Nam ita uiuentes eo proficiscemur/ut & Deum & in Deo omnia uideamus amemusq; & ipsum/& quę in ipso sunt omnia. Et quisquis hoc in tēpore sese Deo charitate deuouerit se deniq; recuperabit in Deo. Nempe ad suā: per quā creatus est redibit ideā/ ibi rursus/ siquid ipsi defuerit reformabitur/ideę suę perpetuo cohęrebit. Verus autē homo & idea hominis idem. Ideo quisq; nostrū in terris a Deo separatus non uerus est hō cū a sui idea sit formaq; disiunctus ad eā nos diuinus amor/pietasq; perducet: cum hic discerpti simus & mutilati/ ideę tunc nostrę amando coniuncti integri homines euademus / ut Deū primo in rebus coluisse uideamur/ quo res deinde in Deo colamus/resq; in Deo/ ideo uenerari/ ut nos ipsos præcęteris amplectamur & amādo Deū nos ipsos uideamur amasse. Oratio Septima.

ℭ Conclusio supradictoꝝ & opinio Guidonis Caualcantis philosophi. Cap. I.

p Ostremo Christophor⁹ Marsupin⁹ uir humanissim⁹ Alcibiadis ꝑsonā gestur⁹ iis ad me uerbis cōuertit. Gratulor egdē Marsilii Ioānis tui familię plurimū: q̄ inter multos & doctrina & rebus gestis clarissimos eqtes Guidonē philosophū peperit de re pu. benemeritū/& aculeis dialecticę cunctis suo seculo pręcellentem: quin hunc amorē Socraticum tam moribus q̄ carminibus

minibus

minibus/imitatus breui quęcunq; a uobis sunt dicta perstrinxit. Phędrus enim amoris originem tetigit ex chaos uisceribus emanantem. Pausanias iam natum amorē geminam diuisit in speciem. Coelestem.s.& uulgarem Eryximachus eius aperuit amplitudinē dum cūctis in rebus eū sic inesse monstraret in partes geminas distributū. Aristophanes quid agat in singulis tam amplissimi dei pręsentia declarauit ostendens per hunc fractos hoies resarciri Agatho quāta sit eius uirtus/potētiaq; tractauit/cū ab eo solo beatos fieri hoies disputaret: Socrates tandē o Diotima edoctus sum/matim quid sit amor & qualis/unde ortus/quot habeat partes/quorsum tendat/& quantum ualeat explicauit Guido Caualcantes philosophus/omnia haec artificiosissime uidetur carminibus suis in seruisse. Queadmodum solis radio speculū modo quodā percussum splendet iterū/& proxime sibi appositā lanam reflexione illa splendoris inflāmat. Ita ille partē animę: quā obscura phantasiā uocat/atq; memoriā ceu speculum/pulchritudinis ipsius/solis locū habentis simulachro tanq̄ radio quodā per oculos hausto censet ita pulsari/ut ipsa sibi ex illo alterū effingat simulachrū q̄si simulachri primi splendorē: quo appetendi uis non aliter q̄ lana accendat & amet. Addit amorē hūc primum in appetitu sensus accensum a forma corporis p oculos inspecta creari. Sed eā ipsam formā non eo modo: quo in corporis materia est: in phantasiā imprimi/sed sine materia. Ita tamē ut certi cuiusdā hominis signato in loco & tēpore positi sit imago. Rursus imaginis huiusmodi speciem aliquā statim in mente lucere: quę nō amplius unius cuiusdā humani corporis ut erat in phantasia uideat esse similitudo sed totius ęque generis humani ratio cōmunis & definitio. Itaq; sicut ex phātasię imagine a corpore sumpta/in appetitu sensus/corpori dedito/amor ad sensum p̄cliuis exoritur. Ita ex hac mētis specie rationeq; cōmuni/tanq̄ a corpore remotissima/amor alius in uoluntate nascitur a comertio corporis alienissimus. Illum in uoluptate hunc in contēplatione locauit. Illum circa particularē corporis unius formā reuolui putat/hunc circa uniuersalem totius humani generis pulchritudinē/hos utiq; amores sibiipsis in homine repugnare/& illum deorsum ad ferinam & uoluptuosam depellere/ hunc sursum ad angelicā uitam/contemplatiuāq; attollere/ hunc absq; perturbatione uult esse & in paucis reperiri. Illum multis passionibus anxium/ac plurimos occupare. Ideo istum paucis uerbis absoluit/in alterius passionibus enarrandis p̄lixior. Quoniā uero eadem apertissime/ quę & uos in superioribus narrauistis hic explicat ea in pręsentia recēsere opus esse nō censui. Verū cognouisse sufficiat philosophū hunc aliquā cahos informitatē/qualem supra uos posuistis in amoris p̄creatiōe miscuisse/dum diceret obscurā phantasiā illuminari/ atq; ex illius obscuritatis & huius luminis mixtiōe/amorē originem ducere/amorem praeterea geminū illum coelestē atq; uulgarem/quis in eius uerbis non uideat? originē quinetiā illius primā in diuinorū/secundam in corporum collocat pulchritudine. Solem nāq; dei lucem radium corporum formam intelligit finem postremo suum uult eiusdem principiis respondere dum alios usq; ad formā corporis/alios usq; ad dei speciē amoris prouehit instigatio.

¶ Socrates fuit uerus amator, & cupidini similis. Cap. II.

De amore hactenus/ Ad Alcybiadem & Socratē ueniamus. Postq̄ conuiuę satis amantium Deū laudauerant/ reliquū erat ut dei huius cultores legittimi laudarētur/ maxime omniū legittime amasse Socrates ab omnibus perhibetur. Is cum per omnē uitā pallam sine ulla prorsus dissimulatione in castris cupidinis militasset a nullis unq̄ notatus est quasi minus honeste/ quēq̄ dilexerit: huic uitę seueritas/& alienorū scelerum correptio frequens/ multos/ & magnos uiros/ut solet ueritas infensos rediderat/ Anitum / Melitum / Lyconem praesertim ciues in re publica potentissimos. Trhasymacū Poliū & Calliam oratores. Aristophanē praeterea comicū acerrimū habuit insectatorem. Sed neq; ciues illi in accusatione: qua Socratē in iudiciū traxere inhonestos amores inscripserunt/ neq; oratores eius hostes tale quicq̄ Socrati obiecere: neq; Aristophanes Comicus licet alia multa & absurda in Dionysiis colligat/in Socratem maledicta. An censetis eum si tam foeda se labe coinquinasset/ imo nisi fuisset ab huius criminis suspitione remotissimus. Venenosas talium detractorū linguas euasurū fuisse? Nunquid optimi uiri illud in superioribus animaduertistis/ quod dum Plato ipsum fingit amorem Socratis omnē pingit effigiem / ac numinis illius figuram ex Socratis persona describit/ quasi uerus amor / ac Socrates simillimi sint/ atq; ideo ille praeceteris uerus sit legittimusq; amator. Agite iam amoris picturā illā in animū reuocate. Vidębitis in ea Socratē figuratū. Socratis p̄sonā ante oculos ponite. Macilentū/ Aridū/ Squalidūq; uidebitis hoiem.s.natura melancholicū ut fert atq; hirsutū. Extenuatū inedia. In curia sordidū. Nudū p̄terea.i.simplici & ueteri optū palliolo. Sine calceis īcedentē. Ita semp solitū incedere Socratē apud Platonē Phędrus ostēdit. Humilē perq; īfima uolantē. Humi semp Socratis defixus erat aspectus/ut ait Phędo/loca insup uilia frequentabat: aut.n. in Symonis coriarii/aut ī sculptorū officinis obuersabat/rusticis & īcōptis utebat uocabulis/qd illi obiicit Callicles ī Gorgia. Adeo p̄terea mitis/ut multis lacessit⁹ iniuriis/sępe ēt pulsat⁹ ne cōmot⁹ qdē aio fuisse tradat sine domicilio. Interrogatus Socrates cuius eēt/ Mūdanus inquit. Ibi eni patria. Vbi bonū. Sed neq; huic p̄prii lares/neq;

mollis lectus/neq; delicatus uictus/neq; p̃tiosa supellex. Ad fores in uia sub diuo dormiẽs hæc apertum pectus & cor parẽs oĩbus in Socrate nostro significãt. Pręterea quod & uisu delectabatur/atq; auditu: quę fores animi sunt: quod etiã securus & intrepidus ĩcedebat/iacebatq; etiã si oportuisset pallio obuolut⁹ ubiq;. Semper egenus. Quis nesciat Socratẽ sculptoris & obstetricis fuisse filium? & usq; in senectutem in sculpendis lapidibus manu propria uictum quęsisse/nec habuisse unq̃ unde se satis & filios aleret. Hic inopiam suę mentis passim cõfitebatur. Interrogans omnes/nihil scire se prędicans. Virilis erat enim/constantis animi inuictęq; sententię qui etiam Archelaum Macedonem & Scopã Cranonium: Euriloctũq; Latisseum aspernatus est alto animo: cum ab eis missas pecunias non acceperit/neq; ipse ad eos uoluit proficisci/Audax/Feroxq;. Quãta/ eius fuerit in rebus bellicis fortitudo/ Alcybiades in conuiuio explicat copiosissime: cui Socrates cum in Potydea uicisset uictoriam sponte dicitur concessisse. Vehemens erat quippe ut recte Topirus physionomus iudicauerat concitatissimus. Sępe uero inter loquendum agente id orationis uehementia iactare digitos solebat/& crines uellere. Facundus. Huic rãtiones in utrãq; partem ferme pares dum dissereret suppetebant. Hic licet incomptis uerbis uteretur/ut in conuiuio Alcybiades ait/ magis tamen q̃ Themistocles & Pericles/omnesq; cęteri oratores audiẽtium animos cõmouebat. Pulchris & bonis insidiatur. Insidiatum sibi semper fuisse Socratem Alcybiades inquit/ eorum quippe: qui honesta indole prędit uidebantur/amore captus eosdẽ rationibus suis ad philosophię studia Socrates capiebat. Callidus Sagaxq; uenator. Socratem uenari solitum ex corporis forma diuinã speciem. In superioribus satis est dictum: & in Protagora Plato testatur. Machinator multis modis ut indicant Platonis dialogi sophistas confutabat: adolescentes exhortabatur/ modestos uiros erudiebat. Prudentię studiosus. Fuit enim tanta prudentia/& in pręsagiendo tam perspicax: ut quisquis contra eius consilium quicq̃ auderet perderetur/quod in theage a Platone narratur. Per omnem uitam philosophans hic in sua illa apud iudices defensione iudicibus edixit/ut si ea cõditione eum morte absoluerent/ut nunq̃ postea philosophetur/se mori male q̃ philosophari desinere. Incantator/fascinator ueneficus atq; sophista. Nã Alcybiades ait se magis Socraticis uerbis q̃ Marsię Olympiq; excellentiũ musicorum melodia mulceri. Dęmonẽ uero illi fuisse familiarẽ/& accusatores sui & amici testantur. Sophistam quoq; Socratem Aristophanes comicus appellauit/atq; etiã sui accusatores. Quippe cui ęqua esset hortandi & dehortandi facultas. Inter sapientiã & inscitiam medius. Cũ omnes homines ignorantes sint. Inquit Socrates. Hoc ego tantũ a cęteris differo/qđ meam ignorantiã non ignoro cum alii prorsus ignorent. Ita erat inter sapientiam & ignorantiam medius: quia licet res ipsas nesciret/ suam tamen ignorantiã cognoscebat. Quas ob res Socratem amori simillimũ/ideoq; uerissimũ amatorem post amorẽ ipsum laudandum Alcybiades iudicauit ut in eius laude intelligamus. Omnes qui similiter amant esse laudatos. Quę Socratis laudes sint hic audiuistis/& in Platonis uerbis Alcybiadis ore patẽt clarissime: quo ẽt pacto amabat Socrates cognoscere põt q Diotimę doctrinę meminerit. Ita.n. amauit Socrates/ut supra Diotima docuit.

De amore ferino quod insanię species est. Cap. III.

VErum interroget forte quispiam. Quid hominum generi Socraticus amor iste conducat. Cur tantis sit laudibus celebrandus/quid obsit cõtrarius. Dicam equidem altius aliquãto exorsus Plato noster furorẽ in Phędro mentis alienationẽ definit. Alienationis aũt duo genera tradit. Alterã ab humanis morbis. Alteram a deo prouenire existimat. Insaniã illam. Hãc diuinum furorẽ nuncupat. Insanię morbo infra hominis speciem homo deiicitur: & ex homine brutum quodãmodo redditur. Insanię duo sunt genera. Vnum cerebri. Alterum cordis uitio nascitur. Cerebrum sæpe adusta bili: sæpe sanguine adusto nõnunq̃ atra bili nimium occupatur: hinc dementes homines quandoq; redduntur: qui adusta bili uexantur/uel a nemine lacessiti uehementissime irascuntur/alte uociferãtur. In obuios irruunt seipsos: & alios cedunt. Qui sanguine adusto laborant effusos nimium in risus prorumpunt/præter omniũ consuetudinem se iactant/mirabilia de se pollicentur/cantu gestiunt/exultantq; tripudio. Qui bili pręmuntur atra/mœrent perpetuo: sibiipsi somnia fingunt/quę uel præsentia expauescant/ uel futura formident. Atq; hę quidem tres insanię species cerebri fiunt defectu. Quando enim humores illi retinentur in corde/angustiam & solicitudinẽ pariunt/non dementiã. Tunc uero amentiã quando caput oppresserint: ideo cerebri uitio dicuntur contingere. Cordis aũt morbo eam ꝓprie insaniã fieri arbitramur/ qua affligun tur hi qui ꝑdite amant. His falso sacratissimũ nomẽ amoris tribuitur. Verũ ne forte nimis contra multos sapere uideamur disputationis gratia/nos etiã nomine ad istos utamur.

Amor uulgaris est fascinatio quędam. Cap. IIII.

VOs aũt auriũ/ac mẽtis ĩtẽtionẽ dicẽdis accõmodate. Sãguis ĩ adolescẽtia subtilis ẽ/ clar⁹/calidus/atq; dulcis. Procedẽte.n. ętate subtilioribus ꝑtib⁹ resolutis/fit crassior: ꝓpterea fit & obscurior. Nẽpe qđ tenue rarũq; ẽ/purũ ẽ atq; ꝑlucidũ. Cõtrariũ uero cõtra/cur calid⁹ atq; dulcis? q̃a uita/& uiuẽdi initiũ/ipsa.s. gñatio in calore & hũore cõsistit/ ac semẽ prima uiuentium genitura

calidum

calidum est & humidum: natura talis in pueritia & adolescentia uiget. In sequētibus ętatibus paulatim in contrarias qualitates siccitatē & frigiditatē necessario ꝑmutatur. Ideo sanguis in adolescēte subtilis ē/clarus/calidus/atq; dulcis/qa subtilis/clarus/qa recēs calidus/atq; humidus/qa calidus & humidus est/ideo dulcis esse uidet. Dulcedo enī fit in calidi & humidi mixtiōe. Quorsum hæc? nempe/ut intelligatis spiritus in hac ętate subtiles & claros esse: calidos atq; dulces. Hi enim cum a cordis calore ex puriori sanguine generētur/tales in nobis sunt semp/ qualis est & sanguis humor. Quēadmodum uero spirituū uapor hmōi creatur ex sanguine: ita & ipse similes sibi radios p oculos quasi uitreas fenestras emittit. Atq; etiā sicut cor mundi sol suo circuitu lumen/perq; lumē uirtutes suas ad inferiora demittit/sic corporis nostri cor/ motu suo quodā perpetuo ꝓximū sibi sanguinē agitans ex eo spiritus in totū corpus/perq; illos luminū scintillas/per mēbra diffundit qdem singula/per oculos aūt maxime. Ad altissimas quippe corporis ptes spiritus maxime cū sit leuissimus euolat eiusq; lumē per oculos/cum ipsi perspicui sint/atq; omniū partium nitidissimi uberius emicat. Inesse uero oculis & cerebro lumen aliquod licet exiguū aīalia multa quę noctu uident testimonio esse possunt/quoꝝ in tenebris coruscant oculi. Ac etiā siquis certo quodāmodo oculi angulum digito presserit/cōtorserítq;/circulum quēdam uidet intra se lucidum intueri. Fertur & diuus augustus oculos adeo claros & nitidos habuisse/ut cū acrius quēq̄ intueretur cogeret eū quasi ad solis fulgorē uultum submittere. Tiberius quoq; pręgrādibus fuisse oculis traditur/& qui qđ mirum esset noctu etiā & in tenebris uiderēt. Sed ad breue & cum primū e somno patuissent. Deinde rursus hebescebāt. Quod aūt radius emissus ab oculis uaporē secum spiritalem trahat: & uapor is sanguinē: ex eo ꝑspicimus quod lippi & rubentes oculi spectantis ꝓxime oculos radii sui emissione cogūt morbo simili laborare. Vbi apparet & radiū usq; ad obuiū illum ꝓtendi & cū radio una uaporem corrupti sanguinis emanare: cuius cōtagione oculus spectātis inficitur. Scribit Aristoteles mulieres quādo sanguis menstruus defluit intuitu suo speculū sanguineis guttis sępe fœdare. Qđ ex eo fieri arbitror/qa spiritus qui uapor sanguinis est. Sanguis quidā tenuissimus uidet esse adeo/ ut aspectū effugiat oculoꝝ. Sed in speculi superficie factus crassior clare perspicitur/ hic si in rariorem materiā aliquā/ceu pānum/aut lignū incidat. Ideo non uidetur/quia in superficie rei illius non restat. Sed penetrat. Si in densam quidem. Sed asperam sicuti saxa lateres/& similia/corporis illius inęqualitate dissipatur/& frangit. Speculum aūt ꝓpter duritiem sistit in superficie spiritū/propter ęqualitatem/lenitatemq; seruat infractum/ propter nitorem spiritus ipsius radium iuuat & auget propter frigiditatem rarissimā illius nebulam cogit in guttulas. Eadem ferme ratione quotiens hiantibus faucibus obnixe anhelamus in uitrum/eius faciem tenuissimo quodam saliuę rore conspergimus/siquidem halitus a saliua euolans/in ea materia cōpressus relabitur in saliuā. Ergo quid mirū si patefactus oculus & intentus in aliquem radiorū suorum aculeos in adstantis oculos iaculatur? Atq; etiā cum aculeis istis/qui spirituū uehicula sunt sanguineū uaporem illum/ quem spiritum nuncupamus intendit. Hinc uirulentus aculeus transuerberat oculos/ cumq; a corde percutientis mictatur/hominis perculsi pręcordia/quasi regionem propriam repetit: cor uulnerat. Inq; eius duriori dorso hebescit/reditq; in sanguinem. Peregrinus hic sanguis a saucii hominis natura quodāmodo alienus/sanguinem eius proprium inficit. Infectus sanguis ęgrotat. Hinc duplex sequitur fascinatio. Aspectus fœtidi senis/& mulieris menstrua patientis puerum fascinat. Aspectus adolescentis fascinat seniorem. Quoniā uero senioris humor frigidus est atq; tardissimus uix dorsum cordis attingit in puero/& ineptus ad transitum cor nisi propter infantiam sit mollissimū parum admodum cōmouet. Hæc ideo leuis fascinatio est/illa uero grauissima/per quam iunior trāsfigit pręcordia senioris. Hoc illud est amici optimi de quo platonicus Apuleius conquęritur. Causa inquit omnis/& origo pręsentis huius doloris/etiam medela ipsa & salus unica mihi tu te ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi pręcordia acerrimū meis medullis cōmouēt incendium. Ergo miserere tua causa pereuntis. Ponite obsecro ante oculos Phędrum Myrrinusiū & Thebanum illum eius amore captū Lysiam oratorē. Lysias in Phędri uultum inhiat. Phędrus in oculos Lysię scintillas suorū defigit oculorū/ cumq; scintillis una transmittit & spiritū. Radius Phędri/radio Lysię facile copulatur. Spiritui quoq; facile iungitur spiritus uapor huiusmodi a Phędri corde genitus Lysię statim petit pręcordia/quorū hebetudine fit compactior/ & in priorem Phędri relabitur sanguinē. Ita ut Phędri sanguis/quod mirum est/iam in corde sit Lysię/ hinc ad clamorem confestim prorumpit uterq;/ Lysias ad Phędrum. Cor meum Phędre charissima uiscera: Phędrus ad Lysiā. O spiritus meus/o meus sanguis Lysia. Sequitur Phędrus Lysiā/quia cor suum poscit humorem. Sectatur Phędrum Lysias/quia sanguineus humor uas proprium postulat/ suam exigit sedem. Verum Lysias Phędrū sectatur ardentius. Facilius enim cor sine minima humoris sui particula: q̄ humor ipse sine corde proprio uiuit. Riuꝰ fonte magis q̄ fons riuulo indiget. Igitur ut ferrum qualitate magnetis accepta/ad lapidē hunc trahitur quidē: lapidem uero non attrahit. Ita Lysias Phędrum magis q̄ Phędrus Lysiam sequitur.

¶ Quam facile amore irretiamur. Cap. V.

a N poteſt dixerit quiſpiam tenuis radius leuiſſimus ſpiritus/pauculus ſanguis Phędri/tam cito/tam uehemēter/tam pernitioſe totū Lyſiam inquinare? Hoc utiq; mirū nō uidebitur ſi cæteros morbos/qui cōtagione naſcūtur cōſiderabitis/ſi pruritū/ſi ſcabiem/ſi leprā/pleureſim/pthiſim. Diſinteriā/lippitudinē/epidimiam. Amatoria uero cōtagio facile fit/& grauiſſima omniū peſtis euadit. Quippe ſpiritalis uapor ille ſanguiſq; ab adoleſcēte ſeniori prorſus iniectus/quattuor habet ut ſupra diximus qualitates. Clarus eſt/ſubtilis/calidus/atq; dulcis/quia clarus/oculorum & ſpirituū claritati in ſeniore maxime conſonat blanditur/& allicit/quo fit ut auide ab illis hauriatur/quia ſubtilis/celerime conuolat in pręcordia: inde facilime p uenas & arterias in corpus pmanat uniuerſum. Quia calidus/uehemēter agit/& mouet/& forti⁹ ſenioris ſanguinē inficit/eūq; in ſuam cōuertit naturā: quod Lucretius ita tetigit.

Hinc in te primū Veneris dulcedinis in cor Stillauit gutta & ſucceſſit frigida cura.

Pręterea/quia dulcis fouet uiſcera quodāmodo paſcit/atq; oblectat/hinc/fit ut totus uiri ſanguis/in iuuenilis ſanguis naturā mutatus/iunioris illius appetat corpus/quo ſuas uenas inhabitet & recētis ſanguinis humor/uenas quoq; recētes & teneras illabat/fit ēt ut uoluptate ſimul & dolore ęger hic tāgat. Voluptate pp uaporis illius/& ſanguinis claritatē/atq; dulcedinē/illa ſiqdem allicit/hæc oblectat. Dolore propter eius ſubtilitatem atq; calorem/illa quippe uiſcera diuidit/& diſcerpit/hic homini quod ſuum eſt aufert/& in alterius mutat naturam/per quā ſane mutationē eum in ſe quieſcere non permittit: ſed ad eum ſemper a quo infectus eſt trahit hoc ita Lucretius innuit.

Idq; petit corpus mens unde eſt ſaucia amore
Nāq; omnes plerūq; cadūt in uulnus: & illam
Emicat in partem ſanguis unde icimur ictu.
Et ſi cominus eſt hoſtem ruber occupat humor

In his carminibus Lucretius nō aliter uult ſanguinē hoīs oculoꝝ radio uulnerati in uulnerantē plabi/q̄ hoīs gladio ceſi ſanguis plabit in cedentē. Huius ut ita dicam miraculi ſi rationē requiritis afferam. Vulnerat Hector Patroclum/ac perimit/Patroclus Hectorē inſpicit uulnerantem. Vnde eius cogitatio iudicat ulciſcēdum/confeſtim ad uindictā bilis accendit/ab ea ſanguis inflāmatur/& ad uulnus eueſtigio pperat/tum ut partē illam corporis foueat/tum etiā ad uindictā/eodem cōcurrunt/& ſpiritus ii: quia leues ſunt/ad Hectorē/uſq; uolantes in eū migrant/eius calore ſeruantur ad tempus puta ad horas ſeptem/eo ipſo in tpe ſi Hector cadaueris uulnus/cominus intētus inſpiciat uulnus cruorē uerſus Hectorē eiicit: pōt enim cruor uerſus hoſtem quodāmodo effluere/tum qa nōdum calor oīs extinctus eſt/nōdum agitatio quieuit interior/tum quia pauloante in eū concitus fuerat/tū deniq; qa ſanguis ſpiritus repetit ſuos/atq; etiā ſpūs ſuū attrahūt ſanguinē. Simili quodā pacto hoīs amore ſaucii ſanguinē feſtinare Iferiētē & Lucreti⁹ inuit & nos ſummope cōprobam⁹.

¶ De miro quodam effectu uulgaris amoris. Cap. VI.

d Icam ne uiri caſtiſſimi/quod ſequit an potius pt̄ermittā? Dicam certe: poſtq̄ res ipſa poſtulat/& ſi dictu uidet abſurdum. At quis turpia nō turpiter dixerit. Tanta pmutatio ſenioris hoīs urgēs ad iunioris ſimilitudinē facit/ut hic totū ſui corp⁹ in illū trāfferre: & totū illius in ſe tranſfundere ſtudeat/ut uel recens humor uaſa recentia/uel uaſa teneriora teneriorem conſequātur humorē. Hinc multa inter ſe turpiſſime facere cōpellunt. Cum enim genitale ſemen a toto corpore defluat/ſolo huius iactu/uel tractu totū corpus tradere ſe poſſe cōfidunt/& totū accipere. Id in ſeipſo philoſophus Epicureus ille pręſenſit Lucretius amātium omnium infeliciſſimus.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictus.
Siue puer mēbris muliebribus hunc iaculatur
Seu mulier toto iactans de corpore amorē
Vnde feritur/eo tendit geſtitq; coire.
Et iacere humorē in corpus de corpe ductum
Affigunt auide corpus iunguntq; ſaliuas
Oris: & inſpirant prēſſantes dentibus ora
Ne quicq̄: qm̄ nil inde abradere poſſunt
Nec penetrare & abire in corpus corpe toto
Nam facere interdū uelle & certare uident.
Vſq; adeo cupide ueneris cōpagibus hęrent.
Mēbra uoluptatis dum ui labefacta liqueſcūt

Hæc Lucretius Epicureus: Quod etiam totum in ſe capere amatum amantes cupiant. Artemiſia Mauſolei regis Carię uxor oſtendit: quę ſupra affectiōis humanę fidē uirum ſuū amauiſſe dicitur. Eiuſq; defuncti corpus redegiſſe in puluerē & aquę inditum ebibiſſe.

¶ Vulgaris amor eſt ſanguinis perturbatio. Cap. VII.

I Sſe uero hāc in ſanguine paſſionē illud argumēto ē/qđ ęſtus hmōi alterna requie caret. Cōtinua uero febris a phyſicis i ſanguīe ponit/q̄ aūt horas ſex qeti relinqt in pituita/q̄ diē unū in bili: q̄ duos in atrę bilis humore. In ſanguīe igit illā merito collocam⁹. In ſanguīe uidelicet melācholico: ut in oratōe Socratis audiuiſtis: hūc ſanguis cōtagiōis ſemp affixio comitat.

¶ Quomodo amantes fiunt amati ſimiles. Cap. VIII.

I Deo nemo ueſtrū miret ſiquē amātē audierit amati ſui ſīſitudinē aliquā uel figuram ſuo in corpe cōtraxiſſe. Pregnātes ſæpe mulieres uinū qđ auidiſſime cupiūt/uehemēter excogitant/uehemēs cogitatio/ſpūs mouet iteriores/atq; in his excogitatę rei pingit imaginem. Iſti ſanguinem

guinem mouent/ similiter & in mollissima fœtus materia/ uini imaginem exprimunt. Amator aũt ardentius q̃ prægnãtes suas cupit delitias/uehemẽtius quoq; & firmius cogitat. Quid mirũ si usq; adeo hęrẽtes & infixi pectore uultus ab ipsa cogitatione purgãtur in spiritu a spiritu statim in sanguine infigãtur? Pręsertim cũ in Lysię uenis iam mollissimus sanguis Phędri sit genitus ut facillime possit Phędri uultus in sui ipsius sanguine relucere. Quoniã uero mẽbra corporis singula ut quotti die arescunt: ita sumpto alimonię rore quottidie reuirescũt. Sequitur ut in dies corpus cuiusq; hominis/quod sensum exaruit/paulatim reficiatur. Reficiunt aũt mẽbra a sanguine ex uenaꝝ riuulis emanãte. Ergo miraberis si certa similitudine pictus sanguis eandẽ mẽbris ĩpresserit. Vt Lysias tãdem Phędro in nõnullis uel colorib⁹/uel liniamẽtis/aut affectib⁹/aut gestib⁹ euasisse similis uideat.

¶A quibus pręcipue irretiamur. Cap. IX.

q Vęret forsitã aliquis a quibus pręcipue & quo pacto illaqueẽtur & quomodo soluant amãtes. fœminę ꝓfecto uiros facile capiũt / facilius autẽ illę: quę m asculam quãdam indolem pręse ferunt: & tanto facilius masculi quãto similiores sunt uiris q̃ fœminę/ & sanguinẽ spirituumq; habent lucidiorẽ/calidiorem/subtiliorẽ/ qua in re amatoria cõsistit illaqueatio. Ex marib⁹ autem illi uiros/seu mulieres uelocissime fascinãt: qui sanguinei sunt potissimũ: & quadam ex parte cholerici oculos amplos habent/ glaucos atq; nitentes: pręcipue uero si casti uiuant neq; per coitũ claro humoꝝ succo exhausto serenos uultus fœdauerint. Hæc enim ad ipsas sagittas ꝓprie emittẽdas quę cor uulnerãt / ut supra tetigimus requirũtur. Irretiuntur pręterea cito quibus nascẽtibus Venus fuerit in Leone/ uel Luna Venerem uehemẽter aspexerit/& qui eadem cõplexione sunt pręditi. Flegmatici in quibus dominatur pituita: nunq̃. Melancolici/in quibus atra bilis/ uix quidẽ captantur. Sed capti nunq̃ postea liberantur. Quãdo sanguineus deuincit sanguineũ leue iugum est/ suaue uinculum/ similis nãq; complexio mutuũ creat amorem. Huius prætera humoris suauitas spem & fiduciam pręstat amanti. Quando cholericus cholericũ intolerabilior seruitus. Vicissitudinem quidem nõnullam beneuolẽtię in his facit complexionis similitudo. Sed igneus ille bilis humor crebra illos iracũdia turbat. Quando sanguineus cholericũ/ aut contra propter suauis simul & acris humoris cõmixtionem alternatio quędam prouenit iracundię/& gratię uoluptatis atq; doloris. Cum sanguineus melancolicum ligat uodus perpetuus non miserimus. Sanguis quippe dulcedo melancolię amaritudinẽ temperat. Cum uero cholericus illaquęat melancolicũ / pestis omnium pernitiosissima: acutissimus adolescentis humor senioris uiscera passim illabitur. Est mollis flãma medullas. Vritur infelix amator cholera ad iracũdiã cedesq; prouocat. Melãcolia ad mœrorem & perpetuã quęrimoniã. Iis sæpe idem qui philidi. Didoni. Lucretio/amoris ẽ exitus. Flegmaticus aũt seu melãcholicus adolescẽs pp sanguinis/ & spirituũ crassitudinẽ capit neminem.

¶Modus illaqueationis. Cap. X.

q Vo autem pacto fascinẽtur amãtes satis supra dixisse uidemur/si modo illud addam⁹mortales tũc summope fascinari/qñ frequẽtissimo ĩtuitu aciẽ uisus ad aciẽ dirigẽtes/lumina iungunt luminibus/& longum miseri combibunt amorẽ. Huius profecto morbi ut Museo placet causa omnis & origo est oculus/ideo siquis nitore polleat oculorũ/licet minus in reliquis mẽbris compositus sit/sæpius intuentes ea ratione qua diximus insanire cõpellit. Qui contra dispositus est/ad moderatã quãdam beneuolentiã inuitat potius q̃ ardorem. Reliquorum præter oculos membroꝝ cõcinnitas nõ causę uim ad ęgrotationẽ hmõi/sed occasionis ĩpulsam uidet habere. Talis quippe cõpositio eminus ꝓspicientẽ ut ꝓpius accedat hortat/deinde cernentẽ cominus in ipsa sui cõsideratione diutissime detinet. Immorantẽ uero solus ipse ferit intuitus. Ad moderatũ autẽ amorẽ illum diuinitatis participẽ. De quo in hoc conuiuio utplurimũ disputatur/nõ oculus solus/ ut causa. Sed partiũ cunctaꝝ concordia iocunditasq; concurrit.

¶Curatio amoris. Cap. XI.

h Actenus qũo & a qbus irretiamur tractauimus. Restat ut qũo soluamur paucis doceam⁹. Solutio uero duplex/ altera qdẽ naturę/altera diligẽtię. Naturalis est q̃ certis tpis ĩteruallis pficit. Quę nõ ad hũc solum/sed ad oẽs attinet morbos/siqdẽ in cute prurit⁹ eatenus pmanet/quatenus tabidi sanguis fex in uenis/aut salsedo pituitę uiget in mẽbris. Defecato sanguine: & pituita demollita pruritus desinit: & fædę cutis macule abolent. Euacuatõis tñ matura diligẽtia cõfert plurimũ. Repẽtina euacuatio/uel unctio piculosissima iudicat. Inqetudo quoq; amantiũ tãdiu necessario pseuerat q̃diu infectio illa sanguis p fascinationẽ iniecta uisceri⁹ pmanẽs graui cor pręmit cura. Vuln⁹ alit uenis/cęcis mẽbra flãmis adurit: a corde siqdẽ ĩ uenas/a uenis ĩ mẽbra fit trãsitus/hac deniq; expurgata amantiũ. Immo uero amẽtiũ cessat inqetudo. Id longũ in oibus requirit tẽporis spatiũ. In melãcholicis uero longissimũ. Pręsertim si Saturni influxu fuerint irretiti adde & amarissimũ/ si Saturno retrogrado/uel marti cõiuncto/uel soli opposito mãcipati sint. Ægrotãt illi & diutissime/ in quoꝝ natiuitate Ven⁹ in domo Saturni fuerit: uel Saturnũ Lunãq; uehemẽter aspexerit. Addenda est naturali huic purgationi diligẽtissime artis industria. Cauendum in primis ne

īmatura euellere/uel amputare tentemus neq₃ summo cum periculo discindamus: quę tutius dis/suere possumus/consuetudinis intermissio facienda. Summopere uero cauendum ne lumina ocu/lorum luminibus coniungātur. Siquid in amati animo/uel corpore uitii est diligēter animo reuol/uendum. Plurimis/uariis/grauibus negotiis animus applicādus/ sæpe minuendus sanguis ē / uino utendum claro/nōnunq̄ etiam ebrietate/ut ueteri sanguine uacuato nouus sanguis accedat/nouus & spiritus. Exercitatione sæpe ad sudorē usq₃ uti pręstat/per quā corporis meatus ad expurgationē faciēdam aperiantur. Ea insuper omnia quę physici ad cordis præsidiū adhibent & cerebri alimē/tum prosunt q̄plurimū. Sępe etiam coeundum Lucretius pręcipit / sed fugitare decet simulachra & pabula amoris. Absterrere sibi/atq₃ alio cōuertere mentem/& iacere humorē coniectum in cor/pora quęq₃. Nec retinere semen conuersu m unius amore.

¶ Quam noxius uulgaris amor. Cap. XII.

S Ed ne diutius de insania loquentes insaniamus/sic breuibus concludamus. Insanię species quędam est anxia illa solicitudo: qua uulgares amantes diu nocteq₃ uexātur: qui amore du/rante bilis incēdio primum: deinde atrę bilis adustione afflicti/in furias/ignemq₃ ruunt: & quasi cęci quo præcipitentur ignorant: q̄ perniciosus adulterinus hic amor tam amatis q̄ amanti/bus sit Lysias Thebanus & Socrates apud Platonem in Phędro demonstrant. Hoc itaq₃ furore ho mo in bestię naturam deuoluitur.

¶ Quam utilis diuinus amor & de quattuor eius speciebus. Cap. XIII.

D Iuino aūt furore super hominis naturā erigitur / & in deum transit. Est autē furor diuinus illustratio rationalis animę per quam deus animā a superis delapsām ad infera ab inferis ad supera retrahit. Lapsus animę ab ipso uno rerum omniū principio ad corpora / p quat/tuor gradus efficitur/per mentē/ rationē / opinionē atq₃ naturā. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existāt/ quorū̄ summū tenet ipsum unum infimū corpus. media uero sunt quattuor quę prędiximus: necesse est quicq̄d a primo ad ultimū labitur/ quattuor per media cadere. Ipsum unū rerum omniū terminus & mensura cōfusionis & multitudinis expers. mens angelica multitudo q/dem idearū. Sed stabilis & ętherna. Ratio animę multitudo notionū argumentationūq₃ mobilis. Sed ordinata. Opinio aūt inordinatā/& mobilis / imaginū multitudo/sed substantia punctisq₃ uni/ta: cū anima ipsa in qua est opinio/una substātia sit nullum occupans locū. Natura. i. nutriendi uis ab anima & animalis cōplexio similiter/ nisi quod per corporis puncta diffunditur. Corpus autem inde terminata partium & accidentiū multitudo subiecta motui/& substātia punctis momētisq₃ di uisa. Hæc omnia respicit anima nostra per hęc descēdit / per hęc & ascendit. Vt enim ab ipso uno/ quod omniū principiū est pducitur/ unitatē quādam sortita est: quę omnē essentiā eius uires ope/rationesq₃ unit: a qua & ad quā ita cætera quę in anima sunt se habent/ sicut a centro & ad centrum circuli lineę. Vnit uero non modo animę partes inuicem & ad totam animā. Sed animā totam ad ipsum unū rerum omniū causam. Vt aūt diuinę mentis radio claret/rerum omniū ideas p mētem actu stabili cōtemplatur. Vt seipsam respicit/ rationes rerum uniuersales cogitat: & a principiis ad conclusiones ratiocinatione discurrit. Vt corpora respicit/ particulares rerum mobilium formas atq₃ imagines per sensus acceptas opinione uolutat. Vt materiā attingit / natura uelut instrumēto utitur/quo unit materiā/mouet/& format. Vnde generationes / augmēta & eorū cōtraria pficiscū/tur. Cernitis igitur ab uno: quod super ęthernitatē/ in ęthernam multitudinē labitur: ab ęthernita te in tempus a tempore in locū/ atq₃ materiā labitur/inquam quādo ab ea puritate/ qua nata est lon gius corpus amplectendo discedit.

¶ Quibus gradibus diuini furores animā extollunt. Cap. XIIII.

Q Vapropter sicut per quattuor descendit gradus/per quattuor adscendat necesse ē. Furor autē diuinus est/qui ad supera tollit/ut in eius definitione cōsistit. Quattuor ergo diuini fu roris sunt species. Primus quidem poeticus furor. Alter mysterialis. Tertius uaticinium. Amatorius affectus ē quartus. Est aūt poesis a musis/ mysteriū a Dionysio Vaticiniū ab Apolline. Amor a Venere. Redire quippe ad unū animus nequit/ nisi ipse unum efficiatur. Multa uero effe/ctus est: quia est lapsus in corpus in operationes uarias distributus / & ad corporalium rerū multi/tudinem respicit infinitā. Ex quo partes eius superiores pene obdormiunt / inferiores aliis domi/nantur. Illę torpore. He perturbatione afficiuntur. Totus aūt animus discordia & inconcinnitate repletur: poetico ergo furore primū opus est qui per musicos tonos quę torpent suscitet: per har/monicā suauitatē quę turbant/ mulceat: per diuersorū̄ deniq₃ consonātiam/dissonantē pellat discor diam & uarias partes animi temperet. Neq₃ satis hoc ē. Multitudo enim adhuc & diuersitas restat in animo. Accedit ergo mysteriū ad Dionysium pertinēs/quod expiationibus/sacrisq₃/& omni cul tu diuino partium omniū intentionē in mentem/ qua deus colitur dirigit. Vnde cū singulę animi partes ad unam mentē redactę sint/ iam totū quoddam unum ex pluribus factus est animus. Ter/tio uero adhuc opus est furore/qui mentē ad unitatē ipsam animę caput reducat: hoc Apollo per

uaticinium

uaticiniũ efficit. Nã cũ aĩa supra mentẽ ĩ unitatẽ surgit/futura præsagit. Demũ cũ aĩa facta est unũ. Vnũ inq/quod in ipsa natura & essentia aiæ est. Restat ut illico in unum/quod est sup essentiam.i. deum se reuocet. Hoc cœlestis illa. Venus p amorẽ.i. diuinæ pulchritudinis desideriũ/boniq3 ardorẽ explet. Primus itaq3 furor in concinna & dissonãtia temperat. Secũdus tẽperata unũ totũ ex partibus efficit. Tertius unum totũ supra partes. Quartus in unum q̃ sup essentiã & super totũ est ducit. Plato in Phædro mentẽ diuinis deditã:i anima hominis aurigã uocat. Vnitatẽ animæ aurigæ caput. Rationẽ:opinionẽq3 per naturalia discurrẽtẽ:equum bonũ Phãtasiã cõfusam: appetitumq3 sensuum malũ equum. Animæ totius naturã:currum quia motus suus tanquam orbicularis a se incipiens inse deniq3 redit:dum suiipsius naturam animaduertit. Vbi consideratio eius ab anima profecta in eandem reuertitur Alas animo tribuit:per quas in sublime feratur: quarum alteram putamus indagationem illam esse:qua mens assidue ad ueritatem adnititur. Alteram boni desiderium/quo nostra uoluntas semper afficitur. Hæ partes animæ suum amittunt ordinem quãdo perturbante corpore confunduntur. primus itaq3 furor. Bonum equum.i. rationem opinionemq3 a malo equo.i.a phãtasia confusa & sensuum appetitu distinguit. Secundus malum equum bono bonum Aurigæ.i. menti subicit. Tertius aurigam. In caput suum.i. in unitatem mentis apicem dirigit. Postremus caput aurigæ in caput rerum omnium uertit. Vbi auriga beatus est.& ad præsepe.i.ad diuinam pulchritudinem:sistens equos.i.accomodans omnes sibi subiectas animæ partes. obicit illis ambrosiam & super ipsam nectar potandum.i.uisionem pulchritudinis & ex uisione lætitiã. Hec q̃ttuor furorꝫ opa sunt. De q̃bus gñatim in Phedro disputat. Proprie uero de poetico furore in Ione. de amatorio. In cõuiuio oĩbus his furoribus occupatũ fuisse Orpheũ libri eius testimonio esse pñt. Amatorio maxĩe Sappho. Anacreontẽ:& Socratẽ fuisse correptos accepim⁹.

Omnibus his furoribus amor præstantior est. Cap. XV.

O Mnium potẽtissimus/& præstantissimus est amatorius. Potẽtissimus inquã ꝓpterea quod oẽs alii ipso necessario indigent/neq3 enim pœsim/neq3 mysteria/neq3 uaticiniũ sine ingẽti studio flagranti pietate & sedulo diuinitatis cultu cõsequimur. Stulti uero/pietatẽ/cultũ q̃d aliud dicimus q̃ amorẽ? Igitur oẽs amoris potẽtia cõstant. Est et pstantissimus/qm̃ adhunc tanquã ad finẽ alii referunt. hic aũt ꝓxime deo:qui nos copulat:hos utiq3 furores quattuor/totidẽ adulterini affectus fallo imitari uident. Poeticũ q̃dẽ musica ista uulgaris/q̃ hauribus dũtaxat blandit. Mysterialẽ/uana multorꝫ hoĩm supstitio/fatidicũ/fallax peritiæ humanæ cõiectio. Amatoriũ libidinis impetus. Verus enĩ amor nihil est aliud q̃ nixus q̃dã ad diuinã pulchritudinẽ euolandi ab aspectu corporalis pulchritudinis excitatus. Adulterinus aũt ab aspectu in tactũ præcipitatio.

Quam utilis amor Socraticus. Cap. XVI.

q Væritis q̃d amor Socraticus cõferat? primo quidẽ ipsi Socrati plurimũ ad alas illas recuperandas/quibus in patriã reuolet. Deinde ciuitati suæ magnopere ad honeste feliciterq3 uiuendũ. Ciuitatem profecto nõ lapides sed hoĩes faciũt hoĩes uero a tenera ætate quemadmodũ arbores a tenerioribus curandi sunt/& ad frugẽ optimã dirigendi puerorum curam parentes habent & pædagogi. Adolescentes autem limites parentũ & pædagogorꝫ non prius transgrediuntur q̃ iniq̃ uulgi consuetudine deprauentur. Superiorem quippe uiuẽdi normam domi ĩhibitam sequerẽtur/nisi ab ea improborũ hominũ/eorũ præsertim qui illis blandiuntur usu/consuetudineq3 deflecterentur. Quid ergo Socrates faciet? Nũ pmittet/ut flagitiosorꝫ cõtagione adolescentia/quæ futuræ rei.p.semẽ est/corrumpatur? At ubi patriæ charitas? Succurret itaque patriæ Socrates. filiosq3 illius/suos aũt frẽs a pnitie liberabit. Leges fortasse cõscribet q̃bus lasciuos uiros ab adolescentũ cõsuetudine segregabit. Sed nõ oẽs Ligurgi/aut Solones eẽ possumus. Paucis legũ condendarꝫ datur auctoritas paucissimi legibus latis obtẽperãt. Quid ergo? uim inferet/& manu iniecta seniores a iuuentute depellet. At solus Hercules cũ mõstris dicitur decertasse. Cæteris periculosissima est huiusmodi uiolentia. Forsitan scelestos homines monebit/corripiet/obiurgabit Cæterum perturbatus animus monentis uerba contemnit:& quod deterius est sæuit in monitorem. Qua de causa ab alio pugno ab alio calce dum id tentaret percussus est Socrates. Vnica restat iuuentuti uia salutis. Socratis consuetudo. Huic ergo Græcorum ille sapientissimus charitate deuictus sese miscet ubiq3 & magna incedit adolescentum comittante caterua. Ita uerus amator/ut pote pastor/agnorum gregem:a falsorum amantium/ceu luporũ uoragine/ac peste tutatur. Quoniam uero pares cum paribus facilime congregantur/parem se facit iunioribus puritate uitæ. Verborum simplicitate/ludis/iocis/atq3 facetiis. Seq3 ex se ne puerum facit in primis ut pueros quandoque reddat domestica & iocunda familiaritate seniles. Ad uoluptatem prona iuuentus sola uoluptate tenetur/rigidos effugit præceptores/hic nostræ adolescentiæ tutor ad patriæ suæ salutem rerꝫ suarꝫ administratione neglecta iuniorem suscipit curam/eosq3 primũ iocundæ consuetudinis captat suauitate. Ita illaqueatos monet. Deinde seuerius. Postremo censura rigidiori castigat. hoc pacto Phædonem adolescentulum lupanari publico prostitutum ab ea calamitate redemit:fecit-

y

q philosopum Platonē p œsi deditum coegit tragœdias igni tradere: & studia pretiosiora capesse re. Xenophontē a uulgari luxu ad sapiētum traduxit sobrietatē Æschinē/& Aristippū ex paupibus diuites. Phædrum ex oratore philosophum. Alcibiadem ex ignorante doctissimū reddidit. Charmidem grauem fecit/& uerecundum. Theagem iustum/fortemq; in repub. ciuem Euthydemum ac Menonem a sophistarum captiunculis ad uerā transtulit sapientiā. Quo factū est ut non tam iocunda quam utilis fuerit socratis consuetudo/ac multo ardentius ab adolescentibus / ut Alcibiades ait dilectus fuerit Socrates q̄ dilexerit.

¶ Q ūo agendæ sunt gratiæ spūi scō q nos ad hāc disputationē illumīauit atq; accēdit. Cap. XVII.

I Am igitur Conuiuæ optimi quid amor sit? Quis uerus amator? Quæue amantis utilitas ex uestra primum/ex mea deinde disputatione feliciter cōperisse uidemur. Huius aūt inuētionis felicissime causam & magistrū eundē ipsum amorem, qui & cōpertus est fuisse/proculdubio existimare. Amore namq; ut ita dixerim/inueniendi amoris accensi amorem quæsiuimus & inuenimus. Vt eidē inquisitionis & inuentionis pariter habenda sit gratia. O mirā numinis huius magnificētiā. O incōparabilem amoris benignitatē. Cætera siquidem numina uix tandē post quam diu quæsieris se parūper ostēdunt. Amor etiā quæsituris occurrit. Quapropter huic multo magis q̄ cæteris homines se debere fatentur. Sunt āt q diuinā potētiā sæpe audeāt execrari scelerū nostrorum fulminatricem. Nonnulli etiam sapientiam oderunt nostrorum omniū exploratricē flagitiorum. Amorem uero diuinum bonorū omniū largitorem non amare non possumus. Nos autem amorē hunc adeo nobis propitium ea mēte colemus/ut ueneremur. Sapientiam & potentiam admiremur. Vt amore duce totū ut ita loquar deū habeamus propitiū/ac totum amoris fragrantia diligentes toto etiam deo amore perpetuo perfruamur.

FINIS.

¶ PLATONIS CONVIVIVM VEL DE AMORE A MARSILIO FICINO TRANSLATVM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

¶ PERSONÆ DIALOGI. APOLLODORVS. FAMILIARES APOLLODORI. GLAVCON. ARISTODEMVS. SOCRATES. AGATHO. PHÆDRVS. PAVSANIAS ERYXIMACHVS. ARISTOPHANES. DIOTIMA. ALCYBIADES.

APOL.

V Ideor mihi in his quæ petitis satis præmeditatus esse. Heri.n. cum domo ex Phalero in urbem redirem/quidam mihi notus a tergo me aspiciens/eminus uocauit & inter uocandum iocatus. O phaleree inquit appollodore/cur non expectas? Ego autem expectaui. Tum ille. Quærebam te modo/audire cupiens qui de amore sermones habiti sunt in ea cœna ad quam Agatho Socrates. Alcibiades/nonnulliq; alii conuenerunt. Retulit quidem mihi & alius quidam quia Phœnice Pilippi filio audiuerat. Addiditq; te scire. Verum nihil certi sea de re afferre poterat. Quare tu mihi referas. Tua.n. interest sermones amici tui narrare. Id autem primum dicas. Ipse affuisti cum disputarent. An non? Re uera inquam certi nihil rettulisse tibi ille uidetur/siquidem conuenisse illos inuicem nuper existimas, ut ego interesse potuerim. Existimabā ęquidē inquit ille. Tum ego. Vnde nam istud audieras uel coniectabas? nescis o Glauco multis iam annis huc Agathonem non accessisse? Ex eo uero tempore quo cum Socrate uersari assidue cœpi, eiusq; tum dicta tum facta diligentius obseruare nondum tres anni fluxere. Antea uero quocunq; contigebat oberrans/existimansque aliquid agere omnium miserrimus eram/perinde ac tu nunc/qui quodlibet aliud agendum censes potiusq; philosophandum. Ne mordeas inquit ille/sed quo in tempore/conuiuium celebratum est/enarra. Ad hæc inquam. Dum pueri adhuc essemus/in primo tragœdiæ certamine/uictoriam reportauit Agatho. Sequenti autem die post palmam sacraq; uictoriæ gratia celebrata parato conuiuio disputatio instituta fuit. GLAV. Longum certe id tempus est. Sed qui tibi narrauit? Nunquid ipse Socrates? APOL. Non per Iouē, immo idē qui & Phœnici Aristodemus quidam Cydatheneus qui exiguo corpore erat/& nudis semper pedibus ibat. Interfuit.n. disputationi/quippe qui maxime omniū qui tunc erant, Socratē ut mihi uidetur amaret. Quinetiā Socratē ipsum de nōnullis q̄ ille rettulerat/percontatus sum, qui in referendo cū illo consentiebat. GLAV. Cur ergo mihi non refers? Apta quidem uia est quæ ducit in urbem & ad audiendum pariter & ad dicēdum. APOL. Sic itaq; inter eundē de illis uerba fecimus. Quapropter quēadmodum a principio dixi/in his rebus satis præmeditatus sum. Quod si iterum uobis recenseri hæc uultis/iterum recensebo. Nam quotiens uel ipse de philosophia sermonem habeo/uel dicentes alios audio/præter id quod prodesse mihi id putem/mirifice lætor. Quotiens autem sermones alios audio uestros pręsertim/qui

cumulandis

cumulandis pecuniis studetis semper/& ipse angor/& uestri misereor: quod efficere aliquid existimetis/cũ nihil efficiatis. Forte etiã uos me infoelicem putatis/quos & ipse de me uera putare arbitror. Ego aũt uos non puto quidem/sed certo scio. FAMIL. Semper Apollodore ęquus tibiipsi & aliis detrahis/ac uideris proculdubio te quidẽ in primis: deinde alios omnes præter unum Socratem infælices putare. Vnde uero insani cognomen tibi exortum sit/nescio. Semper. n. loquẽdo te & alios improbas Socratem unum probas? APOL. O dilectissime uir/ex eo insanire & delirare me constat/quod ita de me ac uobis existimen. FAMIL. De his in præsentia contendere Apollodore nequaq̃ decet/sed precibus nostris obsequere/& qui sermones illi fuerint/nobis expone. APOL. Tales utiq; illi fuerunt. Immo uero a principio eodem ordine quo Aristodemus rettulit nobis ipse nunc recensere Conabor. Inquit. n. Socratem offendisse & lotum & calceis pedes Hornatum quæ ille raro æfficiebat: eumq; interrogasse quonam ita hornatus incederet. Cui respondisse Socratem Agathonis domum cœnatum. hesternã uero cœnam uitasse. quod turbæ ꝑpter Agathonis palmam concursum ueritus esset promisisse autẽ sequenti die se affuturum. Ea uero de causa se hornasse/ut pulcher ad pulchrũ iret. Quæsisse insuper quonã pacto tu Aristodeme ad cœnam ꝓficisceris non uocatus? ARISTO. Vt tu iusseris. SO. Sequere me/ut prouerbium transgrediamur illud in hunc modũ mutantes quod ad bonoꝝ hominũ cœnas boni homines etiã non inuitati ꝓficiscuntur. Homerus quidẽ uidetur non modo non obseruare sed & uiolare prouerbiũ. Nam cũ Agamẽnonem in re militari strenuũ uirum finxisset. Menelaum uero mollem. conuiuiũ celebrãte post sacrificium Agamẽnone/Menelaum induxit ultro ad mensam Agamẽnonis uenientem. Vbi deteriorẽ ad præstantioris uiri mensam non accersitum uenire fecit. ARISTO. Forte & ipse o Socrates non talis/qualem tu inquis/sed quẽadmodum induxit Homerus/uilis homunculus ad sapientis uiri conuiuium ultro uenire uidebor. Cum ergo me ducas/uide quã aduentus mei rationem assignes. ego enim me sponte uenire non confitebor/sed abs te inuitatum dicam. SO. In ipso itinere/quod dicturi simus/inuicem consultabimus/sed eamus iam. his dictis inquit Aristodemus ire cœpisse. & Socratem cogitabundum lento nimis passu gradientem expectasse sæpius/tandem iussisse Socratem ut præiret. Cum uero ędibus Agathonis appropinquaret apertam ianuam inuenisse. & aliquod ibi contigisse ridiculum. Inquit eñi quod in ipso limine famulus quidam intrinsecus occurrens/intro ubi acumbebant alii ipsum duxit. Quos iam cœnaturos reperit. Eumq; ut uidit Agatho. O Aristodeme ait oportune uenisti ut nobiscum cœnes. Si uero aliud quicq̃ uis/in aliud tempus differas. Equidem heri te quærens inuitaturus te nusq̃ uidi. Sed cur Socratem ad nos nõ ducis? Ego quidem inquit Aristodemus retro conuersus nusq̃ uidi. respondiq; Agathoni/equidẽ cum illo ueni ab eo uocatus huc ad cœnam. AGA. Recte fecisti/sed ubi nã Socrates? ARISTO. post me pauloante accedebat. Quare ipse quoq; admiror/& ubi sit nescio. AGA. Quære Socratem puer & ad nos introducas. Tu autem Aristodeme iuxta Eryximachum accumbe. heus tu dato huic manibus aquam/ut iam sedeat. Tunc ingressum puerũ quendam nunciasse dicebat Aristodemus. Socratem ipsum ĩ uestibulũ proximũ secessisse. & accersitũ ingredi nolle. AGA. Absurdum quiddam narras. Voca iterũ: neq; dimittas quousq; uenerit. ARISTO. Non sic o Agatho sed mittite illum. mos. n. Socratis iste. Non nunquam desistens/ubicunq; accidit consistere solet. Veniet autem cito ut arbitror/Ne turbetis ipsum/sed suo arbitratu uenire permittite. AGA. Ita si tibi uidetur/agendum est. Cæterum uos o pueri/aliis epulas afferte. & quodcunque lubet apponite. Vobis siquidem nullus præsidet. Id equidem nunquam feci. Quapropter existimantes nunc me una cum aliis conuiuio a uobis exceptum/curate omnia diligenter ut uestram operam comprobemus: post hæc addebat Aristodemus cœnare eos cœpisse. & Socratẽ Agathonis iussu sæpe uocatum nõ prius intrasse q̃ aliquantũ se moræ suo exercuisset/mediaq; in cœna uenisse. Ad quem Agathonem qui ultimus sedebat & solus/ita dixisse. hic Socrates prope me sede/ut te tangens sapienti illa sententia fruar quam in uestibulis excogitasti. Constat eñi inuenisse illã te atq; habere. Alioquin tam diu non restitisses. Sedisse itaq; Socratem/atq; dixisse. Bene se res nostræ haberẽt Agatho si sapientia talis esset/ut in uacuũ hominẽ expleniore ipso contactu proflueret quemadmodum aq ex pleno calice in uacuum per lanam influens. Si. n. sapientia ita se habet permulti facio/q; apud te sedeo. Repleri quippe abs te uberrima & præclara sapientiam puto. Mea siqdẽ tenuis est & ambigua insomnii cuiusdã instar. Tua uero luculenta admodũ atq; præpollens utpote que in adolescentia tua heri in conspectu plusq̃ triginta miliũ Græcorũ tam clare emicuit & effulxit. AGA. Contumeliosus es o Socrates Atqui hæc postea de sapientia ego actu diiudicabimus Dionysio iudice. Nunc autẽ cœna. post hec inquit Aristodemus/Socrate simul & aliis discumbentibus libare inuicem & de gustare uina sacrificantium ritu/deumq; cantare cœpisse & alia quædam ut mos est facientes ad potum se conuertisse. Vnde Pausaniã ita locutũ. Vidẽdũ est o uiri. quo pacto leui? suauiusq; bibamus. Nam ut de me in primis uerum fatear grauatum ad huc hesterno mero me sentio & intermissione quadam indigeo. Opinor quoque & plurimos uestrũ similiter affectos esse. heri. n. ad

Socratẽ raro lauisse & calceos ĩduisse.

Antiquũ prouerbium Ad cœnã nẽo ꝓficiscitur ñ uocatus:

Mutatum prouerbium: Ad bonorum cœnã boni ꝓficiscuntur ñ uocati.

fuistis. Considerate itaq; quomodo leuius salubriusq; bibamus. Cui mox Aristophanem respōdisse. Scite loqueris Pausania. potui moderationem quandā adhibendā esse. Ego quoq; ex his sum qui heri ingurgitarunt. Cum hæc audisset. Eryximachus Acumeni filius ait. Probe dicitis. Atq; hoc insuper a uobis audire desidero quantum bibendo ualeat Agato. Agato. Minime quidem Confert id sane nobis/mihi inquam & Aristodemo & Phædro/atq; his aliis/quod uos qui ad bibēdum ualetis plurimum/nunc tanquam bibendo defessi prohibeatis. Nos enim semper imbecilles excepto Socrate/qui ad utrūq; idoneus est. Quo circa quodcūq; agamus/illi sat erit. Eryximachus

De ebrietate.

postquā præsentiū nullus ingurgitare mihi uelle uidet/forte si uera de ebrietate dixero/minus ero molestus. Id si quidē ex medicinæ peritia apud me cōstat graui quiddam esse hominibus ebrietatem. Nec. n. sponte superuacue bibere unq̄ uellē. nec alteri consulerem: præsertī siquis hesterno mero adhuc feteat: huic Phædrū Myrrinusiū dixisse Aristodemus inquit. equidē semper tibi fidē habui; in medicina presertī Nūc similiter/modo cæteri quoq; cōsentiāt. Hæc cū audisset oēs cōcessisse īquit/nō ad ebrietatem in præsenti conuiuio/sed ad uoluptatē esse bibendum. Tum Eryximachus. postq̄ uisum ē in cuiusq; arbitrio fore quantū bibat neminē uero supra q̄ uelit cogi ꝙ restat exponā Tibicinē quæ modo ingressa est/abigendam puto/sibiipsi tibia personantē/uel si uelit/mulieribus quæ sunt intus. nos autē confabulari iuicē debere hodie iudico. Qui uero esse sermones

Tibicē de cōuiuio expulsa.

nostri debeant/si uultis aperiam. Ad hæc omnes explicare iusserunt. Eryximachus deīde. Mei ingt sermōis exhordiū secūdum Euripidis Melanippē erit. Neque enim mea fabula est/quam inceptu⸗rus sum/sed Phædri. Phædrus hic mecum sæpe conqueritur absurdum quiddam asserens/ꝙ cum in cæteros deos cantilenas & hymnos poetæ finxerint in amorem tamē tantū talēue deum nullius unq̄ ex tot poetis laudē aliquā scripserit. Atq; si uis ingt. O Eryximache q̄rere/iuenies ꝑfecto sophistas disertos soluta oratione Herculē aliosq; laudasse. quēadmodū peritissim⁹ Prodicus quāquam

Opus de laudibus salis.

hoc minus alicui mirū uideri debet. Sed ego legi quādoq̄ sapientis uiri librum: in quo sal ad uict⁹ utilitatem miris laudibus extollebat: aliaq; huius generis multa reperire licet/laudibus celebrata. In is itaq; studiose uersari/amorē uero tm̄ deū a nullo adhuc in hunc usq; diē pro dignitate laudari sed ubiq; contēni/cui nō grauissimū uideat? Mihi qdē oīo hæc Phædri uera uidetur. Quare & huic munus id cōferre gratificariq; cupio: & deū hunc honorari a nobis decens esse censeo. Quod si & uobis uidet cōgrua disputatio inter nos orieť. Laudandū quippe amorē ab uno quoq; nr̄m pro uiribus/arbitror ad dextrā/alteꝝ alios deinceps aliis succedendo. Incipiat aūt Phedrus/cū & prim⁹ sedeat/& huius sit sermonis inuentor. Tū Socrates. Nullus tibi o Eryximache repugnaret. Ego. n. qui istuc renuerē? cū nihil ꝑter amatoria scire ꝓfitear. Nec ēt Agatho & Pausanias aduersabunť: & Aristophanes multo minus. Cuius oēm studiū circa Dionysiū Venerēq; uersať: nec alius ullus eoꝝ quos nūc intueor. Quāq̄ non ęquua sors nobis obtigit q extremi discūbimus. Nā si priores scite abūdeq; dixerint/sat nobis erit. Veꝝ Phedrus felicibus auspiciis iā exordiať amorē q̄ honoret. His oēs/q̄ Socrates dixerat assensere sīrq; iusserūt. Singula uero singuloꝝ dicta/nec Aristodemus memoria tenebat/nec ego quæ ille recēsuit: singula teneo. Eoꝝ igiť orationē uobis nūc referā/qui memoratu digna dixerunt. principio inquit Phedrū/hunc ī modum exhorsum fuisse.

¶ Phedri collaudatio in amorem.

m Agnus deus est amor/& apud deos hoīesq; mirādus. cū ꝑ alia multatū/maxime ꝑ eius originē. Cū. n. ex antiquissimoꝝ deoꝝ numero sit honore dignus apparet. Id aūt ex eo cōstat/quod parētes amoris a nullo uel poeta uel alio quouis descripti sunt. Sed Hesiodus prīcipio cahos extitisse his uerbis asserit. Terra āpla stabilisq; semp oīm sedes atq; amor. post cahos: uidelicet asserens duo hæc extitisse terrā atq; amorē. Parmenides aūt de gn̄atione illius ingt. Ante deos oēs primū gn̄auit amorē. Acusileus quoq; cū Hesiodo sentire uideť. Atq; ita passi amorē ex antiquissimis esse concediť. Cū uero talis sit maximoꝝ bonoꝝ nobis in cā. Nā qd melius accidere possit adolescēti q̄ optimus amator/aut amatori/q̄ amatus optimus/nō inuenio. Duo qdē sunt/q̄ a pueritia per oēm uitā ducere illū debēt q sit ꝑclare uicturus. In rebus turpibus/uerecundia honestis studiū: hæc aūt nobis/neq; genus/neq; diuitiæ/neq; honores ꝑstať citius ac melius q̄ amor ꝑfit. Neq; absq; his duobus/aut ciuitas unq̄/aut priuatus ꝑclaꝝ aliqd & magnificū ꝑficere poterit. Affero ęquidē amatorē/si turpe aliqd agere uel pati ab aliquo p Ignauiā nec repugnate & ulcisci deprehendať/seu a patre/siue ab amicis/siue ab alio quouis hoīe/haud tam uehemēter angi; q̄ si forte ab amato deprehendereť. Similiter adolescētē tūc maxīe erubescere cernimus. cū amator eū turpe quid cōmittētem offendit. Si quo pacto fieri ciuitas uel exercitus posset/parti ex his qui amāt/parti ex his q amantur/supra q̄ dici possit/fortiter agerent administrarētq; singula/dū per uerecūdiā/a turpibus abstinerēt/& ad honesta q̄si q̄dā emulatione ɔtenderēt/talesq; hoīes uel pauci numero/uniuerso ut ita dixerī hoīes prelio superarent. Amator sane uel deserere ordinē uel arma abiicere coram amato uehemēti⁹ q̄ corā cunctis aliis hominibus erubesceret. Immo obire sæpenumero mallet/quam dilectum derelinquere & in periculis non succurrere. Nec ullus adeo ignauus est/

Hesiod⁹ post cahos terra & amor.

quem

quem amor non inflammet & ad uirtutem diuinum reddat/ut uiro fortissimo par euadat. Et enim quod Homerus inquit uim furoremque/a deo quibusdam heroum inspiratum: hoc amor amantibus efficit. Quinetiam pro alio mori amantes soli eligũt. nõ uiri tãtũ sed ẽt mulieres. Cuius sermonis testimoniũ Græcis Alceste Pelli filia manifestũ exhibuit q̃ sola elegit pro uiro suo pire/cũ tñ & pater & mater illi adessent/quos illa ꝑpter amorẽ/charitate adeo supauit: ut eos extraneos & nomine dũtaxat filio suo coniunctos esse mõstraret. Quod quidẽ facinus tã præclarum non tantum ab hominibus/uerũ ẽt a diis est iudicatum/ut cũ e multis q̃ multa & egregia gesserant dii reuiuiscẽdi munus paucis admodũ & præstantissimis tribuisent/hanc ab inferis cõtinuo suscitarit/tã egregio facinore delectati. Tãti studiũ uirtutẽq; circa amorẽ dii æstimant. Orpheum uero Oeagri filiũ uoti impotẽ ex inferis emiserunt. Neq;.n. fœminam cuius gratia descẽderat/restituere/sed illius phantasma monstrarunt. Cũ non auderet/ut Alceste amoris gratia mori: sed utpote citharedus/ mollitie quadã absterreretur: & machinamenta quædam excogitaret/quibus uiuens ad inferna descenderet. Cuius delicti pœnas eũ pendere decreuerunt: iusseruntq; a fœminis lacerari. Achillem aũt Thetidis filium honorarunt/& in beatorum insulas miserunt. quia cum accepisset a matre si Hectorẽ occidisset/statim sibi moriẽdũ fore. Sin minus: in patriam se rediturũ & senẽ deniq; moriturũ/audacter elegit ꝓ Patroclo amatore suo pugnare eiusq; mortẽ ulcisci. nec pro illo mori solũ/sed & perempto illo interfici. Quod quidem magnopere ꝓbãtes dii/insigni eum gloria decorarunt/quia tãti amatorẽ suũ fecisset. Æschylus plane delirat/cum Patroclum ab Achile dicit amatũ: qui non Patroclo tantum/uerum ẽt cunctis heroibus forma præstabat eratq; adhuc inberbis. multoque natu minor ut inquit Homerus. Reuera uirtutem hanc in amore dii plurimi faciunt. Vehementius autem admirantur/delectanturq; ac maiora beneficia conferunt/quando amatus amatorẽ tutatur & diligit/quã cũ amator amatum. Diuinior.n. est amator amato/cũ diuino furore sit raptus. Quãobrẽ Achillẽ magis q̃ Alcestẽ honorarunt: illũ quippe in beatoꝝ insulas trãsmiserunt. Ex his oĩbus amorẽ assero deoꝝ oĩm antiquissimũ atq; sũmopere uenerãdũ/& maxĩe oĩum ad uirtutẽ & beatitudinẽ cõsequendã hoĩbus tam uiuentibus q̃ defunctis cõducere. Talẽ fuisse sermonem Phedri narrauit. Post Phedrũ uero alios quosdã fuisse locutos: sed e mẽoria excidisse. Eos igitur prætermittens hanc quã modo referã orationẽ Pausaniæ rettulit.

Alceste Pelli filia pro uiro amans periit.

Orpheus. Oeagri filius acriter carpitur.

Achilles pulcherrimus.

Amans diuinior & diuĩo furorẽ pcitus.

¶ Pausaniæ collaudatio.

Videtur mihi Phedre haud satis recte sermo ille nobis esse ꝓpositus/quo amorẽ simplr laudare iubemur. Nã si unus esset amor/ꝓbe dictũ fuisset. Cũ uero nõ unus sit dũtaxat/sati⁹ cũ prius q̃ sit laudandus/exprimere hoc itaq; emendare conabor. primo.n. quẽ amorẽ laudare deceat explicabo. deinde pro dei isti⁹ dignitate extollere nitar. Neminẽ ꝓfecto latet/absq; amore Venerẽ nunq̃ esse. Quare si una esset Venus unus & amor. Quoniã uero due sunt Veneres/geminũ quoq; amorẽ esse necesse est. Geminã aũt deã hãc esse qs neget. Nõne una q̃dã antiquior ẽ & sine matre Venus/cœlo nata? Quã cœlestẽ Venerẽ nuncupamus. Altera uero Iunior e Ioue & Dione ꝓgenita q̃ uulgarẽ cõemq; uocamus. Necessariũ itaq; amorẽ Veneris illius comitẽ/cœlestẽ uocari: huius uero uulgarẽ. Laudare q̃dẽ deos oẽs decet. Sed utriusq; amoris opa distĩguẽda. Actionis cuiuslibet h ẽ cõditio ut suapte natura/neq; hõesta sit/neq; turpis. Vt ea q̃ nũc nos agimus. bibere. canere. disputare. Nullũ ex his seipso turpe uel hõestũ. Sed agẽdi modus/actioni certũ tribuit cognomẽtũ. Q̃d.n. bñ recteq; agit hõestũ. q̃ nõ recte/turpe resultat. Eadẽ rõne nõ q̃libet amor & quis amãdi modus/hõestus ẽ/atq; laudãdus. Immo ille solus/q̃ hõeste amare nos exhortat. Et enĩ uulgaris cõmunisq; Veneris amor reuera est & ipse uulgaris: & quodcũq; cõtingit/peragit. Atq; is est/quo praui abiectiq; homines amãt. Amant porro fœminas non minus q̃ masculos & corpora magis q̃ animos. & sine mente homines potius q̃ prudentes. Ad explendum sane desiderium inhiant honeste uero necne expleãt/omnino nõ curãt. Quo fit ut quodcũq; sors illis offert/exequant. & bonum similiter atq; malũ. Affectus enim huiusmodi a Venere illa Iuniore & utriusq; sexus in generatione participe profluit. Amor aũt q̃ cœlestẽ seq̃tur/uenerem/quæ non fœmine/sed masculi tantũ sexus in generatione est particeps/ipse quoq; genus respicit masculum. Deinde quoniam Antiquoris Veneris pudicæq; est comes/& ipse petulãtiæ omnis est expers. Quo circa quicũq; amore hoc inspirati sunt/genus masculum natura robustius & generosius: & mentis magis particeps diligũt. Et q̃ amore hoc sincere ꝑfecteq; sunt rapti ex hoc perspicue dinoscũtur: quod pueros nõ amãt/sed adolescẽtes cũ mẽte ualere iã cœperit. huiusmodi uero gen⁹ exercẽdæ mẽti ꝓpinquius ẽ. ad eamq; exercendã familiaritas inter illos initur. Parati.n. sunt arbitror qui sic amare incipiunt/per omnẽ uitã simul & communiter uiuere. neq; amatũ decipere/neq; ab uno in alterũ amandũ abire: neq;.n. pueros adhuc mentis expertes amant: quos deinde exsoletos irrideant & relinquant. Oporteret autem legibus institutum eẽ ne quis pueros amet/ne in re ambigua frustra tantum studiũ poneretur. Incertum.n. est quo aut corpus aut animas puerorum tam ſm uirtutẽ q̃ ſm uitium postremo deueniat. Probi quidẽ uiri legẽ hanc sibiipsi sponte præponunt. Oportet quoq; eidẽ legi uulgares

Cõior & amplior hæc q̃ Phedri disputatio.

Gemi⁹ amor Gemina Venus.

amatores adhibita necessitate subiicere. Quemadmodū illos pro uiribus amare mulieres liberas prohibemus, hi nāque sunt/qui in turpissima quæq; labuntur. Vnde orta est illorum sententia qui turpe aiūt amatoribus obseq. Hi uero de uulgaribus amatorib⁹ ista locūtur: qa īportunitatē iiusti tiamq; illorum agnoscunt & improbant Nihil aūt quod modeste & legitime fit/uituperare decet. Lex utiq; de amore ī ciuitatib⁹ aliis instituta/intellectu facilis ē/ quoniā simpliciter traditur. Apud nos aūt & lacedæmonios uaria extat. In Clide nāq; & apud Boetios & ubi dicendi arte homines carent/simpliciter lege statutū ē/morē amātibus eē gerēdū nec apud eos quisq̄ aut iuuēis aut senex/ turpe id prædicaret. Quod qdē ea de causa ab illis arbitror esse factū/ne ī persuadēdis adolescēti bus elaborandū illis esset utpote qui ad orandum inepti sunt. In Ionia uero & apud alios multos qui barbaris subiecti sunt/omnino turpe hoc lege censetur. Nam inter barbaros quidē pp tyran nides turpe istud habetur/& sapiētiæ præterea atq; gymnastice studiū. Neq;.n. tyrānis cōducūt ea studia: quæ subditorū mētes acutas generosasq; reddūt, que amicitias inter eos īdissolubiles socie tatesq; frequentes pariunt. Quæ cū ab aliis tum uel maxime ab amore digni consueuerūt. Hoc aūt ipso euētu tyrāni nostri didicerunt. Nā Aristogitonis amor & Hāmodii amicitia cōfirmata illorū tyrānidem dissipauit. Atq; ita ubicunq; amoris indulgentia fundit⁹ sublata ē/prauitate illorū q le ges condiderunt/est uetita ꝑricipiū quidē iniquitate & uiolentia/subditorū ignauia. Vbi uero pe nitus permissa est/propter eorū qui sic statuerūt/secordiā & segnitiem est permissa. Hic uero mul to rectius ē institutū: sed ut dicebā non facile cognitu. Concedi plane uidetur/siquis animaduertat quod dicitur/præclarius esse palā amare q̄ clanculū, eosq; præcipue qui generosi & optimi sunt/ēt si min⁹ formosi q̄ alii uideant. Fauet quoq; amatoriq̄ plurimū cōis omniū cohortatio, q̄si nihil tur pe aggrediatur. Nā cōiter siqs amatū capiat pulchꝝ quiddā uidetur, si non cupiat turpe. Et lex ad amatum sibi cōciliandum amatori mira quædā machinamenta cōcedit: laudariq; permittit: quæ siquis aliqn̄ cuiusuis gratia tentare auderet/maxime apud philosophos uituperatiōes incurreret. Siquis eni accipiende ab aliquo pecunie/uel magistratus/potentiæ gratia/aggrediatur illa quæ er ga amatos amātes/passim obcurrat supplex oret/obtestetur/ad fores noctu iaceat/& sedula quidā obseruātia seruiat/& in oībus obsequatur: quæ seruus aliquis agere/nec uellet/nec ēt cogeretur ab inimicis pariter & amicis iurgabitur. Illi adulationes seruilesq; assentationes uituperabunt. Isti cor ripient eosq; seruituris amici sui pudebit. Amator aūt dum ista facit/gratiā adipiscitur: & quasi ꝑ clarum aliquid agat a lege absq; ulla infamiæ nota facere ista permittitur. Quodue permaximū ē/ uulgo fertur/ꝙ solis amatoris periuriis dii dant ueniā. Venereū quippe iusiurādū nihil ualere aiūt. Itaq; tam dii q̄ hoīes oēm amanti licentiā præstiterunt: ut lex nostra testatur. Si ad ista q̄ dicta sunt respiciamus: ꝑclarissimū quiddā in hac ciuitate existimari uidebitur/ꝙ quis amet/quodue amanti amatus indulgeat. Si rursus ea quæ dicā animaduertamus: turpissimū hoc apud nos haberi: puta bimus. Nā parentes pædagogis filios cōmendant: q amatos cū amantibus loqui ꝓhibeant. Socii quoq; & ęquales quotiens tale qd uident/uitupant/eos dū talia carpunt senes nō reprehendunt: ne q; eos quasi errent/corripiunt. Quapp ita hoc habere se arbitror/ut ipsum fm se/sicut a principio dictū est/neq; honestū sit/neq; turpe. Neq;.n. simplex est, sed recte factū honestū cōtra turpe. Tur pe quiddem est/prauo ac turpiter obseq. honestū uero bono/atq; honeste. Prauus aūt est amator: ille uulgaris q corpus magis q̄ aīm amat. Neq; stabilis est/cū rē sequat minime stabilē. Nā cū pri mū corporis spēs q̄ cupierat deflorescit: abit nihil eorūq; promiserat seruans. bonorꝫ uero morū amator per oēm uitā in amicitia perseuerat: utpote q rem stabilē sectabat. Istos utiq; nr̄a lex diligē ter examinare ꝓcepit. & his morē gerere/illos fugere. Et hos quidē sequi iubet. Illos fugere diiudi cans & examinans q̄ quis amet: & quæ in quouis amētur. Atq; ob hanc cām primū facile/citoq; ca pi/turpe censentur: ut tp̄s intercedat quod ad examinādos mores exigit. deinde aut pecuniarum copia aut magistratum potentia capi/absurdum: siue timore quodam potius q̄ uoluntate inretia tur/siue acceptis pecuniis ciuilibusq; muneribus acquisitis/nō cōtēnat. Nihil.n. ex hiis solidum fir mumq; esse uidetur: præter id quod ab hiis amicitia generosa oriri nequit. Vna itaq; secundū legē nostram uia restat: qua amati amantibus iure gratificari possint. Et.n. quemadmodum apud nos de amantibus lex illa relata est/qua dicitur nullū uoluntariū amatoris in amatū obsequium/adula toriū & īfame putādum/sic & alia q̄dam secundum legem uoluntaria seruitus restat/quæ infamiā nullam subit. Hæc autem est: quæ circa uirtutem uersatur. Nam nostris legibus est institutum/ siqs uelit aliquem colere/putans per illum uel in sapientia quadam/uel in alia quauis parte uirtutis pro ficere. hanc rursus uoluntariā seruitutē neq; dedecori seruienti fore: neq; adulationem uocari de bere. Oportet aūt has leges in idē ꝯducere. illā scilicet de amatorib⁹ & hanc de philosophia aliaq; uirtute ꝯscriptā: si ulla ratione ꝯtigere debet ut deceat amatos amatoribus obsequi. Quotiens.n. in idē concurrunt amator atq; amatus utriq; legē habētes/hic quidē obsecuturis amatis iuste ī om nibus ministrare seruireq; paratus/ille rursus scientiæ morūq; præceptori sue/iuste in singulis pa riturus/& hic qdē ad sapientiam aliasq; uirtutes conferre potēs/ille autē eruditione & sapientia in

digens

digẽs tunc sane in unũ his legibus concurrẽtibus dumtaxat euenit/ut honestum sit amatos amatoribus morem gerere. Alias autẽ nullo modo. In hoc utiq; falli/turpe non est. In aliis aũt omnibus/ob sequiũ huiuscemodi turpe censet/siue obsequẽtẽ fallat opio:siue si fallat. Siqs. n. amatori tãq; diuiti diuitiaꝝ cã gratificatus/fallitur/neq; uoticõpos efficitur/cũ paup sit amator/nihilominus uitupatur. Videtur. n. hic seruilem animi sui habitum ostendisse/quod pecuniaꝝ gratia in singulis rebus cuiuis seruiret. Quo quidẽ minime est honestũ:eadem ratiõe siquis tamq; bono gratificatus ipse hac consuetudine sperans euadere melior fallitur/cum ille prau⁹ esse dephrẽdatur honesta quædã deceptio est. Nam uidetur affectum suum demonstrasse paratum ad omnia ministeria uirtutis cõsequende gratia toleranda. Quod sane præclarissimum iudicatur. hoc itaq; ratione uirtutis auiditate gratificari atq; seruire sẽper honestũ. Hic autẽ ẽ ipsius cœlestis deæ amor cœlestis & ipse: q tã priuati / q publice pretiosus est. Et amantẽ pariter atq; amatũ uirtutis curã studiũq; suscipere cogit Cæteri uero amores. Veneris uulgaris sunt cõites. hec ĩ præsentia o Phedre uelut ex tempore de amore uobiscum ofero. Cum Pausãias pausam. i. finẽ dicẽdi fecisset/sic. n. alludere uocabulo sapientes me docẽt oportere inqt Aristodemus Aristophanẽ dicere. ue singultu uel pp repletionẽ uel pp aliã causã contingente/ipeditũ fuisse Quo circa ad Eryximachũ medicũ continuo post ipm sedẽtẽ/italocutũ. O Eryximache tua nunc interest/aut singultũ reprimere/aut pro me loqui donec cesset. Ad quem Eryximachũ respondisse. Vtrunq; efficiã. Equidẽ uicem tuã sumẽs pro te dicam. Tu uero p me postq; singultus abierit. Interĩ dum ipse loquor. si uis aliquã diu spũm cohibere singultus cessabit. Si minus id placet/saltem aqua multa intus allue fauces. Et si forte uehemẽs est:nares cõmode stimula ut sternutatio irritet. Nã si id semel/aut bis feceris:ẽt si frequẽtissimus sit tolet anteq; finẽ dicenti feceris. inquit Aristophanes. q iubes efficiã. Eryximachũ ita igitur loquutum.

Charpitur & deridetur Aristophanes.

Remedia singultus.

¶ Eryximachi collaudatio. quæ q illa Pausanie magis amplectens est.

Ecessariũ mihi uidetur/postq; Pausanias recte exorsus/finem ĩposuit minus sufficientẽ/q deest a me nũc impleri. Distinctionẽ quidẽ illã qua in duo distributus est amor approbo. Verũ nr̃a hac medicinæ arte cõperisse mihi uideor nõ solũ aĩs hoĩum erga pulchros amorem inesse:ueꝝ ẽt ad alia multa/atq; in aliis tum corpibus aĩaliũ oĩm:tũ his q ex terra nascũtur:ac deniq; in oĩbus ut ita dixerim q in reꝝ natura cõsistunt. Magnũ quoq; atq; mirabilẽ hũc deũ p oĩa tam humana q diuina latissime se porrigere. A mediciæ peritia primo exẽplũ capiã/ut artẽ meam uenerer. Corpoꝝ sane natura amorẽ hunc geminũ cõtinet. Quod. n. in corpibus nr̃is bñ ualet & q male/aliud atq; dissimile esse cõstat. Quod uero dissimile est/dissimilia cupit & amat. Alius ergo q ĩn sano corpe amor/alius q in ęgroto. Et ut paulo ante Pausanias asserebat/tẽperatis hoĩbus gratificandũ esse/intẽperatis uero nequaq;/ita & in ipsis corpibus bonis qdẽ sanisq; obsequendũ est/in quo maxime rõ medicinæ cõsistit:malis aũt ęgrotisq;/minime/si modo artificiosus qs uult medic⁹ esse. Est aũt ut summatĩ dicã medicina scia qua amatorii affectus corpis quo ad repletionẽ euacuationẽue noscuntur. Et quisqs pulchrũ & deformẽ in his amorẽ discernit/is est medicus peritissimus. Quiue ita pmutare hæc põt:ut pro altero amore nascat:aut qbus abest amor/adesse aũt oportet ĩmittere ualet:& insitũ extirpare/eruditus est artifex. posse aũt oportet:q in corpe inimica maxime sunt:cõciliare & amorẽ illis inserere mutuũ. Inimica uero maxime sunt quæ cõtraria maxime frigidum calido. Amaꝝ dulci. humido siccũ. cætera hmõi. Cum amorẽ his mutuũ concordiãq; inserere sciret noster ille progenitor Asclepius ut hi pœte testantur qbus & ipse credo artem nostrã composuit. Medicina itaq; oĩs ea rõne qua loquor:ab hoc deo gubernatur. Similiter quoq; Agricultura atq; gymnastica. Quod aũt eadẽ sit & de musica rõ/pspicuũ esse cuiuis põtqui uel paulisp aduerterit. Quod Heraclitus forsitan sentit. uerbis tñ parũ explicat. Vnũ quidẽ inquit secũ ipso discrepans cõuenit e:ut harmonia/arcus/& lyre: Atqui absurdũ dictũ est harmoniã discrepare atq; ex discrepantibus qdiu dissonant esse. Sed hoc forte significare uolebat:quod ex his quæ prius discrepabant graui:scilicet & acuto. deinde per artem musicam consonantibus harmonia conficit. Nũ q enim ex graui & acuto dum discrepant. harmonia cõflatur. harmonia nãq; cõcentus est. concentus uero cõcordia qdã. Cõcordia aũt ex discrepãtibus donec discrepãt:fieri nũq põt. Quod uero discrepat neq; est cõcors:cõcinere neqt queãdmodũ rhythmus ex ueloci & tardo antea discrepãtibus postea uero concinentibus constituitur. Et queãdmodũ humoribus medicina concordiã/ita uocibus musica consonantiã tribuẽs/amorem consensumq; mutuũ gignit. atq est musica scientia circa harmoniam & rhytmum/affectus amatorios uiresq; diiudicans. Sane in ipsa harmonie & rhythmi cõpositione uis amatoria facile percipi potest. uerũ geminus amor nõdum hic distinguitur sed tũc demũ/cũ ad alios rhythmo & harmonia ẽ utẽdũ uel fingẽdo/quã melodiæ fictionẽ uocant/uel utẽdo recte his q facta sunt/melodiis & metris. quã disciplinã noĩnat. Vbi difficilis obseruatio ẽ/& perito ẽ opus artifice. Huc iam supior ille sermo reuertitur:q uidelicet modestis hominibus & his q nõdũ satis modesti sunt/ut fiant/gratificãdũ horũq; seruãd⁹ ẽ amor. Atq; hic ẽ decor⁹ ipse & cælestis Vraniæ musæ amor. Polymnie uero musæ/uulgaris Cui summa cautione indulgendum

Quid medici.

Medicina ad amores: uel amores ad medice ĩgenia relatos.

eſt/ut uoluptatē q̄dem hoīes hauriant.incōtinētiam uero deuitēt. Sicut in arte noſtra arduū eſt/cu
piditatibus q̄ ad ſuaues coquorū epulas nos alliciūt/recte uti/adeo ut abſq; bonę ualitudinis detri-
mēto/ſuauiter his ueſcamur. Quāobrē & in muſica & in medicina/& in aliis oībus/tam hūanis/q̄ di
uinis/utrumq; amorē qui omnibus ineſt/p uiribus obſeruare debemus. Quīetiam anni temporū
cōſtitutio utriſq; his plena eſt. Nam quotiens illa que modo dicebā/calida & frigida/ſicca & humi-
da cōgruū inter ſe ſortiunť amorē/& harmoniam temperieq; oportunam ſuſcipiūt/ſalubrem & fer
tilem annū/hominibus aīantibus omnibus atq; plantis afferunt/neq; quicq̄ lędunt. Cōtra uero cū
petulans & cōtumelioſus amor/in anni temporibus pręualet/iniuria multa corrumpit. Peſtes ſiq-
dem ex his oriri conſueuerūt/aliiq; morbi permulti & uarii brutis ac plantis innaſci. Quoniā prui
na glacies.grando.ſegetūq; rubigines & putredinem ex immoderato & excedēte qualitatum amo
re pueniunt. Horumq; & cęli motus & anni temporū ſcientia/aſtronomia uocata eſt. Preterea ſa-
crificia omnia/& illa quibus uaticiniū pręeſt/cōmuniones uidelicet deorū hoīumq; inuicem/circa
nihil aliud uerſantur/q̄ amoris curationem atq; cuſtodiā. Omnis.n.ipietas tunc accidit quādo qs
modeſto amori haud indulget nec illū honorans/in oībus ueneratur/ſed circa amorem alterū per
uagatur:nec officio cōgrue erga parentes uiuos & defunctos/ & erga deos utitur. hos amores di-
Quid uaticinium. ſcernere atq; curare uaticinii ppoſitum eſt. Eſt inſuper uaticinium amicitię inter deos & hoīes opi
fex/ex eo quod intelligit qui potiſſimum ex humanis amoribus fas aut nefas attingit. Atq; ita mul-
tam & amplā immo uero omnem uim ſummatim quidē omnis cōtinet amor. Sed qui circa bona
cum temperantia & iuſtitia/tā erga nos q̄ erga deos uerſatur/uim ſummā habet/oēmq; nobis bea-
titudinem exhibet. Nā & nos inuicē cōmuni uita conciliat/& diis humana natura pręſtantioribus
amicos efficit. Forte & ipſe multa que ad laudandū amorē pertinenr/ prętermito. Neq; ſponte ta-
men. Quod aūt deeſt/tuū eſt Ariſtophanes/adimplere. Vel ſi aliter hunc dm̄ honorare uis/hono-
ra/cum ſingultus ipſe ceſſauerit. Ariſtopha. Iam ſedatus eſt nō tn̄ prius q̄ ſternutamento repreſſiſ-
Iterū taxatur ariſtophanes. ſem. Quo fit ut ammirer/ſi cōgrua corporis affectio huiuſcemodi ſtrepitu & titillatione indiget/q̄
lis eſt ſternutatio! hęc enim mox expulit. ERY. Vide.o.bone Ariſtophanes quid agas. Riſum con
tra te moues dū alios irrides/cum iam dicturus ſis, & obſeruatorem me fieri cogis ſermonis tui/ſi
quid forte ridendum ptuleris/cum tibi loqui ſecure liceat Ariſto. pbe loqueris. Eryximache. Sint
iſta mihi non dicta.ne nobis inſideris obſecro.neq;.n.uereor nequid quod riſum moueat in medi
um afferā.hoc.n.muſe noſtrę luchrum ppriūq; eſſet/ſed ne deridenda pferam timeo. ERY. Emiſ
ſo in nos iaculo. Ariſtophanes/aufugere ſperas. At mentē dicendis adhibe.tanq̄ rationem dicto-
rum omnium redditurus.forte uero ſi uidebitur te dimittam.

Ariſtophanis laudatio.

a liter de amore/q̄ tu & Pauſanias loqui cogito. Mihi plane uidētur hoīes amoris uim om
nino hactenus ignoraſſe. Nam ſi eam noſſent/delubra illi inſignia.aras. & hoſtias dedi-
carent. Quorū nihil his temporibus agitur.cū erga illū maxime omniū/ obſeruare hęc
deceat. Eſt.n.pręcęteris diis ſummopere generi humano beneficus. Curator & tutor hoīum atq;
medicus.quibus ſanatis/ſummam gn̄s noſtrum felicitatem nāciſceretur. Conabor itaq; uim illius
uobis exponere. Vos autem quę/a me hodie percipitis/alios deinde docebitis. Oportet in primis
qualis hominum quōdam natura fuerit quę ue illius paſſiones/ animaduertere. Neq; enim qualis
nunc eſt/olim erat ſed longe diuerſa.principio tria hominum erant genera / non ſolum quę nunc/
duo mas & fęmina/uerū etiam tertiū quoddam aderat / ex utriſq; compoſitum. Cuius ſolum no-
bis reſtat nomen/ipſum periit. Androgynum quippe tūc erat & ſpecie & noīe / ex maris & fęminę
ſexu commixtum. Ipſum profecto defecit/nomen ſolum infame relictum. Prętera tota cuiuſq; ho
minis ſpecies erat/rotunda/dorſum & latera circum habens/manus quatuor/totidemq; crura.uul
tus item duos tereti ceruice conexos/& omnino conſimiles. Caput utriſq; uultibus contra uerſis/
unum. Aures quatuor. genitalia duo.& alia ſingula / ut ex his quiſq; conuenienter excogitare pōt.
Incedebat hoc tunc & rectus ut nunc in utram uellet partem:& quotiens celerius ire contenderet
inſtar eorum qui prono capite crura ſurſum circunferentes circularem choream exercent/tūc oc-
to membris innixus celeri circulo ferebatur. Ob hanc uero cauſam tria genera & talia erant quia
maſculum ſole genitum erat. Fęmina. Terra.promiſcuum/deniq; luna. Vtriuſq;.n.luna eſt parti-
ceps. Sphęrica uero erant & figura & motu quia parētum ſimilia. Vnde & robuſto corpore & ela-
to aīo erāt. Quare cū diis pugnare tētabāt & i cęlū adſcēdere: queādmodū de Ephialto & Oto ſcri
bit homerus. Iupiter igiť unaq; dii cęteri qd agēdū eēt cōſultauerūt. Qua in re nō parua inerat am
biguitas. Nā neq; fulminare hoīes illos ut gigantes placebat extito.n.hominū gn̄e humanus deo
rū cultus ueneratioq; piret.neq; ītāta īſolētia pſeuerare illos pmitēdū cēſebāt. Tādē ſnīam. Iupiter
ſuā explicuit. Inueni inqt q̄ rōe fieri poſſit ut & ſint hoīes & modeſtiores ſint. Idq; erit ſi ībecilliores
fiāt. Vnūquēq; nūc duas ī ptes diuidā.ex quo & debiliores erūt & nobis ēt magis id ɔducet. Nūero
ſiqdē plřes erūt q nos colēt. Recti duob⁹ cruribus ībūt. Q đ ſi rurſus īpie īſurgere uideanť item in
duo ſecabo.

duo secabo/ut unico crure nixi utpote claudi saltare cogantur. Hæc fatus bifariã partitus est singu
los: instar eorũ qui oua diuidũt/ut sale condiant: uel qui capillo oua secant. Mãdauitq; Apollini/ut
partiõe stati facta/cuiusq; uultũ ceruicisq; dimidiũ in eã partẽ qua sectus est/uerteret. Vt scissionem
suã cõsiderãs modestior fieret reliq; aũt mederi iussit. Ille cõtinuo uultũ uertit/& cõtrahens undiq;
cutẽ in eũ qui nũc uenter uocat/tanq̃ cõtracta marsupia/& os unũ faciẽs medio in uẽtre ligauit quẽ
qdẽ nerum umbilicũ uocant. Et alias qdẽ rugas maxia ex parte leuigauit pectoraq; articulatim di-
stinxit/organo quodã tali utens/quali coriarii cũ corii rugas: super pedis formulã poliũt: nõnullas
uero circa mediũ uentrẽ umbilicũq; reliquit/ut quasi cicatrices quedã passionẽ nobis ueterẽ semp
repræsentarent: postq̃ natura hominũ ita diuisa fuit cũ quisq; dimidiũ sui agnitũ cuperet/interse cõ
currebant. Circumiactisq; brachiis se inuicem cõplectebãtur/cõflari in unũ affectãtes. Vnde fame/
& torpore deficiebant/eo quod nunq̃ seiungebant. Et cũ dimidiũ unũ moriebat/restabatq; alterũ
quod superesset rursus aliud asciscebat/similiterq; cõgrediebatur: siue solius cuiusdã totiusq; fæmi
næ dimidiũ esset/quã fœminã nũc uocamus/seu uiri. Atq; ita genus hominũ deperibat. Quo circa
miseratus Iuppiter/remediũ aliud excogitauit. permutauit genitalia: & quæ prius retro erant/ad
anteriores partes transtulit. Antea siqdẽ cũ ad nates hæc haberent nõ inuicẽ/sed in terrã spargen-
tes semina cicadarũ instar cõcipiebant atq; generabant. Cum uero ad ãteriora trãsposuisset/p hæc
generationẽ in se inuicẽ fecit expleri/p masculũ qdem in fœmina/hac de causa/ ut si in amplexu uir
fœmine cõmisceret genita prole speciem hominũ propagarent. Si autẽ masculo masculus/sacie/
tate ab amplexu amouerent: & ad res gerendas conuersi uictum curarent/hinc utiq; ex illo tempo
re mutuus hominibus innatus est amor: priscæ naturæ conciliator: annitens unum ex duobus effi/
cere/hoiumq; naturæ mederi. Est igit quisq; nostrũ/dimidium hois: utpote sectus/ quẽadmodum
pisciculi qui psectæ uocant/scissi ex uno duo efficiunt. Querit aũt sui quisq; dimidium: quãobrẽ qui
cunq; ex uiris promiscui generis portio sunt quod olim androgynũ uocabat/mulierosi sunt/adulte
riaq;/ut plurimũ ex his patrant/ex hoc sane genere mechi ducut originẽ. Rursus quecunq; mulie-
res uirorũ cupide mecheq; sunt hac stirpe nascunt. Que uero mulieres mulieris pars existũt/haud
multum uiros desiderãt/sed fœminas magis affectant: atq; hinc fœmine quæ fæminas cupiunt na
scunt. At uero qui maris portio sunt mares sequũtur. At dum pueri sunt/utpote qui maris parti-
cula sunt uiros diligunt/uirorũq; familiaritate assidua cõgressuq; gaudent: hiq; sunt puerorũ ado-
lescentulorũq; oium generosissimi: quippe qui natura præcæteris oibus sunt uiriles: hos quidam
impudicos falso appellant. Neq; enim ipudentia ulla sed generositate/& fortitudine quadã mascu
la uirilíq; natura hoc agũt. Nã simili suo cõgratulant: huius euidens argumentũ est/quod cũ adole
uerint/soli ad ciuilẽ administrationẽ conuersi/uiri prestãtes euadũt. Et in etate uirili cõstituti/ipsos
adolescẽtes diligũt. Matrimoniũ uero filiorũq; generationẽ natura spernunt: nisi lege cogant. Ce
lebs porro uita his placet. Oĩo igit uir talis mares diligit/amicorũq; studiosus efficitur: cognato
semper cõgratulatus. Quotiens itaq; dimidiũ suum alicui cuiuscũq; sexus auidus sit/occurit/uehe
mentissime cõcitant/& obstupescunt/amicitiaq;/& familiaritate/& amore ardent/neq; momentũ
quidem/ut ita dixerim seiungi a se inuicẽ patiunt. Atq; hi sunt/qui per oẽm uitam amare pergunt:
neq; quid potissimum a se uicissim expetant/exprimere possunt. Neq; enim uenereus coitus id esse
uidet/cuius gratia alter alterius consuetudine tãtopere delectatur. Aliud quiddã est pfecto: quod
animus utriusq; cupit: nec exprimere ualet: sed uaticinatur potius/& affectũ isitum uestigiis signat
obscuris. Atqui si una iacentibus illis superne Vulcanus suis instrumentis adstans interrogaret/qd
est. O homines/quod a uobis uicissim exigitis? & ambigentibus illis iterum percontaretur. Nun-
quid hoc exoptatis/in uuum idemq; maxime congredi/adeo/ut neq; die neq; nocte inuicem sepa-
remini? Si hoc affectatis/conliquefaciam uos confundamq; in idem/ut ex duobus unum efficiami
ni: & tam in hac uita/q̃ apud inferos unum semper perseueretis. Videte an hoc sit quod ardetis? sa
tisq; futurum si uobis/si huius compotes efficiamini. Si ita inq̃ Vulcanus quereret/constat quod ne
mo renueret/aut aliud q̃ hoc expetere uideretur. Reuera enim quod olim cupierat audisse se quis/
q; putaret/congressu uidelicet cõmixtioneq; cum amato: unum ex duobus confici: huius causa est/
quia prisca hominũ natura hæc erant integriq; eramus. Totius itaq; reficiẽdi cupido nixusq; amo-
ris nomen accepit. Olim quidem/ut supra narrabam. Vnum quisq; nostrum erat. Deĩde propter
iniustitiam a deo scissi fuimus/quemadmodum a Lacedæmoniis Arcades. Verẽdum est præterea
ne si minus modesti q̃ deceat in deos simus iterum diuidamur: talesq; efficiamur/quales: qui in co
lũnis figurantur/nares secti euadamus similes tenuissimorũ quorundam animalium quæ lispe uo-
cantur. Sed hoc gratia unumquẽq; decet/summa pietate deos colere: & alios ad hoc exhortari: ut
hæc uitemus: adipiscamur illa: ut quẽadmodũ nos dux noster amor & impator admonet. Cui nul/
lus repugnare audeat. Repugnat aũt huic: q aduersat diis. Nã si deo recõciliati eũ ppitiũ habueri
m?: singuli dimidiũ suũ exoptatũ repiem?: & cõseqmur. Q d' qdẽ pauci his tpibus agũt. Neq; ser-
monẽ hunc meũ Eryximachus iste corripiat/quasi Pausaniã Agathonẽq; dicã: forte. n. & isti ex his

sunt/& natura ambo mares existũt. Assero equidẽ de oĩbus uiris ac fœminis/ita demũ gñs nostrũ fore beatũ/siqñ amoris impetũ expleamus:& suis quisq; delitiis potiatur:i antiquã naturã penitus restitutus. Si hoc felicissimũ qddã est/sequitur/ut ex iis q̃ nunc nobis tributa sunt/quod huic primũ est/id sit/& optimũ:hoc est/ut quilibet eos q natura ipsi cordi sunt nanciscatur. Cuius utiq; causam deum laudãtes/amorẽ iure laudare debemus:qui i præsenti tempore nos summopere iuuat/dum in suũ igniculũ quẽq; cõducit:& in posterũ spem summã porrigit/nobis deos pie colentibus in ueterẽ figurã restituẽdo medẽdoq; se nos beatissimos effecturũ. Hic meus est Eryximache de amore sermo a tuo diuersus:quẽ/ut supra oraui ne carpas/ut audiam⁹ qd q̃sq; reliquorũ afferat. Immo qd uterq;. Nã Agatho dũtaxat & Socrates restãt Eryximache morẽ tibi gerã. Nã mihi oratio tua placet. Et nisi cognouissem Socratẽ/& Agathonẽ i amatoriis eẽ facũdos/dubitassem ne uerba illis deficerent/eo qđ multa uariaq; sunt dicta. Uerũ adhuc illis cõfido. SO. Strenue/& ipse certasti o Eryximache. Uerũ si in eo gradu cõstitutus esses/in quo nũc ego sum/imo in quo ero cũ Agatho quoq; scite dixerit/p̃ide ut ego nũc maxĩe formidares/& angustiis ũdiq; præmereris. AGA. Incantationibus circũuenire me uis o Socrates/ut in cõspectu uestro pauescã/qđ magna apud uos/ tã q̃ in theatro de me expectatio sit/q̃si elengãtissime sim dictur⁹. SC. Nimis o. Agathõ obliuiosus essem/ si te nec corã paucis trepidaturũ putarẽ quẽ heri tã fortiter tã q̃ generose adscẽdisse pulpitũ tragicum una cũ istrionib⁹ uideri/& sine ullo terroris motu corã tãta spectantiũ multitudine carminũ periculũ effecisse. AGA. Ne me adeo theatri studiosum eiusq; fauori deditũ putes/ut Ignorẽ prudẽti uiro paucorũ sapientũ/magisq̃ multorũ insipientiũ iudiciũ eẽ uerendũ. SO. Iniq; iudicarẽ Agatho: sigd i te rusticũ existimarẽ. Noui eqdẽ/qđ siquos offenderes tuo iudicio sapiẽtes/magis eos q̃ uulgus curares. Sed uide ne ipsi tales minime sim⁹. Interfuimus ibi/& ipsi:uulgariũ numero cõputati. Sin aũt aliis obcurreres sapiẽtibus/neqd in eorũ cõspectu iepte faceres/formidares. Nunqd aliter dicis? AGA. Nõ. Vera.n.refers. SO. Vulgus aũt nõ metueres/siqd ineptũ cõmittere te putares. Phædrus o Amice Agathon si Socrati rñdere pgis nihil curabit quomodocũq; cætera hic agant/mõ hẽat q cũ disputet/pulchro præsertim. Equidẽ libenter Socratẽ audio disputantẽ. Uerũtamen curãdũ mihi ẽ /ut amor a singulis ordine certo laudet. Laudate igit/& uos deũ primo:postea arbitratu uestro/inuicẽ disputabitis. AGA.

Prudẽti uiro paucorũ sapientũ magisq̃ multorũ insi. iudiciũ eẽ uerendum.

¶ Agathonis collaudatio.

P Ræclare loqueris phædre. Neq; me qcq̃ dicere ꝓhibet. Cũ Socrate quidẽ sæpe alias disputare licebit. Ego uero nũc primũ a me dicendũ esse mõstrabo:postea dicã. Uidẽtur mihi q hactenus locuti sunt nõ ipsum deũ laudasse:sed beneficia/quæ feliciter ab illo cõferunt hominibus narrauisse. Qualis uero ipse sit qui horũ bonorũ cã est/nullus adhuc expressit. Recta autẽ laudandi ratio sola in omnibus illa est/qua illius de quo agitur natura prius ostendit/postea quorũ cã est declarat. Sic/& in præsentia qualis ipse sit amor primũ ostẽdere decet deĩde munera illius exponere. Assero equidẽ cũ dii oẽs beati sint/amorẽ si modo fas est/ & tolerabile dictu /esse omnium beatissimũ:qppe cũ pulcherrimus oĩum optimusq; existat. Quod uera pulcherrimus sit/ex eo primum patet/quod deorũ oĩum maxime Iuuenis est. Cuius ipse euidens argumentũ prebet: cum senectutẽ fugiat ualocẽ uidelicet quæ citius q̃ oportet aduentat:eamq; amor natura odit: fugitq;. Iuuenibus uero se miscet. Scite qd ueteri ꝓuerbio fertur simile simili semper hærere. Et cum multa Phædro concedo/in hoc uno minime assentior/quod amor Saturno & Iapeto sit antiquior. Immo præcæteris diis Iuuenẽ esse aio/semperq; Iuuenẽ:prisca uero deorũ gesta quæ Hesiodus Parmenidesq; describunt/necessitati potius q̃ amori attribuenda:si mõ illi uera narrarũt. Neq;.n. castrari inuicẽ/& uinciri/aliaq; uiolenta permulta diis olim cõtigissent/si amor illis tunc adfuisset:sed beneuolentia/& pax summa regnasset queadmodũ nunc ex quo imperare diis amor incæpit. Ergo iuuenis est/& tener præterea mollisq;. Opus aũt est tali quodã poeta qualis Homerus extitit / ad tenerã amoris mollitiẽ demonstrãdum. Homerus quidẽ arem.i.calamitatẽ deam inquit esse/& mollem. Ut q; illius pedes teneros esse ostenderet/ait nunq̃ pauimenta calcare sed per capita hominũ incedere perspicua sane cõiectura quod tenera ipsa sit usus fuisse uidetur:quia p dura non graditur/sed mollia tãgit. Eodẽ nobis utendũ est argumẽto/qđ tener sit amor ostẽdere cupiẽtibus. Neq;.n.per terrã/& saxa uadit/q̃ aspera sunt:sed mollissimis oĩum rebus se ĩfigit atq; pmanet. In animis quippe deorũ/& hoĩum sedẽ suã locat:neq; tñ in qbuslibet animis:nã si durũ animi offenderit habitũ/aufugit:sin aũt mitẽ mollẽq;/ĩhabitat. Cũ itaq; mollissimarũ reɽ mollissimas semp partes pedibus toto q; tãgat/tenerrimũ eẽ amorẽ necesse est. Quapp/& Iuuenis ẽ/& tener p̃cæteris amor. Quinetiã aq̃ instar liquidus est/& lubricus. Non enim undiq; per omnem animam circumfluere posset/ & clam influere/& effluere clam:si durus ac rigidus esset. Aptæ uero cõpositæ flexibilisq; formæ. Argumẽto esse formositas potest:hoc est figuræ concinnitas:qua amor omnium maxime proculdubio:decoratus est. Inter deformitatem porro:& Amorem est pugna perpetua. Coloris quoq; decorẽ:assidua iter Flores habitatio huius dei significat. In eo siquidem quid floribus caret aut defloruit: siue cor-

Recta rõ laudandi.

Senectus uelox.

Prouer. Simile simili

siue corpus/siue animus/seu quoduis aliud sit Amor ipse nõ insidet. Vbicũq; uero floridus/& odorifer est locus/gratissime conquiescit. De huius dei pulchritudine permulta insuper afferri possent sed ista sufficiunt. Deinceps de uirtute Amoris est dicẽdum. Quod in primis maximi faciendũ est Amor nec iniuriã infert deo/uel homini/nec a deo/uel homie iniuriã patitur. Nõ enim ipse ui patitur/si quid patitur. Nã uiolentia non tangit Amorẽ. Neq; ui facit siqd facit. Quisq;.n. sponte Amori in singulis paret. Q uæcunq; uero uolens quispiam cũ uolente ultro contrahit/iusta habentur/ut regiæ ciuitatis leges statuũt. Nec iustitiæ solũ uerũetiam summæ est temperantiæ particeps. Siquidem inter oẽs cõuenit temperantiã eẽ/libidinibus/& uoluptatibus dñari: nullãq; uoluptatem esse Amore potentiorẽ. Quod si uoluptates oẽs amore imbecilliores sunt. Ab illo utiq; superantur. Illæ uero dñantur amor itaq; qñ libidinibus/& uoluptatibus dñatur mirũ imodũ est tẽperãs. Quo ad fortitudinẽ preterea neq; Mars qdem Amori resistit. Neq;.n. Mars Amorẽ/sed Amor Veneris/ut fertur martem detinet: potentius añt est quod detinet q̃ quod detinetur. Qui uero cæterorũ fortissimo dominatur/omniũ absq; dubio fortissimus est iudicãdus. De iustitia igitur. Tẽperãtiaq;/& Fortitudine huius dei satis est dictũ. De sapientia deinceps dicendũ restat quod quidẽ pro uirib9 est exequendũ: principio/ut & ipse artem meã perinde ac suã Eryximachus/honorẽ/hic deus poeta est adeo sapiens/ut alios quoq; poetas possit efficere. Q uilibet enim licet antea rudis/ poeta euadit cum primũ amor afflauerit. Ex quo perspicue coniectare licet Amorẽ peritum esse poetã: omnesq; summatim musicos poesis numeros cõcinere. Nãq; nec habet aliquis neq; noscit/alteri dare/ uel monstrare nõ põt. Quod utiq; per amoris sapientiã animalia cuncta gignantur atq; nascantur/ quis dubitet? Artium præterea facultatẽ/nõne ab hoc deo tradi uidemus: eumq; hominem cuius hic est præceptor/quãuis in arte præcellere clarũq; euadere? contra uero eum qui ab amore nõ tangitur/in obscuro iacere. Sagittandi namq;/medendi/& diuinãdi peritiam appetitu atq; amore duce inuenit Appollo: qui est amoris discipulus. Musicã similiter musę. Fabricã Vulcanus, grariam, Texendi artificium Minerua Iuppiter deorum hominumq; gubernationẽ. Quo circa res deorum amore interueniente dispositæ sunt amore inq̃ pulchritudinis: deformitatem quippe non sequitur amor. Antea uero/ut supra dicebam/permulta atq; atrocia inter deos pp necessitatis regnum/ ut dicitur contigerũt postq̃ uero deus hic ex pulchrorũ desiderio natus est bona oĩa/tam ad deos/ q̃ ad hoĩes prouenere. Ita mihi uideť o Phædre amor ipse primũ pulcherrimus optimusq; esse: deinde talia quædã cæteris quoq; largiri. Succurrit mihi ĩ præsentia metricũ qddã atq; cõcinum: hic deus est qui pacẽ largitur hominibus: qui mari tranquillitatẽ: qui uentis requiem. Cubile uiuentibus omniumq; securum hic rusticitatẽ a nobis amouet/hic nos familiaritate cõciliat. Cetus huiusmodi omnes congregans. In solẽnibus festisq; diebus: in choris: ĩ sacrificiis/dux nobis/& pręsidẽs. Mansuetudinẽ quidẽ porrigẽs/exterminans feritatem: beneuolentiæ largitor. Maleuolẽtię omnis expulsor: propitius: beneficus: spectandus sapientibus: diis placidus: exoptandus expertibus: participantibus possidendus atq; tenendus. Deliciarũ: mollium illecebrarũ: graciarũ: dulcis persusionis/& desiderii pr. Bonorũ studiosus: malorũ spretor. In labore. In timore. In desiderio. In sermõe gubernator/præfectus adiutor: seruatorq; præcipuus. Cũctorũ deorũ atq; hominum decus/& dux pulcherrimus atq; optimus. Q uem profecto sectari debet/præclarisq; hymnis uenerari uir quisq; cantilenæ illius particeps/quam amor ipse concinit/mentem deorũ hominũq; permulcens. Hæc igitur oratio mea Phædre deo deuoueatur/partim iocis/partim seriis rebus pro ingenii mei facultate referta. Cum hæc Agatho dixisset quemadmodũ retulit Aristodemus/cõuiuę omnes summo quodã applausu orationem ipsam cõprobauerunt/utpote q̃ sicut/& Agathone: & deo dignum erat/habita uideretur. Q uapropter Socrates ad Eryximachum conuersus inquit. An non merito Acumeni fili Eryximache supra timuisse nunc uideor? Quod reuera contingit uaticinatus? quod Agatho elegãtissime loqueretur. Ex quo mihi uerba deficerent? ERY. Vnum quidem recte uaticinatum te puto/scite locuturũ Agathonẽ. Tibi uero defuturam facundiã/minime. SO. Cur non/& ipse o beate/& alius quis a dicẽdo absterreať/cui post tam luculentã copiosamq; orationẽ sit loquẽdum? Et cætera quidẽ quamuis apte cõposita nõ adeo miranda uidẽtur. Elegantiã uero nominum atq; uerborũ qua in oratiõis calce est usus/siqs aĩaduerterit/ptinus obstupescet. Q uãdoqdẽ/& ipe cum intelligerẽ non posse me eloquentia prope accedere/parum absuit qn uerecũdia motus hinc alio si quo licuisset/abirẽ. Et.n. Gorgiæ me sermo admõuit/qđ illud mihi homericũ cõtigisset. Extimui nẽpe ne finẽ uerbis iponẽs. Agathõ Gorgiæ facũdi caput/e sermone suo ĩ meũ transmittẽs/ mutũ me factũ: lapidẽ ꝓ hoĩe redderet. Tũc demũ temere pmisisse me agnoui: amorẽ uobiscũ ꝓ uice mea collaudaturũ: & inepte amatoria ꝓfessum fuisse. Cũ oino nescirem qua quidq; sit ratione laudandũ. Putarã equidem ob ruditatem meã de quocũq; quod laudatur a nobis uera oportere referri: & hoc quidẽ adesse atq; licere. Ex his autem pulcherrima seligẽtes q̃ decentissime adscribere nos debere. Q uo circa ingenti quadã spe elatus sum: quasi recte dicturus/ qñ quidẽ uerã laudandi rationem: ut uidebatur haberem. Tãdem uero haud congruus laudationis hic modus apparuit.

Oẽs uoluptates ab amore superari:

Quæq; non habet nec nouit, id is alteri dare uel ministrare non potest.

Appollo amoris discipulus

Texendi ars Mineruæ est.

Oportere nãq; uidetur/maxima quæque/& præclarissima rei quã laudamus adscribere/siue reuera
illi adsint/siue non adsint. Nihil.n.referre falsa ne an uera sint. Cum propositum sit nõ quomodo
Amor ipse laudetur/immo/ut quisq; Amorem laudare q̃ maxime uideatur. Quapropter uniuersa
amori tribuitis:taléq; eũ esse/& talium tantorumq; cãm affirmatis/ut q̃ pulcherrimus optimusq;
appareat. Ignorantibus uidelicet. Nunquã.n.intelligentibus laus huiusmodi recta/& pura iudica
retur. Equidem laudationis huius modũ penitus ignorabam. Nesciens/itaq; uobiscũ conueni me
quoq; inrere alios/collaudaturũ. Lingua ergo pollicita est/mens uero nequaquã. Absit igitur a me
ista laudatio. Neq;.n.sic illũ extollere possem. Verũtamẽ si uultis ritu meo uera loqui cupio. Et ad
meipsum respicere potius/q̃ cũ orationibus uestris stilum meũ conferre:ne risum moueam. Vide
itaq; Phædre/utrum uobis placeat orationẽ huiusmodi nunc audire quæ de amore uera dumtaxat
enarret. Verborũ nominumq; utcũq; accidit compositione/pcedens. PHÆ. Mihi sane/& aliis pla
cet/ut tuo arbitratu loquaris. SO. Concede mihi o Phædre/ut pauca quædã Agathonẽ interrogẽ:
ut confirmatus ab illo loquar. PHÆ. Concedo equidem. Interroga modo. SO.

Cõprehendi/tur collauda/tio in qua ut cuncta & ma/xima referan tur. falsa pro ferantur:

¶Socratis oratio.

Prima o amice Agatho orationis tuæ fundamẽta iecisse uideris/cum diceres primo quid
amor sit ostendendũ:postea illius opera numeranda:hoc equidẽ principiũ ualde probo.
Age itaq; postq̃ de Amore cætera hornate atq; magnifice es elocutus/hoc insuper circa il
lius naturã mihi declara. Vtrum talis sit amor/ut alicuius Amor sit. An nullius? haud peto utrum
matris alicuius patrisue sit. Ridicula nãq; interrogatio esset utrũ Amor patris matrisue sit Amor.
Verũ si interrogassem/nunqd pater alicuius pater esset/an nõ? respondisses utiq; si modo congrue
loq uoluisses patrẽ/filii/uel filiæ patrẽ esse. An nõ? AGA. Prorsus. SO. Nõne/& matrẽ alicuius esse
matrẽ? AGA. Et istud. SO. Responde prçterea pauca quædã/ut quod sentio magis intelligas. Fra
ter nunqd ipsum quod est alicuius est frater? AGA. Est certe. SO. Nõne fratris aut sororis? AGA.
horũ pfecto. SO. Conare similiter de Amore nobis ostẽdere/nũ Amor alicuius sit amor. AGA.
Alicuius certe. SO. hoc itaq; memoriter serua/cuius sit recordatus. Atq; ad hoc responde. Vtrum
Amor/illud ipsum cuius est Amor/appetat/necne. AGA. & maxime quidẽ. SO. Nunqd hoc ipm
apud se habet:& tamẽ quod habet appetit atq; amat? An potius nõ habet quod/& amat/& appetit?
AGA. Verisimile est nõ habere. SO. Aduerte præterea utrũ pro eo quod uerisimile est/necessariũ
sit ita quicqd appetit/id quo eget appetere:& si non eget/nec cupere. Mihi quidẽ mirũ ĩmodũ hoc
placet/ut necessarium sit. Tibi uero qd uidetur Agathõ? AGA. Quod/& tibi. SO. Bene loqueris.
An uellet magnus quispiã magnus esse:& robustus aliqs/esse robustus? AGA. Ex his quæ supra cõ
cessimus fieri non posse mihi uidetur? SO. Neq;.n.indigus esse eorũ quæ in seipso iam cõtineret.
AGA. Vera dicis. SO. Et.n.si ille qui robustus est/uult esse robustus/& qui uellox eẽ uelox/& sanus.
Deniq; sanus. Forte quispiam crederet/& hos/& alios quoslibet/ea quæ habẽt appetere. Ne igitur
hic decipiamur/hæc inquã. Si diligenter animaduertas. Agatho necessariũ esse uidebis quæcunq;
præsenti in tempore hi habent/eadẽ in tempore eodẽ habere/seu uelint/siue nolint:hoc ipsum ue
ro quisnam cuperet? Cum uero quis addit. At ego sanus/dum sum/uolo equidẽ sanus esse:& diues
dum sum/esse diues/atq; iccirco/quæ habeo cupio:huic protinus respodemus o bone uir. Ipse di
uitias/sanitatẽ/roburq; adeptus/uis hæc/& in futuro tempore possidere? qm̃ in præsenti/ uelis nolis
ue habes. Vide ergo cum dicis/quæ mihi adsunt/cupio/nunqd aliud q̃ hoc inferas/quæ mihi nunc
adsunt/& in futuro adesse exopto. Censes hũc hominẽ Agatho hoc an aliud responsurũ? AGA. Ni
hil aliud. SO. Amor profecto huiusmodi/illud respicit quod nõdum imprompeu est nec habetur/
adesse uidelicet/& seruari illa in tẽpore quod sequať. AGA. Sic est omnino. SO. Et hic igiť/& alius
quicunq; appetit/quod nõdum expositũ paratum est/appetit/quodue nõ adest/nec habet/ & quod
ipse non est/quoue indiget. Talia q̃dam sunt illa quorũ est appetitus:& Amor. AGA. Talia pro
culdubio. SO. Age quæ supradicta sunt repetamus:primo quidẽ Amor/aliquorũ dictus ẽ Amor:
deinde illorum potissimũ quibus indiget. AGA. Certe. SO. Recordare præterea/quorũ eẽ Amo
rem asseruisti. Ego tibi in memoriã siuis reducam. Equidẽ ita dixisse te arbitror. Adiis omnia pro
pter pulchrorũ Amorẽ fuisse disposita. Turpium quippe amorẽ omnino nullum esse. An non ita
dicebas? AGA. Ita profecto. SO. probabiliter quidem loqueris o Amice. Et si ita est Amor certe
pulchritudinis amor est/turpitudinis uero minime. AGA. Consentio. SO. nõne concessum est/id
quo eget nec habet/amare? AGA. Concessum plane. SO. ergo pulchritudine indiget amor:eamq;
non habet. AGA. necessarium. SO. quid uero? Num pulchrũ uocas quod pulchritudinis indigũ
est nec eam habet. AGA. Nequaquã. SO. Nunquid ulterius/si hæc ita se habent Amorẽ pulchrũ
asseris. AGA. Nihil eorũ quæ supra dixi intellixisse uideor. SO. Recte dixisti? Sed responde parũ
per ulterius/nunqd ipsa bona pulchra esse uidenť. AGA. Mihi uero. SO. Si igiť Amor pulchris ca
ret/bona uero pulchra sunt/bõis quoq; caret. AGA. Repugnare tibi o Socrates nullo mõ possem.
Esto igiť/ut tu ais. SO. Veritati qdẽ nũq̃ o Dilecte Agatho aduersari posses Socrati uero facillime.

De relatiuis quedam.

verum

V Erum agathonē iam dimittā:uobisq;/o cōuiuæ referā sermonē de Amore. Quem olim accepi a fatidica muliere Diotima:quæ & harū rerū perita erat/& alia multa sapienter intelligebat:& Atheniensibus olim sacris decennio ante pestē peractis morbi dilationē dedit. Illa me in amatoria facultate instruxit. Quæ igit̄ illa dixit conabor uobis ex me ipso secundū ea quę īter me/& Agathonē cōuenerūt/exprimere. Oportet aūt primo o Agathon/ut & tu exposuisti/qd/ & quale sit Amor ostendere/deinde opera illius enumerare. Præstat/ut mihi uidet̄ eodē ordine uobis nunc referre/quo hospes illa me examinās pertractauit. Ferme.n.eadē ego illi quæ mihi Agatho/prædixeram. Magnū esse deū Amorē:& ad pulchra respicere. Eisdē rōnibus me redarguit/quibus hunc ipse:quod neq; pulcher eēt amor/ut dicebā/neq; bonus. Ad quā ego tūc. Quid ais o Diotima inq̄? Turpis ne igit̄ ac malus est amor? DIO. Dic meliora quæso/an putas necessariū eē/ut quicqd pulchrū nō est sit turpe? SO. Maxime. DIO. Et quod nō sapiens. Ignorās? An nō aduertisti/esse quoddā sapientiæ/& ignorantiæ mediū? SO. Quid istud? DIO. Recte opinari:hoc ē ueri absq; certa ratione participē esse:hoc siquidem neq; scia est:nam sine rōne scia nunq̄. Neq; ignorantia rursus. Quod.n.ueri cōpos est. Ignorantia nō uocat̄:huiusmodi qddam est opinio recta/inter sapientiam/& ignorantiā mediū. SO. Vera narras. DIO. Ne cogas igit̄ quod pulchrum nō est esse turpe quodue nō bonū/esse malū. Eadē rōne quis amorē/neq; pulchrum/neq; bonū esse cōcedas/non tamen putare debes turpē necessario esse/uel malū/sed inter ista mediū. SO. At uero in hoc oēs consentiunt/magnum esse deum Amorē. DIO. Ignorantes ne dicis oēs. An scientes? SO. Cunctos in quam. DIO. Quonam pacto ridicule magnū esse deum hi confiterent̄/qui nec deū qdem esse uolunt? SO. Quinam isti. DIO. Vnus quidem tu es. Ego altera. SO. Quonam pacto dixisse me hoc asseris. DIO. Facile tibi ostendā:dic age. Nōne deos oēs/pulchros ac beatos affirmas? Nunqd auderes deorū quēpiam nō pulchrū beatumue dicere? SO. Nō p louem. DIO. Beatos aūt nōne illos uocas/qui bona pulchraq; possident? SO. Illos dūtaxat. DIO. Atqui amorē in superioribus admisisti pp pulchrorū bonorūq; inopiā hæc ipsa quorū indigus est/appetere. SO. Admisi eqdē. DIO. Quonam igit̄ modo deus est/qui pulchrorū bonorūq; ē expers? SO. Nullo pacto ut uidet̄. DIO. Vides ne quod/& ipse amorē deū esse non putas? SO. Quid ergo? Num mortalis est amor? DIO. Minime. SO. Quid igit̄? DIO. Superiorū īstar/mortalis īmortalisue mediū. SO. Quid inq̄ est o Diotima. DIO. Magnus o Socrates dæmon. Et.n.omnis natura dæmonū inter mortales/deosue est media. SO. Quā uim habet? DIO. Interpretatur/& traicit humana ad deos/diuina ad homīes: horū qdē præces/& sacrificia/illorū præcepta sacrosq; solēnes institutiōes/& ordinē. In utroq; medio constituta totū cōplet/ut uniuersum secū ipso tali uinculo cōnectat̄. Per hāc uaticiniū omne procedit:sacerdotumq; diligētia:circa sacrificia expiationesq;/& incantationes/& diuinationē omnē/ atq; magicā. Deus quidē homini nō miscet̄/sed per id mediū cōmertiū omne atq; colloquiū inter deos hominesq; conficitur/& uigilantibus nobis/& dormientibus. Quicunq; harū rerū peritus ē/ dæmonius.i.felix uir/& sapiens nuncupat̄/qui uero alias artes/& facultates quæ manibus explent̄/ callent/mercēnarii nominant̄. Enimuero hi dæmones multi atq; uarii sunt. Ex his unus est amor. SO. Quinā parentes amoris? DIO. Quamuis dictu prolixū/exponam tamen. Quando nata ē Venus/parato cōuiuio discubuerūt/dii cæteri/& metidis.i.consilii filius porus.i.Affluētiæ deus. Cū cœnati essent pœnia.i.paupertas mēdicatura cibum utpote epulis illic abundantibus uenit/& circa fores obuersabatur. Porus qdem nectare ebrius/uinū namq; nōdum erat Iouis hortū ingressus est/& somno grauatus/dormiebat/pœnia uero inopia compulsa quo pacto filiū quasi quibusdā insidiis ex poro cōciperet/excogitauit. Quare iuxta illū accubuit. Amoremq; cōcœpit. Vnde natus est Amor sectator cultorq; Veneris: ꝓpterea quod in Veneris natalibus est progenitus. Quinetiā natura/pulchri desiderio capitur/cū Venus ipsa sit pulchra. Quoniā uero pori ac pœniæ Amor ē filius/sorte huiusmodi/nactus est:principio aridus est/& squalidus. Nudis pedibus: semper humi uolans:sine domicilio:sine stramētis/& tegmine ullo/ad fores in uia sub diuo dormiens: naturāq; matris seruans/semper egenus. Secūdū uero patris stirpē/pulchris ac bonis insidiat̄:uirilis:audax/ & uehemens sagaxq; uenator:noua semper machinamēta contexens:prudentiæ studiosus:facundus:per omnē uitam philosophans. Incātator:fascinatorq; potens:ueneficus:atq; sophista. Neq; immortalis omnino secundum naturā/neq; mortalis. Sed interdū eodē die pululat atq; uiuit: quotiens exuberat. Interdū deficit. Atq; iterū reuiuiscit ob patris naturā. Quod uero acqritur cōtinue subterfluit. Quo circa neq; medicus est Amor unq̄ neq; etiā opulentus. Quinetiā inter sapientiam & insciciam cōstituitur. Sic.n.se res habet. Nullus deorum philosophatur. Aut sapiens fieri cupit Est enim. Nec alius quis sapiens philosophatur. Neq; omnino ignorantes philosophantur: neq; sapientes fieri cupiunt. hoc enim habet ignorantia pessimum quādo qui nec pulcher bonus ē neq; sapiens sufficienter hęc habere se censet. Nunq̄ igitur expetit illa quorū se indignum non aduertit. SO. Qui ergo potissimum Diotima philosophantur? Si neq; sapientes neq; ignorantes: id agunt. DIO. Iā. hoc profecto uel puer intelliget: quod hi uidelicet qui inter istos sunt medii/ē/qui-

Diotima fatidica.

Inter sapientiā & ignorātiam mediū ē Recta opinio

Qualis sit opinio recta.

Amor est medius īter turpe & pulchr̄.

Natura dęmonū media inter mortales & deos.

Munera & officia dęmonū

Diuinatio & magica conceditur p dęmones.

Amor unus ex dęmōibus.

bus est Amor. Sapientia nempe pulcherrimũ quiddam est Amor autẽ circa pulchrum uersaẽ. Ex quo necessario sequitur Amorem esse philosophũ cũq; philosophus sit medium ignorantis sapientisq; tenere. Horũ causa in eius genitura cõsistit. Nam ex parte sapiente/& opulẽto est genitus: matre uero minime: sapiente/& certe paupere. Natura itaq; dæmonis o amice Socrates ista. Nec mirum est talem te Amorẽ finxisse ex ea opiniõe/quam de natura eius habebas. Nam/ut ex tuis dictis coniicio/nõ amantem/sed amatũ Amorem esse putabas: & iccirco pulcherrimũ tibi Amorem esse uisum existimo. Amabile quidẽ ipsum reuera pulchrum est/ delicatum/ pfectum /& beatissimum. Amans aũt aliam talẽ ideã habet qualem in superioribus figuraui. SO. Esto ut ais hospes præclare. n. loqueris. Cum uero talis sit Amor/ad quid conducit hominibus? DIO. Hoc deinceps o Socrates/docere conabor. Talis quidẽ est/& ita genitus amor. Est autẽ pulchrorũ/ut ipse inquis. Verum siquis ita querat/cuius gratia amor pulchrorũ est o Socrates atq; Diotima. Immo sic clarius. Qui pulchra amat/quid ab his potissimum expetit? Quid respõdebimus? SO. Adesse uidelicet sibi. DIO. At hæc responsio quæstionẽ huiusmodi ultra requirit. Quid erit illi cui pulchra aderint? SO. Nihil in promptu quod respondeã habeo. DIO. Siquis uero mutatis uocabulis/& bono /pro pulchro utens pcõtetur. Qui amat bona/qd expetit? SO. Adesse sibi. DIO. Quid huic erit/ cui bona aderit. SO. facilior ad ista responsio. Felix erit. DIO. possessione sane bonorũ beati sunt quicũq; beati: neq; requirere ulterius opus est/ad qd felix esse uelit/qui felicitatẽ optat/sed finem iam respõsio habere uidetur. SO. Vera loqueris. DIO. Nũquid hãc uoluntatẽ Amoremq; cũctis censes hominibus esse cõmunem? omnesq; uelle bona sibi semper adesse? SO. Cõmunem plane. DIO. Cur ergo non omnes o Socrates amare dicimus? siquidem omnes & eadem & semper amãt? sed quosdam amare/alios minime? SO. Admiror & ipse. DIO. Sed Ne mireris. Nam speciẽ quandã amãtium se ligentes/Amorem denominamus/totius nomen attribuẽtes. In aliis autẽ nominibus aliis utimur. SO. Exemplo quodã declara. DIO. Vt ecce. Scis utiq; factionem/amplum quiddam esse: factio siquidẽ generatim dicitur/causa qua unumquodq; ex non esse adesse procedit. Quapropter omnes cuiusq; artis actiones/factiones sunt/& artifices omnes poetę. i. factores. SO. Vera narras. DIO. Vides tñ quod non uocãtur poetę/sed alia nomina sortiuntur. Ex omni uero factione/una selecta particula/quę scilicet circa musicã carminaq; uersaẽ/totius nomine nũcupatur. poesis. n. idest factio/hęc sola uocata est/Quiue hanc factionis particulam habẽt/poetę. SO. Vera hęc sunt. DIO. Idem quoq; circa Amorem accidit. Nã summatim quidẽ omnis bonorũ felicitatisq; appetio/maximus & insidiator amor est cuiq;. Verum qui ad bonũ studio pecuniarũ uel gymnasticę uel sapientię proficiscunẽ nec amare nec amatores cognominanẽ. Qui uero secundum certam speciẽ ad id cõtendunt/totius nomen subeunt Amorem uidelicet & amare & amatores. SO. Recte loqui uideris. DIO. Nonnulli ferunt/eos qui dimidium sui perquirũt/amare. Ego autem/ neq; dimidii/ neq; totius Amorẽ assero/nisi aliquo pacto sit bonum: quandoquidem & manus & pedes / si uideantur mala uel a seipsis homines abscindere uolunt. Non. n. suum qsq; diligit: nisi forte quispiã quod bonum est suum ac pprium cuiusq; uocet/quod uero malũ potius alienũ. Quippe cũ nihil aliud pter bonũ homines ament. Nonne sic & tibi uidentur? SO. Sic utiq;. DIO. Simpliciter ergo dicendum est/homines bonum amare. SO. proculdubio. DIO. An nõ addendum quod adesse sibi bonũ cupiunt? SO. Addendum. DIO. Nec adesse solum/sed & semper adesse. SO. Et semper. DIO. Est igitur summatim Amor appetitio qua bonum sibi semper esse quis cupit. SO. Vera nimiũ loqueris. DIO. postq̃ huiusmodi quiddam semper ẽ uniuersalis Amor potes ne dicere/quę potissimum appetendi conditio/quiue prosequendi modus & in quali/uel actione uel studio/ Amor proprie nominetur? SO. Si id ostendere potuissem/nunq̃ sapientiã tuã admiratus essem Diotima: neq; discendi gratia ad te uenissem. DIO. At ego dicã? Est inq̃ hoc partus in pulchro/tã secundũ animam q̃ secundũ corpus. SO. Vaticinio opus est ad id quod ais intelligendum hoc. n. nullo modo percipio. DIO. Dicam equidem planius Omniũ o Socrates hoĩum pregnãs & grauidũ corpus est p̃gnãs & anima. Et cũ primũ ad certã ętatẽ puenerim⁹/parere nostra natura cupit: parere uero ĩ turpi neqt in pulchro põt. Viri sane mulierisq; cõgressu fœtus ptusq; puenit. Est aũt opus hoc diuinũ: & ĩ animali ipso mortali/ĩmortale hoc est/cõceptio. s. & generatio hęc in eo quod sine pportione & dissonũ est expleri nequeũt. Dissonũ aũt est φ turpe ab oĩ quod est diuinũ: pulchrũ uero diuino cõsonũ. Parca igiẽ & lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quo circa quotiens pulchro qd' grauidũ est adheret/lętitiaq; gestit hilaritate & uoluptate diffundiẽ: pterq; & generat. Contra uero cũ turpi ppinquat tristitia quadã & dolore cõtrahiẽ. Absterreturq; & cohibeẽ: nec gignit/sed fœtũ retinens angiẽ. Quapp quod cõcepit & iã luxuriat/adultũq; ad generationẽ ãhelat/circa pulchrũ utplurimũ obseruaẽ qm ĩde acri anxietate leuaẽ. Est. n. Amor nõ pulchri o Socrates/ut tu putas. SO. At cui⁹? DIO. gñatiõis ptusq; ĩ pulchro. SO. Reuera? DIO. Reuera inq̃. SO. Cur gñatiõis? DIO. qa Amor sẽpiternũ qddã ẽ & ĩmortale quẽadmodũ ĩ ipo mortali gñatio: ĩmortalitatẽ ãt una cũ bono appetere necesse ẽ/ex illis q̃ supra cõcessimus/qñquidẽ Amor est appetitio/q̃ bonũ sibi qsq; semp adesse

desiderat

desiderat. Ex his cõcluditur Amorem ĩmortalitatis quoq; desideriũ esse. Hæc omnia mihi Dioti-
ma tradidit/cũ de amatoriis sermonẽ habuit necnõ sic interrogauit. Quã huius Amoris cupidita
tisq; causam o Socrates arbitraris? An nõ uides q̃ grauiter afficiuntur/animãtes oẽs/& quæ gradiũ
tur/& quæ uolant cũ ad generationẽ toto impetu ꝑferunt/& Amoris ardore insaniunt? primo qui
dem generationis cã q̃ uehementer congredi cõcupiscunt? Deinde quantũ circa natorũ alimenta
laborant. Horumq; cã ĩbecilla etiam animalia aduersus robustissima prelia poscunt:& pro illis ob
cumbere parata sunt/ac fame deficere modo filios nutriant:& aliud quodlibet audacter aggrediũ
tur. homines quidẽ forte putaret quispiã rõnis discursu hæc agere brutis autem quæ nã Amoris tã
ardentis cã est? Assignare hanc potes? SO. Minime. Dio. Credis ne unq̃ in amatoriis peritus fore
dum hæc ignoras? SO. Ob hanc cãm ad te o Diotima/ut supra dixi confugio/quia præceptore me
indigere cognosco: horum itaq; precor/& aliorũ quæcunq; ad Amorẽ attinent/cãm afferas. Dio.
Si credis illius natura Amorem eẽ/cuius sæpe iam diximus/ne mireris. Ex hoc.n. similiter/ut ex su-
perioribus/natura mortalis semper/& ĩmortalis esse pro uiribus nititur: hoc autem generatiõe dũ
taxat assequitur: quoniam semp alterum. Iuuenem ueteris loco substituit. Enimuero eo ipso ĩ tem-
pore/quo animalium unũquodq; uiuere dicitur: idemq; esse/ut a pueritia ad senectutem/ q̃uis idẽ
dicatur/nunq̃ tamen in seipso eadem continet: sed nouũ semper efficitur/& uetera exuit: secũdum
pilos: carnẽ: ossa: ac sanguinẽ/& uniuersum corpus. Neq; in corpore solũ/uerum etiam in aĩa id cõ
tingit. Mores consuetudines: opiniones: cupidines: uoluptates: dolores/atq; timores/continue ꝑ-
mutantur: neq; quicquam ex istis idem/& simile perseuerat/sed priora quidẽ abolentur/noua uero
succedunt. Quinetiam quod mirabilius est/scientiæ quoq; non solum aliæ euanescunt/aliæ surgũt
neq; semper secũdum scientias iidem sumus/uerumetiã una quæuis scientiarũ idem patitur. Qđ
enim dicitur meditari/quasi exierit scientia dicitur. Obliuio namq; sciẽtiæ exitus est. Meditatio ue/
ro nouam memoriã semper/abeuntis loco restituens/sciam seruat/ut esse eadẽ uideatur: hoc utiq;
pacto omne mortale seruatur: nõ quia semp oĩno idẽ fit/ut diuinũ/ sed quia quod tabescit/ & abit/
nouũ/& simile sibi relinquit. Hoc a remedio Socrates quod mortale est siue corpus seu quodlibet
aliud/particeps ĩmortalitatis euadit. Quod uero diuinum/& ĩmortale/alia rõne. Quãobrem mi-
rari nõ debes si oĩa germen suũ natura charissimũ hẽant. Nam ĩmortalitatis gratia nixus huiusmo
di atq; Amor cuilibet inest. Cum hæc audissem/admiratione cõmotus inq̃. Siccine Diotia sapiens
reuera de iis iudicandum. Tũ illa/ut ꝑfecti sophistæ solẽt: certo scito inqt o Socrates. Et.n. si glorię
studiũ quod hoĩbus ĩest cõsiderare uolueris/admiraberis ruditatẽ tuã quod ea q̃ dixi nõ satis com
prehẽderis. Cernes qdẽ q̃ uehementer exoptent/notos sese oĩbus exhibere:& in futurum ĩmorta-
lem gloriã cõsequi. Nã huius gratia magisq̃ filiorũ/pericula subeunt: pecunias erogant. Laboresq;
nullos respuũt. Ac dẽiq; sese morti exponũt. An cẽses Alcestẽ ꝑ Admeto mori uoluisse? Aut Achil
lem in ultione Patrocli obcũbere? Aut uestrũ Codrũ ꝑ filiorũ regno perire? nisi ĩmortalẽ uirtutis
memoriã/q̃lis apud nos extat/cõsecuturos se presagisset? SO. lõge abest. Immo ꝑ ĩmortali uirtute
& honesta opinione cũcta hæc/ut arbitror agũt. Et quo meliores hoĩs sunt/eo magis ad ista contẽ-
dunt. Nã ĩmortalitatẽ amãt. DIO. Quicũq; igiƭ corpore fœcũdi sunt/ad fœminas se magis cõuer
tunt. Atq; ita amãt/& filiorũ generatione ĩmortalitatẽ memoriã: felicitatẽ/ꝑ oẽ tp̃s assequi sperãt.
Sunt & q aĩam grauidã atq; fœcũdã magis q̃ corpus habeãt: hi sane cõcipiũt ea q̃ aĩę/& cõcepisse/&
cõcipere cõuenit. Sed qđ nã cõuenit? Prudentiã uidelicet aliasq; uirtutes: quarũ rerũ poetæ oẽs ge-
nitores sunt: necnõ artifices illi q inuentores dicunƭ. Maxima uero/& oĩum præstantissima prudẽ-
tia est qua ciuilia/& domestica gubernanƭ. Cuius nomen est temperantia atq; iustitia. Quisq; ergo
uirtutũ huiusmodi natura plenus/& grauidus est/ideoq; diuinus/ętate debita ĩminente/parere iam
generareq; affectat/& idcirco passim uagatur/quæritq; pulchrũ/in quo generet: in turpi nãq; mini
me generaret. Quapp corporibus speciosis magisq̃ deformibus gratulatur: turpore pregnãs. Qđ
si aĩam preterea pulchrã: generosam docilẽq; repiat: utraq;/pulchritudine cõcurrẽte mirifice dele
ctaƭ/& corã hoĩe illo cõfestim de uirtute loq̃ndo facũdia pollet: q̃lis eẽ debeat uir bonus edisserẽs/
qđue sit eius offm̃. Atq; hac doctrina imbuere illũ studet. Adherẽs qppe pulchro eoq; familiariter
utens/q̃ quõdã cõceperat/parit/& gignit illius tã ĩ absentia q̃ pręsentia memor: quodue inde nascitur
cũ illo cõmuniter nutrit atq; educat. Vñ augustiorẽ cõiõnẽ firmiorẽq; amicitiã uicissim cõtrahunt
q̃ mortaliũ filiorũ parẽtes/utpote q in filiis ĩmortalibus magis pulchrioribusq; una cõmunicant.
Et.n. huiusmodi filios qlibet potiusq̃ humanos eligeƭ: ꝑserti q Homerũ Hesiodũq; cõsideret/& poe
tas alios emuleƭ/dũ cernit q̃les filios reliq̃runt: q cũ ĩmortales sint/ĩmortalẽ quoq; gloriã mẽoriãq;
parẽtib⁹ ꝑbuerũt: q̃lesq; Lycurg⁹ Lacedæmõiis reliqt filios Lacedęmõiæ ac totius pene Grecię ser-
uatores: honoraƭ/& apud uos pp gñationẽ legũ ipse Solõ. Aliiq; ꝑmulti alibi apud Græcos/& Bar/
baros/q multa atq; ꝑclara opa demõstrarũt/uirtutẽ oẽm ꝓgenerantes. Quib⁹ sacra ac tẽpla multa/
ob huiusmõi sæpe natos dicata sunt: ob hũanos uero adhuc alicui nũq̃. In his utiq; amatoriis o So-
crates ipẽ forsitã ĩdustria tua initiareris. Verũ uero ulterius ꝓcedas ac ꝑfecta demũ amatoria que-

Amor est im/mortalitatis desiderium.

Assidua mu/tatio ĩ corpo/re & anima.

ſublime ſpectant quorũ gratia hæc ſunt:animaduertas. Verũ inq̃ pgere ualeas necne. Ignoro. Dicam tñ/omniq; ſtudio tibi opitulabor. Tu uero ꝓ uiribus ſeq me nitere. Oportet eũ qui ad hoc recto ſit tramite ꝓgreſſurus/ſtatim ab adoleſcẽtia pulchra corpora cõtẽplari/& primũ quidẽ ſi modo recte ducatur/unum corpus amare:ibiq; rõnes pulchras ꝓducere/cogitare deinde pulchritudinẽ q̃ corpori cuilibet ineſt alterius corporis eſſe germanã. Et ſi ſequi decet quod in ſpecie pulchrũ/abſurdum eſt credere eã q̃ oĩbus corporibus ineſt/nõ unam eãdemq; pulchritudinem eſſe. Et qui hoc aduertit/oĩum ſimpliciter pulchrorum corporũ amator euadere debet. Amoris aũt erga unũ uehementiam hac rõne remittere:atq; unius ſpeciem paruifacere. Poſt hæc pulchritudinẽ q̃ animis ineſt/illa q̃ in corpore præſtantiorẽ exiſtimet/adeo/ut ſiquis animi ingenui ſit q̃uis forma corporis aliis quibuſdam cedat/ſufficere tñ arbitretur/& amet/curetq;/& rationes huiuſmodi pariat q̃atq; ſermones oẽs qui reddere meliores adoleſcentes poſſit. Vt hinc ad pulchritudinẽ q̃ ĩ officiis ac legibus reperitur inſpiciendam ducatur /intelligatq; illam oẽm ſibiipſi uniformem cognatãq; exiſtere/ut eam q̃ circa corpus eſt/pulchritudinẽ paruifaciat:poſt officia legeſq;/ad ſcientias tranſeat:ut ſcientiarum pulchritudinem contẽplatur. Dũq; id quod ampla exuberat pulchritudine cõtuetur/ haud amplius tanq̃ mancipium unius puelli ſpeciem admiretur neq; unius hoĩs uel officii pulchritudine ſit contentus. Nam quiſquis in hoc delinquit/exilis/& abiectus eſt ſeruus. Verum in profundum pulchritudinis ſe pelagus mergat. Vbi ipſo intuitu/multas:præclaras:atq; magnificas rõnes intelligentiaſq; in philoſophia abunde pariat. Donec ibi confirmatus/& roboratus /ſcientiam iam unã talem intueatur/q̃ pulchri talis exiſtit. Aciem uero nũc mentis ꝓ uiribus adhibe. Quicũq; huc uſq; ꝑ amatoria gradatim deducitur recto ordine pulchra intuitus/ad finem iã amatorii affectus ꝑueniens/ſubito quandã natura mirabilem inſpiciet pulchritudinẽ. Hoc illud :cuius gratia labores oẽs ꝓcedentes ſubiuimus principio q̃dem ſemꝑ eſt/nec fit/nec interrit:neq; creſcit unq̃:neq; decreſcit:ꝑterea non hac ex ꝑte pulchrũ/ex illa turpe. Vel tum pulchrum/tum minime. Neq; ad hoc quidem pulchrũ/turpe uero ad illud. Vel hic pulchrũ/ibi turpe:ut quibuſdam pulchrũ ſit/quibuſdam uero nequaq̃. Neq; rurſus imaginatione quadã ipſum pulchrũ ita fingetur / quaſi uultus pulcher: uel pulchræ manus/aut aliud quiddã/cuius corpus eſt ꝑticeps. Neq; ut oratio quedã/ uel ratio/ aut ſcientia q̃dam. Neq; in alio iacere putabitur/uelut in aĩali/uel terra/uel cœlo/aut alio quopiã/ſed ipſum ꝑ ſeipſum cũ ſemetipſo:uniforme ſemꝑ exiſtẽs. Cætera uero oĩa q̃ pulchra ſunt /illius ꝑticipatione pulchra ea ſcilicet cõditione/ut naſcentibus/& ĩtereũtibus aliis nihil ſubtrahaẽ illi/aut addaẽ/ neq; paſſionẽ ullã incurrat. Quando uero ab his aliq̃s legitime amando/adſcendẽs/illud ipm pulchrum ſuſpicere ĩcipit/ferme iam finẽ attingit. Hoc eſt ꝓfecto ad amatoria recte ꝑgere/uel ab alio duci:q̃ñ uidelicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius adſcendere incipit/quaſi quibuſdã gradibus utens/atq; ab uno primum in duo tranſiens/& a duobus in oĩa q̃ pulchra ſunt/ corpora. Ab his in oĩa officia pulchra. A pulchris officiis/ad doctrinas pulchras conuerſus. A doctrinis deniq; multis in illã doctrinã ꝑueniẽs q̃ non alterius eſt q̃ illius ipſius pulchri doctrina. Atq; ita demũ q̃d ip̃m pulchrũ ſit cõtemplaẽ. In hoc utiq; uite ſtatu o Socrates ſi uſquã alibi hominũ uidelicet ipſum pulchrũ ſpectãti uiuendũ. Quod ſi q̃ñ uideris/ſupra q̃ dici poſſit ꝑtioſius auro hornatiſq; ueſtibus & pulchris pueris adoleſcẽtibuſq; cenſebis. Quos nũc/& tu/& alii multi/dũ ſpectatis nimium obſtupeſcitis:& ſi fieri poſſet eligeretis inter illos ſemꝑ cibo potuq; neglecte uerſari q̃ felix illud ſpectaculum fore putamus/ſi cui cõtigerit/ut ip̃m pulchrũ intueaẽ. Sincerũ. Integrum:purũ:ſimplex:non humanis carnibus coloribus:nõ aliis mortalibus nugis cõtaminatũ. Sed ip̃m ſecundũ ſe pulchrũ diuinũ ĩſpiciat. Num uitã huiuſmodi ꝑuifacis! hoĩs uidelicet ipſius q̃ illuc ſuſcipit/q̃ tam ꝑclarum ſpectaculũ cõtuetur:q̃ illi cohæret. Nõne cogitas quod ibi ſolũ cernens ille eo oculo pulchrũ quo ꝑcipi põt:nõ Imagines uirtutis ulterius ſed uirtutes ip̃as pariet q̃ppe cũ nõ ſimulachrũ: ſed rẽ ip̃am attingat. Cũq; uirtutẽ ueram pariat:atq; alat deo amicus efficieẽ:& ſiq̃s alius hoĩum:is maxime immortalis exiſtet. Hæc o Phædre aliiq; cõuiuæ inq̃t Diotima. Cui fidem adhibeo. Atq; aliis ꝑſuadere ſtudeo:hoĩum natura haud facile poſſe ad beatæ ĩmortalitatis poſſeſſionẽ q̃cq̃ legitimo amore conducibilius ĩuenire. Quãobrem honorandũ amorẽ ab oĩbus hoĩbus cenſeo. Equidẽ amatoria colo meq; ſummoꝑe in his exerceo:alioſq; exhortor. Et nũc q̃dem ac ſemꝑ ꝓ ingenii facultate Amoris uim:& fortitudinẽ laudo. Hũc o Phædre ſermonẽ:ſi uis quaſi laudationẽ q̃ndam Amoris exiſtima:ſin autẽ aliter appellare placet appella. Cũ hæc dixiſſet:ut retulit Ariſtodemus:reliqui omnes ꝓbarũt. Ariſtophanes ſolus repugnare temptauit:q̃a mentionẽ ſermonis illius ſupra fecerat. Sed repente aulæ hoſtiũ ꝑcuſſum ſonitum reddidit:& clamor debachantiũ. Iuuenũ tibicinũq; auditus. Tum Agatho aduertite inq̃t miniſtri q̃ nam hoĩes aduentarint:& ſiq̃s familiaris noſter interſit:ad nos adcerſite. Si nullus nos haud nõ amplius bibere ſed iam quieſcere:nuntiate. At paulopoſt uocem Alcibiadis audierũt/ebrietate inſultantis alteriuſq; in ueſtibulo clamantis. Qui ubi eſſet Agatho flagitabat/ad eumq; ſe duci iubebat. Eũ igiẽ tibicen aliiq; contubernales duxerunt:& ad fores aulæ collocarũt/corona quadam ex hedera uioliſq; cõſerta redimitum:uictiſq; multis caput circũ-

datum

datum. Vbi statim clamauit. saluere uos iubeo uiri ebriũ hoiem ualde cõpotatorem suscipite. Vel abaemus/agathonẽ solũ coronantes/cuius gratia uenimus. heri equidẽ interesse nequiui. hodie ueni uictas ferens: ut a meo capite sapientissimi pulcherrimiq̧ caput/si ita praedixero/circũligarem. An me quasi ebriũ deridebitis? ego autẽ q̃uis irrideatis/uera tñ loqui me scio. Respõdete obsecro nunquid ad haec ingredi pmittatis. Bibitis adhuc. an non? Quare acclamauerunt oẽs. iusserunt ingredi atq̧ accũbere. Accersiuit Agatho Alcibiadẽ tulerunt cõtubernales. Ille uictas tollebat Agathonis caput circũdaturus. SO. licet e cõspectu adstantẽ non uidit. ppe Agathonẽ assedit/inter eũ & Socratẽ medius. Ei nãq̧ Socrates cesserat. Cũ sedisset Agathoni cõgratulatus est/eũq̧ coronauit Agatho soluite inquit Alcibiadẽ pueri/ut in numero triũ accũbat. Assensus Alcibiades/quis tertius cõuiua esset interrogat. cõuersusq̧ Socratẽ uidet/& assurgens pro Hercules inquit/qd hoc est? hic ẽt isidiatus mihi o Socrates consedisti? Sic semper soles/ubi minime oĩum expectarẽ protinus mihi occurrere. & nũc cur huc uenisti? Cur hic potiusq̃ apud Aristophanẽ sedes? aut siqs alius ridiculus adest/pmittitq̧. Immo excogitasti scio/iuxta conuiuarũ pulcherrimum hic sedere Socrates aũt ad Agathonẽ conuersus. Vide inquit Agatho/si quo pacto mihi succurrere potes. Amor quippe huius hois/haud leue quiddã mihi extitit. Ex eo nãq̧ tẽpore quo hũc amare caepi/nunq̃ mihi licet aut aspicere pulchrũ aliquẽ aut alloqui: quin iste Zelotipus. i. amatoria suspitione captus & inuidens mira quaedã tentet/conuitieturq̧. imo uix se cõtinet quin manus inferat. Vide igitur ne i praesentia tale quid agat. Sed nos concilia. Vel si uim inferre conetur. opitulare. Nã huius furor & amatorius ipetus me maxĩe terret. Ad hęc Alcibiades. Inter me ac te cõciliatio nulla cadit. sed horum causa alias ulciscar. Nunc autẽ Agatho mihi aliquas ex his uictis in ptias/ut & huius mirabile hoc caput exhornẽ. ne mihi succẽseat quod te coronauerim non ipsum qui oẽs hoies sermonibus superauit/nõ heri tñ ut tu sed semper. Acceptis itaq̧ uictis coronauit Socratẽ ac sedit. sedens autẽ inquit. Nimiũ mihi sobrii conuiuae uidemini. Neq̧ pmittendũ uobis id censeo. bibendũ est enim. Nã inter nos id cõuenit. Ergo bibendi principẽ donec satis biberitis me uobis ppono. Ferri iube Agatho/siqd adest amplũ poculũ. sed nil opus ẽ/imo feras huc puer uas illd: qđ plures q̃ octo pateras cape uidetur. Cũ uas ipleuisset/prior ipse bibit Socrati deinde ifundi iussit. & inquit. Aduersus Socratẽ o cõuiuae dolus iste mihi nihil confert. Q uãtũcũq̧ quis iusserit/ebibet nec ebriũ unq̃ uidebitis Socrates infundente puero bibit. Tum Eryximachus/qd agimus Alcibiades? Ita nec loqmur quicq̃ sup calicẽ neq̧ canimus/sed quasi sitientes ingurgitamus? Ad quẽ Alcibiades/salue optime Eryximache optimo & frugi admodũ patre nate. Et tu salue Eryximachus ipse subiunxit/uerũ qd nobis agendũ? ALCI. Q đ tu praeceperis. Tibi quidẽ parendũ est. Vir medicus multis aliis ęquabit unus. Impa ergo quodcũq̧ lubet. ERYXI. Audi iam. Anteq̃ ingredereris/uisum fuit ab unoquoq̧ pręsentiũ ad dexterã deinceps. Amorẽ pro ingenii facultate laudãdũ. Hos quidẽ singuli diximus. Tu quoq̧ cum non dixeris/biberis autem/iure dicere debes. & cũ dixeris/tunc demum Socrati quicquid uolueris iperabis Socrates quoq̧ illi qui ad dexterã succedit similiter caeteriq̧ deinceps. AL. praeclare loqueris Eryximache. Sed non aequa ratio uideri debet/ut ebrius cũ sobriorũ oratione uerba sua cõferat. Sed o beate uir/persuasit ne tibi Socrates qcq̃ ex his quę pauloante narrauit? Vel scis cõtra esse oĩno? Hic. n. si eo praesente quẽq̃ laudauero uel deũ uel hoiem aliũ q̃ hunc ipsum manus non cõtinebit. SO. Bona uerba queso. ALCI. Nihil ad hęc dicas: p neptũnum nemi nem aliũ te praesente laudarẽ. ERYXI. Sic agendũ uidet: & si uis Socratẽ lauda. ALCI. Quid ais? Oportere uidetur Eryximache/hunc uirum aggrediar: & corã uobis ulciscar. SO. Quid cogitas? de ridiculis quibusdã me laudabis? An quid ages? AL. Vera loquar. pmittis ne? SO. Vera quidem loqui pmitto/ac ẽt iubeo. ALCI. Parebo q̃ libentissime modo id assequi possim. Verũ tu obseruas & si quid minus uerũ refero/iterpella ut lubet: mendaciũq̧ redargue. Nũq̃ enim sponte mentiar. Neq̧ mireris/si aliud aliunde utrũq̧ redit in memoriã colligo. Nam haud facile est homini sic affecto miros tuos mores facunde certoq̧ ordine numerare Socratẽ o uiri cõuiuae p Imagines laudare conabor. Iste igitur forte suspicabitur ne ad ridicula sermonẽm conuertam. Sumetur autem Imago ueri non ridiculi gratia. ALCI.

ℂ Alcibiades collaudans Socrates.

Ocratẽ assero p similẽ Silenis istis/q sedentes iter alias Imagines/a/sculptoribus figurant: ita ut fistulas tibiasue teneãt. Qui si bifariã diuidant/repiunt ĩtus Imaginẽ hẽc deoꝝ. Satyro quoq̧ Marsyae similẽ eẽ dico; Et qđ aspectu qdẽ his es psimilis/ne tu qdẽ o Socrates negabis. Q đ uero ĩ aliis quoq̧ silitudinẽ eoꝝ hẽs/deinceps iã audi. pcax & contumeliosus es/an nõ? Si nõ fateris/eqdẽ testes adducã. An nõ tibicen? Et tibicẽ qdẽ Marsya longe pstãtior: Ille. n. instris qbusdã hoies demulcebat oris potẽtia. Et nũc ẽt siqs modulatõe illius utit. Nã illa q olympus modulatus est/Marsyã q docuit modulatũ dico. Eius igit harmonia seu uir qdã bene seu foemina male utat/sola aĩos attrahit: & qa diuina est/ostendit qui nã diis mysteriisq̧ idigeãt. Tu autem in hoc dũtaxat differs ab illo/quod sine ullo instrumẽto nudis qdẽ uerbis hoc idẽ efficias. Nos certe quo-

tiens aliũ audimus alterius uerba referẽtẽ/& si nimiũ boni oratoris/tñ nullius/ut ita dixerim illa facimus. At cũ te qs audit/aut tua uerba quouis alio referente q̃uis ineptus ille sit q refert/& siue uir seu fœmina/siue adolescentulus audiat obstupescimus qdẽ/ac mente corripimur. Equidem nisi suspicare ne forte nimis ebrius uidear/iureiurãdo interposito affirmarem/qualia mihi alias ab huius uerbis contingerunt: contingantq; ẽt nunc quotiens hunc audio. Multomagis q̃ hi qui corybantum more deferunẽ/cor in me concitaẽ ob huius uerba. lachrymasq; effundo: uideoq; multis aliis hoc idẽ contingere: Et cũ Periclem audiebã cæterosq; oratores bonos/uidebanẽ illi quidem mihi præclare dicere: sed nihil tale mihi cõtingebat. neq; cõcitabaẽ aĩus/neq; seipsum quasi seruiliter uiuentẽ condẽnabat. Sed ab hoc Marsya nostro sæpe ita inflector/ut existimẽ nullo modo in hoc statu uitæ mihi esse uiuendũ hæc o Socrates ne negaueris. Quinetiam certo scio/si in præsentia aures illi præstare uelim minime tolerare. sed eadẽ illa mihi eueuirẽt. Cogit. n. me fateri: quod cum ipse ego in multis deficiã/tñ me ipsum negligo: rẽq; populi Atheniẽsium curo. Vi ergo quasi aduersus sirenas obturans aures hũc fugio ac uito/ne apud eũ sedens cõsenescã/patior aũt erga hunc solum qd nemo existimaret. ut cuiusq̃ pudore ac uerecũdia detinerer. Atqui hunc solũ uereor. Conscius enim mihi sum defendere me nõ posse/quin sint agẽda q̃ iubet. sed cũ ab eo discedo populari ambitione me superari. fugio igiẽ hũc atq; uito. Et quotiens ipsum intueor/uerecundia me qa pmissa nõ seruauerim/capit/ut sæpe cupiã hunc e uita decedere. Rursus uero si hoc acciderit/scio me longe id iniquius toleraturũ. Itaq; quo me uertã/aut queadmodũ hoc utar/nescio. Et a modulationibus qdem Satyri huius talis mihiq; & multis aliis contigerũt. Cætera uero audite/ut similis sit his qbus ego similẽ esse dicebã: & uim q̃ mirabilẽ habeat intueamini. Scitote neminẽ uestrũ Socratem cognoscere. Sed ego uobis oñdam/qñqdem dicere iã icœpi. Cernitis q̃ uehemẽter Socrates erga pulchros afficiẽ/sempq; inter eos uersaẽ & obstupescit. Ignorat oĩa. Nihil nouit figura pfecto hæc silenis est psimilis. Scitote igitur eũ hac habitus forma exterius amiciri/tanq̃ sculptum quendã silenũ. Intus uero si aperiatur/mira o uiri cõuiuæ castimonia & integritas inest. Neq;. n. pulchritudinem corporis cuiusq̃ qcq̃ æstimat/neq; diuitias/neq; honores neq; cætera/q̃ uulgus admiraẽ: sed ea cuncta supra q̃ existimari queat/longe spnit: ac p nihilo ducit. Quo circa nullius nos eẽ apud eũ uobis affero: fingit tñ ironicus aliter: ac iocari palã de his rebus nunq̃ cessat. Serio aũt agentis atq; intus aperti nescio utrũ qsq; uestrum diuinas quæ intus latent imagines unq̃ inspexerit. Ego certe qñq; eas cõspexi/atq; mihi uisæ sunt usq; adeo diuinæ & aureæ & formosæ & mirabiles. ut nullo mõ fas existimẽ aliter q̃ Socrates pręcipit agere. Ego iam aliqñ o uiri conuiuæ Socratẽ arbitratus mea specie reuera admodũ delectari/occasionẽ hanc mirificã feliceq; ad id quod effectabã me nactũ eẽ putaui. Gratificari quippe Socrati cõstitui/ut quæcũq; ille nouerat/mecũ cõicaret. Nã magnũ aliquid & mirificũ formositatẽ meã existimabã eaq; plurimũ fidebã. Cũq; aĩa nũq̃ sine cõite cũ eo loqui cõsueuissem/qñq; dimisso comite solus cũ eo restiti. Vera uobis oĩa apienda sunt. Attẽdite obsecro. Si mentior Socrates ipse redargue. Restiti eqdẽ o uiri cõuiuæ solus cũ solo: spans eadẽ hunc mihi dicturũ/quæ amatores amatis cũ soli sunt/loq solẽt. Qua spe ualde lætabar. horum uero nihil actum est sed ut solitus erat/cũ ad uesperã usq; disseruisset/abiit. post hęc ad palestrã hũc citaui exercuiq; quasi i hac aliqd pfecturus. soli itaq; sæpe nos simul gymnastica exercuimus. qd multis opus est uerbis? Nihil mihi successit. postq̃ uero hãc nequaq̃ successerat: durioribus machinamẽtis uirũ hunc aggredi statui/nec ab incœptis desistere. Audite q̃ uehemẽter huic insidiatus sum. Cœnatũ accersiui tanq̃ amator amatis insidiatus. Is nõ facile nec primo paruit. Tãdẽ uero obsecutus ẽ. Venit ergo. sed sumpto cibo cõfestim abiturus surrexit. Tunc ego pudore detentus abire pmisi. Sed alias uehemẽtiores insidias tendens/post cœnã/ad multã noctẽ sermonẽ ptraxi. cũq; uellet discedere/obiiciens i tẽpestã noctẽ/manere coegi. Quieuit igiẽ i pximo lecto sup quẽ sedẽs cœnauerat. nec alius præter nos ullus ibi ea nocte dormiuit. Quæ hactenus dicta sunt sine rubore ubiq; pferri psit. Quæ uero sequunẽ/nõ prius audietis q̃ puerbiũ illud recensuerim. Vinũ & cũ pueritia & sine pueritia ẽ ueridicũ. Quinetiã iniustũ uideẽ/ut is Socratẽ laudat/supbũ & inuictũ facinus illius silẽtio prætereat. præterea nõ aliter affectussum q̃ ille quẽ uipera mordet. Illũ qppe ferũt qlis sit eius passio aperire nolle nisi his q similiter ægrotãt/quasi hi soli utpote mali nõ ignari ignoscãt/siqs cruciatu cõpulsus & loq & agere cuncta nõ dubitet. Ego igiẽ pœteris astrictus uehemẽtiori phiæ morsu/q oĩum ẽ acerrimus & siue cor/siue aĩum/siue quocunq; id appellandũ sit/saucius cupiditate in phia sermonũ q acrius q̃ uipera mordẽt & occupant siqñ attigerint. iuuenilẽ aĩum qui nõ penitus ignauus sit/cõpellũtq; ad qcqd tandẽ sit/faciendũ atq; dicendũ/nihil intentatũ relinqre statui/quo Socratẽ ad explẽdã hãc sitim mihiq; cõiunctissimũ facerẽ. Non dicerẽ ea q̃ dicturus sum/nisi apud eos cõuiuas loquaret/quos sp quasi uesano quodã phiæ furore correptos bachãtesq; pspexi. Phædros. Agathones. Eryximachos. Pausanias. Aristodemos Aristophanes. Socratẽ deniq; ipm & cęteros hęc. n. mihi nisi sauciis. Eodẽq; mõ affectis narrãda ñ eẽnt. Quare uos audiẽtes mihi ueniã dabitis/p his q̃ tũc a me facta/& nũc dicta fuerint. famuli aũt & siqs alius adsit pphanus & agrestis aures

Prouerbium Vinũ & cum pueritia & sine pueritia ẽ ueridicum.

Vt affecti sint qui a uipera morsi sunt.

aures obstruant. Extincto lychno famulisq; abstitibus/uisum mihi o uiri cõuiuæ haud amplius dissi mulandũ differẽdũq;/sed ingenue qđ sentirẽ aperiendũ. Tetigi itaq; illũ dicens Socrates dormis? SO. Nõdũ. ALCI. Scis ne qd hactenus mihi uisum fuerit? SO. Qua de re/& qd rogas? ALCI. Tu mihi solus amator me dignus extitisse uideris. Verecũdior tñ in amore fuisse. Egdẽ cũ ita se res ha beat/egoq; talis sim/stultũ esse ducerẽ nisi in hoc quoq; tibi gratificarer/& in cœteris omnibus: siue meis rebus/siue amicis ĩdigeas. Mihi qdẽ nihil ẽ antiquius/q̃ ut optimus uir euadã. Ad hoc nemo me magisq̃ tu iuuare põt. Ego aũt tãto uiro nõ obsecutus uehemẽtius sapientiũ increpationes ue rerer/q̃ obsecutus insipientũ uerba. Quæ cũ audisset/solita ironia dissimulãs ita rñdit o amice Alci biades uideris reuera nõ ignauus uilisq; eẽ/si uera sunt/q̃ de me refers: & ĩest mihi uis quædã/p quã ipse melior effici possis. & mirã ĩ me pulchritudinẽ cõspicis tua forma lõge præstãtiorem. Si ista co gnoscens/cõicare mecũ exoptas/& pulchritudinẽ pulchritudine cõmutare: tãq̃ fœnerator multo plus q̃ ego reportare cõtẽdis. Nã p opiniõe ueritatẽ pulchrorũ lucrari conaris. & aurũ p aurichal co recipe. Sed o beate diligẽtius aĩaduerte: ne te mea cõditio lateat/cũ nullius sim precii. Tũc sane mẽtis oculus acute incipit cernere: cũ primũ corpis oculus deflorescit. Tu uero ab hac ætate es p cul. ALCI. Mea qdẽ talia sunt/qualia dixi. Neq;.n. in ore unũ/in corde aliud hẽo. Tu aũt ita delibe ra/ut & tibi & mihi melius fore cẽses. SO. pbe loqueris. ergo post hac inuicẽ cõsultãtes agemus qđ utrisq; tã in his q̃ in cæteris oĩbus maxĩe cõducturũ putabimus. Cũ hæc audissem & obiecissem q̃si iaculo quodã sauciũ existimã: surgensq; ne uerbũ qdẽ ulterius loq pmisi. Et hunc amictũ quẽ uide tis circũdans/erat.n. Hiems substrato huius pallio ueteri recubui. & hisce brachiis felicẽ hũc sapiẽ tẽq; uirũ penitusq; mirãdũ amplexus/noctem sic totã quieui. Hæc scio nõ negabis o Socrates. Is tñ formã qua ego maxĩe fidebã/spreuit oĩo quasi ridiculã supbeq; cõtẽpsit. deos oẽs deasq; testor o Iu dices/estis.n. socraticę superbię Iudices me nõ aliter surrexisse ac si cũ patre uel fratre natu maiore iacuissem. Quã mihi mentẽ post hæc fuisse putatis: cum me quidẽ contemptum existimarem/eius autem ingeniũ temperantiam & fortitudinẽ admirarer: uirum talem nactus qualem me prudẽtia & tolerantia reperturum esse nullum credideram. Quapropter qua ratione illi succensere ab eoq; discederem/ haud inueniebam: neq; rursus quibus illecebris ipsum mihi conciliarem. Noueram equidem difficilius hunc pecuniis q̃ Aiacẽ ferro domari posse. & id quo facilius irretiri illum spe rauerã me fefellit. Ambigu⁹ itaq; & huic uiro magisq̃ alius quisq̃ alteri mãcipatus circũuagabar. Hęc omnia tũc/a/me facta sunt. Procedẽte post hęc tẽpore militia illi simul mihiq; obuẽit/aduers⁹ Potidæã. Fuimusq; Socrates & ego in eo exercitu cõtubernales. primũ qdẽ laborũ patiẽtia nõ me so lũ/sed alios oẽs longe supabat. Et si quo in loco ut accidere solet in bello/cõmeatus deficeret/nulli pares huic repiebanť ad famẽ sitimq; pferendã. Rursus uero ĩ abundãtia rerũ & cõmessatiõe men saq; militari solus hic frui posse uidebať. Et quis bibere nollet/tñ si cogebať/oẽs primus bibẽdo lon ge uincebat: & qđ mirabile ẽ/ebriũ quisq̃ eũ nũq̃ cõspexit. Sed hoc mihi adhuc in posterũ redargui posse uideť. Aduersus ãt hiemes & frigora/q̃ illis in locis asperrima sunt/mirabilia faciebat. Q̃nq; .n. gelu maxĩo ĩtolerabiliq; facto ita ut nulli exire de tabernaculis auderẽt/& siqui exibãt/nõ nisi suf farcinati admodũ pedesq; & crura pellib⁹ pãnisq; laneis diligẽter circũuoluti/Socrates p hoc ipm tps ita exibat cũ cæteris militibus/ut nihil ad eã uestẽ adiungeret: quã primo ferre solitus erat. Nu dis uero pedibus p glaciẽ facilius ĩcedebat q̃ cũ calceis alii. Milites uero hæc intuẽtes/se cõtẽni ab eo suspicabanť. Et in his qdẽ talis erat Socrates. Quid ãt fecerit tolerãtissimus uir/ĩ eodẽ exercitu/ opera priũ ẽ audire. Nã cũ aliqñ cogitatio qdã ĩcidisset/stetit cogitãs eodẽ uestigio/a/matutino tpe cũq; explicare id qđ cogitabat/nõ dareť/pstabat cogitãs/nec dimittebat. & iã meridies erat: mili tesq; id senserãt/ac mirabanť: alterq; narrabat alteri Socratẽ ab aurora stetisse/cogitãtẽ. Demũ ue ro ab Ionia qdã milites/cũ nox iã ĩmineret/cœnati prius/erat.n. tũc ęstas/circa eũ strata posuerũt/ iacuerũtq; sub diuo illũ obseruantes/an p noctẽ quoq; pseueraret Socrates ꝯo stetit usq; ad aurorã sequẽtẽ ac solis exortũ. postea uero abiit/cũ iã solẽ nascentẽ salutauisset. In pliis quoq; qualis fuerit/ nõ ẽ silentio prætereundũ. Nã cũ ea pugna fuit ex qua me quasi optimũ pugnatorem duces exerci tus donauerũt/nemo alius me seruauit q̃ Socrates. Vidẽs.n. me grauiter uulneratũ nequaq̃ deser uit: sed ante me prosiliens me ipsum atq; arma mea protexit. ab hostibusq; seruauit. Atq; ego tũc ista prædicãs conatus sum/ut non mihi/sed Socrati huic/a/quo seruatus eram/dona illa traderenť. Neq; ista cõfutaueris neq; ueluti falsa negaueris Socrates. Tunc sane duces ad meã respiciẽtes di gnitatẽ/donare me maluerũt/te in primis o Socrates obsecrãte/ut mihi nõ tibi honor exibereť. Il lud quoq; huic dignũ ẽ memoratu/quẽadmodũ fuga nostrorũ apud Deliũ facta/se Socrates gessit. Nã interfui quoq; plio. & qdẽ ex equo pugnãs: cũ Socrates ipse pedes eẽt: pfligatis igiť nrĩs ac fuga iam oium facta/Socrates una & Laches pedẽ referebant. Atq; ego cum in hos casu incidissem/bo no animo esse iussi/meq; nunq̃ deserturum eos dixi. Hic igitur eo melius aspicere potui Socratem q̃ apud Potidæam/quo ipse confixus equo/minus formidabam/primũ igitur intueri licebat/quan ta cautiõe ac præsenti animo Lachem superaret. Deinde mihi uisus est o Aristophanes/quod & ipse

Tunc mentis oculus acute ĩcipit cernere cũ corpis ocu lus deflore scit.

ais/ibi non aliter ꝙ hic incidere/superbus/& oculis quiete oĩa circũlustrans, cauteq; examinans singula. hostes siquidem ciuesq; uicissim respiciebat/oculis & aspectu præ se ferens ostendensq; uel remotioribus siquis eum inuadat/non esse id impune facturum. Itaq; tute abibat & ipse & alter. ferme.n. qui ita incedunt/nemo eos inuadit: sed eos qui effusa fuga deferuntur. In multis quidẽ aliis mirifice laudari Socrates potest: sed talia sunt: ut cæteri quoq; forsan nonnulli eandẽ laudẽ mereantur. Verum illa præcipua in hoc per quę nemini alioꝝ hominum neq; antiquoꝝ neq; nouorum eẽ similis reperitur. Nam qualis Achilles fuit/talem coniectet forsan aliquis fuisse Prasydam & alios quosdã. & qualis Pericles/tales Antenorem atq; Nestorem. sunt alii quoq; qui hoc modo conferri inuicẽ possunt. Sed qualis Socrates est qualisq; eius mira dicendo ratio/nemo prope ad eius similitudinem accedit/neq; ueterum/ neq; eoꝝ qui nunc sunt. Nisi ut ego nũc dixi atq; assimilaui. Quippe nulli hominum/sed silenis & satyris similis ipse est eiusq; sermones. Nam & hoc a me prætermissum erat prius/sermones eius persimiles esse imaginibus silenoꝝ ab artificibus factis deinde apertis. Siquis enim huius sermones audiat. Videntur prima ut fertur facie nimium esse absurdi. Nomina quippe & uerba exteriori aspectu satyri cuiusdam contumeliosi habitum præ se ferunt. Asinos.n. Fabrosq; ærarios & sutores calceorum coriariosq; semper habet in ore: eadẽq; semper dicere de eisdem uidetur/ut omnes fere qui minus experti peritiue sint/uerba illius irrideant. Verũ si intus aspiciat quis eius sermones/primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium & insuper diuinissimos esse/ac plurimas uirtutum speciosissimas Imagines continere: atq; ad plurima sese extendere: imo omnia præcepta cõprehendere/quibus instrui debet is qui sit honeste beneq; uicturus. Hæc sunt o uiri conuiuæ in quibus Socratem laudo. ac etiam de q̃bus conqueror. Audistis enim interim quas mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solũ ita se gessit/uerum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis & aduersus Euthydemum Diocle natũ aliosq; per multos eadem fecit. Quos ipse sub specie amatoris fefellit. Nam pro amatore amatus euasit. Quamobrem te quoq; Agatho admoneo ut huius simulationes dissimulationesq; caueas. Et ex his quæ ego sum passus hunc cognoscens/rem tuam cures/neq; secundum prouerbium/post pœnam infantium instar delicta tandem agnoscas. Hactenus Alcibiades: cuius audacia & loquendi libertas risum omnibus concitauit: quoniam uisus est amore Socratis esse captus. SO. Sobrius mihi uideris o Alcibiades. Alioquin nunquam ita artificiose longo uerboꝝ circuitu facto occulte id studuisses cuius gratia cætera omnia dixeras. quod in orationis calce ut pręter propositum proferre uidereris tandem apposuisti quasi nõ omnia iccirco dixeris ut me ab Agathone disiungeres. Arbitraris me neminem pręter te unum amare debere. Agathonẽ uero a nullo alio ꝙ abs te amari. Verum non latuit nos quid sibi uellet tuum illud satyricum silenicũq; figmẽtum. Sed o Amice Agatho danda opera est/ut nec isti sua machinamenta proficiant/nec ullius calumnię inter me ac te iactæ discidium faciant. AGA. Vera o Socrates loqui uideris. Nam ut nos seiungeret inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit/hinc enim surgẽs/prope te sedebo. SO. Sic agendum profecto. hic infra me sede. AL. Proh Iupiter. Qualia perpeti me uir hic cogit! In omnibus superare me uult. Medium saltem hic Agathonem sedere permitti. SO. nequaꝙ decet. Tu.n. me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedẽtem laudare. Si ergo post te maneat Agatho haud me rursus laudabit: priusꝙ a me laudetur. Sed dimitte uir felix. neq; huic meas laudes inuideas. Equidem laudare illum uehemẽter desiderio. AGA. Hui hui. Alcibiades. Quid hic moror? Hinc iam discedo ut me Socrates laudet. AL. Mos is Socratis est/ut eo præsente/nemini liceat alteri/formosos sibi conciliare. Vide nunc obsecro ꝙ facile & ꝙprobabili ratione hũc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho/ut apud Socratem requiesceret. Tunc subito debachantes multi patentes fores nacti/nam pauloante quis contra exierat/ingressi sunt/& circa illos cõsederunt. Quorum strepitu turbata sunt omnia. Nec ullus post hęc modus in bibendo seruatus. Eryximachus ac Phedrum/aliosq; nonnullos abiisse. Aristodemus recensuit: seq; diu dormisse/nam longe tunc noctes erant. & circa auroram gallis iam cantantibus surrexisse. Somno excitum inuenisse quod alii quidem partim dormiebant/partim discesserant. Agatho uero & Aristophanes atq; Socrates soli adhuc uigilabant bibebantq; ampla quodam phiala ad dexteram sibi inuicem succedẽtes. Socrates autem assidue disserebat: neq; aliorum se recordari Aristodemus inquit/neq; enim ab initio adfuisse & somno fuisse grauatum. Summã uero disputationis illius extitisse/quod Socrates illos fateri cogebat/eiusdem uiri officium esse tragœdiam comœdiamq; componere: eumq; qui arte tragicus est/esse quoq; comicum. Cum hęc illi coacti potiusꝙ persuasi cõcessissent/se somno dedisse. Aristophanem primo: Agathonem deinde exorta iam luce. Socratem uero dormientibus illis in Lyceum ipso ut consueuerat comitãte fuisse profectum. & locum solito se more diem totum exercuisse. Ac demum ad uesperam domi requieuisse. SYMPOSII FINIS.

Prouerbium post pœnam delicta agnoscis ut infantes.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN PHÆDRVM.

p

Lato noster poeticæ musæ quā a tenera ætate/imo ab apollinea genitura sectatus ē furore grauidus. primum peperit liberū totū pene poeticū: & candidissimū / candidissimus & de pulchritudine simul atq; amore uir pulcherrimus oīumq; amore dignissimus. Vt merito cæteros quoq; liberos deinceps ediderit uenustatis & gratiæ plenos a uenerea musa exordiū felix auspicatus: solusq; oīum uenustatem ubiq; cū dignitate cōiunxerit. Quoniā uero plurima huius libri mysteria in theologia & libro de amore exposuimus argumētum eius breuissime pstringemus. Symposiū de amore qdē præcipue tractat/cōsequenter uero de pulchritudine. At Phædrus gratia pulchritudinis disputat de amore. Neq; ab re oīo īserta est oratio Lysiæ atq; oratoria disputatio. Pulchritudo.n.& ad mētē & ad uisum/auditūq; ptinet. Quo fit ut ubi de aīorꝝ numinūq; pulchritudine agit̄: itēq; de pulchritudine corpis merito de orationis pulchritudine disputet̄. Statim uero in ipso exordio Socrates inter iocandū seria nimiū tradit præcepta: oīa ob sapientiæ studium penitus contemnenda. Potissimum sapientiæ studium cōsideret āte seipsum. Inter hęc artificiosissima loci descriptō allegorice significat achademiā Platanus Platonē. Castum arbustum/amoris Platonici & Socratici castitatē. Fons in cōmunicāda sapientia largitatem hornamenta cætera/oratorios poeticosq; flores quibus achademia Platonis abundat. Reprehenditur iure Lysias quod qualis sit amoris effectus inquirat: neq; prius amorem ipsum defuerit neq; destinxerit. Considera inter hæc amoris Socratici pudiciciam/nōnulla.n. minus honesta pronunciaturus obuoluto capite exorditur. Mox inuocat musas/ut rem minus honestam/ipse suo saltem splendore elocutionis honestent. Sed anteq̄ turpem uituperent amatorē/ne in eodē sit quo a Lysias crimine/turpem amore definit esse cupiditatem quandā siue libidinē a ratione rebellem/quæ superet opinionem ad recta tendentē/& ad formæ rapiat uoluptatem. Sed dum ad definiendū pergit/duos nobis tribuit duces/unum quidem appetitum uoluptatis ingenitum. Alterū uero legitimā quandam opinionē acquisitā paulatim per disciplinam & ad honesta ducentē. Verꝝ hos nobis intrinsecos duces/extrinseci duo mouent. Dæmon quidē aereus opinionem/aqueus uero libidinē. Postq̄ uero definiuit multis rōnibus adolescētes a turpibus amatoribus segregat. Tū uero īterea mirabile nota mysteriū/mosayco mysterio simile. Malorꝝ plurimis in ipso statim principio/dęmon aliqs īmiscuit uoluptatē. Qm̄ uero nō tam philosophicā q̄ poeticā agit psonā/subdit se correptū a dæmone/quod amorē dei nomen uitupauerit. Idq; facit ut distincturus amorē/poetico potius q̄ dialectico more distinguat. In his animaduertes grauissimum peccatū esse in dei nomen delinquere. Rursus in animo esse pręsagiū. Deinde poeticis qbusdā ambagibus artem a furore secernit. Furorē in diuinū diuidit & humanū. Diuinū in quattuor.s.ī uaticiniū mysteriū/poesim atq; amorē. Prouidentiā religionēq; cōfirmat. Sapientiā diuino furore infusam humanæ sapientię lōgissime anteponit. Anteq̄ pagat aīarum tractatū particulariū aīas in mediū cōes adducit.s. mūdi aīam quā noīat Iouē. Atq; sub ea duodecim aīas sperarū duodecim mundanaꝝ/qbus subdit totidē ordines dæmonū totidēq; pticulariū aīaꝝ. Singulis uero currus accōmodat.i. cœlestia corpa atq; sempiterna. De rōnalibus aīabus disputat diuinis atq; humanis. De circuitu utrarūq;. Et qua rōne hoīum aīæ tam in cœlo aīarū cœlestiū contēplationē cōmitent̄/q̄ sup cœlū angelicū sequant̄ intuitū. Quid uero in aīa currus uehiculū/aīæ auriga/equi/Fatū casusq; in corpus/qd iteꝝ iupiter ī cœlo magnus cœteriq; dii sequētes in theologia exponimus. Satis uero tibi fuerit in pñtia intelligere geminas alas esse gemiū instinctū menti īgenitū ad supna aīum eleuantē. In intellectū qdē instinctum ad diuinū ueꝝ/in uoluptate uero instinctū ad diuinū bonū p uiribus conuertentē. Quādo uero hi qdē remittunt̄ inclinatio aūt uegetalis naturæ intēdit̄ ad corporea gubernāda/aīas fractis iā alis in elemēta descendere pythagorici putāt. Post hæc cadentē de cœlo aīam in nouē distribuit gradus. In his oībus & poetica licentia utitur & pythagorica potius q̄ ppria narrat. Inter hæc aīaduerte similē aīarū describi casum/a pythagoricis atq; dæmonū a pphetis. Numerū quoq; nouenariū/tam choris angelicis/q̄ lapsis inde demonibus cōuenire. Mitto nūc quod simile quēdā casum Phærecides Syrus narrat demonibus accidisse. Additq; ophioneū.i. serpentē dæmonicū fuisse caput exercitus rebellātis a mēte diuina. Huic & simile/quod in mysteriis diuinis cōtinet̄. Iouē.s. inferiores dæmones ad inferos deturbasse. Sed ad dialogū redeamus. Deniq; uirū purgata mente deo deditū/oībus inde bonis īpleri solūq; sapientē esse q̄uis quasi extra se positus uulgo rideatur/uelut insanus. Post hæc descendit ad diuinū legitimi amoris furorē: quē accendi putat in aīo/qñ pulchram aspiciēs corpis formā/diuinæ pulchritudinis/quā quondā contēplatus fuerat facile recordat̄ illiusq; recuperandæ desiderio inflāmatur & furit. Sed contrariū huic describit furorem quasi ferinū a forma corpis/nō ad diuinū intuitū ascendentē/sed ad uenereū congressum turpiter descendentē. Describit rursus humanū quendā furorē inter diuinū atq; ferinū: in eius accensum aīo/qui admiratione formæ corporeæ occupatus/neq; obliuioni diuinam tradit aīo/neq; penitus

recordatur. Quo fit ut neq; intēperatus sit oīo/neq; ēt tēperatus/sed modo quasi incōtinēs/modo continens uideat. Quærens postea cās ob quas alii alios/aut magis minusue ament. Confugit ad sydera/quorũ ab initio sint comites aīæ. Tot.n.animarum ordines humanarũ in Timæo disponit/ quot in cœlo sunt stellæ. Hinc reuertit iterum ad uires aīæ diuidēdas/& rōnem qdē aurigā uocat. geminos uero appetitus equos geminos: appetitū rōnalem equum bonū: appetitū irrōnalē equū malū: sed in hoc genere appetitū uergentē ad iracundiā minus malū/declinātē uero ad cōcupiscē tiam magis malū: Deinde passiones amantiū tam continentiū/q̄ incōtinentiū mutuūq; amorē q̄si poeta depingit. Quo fit ut nō aliter his allegorice indulgendū sit q̄ canticis Salomonis. His actis/ cū de pulchritudine q̄ ad mētē & q̄ ad uisum ptinet tractauisset iā ad examinandā orationem Lysiæ pgit/atq; oratoris officiū demonstrandū. Vt pateat qualis orationis pulchritudo sit/q̄ pertinet ad auditū. Pulchritudinē orationis in ordine collocat: uidelicet ut caput habeat a fine differens. hēat & media/capiti & fini & inuicē necessario copulata. Hmōi ordinē in primis ab oratore pręcipit ob seruari. Probat aūt neminē oratorē uerū esse posse nisi rerũ præsertim humanarũ aīorūq; sciam ha beat. Quo aūt orator id assequi possit præcipit/ut a dialectico facultatē discat diuidendi atq; cōpo nendi qui esse uult præcipuū ueritatis indagandæ inueniendæq; instrm & in Philebo dei nūcupat donū ppterea quod sicut in mūdo ppetuū dei officiū est diuidere atq; cōponere/ita & dialectici ē in arte. Ideoq; consumatū dialecticū.i.methaphysicū iudicat tanq̄ deum esse colendū. Comparat post hæc inuicē oratores/uituperatq; eos/q̄ uerisimile uero anteponētes/populū fallūt atq; seipsos stulteq; cōfidunt: qd ueri potissimū simile sit/ēt absq; ueri ipsius notitia posse cognoscere. Mox opti ma q̄dā nota præcepta. Tria primū oratori necessaria sunt. Ingeniū. Doctrina. Exercitatio. Phia opus est ad ipsam marie cuiusq; artis perfectionē. Ab exercitatione dialectica/utrūq; cōtēplatione sublimiū/tandē mentis sublimitas usq; ad agendū efficax cōparaf. Quæ quod duo in artiū maxi matum pfectione magnope necessaria sunt. Deinde cōparat oratorē nō legitimū coquis adulato ribusq;/quēadmodū in Gorgia: legitimū uero medico. Proinde regulā tradit qua tā animi q̄ cor poris/imo rei cuiusq; natura sit cognoscēda. Statimq; redit ad oratoris officium. Subdit ob ipsum scribēdi officiū litteras in ægypto a dæmone quodā theuthe una cū cæteris disciplinis inuētas fuis se. Deridet præterea scribēdi studiū/in eo uidelicet q per litteras indubitatā posteris cōfidat pate facere ueritatē. Atq; Pythagoreorũ more pbat contēplationē traditionēq; ueritatis in aīos. potius q̄ in libros. Quod in epistolis quoq; cōfirmat. Deniq; solū oratorē laudat. qui ingenio sit studioq; philosophus. Concludit uero dialogum oratiōe uotisq; pulchritudinē animi a deo petentibus. in qua considera Socratem cæteris omnino spretis sola pulchritudine animi.i.sapientia esse conten tum. Verumtamen indicare/hanc ipsam non tam humano studio/q̄ diuino munere cōparari.

¶PHÆDRVS VEL DE PVLCRO A MARSILIO FICINO TRADVCTVS AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONÆ DIALOGI
SOCRATES ET PHÆDRVS

SO. Amice Phædre/quo nam & unde? PHE. a Lysia o Socrates Cephali filio. pgo aūt de ambulandi gratia extra urbem. Plurimū.n. tps cum eo sedēs a matutino ad hāc usq; horā illic constiti a tuo autē meoq; sodali Acumeno psuasus deambulando exerceor: quod qdē exercitationis genus facilius salubriusq; ille q̄ currendi certamē existimat. SO. Probe ille qdē o amice monet. At.n. Lysias erat ut uidef in urbe. PHE. Erat. Nā apud Epicratē/diuertit in hāc olympii pximam Morychi domū. SO. Quid rei agebaf illic? An ui delicet orationis epulo Lysias uos accepit? PHE. Scies. modo tibi ociū sit pgredienti una mecū audire. SO. Quid uero? nōne putas me iuxta Perindarū negocio ēt anteferre tuā & Lysiæ collocu tionem audire? PHE. pge igif. SO. Dicas modo. PHE. Atqui disputatio illa o Socrates tuis auri bus congrua. Sermo nāq; fuit qui habitus est nescio q̄uo amatorius scripserat enim Lysias elabora tam & luculentā orationem non pro amatore quidē. sed ex hoc ipso artificiosa & compta erat ora tio/quod aiebat non amanti potius q̄ amāti esse gratificandū. SO. o generosum uirum. Vtinā scri beret inopi potius q̄ opulento & seni q̄ iuueni & in cæteris oībus ita affecto ut ego & nostrum cō plurimi sumus/esse gratificandū. Ita enim urbana & publice utilis foret oratio. Me tū cupido tāta cepit audiendi/ut si megaras usq; deambulando proficiscare/atq; Herodici more ubi ad murū ac cesseris protinus inde recedas/non te relinquā. PHE. Quid ais optime Socrates? An putas q̄ Ly sias multo tpe per ocium cōposuit disertissimus oīum qui nunc sunt scribendi/ea me rudem ita ut illo dignum est atq; referre meminisse? per multū certe absum. atqui mallē equidē id mihi q̄ mul tum auri adesse. SO. o Phædre/si ego Phædrum ignoro. mei quoq; oblitus sum sed horū sane neu trum est. Id enim certe scio/quod non semel tm̄ ille Lysiæ sermonem audiuit. sed iussit sæpius recē

seri.

feri. Lysias autem parebat libens. Nec uero Phædro id satis. uerum sumpto demū libro: q̄ maxime
cupiebat cōsiderauit. Quod cū fecisset illic a matutino assiduus/deambulaturus abscessit/per canē
ut equidem reor memoriæ mandans nisi forte prolixior erat oratio. Tendebat āt modo extra mu
ros: ut ea ipsa meditaretur. Obuians uero homini sermonū amore insano/eo conspecto lætatus est
quia cōgaudentē coexultantēq; foret habiturus/ac pergere una iussit. deinde uero ab homine ipso
sermonū auido rogatus dicere/simulabat grauari/quasi non cuperet referre. Tandē uero & si nemo
sponte audire uellet/erat ad audiendū illata ui coacturus. Te ergo Phædre rogari quod ēt non ro-
gatus facturus es/mihi nūc ut facias. PHE. Satius ē igit̄ utcūq; possum dicere. Videris. n. nō prius
me dimissurus q̄ p uiribus dixero. SO. Vere nimiū tibi uideor. PHE. Sic igit̄ faciā. Sed. n. uerba
quidē ipsa o Socrates nō edidici. Sententias aūt pene oīum/qbus amantē ostendit a nō amante dif
ferre/teneo equidē: easq; breuiter referre tibi per ordinē pgo. SO. Ostende amabo prius qd in si-
nistra habes sub pallio. Suspicor enim te librū ipsum habere. Id si sic est/ita cogita me qdem te ma
gni facere/attamen pn̄te Lysia/me tibi auditorē prebere nō est cōsilium: sed age ostende. PHE. De
sistas. Magna de spe me deiecisti o Socrates/quā in te habui quasi ingeniū una tecū exercitaturus.
Sed ubi uis/sedentes legamus? SO. huc circa ilisum fluuiū diuertamus postea ubi uidebitur seden
tes requiescemus. PHE. per oportune decalceatus sum. nā tu quidē semp. Facile igitur nobis erit
per aquā ipsam uadere. & non iniocundū/præsertim hac anni hora atq; diei. SO. perge igitur/&
simul conspice ubi sedeamus. PHE. Vides illā altissimā platanum? SO. Video. PHE. Ibi & umbra
& uentus modicus & mollis herba ubicunq; sedere uel ēt recūbere uelimus. SO. Perge igit̄. PHE.
Dic mihi o Socrates. Nōne hic olim fertur Boreas ab ilisso Orethyā rapuisse? SO. fertur quidem.
PHE. An nō hinc grata. pura. & nitida apparet aqua: puellarūq; apta ludis? SO. Nequaq̄: sed pau
lo inferius ad duo uel tria stadia. Vbi Dianæ tēplum offendimus atq; ibidem ara q̄dam est Boreæ.
PHE. Non adeo noui. Sed dic p Iouem Socrates: tu ne hanc fabulā putas uerā fuisse. SO. Iam si nō
putarē/ut sapientes/absurdus non essem: deinde rem cōmentas uentū Boreæ dicerē. p[r]imis e pe-
tris cum Pharmacia ludentē Orethyā deiecisse. atq; ita mortuā/raptam hinc a Borea fingi: uel ex
Ariopago. Est. n. & alia fama/nō ex hoc loco/sed ex illo raptam fuisse. Ego aūt o Phædre iocūda q̄-
dē hæc existimo sed curiosi nimiū atq; anxii nec porro fortunati uiri: si nihil ob aliud/at ob id ipm̄
quod ei necesse sit centauroꝝ & chimeræ formam interpretari. Atq; ēt confluit turba gorgonum
& pegasoꝝ/aliarūq; monstrosarū multitudo formarū. Itaq; siquis hæc nō ita ut narrant esse credat
sed ad conuenientē sensum singula uelit traducere rustica quadā sapientia fretus ocio nimiū indi-
gebit. Mihi uero ad hæc ociū nō est/ob eā o amice cām/quia non dū queo secundū delphicū præce
ptum me ipsum cognoscere. Ridiculū igitur puto/cū mea ipse ignorē/aliena pscrutari uelle. Qua
re his dimissis/atq; existimationi quā de his pauloantē narrabā fide adhibita/nō ipsa quidē/sed me
ipsum considero/utrū ego sim bestia aliqua typhone multiplicior ardentiorq; & furiosior/siue pla
catius quoddā & simplicius animal diuinæ cuiusdā mitisq; sortis natura particeps. At o amice nō
ne hæc ad quā interloquendū peruenimus/ea erat arbor ad quā nos ducebas? PHE. hæc certe ipsa?
SO. p Iunonē præclara deductio. Nam platanus ista patulis admodū ramis & procera est/& altitu
do uiticis illius quē castū uocant opacitasq; pulchra nimiū & amena. āc præcipuum nunc habet flo
rescendi tp̄s: ut oīs circū locus suauitate compleatur odoris. Fons quoq; nitidissimus sub platano
fluit/aquæ nimiū frigidæ/ut ex tactu pedis cōiectari licet. Quē sculptæ hic puellæ cæteræq; Imagi
nes nymphis & Acheloo sacrū esse testantur. An non aduertis præterea q̄ iocūda & dulcis hic aura
spiret? æstiuum insup quiddā & canoꝝ cicadarū subre sonat choro. Sed oīum hornatissimū est/her
bam ipsam aspicere/ut in prato suauiter accliui recūbentis caput sit molliter suscipere apta. Itaq;
tu perq̄ optime me quasi hospitem deduxisti o amice Phædre. PHE. o admirabilis uir absurdissi-
mus quidā uideris. Et pfecto quod ais hospiti cuidā deducto/nō incolæ similis es. Ita neq; fines no
stros transisse unq̄ neq; extra mœnia ipsa egressus appares. SO. Ignosce mihi optime Phædre. Nā
discendi cupidus sum. Agri uero & arbores nihil docere me possunt/sed hoīes qui in urbe uersan
tur. Tu aūt uideris mihi exeundi incitamentū inuenisse. ut. n. famescentibus aīalibus frondes aut
fructus porrigentes ea ducūt/ita tu mihi librū porrigens/p totā Atticam & alio quo uelis/perduce
res. Iam igit̄ cū huc peruenerimus recūbere mihi placet. Tu aūt in qua potissimū figura uidebitur
cōmodissime posse legere/ea assumpta leges. PHE. Audi igitur. Mearū quidem reꝝ status sic se ha
bet. & id maxime nobis ut audisti cōducturū puto. Arbitror aūt me nō minus ob id abs te siqd pe-
tiero cōsequi debere quod amore tui captus minime sum. Nā amatores cū primū libidinem exple
uerunt/collati bn̄ficii pœnitet. Eos uero q amore irretiti nō sunt/pœnitet nunq̄. non. n. coacti/sed
sponte ut optime de suis rebus cōsultarūt/p reꝝ suarū facultate bn̄ficia cōtulere/præterea amato-
res mente q̄nq; reuoluūt q̄ negligenter res suas pp amorē administrauerint/& q̄ suo dāno contule
rint bn̄ficia/quosue labores subierint. Ideoq; dignā amatis gratiā retulisse existimāt. Sed hi q amo-
re decepti nō sunt neq; rei domesticæ negligentiā/neq; labores præteritos/neq; ppinquoꝝ discor

Ridiculū est: cum quis sua ignorat: aliena scrutari nitatur.

Quam inter hoīes nō īter arbores uiuē dum.

Oratio Lysiæ contra amatores.

dias se incurrisse amici causa conqueruntur. Quãobrem tantis malis sublatis/nihil aliud restat/nisi
ut prompti sint ad oia q̃ grata illis fore existiment/pagẽda. Aiunt plærięq/amatores iccirco pluris
facere oportere/quod maxima erga amatos charitate deuincti sint/semperęq pari/tũ dictis/tum fa
ctis amatis obsequi/ẽt si ex hoc cæteros oẽs offenderint. Quorũ sententiá ueram non esse hinc faci
le cõiectamus: quod translata ab aliis in alios beneuolentia/posteriores amatos prioribus antepo
nunt/ac si recẽtiores iusserint: superiores hostiliter insequunt. Atq qua ná rõne decet tale qd illi cõ
cedere. q ea calamitate affectus est/quã nunq̃ exptus quisq̃ cõcesserit? Enimuero & ipsi insanire po
tius q̃ sapere cõfitent: & nosse præterea insaniá suá/sed cõtinere se minime posse. At uero q sapiũt
quonã pacto eorũ q sic affecti sunt/cõsilia uolũtatesęq pbabunt? præterea si ex amãtibus optimũ eli
gere uelis/ex paucis tibi optimo dabit: si naũt ex aliis/cõmodissimũ tibi sodalẽ quesiueris ex multis
sane licebit eligere. Maior uero spes est/hoiem amicitia tua dignũ inter multos q̃ inter paucos re
pertum iri. Si igit ex legum constitutione publicá uereris infamiam/meminisse oportet amatores
q ita se amandos censent ut ipsi alios amant. Solere palam quod non frustra inuigilauerint/gloria
ri. Eos uero q non amant qm̃ continere se possunt solere quod optimũ est/potius q̃ rumorẽ multi
tudinis querere. Adde qđ uulgus cũ sentiat amatores amatos seq/assidue in oibus obseq/suspicat
ne turpis eos cupiditas cæpit/aut forte iá capiat. Non amantiũ uero familiaritatẽ iprobare nõ au
det. Scit. n. necessariũ eẽ hoies inuicẽ uel amicitiæ uel cõmoditatis alicuius cá sæpe uersari. pinde
si te metus inuaserit putantem difficile fore ut maneat amicitia/imo simultate orta accidere cõem
utrisęq iacturá/te uero cõcedẽte ea q̃ multifacis/ maxime læsum iri/nõ iniuria amatores ualde time
bis/multa enim illos offendũt/atęq oia in sui detrimentũ accidere arbitrant. Quapp amatos uer
sari inter alios phibent metuẽtes ne diuites eos opibus supent. aut docti uiri intelligẽtia præstent.
atęq oino siq egregiũ aliqd in se hr̃e uideant/ab iis amatos pcul arcere conantur. Ita/ut ab iis absti
neant psuadentes/amicis oibus priuant. Tu uero si rerũ tuarum rõne habita melius q̃ illi delibera
ueris/ab eis dissenties atęq abibis. Qui aũt amore tui capti nõ sunt/sed pp uirtutẽ q̃ oportet efficiũt
aliorũ tibi familiaritatẽ minime inuidebũt: sed potius oderint eos q tibi hærere noluerint arbitran
tes ab illis quidẽ te despici a familiaribus uero iuuari. Quãobrẽ multo maior spes est amicitias ex
hoc cõmertio q̃ inimicitias puenire. Accedit ad hæc qđ amantiũ plurimi prius corpus cupiunt/q̃
aut mores aut alia queuis ad amatũ ptinentia nouerint. Quo efficit ut dubiũ sit an extincta cupidi
tate in amicitia pseuerent. Non amantibus autẽ/q cũ prius ẽt amici essent non agebant oblectamẽ
ti gratia oia/consentaneũ est nõ adeo ardentẽ cõciliari beneuolentiá. sed ipsorũ officia monimẽta fu
turorũ accipi. Quinetiá melior euades si mihi credideris q̃ si amatori prebueris aures. Nã amãtes
pręter modum dicta. & facta tua laudibus efferunt: partim quia uerent ne te offendant/partim qa
pp cupiditatis ardorẽ in iudicando fallunt. Talia enim quædam amor ex se parit. infortunatos q
dem/ea etiam q̃ aliis molestiam nullam prebent/tristia putare compellit. fortunatos autem & uoti
sui compotes/quæ lætitia digna non sunt/cogit tanq̃ iocunda laudare. Quapp miserari eos magis
oportet q̃ diligere. Quod si mihi credideris primo qdẽ nõ ad psñtẽ uoluptatẽ/sed ad futurá utilita
tem familiariter utar/nõ amori mãcipatus/sed mihi ipse iperás/neęq ob minimas cás/aliqñ graues
inimicitias suscitabo/imo uero ob maximas uix tandẽ cõmotus/in uolũtaria errata ignoscá/ uolun
taria emendare & deuitare conabor. hæc sunt diu durature amicitiæ argumenta. Si aũt tibi in mẽ
tem uenerit nõ posse firmá/nisi ab amore amicitiá nasci/animaduertere debes/qđ hac rõne neęq si
los multi faceremus/neęq parentes neęq filios eos haberemus amicos/q nõ ex amoris huius ardo
re/sed aliis qbuslibet studiis facti eẽnt amici. Ad hæc si egenis obsequendũ est maxĩe/cõuenit oino
nõ meliores hoies/sed pauperimos iuuare. maximis. n. liberati malis gratias ingentes habuerunt.
In propriis quoęq & priuatis sumptibus non conuocãdi amici erunt/sed esurientes & supplices. hi
enim bñficiũ maximi facient. te sectabunt. ad fores operient. applaudent. gratias ingentes agent
uota p te fundent. Cæterum decet forsitan nõ egenis maxime indulgere/sed his potius qui refer
re gratiá possunt. neęq amantibus solũ sed beneficio dignis: neęq his qui forma tua delectant/sed q
tibi ẽt seni profuturi sint nec illis qui uoti sui cõpotes facti palá sese iactabunt sed q uerecũdi tace
bũt: neęq illis q breue ad tp̃s te colẽt/sed q p oẽm uitá similiter diligẽt: neęq illis q extincto cupidita
tis ardore inimicitiarũ occasiones inquirẽt: sed qui forma deflorescente uirtutem suá constantiáęq
ostendẽt. Tu igitur quæ dixi memẽto: atęq id cogita/quod amantes ab amicis increpant quasi tur
pe quiddá sit amor. At eos q nõ amãt nullus familiariũ ob id uituperat qđ hoc pacto male sibiipsi
cõsulãt/forsitan me rogabis: nunqd oibus nõ amãtibus obtẽperare te moneá. Ego autẽ puto neęq
ipm qdẽ amatorẽ iussurũ eẽ te erga oẽs amãtes hãc eandẽ mẽtẽ hr̃e. Neęq. n. accipiẽti/id pari gra
tia dignũ: neęq tibi cæteros latere uolẽti/similiter facile. Oportet autẽ iacturá qdẽ ex hoc nullá/utili
tatem uero ad utrosęq aliquá puenire. Ego iam dicta sufficere arbitror si qd aũt tibi addendum ui
detur: interroga. q̃ tibi uidetur oratio o Socrates? Nõne mirifice hanc & in aliis rebus & in uerbis
compositam esse? SO. Mirum immodum o amice/ita ut obstupuerim. atęq ita o Phædre propter

te affectus

te affectus sum/dum te respicerē/quia mihi uidebare in legenda oratione gestire/putans ergo te ta lia magis q̄ me cognoscere/tibi obsecutus una cū diuino isto tuo capite ipse quoq; p bacchat⁹ sum. P H E. Siccine tibi uidet iocandū? S O. Ego tibi iocari uideor? An nō serio loqui? P H E. Nullo mō o Socrates/sed uere dic p Iouē amicabilē/putas quēq̄ Grecorum hac ipsa de re plura atq; maiora dicere posse? S O. Quid uero laudandū scriptorē eo solum censemus: qa ea dixerit quę oportuerit? ac nō eo solum/qa dilucide & rotūde & elegāter singula uerba posuerit? Si enim uis/ tui gratia cōcedē dum est/nā me qdē ob ignauiā meā & imperitiā latuit. Eloquētię enī dicētis solū intēdi. Ad id uero nec Lysiā quidē ipsum sufficere se existimare putabā. pfecto mihi uisus est o Phędre/ nisi tu aliud di cas bis & ter eadē repetisse/quasi deesset illi copia eadem de re multa dicendi: uel quasi nulla sibi de hoc cura esset. Ac mihi uisus est sese ostētare/qd' posset eandē rem aliter & aliter dicēdo utroq; mō luculente dixisse. P H E. Nihil ais o Socrates: hoc enim maxīe oratio habuit. Nā quę erant in re de qbus cōmode dici posset/eorum nihil pter missum est: ut pter illa quę ab hoc dicta sunt/nemo eadē de re plura aut pbabiliora dicere possit. S O. Id ego nō iam amplius cōfiteri possum: prisci enī sapiētesq; uiri & mulieres qui de his dixerūt scripserūtq; redarguēt me/ si tui gratia id cōcessero. P H E. Qui nā isti? & ubi tu meliora audisti? S O. In pñtia qdem nō satis memini. Sed pfecto alicubi quędā audiui/ uel Sappus pulchrę uel sapientis Anacreontis uel scriptorum aliorum. Vnde uero hoc ipse coniecto? qa plenū o beate mihi sentio pectus aliorum & non deteriorum quę dici possunt. Quod uero a me ipso nihil tale cognouerim/intelligo/meę inscitię conscius. R estat igit mihi istar uasis hęc ex aliorū funtibus hausisse: sed iterū ob ruditatē meā & qūo & a qbus peeperim/ oblitū esse. P H E. O generose optime dixisti. A qbus acceperis & qūo/ neq; etiā si iussero dicas. At illud dicas quod pfiteris rursus habere te plura & pstantiora his quę a Lysia scripta sunt: quod si feceris ab istis abstinēs / auream tibi pmitto in Delphis statuā ęquilibrem quod nouē principes solent non meā solum sed tuā etiā ponere. S O. Amicissimus es/& reuera aureus o Phędre/ si me dicere putas Lysiā oīno aberrauisse: ac posse pręter hæc oīa meliora alia dici. hoc enim ne deterrimo quidē scriptori arbitror eue nire. Principio/quantū attinet ad id de quo sermo habet/ putas ne aliquē pbare uolentē non amāti magis q̄ amanti gratificādum esse/nisi pbauerit non amantē prudentē esse / amantē uero insanū & illum quidē laudauerit hūc uituperauit/quę sane necessaria sunt/alia deinde quę dicat/habiturū. Sed existimo hæc talia dimittenda scriptoribus & cōcedenda sunt/nec inuentionē horum /sed disposi tionē esse laudandā: at illorum quę nō sunt necessaria & difficulter reperiunt/nō dispositionē solū / sed inuentionē etiam laudandā puto. P H E. Concedo qd' ais. mediocriter enim dixisse uideris : faciā igit & hoc ipse modo. Amantē enim q̄ non amantē magis ęgrotare/ psupponere tibi permittā. In aliis aūt si plura & pstātiora q̄ Lysias dixeris iuxta Cypselidas in Olympia aureus stabis. S O. Serio id accipis o Phędre: quod uirū tibi dilectissimū reprehendi. Ego uero tecū iocabar. Ac me putas reuera hoc aggressurū esse/ut aliud quiddā pter illius sapientiā dicā hornatius. P H E. Hac de re o amice in easdē ansas puenisti. dicēdum tibi est oīno/ utrūq; poteris. Caue igit ne molestū illud cōmedorum aggressi eadē nobis uicissim repēdere cōpellamur neue illud me dicere cogas. Si ego o Socrates: Socratē ignoro/ mei quoq; ipsius oblitus sum. Et cupiebat quidem / sed simulabat grauari. Demū ita cogita/ nō esse nos prius abituros hinc/ q̄ tu dixeris quę haberē aiebas in pectore meliora. Sumus enim soli/& qdem in solitudine. Ego aūt iunior & robustior. Ex his oībus intellige quid dicā: nec uelis coactus potius q̄ sponte loqui. S O. At enī o beate Phędre/ ridiculus ero si ipse rudis cū optimo illo scriptore cōtendero/ ac de rebus eisdē ex tpe disputauero. P H E. Scis ut se res hēt? Missa isthęc facias mecū. Ferme enim inueni per quę te cōpellam. S O. Ne dicas obsecro. P H E. Ne dicā? Immo uero iam dico. Ad iusiurādum me uertā. Iuro enim tibi per aliquē deū : uel si uis p hanc platanū/nisi tu dicas in eius conspectu / me nunq̄ post hac cuiusq̄ orationē tibi ostensurū esse/ uel nuntiaturum. S O. Pape o scelestę: q̄ pulchre reperisti/qua ratione uirum orationis auidum/ad quoduis agēdū cōpelleres? P H E. Quid ergo cum talis sis/tergiuersaris? S O. Minime amplius/ qū quidem tu ita iurasti. Qui enim qui rem ab hac mensa abesse? P H E. dic igitur. S O. Scis qd agam? P H E. qua de re dicis? S O. Obuolutus dicā: ut celerius transcurrem sermonē / nec ad te respiciēs/ ob pudorē impediat. P H E. Dicas modo: alia ut uis/ita facias. S O. Iam agite o musę ligię/siue ppter speciem cantus/siue ppter musicū genus illud lignum & canorum hoc habetis cognomē / meū adiuuate sermonē/quem me dicere optimus iste cōpellit: ut eius sodalis primo huic sapiens uidebatur/nunc magis etiā uideatur. Erat puer quidam/imo uero adolescentulus egregia indole preditus/huic aūt erant amatores cōplurimi/quorum unus uir sane uersutus cū nihilo minus q̄ cęteri eū amaret/puero se nō amare suasit. Quādoq; uero cū obsequiū sibi ab eo peteret/petēs illum/ pbauit nō amāti potius q̄ amāti gratificādū/atq; ita inquit. In oībus o puer unicū pricipiū iis q bñ cōsulere uolunt/est intelligere qd illud sit de quo cōsulat: uel oīno aberrare necesse plerosq; uero latet qd' ne sciant rei substantiam. Tanq̄ igit sciētes/in disceptatiōis principio non declarant: pcedentes uero quod par est/consequitur/ut nec sibi/nec aliis cōsentanea loquantur. Tibi igitur & mihi ne accidat

quod in aliis dānamus/ postq̃ nobis discrepatio est utrum amanti potius uel non amanti/ in amicitiam sit eūndum quid amor ipse sit/& quā uim habeat/ definitione ex cōsensu posita cognoscamus atq; ad id respicientes referentesq; consideremus / emolumentū ne an detrimentū afferat. Quod igitur cupiditas quędam sit amor/ omnibus manifestum: quod uero etiam qui nō amant / pulchra seu bona cupiunt / non ignoramus. Vt igitur quo amans a non amante discernitur / intelligamus/ scire oportet/ duas in unoquoq; nostrum Ideas esse dominantes atq; ducētes: quas sequimur quocunq; ducunt. Altera quidem est innata nobis uoluptatū cupiditas. Altera uero acquisita opinio/ optimi affectatrix. hę aūt in nobis qńq; cōsentiūt/qńq; in seditiōe & discordia sunt: & mō hęc/modo altera peruincit. Quando igitur opinio ad id quod optimū est/ratiōe ducit/ac superat/ hæc ipsa uiuendi potestas temperantia nominatur. Quando uero cupiditas absq; ratione ad uoluptates trahit/nobisq; imperat/ imperium hoc libido uocatur. Libido autē cum multiformis sit/ multarumq; partiū/ multas utiq; appellationęs habet & harum formarū quę maxime in aliquo exuberat / sua illum appellatione nominatū reddit/ nec ullum suis decorū/ aut dignum tribuit cognomentū. Circa cibos enim superatrix rationis & aliarum cupiditatū/cupiditas/ingluuies appellatur/ & eum qui hanc habet/ hac ipsa appellatione nuncupatū reddit. Rursus quę circa ebrietates tyrānidem exercet/ ac eum quē possidet/ hac ducit/patet quod habebit cognomen. atq; alia horū germana & germanarū cupiditatū nomina ubi aliqua maxime dominatur / quomodo ponenda sint manifestum est. Cuius autē gratia superiora omnia diximus/ fere iam patet si tamē dicatur/magis q̃ pretermissum sit / patebit. Nam cupiditas absq; ratione quę superat opinionē ad recta tendentē / rapitq; ad uoluptatē formę/& a cognatis cupiditatibus circa corporis formā uehementer corroborata peruincit & superat / a romis. i. robore & uehementia / heros. i. amor appellata est. Num tibi o amice Phędre quēadmodum mihi uideor diuinū quiddam passus fuisse? P H E. Profecto quidem o Socrates præter solitum profluens quędam amplitudo te cœpit. S O. Silentio igitur me audi. Nam reuera diuinus hic uidetur locus. Quare si sepius nymphis procedente sermone corripior/ ne mireris. Ea certe quę modo canebam a dithyrambis nō multū distant. P H E. Verissima narras. S O. horū quidem tu causa es/ sed audi cętera ne abeat id quod superuenit. An uero deo curę erūt: nos disputando ad puerū reuertamur. Age igitur o optime/ quid sit id de quo consulitur / dictū & definitum est. Respicientes ergo ad hoc/ quod reliquū est / uideamus / quid emolumenti uel dāni ab amante & non amante ei qui obsequitur sit merito prouenturū: hominē libidini mancipatū & uoluptatib⁹ seruientē necesse ē amatū suū ꝑ uirib⁹ sibi q̃ iocūdissimū reddere. Ægrotāti uero qcqd nō repugnat/iocūdū. Qđ uero meli⁹/aut ęq̃le/ molestū. Quare neq; pstātiorē/neq; parē amator amatū spōte unq̃ patieť esse. Inferiorē aūt īdigētioręq; quoad poterit/semp efficiet. Deterior ignorās sapientię/forte timidus. Ineptus ad dicendū rhetorico/ hebes acuto. hæc & plura insuper animi mala cū natura insunt uel fiunt amato/gaudet amator: atq; alia insuper inferre conatur. Alioquin uolupiate priuatur. Inuideat ergo necesse est amator amato: atq; eum ab omni consuetudine studioq; unde uir excellēs euadere possit/amouēs uehemēter officiat. Maxime tñ ex priuatione illius obest/ quod prudentissimū efficit. prudentissimū uero diuina facit philosophia a qua amator ꝓcul abducere amatū compellitur/metuens ne ab eo si fiat sapientior / contēnatur. Deniq; omnia effici / quibus ille omniū ignarus euadat/admireturq; amantē. Qualis cum fuerit/ amatori quidem iocundissimus erit/sibi autē ipsi pernitiosissimus. Atq; ita in his quę ad intelligentiā pertinent noxia est cū amatore consuetudo. post hac uidendū quo pacto is qui bono dulce anteponere cogiť corpus illius quē amat/ si cōmissum sibi fuerit/sit curaturus. Optabit profecto corpus non solidū/sed molle & delicatū: non sub sole sed umbra nutritum: qđ procul a periculis & laboribus siccisq; sudoribus/ muliebri & delicato uictu fuerit educatū: coloribus alienis extraneisq; ornamentis ex propriorum defectu ornatū: cęterisq; horum similibus consuetū. Quę omnia cū prolixius recensere indignum sit/ summatim in præsentia concludemus ut reliqua prosequamur. Talem sane corporis habitū in pręliis & quauis alia ingenti necessitate/ hostes quidem audacter inuadunt/ amici autē ipsiq; amatores huic maxīe metuunt. Sed hoc iam tanq̃ manifestū/ dimittendum est / deinceps uero dicendum quid nobis emolumenti uel dāni in rebus externis amātis familiaritas & custodia pbeat. Atq hoc oibus/amatori pręsertim est manifestū/ quod amicissima charissimaq; & diuinissima possessione orbum fieri amatū desiderat. parentibus enim necessariis: amicis: priuari eū exoptat / existimās eos dulcissime/ ipsius cū amato consuetudini īpedimēto fore/ puerum præterea uel auri uel cuiusuis possessionis ditissimū/neq; facile capi posse putat/neq; si captus fuerit/detineri. Quāobrem necesse est amatorē tanq̃ inuidum amati prosperitate dolere/aduersitate gaudere. Quinetiā sine uxore / sine filiis / sine domo / diu exoptat uiuere adolescentem / cupiens plurimum tempus propria dulcedine perfrui. Sunt alia quoq; mala ; sed horum plurimis in ipso statim principio dęmon aliquis uoluptatem īmiscuit ; ueluti adulatori grauissimę bestię maximęq; calamitati inseruit natura oblectamentum aliquod non inconcinnum. Vituperabit quoq; scortum aliquis utpote noxium

& alia

& alia huiuſmodi animalia atq; ſtudia: quę nos ad pſens delectare conſueuerunt. Amans uero prę
ter q̃ quod noxius eſt/ etiam ſua conſuetudine omniũ moleſtiſſimus: partes enim cũ paribus uete-
ri prouerbio iocundiſſime cõgregantur. Nam ęqualitas temporis cum ad ęquales uoluptates p-
ptet ſimilitudinẽ trahat/ amicitiã parit. Verũtamen his etiam nimia ſacietatẽ affert: proinde ne-
ceſſitas omnibus in rebus cuiq; grauis eſt/ quę quidem ſimul cũ diſſimilitudine in amante ad ama-
tum eſt maxime. Iuniori enim ſenior adhęrens/ neq; die ulla/ neq; nocte ab eo ſponte recedit: ſed
neceſſitate: & furore rapitur/ qui illum quidem uoluptatũ illecebris trahit/ uidentem/ audientem/
tangentem/ & omnino amatũ ſenſu quolibet attingentẽ: ita ut ingenti cũ uoluptate illi aſſidue ob-
ſequatur. amatũ uero qua uoluptate quoue ſolatio ęquale tempus adeo detinebit/ ut extrema mo-
leſtia non uexetur: cũ faciẽ ſenilem deformẽq; aſpiciat: cęteraq; ſimiliter/ quę non factu ſolum/ ue-
rum etiã auditu moleſtia ſunt/ neceſſitate quadam ad ipſum captandum ſemper ꝓpoſita: dum ſe-
dulis paſſim inſidiis obſeruatur: auditq; importunas imoderataſq; tum laudes/ tum uituperatiões
quibus amãs ipſum proſequitur: quę in ſobrietate quidem intolerabiles ſunt/ in ebrietate uero nõ
intolerabiles ſolum/ uerũ etiam ob nimiã aperte loquendi licentiã turpiſſimę: pręterea dum amat
pernitioſus & importunus eſt. cum uero amare deſierit/ in poſterũ infidus aduerſus illum/ quẽ mul
tis iuramentis præcibus/ atq; promiſſis uix tandem induxerat ut pręmiorũ ſpe infeſtam eius conſue
tudinem ſubſtineret. Demũ cum rependere deceat/ principem alium in ſe ac præſidẽ accipit/ men
tem temperantiãq; pro amore/ atq; inſania/ factuſq; iam alius amatũ latet. Tunc amatus eorũ quę
dicta quondam & facta ſunt memor/ beneficiorũ gratiam exigit: putans cum eodem uerba ſe fa-
cere. Sed alter ob uerecundiam/ neq; audet mutatũ eſſe ſe confiteri: neq; inuenit qua ratione prio-
ris illius principatus inſani iuramenta & promiſſa perſoluat: mentis iam & temperantię com-
pos effectus: ne ſi eadem quę & antea fecerit/ ſimilis idemq; ac fuerat ante/ rurſus euadat. Hinc
efficitur ut qui ante amauerat iam aufugiat: mutatuſq; habeat quaſi texta in aduerſum cadẽte. Al-
ter uero perſequi cogatur/ grauiter ferens ad imprecationeſq; cõuerſus. Qui ſane ab initio dece-
ptus eſt/ cum ignorauerit non decuiſſe/ amãti neceſſario amenti gratificari: imo homini multo ma
gis ab amore libero menteq; habenti. Alioquin neceſſariũ fore ſeipſum cõmittere homini infido:
moroſo: inuido: moleſto: pnitioſo ad rerũ poſſeſſionẽ pnitioſo/ ad corpis habitũ. longe uero ad ani
mi diſciplinã pnitioſiſſimo. qua qdẽ nihil apud deos & hoĩes reuera/ aut ẽ/ aut erit unq̃ uenerabili⁹.
Hęc o puer, cõſideranda ſunt: atq; illud inſuper aĩaduertendũ amatoris amicitiã/ non beneuolen-
tia ulla/ ſed auiditate quadam expletionis quaſi fame conſtare. Vt lupus ipſe agnum/ puerum ſic ar
det amator. Hoc illud eſt quod prędixeram o Phędre. Nec dicentẽ me ulterius audies. Sed iam fi-
nem habeat ſermo: quãq̃ putabam dimidium diſputationis tranſactũ eſſe: ac reſtare tantũdem de
non amante dicendum: quod illi potius indulgere deceat: ad idq; quot illi bona inſunt/ enumeran
da. PHE. Cur ergo deſiſtis o Socrates? SO. Animaduertiſti Phędre carmina/ me iam non dithy-
rambos amplius canere? quãuis in uituperando mea uerſetur oratio: quod ſi laudare alterũ per-
gam/ quid facturũ me putas? An non ſentis a nymphis/ tum opera tua/ tum diuina prouidẽtia mẽ
afflari? Quare ſummatim dico tot bona ineſſe alteri/ quot mala in altero numerauimus. Sed quid
multis opus eſt uerbis? De utriſq; enim ſufficienter eſt dictum. Atq; ita quod decet/ fabula patie-
tur. Ego iam tranſmiſſo flumine abeo/ priuſq̃ ad maius aliquid abs te compellar. PHE. Nõdum
o Socrates/ priuſq̃ ęſtus abſcedat. An non uides ut iam plane meridies ſit? in qua hora intenſus eſt
calor. Sed interim morantes ac de his quę diximus colloquentes cum primũ refrixerit/ tunc ha-
beamus. SO. Diuinus es circa ſermones o Phędre/ ac uere mirabilis. Arbitror equidẽ orationum
quę tuis tẽporibus habitę ſunt neminẽ pluribus auctorem cauſamq; fuiſſe q̃ te/ ſiue ultro dicendo/
ſiue quomodo alios compellendo Simiam Thebanum excipio. alios uero longe antecellis. Et nũc
uideris cauſa fuiſſe ut aliquę a me oratio habeatur. PHE. Non tu bellum ſane denuncias/ ſed quo
nam modo & quę oratio? SO. Cum flumen tranſiturus eſſem/ dęmoniũ & ſolitum mihi fieri ſignũ
factum eſt: quod ſane quotiens accidit: quod facturus eram agere prohibet: hinc uocem audire ui
ſus ſum: quę abire me uetat/ anteq̃ expiauerim/ quaſi aliquid deliquerim erga Deũ. Sum igitur ua-
tes quidem: at nequaq̃ bonus: ſed queadmodum qui male ſciunt litteras/ quantũ ad meipſum ſuf-
ficiens. Clare itaq; iam intelligo delictũ meum. Siquidem o amice pręſagii quiddam/ etiã eſt in ani
mo. Me enim cõmouit & antea dum loquebat: unde quodãmodo uerebar/ ne cũ forte ſecundum
Ibycũ apud deos deliquerim/ apud hoĩes gloriã cõſequar. Nunc ſentio in quo deliquerim. PHE.
Quid eſt? SO. Graue o Phędre/ graue inquã ſermonẽ & tu attuliſti/ & me dicere compuliſti. PHE.
Quonã pacto? SO. Stultũ & quodãmodo impiũ. Quo quis grauior eẽ põt. PHE. Nullus: ſi tu ue-
ra narras. SO. Quid enim amorẽ? nõne Veneris filium/ & deum aliquẽ putas. PHE. Dicit qui-
dem. SO. Non tamen a Lyſia: neq; a ſermone tuo/ qui per os meũ abs te quaſi quadam incantatio-
ne demulctum/ prolatus eſt. Si autem eſt/ ut certe eſt/ Deus aut diuinum quiddam amor/ malum
utiq; non eſſet. At ſermones de illo quaſi malum eſſet/ habiti ſunt. In hoc ergo aduerſus amorem

prouer.
Pares cum paribus.

deliquimus. Atqui ualde inepte disputationes hę nostrę uidentur quáuis urbanę: quę cũ nihil sincerum uerũq; contineant/ gloriantur tamẽ tanq̃ plurimũ ualeant/si homunculis nonnullis exceptis approbentur. Mihi igitur o amice expiari necesse est. Est aũt his qui confabulando peccant / expiatio quędam uetus: quá Homerus non nouit/sed Stesichorus. Oculis enim priuatus ob Helenę uituperationẽ non ignorauit cęcitatis causam ut Homerus. sed utpote musicus eam agnouit. Itaq; statim illa fecit carmina. Nõ uerus sermo ille fuit/nec nauibus altis. Existi fugiens/nec adisti pergama Troię: atq; ita edito pœmate/ quã palinodiam: idest cantum contrariũ uocant / confestim uisum recuperauit amissum. Ego aũt in hoc ero utriusq; sapientior: quod anteq̃ accidat mihi quicq̃ mali ob amoris uituperationẽ/conabor illi palinodiam reddere. & quidẽ aperto capite non ut supra ob uerecundiã uelato. PHE. His uero o Socrates nihil mihi grati⁹ efficere posses. SO. Etenim meministi o Phędre q̃ impudenter ex libro lectum est, & a me ipso quoq; de amatore dictũ. Quod si generosus uir aliquis & modestus qui similem sibi alium amet ut amauerit / nos audiat dicentes quod amantes ob minimas causas sæpe maximas inimicitias suscitant / & inuidi amatis pnitiosiq; sunt homines / audire se arbitrabitur / in nauibus nutritos / qui liberalem amorẽ aliquem nunq̃ inspexerint: neq; ullo modo nobis concedet/ quę in amoris uituperationẽ adducimus. PHE. Forte per Iouem o Socrates. SO. Hunc ego hominẽ ueritus & amorẽ ipsum metuens/ cupio ueluti potabili oratione salsum illum auribusq; nostris noxium sermonẽ diluere. Consulo quinetiã Lysię / ut q̃primũ scribat amanti potiusq̃ non amanti ex similibus indulgendum. PHE. Ita futurũ certo scito. Nam postq̃ tu amatorẽ laudaueris / necesse erit Lysiam / ut eadem scribat a me compelli. SO. Credo equidem, quãdiu qui nunc es fueris. PHE. Dic age forti animo. SO. Eia ubi mihi puer ille adest/ ad quẽ superiorem sermonẽ habui/ut hunc etiam audiat/ne si minusq̃ audierit / temere non amanti obtemperet. PHE. Is tibi pximus semper adheret / quoad cupis. SO. Sic ergo o egregię puer cogita/ priorem sermonẽ Phędri Pythocle geniti Myrrinusii fuisse. sequentẽ uero Stesichori Euphemi filii/ uiri amabilis fore: huius hoc erit exordium. Non uerus sermo ille est: qui præsente

De furore.

amatore non amanti magis iubet gratificari: quia amans furit: non amans uero sanus est. Si enim simpliciter uerum esset/furorem esse malum/recte a nobis dictum fuisset. Nunc autẽ maxima bo-

Maxima bõa fiũt p furorẽ diuinitus infussum.

norum nobis fiunt per furorem diuino quodam munere concessum: Nam & que in Delphis futura predicit uates/& quę in Dodona sacerdotes/furentes quidem multa ac magna cõmoda priuatim & publice Gręcis hominibus/ attulerunt: sane uero dum sunt / exigua aut nulla. Quod si referamus Sibyllam & alios: quicunq; diuino usi sunt uaticinio q̃multa prędicentes in futurũ profue-

Vates Delphicę & Dodonicę.

rint/prolixum nimis extenderemus sermonẽ: & rem manifestã omnibus proferremus. Illud tamẽ dignum est testificari/ quod ueteres qui nomina rebus ĩposuerunt/non turpe quiddam/neq; ignominiosum putauerunt furorem. Non enim pręclarissimę arti qua futurũ discernitur / hoc nomen annectentes/ eam manicẽ: idest furorem nominassent: sed tanq̃ bonum quiddam sit furor / quãdo diuina sorte prouenit/ honeste arti nomen huiusmodi indiderunt. At nũc iuniores isti / interiecta. T. littera imperite nimium/manticem dixerunt. Sane inuestigationes futuri sanorũ hominum per aues & alia ostenta utpote a coniectura humanę intelligentię procedentes mentẽ historiamq; auguralem cognominarunt. Quam deinde posteriores o paruũ in magnum uertentes ho nestiori uocabulo exhornant Quanto igitur perfectius præstantiusq; uaticiniũ augurali coniectione. Et nomen nomine / opusq; opere / tanto testificantur antiqui furorem ex Deo profectum q̃ humanã prudentiam pręclarius esse. At qui aduersus morbos & labores maximos. Ob antiqua delicta quandoq; diuina indignatione mortalibus ĩminentes gentibus quibusdam aliunde furor adueniens ac prędicẽs/ quibus opus erat/ remedia adinuenit/ confugiens ad uota cultusq; deorum: unde expiationes propitiationesq; consecutus incolumẽ reddidit possidentem & in presens tempus & in futurum: absolutionẽ præsentium malorũ recte furenti occupatoq; adeptus. Tertia uero a musis occupatio & furor suscipiens tenerã intactamq; animã / suscitat illã atq; afflat. Vnde per cantus aliamq; poesim: infinita antiquorũ gesta exhornans / posteros instruit. Qui autẽ absq; furore musarũ pœticas adfores acedit confidens arte quadam poetam se bonũ euasurum: inanis ipse quidem atq; eius poesis prę illa quę ex fore procedit qua quidem hæc quę ex prudentia fit, euanescit. Tot equidem / ac etiam plura diuini furoris præclara opera referre possum. Quare hoc ipsum ne formidemus/ neue ulla nos ratio absterreat/ ostendens prudentẽ & sanũ potiusq̃ cõcitatum amicũ esse deligendũ. At illi insuper ostendat si potest/ac uictoriã reportet non pro utilitate amantis & amati amorẽ a diis esse cõcessum. Nobis uero nunc ostendendum est contra/ pro felicitate maxima huiusmodi furorem a diis hominibus esse datum. Demonstratio autem erit contentiosis quidem incredibilis/sapientibus uero contra. Oportet aũt nos prius de natura animę diuinę & humanę, affectus & opera intuentes/uera nouisse. Hoc uero demonstrationis huius principiũ sit. Anima omnis ĩmortalis, quod enim semper mouetur ĩmortale est. quod uero aliud mouet ab alioq; mouetur/ cũ terminũ habeat motus/ terminũ habet & uitę. Solũ ergo quod seipsum

mouet

mouet/ quia nunq̃ se deserit: nunq̃ cessat moueri. Immo uero & aliis quęcunq; mouentur id fons & principium est mouendi. principiũ autẽ sine ortu est. Ex principio enim necesse est quicquid generatur/ oriri. Ipsum autem ex nullo. Nam si principium oriretur/ ex aliquo/ ex principio utiq; non oriretur. Cum uero sit absq; ortu/ & absq; interitu sit necesse est. Nam si principium interiret/ neq; ipsum ex alio/ neq; ex ipso aliud nasceretur. siquidem ex principio omnia oriantur oportet. Sic ergo principium motus est/ quod seipsum mouet. hoc autem neq; mori/ neq; nasci potest. Alioquin omne cœlum omnisq; generatio cõcidat desinatq; necesse est; neq; rursus unq̃ cõstare possit/unde hæc motum nacta oriantur. Cum igitur appareat immortale esse quod seipsum mouet/animę substantiam & rationem hanc ipsam qui dixerit/ non erubescet. Omne enim corpus cui motus extrinsecus incidit/ inanimę est. Cui uero intus ex seipso id inest/ animatũ: tanq̃ hæc animę natura sit. Quod si ita est/ ut non sit aliud quicq̃ quo in seipsum moueat pręter animã/ necessario ingenita & ĩmortalis est anima. De ĩmortalitate animę satis est dictum. De idea uero ipsius in hunc modum est dicendum. Quale id omnino sit/ diuinę penitus prolixęq; narrationis foret. Similitudinem uero eius quandam describere/ humanę & breuioris. hoc igitur modo dicamus. Similis esto cognatę potentię sub alati currus & aurigę. Deorum equi & aurigę omnes boni sunt atq; ex bonis: aliorũ uero permixti. principio quidem nostri princeps bigas habenis moderatur: deinde equorũ alter bonus & pulcher & ex talibus: alter contrarius & ex contrariis. Quo fit ut dura & difficilis necessario sit aurigatio nostra. Qua uero ratione mortale & ĩmortale animal appellatum est conandum est dicere. Omnis anima totius inanimati curã habet: totũq; percurrit cœlum alias/ uidelicet alias sortita species. perfecta quidem dum est & alata/ sublimis incedit: ac totum gubernat mundum. Cui uero alę defluxerint fertur/ quo ad solidum aliquid appręhenderit. ubi habitaculum sortita/ corpus ue terrenum suscipit/ sese mouere apparens propter illius potentiam/ animalq; totum uocatur: anima simul corpusq; compactũ: & mortale animal cognominatur. Immortale aũt ex nulla ratione discursu percepta: sed quę fingitur: quippe cum/ neq; uiderimus/ neq; satis intellexerimus Deum ĩmortale quoddam animal/ habens quidem animã/ habens etiam corpus naturaliter omne tempus coniuncta: Sed hæc iam uti Deo placet/ ita se habeant & dicantur. Per quã uero causam alę abiiciantur decidantq; ab anima/ nunc dicamus. Est autem talis quędam: naturalis alarũ uis est/ graue in sublime attollere: ubi deorũ inhabitat genus. Omniũ uero quę sunt circa corpus/ maxime particeps diuini est animus. Diuinũ autem/ pulchrum/ sapiens/ bonum/ & quicquid tale dici potest. his utiq; alitur maxime augeturq; ipsa alatio animi/ turpi autem & malo contrariisq; huiusmodi deficit atq; interit. Magnus utiq; dux in cœlo Iuppiter citans allatum currum primus incedit/ exhornans cuncta prouideq; disponens: hunc sequitur deorum dęmonũq; exercitus per undecim partes ordinatus. permanet autem Vesta in deorũ ęde sola. Aliorũ uero deorũ quicũq; in duodecim numero censentur/ ducunt per ordinem quilibet quisq; est ordinatus. permulta igitur beataq; ut qui spectacula discursusq; intra cœlum existunt: quibus deorum genus beatorũ intendit suum quisq; officium peragens. Sequitur autem semper uolens & potens: liuor enim a diuino choro procul abest. Cum uero ad conuiuiũ ac dapes uadunt sublimes/ in cœlestem circunferentiam proficiscuntur iam ascendentes. Deorũ quidem uehicula apta habenis ęqualiterq; librata facile gradiuntur. Alia uero uix. Grauatur enim prauitatis particeps equus/ ad terrã uergens/ atq; trahens/ cuicũq; aurigarũ equus non bonus nutritus fuerit. Vbi iam labor & certamen extremũ animę proponitur. Quę enim ĩmortales uocantur cum ad summũ peruenerint/ extra progressę in cœli dorso cõsistũt. Ibi cõstitutas circũferẽtia ipsa circunfert/ atq; illę intuent/ quę sunt extra cœlũ. Locũ uero supcœlestẽ neq; q̃sq̃ nostrorũ laudauit adhuc poetarũ: neq; unq̃ p dignitate laudabit: habet se uero ĩ hũc modũ. Audẽdũ ẽ.n. uerũ dicere/ p̃serti de ueritate loquẽti. Sine colore: sine figura: sine tactu: essentia uere existens/ animę gubernatore solo intellectu contemplante utitur: circa quã uere scientię genus hunc habet locum. Vtpote igitur dei cogitatio intellectu & scientia ĩmaculata se uertens/ cogitatio quoq; omnis animę quęcunq; conuenientẽ sibi conditionem susceptura est/ intuita per tempus/ id quod est/ contenta ueritatis contemplatione nutritur & gaudet: donec circulo in idem circunferentia referat. In hoc autem circuitu conspicit ipsam iustitiã: conspicit temperantiã: conspicit scientiã: non qua adsit generatio: nec qua alia alicubi sit in alio. Quales uidelicet sunt eorũ quę nos entia nũc appellamus: sed illã quę in eo qđ est ens uere sciẽtia est: & alia eodẽ modo quę uere sunt speculata atq; his enutrita/ subiens rursus intra cœlũ/ domũ reuertit. Cũ aũt redierit/ auriga ad p̃sepe sistens equos obiicit illis ambrosiã: & post ipsam nectar potandũ/ atq; hæc deorũ est uita. Cęterarũ uero alarũ alia optime Deũ secuta similisq; effecta/ extulit insuper cœlestem locũ aurigę caput: & cũ ipsa circunferentia simul delata est: sed perturbata ab equis: & uix ea quę uere sunt/ intuita. alia uero mõ caput extulit/ modo submisit/ at uiolantibus equis/ ptim uidit quidẽ/ partim uero nõ uidit. Alię aũt animę affectantes quidẽ omnes superiorẽ locum sequũtur. cũ uero nequeãt: submersę circũferuntur/ calcantes sese inuicẽ atq; incũbentes alia aliam pręire cõtendẽs.

De idea aię.

Quo pacto fit animal.

Vide ut Plato ponit aliqua extra cœlum.

Intellectus animę gubernator.

Tumultus igitur & certamen & sudor fit extremus. Vbi quidem aurigarũ uitio/multę claudicant: multę multas pennas confringũt. Omnes uero magno implicatę labore/ expertes ei⁹ qđ uere est intuendi discedunt: post discessum uero alimento utuntur opinabili. Cuius quidem gratia multus inest conatus / ueritatis campus ubi nam sit/intueri. Nã ex huiusmodi prato optima uis animę cõuenientẽ accipit alimoniã: & alarũ natura qua anima eleuatur/ hoc alitur. Regulaq; adrastię deę. i. ineuitabilis numinis hæc est: ut quęcũq; anima Deũ comitata aliquid uerorũ inspexerit / ea usq; ad circuitũ alium sit indẽnis: & si semp hoc facere queat / sit semper illęsa. Si uero impotẽs assequendi non inspexerit/& casu aliquo usa/repletaq; obliuiõe & prauitate grauetur/grauata autẽ pennas confregerit/in terramq; ceciderit/ tunc ꝓhibet lex hanc in prima generatiõe in aliquã brutalem ire naturam: sed iubet eam quę plurima uiderit/ ingeniturã uiri futuri philosophi/aut pulchritudinis: cupidi/aut musici/atq; amatorii. Eam uero quę secundo loco in regem legitimũ ut bellicosum uirum & imperatoriũ descendere. Tertio in gubernatorẽ rei publicę: ut rei familiaris dispensatorem uel quęstuariũ. Quarto in laboriosum gymnasticũ / aut circa medelam curamq; corporis uersaturũ. Quinto in eos qui uates futuri sunt/& circa mysteria quędam. Sexto in poẽtã uel alium quẽuis eorum qui apte in imitatione uersantur. Septimo in artificem uel agricolam. Octauo in sophistam & popularem. Nono in tyrãnicum. In his autẽ omnibus quicũq; iuste uitam egerit/ sortẽ postea nãciscitur meliorẽ: qui uero iniuste/deteriorẽ. In idem enim unde ꝓfecta est cuiusq; anima/ annis decẽ milibus non reuertitur. Nam alas ante hoc spatium non recuperat/ pręter illius animã qui philosophatus est sine dolo/uel una cum Sapientię studio pulchritudinẽ amauit. hę quidem tertio ambitu mille annoꝝ / si ter hanc ipsam deinceps elegerint uitam / sic recuperatis alis post ter millesimũ annum euolant abeuntes. Aliae uero animę primę uitę finem: consecutę iudicantur. Iudicatę autem alię sub terra in iudicii locũ euntes meritas illic pœnas sustinent. alię in cœli quẽdam locum per iudiciũ eleuatę/ita degunt/ ut dignum est ea uita qua in hominis figura uixerunt. Millesimo anno ambę redeuntes sortem & electionẽ secundę uitę suscipiunt: deligit unaquęq; eam uitam quam uelit. Hic & in bestię uitã humana anima transit: & ex bestia rursus in hominem/ si modo ea anima quandoq; prius fuerit hominis. Nam quę nunq̃ ueritatẽ inspexerit/in hanc figurã uenire non poterit. Oportet uero hominẽ intelligere secundum speciem / ex multis procedentẽ sensibus in unũ ratiocinatione conceptũ. Hoc autem est recordatio illorũ / quę olim uidit anima nostra cum Deo perfecta: & illa despiciens quę nunc esse dicimus: & ad id quod uere est sursum reflexa. Quapropter sola philosophi cogitatio merito recuperat alas. Nam illis semper quantũ fieri potest memoria inhęret/ quibus Deus inhęrens diuinus est. Talibus autem cõmentationibus qui recte utitur: perfectisq; mysteriis semper imbuitur/ ꝑfectus reuera solus euadit. Ab humanis autẽ studiis segregatus: Diuinoq; inhęrens/carpitur a multitudine quasi extra se positus / sed ipse Deo plenus multitudinẽ latet. Tendit igitur huc/ totus sermo/ qui est circa quartũ furorem: Quo quando quis uisa hic pulchritudine aliqua uere illius reminiscens/ alas recipit/ receptisq; euolare nititur. Cum uero id facere nequeat/ tanq̃ auis superna suscipiens & inferiora contẽnens crimen reportat quasi furore correptus. Hæc itaq; diuina alienatio omniũ alienationũ optima atq; ex optimis sit/& habenti/& participanti/& qui hoc tenetur furore/ cum amet pulchra/ amator uocatur. Vt enim dictũ est omnis anima hominis/ ea quę uere sunt/intuita est. alioquin in hoc animal non uenisset. Recordari uero ex his quę hic sunt/illorum/ non facile est omnibus / nec quot ex illis breue tempus illic inspexerunt / neq; quot huc descendentes infortunatę fuerunt : ita ut quibusdam consuetudinibus deprauatę / sacrorum quę aliquando inspexerant / obliuionem susceperint. Quamobrem paucę restant/ quibus satis memorię superfit. hę uero quando hic similitudinẽ aliquam eorũ quę illic inspexerant/ intuentur/ obstupescunt/& quasi extra se ponuntur: quę tamen si hæc affectio ignorant / qa non satis omnino persentiunt. Iustitię quidem & temperantię & aliorum quot animis uenerabilia sunt/ splendorem nullum in his imaginibus cernimus/sed per obscura quędam instrumenta uix & per pauci in eorum imagines accedentes eius quod assimilatur genus aspiciunt. At pulchritudinem tunc licebat uidere clarissimã/ quando cum beato illo choro felicem uisionem contemplationemq; secuti cum Ioue quidem nos/ alii uero cum alio quodam deorum / uiderunt & initiati sunt sacris/ quę phas est dicere sacrorum omnium beatissima: quę operamur integri quidẽ nos & malorum expertes/ quot in posterum manebant/integra quoq; & simplicia ĩmobiliaq; & beata spectacula initiati inspectantes pura in luce pueri & ĩmaculati solutiq; ab hoc quod nunc circũferentes/ corpus uocamus in modum ostreę huic alligati. Hæc aũt memorię beneficio sint attributa: ꝑpter quã desiderio illoꝝ quę quõdam uidimus/nunc sermonẽ extendimus. Pulchritudo autẽ quemadmodum diximus/& cum illis progrediens effulgebat tunc/& huc profecti percepimus eã per sensuum nostroꝝ perspicacissimũ clarissime refulgentę. Visus enim nobis peracutissimus est sensuum omniũ/qui per corpus fiunt: quo sapientia non cernitur. Ardẽtes enim excitaret amores/ si qđ tale ipsius simulachrum manifestum oculis proueniret. Eadem est de cęteris quę sunt amabilia/ratio

Nouem alarũ conditiones.

Ad idẽ reuertitur aĩa ĩtra decem milia annorum.

Humana aĩa in bestię uitã & ex bestia ĩ hominem.

Visus nobis acutissimus omniũ sensuum.

At uero

Pulchritudo sola maxime oium amabilis.

At uero pulchritudo sola hanc habuit/sortem ut maxime omnium & perspicua sit & amabilis. Qui ergo non est mysteriis nuper initiatus/aut potius est deprauatus/haud celeriter hinc illuc ad ipsam pulchritudinem excitatur/similitudinem hic quādam quę ab illa denominatur aspiciēs. Quapp non ueneratur dum aspicit/sed quadrupedis ritu deditus uoluptati aggredi/& serere filios nititur petulanterq; congrediens/nec timet/nec erubescit uoluptatē prēter naturā sectari. Sed qui nuper expiatus est sacris/quiue aliquādo est plurima contēplatus/quando uultum diuina forma decorum uidet apte ipsam pulchritudinē imitatū/uel aliquā corporis speciem/primo quidem horret: metusq; priscoꝝ aliquis in eum reuoluitur: deinde inspiciens tanq̄ Deum colit:ac nisi ueretur uehementis insanię crimen/sacra amatis non aliter q̄ Dei statuę faceret. Intuentem uero ipsum uelut ex horrore/pmutatio/sudor & ardor insolitus occupat. Quando enim pulchritudinis influxum per oculos accipit/calefit/quo pennarū natura irrigatur: postq̄ uero incaluit/liquescunt quę ad pululandum spectant/quęq; diu prę duritię cōpacta exitum germinis cohibebant. Vbi aūt influxerit alimonia/pennarū germina iam ab ipsis radicibus tumescentia impetu quodam p animę speciē totam nituntur erumpere, tota enim erat olim pennis suffulcata. Feruet itaq; tūc omnis & prosilit, atq; ut infantes cum dentes emittunt pruritu & dolore gingiuarū uexantur/ita & pēnas/emittentis/anima/feruet/& titillatione molestiaq; afficitur. Itaq; cum pueri speciem intuetur/cupidinemq; inde effluentē imbibens irrigatur calescitq;/dolere iam desinit atq; lętatur. Cū uero pcul abfuerit exaruerintq; meatus qua parte scaturire nititur ala/aridi & constricti/pennarum germen cohibent. Hæc intus una cū cupidineo illo influxu obclusum tumescentiūq; more resiliens/ipsum sibimet suos meatus undiq; obstruit pungitq;. Tota igitur anima undiq; saucia stimulo concitatur & angitur. rursusq; memor pulchritudinis delectatur. Ex utrisq; uero permixtis passionis huiusmodi uehementia & nouitate uexatur:& anxia furit/atq; insanit. Sic affecta prę furore/neq; nocte dormire potest/neq; die usq̄ consistere: sed passim discurrit desiderio pulchri uidendi perculsa. Videns autē/& in fluxum illum cupidineū hauriens/abstrusa prius & conclusa iam aperit & resoluit. Cum uero iam respirauerit stimulis angustiisq; liberatur. Hac utiq; suauissima uoluptate in psenti usq; adeo delinitur/ut nunq̄ ab eius illecebris sponte discedat:neq; aliquē pluris facit q̄ amatū: sed parentes: fratres: amicosq; omnes obliuioni tradit: ac dissipato per incuriam patrimonio minime cōmouetur patrias quoq; consuetudines & dignitates quibus gloriari solebat penitus aspernatur/& seruire & iacere parata ubicūq; permittitur/modo igniculo suo inhęreat. Non enim colit solūmodo & ueneratur formosum/sed medicū etiam hunc grauissimoꝝ morboꝝ sibi solum inuenit. Hunc utiq; affectum ingenue adolescens ad quē meus est sermo homines/erota.i.amorē appellāt. Quo autē modo dii nominant/si audieris/merito ppter iuuentutē ridebis. Tradunt enim Homerici quidam ut arbitror ex reconditis carminibus/in amorē carmina duo. Quoꝝ alterum ualde petulans/neq; satis concinnum. Sic autē aiunt. Hunc quidem mortales/erota.i.amorē uocant uolatilem. Immortales autē pterota:idest alationē ppter uolandi necessitatē. his partim licet credere/partim non licet. Atqui causa affectioq; amantiū hæc ipsa est. Quotcūq; igitur ex Iouis pedissequis capti fuerint/grauius/constantiusq; alationis onus ferre possunt. Qui uero Martē coluerunt/cūq; illo circūuagati sunt/amore illaqueati/siquam ab amato sibi inferri iniuriam putant,in cędem facile puolant/pręcipitesq; tum ad seipsos/tum ad amatos necandos feruntur. Atq; ita secundum quemq; deorum cum quo quilibet chorum egit/eundem honorat imitaturq; semper in uita pro uiribus quoad permanet incorruptus: & hoc pacto primā huic uitę generationem ducit:talemq; seipsum ad amatos & alios exhibet. Amorem ergo pulchrorū ex suo quisq; deligit more. Et tanq̄ Deus sibi ille sit quasi statuam fabricat & exhornat utpote honoraturus atq; sacrificaturus. Iouis itaq; cultores eum sibi amandum quęrunt/cuius Iouialis sit animus. Quare considerant utrum ad philosophiā & imperiū natura sit aptus:& quando illum amant inuentū/omni opere contendunt quo ille talis euadat. Ac nisi prius quod exoptant ingressi fuerint studio suo tunc cōtendūt admodum/discuntq; undecūq; aliquid possunt/atq; ipsi etiā ad hoc opus pgrediuntur. Inuestigantes ex seipsis Dei sui naturā/uoti tandē cōpotes fiunt/ex eo quod summa quadā attentiōe mentis aciem in Deū erigere cōpellanť: deinde cū p memoriā illum attingāt/diuinitate afflanť/atq; ex eo mores & studia/quatenus homini licet Dei picipē fieri capiunt. Quoniā uero hoꝝ omniū causas referūt in amatū/dilectione ardentius accedunť. Ac si ab Ioue hauriant/bacchantiū sacerdotū more/in amati animum transfundentes proprio Deo quoad possunt/simillimum reddunt. Quicunq; uero Iunonem secuti sunt/regiū quęrunt quo inuento similiter affecti eadē erga illū oīa faciunt. Apollinis pterea reliquorūue cultores deoꝝ singuli deos singulos imitātes/eodē modo affectū natura adolescentē quęrūt. Eoq; cōparato & ipsi imitātes & adolescētibus psuadentes moderātesq; in numinis ipsius studiū & ideam pro uiribus agūt. Non inuidia nō illiberali maleuolentia in adolescētes suos utuntur/sed omni studio illos ad pfectam tum sui tum dei quem colunt similitudinem/formare conantur. Cura igitur finisq; uere amantium si modo quod cupiunt fuerint assecuti/talis est pfecto:

qualem descripsimus: & insignis admodum felixq; ab amico ꝑpter amorem furente/dilecto suo si captus fuerit/ ꝑuenit. Comprehenditur aũt quisquis capitur hoc pacto. Quãlibet animã ab initio huius fabulę trifariã diuisimus: atq; equorũ quidem formas geminas/ duas quasdã species posuimus. Aurigã uero speciẽ tertiam: eadẽq; nobis in ꝑsentia maneant. Equorũ autẽ alter bonus: alter non. Quę aũt aut boni equi uirtus/ aut mali prauitas sit/ nõdum plane diximus/ nunc uero dicẽdũ. Bonus excellentiori habitu situs est/ specie rectus/ & articulatim distinctus/ ardua ceruice/ naribus modice aquilinis nitido colore/ nigris oculis/ honoris cupidus/ tẽperantię/ pudorisq; ꝑticeps: ac uerę opinionis amicus/ nullis stimulis indigens. s. cohortatione sola rationeq; regitur. Alter intortus & multiplex fususq; & confuse cõpositus: rigenti & dura ceruice atq; demisso collo/ simo uultu/ fusco colore/ oculis cęsiis sanguineq; suffusis/ morosus & contumax/ irsutis auribus atq; surdis/ uix flagello stimulisq; obtẽperans. Quãdo igitur auriga amatoriũ aspiciens uultum/ totãq; sensu inflãmans animã titillationis & desiderii stimulis cõcitatur/ tum qui aurigę obediens est equorũ ut consueuit pudore cohibitus seipsum continet ne ꝓsiliat in amatũ. Alter neq; stimulis/ neq; uerberibus coherceri potest/ sed exultat: ac uiolentia delatus cõiunctũ sibi equũ aurigãq; ꝑturbat rapitq; ad ueneris uoluptatẽ. At illi ab initio aduersanẽ: indignati quod ad grauia & iniqua trahãtur. Tandem cũ malum id minime cesset/ cõpulsi ferũtur/ ceduntq; iam & cõsentiunt quod iussi sunt facere/ hinc hęrent igniculo/ aspectũq; ipsius coruscũ inspiciũt. Quẽ intuitus auriga/ pulchritudinis ipsius naturã memoria repetit/ rursusq; illam cũ tẽperantia cernit/ in casto fundamento firmiter collocatã. Videns aũt metuit/ ac prę reuerẽtia recidit resupinus: ubi simulq; cogitur usq; adeo habenas retrahere/ ut equi ambo fœmoribus/ aut natib⁹ humi resideant: sed alter quidẽ sponte/ qa minĩe reluctatur: procax aũt equus alter ꝑrsus inuitus. longius uero discedentes/ alter quidem ꝑpter uerecundiã admirationẽq; sudore totam animã madefacit. alter uero a dolore liberatus quẽ & frenũ & casus incusserat: uix tandem respirat/ atq; resipiscens indignatõe motus aurigã equũq; coniunctũ increpat quod timiditate atq; ignauia constitutũ ordinẽ deseruerint. Rursusq; nolẽtes accedere/ cogens/ uix tandem concessit/ illis differri in posterũ exorantibus. Accedẽte aũt statuto tẽpore/ cuius esse ĩmemores illi quidẽ simulant/ hic uero illis cõmemorat ui illata ĩniens trahensq; cõpellit iterũ iisdem uerbis amatos affari: postq̃ uero ꝓpe accesserũt/ inflexus inclinatusq; extensa cauda frenum mordet: & ĩpudentissime rapit. Sed auriga multomagis eadẽ passus/ & quasi determino flectẽs resupinus habens longe uehemẽtes trahit & dentes equi flagitiosi reprimit: atq; impurã linguã maxillasq; cruẽtans crura natesq; humi defigit/ ac pœnas dare cõpellit. Quãdo uero idem sępe prauus equus ille ꝑpessus/ lasciuire destitit mansuefactus iam aurigę obtẽperat ꝓuidentię: atq; etiam cum uidet pulchrũ formidine cõtremiscit a Deo ut quãdoq; cõtingat amatoris animã iam cũ reuerentia quadã & metu adolescẽtũ uestigia sequi. Vtpote igitur omni cultu tanq̃ Deo ęqualis adolescẽs obseruatus ab amato re haud quidẽ simulante. Sed reuera sic affecto/ ꝑsertim cũ & ipse honoratus natura colẽtis sit amicus/ in idem postremo cũ amatore conspirat: ac etiã si antea a familiaribus suis condiscipulisq; & aliis ꝑ calumniã deceptus fuerit/ dicentibus turpe esse amanti hęrere/ ideoq; amantẽ reiecerit tandem uero ꝓcedentẽ tpe ętas & naturę debitus ordo eũ in consuetudinẽ amãtis inducunt. Nunq̃ enim fato decretũ est uel malum amicũ malo/ uel bonũ bono non amicũ esse. Ergo cũ adolescẽs colloquio & cõsuetudine receperit amatorẽ/ tunc amãtis illius beneuolẽtia iam facta ꝓpinquior/ amatũ ipm amirari cõpellit. Animaduertẽtẽ necessariorũ amicorũq; oĩum aliorũ beneuolentiã si cũ amico diuinitus afflato conferatur/ nullius fore momenti: ac si senior ille diu sic pergat: hęreatq; & in gymnasiis cęterisue similibus tangat/ tũc iam fluxus liquorisq; illius fons quẽ himeron. i. cupidineũ ĩfluxũ Iuppiter Ganymedis amore captus uocauit/ quiue in amantem uber influxit/ ꝑtim in ipsum infusus est: ꝑtim extra ipso exuberante effunditur. atq; ut flamen & echo/ alenibus solidisq; repulsa corporibus eodẽ unde uenerunt/ iterũ reflectuntur/ ita pulchritudinis: ille liuor rursus in pulchrũ ꝑ oculos refluens qua penetrare in animã cõsueuit adeo pẽnarum meatus irrigat ut & possint iam & incipiant pululare: atq; ita amati animũ mutuo implet amore. Amat igitũr/ quid uero diligat ambigit/ affectũq; suũ nec nouit nec eloqui potest: sed ꝑinde ac si lippi alicuius aspectu oculos similiter sit infectus ꝑsentis morbi assignare causam nescit/ nec aĩaduertit quod seipsum amatore tanq̃ in speculo respicit. Itaq; ꝑsente illo/ dolere ut ille similiter desinit: absente uero desiderat uicissim desideratus: mutuum amorẽ tanq̃ amoris simulachrũ possidens: nec amorẽ ipsum/ sed amicitiã & uocat & putat. Cupit ergo ferme ut ille quãuis moderati⁹ uidere atq; assidua consuetudine perfrui: & ut par est post hac ꝓtinus hæc facit. In ipsa igitur consuetudine amatoris quidem intẽperans equus aurigã cõpellans breuẽ efflagitat pro multis laboribus uoluptatẽ. adolescẽtis aũt equus eidem/ quid dicat ignorat/ sed percitus anxi usq; amantẽ mutua ꝓsequit̃ beneuolentia amãtissimo suo cõgratulatus. Atq; in ipsa familiaritate paratus est pro uiribus amatoris desiderio obtemperare. Coniugatus aũt equus simul & auriga cũ pudore & ratione his in rebus huic aduersantur. Quare si secũdum rectã uitę institutionẽ & philosophię studia meliores cogitationis

partes

partes obtineant/beatam atq; cõcordem præsentem uitam agunt.sui ipsorum domini atq; mode
sti ea parte subiecta cui animæ uitium inest:ea contra liberata ad quam probitas pertinet.In huius
autem uitæ fine recuperatis alis præpetes euolant cũ trium certaminum uere olympicorũ unum
peruicerint.Quo quidẽ nullum præstantius bonum aut humana temperantia aut diuinus furor
hominibus afferre potest.Quod si impudentiorem quandam uitam/philosophiæ expertem alio-
quin ambitiosam secuti sint/Forte in ebrietate aut alia quauis desidiosa licentia/intemperati illorũ
equi incautas animas inuadunt.easq; in idem conducentes illud oblectamenti genus sectari com
pellunt/quod uulgo beatissimum iudicatur.inq; eius desiderii expletione non nunquã deinde uer-
santur.Hac tamen idcirco raro utuntur/quia non omnis in hoc consentit animi cogitatio/Amici
ergo & isti licet minus q̃ illi superiores tum feruẽte amore/tum restincto degunt.fidem sibi inuicẽ
firmissimam & dedisse & accepisse putantes.nephas enim esse ducunt fidem frangere/& inimicos
quandoq; ex amicis euadere.Demum cum naturę sic cõcesserint/affecti abeunt ut alati quidẽ non
dũ sint/sed pennas emittere quodãmodo cæperint.Quamobrẽ premiũ amatorii furoris nõ par-
uum reportant.Nam in tenebras locumq; sub terram descẽdere illos qui iam iter sub cælis agere
cęperant/Lex prohibet:sed claram uitam agentes beatos fieri iubet dum una pergunt & simul alas
emittunt:atq; hæc amoris gratia fiunt.Tot igitur ac talia/o/puer tanq̃ diuina/amatoris tibi amici
tia conferet.Eius autem qui non amat/familiaritas temperantiæ mortali coniuncta/mortalibusq;
& exilibus ministeriis dedita illiberalitatem illam quæ uulgo uirtus habetur in sodalis sui animo ge
nerabit:efficietq; ut nouem annorum milia super terram/& sub terrã demens pererret.Hanc tibi Oratio ad amorem.
o dilecte amor q̃ pulcherrime optimeq; ualuimus poeticis/tũ uerbis/tum figuris impulsu/Phędri
palinodiã cecinimus.Quare & ante dictis ignoscens & hæc grata/a/nobis accipiens benignus pro/
pitiusq; mihi assistes amatoriam artẽ nobis abs te cõcessam/neq; auferas indignatione aliquas neq;
etiam minuas.Quinetiam da ut magisq; nunc apud honestos in pretio sim.Tũ siquid numine tuo
indignum/a/Phędro &/a/me dictum sit/lysiam disputationis huius auctorẽ accusas/ab huiusmodi
sermonibus desistere facias.& ad philosophiam quemadmodum frater eius Polemarchus uersus
est/ita illum conuerte/ut & hic eius amator Phędrus non haud amplius/ut nunc modo huc/modo
illuc se transferat:sed in amoris simul/& sapientiæ studio prorsus uitã agat.PHE.Hæc ego quoq; si
præstat ita fieri o Socrates deũ oro.Tuũ uero sermonẽ iampridẽ ammiror q̃ ualde superiorẽ ante
cellit:ut iã uerear/ne Lysias mihi humilis uideat̃/si ad hunc cõferre aliũ studeat.At qui eũ nup cuiꝰ
quispiã o uir mirifice i hoc ipso uituperauit:perq; totã accusationẽ orationũ scriptorẽ uocauit:for
te igit̃ honoris cã/a cõscriptiõe huiusmodi abstinebit.SO.Ridicula hæc o adolescens sñia est/& ab
amici mente longe aberras:si eũ usq; adeo meticulosum putas:forte uero obtrectatorẽ eius existi
mas uera iudicare quæ obiicit.PHE.Ita ꝑfecto uisum est o Socrates:neq; te fugit potẽtes in repu
blica:præstantesq; uiros uereri orationes cõponere eorũq; scripta relinquere ne sophistæ fuisse po
steris uideant̃.SO.puerbium illud/dulcis ancon/i.cubitus o Phædre te latuit/a longo cubitu qui
ꝓpe nilum est/ductũ fuisse:neq; id solũ/sed illud quoq; te fugit/quod excellentes prudẽtia ciues in
cõscribendis posteritatiq; relinquendis orationibus summopere studẽt:qui usq; adeo laudatores
suorum operũ diligunt/ut primos eos adscribãt/qui scripta ubiq; laudẽt.PHE.Quomodo id ais?
Non enim ĩtelligo.SO.Nescis quod in exordio libri a ciuili uiro compositi/primus est laudator
adscriptus.PHE.Quo pacto?SO.Probata est inquit ipsorũ sñia senatui/aut populo/aut utrisq;/&
ille ait q ab illo/& quæ deinceps ambitiose nominans extollensq; sñiæ auctorem:deinde etiã dicit
post hæc/suã ostentans laudatoribus sapientiã.Idq; sæpe postquam prolixã orationẽ habuerit.An
aliud quicquã tibi istud uidet̃/q̃ scripta oratio?PHE.Non aliud certe.SO.Quod si approbet̃/ge
stiens ex theatro discedit tanq̃ poeta:sin autẽ reprobetur excludaturq;/a scribẽda sñia/neq; dignus
cuius sñia mandetur litteris/habeatur meret ipse/eiusq; amici.PHE.Et maxime quidẽ.SO.In hoc
plane demonstrãt se minime aspernari studiũ huiusmodi:sed multifacere.PHE.Sũmopere.SO.
Quid uero si orator quispiã/aut rex eã nactus sit facultatẽ/ut quẽadmodum Lycurgus/aut Solo/aut
Darius ĩmortalis in ciuitate scriptor haberi possit/an non/& ipse ęqualẽ se deo adhuc uiuentẽ existi
mat?& posteri monimẽta eius considerantes/de illo similiter iudicãt?PHE.Vehementer.SO.An
igitur cẽses taliũ quẽpiam/uel quantũcunq; maliuolũ Lysiæ studiũ eius hoc scribendi uituperaturũ?
PHE.Ex his quæ tu dicis id consentaneũ nõ uidet̃:nã suũ quoq; studiũ/ut uidetur uituperaret.SO.
Ergo ex hoc perspicuũ esse cuiq; potest/non ob hoc ipsum quod scribat/quẽquam esse uituperãdũ.
PHE.Quid enim?SO.At illud est/ut arbitror turpe/turpiter ac male/& loq/& scribere.PHE.Ma-
nifestũ id quidẽ.SO.Quæ nam igit̃/& bene/& nõ bene scribendi ratio est?Nũqd opus est nobis o
Phædre de his/a Lysia/uel ab alio sciscitari q/uel quãdoq; scripserit aliquid:uel sit scripturus:seu ci
uile publicũ opus/siue priuatũ:aut carmine:ut poeta:aut tanq̃ priuatus oratiõe soluta?PHE.Ro-
gas an opus sit?Cuius enim gratia:ut ita dicam:uiuat quispiã:nisi huiusmodi uoluptatũ.Nõ enim
illarũ gratia:quas dolor necessario antecedit:alioquin uoluptas minime prouenit.Quod omnes
&

pene uoluptates corporis habent. Quare ſeruiles nõ iniuria ſunt appellatæ. SO. Ocio utiq; abun-
damus: ac etiá mihi uidentur uelut in æſtu ſuper caput noſtrũ cicadæ canentes/& inuicẽ diſputan-
tes nos contueri. Si ergo nos uiderent queádmodũ/& alios multos in meridie non diſputátes qui/
dem: ſed dormitantes: ab ipſis ob mentis deſidiá delinitos/merito deriderent exiſtimantes manci
pia quædá ad eas illuc diuertiſſe. Inq; ipſo ſeceſſu tãq̃ pecudes ſub umbra ſecus fontem meridiano
ſomno teneri. Sinautẽ uiderint diſſerentes nos minimeq; ab illarũ q̃ſi ſirenũ illecebris captos/quo
minus portũ uerſus enauigaremus forte nobis libentiſſime premiũ illud tribuent/quo deorũ con
ceſſione traducere ad homines poſſunt. PHE. Quidná muneris iſtud eſt quod poſſident? Nũq̃.n.
audiſſe uideor. SO. Non tñ decet muſarũ ſtudioſum uirũ rerũ huiuſmodi ignarũ eſſe: fertur autẽ

Fabula de ortu & beneficio cicadarũ.

hos olim homines ante muſas fuiſſe. Natis deinde muſis cantuq; monſtrato/illorũ non nullos uo-
luptate cantus uſq; adeo delinitos fuiſſe/ut canentes cibũ potũq; negligerent imprudenterq; peri
rent: ex quibus deinceps cicadarũ genus ſit natũ munus hoc/a/muſis nactũ/ut alimonia nõ indige-
at: ſed abſq; cibo potuq; quádiu uixerit/cantet: poſtea uero ad muſas proficiſcatur/quá quis homi-
num muſam hic colat/renunciaturũ. Ergo Terpſichoræ nuntiantes qui præcipue illá iu choris ce/
tibuſq; celebrauerint/eá ipſis propitiá reddunt. Erato autẽ eos q in rebus amatoriis honorauerint
atq; aliis eodẽ modo pro ſua cuiq; uenerationis ſpecie. Calliopæ autẽ antiquiſſimæ/eáq; ſequenti.
Vraniæ eos qui in philoſophia uiuunt coluntq; ipſarũ muſicá/referũt: quæ præcæteris muſis circa
cœlũ: atq; ſermones/tam diuinos/q̃ humanos uerſantur/uocẽ pulcherrime modulátes. Itaq; mul-
tis de cauſis/dicendũ eſt aliquid? neq; in meridie dormitandũ. PHE. Dicẽdũ certe. SO. igiť quod
modo ſtatueramus/iá diſſerendũ eſt/qua nidelicet rõne qs recte/aut non recte/& loquať/& ſcribať.
Pauſanias. Proculdubio Socrates. An nõ neceſſe eſt eũ/qui recte dicturus ſit/uerá i ea re de qua lo-
quatur intelligentiá habere. PHE. Audiui eqdẽ o Socrates amice nõ eſſe futuro oratori neceſſariũ
quæ re uera iuſta ſunt diſcere/ſed quæ iudicantiũ multitudini uideanť: neque re uera bona/aut ho-
neſta/ſed quæ ſic appareant: ex his enim potius q̃ ex ueritate poſſe perſuadere. SO. Nunq̃ o Phæ-
dre ſapientũ cõtẽnenda ſunt dicta: immo diligenter qd ſibi uelint conſideranda. Itaq; quod modo
dicebas prætereundũ eẽ nõ arbitror. PHE. Probe loqueris. SO. Sic igiť iſtud cõſideremus. PHE.
Quo pacto? SO. Hoc plane. Si tibi ſuaderẽ/hoſtes te equo expugnaturũ/utriq; uero equum ignora-
remus. Sed ego id tantũ de te ſcirẽ/quod Phædrus equum putat eẽ domeſticũ/& grandibus aurib⁹
animal. PHE. Ridiculũ id quidẽ eſſet o Socrates. SO. Nõdum iſtud: ſed qñ obnixe tibi perſuade-
re conarer oratione in aſini laudes compoſita equm illũ uocans/affirmanſq; præſtátiſſimũ animal
eſſe/utile domi/& foris ad bellũ prõptiſſimũ/ad ſarcinas ferendas aptũ/& ad multa alia cõmodiſſi
mum. PHE. Valde id abſurdũ. SO. Nõne præſtat: ridiculũ amicũ eſſe q̃ grauẽ/& inimicũ? PHE.
Videtur. SO. Quando igitur orator boni maliq; ignarus ciuitati ſimiliter affecte ſuadeat nõ ora-
tione quidẽ in umbræ aſini laudẽ táquá equs illa ſit compoſita/ſed de malo tanquá bonũ id ſit diſſe
rens: uulgiq; opiniones aucupatus/mala facere pro bonis inducat/qualẽ putas oratorẽ huiuſmodi
ſegetem quá ſeuit meſſurũ? PHE. Haud ſatis boná. SO. Nũ o bone uir ruſticius/quá deceat dicẽdi
artẽ uituperauimus. Illa uero forſitan dixerit. Quid o uiri mirabiles deliratis? Ego enim neminem
ueritatis ignarũ diſcere orare compello. Sed ſiquis conſilio meo paruerit: percepta ueritate me ca
piet: hoc ſane affirmo eſſe maximũ: quod abſq; me illi qui res nouerit nihilomagis perſuadẽdi ars
aderit. PHE. An non iure hæc dixerit. SO. Fateor equidẽ/ſi modo ſequentes rationes/artẽ eſſe illá
teſtentur. Audire náq; mihi uideor rationes nõ nullas aſſerẽtes/mentiri eá/neq; artẽ eẽ: ſed aliquẽ
ſine arte uſum. Verá autẽ dicendi artem abſq; ueritate iquit Laco neq; eſſe aliquá neq; unquá fore.

Ars recte dicendi nõ erit abſq; ueritate

PHE. his utiq; rationibus opus eſt o Socrates. Igitur huc eas adducens quid dicant/& quomodo/
diſcute. SO. Adeſte animalia generoſa/ac Phædro honeſto adoleſcenti perſuadete/niſi ſufficiẽter
philoſophetur/eum nunquá aliqua de re ſufficienter eſſe dicturũ. Reſpondeat Phædrus. SO. In-

Circa quę uerſetur recta ratio dicẽdi:

terrogate. An non rhetorica oĩno ars erit alliciens aĩam per ſermones. Non in iudiciis modo cęte
riſq; publicis cętibus/uerũetiá in priuatis cõgreſſibus eadẽ de magnis qbuſq; rebus/& paruis. Ni-
hil.n. honorabilibus in magnis q̃ in exiguis ex recta artis ratione ſe gerere. Nunquid tu hæc audi-

Neſtor & Vlixes arte dicendi uſi ſunt.

ſti? PHE. Non ita prorſus per Iouẽ. Verũ circa iudicia præcipue ars iſta dicitur/ſcribiturq; necnõ
circa contiones: ultra uero eá porrigi non audiui. SO. Nunquid artem dicendi quá Neſtor/& Vli
xes apud Ilium uſi ſunt/audiſti? eá uero quá Palamedes/audiſti nunquá? PHE. Et per Iouẽ Neſtoris
orationes audiui/niſi forte Gorgiá Neſtorẽ fingis eſſe/aut Thraſymachũ Theodorũq; Vlixẽ. SO.

Quod ars dicendi ſit contradicens nõ erit in iudiciis ſolum;

Forſan: ſed hos mittamus. Tu uero reſponde. Quid in iudiciis aduerſarii faciunt? Nonne contra-
dicunt. An qd aliud dicemus. PHE. Hoc ipſum. SO. Nũ de Iuſto atq; Iniuſto? PHE. Ita. SO. Nõ/
ne qui arte id agit/efficiet/ut idẽ eiſdẽ/tum iuſtũ/tum iniuſtũ appareat? PHE. Quid prohibet? SO.
Et in concione/ut eadẽ ciuitati modo bona modo cõtraria uideanť. PHE. Certe. SO. Eenimuero
Eleatem Palamedẽ artificio ſuo efficere ſolitum accæpimus: ut eadẽ audientibus ſimilia/& diſſimi-
lia. Vnũ/& multa manentia/& fluentia uiderentur. PHE. Maxie. SO. facultas ergo contradictoria

non iudiciis

nõ i iudiciis solum /& concionibus uerumetiã in omnibus/ut apparet quę dicunť/quando quidem una quædã ars est/uersatur: qua quis poterit omnia omnibus/& quæ possunt/& quibus possint/similia fingere/& alio similia ista occulente in lucẽ educere.PHE.Quonam pacto id ais?SO.Hoc equidem.Num deceptio in his quæ multũ/an quæ parum differunt accidit.PHE.In his quę parũ.SO. At qui si paulatim transieris latebis magis/dum ad contrariũ uenies ꝗ̃ si subito transilieris.PHE. Quidni?SO.Oportet igitur eũ quicunq; decepturus sit alium ipse minime decipiendus similitudinem/& dissimilitudinẽ rerũ exquisite dinoscere.PHE.Necessarium est.SO.Nunquid igitur singulorũ ueritatis inscius/poterit eius quod ignorat similitudinem in uniuersis paruam/aut magnã diiudicare?PHE.Impossibile id quidem.SO.Ergo illos qui præter rerũ naturam opinantur falsiq; sunt/constat propter similitudines aliquas sic esse affectos.PHE.Sic accidit.SO.Num igiť poterit quisquã si rem quãlibet ignorauerit/artificiose aliquẽ sensimq;/a/uero in contrariũ per similitudines aliquas sigillatim traducere?aut errorẽ hunc in seipso uitare?PHE.Nunquã.SO.Quamobrẽ o amice quicunq; ueritatem ignorat/& opinionibus ducitur/dicendi quoq; facultatẽ/ut uideť inertem exhibet atq; ridiculam.PHE.Ita uideť.SO. An uis in oratione Lysiæ quã in manibus habes/ & in nostra disputatione uidere/ubi artificiose/& ubi sine arte agitur.PHE.Maxime omnium.Nunc enim in præsentia loquimur/cũ exemplis perspicuis careamus.SO. At enim fortuna quadam orationes dictæ sunt/ut uidetur exemplo monstrantes/compotem ueritatis uirum/dum uerbis iocatur/trahere auditores.Atq; ego o Phædre locales deos huius rei causas arbitror.Forte etiã musarum interpretes super capita nostra cantores munus hoc nobis inspirauerunt.Ego enim dicendi artẽ habeo nullam.PHE.Esto ut ais.Solũ quod dicis ostende.SO.Age itaq;/prohæmium orationis Lysiæ lege.PHE.Mearũ quidẽ rerum status sic/ut intellexisti:se habet:atq; cum ita sit/quẽadmodũ nobis conducere putem audisti.Arbitror equidem me nõ minus ob id abs te siquid petiero consecuturũ/quod amore tui captus minime sum.Nã amatores cum primũ amare desierunt/ collati beneficii pænitet.SO.Desine.In quo iste delinquat/& quid sine arte faciat/dicendũ.Nõne? PHE.profecto.SO.An non constat cuiq;/quod in aliis/dum loquimur idem sentimus omnes/in aliis uero non idem?PHE.Quamuis quod ais intelligere uideor/planius tamẽ/ut dicas cupio.SO. Quando quis ferri nomen/uel argenti pronuntiat/idem omnes protinus intelligimus.PHE.prorsus.SO.Quid cum iusti/uel boni nomen?nõne alius alio fertur?atq; cũ aliis/& nobiscum ipsi ambigimus.PHE.Magnopere.SO.In aliis ergo consentimus.In aliis dissentimus.PHE.Sic est.SO. Vbi nam facilius falli possumus?& in quibus horũ rhetorica plurimũ ualet?PHE. patet/in quibus ambigimus.SO.Oportet igitur eũ qui rhetoricam sit assecuturus primũ hec ordine discreuisse/& quæ utriusq; speciei figure sint percepisse:& ubi maxime falli ambiguitate multitudo põt/ubi non potest.PHE. preclarã quãdam o Socrates agnosceret speciẽ/qui cogitatione id caperet.SO.Deinde oportere arbitror eũ nihil latere/cũ ad singula uenerit sed acute persentire id de quo dicturus sit utrius sit generis.PHE.Cur non.SO. Quid porro amorem?utrum ambigui generis/an alterius esse dicemus?PHE. Ambigui prorsus.SO.An putas eũ tibi illa de se dicere concessurũ quę supra dicebas?quod uidelicet amato simul atq; amãti perniciosus est:ac rursus quod omnium maximũ est bonorũ.PHE.Scite loqueris.SO.Sed id quoq; dicas.Ego enim propter diuinã illam occupationẽ/non admodũ memini.Num amorẽ in disputationis principio definierim.PHE.per Iouẽ mirifice.SO.O quanto solertiores Acheloi nymphas/& Pana Mercurii filiũ Lysia Cephali filio ad orationes cõponendas esse demonstras?An uero nihil dico?Sed Lysias quoq; i amatorii sermonis exordio coegit nos intelligere amorẽ/certũ aliquid esse quod ipse uolebat:atq; ad id sequentia referens orationẽ omnẽ peregit.Vis ne pricipiũ rursus legamus?PHE.Vt lubet ꝗuis ibi quod quæris/minime sit.SO.Lege ut illũ ipsum audiã.PHE.Mearũ qdem rerũ status sicut intellexisti se habet/atq; cũ ita sit/quemadmodũ nobis conducere putẽ audisti.Arbitror equidẽ me non minus ob id abs te siquid petiero consecuturũ quod amore tui captus minime sum.Nã amatores cũ primũ amare desierint collati beneficii pœnitet.SO.permultũ abesse uidetur/ut quod quærimus/faciat:siquidẽ non a principio sed/a/fine modo quodã conuerso/& resupino sermonẽ transigere nititur:incipitq; ab illis quæ amator extincto amore adolescentibus obiicit.An forte nihil dixi o Phædre mi lępidũ caput?PHE.Finis est ꝓfecto o Socrates de quo sermonẽ habet.SO.Quid alia?nõne sparsim sermonis partes tibi iacte uidentur?An censes quod secundo loco positum est/necessitate quadam ita esse subiunctũ?aut aliquid aliud ab illo dictorũ?Nã mihi quidẽ utpote omniũ ignaro uidetur/non ingenerose quicquid incidit a scriptore dictũ fuisse.Tu uero necessitatẽ scribendi aliquam habes per quam ille sic ea inuicem deinceps disposuit?PHE.Optimus es o Socrates:siquidẽ me putas scripta adeo subtiliter posse diiudicare.SO.Sed hoc arbitror te dicturũ oportere orationem omnem tanquam animal quoddam constitui/ut suum quoddã habeat corpus / quod neq; sine capite sit/neq; pedibus careat:sed habeat media atq; extrema sibi inuicem/& toti conuenientia. PHE.Quidni?SO.Considera queso utrum amici tui oratio sic se an aliter habeat.Reperies eam

Deceptio in iis:quę parũ differunt.

Decepturus aliũ uult exacte nosse rerũ similitudinẽ & dissimi.

Cõcluditur oratoriã sine ueritate esse deridendam.

Oratio tanꝗ animal suum corpus hñs cõstituenda.

Epigrãma super sepulcro Midæ.

nihilo ab eo epigrammate discrepare quod Midæ Phrygio inscriptum nonnulli fuisse tradunt. PHE. Quid istud/& quale? SO. Audi. Ænea uirgo sum Midæ sepulchro imposita. Quoad aqua fluet arboresq; uirescent/hic permanens pretereuntibus nuntiabo in hoc deplorato Midam iacere sepulchro. Quod uero nihil interest quemlibet eius partem/ut primam/uel ut ultimam ponere/ut arbitror tu ipse uides. PHE. Orationem nostram mordes o Socrates. SO. Hanc ergo ne nobis succenseas dimittamus: quamuis in ea multa repperiri posse exempla uideantur: quibus inspectis utilitas nobis ex hoc prouentura sit/ne talia imitemur. Verum ad orationes alias descēdamus: habebat ille quidem non nihil/ut arbitror/quod/a/uiris dicendi studiosis sit obseruandū. PHE. quid illud? SO. Erant utiq; contrariæ: altera siquidem amanti/altera non amanti inhærendum asseuerabat. PHE. Ac strenue quidem. SO. Quod uerius est te responsurum putaram: uidelicet/ac furiose quidem. Cæterum quod quærebam id ipsum est. Furorem quendam amorem uocauimus. An non? PHE. Certe. SO. Furoris autem duas species ponimus. Alteram ab humanis morbis. Alteram ex alienatione diuina/qua extra consuetam uitæ institutionem quis rapitur. PHE. Omnino. SO. Diuinæ autem partes quattuor: ut etiam dii præsunt quattuor. Et uaticinii quidem inspiratione Apollini. Mysteria Dionysio: poeticam musis: amatorium furorem Veneri/& Amori omnium optimum tribuimus. Ac nescio quomodo/dum amoris affectum per imagines quasdam effingeremus/ueritatem forte aliquam attingimus/forte etiam alio transgressi sumus. Ideoq; miscētes orationem non penitus improbabilem/fabulosum quendam hymnum composuimus: & quasi ludentes meum ac tuum o Phædre dominum Amorem pulchrorum præsidem puerorum/modeste laudauimus. PHE. Hæc mihi: auditu non iniocunda. SO. Hoc itaq; inde accipiamus quo pacto a uituperatione ad laudes disputatio pertransiuit. PHE. Quonam modo id ais? SO. Mihi quidem uidemur cætera reuera lusisse. At siquis duarum specierum in quas modo ex fortuna incidimus/uim arte cōprehenderit/opus non ingratum fuerit cōsecutus. PHE. Quas species dicis? SO. Vt in unam ideā conspiciens passim dispersa conducat/quo singula definiens/manifestum reddat semper id de quo agitur. Quemadmodum nos in præsentia quid amor sit definiuimus/siue bñ seu male id factum sit. Certe hinc disputatio nostra claritatem in se habuit constantēq; sibi ipsi concordiam. PHE. Alterā uero speciē quā dicis o Socrates? SO. Vt rursus secundū species articulatim: p rerum natura incidat: neq; imperiti coqui ritu ulla mēbra confringat: sed perinde faciat/ut superiores sermones fecerunt: qui concitationem mentis unā cōmunem speciem acceperunt. Quemadmodum uero in uno corpore membra gemina eodem nomine nuncupantur/ dextrū unū/sinistrum alterum sic/& concitationis speciem in nobis natura unam sermones illi existimauerunt: & prior ille quidē partem sinistram diuidens/ac rursus hanc patiens non prius destitit / q̄ ibi sinistrū quendam reperiret amorem: inuentumq;/ut par est/improbaret. Sequens alter in dextram furoris partē nos duxit: ubi amorē nomine priori similem/sed diuinum inueniens/& amplificans laudauit tanq̄ bonorum nobis causam maximorum. PHE. Verissima loqueris. SO. Harum ego diuisionum collectionumq; o Phędre amicus sum/ut & intelligendi/& loquendi sim cōpos. Ac siquem alium posse arbitror /tum ad unum/tum ad multa pro rerū natura respicere/huius a tergo tāq̄ dei uestigia sequor. Atq; eos qui id facere possunt/recte an ne contra cognominē/deus ipse nouit. Voco autē hactenus dialecticos. Nunc uero dic obsecro quo nomine pro tua Lysiæq; sententia nuncupari oporteat. An hæc dicendi ars est? qua Thrasymachus aliiq; usi sapientes/& ipsi in dicendo fuerunt: cæterosq; reddunt tales/qui illis tanq̄ regibus offerre munera uolunt. PHE. Regii quidē illi uiri: non tamen earum rerum periti de quibus interrogas. Sed hanc speciem recte sane dialecticā appellare uideris: rhetorica uero adhuc nos fugit. SO. Quomodo istud ais? Pulchrum ne aliquid erit/quod abiis alienum/arte tamen percipiatur? haud quāq̄ spernendum id tibi mihiq; est: sed dicendum. Quid sit reliquum in rhetorica? PHE. permulta o Socrates in libris de arte dicendi cōpositis tradita. SO. Oportune cōmemorasti: prohœmiū arbitror primam orationis partē esse uocandam. Talia quedā egregia illa ornamenta artis appellas? PHE. Sane. SO. Sequitur secundo loco narratio. Testimoniorūq; assertio. Tertio Coniecturæ. Quarto uerisimilia. Probationem quoq;/& approbationē/ut arbitror. Optimus orationum faber Bycantius uir induxit. PHE. Eximium dicis Theodorū. SO. Equidē. Hic etiam inuenit quo pacto in accusatione/& defensione fieri/& geminari redargutio possit. Egregiū autem uirnm Euenum Parium cur in mediū non adducimus? qui subdeclarationes primus inuenit: collaudationes præterea nec desunt qui dicant uituperationes huiusmodi quasdā carminibus memoriæ gratia illum inserrere. Vir enim sapiens est. Tisiā uero Gorgiāq; ualere si nemus qui uerisimilia ueris anteposuerunt. A cui orationis: efficiunt/ut parua esse magna/& magna uicissim parua/uetera itē noua/& nouissima uetera uideantur: breuitatem quoq; loquendi concisam/rursusq; infinitam uerborum prolixitatē adinuenerunt. Quæ cū olim ex me audiret Prodicus/risit seq; solum inuenisse asseruit/quibus uerbis ars illa idigeat. Egere aūt neq; paucis neq; multis/sed mediocribus. PHE. Sapientissime respondisti Prodice. SO. Hippiam

uero

Diuiditur furor.

DIVINI FVRORES QVATTVOR.

Vaticinium Apollini.
Mysteria Dionysio.
Poetica Musis.
Amatorium Ven. & A.

Quī diuidit pōt p rerum natura is dialecticus ē. i. metaphysicus.

uero nequaq̃ cõmemoramus. Arbitror enim cũ ipso. Eliensem quoq; hospitẽ cõsentire. PHE. Cur non. SO. Quid porro de musica Poli concinnitate dicemus? Qui geminationẽ uerborũ: insignes sententias. Comparationes similitudinesq; inuenit. Nominũq; usum: ad orationis splendorẽ / put a/Licymnione didicit. PHE. Pthagoræ autẽ scripta nõne talia quædã erant o Socrates. SO. Recta sane ac propria o puer Prothagoræ elocutio: & multa in stilo præclara. In cõmiserationibus aũt/a/ senectute/ & paupertate cõmouendis Chalcedonius orator excelluit. In ira itẽ concitanda/ & sedanda potens quasi incantatione/ut inquit mulceret. In conficiendis soluendisq; calumniis unde opus fuerit summus. De fine autem orationis omnes conuenire uidentur: sed hunc alii repetitionẽ alii aliter nominant. PHE. finem dicis summatim supradicta omnia in orationis calce in memoriam auditoribus reuocare. SO. Hæc inquam: & siquid tu aliud habes quod de hac arte dicas. PHE. exigua quidẽ habeo neq; memoratu digna. SO. Mittamus exigua: sed hæc in lucẽ potius educamus/ ut quam/ & quando artis/uim habeant uidere possimus. PHE. & maximã quidẽ o Socrates ĩ hominum cetibus potentiã habent. SO. habent profecto: sed o beate tu etiã uide utrũ tibi horũ uestis quemadmodũ mihi rara distutaq; uideatur. PHE. Ostende modo. SO. dic age. Siquis amico tuo. Eryximacho/uel patri eius. Acumeno dicat in hunc modum. Ego quidẽ illa scio corpori admouere quibus/ & calescat pro arbitrio meo/ & frigeat. Vomitum quoq; rursusq; deiectionẽ/ & expurgationes alias prouocare: cæteraq; huiusmodi multa intelligo quibus cognitis/ & medicũ me esse p̃fiteor/ & alium quemlibet medicũ me facere posse: quid illos respõsuros existimas. PHE. Quidnã aliud q̃ percontaturos/nunquid etiam sciat quibus: quando: quousq; singula horum sint adhibenda. SO. Ergo si dicat nullo modo se id intelligere/sed oportere eũ qui ab ipso dediçerit talia quædam facere posse: quid respondebunt? PHE. Certe huiusmodi hominẽ insanire: q cũ ex aliquo medicorũ libro audiuerit quandoq; aliquid/ & in medelas non nullas inciderit neq; quicquã artis ĩtelligat medicũ euasisse se putat. SO. quid uero si ad Sophoclẽ/ & Eurypidem diceret quis scire se parua de re prolixam orationem habere/ & contra de magna breuissimam: & quotiens uelit misericordiam mouere atq; eius contrarium: horrorem/ & minas incutere: cæteraq; similia: atq; his docendis tragicã poesim se docere putaret. PHE. Et hi o Socrates/ut opinor illũ riderent/ qui tragædiã aliud quicquam putaret esse/q̃ horum cõpositionẽ/ & partibus inuicẽ/ & toti conuenientẽ. SO. Nõ tamen rustice/ut arbitror increparent: sed facerent perinde ac musicus aliquis offendens hominẽ censentẽ/se musicũ esse ex eo quod sciat quo pacto fides/tum grauissime reddãtur/tum accutissime hic enim non acerbe quidẽ diceret o miser insanis: sed utpote musicus sic mitius admoneret o uir optime necesse est omnino hæc illum tenere qui futurus sit musicus. Nihil autem prohibet eũ qui sic affectus est/ut tu. De harmonia nihil penitus intelligere: nempe quæ ante harmoniã necessaria sunt agnoscis: harmoniam prorsus ignoras. PHE. rectissime. SO. Sic/ & sophocles illũ sibi obuiũ quæ tragœdiã antecedunt potius q̃ tragœdiã habere diceret: & Acumenus medicus medicinæ p̃cedentia non medicinã. PHE. Ita prorsus. SO. Quid uero? si mellifluus Adrastus/aut Pericles audirent quæ nunc ipsi referebamus e Gragia uerborum artificia: breuiloqua: similitudines: & reliqua illa quæ in lucẽ producta consideranda iudicabamus: nunquid censemus illos quemadmodũ nos præ rusticitate asperrime illis succensuros qui talia scripserint docuerintq; tanquã rhetoricã facultatẽ? An potius utpote nobis sapientiores/nos ita ĩcrepaturos o Phædre atq; Socrates/nõ succẽsendũ est sed ignoscendum/siqui disserendi. Ignari definire quid rhetorica sit non possit atq; ita affecti/dum artẽ antecedentia possident rudimenta/rhetoricã inuenisse se iactent/ & ea docentes oratoriã artẽ absolutã tradere p̃fiteantur. Singula uero istorũ ad persuasionem disponere: totãq; orationem cõtexere. Quasi in his præceptore opus non sit oportere discipulos suos propria industria cõparare. PHE. Talis profecto o Socrates ars illa uidetur esse/quã isti tanquã rhetoricã docent/ & scribunt. Ac mihi uideris uera dixisse. Veræ oratoris persuasorisq; ueri artẽ quonam pacto/ & unde nobis uendicare poterimus? SO. Consentaneũ est o Phædre forte etiã necessariũ queadmodũ ĩ cęteris ita/ & in hoc certamine peragendo perfectũ esse. Quippe si tibi natura/ut sis orator tribuerit/ accedente doctrina/ & exercitatione excellẽs eris orator. Siquid uero tibi horum defuerit/ mancus eris. Quanta uero ars huiusmodi sit/non ea uia quã Gorgias/ & Thrasymachus secuti sunt: sed alia potius constare uidetur. PHE. Quanã maxime. SO. Videtur o uir optime nõ iniuria Pericles oratorũ omniũ p̃fectissimus extitisse. PHE. Cur? SO. Magnæ qualibet artes exercitatione/ dialectica/ contẽplationeq; sublimiũ in natura rerum indigent. Ipsa enim mentis? sublimitas/ & uis efficax in quauis re perficienda hinc quodãmodo proficisci uidentur quod Pericles ad ingenii acumen adiunxit. Anaxagoræ namq; huiusmodi rerũ indagatoris familiaritate fretus/contemplationi se tradidit. Mentisq;/ & dementiæ naturã illã comprehendit/de qua Anaxagoras diffuse disseruit. Vnde ad dicendi artem quod ipsi conducere uidebatur/traduxit. PHE. Quomodo id ais. SO. Medendi, artis atq; dicendi eadem ferme ratio est. PHE. Quonam pacto? SO. In utrisq; partiri naturam oportet/corporis quidem in una/in altera animæ si modo non exercitatione solum/ & usu / uerum

De ui artis dicendi & tempore.

Sophocles. Acumenus. Adrastus.

Quando erit excellens orator.

Magne artes exercitatiõe dialecticæ: & cõtẽplatione indigent.

Pericles Anaxagoræ auditor.

etiam arte corpori medicinas/& alimenta ita ſis prebiturus/ut & ſanum/& robuſtũ efficias: animæ
autem per rationes legitimaſq; inſtitutiones perſuaſionem affatí uirtutemq; adhibiturus. PHE.
Ita ueriſimile eſt o Socrates. SO. Animæ uero naturã abſq; totius natura ſufficienter cognoſci poſ
ſe exiſtimas. PHE. Si Hippocrati Aſclepi ſucceſſori credendum eſt/neq; etiam corporis naturam

Vt oporteat preter autoris ſentẽtiam & rõnẽ quærere.

ſine doctrina huiuſmodi comprehendi poſſe putabimus. SO. Scite loquitur o amice. Oportet au/
tem præter Hippocratem conſiderare utrum diſputationis nobis ratio cõſonet. PHE. Aſſentior.
SO. De naturæ igitur perſcrutatione quid Hippocrates/& uera ratio dicat attende. An non ita cu
iuſq; natura excogitanda eſt? primo quidẽ utrum ſimplex illud ſit an multiplex de quo/& ipſi habe
re artem/& aliis dare poſſe deſideramus: deinde ſi eſt ſimplex/inueſtigandũ quam/& ad quid ĩ agẽ/

De naturę ratione.

do rurſuſq; quam/& quo in patiendo natura habeat. Quod ſi ſpecies habet multas/his dinumera
tis in ſingulis ſimiliter ac in una naturalis/& agendi/& patiendi uis inquirenda. PHE. Sic apparet o
Socrates. SO. Sine his uero progreſſio tanquam cæci iter eſſe uidetur. Non tamen cæco/uel ſurdo
qui arte tractat aliquid eſt cõparandus. Sed patet quod quiſquis arte alicui ſermones accõmodat/
naturam ſubſtantiæ illius exquiſite monſtrabit/cui ſermones adhibet: id autem eſt anima. PHE.
Abſq; dubio. SO. Nõne ad id ſtudiũ illius omne contendit/ut huic penitus perſuadeat? PHE. pro
ſus. SO. Conſtat igitur quod Thraſymacus/& quicunq; alius tradendæ ĩcumbit rhetoricæ/primo
quidem ſumma diligentia deſcribere declarareq; debebit utrum anima naturaliter unum/& quid
dã ſimile ſit an ſecũdũ formã corporis multiplex hoc eni eẽ dicim⁹ naturã oñdere. PHE. oĩo. SO.
Secũdo qd facere cuiq; qdue a quoq; pati queat oñdet. PHE. Certe. SO. Tertio diſtĩctis ſermonũ
aĩæq; generib⁹ atque affectib⁹/cauſas oẽs percurrere/ſingula ſingulis accõmodans/docenſq; qua
lis animas qualibus ſermõibus quãue ob cauſam neceſſario hæc quidem mouetur/illa uero nequa
quam. PHE. Præclariſſimũ/ut uidetur hoc eſſet. SO. Neq; igitur hoc o amice neq; aliud quicquã
ſi aliter tractetur/artificioſe unq̃ tractabit̃. Noſtri uero in hac arte ſcriptores/quos ipſe audiſti calli
di ſunt/& animæ naturam pulcherrime cognoſcentes nos cœlant. Nos uero priuſq̃ hoc modo lo

Quo pacto arte ſcribendum.

quantur/& ſcribant/nunquam ex arte eos ſcribere confitebimur. PHE. Quem dicis modum? SO.
Verba quidem ipſa non facile dixerim. Quo autẽ modo ſcribere oporteat ſi arte ſcripturi ſimus/
quoad fieri poteſt exponam. PHE. Dic obſecro. SO. poſtquam dicendi facultas quædam animi
attractio ac productio eſt/futurum oratorẽ neceſſe eſt quot ſpecies animus habet cognoſcere: hæ
uero tot taleſq; ſunt. Vnde tales alii/alii tales efficiuntur: his ita diſtinctis ſermonum quoq; tot ta
leſq; ſunt ſpecies. Tales igitur animi/talibus quibuſdã ſermonibus certa quadã de cauſa ad talia q̃
dam facile perſuadentur. Aliter uero affecti aliq̃ ob cauſam/minime. Oportet itaq; hominem ta
lia contemplatum/quando hæc in ſingulis fiunt iamq; in ipſa re ſunt ea per ſenſum uelociter aſſeq;
alioquin nondum quicquam plus habere q̃ uerba ſibi quondam/a/doctoribus tradita. At cum ſuf
ficienter poteſt dicere/qualis/a qualibus ſermonibus ſuadetur/præſentẽq; hominẽ acute perſentit
eo ingenio preditũ eſſe/de quo antea fuerit diſputatũ: ſicq; ipſum eſſe talibus ſermonibus ad talia
cõpellendũ/is ita inſtructus/tunc demũ perfecte artem hanc erit conſecutus/ cũ ad ſuperiora hæc
adiunxerit/ut oportunitatẽ loquendi tacendiq; calleat: & uſum abuſumue breuiloquii. Cõmiſera
tionis: uehementiæ acrioris ãplificatiõiſq; cæterarũq; partiũ orationis/a/præceptoribus traditarũ
recte cognoſcat/prius uero nequaq̃. Eum uero qui horũ quouis caruerit in dicendo/aut docendo
aut ſcribendo/dixeritq; ex arte uerba ſe facere/qui non perſuadetur/ exſuperat. Cæterũ ſcriptor ita
forſitan nos cõpellabit o Phædre atq; Socrates ita ne prorſus an aliter dicẽdi artẽ capeſſendã eſſe
cenſetis? PHE. Impoſſibile eſt o Socrates aliter: quãuis nõ paruũ id opus appareat. SO. Vera loq̃
ris/atq; horũ cauſa oportet oĩbus ſurſum deorſumq; ſermonibus reuolutis perquirere nũquid uia
ad illã ulla facilior breuiorq; occurrat: ne temere p longã/& aſperã pererremus: cũ liceat p breuẽ/&
planã incedere. Quare ſiquã tu opẽ afferre potes p ea qua a Lyſia/uel aliquo alio accepiſti/reuoca in
memoriã: & expone. PHE. Experiundi cauſa poſſe quidẽ: non tamen ad præſens. SO. Vis ne ego
tibi/& ſermonẽ recenſeã? quẽ aliquando de huiuſmodi rebus audiui? PHE. quidni? SO. Fertur iu
ſtum eẽ o Phædre lupi illud dicere: ac tu ita facias. Aiunt utiq; nihil oportere hæc tantũ extollere:
neq; ad ſuperna longo ambitu diſputationis efferre. Quippe ſicut in diſputationis principio diximus/oratorem futurũ nõ oportere ueritatẽ noſſe de iuſtis/& bonis/ſiue rebus/ſiue hoĩbus natura/
uel educatione talibus. Nam in iudiciis nulli prorſus horũ ueritatẽ ſed perſuaſionẽ curæ unq̃ eẽ ſo/
lere. Id aũt eẽ ueriſimile: ad quod mẽtẽ intẽdere debeat/qui ſit arte dicturus. Neq; facta dicẽda eẽ
aliqñ/niſi probabile ſit facta fuiſſe: ſed tam in accuſatione q̃ defenſione ſemp ueriſimilia inducẽda.
Et oĩno dicẽtẽ/ueriſimile quidẽ pſequi: uerum autem negligere: hoc enim ſi in omni oratione ſer
uetur/perfectam artem oratoriam exhibere. PHE. Ea narraſti o Socrates/quæ dicunt qui artẽ rhe
toricam profitentur. Memini enim id nos in ſuperioribus breuiter attegiſſe. Videtur autem hoc
magnum quiddam eẽ his qui in hac arte uerſantur. Sed/& Tiſiam ipſum grauiter peſſumdediſti.
SO. Dicat ergo id quoq; nobis Tiſias/nunquid aliud probabile/& ueriſimile nuncupet/ q̃ quod/
uulgo

uulgo uidetur? PHE. Quidnā aliud? SO. Hoc prætereа scitū/& artificiosum inuenisse/& scripsisse uidetur/quod siquis imbecillis/& audax cū robustū quendam timidūq; uerberibus cæsum spoliauerit/in iudiciū deducatur/neutrū horum uerū confiteri oportet: sed timidum quidē dicere nō/a/ solo audace illo esse se cæsum: audacē uero hoc refellere: solos fuisse monstrantē: atq; ad tale qddā confugere. Quonam pacto imbecillis cū sim robustū hunc inuasisse? Ille aūt timiditatē suam nō dicet: sed falsum aliquid excogitans forte aduersarium arguet: atq; in aliis etiā talia q̄dam sunt quæ arte dicuntur. An non sic est o Phædre? PHE. Ita prorsus. SO. O q̄ callide astrusam artem adinuenisse uidetur Tisias/uel quicunq; alius fuerit/uel quocunq; alio cognomine delectetur. Sed nūquid hoc o amice dicemus/an nō? PHE. Quid istud. SO. O Tisia iampridē ante accessum tuū affirmabamus probabile istud/& uerisimile uulgo non aliter q̄ per ueritatis similitudinē fieri. Similitudines aūt ueri ab eo qui ueritatem nouit aptissime ubiq; repperiri posse asserebamus. Quapropter si aliud quicq̄ de hac arte dixeris/auscultabimus quidē: sin minus his qua pauloante diximus/ fidem præstabimus. Quod uidelicet nisi auditorum quis ingenia nouerit dixerintq;/atq; res ipsas in species suas discreuerit/rursusq; singula idea una cōprehenderit/nunq̄ dicendi artem quoad homini licet/adipiscetur: hæc autem sine longo studio assequetur nunquam. In quo non ideo insudabit uir prudens/ut dicere/& agere ad homines possit sed/ut ea potius/& loqui/& facere quæ diis grata sint ualeat. Viri.n. nobis sapientiores o Tisia uirum mentis compotē aiunt non id meditari debere/ut conseruis suis nisi prout contigerit obsequatur/sed ut dñis bonis atq; ex bonis obtemperet. Quāobrem si longior sit circuitus/ne mireris. Non enim/ut ipse putas/sed magnarū rerū gratia circūeundū. Erunt autem/ut ratio dictat siquis uoluerit hæc quoq; pulcherrime ex illis effecta. PHE. p pulchre admodū dici hoc uidetur o Socrates/modo aliquis assequi possit. SO. At præclarum est ad præclara semper anniti: & quicquid contigerit tolerare. PHE. Valde. SO. De arte hactenus/& inscitia oratiōis satis sit dictū. PHE. satis profecto. SO. Reliquum est/ut de scribendi decore/& indecētia quomodo fiat differamus. PHE. Plane. SO. Scis ne quo pacto maxime de sermonibus dicendo/uel agendo deo placere potes? PHE. Minime. Tu uero? SO. Audiui equidem nonnulla/a/ ueteribus tradita: uerum autem ipsi intelligunt. Id uero si nos inueniremus/nūquid humanarum opinionum nobis amplius cura esset. PHE. Ridicula sane interrogatio/sed que audisse dicis recēse. SO. Audiui equidem circa Vacratim Egypti priscorum quendā fuisse deorū: cui dicata sit auis quam ibim uocant. Dæmoni autē ipsi nomen theuth: hūc primum numerum/& computationem inuenisse numerorum: gemetriāq;/& astronomiam: talorū rursus alearumq; ludos/& litteras. Erat tunc totius Egypti rex Thamus/in eminētissima amplissimaq; ciuitate: quas Græci Egyptias Thebas appellant/deumq; ipsum ammonem uocant. Ad hunc: theuth profectus/artes demonstrauit suas: dixitq; eas distribui deinceps Egyptiis cæteris oportere. Verū ille quæ cuiusq; utilitas foret/ interrogauit: & ipso referente/quod bene dictum uidebatur/probabat quidē/quod contra uituperabat. Vbi multa de qualibet arte in utrāq; partē Thamus fertur theuthi ostendisse: quorū singula si enarrare pergamus/prolixior erit oratio. Cum uero ad litteras descendissent: disciplina hæc inquit theuth o Rex sapientiores magisq; memoriosos Egyptios faciet. Memoriæ namq;/& sapientiæ remedium id est inuentum. At ille o artificiosissime theuth inquit. Alius quidē ad artis opera fabricanda idoneus est. Alius ad iudicandum promptior quid emolumenti/ uel dāni sint utētibus allatura. Atqui/& tu litterarū pater pp beneuolētiā cōtrariū q̄ efficere ualeant affirmasti. Nam illarum usus pp recordationis negligētiā obliuionē in aīo discētiū pariet. Quippe q externis litterarū cōfisi munimētis/res ipsas intus aīo nō reuoluēt. Quāobrē non memoriæ/sed cōmemorationis remedium inuenisti. Sapientię quoq; opinionē potius q̄ ueritatē discipulis tradis. Nā cū multa absq; præceptoris doctrina perlegerint/multarum rerum piti uulgo cum ignari sint uidebuntur. Consuetudine quoq; molestiores erunt/utpote qui non sapiētia ipsa sint prediti/sed opinione sapientiæ subornati. PHE. Facile tu o Socrates Egyptios/& alios cuius uis gentis sermones facis. SO. At o amice qui in Iouis Dodonei templo uersantur ex quercu sermones primos fatidicos erupisse asserunt. Priscis itaq; illis/utpote qui non ita/ut uos recentiores sapientes erant/satis erat ob eorū inscitiam petras/& quercus audire/modo uera promerent. Tu forsitan interesse censes/quis nā cuiasue sit/qui dixerit. Non enim id solum consideras uera ne an falsa dicantur. PHE. Recte admodum increpuisti: ac mihi uidetur ita in litteris euenire/ut Thebanus ait. SO. Igitur quicūq; se putat sic artem/aut mandare litteris/aut mandatam suscipere/ut certum quiddam/& firmum ex litteris sit futurum admodum ineptus ē ac reuera Ammonis uaticinium prorsus ignorat: cum plus aliquid in scriptus eē credat: præter id quod sciēti res ipsas que in litteris significantur cōmemorant. PHE. Rectissime. SO. Graue id habet o Phędre scriptura: & picturæ reuera persimile picturæ nāq; opa tanq̄ uiuentia extāt: siquid uero rogaueris/uerecunde admodum silēt nō aliter sermones putabis fortasse/quasi aliquid ipsos intelligentes dicere. Verum si sciendi auidus ab iis dictorū aliquid sciscitaberis. Idem in his semper/& unum significatur. Omnisq; sermo cum semel scriptus est/passim

Præceptū: ut recte dicatur.

De scribendi decore.

Ibis auis dicata dæmoni. Theuth.

Aegiptiæ Thebæ.

reuoluitur eq; apud intelligentes. Atq; alios inter quos minime decet nescitq; dicere/quibus oportet/& quibus non oportet. Iniuria uero immerito cõtumeliaq; affectus patris semp eget præsidio. Ipse enim neq; aduersario repugnare neq; opem ferre sibi ipsi potest. PHE. Hæc quoq; recte abs te dicta uidentur. SO. Quid porro? Aliũ uidemus sermonẽ huius: fratrem? quemadmodum legitimus sit:& qñ melior atq; potẽtior q̃ is nascat? PHE. Quẽ istum? & quomodo fieri dicis? SO. Eum inq̃ q in aio discẽtis cũ scia scribit: q sibi ipsi auxiliari põt/intelligitq; apud quos loquendũ sit/apud quos tacẽdum. PHE. Sciẽtis sermonẽ dicis uiuẽtem/& aiatum: cuius oratio scripta simulachrum quoddã nõ iniuria nuncupabitur. SO. Oĩno/sed hoc quoq; mihi dicas. Mentis cõpos agricola nunquid charissima sibi semina quorũ fructus expectat/æstate in Adonis hortis summo studio/& diligentia sparget? ut octo diebus speciosos inde flores aspiciat? An potius siqñ id egerit/ festi cuiusdã diei ludiq; gratia faciet? At ubi serio agens agriculturæ studiũ adhibuerit/seret qdẽ ubi cõuenit:& satis se cõsecutũ putabit/si octo mẽsium îteruallo satio sua ad fruges peruenerit. PHE. Ita prorsus o Socrates illa qdẽ ioco/ut ais/hæc aũt serio faciet. SO. hoiem uero iustorũ: honestoq;: bonorumq; sciam possidentẽ agricola îperitiorẽ ad semina sua spargenda putabimus? PHE. Minime omniũ. SO. Non igitur in aqua nigra studiose ipsa calamo cũ sermonibus seminabit: cũ succurrere illis periclitantibus nequeat: nequeat/& ex ipsis ueritatẽ sufficiẽter ostendere. PHE. Certe id non est cõsentaneũ. SO. Non sane. Cæterũ hortos quidẽ litterarũ/ut ludi causa/ut uidetur seret: atq; describet:& postq̃ scripserit tanq̃ monimenta thesaurosq; ad senectutis futuræ obliuionẽ/tam sibi/q̃ cæteris uestigiorũ eorũdem sectatoribus/letabitur utiq; natos iam tenellos suos fructus inspiciens: cæterisq; hominibus ludos alios sequentibus:& conuiuia horumq; similia celebrantibus/ipse interim his obmissis in sermonum oblectamentis uitã ducet. PHE. præclarissimũ præ aliorũ uilissimo narras o Socrates eius ludũ/qui potest in sermonibus ludere: ac de iustitia/& aliis que tu dicis/confabulari. SO. Est ita profecto amice Phædre: sed multo mea sententia in his præclarius studiũ qñ quis arte dialectica utens aiam nactus idoneã/sermones cum scia plantat/& seminat/q & sibi ipsis/& satori suo afferre opem possunt: fructusue pducunt/& semina reddunt. Vnde alii î moribus aliis nati id semper munus îmortale seruare possunt: atq; eum qui hæc habet/ beatissimum quo ad hõi licet efficiunt. PHE. Multo id quoq; præclarius. SO. Nunc iam illa o Phædre his concessis/discernere possumus. PHE. Quænam? SO. Ea uidelicet/quorũ cognoscendorũ gratia hucusq; descendimus/ut uituperationẽ Lysiæ discuteremus in ipsa scribẽdi arte/sermonesq; ipsos/qui/uel arte/uel sine arte scribuntur. Artificiosum qdem/& artis expers satis iam declarasse uidemur. PHE. sic apparet. SO. Meminisse rursus oportet non pri⁹ posse aliquẽ dicendi artẽ ad summũ callere ad persuadendum atq; docendum/ut ratio superior nobis ostendit/q̃ ueritatem earum rerum quas dicit aut scribit cognouerit/uniuersamq; rem definire/& definitione posita rursus secũdum species usq; ad indiuidua diuidere nouerit: atq; hac ratione animam cõtemplatus/& quid cuiq; ingenio cõgruum est aucupatus/ita maxime disponat exornetq; sermonem: uariæ quidem animæ uarios/& harmonia multiplices simplici uero simplices sermones accõmodãs. PHE. Sic prorsus apparuit? SO. Quid autem de illa quæstione dicemus quã supra tetigimus? honestum ne an turpe sit oratiões cõponere:& quomodo studiũ hoc iure uituperari/queat: quomodo nequeat. Num superiora nobis hoc satis declarauerunt? PHE. Quænam illa? SO. Quippe/ siue Lysias /siue alius quispiam scripsit quandoq;/aut scribit/scribetq; priuatim quicq̃/uel publice ciuiles quasdam cõstitutiones ita/ut iuis in scriptis magnam quãdam stabilitatem/& certitudinem putet inesse/turpe id eẽ scriptori/siue dicatur a quoq;/siue non dicatur/putãdum est. Siquidem ignorare quid uerum sit quid falsum de iustis/& iniustis de bonis/& malis/etiam si uulgus uniuersum laudauerit fieri nunq̃ potest quin sit reuera turpissimum. PHE. Turpissimum. SO. Contra qui scripta ludis/ut plurimum iocisq; necessario similia censet: orationemq; nullam/aut solutam/aut poeticam magno cõponendi studio dignã esse ducit/instar eorum que sine diiudicatione/& doctrina persuasionis gratia carminibus recitari consueuerunt: sed reuera sermonũ illorũ optimos cõmemorandi scientibus causa fuisse compositos. In sermonibus autẽ q docendi discendiq; causa dicũtur ac uere scribuntur in aío de iustis honestis/& bonis dũtaxat perspicuitatẽ perfectionemq; inesse/eosq; solos studio dignos existimat/ iudicatq; sermones huiusmodi filios suos legitimos eẽ uocãdos/primũ qdẽ eũ q sibi inest si mõ sit adinuẽtus deĩde siq huius filii/& fratres simul î aliis aliorũ animis p dignitate înati sunt/reliquos autem postponit/hic uir inq̃ talis o Phędre uidet eẽ/quales esse nos exoptaremus. PHE. Equidẽ quę dicis cupio prsus/& uoto precor. SO. Sed hæc iã satis a nobis de arte dicẽdi quasi inludẽtibus dicta sint. Quare Lysiæ dicas/nos ad nymphæ fontẽ musarũq; cetũ pfectos/sermones quosdã audisse/q dicere iusserunt Lysiæ cæterisq; orationũ scriptoribus. Homero præterea/& siqs alius nudã poesim/uel cantu exhornatã cõposuit. Soloni postremo:& oĩbus q ciuiles îstitutiones litteris mandauerũt: qd si ueritatis cõscii talia cõposuerũt: possintq; sua in discussionẽ tracta defendere: ac dicẽdo scripta uerbis uiliora monstrare/nõ utiq; ab his q̃ calamo luserũt/sed ab illis potius q̃ serio excogitarũt cognominandi

gnominādi uidentur.PE.Quę nā cognomina/& quo pacto accōmodas?SO.Sapiēs cognomē/o Phedre magnum soliq; deo côuenire uidetur.philosophi uero aut similis alicuius cognomine eiusmodi uiros quales modo descripsimus/côuenientius modestiusq; nūcuparemus.PHE.Certe non dedecet.SO.Eum igitur qui nulla hēt in se prestantiora iis q̄ cōscripsit/& sursum deorsumq; retorquēs diuturna emēdatione addēdo uel subtrahendo cōposuit/iure poetā/uel orationum legumue scriptorē cognominabis.PHE.quid ni?SO.Hec itaq; amico referas tuo.PHE.Tu uero quod facies?neq;.n.amicus tuus pretermitendus.SO.Quis iste?PHE.Isocratem pbum inq̄.Quid illi nuntiabis/o/Socrates?Quem esse dicemus?SO.Iuuenis adhuc Isocrates est o Phed. Quid autē de illo presagiam/nō preteribo.PHE.quid nā?SO.Videtur mihi prestātiori ingenio esse q̄ Lysiā sua scripta demonstrent.preterea moribus generosioribus preditus.Quāobrem nihil mirū putari/si crescētibus ānis ī arte dicendi cui nūc incūbit magisq̄ uiri pueris/oībus q eloq̄ntię unq̄ se tradiderunt/excellat:atq; his etiā studii nō cōtēt⁹ ad maiora diuiniore quodam istictu feratur.Inest.n.o amice ex ipā natura philosophia q̄dā illi⁹ īgenio.Hec ego abiis diis accepta.Isocrati mihi dilectissimo nūtio Tu illa Lisie tibi charissimo.PHE.Ita fiet/sed abeam⁹ hic cū estus non nihil iā efferbuerit.SO.Vota prius his facienda sunt q̄ abeamus.PHE.Quid ni?SO.O.amice Pan & alii oēsqui locum hūc colitis dii:date mihi ut pulcher intus efficiar.Et quecunq; extrisecus habeo/itrīsecis sint amica.Diuitem aūt sapienté solum existimem.Tātū uero mihi sit auri/quātum nec ferre nec ducere queat alius/nisi uir tempans.Numqd aliud orādum cēses.o.Phed.mihi.n.satis est optatū.PHE.Mihi quoq; eadem opta.Amicorum enim communia omnia.SO.Abeamus.

FINIS PHÆDRI

¶ARGVMENTVM MARSILII IN APOLOGIAM.

NTIqui gentium theologi ī tris diuisi fūt sectas.Alii qdem demonibus solum sacrificabant/diffidentes ut arbitror/uota hominū ad coelestia peruenire/Alii uero coelestia
a quoq; colebant/putantes illa non uiuere solum atq; intelligere:sed et radiis suis circūspicere cuncta atq; audire:ideoq; tam sacrificorum ritus ab eis pspici/q̄ supplicū laudes precesq; exaudiri.Verumtn̄ aīorū in corporibus his uiuentium uota/ad deos illos qui nullū cū corporibus cōmertium habeant/peruenire non posse.Alii deniq; hos ipsos deos ī primis uenerabantur:iudicantes a summis rerū causis effectus omnes etiam humanos tam cognitione quā uirtute perfectissime contineri.Deos uero uocabant tum uisibiles.i.celestes/tū inuisibiles.i.supcelestes/quos nostri uocant angelos/& ipsi deos quasi proximos summi dei contemplatores atq; ministros.Preterea triplicem hi prouidentiam esse putant uniuersalem quidem in deo/per q̄ omnibus omnia prospiciat atq; prebeat:minus uero in diis uniuersalem/per quā omnibus quidē consulant:non omnia tamen munera/sed quedam omnibus exhibentes.Particularem denique in demonibus:qua uidelicet quedam quibusdam iam largiantur.Et demones quidem in totidē distribuunt ordines/quot in celo sunt stelle/ut alii saturnii sint/alii Iouiales/aliique similiter.Cunctos autem ordines/& in igne collocant.sed ignea ratione:& in aere puro sed ratiōe aerea/& in aere crasso/ratione uidelicet aquea.hos aqueos arbitrantur alios aliis speciebus uiuentium presidere/sensualiq; & uegetali ubiq; nature fauere.Quos Plato inquit statim ab initio malorum plurimis uoluptatem immiscuisse.Aereos autem demones rationali potius fauere potentie/eamq; a uegetali sensualiq; natura quodāmodo segregare.Igneos tandem discursum rationis ad sublimiora contēplanda conuertere.Atque hoc pacto uoluptuose uite demones aqueos/actiue aereos/contemplatiue igneos dominari.Cum uero deos immortales atque impatibiles arbitrentur/homines uero mortales atque patibiles demones omnes quidem affectu patibiles superiores uero mediosque et immortales/infimos uero longeuos.Preterea in omnibus affectus erga corporea collocant.sed in primis secundum quendam tranquille prouidentie morē:in secundis humanos quidem/sed moderatos.In tertiis ad perturbationes nostras iam declinantes.Item demones alios naturales/ab initio constitutos/alios peregrinos scilicet hominū aīos in aerea translatos corpora/hominesq; ea qua antea consueuerant ratione curantes.preterea alios demones plagis terre maioribus/alios angustioribus/urbibusq; preesse.Quosdā etiam hoīes singulos gubernare:quos anime labentes in corpus fuerint pro uite electione sortite/deinceps electe uite duces & exploratores & iudices:pro uide aīas hominū alias saturniorū demonū/alias iouialium/alias aliorū tū sydrū tū demonū naturis accōmodari.Corporū quoque nostrorū complexiones simili quadam ratione distingui.Animalia item & plantas metallaq; & lapides ad sydrum similiter demonūq; uarietatē inter se natura discerni/ut alia inter hec solaria sint.Alia uero lunaria/ceteraq; similiter.In his q̄ diximus Platonici omnem sacrificiorū/oraculorum/indiuinationum uim consistere arbitrantur.Profecto & ipse

Plato antiquiores theologos imitatus & Platonici omnes oraculorum historiam ubiq; tanquam ueram accipiunt/rationibusq; confirmant. Mitto quãtam his in Phedro adhibeat fidem quantam & in Timęo. In Phedro quidẽ humanam sapientiam prę illa quę ab oraculis furoribusq; diuinis hr nihilipẽdẽs. In Timeo autẽ dicẽs eatenus a philosopho de rebus diuinis affirmãdum eẽ q̃tenus diuinis oraculis cõfirmẽtur. Mitto q̃ plurima apud Platonẽ similia, certe in apologia totam Socratis sui defensionem ab oraculis uaticiniisq; auspicatur: immo uero quod maximũ est totã Socratis & sapientissimi & iustissimi uitam asserit tũ ad Apollinis oraculum/tũ ad sui cuiusdam dęmonis uaticinium institutam. Si quęras qualis Socratis dęmon fuerit/respõdebitur igneus: quoniam ad cõtemplationem sublimium erigebat. Item Saturnius quoniam intentionem mẽtis quotidie mirum ĩmodum abstrahebat a corpore. Attributus quoq; ab initio/non acquisitus. Nam sibi/a/puero dicit aspirauisse. Nõ prouocabat unquam quia nõ martius/sed sepe ab actionibus reuocabat/qa Saturnius. Item nõ adhibebat calcaria uiro satis per se ad honesta propẽso: sed cohibebat freno/ubi ĩ eligendis ad finem uiis ob cõiecturarum fallaciam/posse decipi uideretur. Aspirabat mẽti. Ostẽta oculis. Voces auribus suggerebat. Sed qbus oculis atq; auribus? uisui uidelicet atq; auditui: qui p omne eduntur corpus ęthereum sub manifesto hoc corpore latẽs. poterat autẽ Socrates/p ęthereos sentire sensus ab elemẽtalibus sensibus se facile. se uocans. Ostenta cernebat per eosdem sensus & somniãs pariter atq; uigilans. Similiter Auicenna probat prophetas angelorum & species cernere & uoces audire. At cur Socrates paucią; similes dęmonẽ suum animaduertunt? Quoniã pauci uel genitura uel disciplina dęmonici sunt plures humani/plerią; ferini. Cur item alias demonẽ/alias deum uocat? Quia sublimis dęmon Socratẽ quasi dei interpres nũriusq; affiabat. Sed nunqd ipsum Socratis intellectum possumus dęmonẽ nuncupare? Possumus certe. Nam Timeus inquit deum nobis suppremam animi partem tanquam dęmõem tribuisse. Rursus in symposio ipse mẽtis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam/demõ cognominatur. Verum pręter hęc necesse est superiorem nobis substãtiam dęmonis pręsidere. Propterea quod ut in symposio legibusq; probatur/humanũ genus ut pote a diuinis maxime distans media quadam natura indiget/q̃lis est dęmonica quasi cõciliatrice/neq; iniuria diuina prouidẽtia ut in politico Prothagoraq; probatur dęmones nobis pręfecit propinquiores quasi pastores/siue ut in Cricia dicit gubernatores. homo siquidem in hac ignorantię caligine constitutus/ĩnumerisq; fortunę uel malis agitatus uel distractus illecebris/ad cõstitutum sibi a deo finem absq; ppetuo dei auxilio puenire nõ potest. hic probat deum nos dęmonibus purioribus quasi rectoribus cõmendasse. Qui uaticiniis/auguriis/somniis/oraculis/uocibus/sacrificiis/inspirationibus adiuuarent. Horũ uero ex numero esse uult familiarem Socratis dęmonem/a/mẽte Socratica differẽtem. Hec enim Socratem sepe prouocat: ille uero puocat nũquam. Itẽ hęc nisi loquatur aut scribat docere nõ potest. Ille uero ut in Theage probatur multos etiam silẽdo docebat. Preterea quod & uoce & signis Socratẽ corrigat/significat demonẽ huuc aliquid eẽ preter mẽtem. At si minus tibi placet & familiarem hominis ducem: demonẽ appellare/saltem/ut placet nostris/bonum angelum appellato. Post hec apologia nos cogit non nihil de oraculis statuisq; tractare. Principio si queras quã ob causam demones solita illa quõdam miracula nostris seculis nõ efficiant/respondebitur/Christum & demones malos suo illo imperio priuauisse. & hominibus tum oẽm demonũ cultum/tum artẽ demonicam substulisse. Si rursus iterroges qua rõne uel in statuas uel i hoies demonũ trahãtur ĩfluxus diligẽter attende. Trahit quotidie aliqd naturale p artẽ/ceu quotiẽs lignũ quod pp densissimã crassitudinẽ accendi/a/tenui quadam flamma nõ poterat/uel oleo illiniũt uel ĩficiunt sulphure/rapiuntq; in fomite flammam. Trahitur & quotidie diuinum aliquid per naturam: quando fetus tener in aluo certo affectus figuratusq; modo sic p naturam/a/deo humanam haurit animã/ut p magicam statua/a/mundo accipit demonẽ. Vnde Egyptii naturam quoque magam appellauerunt. uim ipsam magicã in attractu quodam similiũ per similia: uel conueniẽtium saltem per conuenientia collocantes. Emittis quotidie uocem: emittis & tui uultus imaginem. At non ubique uox in te tua & imago remittitur. Paries dumtaxat ita dispositus sic oppositus uocem per echo reflectit & speculare corpus tuã tibi reddit imaginem. Esto igitur specularis & ille paries: subito totus ut ita dixerim eris in illo. Ibi enim ul deberis audieris intelligeris: ferme ut in statua demon. Si Trismegistum consuleris disces ex ppriis mundi materiis certo cuidam demoni congruentibus compositam rite statuam confestim per demonem congruum animari: uel per demonẽ inquit uel per angelũ: Intellige uel per impuriorem uel per puriorem spiritum afflari solere. Audies quoque Mercurium hunc ueteres plerosque damnantem: quod diffidentes uel esse numina super celum uel terrenorum uota ad celestia/superioraq; peruenire/fabricauere statuas habitacula demonum/quos quasi familiares colerẽt de os. Putabat sane/q̃uis interdum in delubra demones salutares aduocarẽtur/sepe tñ descendere noxios. Audisti paucis tractũ demonũ in corpora statuaꝝ. Audi quoq; paucis raptum in corpora hominũ. Quãdo uel per atram bilem uel aliquid simile aut uitium totus in Imagiuationẽ pertit animus/

mus/facile fit inferiorum dęmonum domicilium: quorum pręsentia & insaniat & animo simul ue
xetur & corpore. Quando per philosophicam purgationem transfertur totus in rationem/euadit
edes dęmonũ mediorũ: a quibus humanarum rerum sępius/quandoque etiam naturalium miras
accipiat rationes. Quando per pietatem erigitur totus in mẽtem/sublimiorum dęmonũ fit spiracu
lum/seu potius angelorũ. Quibus utique ducibus mirũ in modum archana penetret diuinorum.
Optas uideo intelligere quibus potissimum oraculis siue per statuas siue per homines editis Pla
to confidat. Scito his dumtaxat/quę certa ratione compertum sit non per fallaces demones/sed ꝑ
ueridicos siue per angelos potius prouenisse. Nam & ab ipsis Egyptiorum mysteriis acceperat. Io
uem impuriores dęmones ad inferos deturbasse. qui & homines similiter ꝑ uiribus ad ima detor
queant/Et a Pherecide Syro multos ab Ioue dęmones rebellasse quorũ exercitus Ophioneus duxe
rit serpẽtinus. Ab his ergo maleficis cauendum esse diligentissime iudicabat: Socrates autem pro
priis rationibus atq; signis aductus & oraculo cuidã/& suo cuidã dęmõi se ommittebat ꝑ arbitrio ꝑdu
cendum. Deniq; utcumque sit/ita suam ad hęc istituit uitam: ut ętherna semper temporalibus an
teponeret. iniustitiam magis timeret q̃ mortẽ. Pro ueritate/pro pietate/pro charitate non dubita
ret labores/penuriam/contumelias/iniurias/uerbera/mortem que subire: huic apud homines ueri
tas/falsas calumnias peperit: charitas odium: pietas accusationem impiã atq; mortẽ. Sed hęc om
nia parui imo nihilipendit/sperans apud diuinum iudicem pro bonis bona mereri. Ergo hac spe
& fiducia fretus & libenter accessit ad iudices. neq; excusauit se/sed iudices accusauit. Atq; tanquã
uates/quod euenire ait his qui sunt prope mortẽ/penitentiam illis pęnamq; prędixit post falsum
iudicium secuturam. & ipse interim mira mẽtis lętitia & uultus alacritate ad iudicẽ migrauit ęther
num. Statueram hic satis honestum argumẽto seu potius commẽtariolo finem impõere. Sed duo
parumper me dubia remorantur. Primum socraticum illud & hic & sępe alibi repetitum. hoc eq
dem unum scio quod nihil scio. Multa tamen & hic & alibi affirmat quasi sciens. Sed hoc illi simi
le est. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Ait itaque Socrates. Ego abstractus a cor
pore raptus a dęmone/illustratus a deo: scio equidem in diuino lumine hoc unum/uidelicet quod
alioquin coniunctus corpori nihil in lumine naturali scio. Nescio inq̃ in naturali lumine res ipsas
per ipsum affirmationis modum. Eiusmodi enim. sciẽtia dei propria est: qui & naturas ipsas & na
turarum causas comprehendit. cum ipse met fecerit. Scio tamen multa per quendam negationis
modum. Veluti quod deus non sit corpus/potiusq̃ quid sit. Item quod anima non sit mortalis ma
gis quã quid sit Rursus quod bonum absolutum non hoc est/aut illud bonum potiusq̃ quid sit. At
que hoc pacto Socrates & scit & docet multa. Hoc illud insuper quod dęmon eum reuocat nõn ꝑ
uocat. idest ad negandũ illuminat eum potiusquã affirmandum. Non nũquam uero affirmat que
dam & illa quidem magna. Tanq̃ uidelicet non a demone tantum raptus/sed deo iam plenus. Af
firmat quoque ubi sanctorum adducit ueterum testimonia: uel animas hominum a mortuis & re
surgentium citat in testimonium. Sequitur altera dubitatio quam ob causam Socrates cum nun
quã soleat dubitare quin animus sit immortalis/in fine tamen apologię hac utitur disiunctiõe: aut
nullus post mortem superest sensus aut superest aliquis. Responde primo quidem nõ de omni sen
su. idest de omni cognitione: sed de nostrarum rerum sensu uel nostro simili dubitare. Quod qui
dem significatur: per illa quę in parte disiunctionis altera deinde subdunt/ubi idẽ quod & in re pu
blica dicit/separatas uidelicet animas eodẽ pacto se se illic/quo & hic solebãt agnoscere. Vbi con
sidera dictũ contra illos qui dicunt animas de corporibus in corpora trãsmigrare. Deinde tutius
quoque ita responde. Socratem hoc in pręsentia disiunctione non uti: quia de illo censeat dubitã
dũ/quod ubiq; tñ ꝑ sciam negatiuã ꝑ diuinã inspirationẽ approbationemq; constantissime tenet.
Sed aduersariorum suorum ꝑsonas in pręsenti respicere: qui cũ obeẽ illi oĩo studerent/inferebant
ei mortẽ tanq̃ ꝓculdubio malã. Socrates ergo cõtra inferẽt nullo modo esse malam/siue sic/siue ali
ter se nostre res habeant. Tbi illud quod de imortalitate apparet ambiguũ/propter illos est adiun
ctum qui tanquã tyranni epicureo more deridere Socratẽ potuissent. quasi facile posset decipi: si
ex eo solo affirmauisset mortẽ non esse malã: quod post hanc uitã alia superfint bona. Que quidem
etherna bona/& si constabant Socrati/illis tñ nullo modo constabant. Neq; in angusta illa tꝑis bre
uitate poterant demonstrari. Que in Phedone & sępe alibi demonstrantur. Tu uero nota certam
Socratis nostri fiduciam amicis prope finẽ Apologie dicẽtis. Bene ď morte sperare debetis. Nihil
enim mali bono uiro uel uiuẽti uel defuncto potest accidere. Res enim hominis quõdãmodo deo
similis a deo non negliguntur. Quod autem extrema ad iudices uoce clamauit. Ego quidem hinc
abeo moriturus. Vos uero uicturi. utri uero nostrum in melius eant soli deo est certum. Intellige
non dubitare illum quod paulo ante affirmabat. Sed dicere soli deo certum esse. per se ipsum af
firmationisq; rationem/posse tamen homini certum fieri per ipsum deum negationisq; rationem
adde quod affirmare non audet se tam purgato. tunc animo emigrare/ut presentem migratio
nem affirmet omnino animum suum statim celesti patrie reddituram.

APOLOGIA SOCRATIS

Va uos ratione o uiri Atheniẽſes affecerint accuſatores mei neſcio equidem: me certe ſic affecerunt: ut mei ipſius pene oblitus fuerim: tanta pſuaſione dicere uiſi ſunt. q̃uis nihil/ut ita loquar ueri ad uos detulerit. Sed ex multis que falſo aſſcuerabant id ſũ potiſſimum admiratus: quod uobis cauẽdum eſſe monuerunt ne a me quaſi eloquente decipemini. Quod enim aſſerere id minime erubuerit cuius ego mox redargutionem ope ipſo facturus eram qñ quidem in pręſentia uobis appareo lõge ab eloquẽtia alienus/ hoc inq̃ mihi ſuper omnia uiſum eſt impudentiſſimum. Niſi forte eloquentem iſti uocant uera dicentem. Si enim ita dicant/profiterer quidem me quẽuis non eorum more rethorem eſſe. Quippe cũ hi ut equidem dico ueri nihil dixerint: a me uero uos uera omnia audituri ſitis. Neq; uero/per Iouem /o/ uiri Athenienſes fucatam a me orationem quemadmodum ab iſtis uerborum nominũq; elegantia/neq; aliter exornatam/ſed ex in prouiſo paſſim cõtingentibus uerbis coaceruatam audietis. Cõfido enim me iuſta dicturum: neq; quiſq̃ ueſtrum ſperet me aliter eſſe dicturum. Alioquin neq; ętatem hanc/o/uiri deceret adoleſcentulorum more uerbis ſtudioſe formatis huc ad uos ĩgredi/Quinimmo uehementer/o/uiri Athenienſes id oro. & obſecro/ut ſi iiſdem me uerbis in reſpondẽdo utentẽ audietis: Quibus & in foro apud argentariorum menſas ubi plęriq; ueſtrum me nonnunquam audiuerunt & alibi uti ſoleo ne ammiremini neue grauiter id feratis: ſic enim ſe res habet. uenio equidem nunc primum ĩ iudicium/plures quam ſeptuaginta annos natus. ex quo fit ut ĩ hac iudiciali cauſa reuera ſim peregrinus. Et profecto quemadmodum ſi peregrinus Athenas ueniſſem/ignoſceretis utiq; mihi peregrina uocę & forma loquẽti/pro educationis meę conſuetudine/ita & in pręſẽtia uos/pręcor/neq; id q̃uid iniuria: ut loquendi formam minime attendatis: q̃ prout cõtingit tum melior eſt tũ deterior eẽ põt/ſed id ipſum cõſidereris huc mentem adhibeatis iuſta ue an iniuſta dicã. Hoc. n. iudicis officiũ eſt rhetoris autẽ officium/uera loq. Iuſtum eſt autẽ/ o/uiri Atheniẽſes/me primo quidem ad accuſationem primam falſo cõfictam/& ad primos accuſatores reſpondere/deinde ad nouiſſimã/atq; nouiſſimos. Me quidẽ multi iã multis ãnis falſo apud uos accuſarunt quos equidẽ magis formido/q̃ Anyti aſtipulatores/q̃q̃ & hi ſunt in pſuadẽdo potẽtes. Sed illi potentiores/o/uiri qui plęroſq; ueſtrum/a pueritia occuparũt/accuſantes me ꝑeul a ueritate/atq; uobis pſuadentes: eſſe uidelicet Socratem quẽdã ſapientẽ: eorũ q̃ ſuper aerẽ queq; ſub terra ſunt/pſcrutatorem qui ſoleat inferiorẽ ratiõem / diſſerendo ſupiorem oñdere. hi ꝑfecto/o/ uiri Atheniẽſes/que hunc de me rumorem diuulgauerunt/mei accuſatores potẽtiſſimi ſunt. Qui. n. hęc audiunt/opinantur/harum rerũ pſcrutatores/nõ credere deos eẽ ꝑfecto accuſatores huiuſmodi & ꝑmulti ſunt/& lõgo iam tẽpore me accuſant & in ea ętate uobis ſuaſerunt/in qua plęriq; ueſtrum pueri ac certe adoleſcẽtuli pfacile credidiſtis deſerta in cauſa/nemine me defendente. Atq; id quod a defenſionis rõne oĩum alieniſſimũ eſt/neq; noĩa quidẽ illorũ ſcire licet/atq; ꝓferre preter q̃ ſiqs illorũ comedus ſit. Quotcunq; uero p inuidiam & calũniam hec uobis rurſus pſuaſerunt/ qui ue ipſi pſuaſi/pſuaſerunt aliis/hi oẽs infiniti oĩo ſunt/nec eorũ quẽdam in iudicium traducere / nec redarguere licet. Sed neceſſe eſt aduerſus iſtos tanq̃ in nocte pugnare defendendo/atq; refellendo nemine rñdente. Exiſtimate ergo & uos quẽadmodum dicebã/accuſatores meos duplices extitiſſe: & qui nuꝑ accuſarũt/& qui iãdiu quales modo deſcribebã. Atq; iudicate me quod oportere prius rñdere illis/quos & ipſi prius multoq; magis audiuiſtis. Sed iã rñdendum mihi eſt /o/ uiri Athenienſes illis criminibus/conãdumq; in hoc tã breui tẽpore opinionẽ iſtã delere/quã uos per calumnias decepti/longo iam tẽpe cõtra me concepiſtis. opto autẽ ita demum aduerſarios refellere atq; obtinere/ſi modo id uobis & mihi melius ſit futurum. Quãq̃ difficile id fore arbitror. Neq; admodum/quale id ſit/me latet. Verũ ut deo placet ita ſuccedat. Nos autẽ legi parere oportet/ac defenſionem ꝓ nobis afferre. Repetamus igitur ab initio que ſit accuſatio/ex qua aduerſus me nata eſt illa calũnia qua cõfiſus Melitus mihi diẽ dixit. Quid ergo aiunt accuſatores mei tãq;. n. ſi in iudicio adeſſent eorũ recitetur accuſatio/in q̃ cõtra me iurant q̃ & uiciſſim a me exigit iuramẽtũ Socrates iniuſte agit. atq; nimium curioſe ꝑqrit q̃ ſub terra & que ĩ celo ſunt. Inferioremq; rõnem reddit ſuperiorẽ. Preterea alios eadẽ docet. Talis utiq; ẽ accuſatio. Nempe talia quedã & uos uidiſtis ĩ Ariſtophanis comedia. Socrates. n. illic pſona circunferẽ affirmans ſe p aerem ꝑuagari: & cõplures eiuſmodi nugas. Quarũ ego rerũ neq; multũ neq; parũ qcq̃ ſcio neq; ꝓpea hec dico/qđ harum rerum ſciam paruifaciã: ſiquis in huiuſmodi rebus ſit ſapiẽs abſit/ut tanti criminis reus/a/ Melito accuſer ut pre timore hec negẽ. Sed quia reuera/o/uiri Atheniẽſes horũ nihil ſcio. Teſtes ãt huius pleroſq; ueſtrũ adduco. Oro uobiſcũ ipſi repetẽdo ĩuicẽ apite. Quot me colloquẽtẽ aliqñ audiuiſtis/audiuiſtis ãt pleriq; ueſtrũ: recẽſete igitur inuicẽ nũ qs ueſtrũ aliquãdo iis de rebus qcq̃ ſiue mltũ ſiue parũ audiuerit diſputãtẽ. Atq; ex hoc đniq; cognoſcetis eiuſmodi eẽ cetera q̃ mlti đ me circũferũt. At. n. hoꝝ nihil ẽ ueꝝ. Quinẽt a quopiã audiueritis me hoĩes docẽ atq; ĩde pecũias cumulare.

neq; id

neq; id quidem uerum est. Atqui pręclarum id mihi uidetur/si quis docere homines possit/quemadmodum Gorgias Leontinus & Prodicus Chius & Hippias heleus. Horum namq; singuli eam facultatem habent/per quam ad singulas profecti ciuitates adolescētibus quibus liceret in patria suorum se ciuium disciplinę gratuito cōmēdare persuadent: ut ipsos aliorum disciplina relicta sectentur ac data pecunia gratiam insuper habeant. est & alius quidam uir hic sapiēs/quem ego huc aduenisse sum admodum delectatus: contigit sane ut aliquem offēderem qui plus pecuniarum sophistis perpenderat q̄ cęteri omnes/Calliam Hipponici filium. Hunc ergo ita interrogaui. Duos .n. habet filios o Callia inq̄: si filii tui Pulli equini aut taurini eēnt haberemus aliquem/quē illis mercede adhibita pręficeremus q̄ eos pulchros & ad propriam uirtutē bonos efficeret? eēt uero talis aut eq̄strium aliquis/aut agricultorum. Nunc uero cum filii tui sit hoīes quē nam cogitas illis pręficere? Et quis nam uirtutis huius hūanę atq; ciuilis sciam hēt? Arbitror id te cum filios habeas cogitauisse. Est ne inq̄ talis aliq̄s an nō? est profecto inquit ille. Quis inquā est? & unā? Et quanta mercede docet? Euanus inquit est/o/Socrates Parius merces uero eius qnq; minę. Atq; ego Euanū existimaui beatum/si reuera hanc hēt artem atq; adeo diligenter docet. Atqui ipse si talia scirem/admodum gloriarer/& magni me facerē? Sed certe o uiri Atheniēses hęc equidem nescio. At uero requiret forsan aliquis uestrū quod nam o Socrates tuum est opus? Et unā aduersus te exortę sunt hę calūnię? nisi .n. aliquid pręter aliorum cōsuetudinem ageres nūquā tantus de te rumor ɔcitatus eēt. Nam unā de te sermo tam frequens/nisi egisses aliquid a cęteris alienum? Dic ergo nobis quid tandem id sit ne nos de te temere aliquid iudicemus. Iusta sane hęc mihi uidetur interrogatio. Atque ego uobis conabor ostēdere quid nam id sit/quod mihi nocet hoc & calūniā pepit. Sed audite. Iā & si uereor ne forte quibusdam uestrum iocari uidear. uerumtamen existimate me uobis uera oīo dicturum. Equidem o uiri Atheniēses non ob aliud certę q̄ ob sapiētiam quādam eiusmodi nomē nactus sum: sed obquam sapiam? Forte ob eam q̄ hūa sapia est. Nam hac reuera sapiens esse uideor: illi uero quos paulo añ cōmemorabam maiorem forte q̄ndam hūa sapientiam hērent. uel quid dicam nō habeo: neq; .n. ego ea preditus sum. Quod siq̄s me hāc possidere dicat/mētitur & in meā calūniam hęc dicit. Sed ne uobis molestum sit/o/uiri Athenienses si quid uobis magnum dicere uideat. neq; enim ex me dūtaxat dicam: sed testem uobis afferam fide dignum. Profecto si qua mihi est sapia/qualis ea sit testem adhibebo uobis Delphicum dm̄. Cherefōtem certe nouistis. Ille familiaris mihi erat ab iuuentute uestreq; multitudini amicus: ac pulsus una uobiscum fuit/& simul ī urbem reuersus. Nouistis plane qualis erat Cherepho. q̄ uehemens/ad quodcunq; se cōuertisset. Hic ergo quādoq; ꝓfectus in Delphos uaticinium id expiri ausus ē. Ne grauiter feratis o uiri quod in pñtia sum dicturus. Interrogauit utiq; an esset ullus me sapientior. R̄ndit Pythia sapientiorem esse neminem: de his quidem frater iste suus uobis testificabitur. Nam ille uita functus est. Cōsiderate uero quorū gratia hęc dicā. Debeo .n. uobis apire unde hęc aduersum me calumnia sit exorta. Profecto cum hęc audissem/ita mecū ipse reputaui q̄d nam deus ait? Quid ue id uoluit? Ego .n. mihi cōscius sum neq; in magnis neq; in paruis esse me sapientē. Quid igitur sibi uult Cum me asserit sapientissimum? Dictum quidē mentiri non est credendū. Neq; .n. id fas est deo/atq; ita in diuturna ambiguitate uersatus sum/ꝑscrutans quid significarit oraculum Post hęc autem uix tādem post longas ambages uiam eiusmodi sum ingressus. Aggressus .n. sum q̄ndam ex his q̄ sapientes uidentur: q̄si in hoc sicubi unq̄ redargutionem uaticinii facturus/oraculoq; ostensurus non me q̄dē/quē pręfecerat/sed illum esse in sapia pręferendum: dum ergo illū examinarem/huius uero nomē ꝓmere non est necessarium: sed erat quidā ex his q̄ in re pu. uersantur/illum inq̄ dum examinarem unaq; dissererem o uiri Athenienses hunc in modum affectus sum. uisus mihi est uir ille uideri q̄d sapiens tum aliis/tū uel maxime sibi ipsi: esse uero neq̄q̄. deiñ conatus sum illi oñdere/putare quidē eū esse se sapientem: sed minime esse. Quapp & ille infensus mihi redditus ē/& multi q̄ aderant grauiter id tulerunt. Itaq; ad me ipsum reuersus ita mecum ipse reputaui. Ego ꝓfecto sum hoc homine sapientior. Apparet .n. neuter nostrum pulchrum bonūq; aliquid nosse. Sed hoc interest quod hic quod cū sciat nihil scire se aliq̄d opiat̄. Ego uero q̄madmodū nescio/ita nescire me puto. uideor ergo ī hac tātula re hoc hoīe sapiētior eē q̄d q̄ ignoro/neq; scire me arbitror. Post hec aliū audiui ex his q̄ illo īsup sapiētiores hēntur/ī eoq; ɔsiderādo oīo silr̄ iudicaui. Atq; illū aliosq; multos mihi reddidi inimicos. Proiñ silr̄ deīceps ꝓcessi ad alios: nō ignorās q̄tū aduersus me odiū cōcitarē: ideoq; nō absq; dolore quodā timoreq; ꝓcedebā. Verūtñ necessariū mihi uisum ē oraculū diuinum oībus añferre passimq; ꝓgredi ꝑscrutatuꝝ q̄d sibi uelit oraculū: huiusq; grā oēs quotcūq; aliq̄d scire uideāt adire: & p Canē o uiri Atheniēses/oportet .n. uobis uera fateri. Tale aliq̄d mihi contigit hęc ex diuino oraculo ꝑq̄rēti: ut qui opinione hominū maxīe ꝓbabātur/eos q̄si oīum īprudētissimos iuenirē: q̄ uero īferiores hēbant̄/eos q̄tū ad prudētiā spectat ꝓbabilius se hr̄e. Cępęretiū ē referre uobis errores laboresq; meos quos eq̄dē ppea substinui quo a me oraculū adeo ꝓbaret̄/ut ī̄dargui ultra ñ posset. Post ciuiles hoīes ad poetas me ɔtuli tragędiaꝝ & dithyrāboꝝ aliorūq; carminū aucto

res quasi hic pspicue admodũ deprehẽsurus/eẽ me his rudiorẽ. Acceptis itaq; eorũ libris in qbus elaborauisse maxime uidebantur/sciscitatus sum eorũ sensa. Vt non nihil ab ipsis perdiscerẽ. Erubesco o uiri uerũ hic uobis apire. dicẽdum ẽ tamẽ. Alii pene oẽs pñtes/ut ita dixerim/melius de rebus his loquerẽtur de quibus ipsi pœmata cõscripserunt. Deprehẽdi igitur breui id in pœtis: eos uidelicet nõ sapientia facere que faciũt: sed natura quadã ex diuina animi cõcitatione: quemadmodum & hi qui diuino furore afflati uaticinãtur. Nã & hi multa quidẽ dicũt atq; pręclara. sed eorũ q̃ dicunt nihil ĩtelligunt. Tali quodam pacto poetę affecti fuisse mihi uidẽtur. & simul aĩaduerti eos in aliis quoq; propter pœsim oĩum se sapientissimos iudicare/in quibus nõ sunt sapientes. Abii ergo & hinc eadem oĩo ſnĩa/qua & a ciuilibus uiris abierã. Tandem uero me ad artifices cõtuli: mihi ipsi cõscius/me ut ita loq̃r/ in artificiis scire. hos autẽ nouerã multa & pulchra scire/ neq; in hoc quidẽ deceptus sum. Sciebant. n. que ipse nesciebã: & hac in parte me sapiẽtiores erãt: sed o uiri Athenięses in eodẽ errore quo & pœtas pitos artifices deprehẽdi. Nã ob hoc ipsum quod sua rite pficiebãt: unus quisq; eorũ se in cęteris quoq; uel maxĩs sapiẽtissimũ eẽ putabat. Atq hic error illam quoque q̃ ipsis ĩerat sapiẽtiam obfuscabat. Quãobrẽ si meipsum oraculi loco ĩterrogarẽ utrum eligã/ ita ne me hẽre ut hẽo/uidelicet neq; sciẽtem q̃ illi sciunt/neq; meam inscitiam ignorãtem/an utraq; hẽntẽ: q̃ illi hẽnt/rñderẽ plane mihi ipsi simł atq; oraculo pręstare ita ut hẽo me hẽre. Ob hãc utiq; ĩquisitionẽ meam o uiri Athenięses inimicitię multę difficilimę atq; grauissime aduersus me cohortę sunt: ex quibus multę sunt calũnię cõsecutę. Nomẽ uero sapiẽtis mihi ppterea exortum ẽ quod pñtes Plurimũ illa me putant scire. in quibus alios refello. Videtur autẽ o uiri Athenienses reuera solus deus sapiẽs esse. Atq; in hoc oraculo id sibi uelle: hũanam uidelicet sapiẽtiam/parui ĩmo nihil pẽdendam eẽ. Quod uero Socratẽ noĩat sapientem ob id facere/quo noĩe meo tanq̃ exemplo quodam utens quasi sic dicat. is o uiri sapiẽtissimus ẽ qui queãdmodum Socrates/nouit reuera sapiam suam eẽ nihil pẽdendam. Hec igitur ego sic affectus & nũc pquirere passim deo parens/& pscrutari nõ desino. Conueniẽs siquẽ aut ciuium aut pegrinorũ eẽ existimẽ sapientẽ. Ac siquando mihi ille talis nõ uideatur/tunc ipse deo suffragatus/illum sapiẽtem non eẽ demonstro. Atq; ob occupationes eiusmõi nullum mihi ferme relinquitur ocium uel ad plublicum aliquid agẽdum uel priuatũ: sed in extrema pauptate ob dei cultum sum cõstitutus. Pręterea adolescẽtes maxime opulẽti q ue a negociis uacant me ultro sequẽtes delectantur cum refelli a nobis hoĩes spectant. Quinetiam ipsi nonnũq̃ me imitati alios deiñ cõfutare cõtẽdunt. Qua quidẽ in re plurimam repiunt turbã hominum aliquid se scire putantium: cum aut nihil sciant aut pparum: qui uero ab his cõuicũtur/nõ tam illis q̃ mihi redduntur infensi: clamãtq; eẽ Socratem q̃ndã scelestissimum iuuẽtutisq; corruptorẽ. At siquis sciscitetur ab eis quid nã uel agẽdo uel docẽdo corrumpat/nihil quidẽ assignare possint: immo prorsus ignorant. Sed ne deesse illis materia uideatur/ad ista cõfugiunt q̃ cõmuni uoce facile philosophãtibus obiici solent. eos scilicet neq; sublimia sup terram neq; profunda sub terra/ neq; deos eẽ putare/rõem q; inferiorẽ quasi supiorem ośdere. uera. n. ut puto fateri nolunt se scilicet indignatos ppea quod cõuicti fuerit simulare se illa scire quę nesciunt. Vt pote igitur ambitiosi & uehemẽtes & multi ac uelut excõposito atq; obnixe diligentisq; psuasionis studio me criminãtes uestras aures impleuerunt & iãdiu & nup calũniis ĩ me studiose cõfictis. Ex his autẽ Melitus & Anytus & Lyco cõtra me surrexerunt. Melitus quidẽ ob pœtas mihi infestus. Anytus uero ob artifices atq; reipublicę gubernatores. Lycõ deniq; grã rhetorum. Quãobrẽ queãdmodum ab initio dicebam/ãmirarer equidẽ/si opinionẽ istam tantis cõceptam calũniis tam inueteratam nunc in tã breui tẽpore amouere a uobis possem. Hęc equidẽ/o/uiri Athenięses uera uobis loquor: neq; cęlo neq; subtraho aut magnũ quicq̃ aut prauũ: q̃uis ferme norĩ in his dicendis me eisdẽ fore molestum. Quod quidẽ argumẽtum uobis est me uera loqui. atq; hanc eẽ calũniam cõtra me exortam: eiusq; cãs eiusmodi eẽ. Et siue in pręsentia siue in posterũ hęc inquiretis/ita eẽ inuenietis. Ad illa igitur q̃ primi accusatores detulerunt hęc mihi sufficiens apud uos sit defensio. Ad Melitum uero bonum & ut ipse ait patrię amatorem ceterosq; seq̃ntes accusatores deinceps rñdere pgã. Sed horum rursus tanq̃ alii quidam accusatores sint accusationẽ iuramẽto assertam uicissimq; asserẽdam in medium adducamus. Hẽt uero ferme se hunc in modum. Socrates iniuste agit iuuẽtutẽ deprauans/ac deos quos ciuitas putat/ipse nõ putans. sed alia q̃dam noua dęmonia. Accusatio qdẽ est eiusmodi. huius autẽ accusationis q̃libet partẽ discutiamus. Iuuenes deprauare me obiicit. atq; in hoc iniuriam facere/ego uero o uiri Athenięses contra iniuriari Melitum dico/propterea quod serio ludit tã facile hoĩes in iudicium trahẽs simulãsq; seriis se rebus ĩcumbere: earũq; rerũ hẽre curam/q̃ ipsi nũquã curę fuerunt. Hoc autẽ ita eẽ conabor & uobis ośdere. Heus Melite rñde mihi/nũqd ipse maxime cures: ut q̃ optimi adolescẽtes euadãt? ME. Curo eqdẽ. SO. Age ergo his nũc dicas qs nã iuuenes meliores efficiat. Cõstat. n. scire te: cũ tibi id curę sit. ME. certe corruptorẽ eorũ ut ais iã deprehẽdisti. Accusasti his. In iudiciũ traxisti. ergo age & eũ q efficit meliores dic his & qs nã sit ośde. qd nã o Melite taces? Vides ne nihil te hẽre qđ dicas? At q nõne turpe id tibi vr̃ eẽ/ac sufficiẽs argumẽtum ad

nihil

t. sapien[?] … humana[?]

tũ ad id quod ipſe dico?te hęc nũquã curaſſe. Verũ dic iam bone uir. Quis nam eos efficit bonos? ME. Leges. SO. At uero nõ iſtud interrogo o uir optime/ſed qs homo: qui & primũ id ipſum norit leges ſcilicet quibus illi meliores fiant. ME. hi o Socrates iudices. SO. Quid o Melite ais iſti ne iuuenes erudire poſſunt bonoſq; reddere? ME. & maxime quidẽ. SO. Vtrũ omnes? An Alii quidem poſſunt/alii uero nequaq̃. ME. Omnes. SO. Bene per Iunonẽ loqueris, & magnã eorũ qui proſint iuuenibus copiã. Verũ quid nã hi qui audiunt? Faciunt ne & ipſi meliores an nõ? ME. Ipſi quoque. SO. Quid uero ſenatores? ME. & ſenatores. SO. Sed enim o Melite cauendũ eſt ne concionatores forte adoleſcentes corrumpãt. An uero & hi oẽs ſimiliter faciunt meliores? ME. hi quoq;. SO. Omnes igitur ut uidetur Athenięſes honeſtos bonoſq; reddunt pręter unũ. ME. ego. n. corrũpo ſolus. Ita ne ais? ME. Ita certe & quidẽ uehementer. SO. Magna tu quidẽ me dãnas infelicitate. proinde mihi rñde. an & de equis idem putes. Omnes. s. hoĩes equos bonos efficere. unũ uero dũtaxat eos corrũpere. An oĩo cõtra unũ eſſe uel certe perpaucos equitandi pitos/reddere meliores equos: q̃ plurimos autẽ eẽ qui ſi inter equos uerſentur/illiſq; utantur deprauant. Nõ ne ita ſe res habet o Melite & de equis & de cęteris oĩbus aĩantibus? penitus ita. ſiue tu & Anytus nõ cõfiteamini ſiue ↄfiteamini & enim per magnã iuuenes nacti eẽnt felicitatẽ. ſi unus dumtaxat eos poſſet peruertere: cęteri uero ipſis oẽs ꝓdeſſent. Cęterũ o Melite ſatis demonſtras te nullã iuuẽtutis curã habuiſſe umquã ac plane declaras in curiam tuã. teq; nũquã meditatũ fuiſſe ea de quibus me accuſas. Preterea obſecro te per Iouẽ o Melite reſpõde nobis utrum melius uerſari poſſumus ĩter bonos ciues/ an inter malos. Reſpõde amabo. Nihil. n. difficile te rogo nõne mali ſemp mali aliquid agunt his qbus cũuerſantur? Boni aũt bonũ? ME. ꝓculdubio. SO. eſt ne ullus qui detrimẽtum ſuſcipere potius q̃ emolumentũ uelit ab his quibus familiariter utitur? Reſpõde o bone uir. Lex. n. rñdere te iubet. ẽ ne qſq̃ qui dãnum pati uelit? ME. nullus. SO. Age ergo tu me huc in iudiciũ uocas q̃ſi iuuẽtutis deprauatorẽ. an dicis me id uolentẽ facere? ME. Equidẽ uolentẽ dico. SO. Nũquid tu o Melite longe minor natu uſq; adeo me grãdiori ſapientior es ut plane cognoſcas tu quidẽ malos obeẽ familiaribus/ bonos uero prodeſſe? Ego autẽ in tantã inſaniã ꝓlapſus ſim ut neq; id cognoſcam: ſiquem ex familiaribus peiorem reddidero periclitaturum me nequid ab eo mali perpetiar atq; hoc tantum mihi ipſi malum ut tu ais uolens inferam. Hęc equidem tibi o Melite non credo. Arbitror quoq; neminem tibi alium conceſſurum. Sed aut non deprauo adoleſcentes/uel ſi deprauo inuitus facio. Quapropter tu in utrõque mentiris. At ſi inuitus corrumpo/non huc in iudicium ĩ uoluntaria delicta lex trahi iubet: ſed priuatum doceri atq; caſtigari. Conſtat enim ſi didicero nõ amplius me id facturum/quod per ignorantiã faciebam. Tu autem familiariter me emendare noluiſti: ſed in iudicium rapis. Quo eos trahi. lex iubet qui pęna indigent potius q̃ diſciplina/Iam uero ex his manifeſtum eſt o uiri Athenienſes quod mõ dicebã nullam huic Melito aut magnam aut paruam erudiendę iuuentutis curam fuiſſe. Nunc age dic qua rõne me aſſeras o Melite peruertere iuuẽtutẽ. An uidelicet queadmodũ in accuſatiõe ſcripſiſti: quia docrã nõ putare deos quos ciuitas putat ſed alia quedam noua demonia. an non? In his docendis affirmas iuuenes me corrumpe: ME. omnino quidem ac uehemẽter hec aſſero. SO. Per deos ipſos o Melite de quibus nũc nobis eſt ſermo apertius & mihi & his enarra. Nam ego quidẽ nondum plane intelligo utrum dicas docere me iuuenes ut putent aliquos quidem deos eſſe quod ſi ita eſt ego deos eſſe puto/neque omnino ſum abſque deo: neque in hoc iniuſte ago: quamuis non eos quos habet ciuitas ſed alios eſſe doceam utrum in quã hoc eſt in quo me criminaris quod uidelicet deos alios introducã? An me ais oĩo negare deos ?ut ſuſque ut negent alios quoque docere? ME. aſſero equidem te oĩo negare deos. SO. o admirabilis Melite/cur nam iſta dicis? Neque ſolem igitur neq; lunam eẽ deos credo ut homines alii. ME. p Iouem ita o iudices. Nam ſolem quidẽ lapidem eſſe dicit: lunam uero terram. SO. Anaxagorã tu quidem o amice Melite accuſandũ cẽſes. Atq; ita hos paruifacis/exiſtimans eos litterarum ignaros eẽ quaſi neſciũt libros Anaxagore Clacomenii eiuſmodi opinionibus eẽ plenos & locus eſt gymnaſticus iuuenes hec a me diſcere? que liceret iterdũ etiam ſi multa ſit unius drachme pretiõ emere ex orcheſtra Socratẽq; deridere ſi ſua eẽ fingeret/pſertim cũ tã abſurda ſint. Sed p deum o Melite putas ne reuera nullũ me deũ exiſtimare? ME. nullum per iouẽ. SO. Incredibile eſt o Melite quod dicis & quod ut mihi uidetur etiã tibi ipſi. Mihi enim o uiri Athenienſes nimis contumelioſus ac petulans iſte uir ipſamq; accuſationem cõtumelia quadam & petulãtia & iuuenili temeritate proculdubio cõſcripſiſſe. uidetur. n. ceu enigma quoddam cõponere tẽtans an Socrates ſapiẽs deprehẽdat ipſum quaſi ludẽtem ſibiq; ipſi cõtraria ꝓponentem/uel Socrates unã cũ auditoribus ipſis decipiatur. Hic nãq; repugnare ſibimet in ipſis accuſationis uerbis mihi uř ceu ſi dixerit. Contra leges agit Socrates deos nõ putãs. Sed deos putans. Que quidẽ iocãtis nuge eẽ vř. Aĩaduertite/o/uiri quo pacto Melitus mihi uidetur hęc dicere. Tu uero rñdere nobis o Melite. Sed uos quod ab initio oraui ne grauiter feratis ſi ꝑ more meo uerba facio. ẽ ne qſq̃/o/Melite qui hũa quod eẽ putet homĩes ꝟo neq̃? Rñdeat mihi o uiri. Neq; oĩo ĩ his mõ ĩ illis ꝑturbet ẽ ne aliqs q equos ñ putet eẽ/ſed

equestria, uel tibicines quidem nõ esse, sed tibicinũ officia. Non est quisq̃ o uirorũ optime. Ego enim pro te & tibi & his aliis respondeo/ siqdem ipse nõ uis respondere. Sed ad hoc saltẽ quod magis ad rem ptinet responde. An est quisq̃ qui dęmonia qdẽ opera opinetur esse dęmones autem minime? ME. Nullus. SO. q̃ tarde & uix respõdisti ab his coactus? Nõ ne igitur dęmonia opa cõfiteris me & putare & docere siue noua/ siue antiq̃ sint? oĩo. n. ut tu cõfiteris demonia ego assero Atq; hęc qdem in respõsione uicissim accusationi rescripta iurabo. Quod si dęmonia puto/ necessariũ est oĩo puta re me demones quoq; esse an nõ ita se res habet? Ita certe. Pono enim te cõfitentem quãdoquidem respondere nõ uis. Demones autem nõ ne aut deos arbitramur esse/ aut deorum filios? Fateris ne hoc/ an negas? ME. Prorsus. SO. Nõne si dęmones eẽ arbitror ut ipse cõcedis/ dęmõesq; dii qdam sunt id euenit? quod mõ dicebã enigma pponere te & q̃si nugari dicẽdo me deos nõ existimãtem/ deos tñ rursus existimare qñqdem dęmones eẽ duco. Rursus si demones deorũ filii sint spurii ui delicet qdam aut ex nymphis aut ex aliis qbusdã/ ut fertur qs nã hoĩum filios qdem deorũ eẽ putet/ deos uero neget. Periñ. n. id absurdum foret/ ac siqs equorũ qdem filios uel asinorũ mulos eẽ pu tet equos aũt & asinos esse nõ putet. Sed/ o/ Melite uideris pculdubio accusationẽ istam iccirco ita posuisse uel ut ingenii nostri periculum faceres uel quia in quo reuera me criminareris nihil habe res. Tu uero quanam ratione persuaderes alicui uel minimũ quidẽ mentis habenti non esse eiusdẽ uiri dęmonia simul & diuina putare ac rursus eiusdem neq; demones neq; deos neq; heroas. Nul la certe ratiõe fieri posse aliter ostendi potest. Ceterum o uiri Athenieñ ses/ quod quidem ego nõ de liquerim quemadmodũ Melitus accusat haud magna mihi purgatione opus esse vr. sed ea quę di cta sunt sufficere iudico. Quod autem ab initio dixi maliuolentiam plurimam esse cõtra me apud plurimos cõcitatam. Id profecto uerissimũ est & hoc me perimet siquidem perimar: non Melitus; neq; Anytus: sed multorũ calumnia & inuidia. Quę quidem alios quoq; multos uiros bonos pere mit hactenus: & ut arbitror pimet. Nihil enim graue uel mirum si in me obesse nõ desinat. Forsitã uero ita me quispiã interrogabit. Nõ ne te pudet o Socrates: tale qddam exercere: ex quo continuo in periculum uenias moriendi? Equidem huic obiectioni iustum hanc responsionem dabo. Haud recte/ o/ uir loqueris: si putas magnã aut uitę aut mortis habendam esse rationem/ homini cuius uel parua quędam utilitas sit. hac nõ illud potius dumtaxat considerandum quotiẽs aliquid agit. utrũ iusta agat/ an iniusta. Aut boni uiri opera siue mala. Alioquin ex hac ratione tu aspernendi fuissent semidei omnes quotcũq; apud Troiam occubuerunt/ & alii & in primis ipse Thetidis filius: q usq; adeo mortis contẽpsit periculum/ ne turpem subiret infamiam ut cum sibi dea mater properanti ad hectorem occidendũ predixisset his ferme/ ut arbitror uerbis o fili si pro uindicta Patrocli ami ci tui ab Hectore interfecti Hectorẽ iterfeceris ipse pibis inqt enim subito post Hectorem infelix tibi sors iminet. Cum inquã ab ea hęc accepisset usq; adeo discrimen mortẽ inque contempsit. ut multo magis timuerit turpem uitam amicorum inultis iniuriis q̃ mortem: statique respõderit mo ri se malle pro iusta amici uindicta quã moras trahentem apud naues ridiculum contemptumque uiuere: hunc ergo periculi mortisque curam habuisse/ quis nõ dixerit? Et profecto ita se res habet/ o uiri Athenieñ ses. Quo quisque in loco uel se ipsum cõstituit arbitratus id optimũ esse uel a superio re iubetur consistere/ in eo ut mihi uidet permanere oportet piculũque subire neque mortẽ neq; aliud quicquam magis q̃ turpitudinem formitantẽ. equidem o uiri Athenienses grauiter aberra rẽ si cum illis paruerit pręfectis/ quos ipsi mihi pręposuistis & in Potidea/ & in Amphipoli & ĩ Olio. Tũc enĩ ubi illi me cõsistere iusserunt/ ibi constiti ut q̃squã alter mortisq; discrimẽ subiui/ ubi deus me posuit permanereq; uoluit ut opinatus sum atque existimaui uidelicet philosophantẽ me uiuẽ re: ac me ipsum aliosque scrutari ibi ob mortis alteriusue rei metũ ordinẽ desererem. Pergraue itaq̃ quã id esset delictum & tunc reuera me iuste quis Iudicium traheret/ quasi deos non putantem/ ui delicet oraculo non parentem: atque mortem timentem: putantẽque me sapientem esse cum sapi ens minime sim. Nam mortem timere o uiri nihil est aliud quã sapientem uideri eum qui non sit sapiens; Quippe cum id sit scire uideri quę nesciat. Nemo enim scit utrum mors summũ bonorũ omniũ contingat homini metuunt autẽ perinde ac si eã scirent maximũ esse malorũ. Cuiuero du biũ esse debet. Qui hęc ipsa inscitia sit maxĩe uituperanda/ per quã aliquis se putat scire quę nescit. Ego autẽ o uiri in hoc forsan a multis hominibus differo. Ac si qua in re sapientiorem me aliquo esse dicerem in hac utique dicerem: quod cũ haud sufficienter quę sunt apud inferos nostri/ simili ter me non nosse cognosco. Iniurias autẽ inferre/ superiorique nõ obedire uel deo uel homini/ ma lum turpe que esse scio. Hęc igitur quę nescio utrum bona sint/ nunquã magis timebo atque fugiã quã illa/ quę mala esse cognosco. Quamobrẽ si me nunc absoluatis non credentes Anyto qui dixit aut me in iudicium ab initio uocandum non esse/ aut uocatum necessario esse damnandũ. Nam si a uobis absoluerer/ fore ut filii uestri Socratis secuti uestigia omnes omnino corrumperentur: si in quã ad hęc uos ita dicatis o Socrates Anyto non credimus/ teque sententiis nostris absoluimus/ hac tamen conditione/ ut nunquam post hac in hac inquisitione philosophiaq; uerseris ac si id fa cere si

Nã mortẽ ti mere. ẽ scire q̃ nescit:

cere si igitur ut dicebā his conditionibus dimittere me uelitis/respondebo utiq; uobis o uiri Athe
nienses diligo uos equidē atq; amo:deo tamē parere malo q̄ uobis. Et q̄diu spirabo/uiresq; suppe
tent/philosophari non desinam:exhortans & docēs quēcūq; nactus fuero sicut soleo hunc ī modū.
Quid tu o uir optime. Cum ciuis sis Atheniēsis ciuitatis amplissimæ ac sapientia & potētia præstā
tissimæ/non erubescis? In eo omnē operam ponere:quo tibi pecuniarū & gloriæ & honoris q̄plu
rimum sit:ut aūt prudētia & ueritas & optimus animi habitus in te sit/neq; cogitas/neq; curas. Ac
siquis uestrum mecum contenderit id se curare asseuerans/haud statim dimictam illū/neq; recedā
sed sciscitabor:examinabo:redarguam. Quod si mihi non uideat possidere uirtutē:attamen profi
teri obiurgabo quod ea quæ plurimi precii sunt nihil pēdat. Vilissima uero plurimi faciat. Hoc eq
dem officiū præstabo iuniori & seniori quēcunq; nactus fuero/rursusq; peregrino & ciui: magis āt
ciuibus:quāto mihi genere propinquiores estis. Hoc enim deus ipse iubet. Reor aūt quod & uos
latere non debet/nullū adhuc bonum uobis in hac urbe maius contigisse q̄ hoc meū ministerium
quod deo parens exhibeo. Nihil enim aliud agens circūeo. q̄ suadens iunioribus/senioribusq; ue
strum/neq; corporum/neq; pecuniarum/neq; aliarum omnino rerū curam prius uehemētiusque
q̄ animi habendā eē/ut q̄ optimus sit docēs non ex pecuniis uirtutē sed ex uirtute pecunias aliaq; bo
na omnia & priuatim & publice hominibus prouenire. Si igitur hæc docēs peruerto iuuenes/eēnt
certe perniciosa. At siquis dicat me alia q̄ hæc docere nihil dicit. Horum gratia o uiri Athenienses
profiteor equidē siue credatis Anyto siue non credatis/siue dimiseritis me/siue non dimiseritis p̄fi
teor me nihil aliud esse facturum/nec si mihi sit pluries moriendū. Ne conturbemini o uiri Athe
nienses. Sed quēadmodum ab initio rogaui me æquo animo audiatis:erit enim uobis ut arbitror
utile siquæ nunc dicturus sum audietis/equidē uobis nonnulla dicturus sum/quæ audientes forsitā
ad clamorē in præsentia prouocemini. ego uero silentium a uobis exposco. Scitote si me occideri
tis talē qualē uobis modo dicebam/non me læsuros esse uos magis/q̄ uos ipsos. Me quidē neq; Me
lytus neq; Anytus unq̄ lædet. Neq; enim posset. Siquidē nefas est ut arbitror:meliorem uirū a de
teriore ledi. Interficere tamen potest uel pellere uel contumelia quadā afficere. Atq; hęc iste quidē
& alius aliquis ingētia putet eē mala/ego uero non puto:sed multo peius eē illa facere quæ nūc iste
facit aggrediēs iniuste uirum occidere. Quamobrē o uiri Athenięses non tam mihi nunc opus est
defensionē pro me ipso meditari. ut aliquis existimaret q̄ uobis ne quid me condēnantes cōtra id
munus quod deus uobis tribuit delinquatis. Si enim me interfeceritis haud facile alium talem re
perietis/uere quidē & si forte id dictum ridiculū ē ciuitati uestrę adeo adhibitum uelut equo cuidā
magno & generoso/seu ipsa mole pigriori atq; a tabano aliquo excitari indigēti qualē uidetur me
deus ciuitati addidisse. Qui singulos exsuscitans & monens & obiurgans non cesso diem totā ubiq;
uobis assistere. Talē uero alterū non facile nanciscemini o uiri Athenięses. Ergo si mihi credideri
tis/me uestris sentētiis absoluetis. At uero si forte dormitantiū more grauiter ferēres uos exsusci
tari me/ut uult Anytus temere occideritis reliquū omne tēpus dormietis: nisi forsan deus uobis
prospiciēs alium quēdam miserit. Me uero eē talē ut adeo ciuitati tributus fuisse uideat hinc pote
stis animaduertere. Non humanum certe id eē uidetur:quod ego mea quidē omnia omnino ne
glexerim. Atq; in hac rei familiaris negligētia tot annos iam pleuerē. Vestro semp intentus bono/
dum singulos adeo tanquā pater/aut frater natu maior suadēs curam uirtutis hr̄e. Quod siquam
pro officio meo mercedē recipem humanam quandā id rationē hr̄et. Nunc uero quod & uos pla
ne uidetis accusatores isti mei quāquā ipudentissime alia contra me omnia coaceruarunt/hoc unū
tamē solita illa impudētia nequaq̄ ausi sunt ptentare/testesq; adhibere qui probēt me unq̄ pro his
mercedē ullam exegisse aut petiisse. Huius autē rei sufficientē uobis ut arbitror testē affero/pauper
tatē meam. Sed forsan absurdum alicui uideri potest:me priuatim hæc consulere singulis anxie ni
mis circumeuntē:publice uero inconcionibus ausum non fuisse hoc idē ciuitati consulere. Huius
autē causa est de qua sepe me passim dicentē audiuistis. Diuinum uidelicet quiddā atq; demonicū
in uoce quadam mihi adesse. Quod quidem Melytus in accusatione derisit:sed mihi quidē ab ipsa
pueritia hoc adest/uox. s. quædam quæ quotiens fit/me prohibet agere quod acturus eram:prouo
cat uero nunq̄:hoc inquā est quod mihi repugnet quo minus me ad publica conferam & recte ad
modū mihi aduersari uidetur. Constat enim o uiri Athenięses si quondā negocia publica aggres
sus fuissem/iamdiu mihi fuisse peundū:itaq; nullam uel uobis uel mihi attulissem utilitatē. ne mihi
succenseatis/oro uera dicēti. Nemo enim diu saluus esse potest si haud uestro haud alteri cuiquam
populo legitime aduersetur quo multa iniusta atq; iniqua quæ fieri solēt in ciuitate prohibeat. Sed
necesse est eū qui reuera pro iustitia pugnat/si mō breui saluus futurus sit priuatum degere/neq; rē
publicam attingere. horum equidē magna uobis afferam argumēta. Non uerba quidē. Sed quod
uos multifacitis facta. Audite iam quæ mihi contigerint:ut planius perspiciatis/nulli me quicquā
contra iustitiam ob mortis metum concessurum fuisse atq; non concedētem/simul fuisse perituꝝ.
Referam uobis equidem molesta quædam atq; iudicialia:uera tamen. Ego enim o uiri Athenien

ses nullo adhuc publico functus sum munere/nisi quod ad consilium sum electus. Contigit autem tribum meã Antiocheam eo tẽpore præsidere quo uos decem illos exercitus duces quia nauali pugna interemptos non susceperint damnare simul omnes properatis iniuste quidẽ: ut cunctis postea uobis notum fuit. Tunc ego solus ex omnibus præfectis me uobis opposui: nequid ageretis ꝑter leges meisq; suffragiis restiti. Quo ĩ tempore cum oratores multi parati essent deferre meum nomen atq; in iudicium trahere uoisq; ipsi ingenti idem clamore iuberetis/existimaui oportere me magis pro lege atq; iustitia subire periculum/q̃ uobiscum sentire non sentiẽtibus iusta ob metum carceris aut mortis. Et hæc quidẽ facta sunt ciuitate adhuc sub libertate populi cõstituta. Postquã uero ad paucorum potentiam deuentum est/rursus triginta illi qui rem publicam occuparunt uocãtes me una cũ aliis quattuor in Tholum iusserũt Leontam Salaminũ ex Salamine adducere quo ille necaretur. Qualia uidelicet multa illi & aliis multis eo tẽpore mandabant: ut complures criminibus suis inuoluerent. Tunc ego non uerbis quidẽ/sed re ipa rursus ostendi/mihil omnino quãuis dictu rusticius uideatur curare mortem: illud uero omnino curare nequid iniustum neue impium facerẽ. Me uero potestas illa terribilis nequaq̃ ita conterruit ut iniuste aliquid facerẽ. Sed ubi Thola egressi fuimus reliqui quattuor in Salaminam aduentantes captum Leontam duxerunt. Ego uero domum abiui. Ac forsan propterea me illi interfecissent nisi breui eorũ potestas dissoluta fuisset. Atq; horum testes uobis erunt permulti. An ergo putatis tot annos me uiuere potuisse/si publica tractauissem boniq; uiri officio fungens iustitię suffragatus essem! atq; ut oportet unũ id officium omnibus prætulissem. Permultum abest o uiri Atheniẽses. Neq; enim alius quisq̃ hominum ita se gerens diu saluus esse potuisset. At ego per omnẽ uitam sicubi publica tractaui negocia talẽ me præstiti/& priuatim idem ipe nemini unquam præter id quod iustum est concedẽs uel aliis uel horum alicui quos ii qui me criminantur/meos affirmant eẽ discipulos. Ego autẽ nullius unq̃ præceptor fui. Sed siquis dicẽtẽ me ac mea tractantem audire desiderauit/siue iunior/siue senior/nulli unq̃ id negaui. Neq; uero is ego sum qui pecuniis acceptis disputẽ: nõ acceptis uero taceam. Sed pariter diuiti: atq; paupi interrogãdũ me prebeo/ac ẽt siquis rñdẽdo audire uelit quæ dico. Et siqs hoꝝ probus fiat uel non haud iuste crimen subirem quippe cum nulli unquã doctrinam uel tradiderim ullam uel promiserim. Quod siquis dixerit priuatim a me quicquã uel didicisse uel audisse quod nec aliis omnibus cõmune fecerim non uerum dicit. Sed quam ob causam quidam mea cõsuetudine oblectentur o uiri Atheniẽses audite. Omnino uerum est quod uobis supra dicebã delectari homines cum redargutioni eorũ adsunt/qui se cũ non sint existimãt sapiẽtes. Est enim res nõ iniocunda. Mihi uero/ut dixi/adeo iniũcta & per uaticinia & p somnia & per omnẽ modum/p quẽ aliqua alia sors diuina homini quicquam mandari agendũ. Hæc o uiri Athenienses & uera sunt/& facile arguẽda. Enimuero si ego iuuenum alios quidẽ nunc corrumpo alios uero iamdiu corrupi/consentaneum eẽt ut nunc illorum aliqui seniores facti/quoniam itelligerẽt me sibi adolescẽtibus male consuluisse/contra me insurgerẽt: ac pœnas deposcerẽt. Atsi ipsi nollẽt/saltẽ necessarios illorum aliquos/patres & fratres & alios cognatos/siquid mali a me eorum necessarii passi fuissent cõmemorare nunc & pœnas exigere. Sed adsunt hic quos cerno illorum permulti. Primum quidẽ Cryto iste æqualis meus atq; contribulis Crytobuli huius pater. Deinde Lysanias Sphettius Eschini huius pater. Præterea Antipho Cephisieus pater Epigenis. Adsunt & alii/quorum fratres familiariter me usi sunt Nichostratus Zotidi filius Theodoti frater. Et Theodotus quidẽ defunctus ẽ ut fratrẽ precari non possit. Et Paralus hic filius Demodoci. Cuius Theages frater erat. Adimãthus quoq; filius Aristonis cuius frater hic iste. Plato Deniq; Eantodorus cuius Apollodorus hic est frater. Alios ꝑmultos referre possum. Quorum unum aliquẽ præsertim in eius oratione oportuit a Melito testẽ produci. At uero si tunc oblitus est: nunc saltem producat/ego permittam. Afferat inquã siquid tale habet in medium. Sed contra omnino se res habet o uiri Atheniẽses. Omnes enim ut uideris conuenerunt libenter ad opẽ mihi ferẽdã qui corrupisse eorum necessarios detrimentũq; attulisse. a Melito Anytoq; accusor. quod si ipsi qui deprauati sunt mihi opitularenť nihil mirum esset. At propinqui eorum seniores a me nunquã deprauati qua tandẽ ratione mihi suffragantur! Nisi recta quadam & iusta. Quippe cum & Melitum mentiri & me uera loqui cognoscãt. Quæ igiť pro defensione mea o uiri Atheniẽses habeo/ferme hæc sunt & alia forte similia. Sed forsan uestrũ aliquis ad se moresq; solitos se recipiẽs grauiter ferat. Quod cũ leuioribus etiam in causis reus multis cum lachrimis soleat deprecari atq; supplicare: ac filios in iudiciũ producere/ut cõmiseratione cõmoueant & alios domesticorum amicorũq; permultos. Ego nihil horum faciam/ quãuis in extremo ut uideť discrimine constitutus his ergo offensus aliquis cõtra me ꝑtinacius irritetur: atq; ipsa in ira sentẽtiam contra me ferat. Siquis ergo inter uos eius mentis est/ego tamen non censeo obsecrandum: sed hac ratione potius æque me hunc allocuturum. Sunt & mihi o uir optime cognati quidã. Neq; enim ut inquit Homerus ex quercu uel petra/sed ex hominibus natus sum. Itaq; & cognatos habeo o uiri Athenienses & filios tres. Quorum unus iã adolescit. Duo aũt

sunt

ſunt paruuli. Nullũ tamen eorum huc adducam ſupplicaturus eo pacto a uobis abſolui. Cur nam
igitur nihil horum faciam? Non pertinacia ulla neq; contemptu uiri Athenienſes utrum uero au=
dacter me habeã erga mortem an non/alia ratio eſt. Ad exiſtimationẽ tamen & mei & ueſtri & ciui
tatis totius nõ arbitror ptinere/ut hęc faciã ĩ hac ętate & hoc noĩe qđ nactus ſum ſiue id uerũ ſit ſiue
falſum. Attamen iam opinione hominũ præoccupatum eſt Socratẽ inter multos præcipuo quo=
dam excellere. Si ergo hi qui inter uos ſapientia uel fortitudine uel quauis alia uirtute præſtare exi
ſtimantur/tales erunt quales ſæpe quoſdam cũ de illis iudicaretur uidi/turpe nimiũ erit. Qui cum
eſſe alicuius precii exiſtimarẽtur attamen in iudicio mirum ĩ modũ cõmiſerationi ſtudebant: quaſi
graue aliquid paſſuri/ſi ex hac uita deceſſerint: perinde ac ĩmortales eſſent futuri/ſi uos illos nõ oc
cidatis. Atqui hi mihi uidẽtur ciuitati dedecus afferre: ppterea quod exiſtimare peregrinorũ ali=
quis poteſt eos qui inter Athenienſes uirtute præſtant in magiſtratibuſq; cæteriſq; honoribus ſu=
periores habẽtur nihil a mulieribus differre. Hæc autẽ o uiri Athenienſes nec uos qui alicuius au=
ctoritatis eẽ uidemini facere decet/neq; etiam ſi nos facere uelimus/pmittere. Sed hoc ipſum oſtẽ
dere uos eum multo magis dãnaturos eſſe/qui cõmiſerationes eiuſmodi introducẽs ridiculã red=
diderit ciuitatem/q̃ illũ qui quietus iudiciũ expectauerit. Proinde o uiri Atheniẽſes accedit ad ea
quæ de ciuitatis exiſtimatione dicta ſunt/quod nec iuſtũ mihi uidetur eẽ iudicem precari/neq; pre
cando abſolui: ſed docere atq; ſuadere. Non enim ad hoc ſedet iudex/ut per gratiã concedat/ ſed
ut iudicet ſecundũ leges. Atq; id iureiurando promiſit non per gratiã cuicunq; libuerit condona
re/ſed iudicare ſecundũ leges. Non igitur licet uel nobis aſſuefacere uos deierare uel uobis aſſue=
fieri. Neutri. n. noſtrum religionẽ ſeruarẽt. Nolite ergo o uiri Athenienſes exigere talia me apud
uos agere/quæ/neq; honeſta/neq; iuſta/neq; ſancta eẽ puto: & id quidẽ oĩno/præſertim uero per Io
uem/cũ impietatis erga deum a Melyto hoc accuſer. Profecto ſi pergerem pſuadere uobis/precã=
doq; flectere cũ iuraueritis/docerẽ utiq; uos non putare deos eẽ. Ac reuera dum p me defenſionẽ
paro/me ipſum interim accuſarẽ quaſi deos nequaq̃ exiſtimantẽ. Sed multum abeſt ut ita ſe res ha
beat. exiſtimo nãq; eſſe deos o uiri Athenienſes/magis q̃ quiſquã meorũ acuſatorũ ac uobis deoq; p
mitto de me iudicare ut & mihi & uobis ſit cõducturũ. quod uero non grauiter ferã o uiri Atheniẽ
ſes me a uobis eẽ dãnatum/& alia multa faciunt & illud in primis quod nõ pręter ſpẽ id accidit. Ve
rum multo magis admiror utrorũq; numerũ calculorũ. Siquidẽ non putabã tam pauco calculorũ
numero ab aſſolutione abeſſe. Nunc autẽ ut uidetur ſi tres ſolũ calculi aliter cecidiſſent euadebam
Melitũ certe nunc euaſiſſe uideor neq; euaſiſſe ſolum ſed unicuiq; cõſtat niſi ſurrexiſſent Anytus &
Lyco me accaſantes/mille drachmas illũ fuiſſe penſurũ: quoniã partẽ quintã calculorũ non accepiſ
ſet. licetur ergo iudiciũ morte uir iſte eſto. ſed ego o uiri Atheniẽſes quonã me liceamini poſtula=
bo. An non uidelicet eo quo dignus ſum. Quid ergo? Quid nã dignum eſt pati me aut pẽdere/ob
id quod q̃ didici/non ſiluerim. Sed neglexerim quæcũq; multi faciũt uulgus/quęſtũ/rẽ familiarẽ/prę
fecturas/contiones/cæteroſq; magiſtratus/præterea aufugerim coniurationes atq; ſeditiones/quę
in re publica contigerunt: arbitratus me ipſum reuera ad æquiora officia eẽ natum/q̃ ut ab his ſa=
lutẽ meam pendere exiſtimarẽ. Ad hæc inquã me non contuli/quibus occupatus/neq; uobis/neq;
mihi ipſi fuerã profuturus. Sed uni huic officio dũtaxat incubui. ut priuatim unũ quẽq; ueſtrũ ſalu
tãs/maximã ut equidẽ exiſtimo afferrẽ utilitatẽ: ſuadẽs uidelicet unicuiq; nihil ex rebus ſuis priuſq̃
ſeipſum eſſe curandũ/ut q̃ optimus prudẽtiſſimuſq; euadat: nec res ciuitatis curandas. eẽ priuſq̃ ci
uitatẽ ipſa. Et aliarum itẽ rerum curã eadẽ rõne eẽ habẽdam. Quid igit̃ cũ ſim talis a uobis repor=
tare dignus ſum? Bonum certe o uiri Atheniẽſes/ſi modo p dignitate reuera exiſtimetis. Ac tale q
dem bonũ quale mihi cõueniat. Quid igitur cõuenit uiro egeno bñficioq; cui uacare a cæteris oc=
cupationibus expediat/quo uos ad uirtutẽ cohortari queat. Nullũ certe ẽ aliud pmiũ o uiri Athe=
nienſes quod magis uirũ talẽ deceat q̃ in Prytaneo publico ſumptu nutriri/& multo quidẽ magis
q̃ ſiquis ueſtrũ equo aut bigis aut quadrigis olympia uicerit. Nam ille quidẽ facit ut felices uidea=
mini. Ego uero ut ſitis. Præterea ille nutritione non indiget. Ego indigeo. Itaq; ſi p dignitate ac iu
ſtitia extimari oportet/ego me hoc dignũ exiſtimo/alimonia. ſ. publice in Prytaneo mihi exibẽda.
Forte uero hæc uobis dicẽs ita proteruus uideor ut in ſupioribus uiſus ſum/ubi cõmiſeratiões/ſup
plicationeſq; deteſtabar. Id autẽ haud tale eſt/ſed eiuſmodi potius o uiri Atheniẽſes. Perſuaſum ẽ
enim mihi ut nemini ſponte iniuriã faciã. quod quidẽ iccirco uobis non pſuadeo/quia breue tẽpus
habuimus colloquẽdi. Verum ſi lex talis apud uos eẽt qualis apud cæteros/ut ubi mors pœna ſit/ĩ
eo iudicio non diẽ unam ſed plures diſceptetur/uobis/ut arbitror/pſuaſiſſem. Nunc uero haud fa
cile fuit in tam breui tẽpore calũnias magnas diluere. Cum igitur mihi pſuaſum ſit/nemini facien
dam eẽ iniuriam p multũ abeſt ut mihi ipſi ſim facturus. Quid ergo? nunqd ueritus ne id ſubeam
quo Melytus me dignũ cenſet/quod equidẽ aio neſcire me utrum bonũ ſit/an malũ/ut hoc deuitẽ
eligã eorũ aliquid/q̃ plane mala eẽ ſcio: atq; hæc me dignũ eẽ cenſebo. Vtrum ergo uincula? Et qd
oportet me in carcere uitam agere/ſemp undecim uiris ſeruientẽ. Vtrum pecunias ſoluere? Atq;

donec solutæ sint:in uinculis pmanere. At uero id tantūdē est atq; quod supra dicebā: cū mihi desit unde pecunias psoluam. An forte exiliū? Forte.n.hoc dignus eē censebor. nimia tñ o uiri Athenienses me cupiditas uitæ teneret:si adeo imprudēs essem/ut non possem animaduertere/si uos ciues mei consuetudinē meā sermonesq; pferre non potuistis/ sed usq; adeo graui inuidiosaq; uobis fuit mea consuetudo atq; oratio ut mox liberare uos ab illa iam decreueritis/alios tñ facile me putem toleraturos. Permultum abest o uiri Atheniēses. Præclara.s.mihi uita foret in hac ætate errulanti & aliā ex alia ciuitatē pmutanti/& in continua repulsa uiuenti. Equidē ut plane intelligo quocūq; proficiscar audituri me sicut & hic sequētur adolescētes. Ac si eos repellam/ipsi uicissim senioribus id psuadētes me repellēt. Si non repellam/eoꝶ patres & cognati ob hos ipsos me expellent. Forsitan uero dicet aliquis nōne potes o Socrates in exilio silētium & quietē agere? At hoc omniū est difficilimū aliquibus uestrū psuadere. Siue enim rñdeo/id esse non parere deo:proptereaq; me non posse quiescere:non credetis mihi quasi p ironiam loquēti:siue dixero me ab hoc officio nolle uacare/quia id homini maximū contingit bonū diebus uidelicet singulis de uirtute uerba facere atq; de aliis/de quibus me quotidie loquentē uos auditis. Atq; ita me ipm aliosq; scrutari:uitāq; inconsideratā respuēdam eē censere/hæc ēt multo minus mihi credetis. Hæc uero o uiri Atheniēses ita ut dico se habēt. Sed haud facile psuaderi possunt. Et simul nunq̄ malo dignari me cōsueui. Quod si mihi forēt pecuniæ/iudicium pecuniis licerer quot pensurus forē. Neq; obesset mihi illas amittere. Nunc uero non adsunt/nisi forte quātū ualeo soluere/tanti ęstimare uelitis. Possum uero ferme argēti minā. Tanti ergo iudiciū liceor. Plato aūt hic o uiri Athenienses & Crito & Critobulus & Apollodorus iubēt me triginta minis liceri. Ipsi uero tm̄ uobis ꝓmittere parati sunt. Liceor ergo tanti. Promissores uero argēti huius hi uobis erunt sufficientes. Non multi tpis gratia o uiri Atheniēses criminandi materiā prebuistis/uolentibus ciuitatē uituperare. Quia.s. Socratem occideritis uirum sapientē. Dicēt.n.illi licet non sim me sapientē/q uos uituperare uolent. Si ergo breue tēpus expectauissetis/absq; uestra opera me contingebat mori. Videte ætatē meā q̄ pcul iam sit a uita/morti uero ꝓpinqua. Neq; uero hæc aduersus uos oēs dico. Sed aduersus eos tm̄ q me mortte damnarunt. Dico ēt hæc ad hos ipsos. Forsan putatis me uiri Atheniēses in iudicio cōcidisse talium uerboꝶ inopia quibus utiq; psuasissem uobis/si oīa facienda dicendaq; putauissem/qbus a uobis absoluerer. Longe uero se res aliter habet. Certe ob paupertatē dānatus sum/non uerboꝶ quidem:sed audaciæ atq; impudētiæ. Et quia talia apud uos dicere noui qualia uobis auditu gratissima contigissent audiētibus uidelicet me deflentē atq; lamentātē. Et alia facientē multa atq; dicentem/ut dixi me indigna:qualia frequēter ab aliis audire consueuistis. Sed neq; ab initio censui decere ob piculum deuitandū iliberale aliqd facere/ neq; nunc me penitet hac defensionis rōne usum fuisse. Malo equidē tali quadā defensione fretus mortē obire/q̄ cōtraria supuiuere. Neq;.n.in iudicio neq; in bello uel mihi uel alteri/oīa quibus uitemus mortē sunt faciēda. Nā in preliis sæpe constat interitū uitari siquis abiectis armis supplex ad insequentes se conuertat. Alia quoq; in singulis piculis machinamēta sunt/qbus interitū quis effugiat/siquē non pudeat facere quelibet atq; dicere. Sed cōsiderate o uiri Athenienses haud id quidē difficile esse mortē effugere:sed multo difficilius prauitatē. Velocius.n.illa currit q̄ mors. Atqui ego nunc utpote ob senectutem tardior a tardiori captus sum/accusatores aūt mei utpote uehementes atq; ueloces ab ea q̄ uelocior est prauitate. Et nunc quidē ego ab eo damnatus a uobis mortem subiturus. Isti uero a ueritate ipsa dānati prauitati iniustitiæq; obnoxii. Atq; ego quidē pœne acquiesco/& isti. Hæc igitur forte sic oportebat se habere:arbitrorq;'ea hre se mediocriter. Post hæc aūt uobis qui me cōdēnastis/cupio diuinare. Nam illuc mihi iam puentum ē/ubi solēt homines diuinare:qn̄ uidelicet sunt ꝓpe mortē. Prædico equidē uobis o uiri Atheniēses/si me interfeceritis suppliciū uobis statim post mortē meā uobis eē uenturū:ac p Iouem multo durius eo/quo me affeceritis. Nunc enim id egistis/putātes liberare uos/quo minus rationē uitæ uestræ redarguēti cuiq̄ reddere cōpellamini. Id uero contra oīo uobis accidet. Nam plures futuros arbitror q uos redarguant/quos ego cōpescebā & si uos id nō sentiebatis Tantoq; illi infestiores erunt/quāto & iuniores. Ideoq; uos grauius id feretis. Profecto si putatis p interfectionē hoīum a uituperatione uos absoluere/nimiū aberratis. Non.n.est hæc liberatio uel ualida satis uel honesta. Sed illa tā facillima q̄ optima est/nō disturbare quidē alios/sed seipsum cōparare ut q̄optimus euadat. Hæc ergo uobis qui me cōdēnastis uaticinatus finē facio. Vobis aūt q me absoluistis libēter de hmōi re quæ contigit uerba facerē. Quādiu magistratus negocio destinanť.nec dum eo uado ubi me oportet mori. Sed o uiri assistite mihi id tps. Nihil enim ꝓhibet inuicē dum licet confabulari. Nēpe uobis tanq̄ amicis demonstrare uolo quod mihi modo accidit qd nā menti significet. Mihi quidē o iudices/uos enim iudices recte appellare possum/mirabile qddam contigit. Vox enim illa demonis uaticinatrix/mihi semp in superiori tpe frequēter oīo offerre se consueuit. & in rebus quidē leuissimis se opponens siqd minus recte facturus fuissem. Nunc aūt ea mihi quæ uidetis acciderunt/quæ profecto putaret aliquis atq; existimaret extrema esse

ma esse malorum. Sed mihi neq; domo exeunti mane dei signum aduersatum est: neq; dum in iudicium ueniebã: neq; ĩ aliqua sermonis parte dum uerba faciebã: quãuis alios frequẽter dum loqueret in medio sermonis cursu consueuerit cohibere. Nunc aũt in hac re nusq̃ uel agẽti uel loquenti est aduersatũ. Quã uero huius rei cãm esse putem/uobis aperiam. Apparet enim mihi quod contigit bonum eẽ. Nec recte ullo modo iudicatur a nobis/quicũq; mortẽ opinamur esse malã. Cuius quidem rei magna apud me hæc est coniectura/quod signũ mihi ut cõsueuit repugnauisset/nisi bonum quid acturus fuissem. Cogitare aũt hoc pacto possumus/spem multã esse id eẽ bonum. Duorum enim alterũ mors est. Nã aut tanq̃ nihil oĩo sit sensum nullum ullius rei retinet is qui decessit e uita/aut queadmodũ dicitur/ꝑmutatio q̃dam & transmigratio animæ ab hoc in aliũ locum. Siue ergo nullus remanet sensus/sed tãq̃ somnus quidã est ĩ quo quis somniũ cernit nullum admirabile lucrũ erit in morte. Reor equidẽ siquem oporteat ad eam noctẽ quã tanta transegit quiete/ut ne in somniũ quidẽ ullũ uideret alias noctes diesq; uitæ totius/conferre atq; dicere quot ipse noctes atq; dies in uita melius dulciusq; ꝑegerit/reor inq̃ ne dũ priuatum aliquẽ/sed nec magnũ quidẽ regem/aliquas numerare posse. Si ergo tale quiddã est mors/lucrũ eẽ quidẽ dico. Etenim nihil plus hoc pacto totũ tps q̃ nox una eẽ uidetur. Sin aũt mors est tanq̃ trãsmigratio quædã hinc in aliud locum: ac uera sunt q̃ dicuntur: uidelicet in alio seorsum a nobis loco oẽs defunctos eẽ quid nam melius q̃ hoc eẽ potest o iudices. Siquis enim illuc ꝓfectus liber ab iis qui se ꝓfitent̃ iudices esse/ueros repererit iudices q iudicare illic phibentur/Minoem Rhedamantũ/Eacum/Triptolemum aliosq; quotcũq; semidei iuste uixerunt/nunqd eiusmodi transmigratio paruipendenda censebit. Rursus Orpheum Museũq; conuenire & Hesiodũ & Homerũ q̃ multo aliqs nostrum redimeret. Equidẽ si hæc uera sunt sæpius mori uelim. Quippe cũ mihi in primis mirifice grata sit futura habitatio illa atq; consuetudo: qñquidẽ una cũ Palamede futurus sum & Aiace Thelamonis filio/& aliis antiquorum quicũq; falso dãnati iudicio decesserunt e uita. Apud quos meos casus cũ illoꝝ casibus cõferre utrinq;/ut arbitror/non iniocundũ foret. Illud pręterea maximũ illic degere scrutantẽ singulos atq; examinantẽ queadmodũ hinc feci/quis nã illoꝝ sapiens sit & quis cũ non sit/se tñ existimet sapientẽ eẽ. Proinde quãti faciendũ est o iudices ꝑscrutari ducẽ qui tm̃ ad Troiam duxit exercitũ? Vel Vlixem uel Sisyphũ aliosq; q̃plurimos quos referre quis potest uirosq; & mulieres quibus cũ loqui atq; examinando uersari inextimabilis ꝓrsus felicitas eẽt. Siquidem huius cã qui illic degunt haud amplius moriuntur: suntq; illi nobis & in rebus aliis beatiores & in eo insuper quod reliquũ iam tẽpus permanent immortales: siquid uera sunt q̃ dicunt̃. Vos quoq; o iudices bene de morte sperare debetis: idq; unũ cogitare uerũ eẽ uiro uidelicet bono nihil mali accidere posse neq; uiuenti neq; defuncto: neq; res illius a diis negligi. Neq; uera mea nunc casu aliquo acciderunt: sed mihi id constat/mori iam & a laboribus liberari/mihi melius extitisse. Atq; hanc ob cãm diuinũ illud signum mihi non obstitit. Equidẽ haud admodũ his indignor q accusarunt me uel condemnarũt. Quãuis non hac mente accusauerint me atq; dãnauerint sed quia detrimentũ mihi inferre sperabant. Ob hoc utiq; illis est subcensendũ. Sed iam ad eosdẽ illos reuersus/sic eos alloquor. Tantum tñ uos precor o uiri ut meos quoq; filios cũ adoleuerint/si ipsi similiter atq; ego uobis molesti sint pœnis similiter afficiatis. Præsertim si uideant̃ uobis uel pecuniarũ uel alterius cuiusq̃ rei maiorẽ q̃ uirtutis curã habere: atq; si uideri uelint putẽtue se alicuius esse precii cũ nullius sint/illos obiurgetis/queadmodum ego uos quod non illis incũbat/q̃bus est incũbendum: ac existimẽt cũ nullius ꝑcii sit se aliqd eẽ. Q̃ď si hęc feceritis/iusta a uobis passus fuero egoq; & filii. sed iã horã ẽ hinc abire. Me qdẽ ut moriar: uos ãt ut uitã agatis. Vtri uero nr̃m in melius eant oĩbus ꝓterq; deo est incertũ.

Immortalitas animoꝝ

ARGVMENTVM MARSILII IN CRITONEM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

q

Vemadmodũ apologiæ ita Critonis quoq; tã ordinata tã plana dispositio est ut argumento nõ egeat. Aduerte tñ in primis Socratẽ sicut in apologia uigilans uaticinatus est/sic in Critone dormientẽ uaticinari. Vt cognoscas sapiẽti pioq; uiro deũ & uigilãti & dormiẽti semp adesse ex oĩbus aũt collige euãgelicæ doctrinæ cõfirmationẽ. Approbationẽ martyrũ. Exẽplar iustitiæ. Incõparabilẽ fortitudinẽ. Contẽptum mortalium. Desideriũ æthernoꝝ. Religionis deniq; fundamẽtũ. Quid memorẽ uulgi opinionẽ contemnendã esse sapiẽtis dũtaxat sñiam/imo ueritatẽ ipsam eẽ colendam? Quid rursus nõ uiuere quidẽ, sed bñ uiuere exoptandũ. Itẽ inimicis malefaciendũ esse nunq̃ neq; iniurias ulciscendũ. Rursus & ꝑiculum mortis interitũq; subeundũ potius q̃ peccandũ. Quid referã obseruantiã legũ singularẽ & inextimabilẽ patriæ charitatẽ? Quam & parentibus & uitæ proculdubio anteponit: ob hanc ut ipse inquit rõnẽ: quo in alterã ꝓfectus uitã ualeat ęterno iudici æquã ante actæ uitę reddere rõnẽ: neq; leges quæ illic imꝑant humanarũ legũ sorores expauescere cõpellat̃. Concludit deniq; rõnes

Iustitiæ fauentes mentis suæ auribus usq; adeo insonare/ut alia audire non possit. Frustraq; conatu rũ qcũq; pgat dissuadere. Addit ea solum uia eẽ pgendũ/qua deus idest rõ diuinitus infusa pducit.

CRITO VEL DE EO QVOD AGENDVM PERSONE DIALOGI SOCRATES CRITO.

SO.

Vr nam hac hora uenisti o Crito? An non ualde adhuc est ante lucẽ? CRI. ualde qdẽ. SO. qñ uero maxĩe? CRI. Profunda aurora. SO. admiror queadmodum ipse custos carceris tibi obtẽperare uoluerit. CRI. Familiaris iã mihi ẽ o Socrates ob crebrum huc aduentũ meũ. Præterea bñficii non nihil a me accepit. SO. Venisti ne modo? an iã est dudũ. CRI. Satis dudũ. SO. Proinde cur nõ statim me excitasti? sed silẽtio asse disti? CRI. Nunq̃ p Iouẽ o Socrates excitassem. Neq;.n. ipse uellẽ in tanto dolore euigilare. Sed te iamdudũ admiror/ sentiẽs q̃ suauiter dormias. Et cõsulto nõ excitaui te ut q̃ placidissime degeres. eqdẽ & p oẽm uitã ob hmõi morem beatũ te iudicaui. Maxime uero in pñti calamitate/quod eã tã facile ac placide feras. SO. Perabsurdũ esset o Crito siqs tam grandis natu ĩminentẽ mortẽ moleste ferat. CRI. Sed & alii o Socrates æque senes similibus calamitatibus opprimunť quos tñ ætas ab affectiõe quã sors præsens affert secũ/nõ liberat. SO. Ita est. Sed cur nã adeo mane uenisti. CRI. Nunciũ o Socrates ferẽs acerbũ/non tibi qdẽ ut mihi apparet/sed mihi potius & familiaribus tuis oĩbus & acerbũ & graue. Quod qdẽ inter grauissima ut arbitror numerauerim. SO. Quid nã hoc? Nũqd nauis ex Delo iam rediit? Q ua reducta mihi est moriẽdũ. CRI. Nondũ rediit qdẽ. Sed re ditura uideť hodie/queadmodũ nunciãt nõnulli e Sunio uenietes. Q ui ibi eã reliquerunt. Constat ergo ex his nũciis/hodie eẽ uenturã. Ideoq; necessariũ fore te cras o Socrates e uita decedere. SO. Bona o Crito fortuna. Si ita diis placet ita esto. non tñ existimo illã hodie rediturã. CRI. Vnde nã id cõiectas? SO. Dicã equidẽ. Siquidẽ postridie q̃ nauis redierit mihi est obeundũ. CRI. Sic utiq; aiunt hi penes quos rei huius potestas est. SO. Itaq; nõ hac die uenturã puto/sed altera. Coniecturã uero ex somnio quodã accipio: qđ pauloante hac ipsa nocte mihi uisum ẽ: opportuneq; uideris somnũ mihi nõ pturbasse. CRI. Sed quale id somniũ erat? SO. Videbať mihi mulier quædã adueniẽs pulchra & aspectu grata/uestes hñs candidas uocare me atq; dicere o Socrates tertia hinc die Phtiam pueniens latiglebã. CRI. q̃ mirũ id insomniũ Socrates. SO. Manifestũ tñ ut mihi uidetur. CRI. Manifestũ certe. Sed o beate Socrates ẽt nũc crede mihi ac saluus eẽ uelis. Mihi.n. si tu obieris nõ una tm̃ calamitas ĩminet sed pręter id qđ te orbatus fuero tali necessario qualẽ alterũ nunq̃ repiam/uidebor utiq; multis q neutrũ nostrũ satis nouerint cũ potuissem te seruare si minus pecuniis pepercissem/te penitus neglexisse. Atq; q̃ nã maior põt eẽ infamia/q̃ uideri pluris fecisse pecuniasq; amicos? Non.n. poterit psuaderi compluribus te hinc abire noluisse nobis quo id ageres oĩ studio cõtendentibus. SO. Q uid uero a nobis o beate crito tanti uulgi opinio extimať? Probatissimi.n. uiri/quoq; magis habenda rõ est. hæc ita gesta eẽ ut gesta sunt arbitrabunť. CRI. Attñ uides o Socrates cõpelli nos opinionẽ quoq; uulgi curare. Præsentia.n. hæc declarant posse uulgus non minima maloꝝ/imo fere maxĩa siqs in populo calũniis agiteť inferre. SO. utinã o Crito posset uulgus maxima inferre mala/ut uicissim maxĩa posset bona & bñ quidẽ se res hřẽ. neutrũ uero põt. qppe cũ neq; prudentẽ neq; ĩprudentẽ efficere ualeat. Faciunt uero quodlibet utcũq; cõtingit. CRI. Hæc qdẽ ita se habeãt. Ad id uero Socrates mihi rñde: num forte mei cæteroꝝq; necessarioꝝ tuorum respectus te retinet. ne si hinc euaseris/calũniatores nos postea uexent quasi te hinc furati fuerimus. Cogamurq; uel totũ patrimoniũ uel permultas pecunias amittere uel præter hęc aliud qdpiam pati. Siquid tale times/curã eiusmodi pone. Iustũ nãq; est nos tuæ salutis gratia non hoc solũ/ uerũ ẽt si oportuerit maius aliud subire piculũ. Verũ mihi obtẽpera neq; aliter facias. SO. Et hæc equidẽ & alia multa o Crito considero. CRI. Ne igitur hæc uereare. Neq;.n. multũ est argentum quod postulant hi qui seruare te atq; hinc educere pollicenť. Vides præterea q̃ tenues sint calũniatores tui/ut nõ magna ad eos placãdos largitione sit opus. Tibi uero pecuniæ adsunt meæ ad hoc ut opinor sufficientes. Proinde siquo mei respectu adductus nõ putas meas pecunias erogandas: adsunt hospites hi parati per soluere. Quoꝝ unus ẽt huc attulit sufficientẽ pecuniam adhoc ipsum paratã Simias Thebanus. Ad hoc ipsum pmptus est & Cebes aliiq; pmulti. Quãobrẽ ut mõ dicebã nihil tale metuas/ quominus serues te ipsum. Sed neq; ẽt illud qđ in iudicio dixisti te remoreť: si hac urbe exires quo te ipsum uerteres te minime habiturũ. Aliis.n. multis ĩ locis quocũq; pfectus fueris te hoĩes colẽt ac si uelis in Thessaliã te cõferre repies illic hospites meos q te libẽter libentissime cõplectenť: tutũq; præsidio suo adeo reddẽt ut nemo in thessalia tibi iniuriã sit facturus. Accedit ad hæc o Socrates qđ rem minime iustã aggredi uideris: si cũ saluus eẽ possis te ipsum pdas/taliaq; cõtra te facere studeas qualia inimici ipsi tui cõtenderent/ cõtenderũtq; te pdere pperantes.

Proinde

Proinde filios quoq; tuos pdere mihi uideris. Quod cum liceat tibi educare atq; erudire: deseris oīo & quātū in te eo℞ mores fortunę cōmittis. Accidēt uero eis uerisimiliter qualia euenire orphanis cōsueuerunt. Profecto oportebat nō genuisse filios aut in eis educādis erudiēdisq; laborē nō recusare. tu uero mihi uideris q̄ elegisset uir segnis ac piger/nūc elegisse. Decebat aūt cōtra uiri boni fortisq; eligere præsertim te p oēm uitam uirtutis studiū pfitentē. Itaq; non possum tua nostraq; uice/familiariū tuo℞ non erubescere ueritus ne tota hæc res tua/ignauia quadā nr̄a sic tractata fuisse uideaᷓ. Et primū qdē ille tunc in iudiciū ingressus cū liceret nō ingredi. Deinde cōcertatio ipsa iudicii similiter acta. Et extremus hic finis tanq̄ ridiculū qddam per ignauiā segnitiēq; nostrā effugisse nos uidebiᷓ: quod nec nos te seruauerimus neq; tu ipse te: cū id fieri absq; magna difficultate potuerit: si uel parū in nobis usus industriæq; fuisset. Hæc igiᷓ o Socrates cōsidera ne præterq̄ qđ mala sunt ēt dedecori tibi nobisq; sint. sed tibi cōsule. Immo uero nō iā amplius cōsulendi tp̄s. Sed cōsultum iam esse oportuit. Vnicū uero consiliū est uidelicet uenienti hac nocte cuncta hæc facta esse oportere. Sin aūt ultra tardamus/nihil oīno fieri ulterius poterit. Quāobrē oīno mihi adhibe fidē o Socrates nec ullo modo aliter facias. SO. o amice Crito studiū hoc tuū pmulti faciēdū eēt/siqua rōne recta susceptū esset. Sin minus/quāto uehemētius est tāto molestius. Cōsiderandū est igiᷓ agēda ne hæc nobis sint an nō. Nā ego is sum nō mō nunc sed & semp q meo℞ nulli pareā præterq̄ rōni q̄ raciocinanti mihi optima uideaᷓ. Rōnes itaq; illas qbus supioribus tēporibus usus sum/nec nūc qdē postq̄ in hāc fortunā incidi/reiicere possum. Sed similes mihi ferme apparent easdēq; in p̄sentia quas & prius ueneror atq; profiteor. Adeo ut nisi nūc meliores afferre possimus/plane scire debeas me tibi nō cōcessurū. Nō si ēt plura q̄ nūc multitudinis potētia cōminata nos tanq̄ pueros laruali terribiliq; facie pterrere coneᷓ/pecunia & dāna catenas/cædes obiiciens. CRI. Qua nā igiᷓ rōne mediocriter cōsiderabimus? SO. hac utiq; si id qđ tu de opinionibus pauloante dicebas resumamus utrū semp recte se hēat nec ne oportere. s. quarūdā opinionū rōnē habere quarundā uero minime. An forte prius q̄ in piculū mortis īciderē recte id dicebaᷓ. Nūc uero cōstat frustra disputationis gratia/ita dictū fuisse cū reuera ioco cuidā nugisq; esset adductū. Cupio eqdē o Crito una tecū cōsiderare/nūqd sermo ille prior alienus appareat mihi nūc in hac fortuna cōstituto an p̄sus idē q & prius atq; utrū dimittēdus sit a nobis uel ipsi obtēperandū. Cōsidera igiᷓ an nō sufficienter tibi dici uideᷓ non oportere oēs opiniones hoīum sequi: sed alias qdem sequi alias uero negligere neq; oīum qdē: sed dūtaxat quorūdam. Quid ergo dicis? hæc non recte dicunᷓ? CRI. Recte. SO. An non bonas honorare decet malas uero cōtēnere? CRI. Ita decet. SO. Bonæ aūt nōne prudentum? Malæ cōtra sunt iprudentū. CRI. qd ni? SO. age uero quonā mō rursus talia dicebanᷓ. Qui in gymnasiis se exercet utrū cuiuslibet hoīs laudi uel uitupationi mentē adhibeat. An illius tm̄ qui medicus sit aut gymnasii magister. CRI. huius solius. SO. An nō timere decet uitupatiōes & optare laudes illius unius potius q̄ multo℞? CRI. Proculdubio. SO. Hac itaq; rōne illi agendū est exercendūq; & edendū atq; bibendū qua illi unico uideaᷓ/q præsideat intelligatq;/potiusq̄ ut uideᷓ uulgo. CRI. Vera hæc sunt. SO. Quid uero si illi uni non pareat opinionēq; eius & cōmendatiōes nihil pēdat: honoret uero multo℞ ignorantiūq; cōmendationes/nunquid a malo tutus erit? CRI. Minime. SO. Quid aūt est id malum: & quonam tendit & in quā non obedientis partē? CRI. In corpus uidelicet hoc enim corrūpitur. SO. Recte dicis. Nōne & de aliis o Crito eadem rō est? Ne oīa percurramus: de iustis inq̄ iniustisq;: de turpibus & honestis: bonisq; & malis: de quibus ī p̄ntia nobis consultatio est utrū multo℞ opinionem sequi uererique debeamus. an unius potius q intelligat. Quem decet & uenerari & timere magis q̄ cunctos alios. Cui nisi obtemperauerimus lædemur & corrūpemur in eo/quod iusto qdem melius fieri/iniusto autē corrūpi soleat. An nihil id est. CRI. Idem qdem o Socrates arbitror. SO. Age uero si id quod a salubri quidem fit melius/ab insalubri uero corrūpitur/corruperimus iperito℞ potiusq̄ perito℞ secuti iudicia/an nobis eo destructo uiuendū erit? Est aūt id corpus. nōne? CRI. corpus. SO. Nunqd ergo uiuendū nobis cū deprauato corpore atq; destructo? CRI. Nullo modo. SO. An forte cū illo uiuēdum est nobis corrupto qđ iniusto quidē læditur: iusto uero iuuaᷓ? Nunqd uilius illud q̄ corpus existimamus/quicqd illud est e nostris/circa quod iustitia iniustitiaq; uersaᷓ? CRI. Nullo modo. SO. Sed preciosius? CRI. Valde. SO. Non igitur o uir optime admodum nobis curādum est/quid de nobis multi loquanᷓ/sed quid dicat his unus qui intelligit iusta & iniusta atq; ipsa ueritas. Quamobrem primo quidē nō recte adduxisti opinionē uulgarem de rebus iustis & honestis & bonis harūq; contrariis esse alicuius existimandam. At uero dicet aliquis/posse uulgus nos interficere. CRI. Nimirum dici id pōt o Socrates. SO. Vera loqueris. Sed o mirabilis hæc ratio quā percurrimus superiori similis esse uideᷓ. Atq; hanc rursus considera: utrū nobis maneat nec ne. Videlicet non multi faciendum eē uiuere: sed bene uiuere. CRI. Manet qdē. SO. sed hoc quoq; manet ne? bene & honeste & iuste uiuere idē esse. CRI. constat. SO. Igitur ex his quæ confessi sumus hoc considerandū. Vtrum iustū sit conari me/hinc exire/Atheniensibus non dimittētibus uel iniustum ac si appareat iustum esse/tēptemus:

ſi minus dimittamus. Quas uero tu affers conſiderationes de pecuniarũ ſumptu: de uulgari opi-
nione: de filiis educandis cauendũ eſt o Crito/ne excogitationes reuera hoꝝ multoꝝ ſint qui faci-
le interficiunt atq; eoꝝ qui ſimul inq̃ ſi poſſent reuiuiſcerẽt & id q̃dẽ abſq; mente. nobis uero o quan
doquidẽ ſic exigit rõ nihil aliud attendendũ eſt q̃ quod mõ dicebamus. Vtrũ agamus iuſta pecu-
nias largiẽdo gratiãſq; hñdo his qui me hinc educãt utrũ inq̃ in hoc agamus iuſta nos quidẽ educti
illi uero educẽtes/an potius utrinq; ĩ his oĩbus agẽdis agamus iniuſte. Atq; ſi appareat nos iniqua
aggredi ne excogitandũ quidẽ id ẽ/ſed manſuete ſubire decet & mortẽ & quoduis aliud ſuppliciũ
priuſq̃ qcq̃ agamus iniq;. CRI. Recte loqui uideris Socrates. Conſidera tñ q̃d agamus. SO. Con
ſideremus o bone uir una. At ſiqua in p̃te meq; dicẽtẽ redarguere poteris redargue. Ego.n. aſſen-
tiar. Sin minus deſine quæſo o uir beate iam totiẽs eadẽ uerba repetere/oportere.ſ. me hinc Athe
nienſibus inuitis abire. Equidẽ multifacio pſuaſo te hæc agere nõ aũt inuito. Attende itaq; nunqd
cõſiderationis initiũ tibi ſufficienter dictũ ſit conareq; q̃d rogatus ſis ita rñdere/ut maxime cẽſeas
rñdendũ. CRI. Conabor equidẽ. SO. Dicimus ſane nullo modo ſponte eẽ iniuriãdũ. an forte quo
dam pacto iniuria faciẽda eſt aliter uero nequaq̃ uel potius iniuriari nullo mõ uel bonũ eſt/uel ho-
neſtum. Quẽadmodũ in ſuperiori tp̃e ſæpe cõfeſſi ſumus. Quod q̃dẽ & nup eſt cõfirmatũ. An for
te oẽs illæ ſuperiores conuentiones noſtræ in paucis his diebus p̃rſus euanuerunt ac iamdiu nõ cã
grandes natu hoĩes o Crito tanq̃ ſtudioſe inuicem diſſerentes latuit nihil a pueris nos differre. An
potius ſic prorſus res ſe habet/ut iamdiu dicebamus: ſiue affirmet id multitudo/ſiue neget. Et ſiue
grauiora præſentibus/ſiue leuiora ſubire cogamur. Attñ iniuriam facere/oĩo malum turpeq; eẽ fa
temur illi ipſi qui facit an nõ? CRI. fatemur certe. SO. q̃obrem nullo modo iniuriandũ eſt. CRI.
Nullo quidẽ. SO. Neq; ſi iniuriam paſſus fueris/ulciſcendũ/ut uulgus putat/ſiquidẽ nullo mõ iniu
riandũ. Ita uir. Quid uero mala alicui facere decet o Crito an nõ? CRI. Non certe o Socrates. SO.
Quid aũt qui mala patitur num mala uiciſſim referre illi debet q intulit ut uulgo uidet. Iuſtũ ne id
eſſe an iniuſtũ? CRI. Iniuſtum. SO. Nẽpe mala inferre hominibus non diſcrepat ab iniuria. CRI.
Vere loqueris. SO. Neq; igitur ulciſci decet: neq; malefacere cuiq̃ hoĩum. Quodcũq; ab aliis ipſe
paſſus fueris & uideo Crito nequid dum hæc cõcedis præter ſñiam tuam nobis aſſentiare. Perpau
cis enim ſcio quid loquar ſic uel apparet uel apparebit. At uero q̃bus ſic appet & q̃bus aliter his nõ
eſt cõis deliberatio. Sed neceſſe eſt eos cũ ultro citroq; conſilia ſua reſpiciũt inuicem ſe deſpicere.
Animaduerte igiť & tu diligẽter utrum tibi mihiq; cõis ſit hæc opinio/mecũq; ſentias. Atq; utrum
ab hoc principio exorſi deliberemus/quaſi nunq̃ rectum ſit uel iniuriari uel ulciſci iniuriã uel malũ
referre in eum q intulit. An hic diſcedis a nobis in hoc principio non conſentiẽs? Mihi q̃dẽ & iam
diu & nunc ita uidetur. Quod ſi tibi apparet aliter: dic & doce. Sin autẽ in ſuperioribus p̃manes/iã
quid ſequatur audi. CRI. Conſentio equidẽ & p̃maneo. SO. Dico ergo deinceps imo potius inter-
rogo. Verũ quæ quis confiteať alicui iuſta eẽ facere debeat/an fallere. CRI. Facere. SO. ex his iam
ita conſidera. Si nos hinc abeamus præter ciuitatis cõſenſum utrũ male aliquibus faciemus/& his
quidẽ/q̃bus minime decet uel non/& utrum in his p̃manebimus quę iniuſta eẽ cõuenimus uel con
tra? CRI. nequeo equidẽ o Socrates ad hæc rñdere. Neq; enim intelligo. SO. Verũ ita conſidera
perinde ac ſi uolẽtibus nobis hinc ſiue aufugere ſiue quomodocũq; hoc uocandũ eſt ueniant leges
ciuitatiſq; huius reſpublica & inſtantes nobis ſic inquiant. Dic nobis o Socrates. Quid nam cogi-
tas facere? An non intelligis hac re quam aggrederis/te nobis/legibus/totiq; patriæ quantũ in te ẽ
interitum machinari? An putas ciuitatẽ ullam amplius ſtare poſſe ac nõ ſubuerti in qua iudicia pu
blica nullã uim habeant? Sed a priuatis hoĩbus contẽnantur atq; frangãtur. Quid ergo dicemus
ad hæc o Crito aliaq; hmõi? Permulta enim ĩ hanc ſñiam afferre quis poteſt/præſertim orator pro
lege ita ſoluta declamans: quæ quidẽ ſentẽtias publico iudicio latas iubet ratas eſſe. An reſponde
bimus illis ciuitatẽ non recte iudicando nobis iniuriam intuliſſe? Ita ne an aliter? CRI. Ita p Iouem
o Socrates. SO. At.n. leges ipſe ſic rñderent o Socrates nõne nobis tecum id conuenit ſtandũ tibi
eſſe iudiciis/quæ ciuitas tulerit. Q̃d ſi leges ita loquentes miraremur/forte dicerent/noli Socrates
quomodo diximus admirari. Immo reſponde/cum tibi & interrogare & reſpondere ſit conſuetũ.
Dic age quidnam nobis ciuitatiq; ſuccenſeas? Quo diſſoluere nos contẽdas. Principio nonne nos
te genuimus? Atq; per nos pater tuus matrem accepit tuam & p̃creauit. Dic ergo an has inter
nos leges quæ ſunt circa coniuga improbes atq; his aliqua in parte quaſi minus rectis ſuccenſeas?
Nihil ſuccenſeo dicerem. Sed an his legibus quæ educationi eruditioniq; natorum prouident/in
qua ipſe quoq; eruditus es? An non recte diſpoſuerunt hæ leges ad hoc officium conditæ/cum iu
berent patrem tuum in muſica te/& gymnaſtica erudire? Recte diſpoſuiſſe concederem. Age
ergo: poſtquam per nos genitus es educatuſq; ac eruditus primo quidem num potes negare te
noſtrum eẽ & natum & ſeruum/ipſumq; te & progenitores? Deinde cum id ita ſe habeat an putas
ius ex æquo tibi/atq; nobis eſſe: & quę nos tibi facere aggrediamur eadem uiciſſim in nos abs te re

ferri iustum eē iudicas! An cum nec ad patrē/nec ad dominum si eum habeas, tibi ius ex ęquo sit: ut quo ab illis patiare in eos referre possis/neq; si iurgio hi te lacessant/ contra iurgare/neq; si te uerberent / uicissim uerberare : neq; alia eiusmodi in eos tentare liceat/contra patriam uero ac leges tibi licebit! Adeo ut si nos iudicātes id esse iustum interficere te uelimus/ tu uicissim nos leges & patriam pro uiribus coneris occidere/dicasq; te in his agendis iusta facere. Qui uirtutis curam reuera habere profiteris. An sic es sapiens ut te latuerit & patri & matri & progenitoribus omnibus patriam esse anteponēdam. Atq; esse uenerabilius quiddam sanctiusq; & in superiori sorte/tum apud deos/tum apud homines mentis compotes esse patriā collocandam. Colereq; eam oportere magis ei q̄ obedire ac rigidius se gerēti mitius assentiri q̄ patri: & siquid iubeat uel dissuadere illi quātum liceat/ uel facere & patientissime sustinere quicquid iusserit patiēdum. Ac siue mādauerit uerberari te/siue in uincula coniici/siue in pręlium miserit ad uulnera excipienda mortēq; subeundam obediendum est omnino. Ius enim ita dictat: & neq; tergiuersandū/neq; fugiēdum/neq; ordinē deserēdum: sed & in bello & in iudicio & prorsus ubiq; ea sunt quę respu. patriaq; iusserit faciēda. Aut certe uerbis quatenus iustum est uti licet ad psuadēdum illi eamq; placandam. Vi aūt uti nefas est uel cōtra matrē uel contra patrē/maxime uero omniū contra patriam. Quid nam ad hęc dicemus Crito: uera ne loqui leges an contra! CRI. Mihi quid uidentur. SO. Proinde leges forte dicēt animaduerte o Socrates/ utrum uere dicamus te iniusta cōtra nos aggredi. Nos quidē qui ę te & alios ciues genuimus/ educauimus/nutriuimus participes bonoꝝ omniū quę in nostra erant potestate effecimus tamē pmisimus cuilibet Atheniēsium cognitis iam ciuitatis moribus legibusq; & rei publicę gubernandę forma/ sicui non placeamus/ licere acceptis suis quocunq; placuerit hinc abire. Nec ulla ex nobis legibus impedit/aut denegat/ siue quis uestrum cui nos ciuitasq; minime placeamus in coloniā aliquā hinc uelit discedere/siue habitationē alio transferre cupiat quominus id pro arbitrio facere ualeat: secūq; sua pferre. Ac uero quicūq; ex uobis / postq̄ cognouerit quēadmodū nos iudicia disponimus: & in cęteris omnibus regimus ciuitatē pmanserit tamē / hunc iam asseueramus opere ipso conuenisse nobiscum quęcūq; iusserimus se facturū. Atq; eum qui non paruerit tripliciter iniuriari censemus/& qđ genitricibus nobis nō obtēperat/& quod nutricibus non obsequitur/ & quod pactus nobis obedire/neq; obedit/neq; psuadere nobis studet/siqd minus recte facere uideamur. Cumq; pręcepta nostra libere pponamus/ neq; mandemus rigide : sed pmittam⁹ alterū e duobus/aut uerbis psuaderi nobis/ aut mandata explere/ tu horum neutrū facis : his ergo criminibus te o Socrates obnoxium indicamus fore si quę cogitas feceris: nec minime Atheniensium te/ sed maxime omniū. Ac si causam requiram ob quā prę cęteris sim obnoxius forte iuste me remorderēt dicentes me maxime omniū Atheniēsium ciuitatis legibus consensisse / sic enim inferrent. Magna nobis o Socrates horum sunt argumēta/ tibi nos ciuitatēq; placuisse. Nunq̄ enim maxime omniū Atheniēsium continuas in ea moras traxisses/nisi tibi mirifice placuisset. Itaq; nec spectaculi gratia urbe unq̄ egressus es/nisi semel in isthmū/ nec alio usq̄ nisi in militia: neq; aliam fecisti peregrinationē unq̄/ quēadmodum cęteri solent. Neq; alterius ciuitatis te cœpit cupiditas aliarū ue legum. Sed nos tibi nostraq; ciuitas satisfecimus. Vsq; adeo uehemēter probasti nos : nostrisq; moribus uicturū te consensisti: tum cęteris in rebus: tum quia in ea filios pcreasti : utpote quę tibi placuerit. Quinetiā licebat tibi in ipso iudicio exiliū postulare si uoluisses / atq; qđ nūc iniuita ciuitate aggrederis tūc ea uolēte poteras facere. Tu uero uerbis tūc te extulisti q̄si nō grauiter ferres si mori te oporteret. Quinimo mortē ipsam ut dicebas potius q̄ exiliū elegisti. Nunc uero nec uerba illa tua erubescis/neq; nos leges uereris. Sed nobis interitū machinaris. Facis aūt qđ deterrimus faceret seru⁹ fugā arripe tēptans cōtra pactiōes conuētionesq;/in qbus cōuenisti nobiscū nostris te prębens institōib⁹ gubernandū. Primū rńde nobis nō idipsum uere dicamus: cōsensisse nō uerbis sed re ipsa morib⁹ nostris gubernari debere. An nō uera hęc sunt! Quid ad hęc dicem⁹ Crito/an nō cōfitebimur! CRI. Necesse ē o Socrates. SO. Nōne igit leges inquiēt conuēta nobiscū & pacta trāsgrederis/ q̄ neq; coact⁹ eo nobiscū inire/neq; decept⁹/neq; ac breue tēp⁹ deliberare ad hęc eligēda es cōpulsus/ sed annos septuaginta deliberare licuit. Quo in tpe licuit & abire/nisi tibi placuissem⁹ conuētionesq; iuste tibi uisę fuissent. Tu uero nec Lacędemonem/neq; Cretam nobis anteposuisti. Quas ipse urbes assidue p̄dicas recte gubernari/neq; aliā ullā/ uel Gręcarū ciuitatū/uel barbararū. Immo ex hac rarius pegrinat⁹ es q̄ claudi & cęci manciq; alii soleāt. Vsq; adeo Atheniēsis tibi pręcęteris ciuitas placuit. Atq; nos/uidelicet leges. Cui eni placere pōt ciuitas : cuius nō placeant leges. Nūc uero nō pmanes in his in qbus iādiu nobis tibiq; cōuenit. Permanebis certe si nobis credideris. Ne egrediēs urbe deridēdus euadas. Considera rursus si hęc trāsgressus fueris & ea quę inique cogitas ppetraueris: ad qd tandē id uel tibi/uel necessariis tuis cōducet : cuiq; enim constat in periculo necessarios tuos fore ne ipsi quoq; in exilium expellantur priuēturq; ciuitate / & patrimonio suo expolientur. Tu autē siquam in ciuitatē finitimā te contuleris/uel Thebas/uel Megaras : utręq;

enim gubernantur recte/ hostis primũ reipublicę illius accedes. Et omnes q̃bus curę est patria de/ spicient abhominabunturq; te corruptorẽ legum existimantes. Ideoq; confirmabis eorũ qui te dãnarunt opinionẽ/ ut recte contra te tulisse sententiã uideantur. Quisquis enim corruptor est legũ/ is potissimũ & iuuenum imperitorũq; hominum uidebitur esse corruptor. Quid ergo ciuitates ne quę recte gubernant & modestissimos quosq; homines diuitabis? Atqui si id feceris uita ne dign? eris/an forte impudenter te his admiscebis / nec erubesces / de eisdem apud eos disserere de q̃bus apud nos consueuisti? Virtutẽ uidelicet & iustitiã legesq;/& instituta legum plurimi esse existimãda/ neq; putas absurdum/& ab his dissonans apparere Socratis factũ. Proculdubio putãdum est. Forte uero ciuitates has declinans in Thessaliã ad Critonis hospites abibis. Illic enim absq; ordine & temperantia uiuitur. Ac forsan libenter illi te audient / narrãtẽ quẽadmodum e carcere ridicule fugeris/ut fascem quẽdam tibi super imponens/aut corio tegens/uel aliis quibusdã te inuoluens quẽ/ admodum solent qui fugam surripiunt & in alienã figuram te transmutans illinc aufugeris. Quẽadmodum uero uir senex paruo admodum tempore ut uerisimile est uicturus / ausus fueris ob uiuendi cupiditatẽ in tam sordida inopia uiuere/maximas transgressus leges/ nullus ne dixerit? Forte si neminẽ offenderis. Alioquin multa o Socrates atq; indigna te audies. Viues autem obnoxius cunctis hominibus atq; deseruiens. Quid uero facies in Thessalia? Conuiuia ne frequẽtabis? utpote qui in Thessaliam quasi ad cœnam aliquã aduentaueris/ disputationes uero illę de iustitia cœterisq; uirtutibus; ubi nam ulterius nobis erunt? Enimuero filiorũ gratia uiuere cupis ut nutrias eos atq; erudias. An ergo in Thessaliam eos perduces ut illic nutrias eos/atq; erudias: hospites eos efficiens: ut hoc insuper cõmodi abs te reportent. An id quidem non facies? hic uero relicti melius te uiuo alentur/atq; erudientur a necessariis tuis te absente: utrum uero si in Thessaliã abibis/ tui id curabunt. Sin autẽ in alteram transibis uitam non curabunt? Profecto siquid opis est in his qui aiũt se tuos necessarios esse/ credendum est curaturos. Cęterum o Socrates fidem nobis adhibens nutricibus tuis/neq; filios tuos/ neq; uitam/ neq; aliud quicq̃ pluris facias q̃ iustitiam/ut cum in uitã alte/ ram transmigraueris/ ualeas illic pręsidibus horum omniũ reddere rationẽ. Nempe si leges trãsgressus hęc feceris/neq; melius/neq; iustius/neq; sanctius id/uel tibi continet/uel tuis: neq; illuc tibi profecto conducet. Quin potius iniuriam passus abito/ si abieris/ non a nobis quidem legibus/sed ab hominibus. Verum si adeo turpiter aufugeris etiam uersa uice iniurias malaq; referens conuẽtiones nobiscum initas & promissa trãsgressus / atq; lędens eos quos minime oportebat teipsum scilicet & amicos/& patriam nosq; & leges/ nos utiq; & uiuenti tibi infensi hic erimus: & in altera uita leges illic sunt nostrę sorores/haud quaq̃ te benignę recipient/ scientes te nos pro uiribus disperdere conatum fuisse. Quãobrem ne Crito aliter tibi q̃ nos persuadeat/ caueto. Hæc equidem o dulcis amice Crito audire uideor/quẽadmodum Corybantes tibias audire se putant. Atq; in me sermonum eiusmodi sonitus adeo reboat ut alia audire non possim. Vides quę in pręsentia mihi apparent: quibus siquid contradicere aggrediaris/frustra conabere. Verũtamen siquid te profecturum confidis dicas. CRI. Ego uero quod dicam o Socrates nihil habeo. SO. Desine ergo Crito: & pergamus hac quando quidem hac nos Deus ipse ducit.

Qualis sit corruptor legum.

¶ARGVMENTVM MARSILII IN PHÆDONEM.

Oster de religione liber rem satis per se notam probat. Christi uitam esse uirtutis totius ideam. Octauus autem epistolarum nostrarum liber Socratis uitã uitę christianę imaginem quandam/aut saltem umbram esse demonstrat: & testamentum quidẽ uetus per Platonem confirmat: nouum uero per Socratem. Quod autem ad Socraticam hanc spectat similitudinem/ siquis dubitat/ Xenophontem/ atq; Platonẽ legat & cęteros qui dicta simul actaq; Socratis cõscripserũt: pcipue Platonis gorgiã/& Apologiã/ Critonem/atq; Phędonẽ: huius ergo Phędonis deinceps argumentũ passu/imo saltu celeri pcurremus. Eius.n. mysteria satis in theologia exposuisse uidemur. Vnũ hoc in primis admonebim?: neqs admiref Socratẽ inter argumẽtatiões ad imortalitatẽ animę ptinẽtes / ptermisisse hic illam/ qua sola confidit in Phędro. Animã.s. esse principiũ motionis. Vnde sequatur eam per se ppetuoq; moueri semperq; uiuere. Id enim ideo factũ est a Socrate: qm̃ eiusmodi ratio non solum nostris sed cœlestibus etiã/atq; dęmonicis animis est cõmunis. In Phędone uero rationes nobis magis pprie reqrũtur. sed iam ad dispositionẽ dialogi breuissimã ueniamus. Principio obseruãdum est q̃ mirifice Socrates consoletur amicos qui eo pcipue die quo uenenũ bibiturus erat in carcere / quasi cõsolaturi eũ salutauerũt. Deide q̃ religiose obseruet uel somniorũ pcepta quasi q̃dã oracula: & q̃ in eo apprime cautus sit ne minimũ q̃d circa diuina mãdata delinquat. Tertio memorię mãdandũ est: hoies sub assidua Dei esse custodia/neq; licere/nisi qñ Deus uoluerit hinc emigrare. Quarto aduertendũ est diligẽter q̃d sibi uelit / ubi ait sperare quidẽ se in obitu ad bonos uiros deosq; alios bonos iturũ.

Sed

Sed magis affirmare ad bonos deos q̃ ad bonos uiros iturũ. Primo quidem quod dicit deos alios atq; ualde bonos intelligit præter speratũ animas esse mētes angelicas speris sublimiores. In quarum familiaritatē animas quoq; nostras quandoq; admitti posse sperat. Neq; tamen audet asserere/ ppterea quod plerisq; sapiētibus uidebatur satis fore animę factũ/ si ad consortium animarũ coelestium quandoq; recipiatur. Immo uero dubitatio proprie super eam partē cadit/ quę bonos appellat uiros. Non enim audet deinde hominũ animos affirmare eadem ratione bonos/ qua deos dixerat bonos. Post hæc seipsum simul amicosq; sub persona philosophantis consolaturus ait. Cum totum philosophantis studium sit quędam a corpore separatio/ per eamq; perficiatur quottidie/ nimirũ separationē a corpore/ quę fit per mortē/ non modo/ non timere debet: sed optima cũ spe lętitiaq; expectare. Mox duobus modis ostendit philosophum a corpore animũ sperare. Primo qdem a pturbationibus per moralis disciplinę purgationē: deinde a sensibus atq; ipsa imaginatiōe per contēplationis ipsius intentionē. Medici sapientes duplici utuntur purgatione. Prima qdem leniendo. Secũda uero soluendo scientes/ neq; satis esse lenire: neq; tutum soluere anteq̃ lenias. Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio quasi leniens/ non enim interiores imaginationis morbos idest deceptiones extirpat. Sequitur purgatio speculatrix imaginationis quandoq; pro uiribus discutiens nebulas. Ante uero moralem purgationē aggredi speculationis officiũ nō est tutum: ne quis uitiorũ morbis infectus ipso speculationis acumine abutatur ad iniustitiā impietatemq; defendendam. Ex his concludit philosophũ mentis aciem quatenus a corporeis segregat eatenus incorporeis rationibus ideisq; coniungere. Sed cũ multa quę a corpore animo inferũtur incōmoda numerasset/ subiunxit extremũ maximũq; malorum esse fallaciā illam/ qua imaginatio mētem ad incorporea se eleuantē/ interim ad imagines quasdam corporum sæpissime distrahit/ cogitq; ipsa modo quodam corporeo cogitare. Post hęc & ex eo quod animus ipsam separatarum rerum ueritatem quā naturaliter appetit/ corpori cōiunctus assequi nequit per disiunctionem infert/ aut nunq̃ assequi/ aut post mortē. nunq̃ uero assequi nō ē consentaneũ. Quippe cum ab omni mēte ppetuo appetatur. Proinde improbat illos/ qui temperantiā esse putant abstinere a minoribus corporis uoluptatibus/ ut maiores deinde uoluptates corporis consequantur. Rursus qui fortitudinem definiũt/ superare timores quosdam eorum timorum gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omne moralis uirtutis officiũ in quadam animi purgatione uersari sapiētię gratia. Alioquin nullā esse uirtutē. Immo uero humanā quoq; sapientiā nominat purificationem quādam. Perinde quasi existimet nihil aliud sapientię nostrę meditatione nos consequi q̃ puritatem quādam: quam mox illuminatio diuina sequatur: quę proprie sapientia sit/ significat præterea non tam habitũ aliquem nostris laboribus acquisitũ/ q̃ purificationē ipsam nos deo coniungere. His actis īmortalitatē animę probaturus ait ex uno contrariorũ genere in alterum progressionē fieri: atq; uicissim regressionem. Ideoq; sicut ex uiuentibus fiunt mortui/ sic ex mortuis uiuentes quandoq; resurgere. Vbi uidetur mortuorum resurrectionē uaticinari. Quam & in politico comprobat. Præterea per longas ambages innuere: sicut & substantia coeli & elementorũ materia infinite de dispositione alia uicissim pertransit in aliā/ sic & animā rationalem/ quę principium motus & uitę generationisq; est/ posse infinite coniungi corpori uicissimq; separari. Siquidem & multę in natura substantię diuturna uicissitudine qualitates mutant: & ubiq; uirtute animę fit circuitus sempiternus. In sequentibus tandem ingenti quadam fiducia resurrectionē quam innuerat asserit. Aggreditur deinde rationem de reminiscentia. Idem quod & pauloante probantē/ animā & ante corpus uiuere/ & post corpus. Tu uero eiusmodi rationes esse intellige pythagoricas. Atq; ex illis quod ad ueritatem magis conducat eligito. Ait ergo si disciplina reminiscentia est/ uixerunt animę ante corpus. Reminiscentiā uero esse duobus pręcipue pbat modis. Primo quia recte interroganti/ sæpe uera de his quę nũq̃ didicimus respondemus. Deinde quoniam ex notitia eorum quę sentiũtur/ subita quadam abstractione in notitiam ascendimus idearum. Ceu cognoscendo hæc ęqualia in ipsius ęqualitatis cognitionem. Vbi cognoscimus deficere hęc ab illis atq; anniti similia fieri. Rursus quantum accedant & quę magis quęue minus cũq; id per omnē agamus uitam/ necesse est ideam ipsam ante ortum nos habuisse. Non enim perfecte rei notitiam subito ex imperfectis accepimus. Ostendit autem duobus modis ideas esse. Primo. Quodlibet subiectum quod appellatur ęquale potest etiā dum per substātiam manet idem inęquale & fieri & uideri. Æqualitas autem nequit unq̃ inęqualitas uel fieri uel uideri. Præterea ęqualia hæc uelut imperfecta inęqualitatem participant. Æqualitas uero ipsa nequaq̃. In sequentibus nota quanta asseueratiōe affirmet ideas. Addatq; idearum essentiam esse nostram. Atq; cum animus noster singula referat ad ideas ipsum ostendere se una cum idearum essentia sempiternum esse. Atq; eam agnoscere tanq̃ suam. Nota insuper nulla in re magis elaborandum esse: q̃ ut per īmortalitatis demonstrationem mortis metum quasi morbum grauissimum expellamus. Confestim aliam aggreditur rationē a proportiōe intellectus ad intelligibile ductam. Intelligibile uero ipsum ideā ipsam incorpoream sempiternāq; appellat. Cumq; intelle-

ctus cum ipsa uelut obiecto proprio congruat concludit hunc incorporeum sempiternũq; esse. Precipue cum dominetur corpori mortalibusq; repugnet. Proportionem uero mentis cum idea confirmat ex eo quod quotiens non impeditur ad eam sese confert/eiusq; cõmertio gaudet/atq; pficitur. Quod autẽ postq̃ dixit animã esse omnino indissolubilem / subiunxit/uel rei omnino indissolubili propinquã hoc additum intellige: quoniã in Timęo pbatur/deũ solum omnino indissolubilem esse. Cętera uero si cõparẽtur ad deum dissolubilia quodãmodo iudicari : quia quodãmodo & composita. Quãuis illa quę optime composita sunt.i.seorsum ab elemẽtali materia/nõ dissoluãtur unq̃. Animę igitur tam nostrę q̃ diuinę indissolubili Deo propinquę sunt: ipsę quodãmodo solubiles/ sed dissoluendę nunq̃. Pręterea uocat id oĩno indissolubile/in quo neq; essentię / neq; actionis partes ullę sparguntur. Anima igitur/& si secũdum essentię partes non spargitur/ tamẽ p actionis partes diffunditur. Tempore enim & mobiliter agit. Proinde subdit puram animã post obitũ ad pura & ętherna redire/impurã uero terrenisq; infectam ad similia retrahi atq; terrena sępeq; uideri. Profecto affectio erga corpora in anima remanẽs/non per se pprie facit / ut anima uideatur. Cum affectio non sit uisibilis: efficit tamẽ ut anima / non nihil uisibile secum trahat.i.in uolucrum quoddam uel aereum/ uel ex spiritibus uaporibusq; corporis sui conflatũ/ut uult Proculus/ uel nuper ex circũfuso aere congregatũ. Certe hic Plato significat quod uult Proculus.s.inter corp⁹ ęthereum/quod & ĩmateriale est & simplex & sempiternũ/atq; corpus terrenum/ quod est materiale/cõpositumq; & ad breue perdurans esse corpus aereum/materiale quidem/ sed quodãmodo simplex & longioris ęui. In quo animę diutius habitent etiam post discessum: quo ad hoc dissoluto/ corpus iterum compositũ induantur/ uidelicet si purgatę non sint/ si uero purgatę cum solo ęthereo coelũ petant. Quod animarũ transitus narrat in bestias pythagoricũ est. Idq; intellige uidelicet animas nostras/non tam uiuificare corpora bestiarum / q̃ purgatorii gratia per brutam imaginationẽ suã quodãmodo brutorũ imaginationi miscere: queadmodum impuros aiunt dęmones insanorum imaginationi sępe permixtos: sicutiq; excepto Plotino plęriq; exponunt platonicorũ : quod qdem patet ex eo quod nõ dicit animã fieri bestiam: sed induere/ subire/ transire. Concludit solos in Deũ recipi qui per ueram philosophiã purgati decesserint. Audi pręter hæc uinculum animę cum corpore nihil alius q̃ amorẽ.s.naturaliter prouidentẽ. Item quotiens anima per instrumẽtum agit circa formas in subiecto iacentes / nihil sincere cognoscere: sed solum quando per seipsam conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existentes. Disce hic quoq; animã ex eo qđ rebus corporeis oblectatur & pascitur/ euadere corporalem: atq; hinc usq; adeo falli ut sola corporea iudicet esse uera cũ oĩo sit cõtra: fallaciã eiusmodi maloꝝ omniũ eẽ grauissimũ. Accedit qđ aĩa iã fcã corporea post obitũ quoq; ab ĩcorporeis seorsum circa corporea labiť. Cõclude animũ suę puritati penit⁹ restitutum nullo modo sue imortalitati diffidere. Cygni fabula pythagorica est/atq; allegorica. Pythagorica quidem ubi dicit cygni animã superuiuere. Allegorice uero intelligitur cygnũ in numero solarium animaliũ contineri. Et Socratẽ solarem esse: tum quia Phœbi oraculo approbatus est : tum quia uentibus hominũ medebatur. Adde uaticiniũ esse quatruplex/ diuinum/ demonicũ / humanum/naturale. Idq; ultimũ in bestiis fieri quodam instinctu naturę. Intellige etiam cygnos ĩnocentes bne philosophia homines: qui cum mortẽ sępe minime timeant/ significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animaduerte deinde difficillimũ esse in hac uitã substãtiam animę intelligere: quoniã uidelicet sub corporea eam specie intuemur. Ideoq; tutissimã rationẽ ad animã cõprehendendam esse/tum moralem purgationẽ/ tum methaphysicã abstractionẽ. Vbi uero minus id sufficiat/opus esse diuino quodam uerbo idest reuelationibus diuinitus factis atq; miraculis. Nos uero hic diuini uerbi mysteriũ a Platone significatũ cõsiderare debemus. Tradit deinde duo in disputando pręcepta. Primũ ne rationibus ullis absq; longa examinatione credamus. Postq̃ uero rationi cuidam sufficiẽti examine crediderimus / ne facile inde ob quaslibet obiectiões similitudinesq; amoueamur. Secundum ne aut propriã/aut alienã in disputando personã: sed rationem dũtaxat ueritati consonã cogitemus. Sequũtur dubia contra animã ne forte cõsonãtia quędã sit humoꝝ: atq; uel prius corpore / uel una cũ ipso uel inde ad tẽpus aliquod dissoluať. Quę quidẽ dubia Socrates ita soluit. Si disciplina reminiscẽtia est ideoq; ante corp⁹ uixit anima/nequit anima esse corporis consonantia/quippe cũ consonãtia partes ex quarũ concursu fit/nõ antecedat sed cõsequatur. Si eadẽ est cõsonantię ratio/atq; animę sicut altera anima nõ magis anima est/ q̃ altera ita neq; consonantior erit tẽperantia. Igitur anima nihilo plus cõsonabit q̃ intẽperans. Si consonantia necessario ea sequiť/ab eisq; ducitur ex quibus ipsa conflať / nõ potest anima corporis consonantia esse/quod quotidie ducit cui sępe repugnat. Cęterũ anteq̃ dubitationes absoluat rationesq; ĩmortalitatis oĩno perficiat longo discursu dãnat illos qui in rerũ causis assignandis ad materias quasdã & instrumẽta confugiunt: asserens totam historiã naturalem insufficienter per eadem naturalia cõfirmari: qppe cũ hęc oĩa oĩumq; mot⁹ a diuinis causis efficiẽtib⁹ finalib⁹ idealibusq; oĩo depẽdeat. Optat in primis finalem cuiusq; rei cãm atq; uniuersi.i.bonũ cuiusq; & uniuersi bonũ cuius qdem

boni

boni potestatem causam esse dicit efficienté. Quoniã uero ipsam boni amplitudiné comprçhéde re nequit/secundo eligit loco ideales diuinç intelligétiç rationes ad quarũ similitudines in mundi materiã expressa sunt omnia. Inter hçc nota Mosaici mysterii confirmationé sicut & in Timço. Vidit Deus singula esse bona/etiam cuncta ualde bona. Ité omnia ipso bono connecti. Rursus animũ corporea intuenté/interim ad incorporeorũ intuitum obcçcari. Neq́ posse ueritaté rerum haberi nisi ad ideas confugiamus. Prçtera formulas idearũ inesse mentibus nostris ad quarũ congruitaté uel cõtra singula uera esse/uel cõtra censent. Socraté nunq́ certã idearũ contemplationé intermittere cõsueuisse: solasq́ affirmare solere. Certam rerũ causam in ideis esse sitam: immortalitaté quoq́ animç ab ideis potissimũ demonstrari. Processum inter ideas a minus cõmuni per medias ad cõmunissimã fieri. Atq́ descensum ab ideis ad effectus earum. Demũ rationé disponit immortalitatis ex eo quod rationalis anima corpori prçstet uitã/ non ut accidentalis forma inhçrens corpori/ sed ut substantialis in seipsa permanés/ ex se formaliter uiuens quasi quçdam uitç corporalis idea/atq́ per se efficienter corpus uiuificans. Ideoq́ concludit animã nõ posse suscipere morté cum mors ui te opposita sit. Anima uero & uitam propriã habeat & maneat in seipsam: adeo ut neq́ per se proprie/neq́ per subiectũ aliud morté suscipere ualeat. Post hçc ex eo quod anima sit immortalis cohortatur omnes ad moralem speculatiuãq́ disciplinã: ut animus/ & per uoluntaté/& per intellectũ purgatus atq́ perfectus his quasi duabus alis in cœlestem patriã reuolet. Confirmat interim eé animã immortalem/quia neq́ uirtus tandem obesse/neq́ uitium pdesse debeat. obesset aũt laboriosa uirtutis uia bonis: atq́ cõtra pdesset uolupruosa malis uita nisi foret anim? immortalis: ac nequis fortasse neget posse post hanc uitã uel uitiũ obesse uel pdesse uirtuté subiungit animã affectiones habitus/tã uoluntatis/q́ intelligétiç cõparatos/siue bonos/siue malos secum ferre: subito uel lçsuros uel pfuturos. Demoné namq́ ducem omnes ad diuinum iudicem uitç repente perducere/ in locum communi iudicio deputatum: in aetem scilicet minus puros & in çtherem puriores: ibiq́ iudicatos ab alio rursum dçmone per triuium: ad sua idest sibi similia singulos trahi. Per triuium inquã quia alii mittuntur in cœlum: alii in tartarum: alii uero in medias regiones. Ducit autem eos dçmon: in bonis quidem intelligentiam mouens: in malis autem imaginationé affectumq́ perturbans. Qđ auté dicit iniquos absq́ duce errare/absq́ benefico intellige duce. Adde q́ neq́ quo trahant agnoscunt/ & uiolenta rapiuntur. Cçterorum anteq́ animaȝ distribuat Sortes orbem terrç describit dicens esse quasdam terrç plagas: atq́ illas quidem amplissimas: & usq́ adeo altas / ut uentis & imbribus non pulsentur. Vbi temperatissimus aer sit: sub quo ptiosissima quçq́ nascantur: homines acutissimi sensibus/uitaq́ longeui. Sunt qui uelint & homines & alia illic nascentia q́plurimũ ex çthere aereq́ componi: q́ minimũ uero ex crassioribus elementis/ ut hominum corpora quasi aerea sint/ fructibusq́ maxime aereis nutriantur. Quod nequis tanq́ impossibile neget Olympiodorus Aristotelis adducit historiam: in qua Aristoteles uidisse se inquit hominé qui solo aere nutriebatur & sole. Quod autem terrç sublimis faciem in duodecim diuidit plagas/ inde prouenit: quia duodecim congruit zodiaci signis: duodecim sphçrarum regitur animabus: & duodecima est mundi sphçra: atq́ ueluti tutius fundamentum duodecaedram illam sibi usurpat figuram/ quam Timçus attribuit mundo. Sed de hac ipsa figura / deq́ aliis terrç propriis quçstionibus in Timço dicemus. Tu uero terrç huiusmodi habitationem terrestri Moysi paradyso similem esse memento. Proinde flumina sub terra describit / quibus animç nutriantur. Quç quisquis secundũ nostri corporis humores animiq́ perturbationes in hac uita nos affligentes/ exponit/ non nihil adducit simile uero. Verũtamen ueritatem integram non assequitur. Plato enim & hic & in re publica significat præmia uirtutum & supplicia uitiorum ad alteram uitam potissimum pertinere. Acheron igitur sub terra flumen locus est purgationis/atq́ ad curam pertinet & mœrorem: respondet quoq́ aeri parti q́ mundi meridianç. Phlegeton igni respondet atq́ orienti uimq́ puniendi continet per caloré. Et irç cupiditatisq́ feruorem punit. Stix Cocytusq́ respondent terrç atq́ occasui: odiumq́ per luctum fletumq́ puniunt. Differunt uero hoc inter se solum: quod Stix exoriens appellatur: Cocytus uero progrediens. Tartarum infimum tenere uult inferni locum in quo scellestissimi non medicinę: sed exempli gratia affligantur. Quemadmodum hinc & in republica legitur & Gorgia. Addunt quidam ad hæc flumina oceanum quoq́ quodãmodo pertinere/aquç septentrioniq́ respondentem. In quo distinguendi diffiniendiq́ uirtus intelligatur/ tu uero q́ de fluminibus dicitur/ potissimũ de dçmonibus numinibusq́ intellige flagitiosos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile sanabilia sunt/quç nondum in habitũ sunt conuersa. Difficile uero sanãtur quç iam habitũ genuerũt. Verũtñ una cũ quadã rationis repugnãtia cõmittunt. & cõmittétes affiiciunt pœnitentia. Insanabilia uero sunt oĩno/ quoȝ habitus & repugnantiã & pœnitétiam procul fugat. Prima purgantur in Acheronte. Secunda/ si ad prima uergant/ puniuntur in Phlegetonte: si ad tertia in Stige/atq́ Cocyto. Tertia affligunt in Tartaro: exquo ut Plato inqt nunq́ egrediunt. Quo uero pacto alii aliter id exponant in præsentia libentius prçtermitto. Affligi uero possunt ani

mę non tantum per imaginationem infeliciter a dęmonibus agitatam: sed per aerea quædam corpora / quæ uehiculi & cymbę nomine designantur. Pręmia uero sic Plato distinguit. Animę quę iuste & sancte sine philosophia uixerunt/sublimia terrę/qualia supra descripsimus ascendentes/in tenuissimis spiritalibusq; ibi corporibus habitãt. Quę uero ciuiliter ꝓpterea philosophatę sunt/cũ splendidis cœlestibusq; corporibus cœlum colunt. Sed quę per exactã philosophiã pfecte purgatę sunt/in locum supcœlestem euolant/ubi absq; corporibus oino ut Plato hic inquit totũ per tempus uiuunt. Qua uero id ratione exponant nõnulli/consulto non recenseo. Porphyrius certe atq; Iamblichus tradunt animas deo pfectissime restitutas nunq̃ cadere. Quod quidẽ congrue respondet oppositis: quę ex tartaro nunq̃ emergere iudicant. Quod quidem si ita sit/circuitus iam infiniti tollentur. Temporales uero circuitus adhiberi purgatiõis cuiusdam gratia uidebunt. Socrates tandem gallum esculapio sacrum se debere fatetur reddiq; diligentissime iubet. Prisci eusculapio medico Phœbi filio gallum sacrificabant diei solisq; nuntium idest diuinę beneficentię morborum omnium curatrici: quę diuinę prouidentię filia nominatur: diem idest uitę lumen debere se fatebantur: eiusmodi medicum in superioribus pquirere iusserat morborum animi curatorem. Et quasi iam omni dubitationis metusq; morbo liberati sint: gratiam uictimãq; deo referri iubet. Pręterea oracula priscoꝝ tradunt animas remeãtes in cœlum/peana idest triũphalem cantilenam canere Phœbo. Reddit ergo deo uotum/ut alacer Peana canẽs cœlestem patriam repetat.

¶PHÆDO VEL DE ANIMI IMMORTALITATE VEL DE ANIMA AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONE DIALOGI.

¶ECHECRATES PHÆDO APOLLODORVS SOCRATES CEBES SIMMIAS CRITO MINISTER VNDECIM VIRORVM.

ECHE.

IPse ne o Phędo affuisti qua die Socrates uenenum bibit in carcere? an ab alio audiuisti? PHE. Equidem o Echecrates affui. ECHE. Quęnam sunt ea quę uir ille anteq̃ moreretur/locutus est? Et quomodo e uita decessit? Libenter enim audirẽ. Nam neq; q̃sq̃ Phliasioꝝ ciuium frequẽter ꝓficiscitur nunc Athenas/neq; iamdiu hospes aliqs inde ad nos accessit/qui certum aliquid ea de re nuntiare nobis posset: nisi illum potato ueneno e uita migrasse. De cęteris uero/nihil quid referrẽt habebant. PHE. Nec ergo quę ad iudiciũ pertinebant/ quo pacto tractata fuerint audiuistis? ECHE. Audiuimus: hæc enim nobis quidam rettulit. Et admirati profecto sumus/quod iam pacto iudicio/diu postea obiisse uideatur. Quid nã in causa fuit o Phędo? PHE. Sorte quadam id Socrati o Echecrates accidit. nam pridie q̃ iudicaretur ornari contigit/puppim nauis eius/quã mittunt Athenieñses in delum. ECHE. Id uero quidnam sibi uult? PHE. Hęc est illa nauis/ut aiunt Athenieñses in qua Theseus olim bis septẽ illos secũ tulit in Cretã seruauitq; illos: & ille seruatus est. Vouerat aũt/ut fertur Apollini/si seruarẽtur / quot annis in Delum spectaculum quoddam mittere. Quod quidem nunc etiam ac semp ex illo tẽpore singulis ad deũ mittunt annis. Cum igitur spectaculi principiũ agitur ex lege interim lustrant urbem: neminẽq; eo tẽpore publice necant/donec Delum perueniat nauis/rursusq; Athenas reuertatur ex Delo. Id uero nõnunq̃ longo peragitur tẽpore quando eos occupant uenti. Initiũ uero spectaculi est postq̃ Apollinis sacerdos nauis illius coronauerit puppim. Id uero ut modo dicebã pridie quã iudicaret factum erat. Quãobrem lõgum tẽpus Socrates fuit in carcere iudiciũ inter atq; mortẽ. ECHE. Circa uero mortẽ ipsam o Phędo/quę nam sunt ab eo dicta/quę facta quiue familiarium aderant? An forte magistratus adesse non permittebant? Atq; ita orbatus decessit amicis. PHE. Permittebant quidẽ. Ideoq; aderant aliqui & quidẽ multi. ECHE. Hæc igitur omnia parate q̃ planissime nobis referre/nisi quid negocii te impediat. PHE. Ociosus equidẽ sum atq; enarrare uobis conabor. Quippe cũ meminisse Socratis/ siue ipse loquar/siue loquentes alios audiã/mihi semp omniũ sit dulcissimũ. ECHE. Similiter o Phędo hos qui te audituri sunt / affectos habebis. Sed iam pro uiribus diligẽtissime refer oĩa. PHE. Atqui mira quadã ratiõe o Echecrates illic pñs affectus erã. Neq; enĩ misericordia me habebat ut familiarissimi uiri morti pñtem. Sane beat⁹ uit ille mihi o Echecrates uidebaẽ/tum animi illius habitũ/ tum orationẽ consideranti: a Deo intrepide generoseq; migrabat e uita ut uidereẽ mihi illũm in uitam alterã nõ absq; diuina sorte migrare: sed illic quoq; beatũ fore/siquis unq̃ alter. Quãobrẽ neq; admodum cõmouebar ut consentaneum uidereẽ hominẽ rei præsentẽ lugubri cõmoueri: neq; rursus afficiebar lętitia / queadmodũ solebamus alias cũ in philosophia uersebamur. Nam sermones quidẽ eiusmodi erant. Sed reuera affect⁹ quidã mirus atq; insolita uoluptatis dolorisq; pmixtio me inuaserat: cõsiderantẽ illũ paulopost moriendum fore. Et quicunq; aderamus ferme similiter eramus affecti: alias quidem ridentes / alias uero lachrimãtes. Vnus autem præcęteris Apollodorus/nosti enim uirum/ eiusq; morẽ. ECHE. Quid

De naue: quę Delũ ab Atheniẽsibus mittitur in uotũ Thesei.

Quid ni? PHE. Ille igitur ita prorsus erat affectus / atque ego ipse aliique omnes distractum similiter perturbatione animũ habebamus. ECHE. Sed qui nam forte aderant o Phędo? PHE. Ciues quidem & indigenę aderãt ipse Apollodorus / & Critobulus / pater eius Crito: Rursus: Hermogenes: Epigenes: Æschines. Antisthenes Aderãt & Ctesippus pęanus / & Menexenus / atque alii quidã indigenę. Plato aũt ut arbitror ęgrotabat. ECHE. Sed num aliqui aderant peregrini? PHE. Aderãt & peregrini. Simmias Thębanus: & Cebes: & Phędondes. Megarenses uero Euclides: & Terpsiõ. ECHE. Aristippus aũt & Cleombrotus nũquid aderant? PHE. Non. In Ægina enim dicebant eẽ. ECHE. Aderant ne insup alii? PHE. Hos ferme quos narraui interfuisse existimo. ECHE. Dic uero quales fuerunt sermones? PHE. Conabor equidem a principio tibi oĩa enarrare. Solebamus quottidie diebus superioribus ad Socratẽ pficisci ego / atque alii conueniẽtes mane in illa curia ĩ qua & iudiciũ factum fuerat. Carceri enim erat pxima: colloquẽtes igitur inter nos operiamur semper illic quoad carcer aperiret. Aperiebat enim haud admodum mane. Eo aũt apto ingrediebamur ad Socratẽ: & ad plurimũ diem cum ipso cõfabulamur. Tunc ergo prius solito cõuenimus. Pridie nãque eius diei cũ e carcere egressi essemus uespere nauẽ ex delo audiuimus rediisse. Itaque ediximus inuicẽ summo mane nobis fore ad locũ solitum redeundum. Cum uero reuersi essemus exiens nobis obuius ianitor qui nos solebat admittere / expectare iussit: nec prius ingredi q̃ ab ipso accersiremur. Soluũt enim inquit undecim uiri Socratẽ / illique denũtiant hodie mortẽ esse obeundam. Neque deinde admodũ cõmoratus rediit ad nos iussitque intrare. Itaque introeuntes Socratẽ quidem inuenimus cõpedibus pauloante solutũ. Xanthippen uero nosti mulierẽ / iuxta sedentẽ puerumque eius manibus tenentẽ. Quę nos cũ uidisset eiulare cœpit & qualia mulieres solẽt exclamare o Socrates inquit nunq̃ amplius affabunt te tui familiares / neque tu illos. At Socrates Critonẽ intuitus o Crito inquit / deducat quis hanc domũ / & illam quidem reduxerũt quidam Critonis domestici uociferantem atque plangentẽ. Socrates aũt sedens in lectica cõtraxit ad se crus manuque pfricuit: atque inter fricandum sic inquit: quã mira uidetur o uiri hæc res esse quã nominant hoĩes uoluptatẽ: quãque miro naturaliter se habet modo ad dolorẽ ipsum qui eius cõtrarius esse uidet. Quippe cũ simul homini adesse nolint. Attamẽ siquis psequitur capitque alterũ / semp ferme alterũ quoque accipere cogitur / quasi ex eodem uertice sint ambo cõnexa. Arbitror equidem Æsopũ si hęc aiaduertisset fabulã fuisse facturũ. Videlicet Deũ ipsum cũ ipsa inter se pugnãtia uellet cõciliare neque id facere posset in unũ saltẽ eorum apices cõiunxisse: ppterea que cuicũque adest alterũ eidem mox / alterũ quoque adesse / quod quidẽ mihi accidit in pñtia. Siquidẽ modo crus pp uĩcula afficiebat dolore. Sed huic succedere uoluptas iam uidet. Ad hæc Cebes p Iouẽ inquit o Socrates oportune mihi id in memoriã reuocasti. Cum enim pœmata composueris intẽdens sermones Æsopi prohœmiumque in Apollinẽ / tum alii multi me interrogauerunt / tum Euanus pręcipue atque prius quonam consilio postq̃ huc deuenisti hęc feceris / quę prius feceras nunq̃: si igitur tibi curę est ut habeam quid respondeam Euano / quando iterum ex me quęsierit / quod certo scio ipsum esse facturum / dic quęso quid illi sit respondendum. uera inquit o Cebes responde: me id effecisse non ut uel sibi gratificarer uel cũ suis carminibus decertarẽ: sciebam enim facile id non eẽ uerũ ut insomnia quędam experirer me simul expians / num forte hęc sit ea musica quã sepius iam exercere me iubent. Nam frequẽter in supiori tpe insomniũ idem licet alia / atque alia forma sese mihi offerẽs eadẽ semp ita pręcepit. Fac o Socrates musicã / atque exerce. Ego igit quod in supiori tẽpore faciebã hoc mihi pręceptum arbitrabar / & quẽadmodum currẽtes adhortari solemus / sic quod ipse antea faciebã / ad idem me insomniũ cohortari putabam quasi philosophia maxima musica foret. postq̃ uero facto iam de me iudicio mori me interim dei festiuitas inhiberet / censui oportere / si forte insomniũ totiens iubeat popularẽ hanc musicã exercere / non negligere eius pręceptum. Tutius enim fore arbitratus sum / anteq̃ e uita migrarẽ / expiare animũ atque ut monet insomniũ / pœmata facere. Quãobrem primo equidẽ cecini deum ipsum: cuius tunc sacra celebrabantur: atque post deum iudicans oportere eũ qui pœta futurus sit nõ sermones sed fabulas facere me uero non eẽ fabulatorẽ / nõnullas ex fabulis Æsopi quas sciebã pmptioresque habebam / ut in quãsque prius incidi modulatus sum. hæc igit o Cebes refer Euano / & ualere iube. Atque consule ut si probe sapit / me sequatur: migro. n. hinc hodie. Sic. n. Athenienses iubẽt. Tunc Simmias quale id ẽ inquit o Socrates / quod Euano mandas. Sępe equidẽ cum illo fui / & quantum de illo sentio / nullo pene modo libẽs ille tibi parebit. SO. Quid uero? nõne philosophus ẽ Euanus? SIM. Mihi quidẽ uidetur. SO. Volet igitur & Euanus & omnis quicunque huius rei digne ẽ pticeps. Non tamẽ forte sibi uim inferet. Non enim fas eẽ aiunt. Et simul hæc dicẽs crura e lectica demisit in terram. Atque ita sedẽs deinceps reliqua disputauit. Quęsiuit igitur ab eo Cebes quonã id modo ais o Socrates? fas quidem nõ eẽ seipsum uiolare: philosophum tamẽ optare morientẽ sequi. SO. Sed dic o Cebes nõne tu Simiasque talia q̃dã audiuistis a Philolao / quo familiariter utebamini? CE. Manifesti quod nihil o Socrates. SO. At q ego quoque de his rebus ex auditu loquor. Quę igit forte ipse audiui / referre uobis nulla iuidia phibebit. Etenĩ forte maxie decet illo migraturũ cõsiderare atque

Megarensis Euclides tpe Socratis.

effingere qualis fore putanda sit hęc ipsa migratio: qd enim aliud usq ad solis occasum/qs faciat? CE. Quā ob causam o Socrates nefas esse aiūt sibimet manus inferre. Iam enim quod modo quęrebas ego a Philolao audiui/cū apud nos obseruaret: & ab aliis īsup nōnullis nō decere id facere: apertū tamē hac de re quicq̃ nihil ab aliquo unq̃ audiui. SO. Sed attentiōe iam opus est. Nam & si audieris: mirū tamē forte uideri possit/si hoc solum ex aliis omnibus simplex sit: nec accidat unq̃ homini quēadmodum cętera. Quādo & quibusdam melius mori q̃ uiuere. Itaq mirū tibi forte uidebitur/si his qbus pręstat mori non liceat sibimet pdesse: sed alium oporteat expectare qui psit. Tunc Cebes subridens Thebanorq more Proh Iuppiter inquit. SO. At qui uideri quidē pōt id sic absurdum. Fortasse etiā quādam habet rationē. Profecto sermo ille qui de his in arcanis habef: in quadam custodia esse hoīes/neq decere quēq̃ ex hac seipsum soluere: neq aufugere/magnus quidem mihi uidef: neq cognitu facilis. Verūtamē id mihi o Cebes recte apparet dictū: deos qdem curā habere nostrū: nos uero hoīes unam quādam ex possessionibus esse deorū. An non ita tibi uidetur. CE. mihi quidem. SO. Nōne igitur & tu siquid ex mancipiis tuis seipsum perimeret/cū tu nullo modo id permisisses irascereris utiq illi. Et si potestatē haberes pœna quadā afficeres. CE. Omnino. SO. forte igitur hac ratione haud pręter rationē est nō prius decere seipsum interficere q̃ Deus necessitatē aliquam imposuerit qualem nobis imposuit in pręsentia. CE. Consentaneū id quidem apparet. Quod uero dicebas modo philosophos perfacile uelle mori: absurdum o Socrates uidetur esse: siquid quod nunc diximus rationē habet: deum uidelicet nostrū esse curatorē: nos uero in rebus eius positos esse. Nulla enim id rationē habet: prudentissimos uidelicet homines nō ęgre ferre ab ea cura se amoueri quā sibi pręstēt dii optimi omniū rerū gubernatores. Nunq̃ enim putaret uir prudens ipsum se melius esse curaturū/si liber euaserit: sed demēs aliquis forsitā id putaret fugiendum. s. esse a domino: neq cogitaret non esse id quod bonū est fugiendum. Sed in eo maxime pmanendum. Ideoq absq ratione fugeret. Qui uero mentē habet/semper apud eum qui sit melior esse cupit. Atq ita o Socrates contra oīno conueniēs esse uidetur q̃ quod pauloante dicebatur. Sapiētes quidem decere grauiter mortē ferre. Insipientes uero libenter. Socrates igitur cū hęc audisset delectari uisus est argutia Cebetis. Conuersusq ad nos/semp inquit hic Cebes rōnes quasdam pscrutatur: neq admodum facile quod quiuis dixerit uult admittere. Tunc Simias mihi quoq inquit nō nihil uidetur Cebes dicere. Quo enim cōsilio sapientes uiri meliores reuera q̃ ipsi sint fugiant illisq carere facile patianf? Atqui mihi uidetur Cebes sermonē in te intēdere qđ tam facile & nos relinquas & deos/ut tu ipse fateris/principes bonos. Iusta dicitis inquit Socrates. arbitror enim uos dicere meipsum tanq̃ in iudicio oportere purgare. SIM. Et maxime quidem. SO. Age ergo. Conabor nunc apud uos accuratius q̃ nuper apud Atheniēsium iudices fecerim me defendere equidem o Simmia atq Cebes nisi me migraturū putarem primū quidem ad deos alios sapientes & bonos: deinde ad homines defunctos his qui hic sunt meliores/iniuste agerē/non moleste ferens mortē. Nūc certe habetote/sperare me ad uiros bonos iturum: sed hoc quidem haud omnino asseuerarē: quod uero ad deos dominos ualde bonos iturus sim/certum habetote siquid aliud eiusmodi & hoc utiq me affirmaturū. Propterea haud similiter mortē moleste fero. Sed bono animo sum speroq super esse aliquid his qui defuncti sunt: atq ut iam diu dicitur multo melius bonis fore q̃ malis. SIM. Quidnā o Socrates cogitas? Nunqd ipse cum isthac sentētia hinc abire? An nos quoq pticeps eius relinquere? Nempe cōmune nobis quoq id bonū arbitror esse debere. Pręterea ita demū te apud nos purgaueris/si quę dicis nobis etiā persuaseris. SO. Dabo equidem operam. Sed Critonē prius auscultemus. Videt enim mihi iam dudum nō nihil significare uelle. CRI. Quidnam putas aliud o Socrates q̃ quod iam dudum mihi dicit is qui tibi uenenū est daturus: iubet enim te moneri ut quā parcissime loquęris: dicens eos qui disputant/nimiū incalescere. Nihil uero tale bibituris uenenū conuenire. Alioquin eos qui id fecerint cogi interdū bis quādoq ter uenenū bibere. SO. Mitte ipsum. Tantū id quod est officii eius paret/tanq̃ bis/& si oportuerit ter prębiturus. CRI. Et antea qdem ferme id responsurū sciebam. Sed ille me iam dudum stimulat. SO. Mitte ipsum. Ego uero o iudices rationē uobis iam reddere uolo ob quā mihi uideatur uir qui per omnē uitam incubuerit philosophię merito magna cum fiducia īminentē expectare mortem/atq bona spe eē: se ibi post q̃ hinc migrauerit maxima bona reportaturū. Quēadmodum igit id ita se habeat o Simmia atq Cebes conabor equidē aperire. Quicūq philosophiā recte aliquādo attigerunt: nimirum uidētur latuisse cęteros homines/quod nihil aliud ipsi cōmentarētur q̃ mori/atq esse se mortuos. Quod si id uerum ē pabsurdum foret/si cum nihil pręter hoc aliud p oēm uitam studuerit hoc ipso adueniente qđ iamdiu agitabant exercebantq grauiter ferrent. Hinc Simmias arridēs p Ioue inquit o Socrates mihi quidem haud multum ridere cupiēti risum expressisti. Nam multos arbitror fore qui si audiuerint aptissime i philosophos dictū putēt. Nostrosq homines cōsensuros & ualde qdē philosophos reuera seipsos morti pbere: nec tñ se latuisse/q̃ digni sint morte. SO. Forte id recte o Simmia dicerēt pręter id quod se non latuisse addunt. Latuit sane eos

qua

quā rōne ueri philosophi/& mori studeant/& morte sint digni. Sed iā relinquamus illos/nobisq; ipsis loquamur. Putamus ne aliqd esse mortē? SIM. Aliquid certe. SO. Nūquid aliud q̄ animæ a corpore solutionē? Esseq; id mortuū esse. s. solutū ab aīa corpus p se seorsum esse. Seorsum quoq; a corpore aīam solutā ipsam p seipsam existere. Nūqd mors præter hoc aliud est? SIM. Nihil aliud. SO. Cōsidera bone uir/num tibi idē quoq;/& mihi uideaẽ. Ex his enim uos arbitror planius quæ pquirimus iuēturos. Videẽ ne tibi philosophi officiū esse sectari eas quæ appellanẽ uoluptates? Quales sunt epularū: atq; poculorū. SIM. Minime quidē o Socrates. SO. sed nunqd uenereorq;? SIM. Nullo mō. SO. qd reliqū corporis cultū an multifacere philosoph⁹ tibi uideẽ? Vt habere uestes egregias calceosq;/& alia quæ circa corpus sunt hornamēta/utrū multifacere tibi uideẽ/an nihilipendere nisi quatenus magna cogat necessitas illis uti. SIM. Mihi quidē uideẽ uerus philosophus hæc omnia floccipendere. SO. An nō tibi uideẽ eiusmodi studiū haud ad corpus qdē declinare. Sed quantū fieri pōt ab illo discedere/atq; ad aīum se cōuertere? SIM. Mihi qdē. SO. Nōne igiẽ in eiusmodi rebus primū manifeste apparet philosophus præter cæteros homines aīum q̄ maxime pōt a cōmertio corporis segregare. SIM. apparet. SO. Putāt uero plæriq; o Simia eū hominē cui nihil taliū dulce sit/neq; illis fruatur reuera uiuere existimandū nō esse sed pene mortuū: cū uoluptates corporis nō pcipiant. SIM. Verissima narras. SO. Quid aūt circa sapientiæ ipsius acqsitionē. Vtrū impedimento est corpus: siqs ipsum sociū ad inuestigandū adsumpserit: necne. Quale utiq;/tale aliqd dico. Habent ne uisus/& auditus ueritatē in hominibus aliquā? An talia quædā ipsi quoq; poetæ semper canūt/nihil nos audire nihil uidere sincerū: at corporis sensus sinceri certiq; nō sunt neq; etiam alii qppe cū cæteri oēs his quodāmodo deteriores sint. An nō tibi uideẽ. SIM. Prorsus. SO. Qñ igiẽ anime ueritatē attingit? Qñ. n. aliqd cū corpore tentat inuestigare/proculdubio decipiẽ a corpore. SIM. Vere loqueris. SO. An nō sicubi ꝓprie in ipsa raciocinatiōe fit sibi aliqd eorū quæ uere sunt manifestū. SIM. Ita est? Raciocinātur aūt tūc optime/qñ horū nihil eū perturbat/neq; auditus neq; uisus neq; dolor neq; uoluptas. Sed q̄maxime seipsum in se recipiens/deserit corpus: neq; qcq̄ quoad fieri pōt cū illo cōmunicās neq; attingens ipm̄ quod uere est affectat. SIM. est ita. SO. Nōne/& in hoc philosophi animus maxime cōtemnit corpus/ab eoq; aufugit: quæritq; secundum seipsum uiuere. SIM. Apparet. SO. Quid uero hæc o Simmia? Dicimus ne iustū ipsum esse aliquid an nihil? SIM. Aliqd per Iouē. SO. Rursus ipm̄ pulchrū ipsumq; bonū aliquid esse? SIM. Quidni? SO. Num aliquando horū aliqd oculis pcepisti? SIM. Nūq̄. SO. An alio quodā sensu corporis attigisti? Loquor aūt de oībus: ueluti de ipsa magnitudine. De sanitate/de robore ipso: ac summatī de cæterorū oīum essentia/idest quod unū quodq; sit: nunqd p corpus quodq; in his uerissimū est pspicitur. An ita se res hēret. Quicūq; nostrū maxīe/& sincerissime cogitare mēte se cōparat ipsumq́ aggrediẽ cogitandū/hic proxime ad cognitionē ipsius accedit. SIM. Prorsus. SO. Nonne igiẽ ille purissime faceret. Quicūq; ipsa mētis excogitatione q̄ maximū se ad unū qdq; conferret. Neq; uisum in excogitādo adhibēs/neq; sensum prius ullū raciocinationi cōiungēs. Sed ipsa secundū seipsam mētis excogitatiōe sincera utens/ipm̄ p se quodlibet sincerū existens studeret uenari ab oculis ab auribus/& ut summatim dicā/a toto corpore liber/utpote pturbante animū neq; pmittente ueritatem sapientiāq; assequi siquādo in cōmunionē recipiaẽ. An nō hic erit/o/Simmia siquis unq̄ alius ipsius quod uere est cōpos. SIM. Mirifice uera loqueris Socrates? SO. Nōne igitur ex his oībus necessario sequiẽ opinionē eiusmodi legittimis philosophis usq; adeo cōstare debere/ut ad inuicē ita loquanẽ. Necessaria iā rōne concludiẽ nos quadā rōnis ipsius uia ad id cōsiderādo pduci uidelicet donec corpus habemus aīusq; noster tāto malo erit āmistus/nūq̄ nos id quod desideramus uerꝫ adeptorū cōsecuturos. Impedimēta enim pene innumerabilia corpus pbet pp necessariā eius alimoniā præterea morbi nobis hinc incidētes inuestigationē ueritatis īpediunt amoribus cupiditatibus/timoribus/multiplicibusq; imaginibus. Multis deniq; nugis nos implet/ut uerisime dicaẽ nihil pēsi/ unq̄: ac ueri nobis afferre. Nā ad bella ad seditiōes/ad pugnas nihil aliud q̄ corpus multiplex eiusq; cupiditas impellit. Oīa enim pecuniarū gratia fiūt. Pecunias aūt quærere cogimur corporis gratia usui eius inseruiētes/atq; fit pp hæc oīa a philosophiæ studiis abstrahamur. Extremū uero oīum est quod siqd ab ipso ocii nobis cōtingat nosq; ad cōsiderādū aliqd conferamus inuestigantib⁹ nobis rursus ubiq; sese opponēs tumultu quodā pturbat aīum/& quasi pcutiēs reddit attonitū: adeo ut hoc obstaculo impediti uerū pspicere nequeamus. Cæterū nobis reuera demōstratum est: si qñ optamus pure aliqd intelligere recedere a corpore oportere: atq; ipso aīo res ipsas cōsiderare. Atq; tūc/ut apparet cōpotes euadem⁹ eius qd́ affectamus: cuiusue amatores ꝓfitemur nos eē scilicet sapiētiæ cū uidelicet mortui fuerim⁹/quēadmodū significat rō/dum aūt uiuemus nequaq̄. Nēpe si nihil cū corpore pure discerni pōt duobus alterū/aut nullo modo possumus sciam consequi/ aut post mortē. Tunc enim animus ipse per seipsum erit seorsum a corpore: prius uero nequaq̄. Atq;/ dum uiuimus/ita/ut uidetur proxime ad scientiā accedemus si q̄minimū cū corpore cōmertiū habuerimus/neq; quicq̄ cū illo cōmunicauerimus/nisi quantum summa cogat necessitas: neq; huius

Studiū philosophi non ad corpus ad animum.

Corpus impedimento esse philosophāti

Quod sensus nō capiat qcq̄ sincere.

Sermo cupidi discēdi & philosophi q̄rentis de corpore.

natura replebimur. Sed ab eius cogitatiõe cauebimus: quoad deus ipse nos soluat: atq; ita puri/& a corporis insania liberati/ut consentaneũ est: cũ talibus erimus cõgnoscemusq; per nos ipsos sincerum quodlibet id est forsitan ipsum uerũ/nã impuro quidẽ purũ attingere nefas est. Talia equidẽ o Simmia iudico necessariũ esse/oẽs discendi cupidos loqui inuicẽ/atq; opinari. An nõ ita tibi uidet. SIM. Et maxime quidã oĩum o Socrates. SO. Si hæc igitur uera sunt/o/amice magna spes est eunti illuc quo nũc ergo ꝓficiscor/sicubi/& ibi sufficienter eius rei se cõpotem fieri/cuius gratia tãtũ nos negociũ in superiori uita suscepimus. Hanc ergo migrationẽ/in præsentia mihi in iunctã bona cũ spe suscipio: similiterq; quiuis alius/q modo putauit præparatã sibi mẽtẽ tanq̃ purificatã. SIM. Ita prorsus. SO. Purificatio uero nõne in hoc cõsistit/quod iam dudũ dicebamus uidelicet/ut q̃ maxime possumus seiungamus a corpore animũ: potest/& in præsenti tpe/& in futuro a corpore tanq̃ a uinculis resolutũ. SIM. Maxime qdẽ. SO. Nõne igit hæc mors appellat solutio aĩæ sepatio a corpore? SIM. Prorsus. SO. Soluere uero ipsum queadmodũ cõfitemur oĩ tempore maxĩe: ac soli studẽt qui recte/& philosophant. Atq; hæc ipsa philosophorũ meditatio est animũ a corpore soluere/atq; separare. Nõne ita? SIM. Ita uidet. SO. Quãobrem/ut inprincipio dicebã ridiculũ foret si uir qui se in uita sic cõparauit/ut q̃ proxime ad mortẽ accederet ea deinde ad ueniẽte ꝑturbaretur. Nõne ridiculũ? SIM. Quidni? SO. Reuera igit recte philosophantes mortẽ cõmentant: atq; ab ea minime oĩum perterrent. Ita uero cõsidera. Cũ.n. corpus quidẽ ubiq; aspernent/ aĩum uero ipsum cupiant secundũ seipsum habere nõne summa esset absurditas? Si tunc quando id euenit expauescãt molesteq; ferãt/neq; libenter illuc proficiscantur/quo cũ peruenerint/spes est eo quidẽ quod amabant in uita potiri amabant aũt sapientiã: eo aũt cuius cõmertiũ moleste ferebãt/liberari. An uero a matis/& mulieribus/& filiis defunctis multi iã spõte uoluerunt ad inferos ꝓficisci/sperãtes/eos ibi uiscere cũ eisq; uersari quos amauerãt. Sapientiæ aũt uerus amator uehemẽter in hãc ipsam spem adductus nõ aliter eam ꝓdignitate ulla se cõparaturũ q̃ si moriatur imminentẽ mortẽ ægre feret/ ac non libenter hinc illuc emigrabit. Arbitrari quidẽ o amice oportet/si uere philosophus sit magnopere apud ipsum hãc opinionẽ ualere: ut nõ alibi purã sapientiã posse assequi speret q̃ in futura post mortẽ uita. Si aũt hoc ita se habet nõne queadmodũ modo dicebã præter rõnẽ foret oĩno si mortẽ uir eiusmodi formidaret. SIM. per Iouẽ cõtra rõnẽ. SO. Sufficiẽs ergo cõiectura erit si quẽ uideris moleste mortẽ ferre/eũ nõ esse philosophũ: sed philosomatũ quẽdã i corporis amatorem. Atq; eundẽ ferme philocrimatũ/& philotizũ.i. pecuniarũ honorũq; cupidũ: ac talẽ/aut alterũ horum affectet/aut utrũq;. SIM. Oĩno ita est/ut ais. SO. Proinde que o Simmia fortitudo nomĩatur/ an nõ uiris eiusmodi maxime cõuenit? SIM. maxime. SO. Nõne/& teperantiã cuius plæriq; aiũt officiũ eẽ nequaq̃ ꝓsternere se libidinibus: sed paruipẽdere illas modestiãq; seruare. His/dũtaxat cõuenit qui corpus despiciũt maxĩe atq; in philosophia uiuunt. SIM. Necesse est. SO. si.n. cõsiderare uelis fortitudinẽ tẽperantiãq; aliorũ tibi perabsurda uidebit. SIM. Qua nã o Socrates ratiõe. SO. scis utiq; cæteros omnes mortẽ unũ ex maximis malis existimare. SIM. Et maxime quidẽ. SO. Nõne igitur maiorũ metu malorũ qcũq; inter eos fortes sunt substinẽt mortẽ qñ substinent. SIM. hoc pacto. SO. metuẽdo igit atq; metu fortes ita sunt oẽs pręter philosophos/& si absurdũ est metu/uel timiditate aliquẽ esse fortẽ. SIM. nimiũ certe. SO. Quid aũt q inter eos moderati dicũtur nõne simili quodã pacto affecti sunt intemperantia uidelicet quãdã tẽperati. Quãq̃. Impossibile id esse dicimus uerũtñ illis euenit affectio quædã huic similis in isthac eorũ fatua tẽperantia. Timentes eñi ne aliis careant uoluptatibus easq; appetentes a cæteris abstinent/ab aliis superati. Et si uocãt intẽperantiã/a uoluptatibus superari uerũtamen accidit eis supati/a uoluptatibus/alias superent uoluptates. Iã uero id illi simile est quod modo dicebat.s. quodãmodo ꝑ itemperantiã fieri tẽperatos. SIM. Simile qdem. SO. Aĩaduertendũ est o beate Simmia ne hæc haud q̃q̃ recta sit ad uirtutẽ uia uoluptates uidelicet uoluptatibus dolores doloribus/& metũ metu/& maius minori tãq; nummos cõmutare/sed ille dumtaxat rectus sit nũmus cuius gratia hæc oĩa oporteat cõmutari/atq; uenũdari.s. sapiẽtia prudẽtia ꝑqua/& cũ qua oĩa ẽpta ac uendita reuera sit/& fortitudo/& tẽperantia/& iustitia: ac summatĩ uera uirt⁹ cũ sapiẽtia/siue prudẽtia/& accedentibus/& recedẽtib⁹ uoluptatib⁹/& timorib⁹ cæterisq; generis eiusdẽ. Sĩautẽ a sapiẽtia segregata iuicẽ cõmutat adũbratio qdã sit eiusmodi uirtus ac reuera seruilis nihil sani uerisq; possidẽs. Virtutis aũt ueritas i horũ oĩum purificatiõe reuera cõsistat/& tẽperãtia/& iustitia/& fortitudo/& sapientia ipsa sit purificatio qdã. Quãobrẽ hi q mysteria nobis cõstituerũt minime cõtẽnẽdi uident sed reuera iãdiu occulte nos admõere qcũq; nõ expiatus neq; initiatus migrabit ad ĩferos eũ iacere ĩluto qcũq; uero purgatus atq; i itiatus illuc accesserit cũ diis habitat. Aiũt.n.q mysteria tractãt mistri Bacchi ferẽtes ferulas narthecophori quidem feruliger i multi sunt Bacchi non pauci. Hi uero/ut equidem opinor non alii sunt q̃ qui recte philosophãti sunt quoꝝ qdẽ ĩ nũero eẽ me neq; inferiorẽ qdẽ omni studio ꝑuiribus conatus sum. An uero recte contenderim aliquidue profecerim cum illuc peruenerimus certo sciemus si deus uoluerit paulopost/ut mihi videtur. Hęc igitur mea excusatio est o Simmia & o Cebes quam uidelicet

uidelicet ob cām cū uos eoſq; q hic ſunt dños reliquā merito non ægre ferā neq; ꝑturber:ſpero.n.
me/& illic nō minꝰ q̄ hic bonos dños amicoſq; īuētuꝝ.Multi nō id minime credūt.Si igiť defenſio
mea uobis magiſq̄ Atheniēſibus iudicibus ꝑſuaſit bñ ſe res hēt.Cū hæc Socrates dixiſſet ſuſcipiēs
ſermonē Cebes ſic inq̄t cætera qd o Socrates recte dicta uidenť q̄ntū uero ad ipſam aīam ſpectat
ualde ābigūt hoēs ne aīa a corpore ſepata uſq̄ ſit alteriꝰ ſed ea ipſa die qua hō mortē obieritītereat
ſtatiq; ſeiūcta a corpore diſſoluať atq; exhalās q̄ in uētus /aut fumus diſſipeť:atq; euaneſcat :neq; uſ
q̄ ulterius oīno ſit aliqd.Profecto ſi eēt alicubi collecta ī ſemetipſam/& ab his malis q̄ tu mō narra/
bas liberata/multa nimirū bonaq; ſpes eēt o Socrates uera q̄ dicebas fore.Cæterū ad id fortaſſe ꝑ-
ſuaſiōe fideq; nō parua opus eſt:ut credať supereſſe aīam poſt īteritū hominis:atq; aliquā uim ītel/
ligētiāq; habere.SO.Vera o Cebes loqueris.Verū qd agendū cenſes!an forte de his ipſis cōfabu
landū:utrū ita fore an aliter ꝓbabile ſit.CE.Libenter eq̄dē audirē de his rebus qd ſentias.SO.Ne
minē arbitror hæc audiētē nec ſi cōmœdus q̄dē ſit eſſe dictuꝝ nĕgari nūc me: ac de q̄bus minime — *Propōitur diſcutiendū an aīa hominis ſit poſt obitū*
oporteat uerba facere.Si ergo placet oportetq; cōſiderare id hoc pacto cōſideremus utꝝ uideli-
cet:apud īferos ſint mortuorū aīæ nec ne.Vetus q̄dē hic extat ſermo cuius memores ſumus abire
q̄dē illuc aīas defunctorū:rurſuſq; huc reuerti/fieriq; ex mortuis.Atq ſi hoc uerū eſt/ut ex mortuis
iterū uiuentes fiāt eſſent aīæ illic noſtræ.Neq; enim rurſus fierent ſi alicubi nō eſſent.Atq; hæc ſuf-
ficiens cōiectura eſt/ita eſſe/ſi reuera cōſtet haud aliunde uiuentes fieri q̄ ex mortuis.At uero niſi id
ſit/alia opus erit rōne.CE.Oīno.SO.Neq; uero id in hominibus ſolū ſi planius ītelligere uis cōſi-
deres:ſed in aīalibus oībus/& plantis:atq;/ut ſummatim dicā in oībus quæ gignunť in his inq̄ oībꝰ
cōſideremus nunqd oīa ſic fiāt:neq; aliunde q̄ ex cōtrariis cōtraria q̄buſcūq; tale aliqd cōtigit/quē-
admodū pulchrū turpi quodāmō cōtrariū eſt/& iuſtū iniuſto aliaq; eiuſmodi q̄ plurima uidemus.
Ergo utrū neceſſariū ſit/cuicūq; aliqd eſt cōtrariū/nullo mō aliunde id q̄ ex ſuo cōtrario fieri.Velu — *Generatiōem fieri a contrariis.*
ti q̄ñ qd maius efficiť neceſſe eſt ex eo qđ añ fuerat minus/poſtea maius euadere.CE.Ita eſt.SO.
Nōne/& ſi minus aliqd fiat/ex eo quod ante maius erat poſtea fiet minus.CE.Sic oīno.SO.q̄netiā
ex robuſtiori debilius/ex tardiori uelocius.CE.Prorſus.SO.Quid uero!Siqd euadat deterius/nō
ne ex meliori.Et ſi iuſtus ex iniuſtiori!CE.Quidni!SO.In oībus igiť/ſatis id exploratū habemus/
oīa ita fieri/cōtra uidelicet ex cōtrariis.CE.ꝓrſus.SO.Quid rurſus.Eſt ne mediū aliqd īter ɔtraria
duo!Duæ uidelicet īter illa gñationes/ſiue ꝓgreſſiōes ab altero q̄dē in alterū :atq; in alterū uiciſſim
ab altero.Sane inter maius:atq; minus mediū obtinet incrementū/& decrementū:dicimuſq; id q̄
dem creſcere/illud uero decreſcere.CE.Ita.SO.Nōne ſimiliter diſcerni uiciſſim:atq; cōfundi:fri
geſcere/& incaleſcere:oīaq; eodē pacto.Et ſi nomina nobis deſunt alicubi/ubiq; tñ ita neceſſe ē fie/
ri uidelicet oīa ex cōtrariis inuicē:generationēq; eſſe utriuſq; uiciſſim in alterū.CE.Oīo quidem.
SO.Quid uero!ei quod eſt uiuere:eſt ne aliqd cōtrariū!Quēadmodū ei quod uigilare eſt.Dormi
re cōtrariū.CE.Sic eſt.Oīno.SO.Quidnā!CE.Mori.SO.An nō ex ſe inuicē hæc fiunt:ſiquid cō-
traria ſunt.Cūq; duo ſint:duæ quoq; inter hæc gñatiōes mutuæ/ſiue ꝓgreſſiones.CE.Nihil prohi
bet.SO!Alterā quidē coniugationē eoꝝ q̄ mō dicebā/ego tibi dicā/tam ipſam q̄ generatiōes eoꝝ.
Tu uero mihi aperies alterā.Dico aūt illud quidē dormire illud aūt euigilare.Atq; ex ſomno uigi-
liā fieri/& ex uigilia ſomnū!horūq; generationes hāc quidē cōuiuere:illā uero expergiſci .Satiſfeci
tibi necne!CE.Satiſfeciſti certe.SO.Dic tu mihi quoq; ſimiliter de uita:atq; morte.An nō cōtra-
riū uiuere dicis eſſe:atq; mori!CE.equidē.SO.& ex ſe inuicē fieri!CE.Ita.SO.Ergo ex uiuente qd
nam fiet!CE.mortuū.SO.Quid aūt ex mortuo!CE.Neceſſe eſt confiteri uiuens.SO.Igiť ex mor
tuis o Cebes uiuentia fiunt:atq; uiuentes.CE.Apparet.SO.ſunt igiť apud īferos aīæ noſtræ.CE.
Videť.SO.Nonne ergo/& generationū quæ circa hæc ſunt altera quidē manifeſta eſt!Mori enim
manifeſtū eſt nōne!CE.Ita prorſus.SO.quidnā igiť faciemus.Non reddemus uiciſſim generatio
nem huic cōtrariā.Sed hac in re dumtaxat mācam dicemus naturā eſſe!An uero neceſſe eſt redde
re ei quod mori eſt cōtrariā quādā generationē.CE.Oīo.SO.Quāuero iſtā!CE.Reuiuiſcere.SO. — *Argumētū īmortalitatis aīæ ſumptū a cōtrarioꝝ mutua gñatione.*
nonne igiť ſi reuiuiſcētia eſt ꝓgreſſio quædā hæc eſt ex mortuis ad uiuētes.CE.eſt utiq;.SO.conue
nit ergo nobis hac īſuꝑ rōe:uiuentes ex mortuis fieri nihilominus q̄ mortuos ex uiuentibꝰ.Quod
cum ita ſit ſufficientem coniecturā hinc haberi aīas mortuoꝝ neceſſario alicubi eſſe unde iteꝝ re-
uertanť.CE.Videť mihi o Socrates hoc ex his quæ cōceſſa ſunt:neceſſario ſequi.SO.Animaduer
te ergo o Cebes haud ab re nos hæc/ut arbitror cōceſſiſſe.Niſi enim cōtinue altera uiciſſim alteris
redderentur quaſi quodā circulo remeantia:ſed directa quædā ꝓgreſſio foret dūtaxat ex altero in
eius oppoſitum/neq; rurſus reflecterenť in alteꝝ facerentq; regreſſū:oīa tādem mihi crede eādem
ſubirēt figurā:atq; paſſionē fieriq; ceſſarēt.CE.Quonā id pacto dicis.SO.Haud quaq̄ intellectu
difficile eſt/quod loquor.Perinde enim ac ſi in ſomnū caderet quidē/ab eo uero in uigiliā nunq̄ re/
ſurgereť/minime te latet/oīa tandē eo deuentura/ut endimion ridicula quædā fabula uideať:neq;
appareat uſq̄.Cū cætera quoq; uniuerſa ſomno ſimiliter opprimanť.Proinde ſi cōfunderenť q̄dē
oīa/nūq̄ diſcernerenť.Anaxagoræ illud repēte cōtingeret uniuerſa uidelicet eſſe ſimul.Eadē rōne

o amice Cebes/si quæcūq; uitā acceperint moriant̄/mortua uero cū fuerit mortua relinquant̄/neq; iterū reuiuiscāt an nō necessariū est oīno/cuncta demū iteriisse/nihilq; uiuere? Nā si ex aliis quidem uiuentia fierent. Postea uero perirent qd obstaret quominus in interitū cuncta consumerētur. CE. Nihil ꝑrsus o Socrates sed mihi oīo uera loqui uideris. SO. est certe o Cebes maxime oīum ita/ut mihi uidet̄: neq; nos hęc ipsa quasi decepti cōfessi sumus: sed reuera reuiuiscētia est: atq; ex mortuis uiuentes fiūt: mortuorūq; supsunt aīæ. Atq; bonis quidē melius est: malis uero peius. CE. Atqui/& secundū illud o Socrates/quod frequēter usurpare soles/si modo uex est disciplinā uidelicet nostrā nihil eē aliud q̄ reminiscentiā: & secundū hoc inq̄ necesse est nos ī superiori quodā tpe/ea quorum nunc reminiscimur didicisse. Id uero fieri non posset: nisi prius aīa nostra fuisset alicubi q̄ in hanc humanā speciē deueniret. Quáobrē/& hac rōne īmortale quiddā aīa uidet̄ eē. SIM. Quales huius rei demonstratiōes habes o Cebes? Cōmemora nobis eas. Nō enim satis ī præsentia memini? CE. Vnā quidē rō est pulcherrima/quod interrogati homines siquis eos recte interroget/ ipsi oīa quē admodū sunt respōdent. Atq nūq̄ id facere possent nisi inesset ipsis sciētia rectaq; ratio. Deīde si qs eos ad geometricas figuras descriptionesq;/uel simile aliqd conuerterit/ibi manifeste cōperiet/ ita id se habere. SO. Si hæc o Simmia ratio tibi nō satisfacit/attende/an sic tibi cōsideráti idē quod nobis uideat̄. Diffidis enim eā quā disciplinā uocant/reminiscentiā esse posse. SIM. Haud equidem diffido. Verūtamē id expedit mihi discere de quo sermo est. s. reminisci. Ac ferme ex his quæ Cebes cœpit dicere/iam recordor/& credo. Nihilominus tñ/& a te o Socrates qua rōne id mō ꝓbare ipse aggrediebaris/ ꝑlibēter audirē. SO. Hac eadē rōe/cōfitemur sane quodāmō/ siqs alicui⁹ reminiscat/oportere ipm pri⁹ aliqñ id sciuisse. SIM. Prorsus. SO. Nūqd ergo/& hoc cōfitemur/quotiēs scīa hoc mō ꝓueīt/reminiscētiā eā eē? Dico āt hoc pacto. Siqs aliud qddā uiderit/ul'audiuerit/ul'alio ꝑceperit sensu: neq; solū idipm cognoscat/uex ēt agnoscat aliud qddā/cuius nō una eadēq;/sed alia scīa sit/nōne merito dicemus/hunc eius rei reminisci in cuius peruenerit notiōem? SIM. Quonam pacto id dicis? SO. Hoc. Alia quodāmodo hominis scientia est. Alia lyræ. SIM. Quidni? SO. An ignoras hoc amātibus euenire/cū lyrā/aut uestē/aut qd aliud ex his aspiciāt qbus uti eorū amatæ cōsueuerunt. Nā & agnoscunt lyrā/& simul mente formā recolūt puellæ cuius erat lyra. Hoc uero est reminisci. Ceu siquis cū Simmiā uiderit sæpe Cebetis recordet̄. Et cæterā eiusdem generis īfinita. SIM. Infinita per Iouem. SO. An nō igit̄ tale quiddam recordatio quædā est? Maxime uero si id nobis in illis cōtingat rebus/quas longitudine temporis/& negligentia obliuioni iam tradiderimus. SIM. Ita certe. SO. Quid uero? Contingit ne/ut qui equum pictum uiderit/pictāq; lyram reminiscatur hominis? Atq; cū pictum aspexerit Simmiā/ueniat illi in mentem/& Cebes. SIM. Sic utiq;. SO. Nōne euenit etiā/ut qui Simmiam inspexerit pictū ipsius quoq; Simmiæ recordetur? SIM. Euenit certe. SO. An non secūdū hæc oīa contingit/tū a similibus/tum a dissimilibus reminiscentiam ꝓuenire. SIM. contingit. SO. Verū quotiens a similibus quispiam reminiscitur/an nō necesse est/id insuper intelligere utrum deficiat hoc secundū similitudinem necne ab illo cuius repetita memoria est. SIM. Necesse est. SO. Attende sane/nunquid hæc ita se habeant: dicimus aliquid esse ęquale. Non dico lignū ligno neq; lapidem lapidi: neq; aliud eiusmodi quicq̄: sed ꝑter hæc omnia aliud quiddam ęquale ipsum dicemus ne aliquid esse an nihil? SIM. Dicimus per Iouem/& quidem mirifice. SO. An scimus/& ipsum quod est ęquale? SIM. Omnino quidem. SO. Vnde nam scientiā eius accepimus. An non ex his quæ mō diximus uidelicet conspicati/uel ligna/uel saxa/uel alia quędam ęqualia/ex his illud excogitauimus/quod aliud est q̄ hæc. An non aliud quiddam apparet? Cōsidera uero/& hoc pacto. Nōne saxa/uel ligna ęqualia dum eadem sunt alias ęqualia: alias inequalia nobis apparent. SIM. Penitus. SO. Quid aūt ipsa ęqualia? Possunt ne inęqualia tibi uideri? uel equalitas/ inęqualitas? SIM. Nunq̄ o Socrates. SO. Quáobrem nō idem sunt hęc ęqualia atq; ipsum ęq̄le. SIM. Nullo modo idem mihi apparent o Socrates. SO. Verūtamen ab his ęqualibus/q̄ alia sunt q̄ ipsum illud ęquale ipsius simul: excogitasti scīam: atq; percepisti. SIM. Verissima loqueris. SO. An non siue simile ipsum sit/siue dissimile. SIM. Oīno. SO. Nihil sane refert: quatenus enim aliud conspicatus/ex hac ipsa perspectione aliud intellexeris/siue simile/siue dissimile necesse est hinc reminiscentiam prouenire. SIM. & maxime quidem. SO. Quid uero ad id. An sic nos habemus circa ea quæ sunt ut in his quæ modo dicebamus ęqualia/lignis/saxisq;/& aliis? Videntur ne ita ęqualia hæc esse/ut ipsum quod est ęquale. An deesse potius aliquid quominus talia sint ęquale est ęquale ipsum: an nihil? SIM. Permultum certe deest. SO. Nonne confitemur quando quis aliquid intuens/animaduertat/appetere quidem hoc quod in presentia uidet/esse tale quale quiddā aliud ex his quæ sunt uerū deficere/neq; posse tale esse ęquale/quale sit illud/sed deterius esse: necesse est eū qui animaduertit/ante cognouisse illud cui dicit hoc quodadmodo simile fieri: sed ad plenā similitudinem non accedere. SIM. Necesse est. SO. quid ergo? tale ne aliquid contingit/& nobis necne/circa hæc ęqualia ipsumq; ęquale? SIM. Quamplurimum. SO. Necesse est ergo nos ęqualis ipsius scīam ante illud tp̄s habuisse/in quo primū uidentes ęqualia/agnouimus conari quidem hæc omnia talia

cuadere

Ostēditur nostra scīa eē reminiscētia.

Quid reminiscentia.

Quo pacto fiat reminiscētia.

euadere quale est ipsum: attñ a perfectione ipsius abesse. SIM. Ita est. SO. At qui/& hoc confitemur nos: neq; aliunde id agnouisse: neq; agnoscere posse/q̃ ex uisu/uel tactu/uel alio quodam sensu: similiter enim de his omnibus iudico. SIM. Similiter o Socrates ad id se habent de quo agitur ostēdendum. SO. At qui a sensibus quidē intellixisse oportet oīa quæ subiecta sunt sensibus /illud quod est ęquale appetere quamuis ipsum nō assequantur/an aliter dicimus? SIM. Haud aliter. SO. Ante. n. q̃ inciperemus uidere/aut audire aliisq; uti sensibus oportuit nos ęqualis ipsius sciam possidisse uidelicet qd ipsum sit/si modo ęqualia hæc/quæ sensibus subiacēt ad ipsum adeo relaturi simus/ut iudicemus anniti quidē hæc oīa talia quale ipsum est euadere. Verumtamē deteriora relinqui. SIM. Necessario ex superioribus id o Socrates sequitur. SO. An nō statim nati uidimus/ & audiuimus aliosq; sensus exercuimus? SIM. Oīno. SO. Oportuit autē/ut diximus/ante hæc ipsius ęqualis scientiam habuisse. SIM. Oportuit. SO. Quāobrem/ut uidetur/necesse est ante q̃ nasceremur eam comprehendisse. SIM. Sic apparet. SO. Nonne si eam sortiti ante natiuitatē ipsam iam habētes nati sumus sciuimus/& ante ortū: atq; statim nati non solū ipsum ęquale maiusq;/& minus/ uerūetiā eiusdem generis omnia. Non enim de ęquali magis nūc nobis est sermo q̃ de ipso pulchro/de ipso bono/de ipso iusto/atq; sancto/& ut dico de omnibus quibus proprie hoc ipsum quod est assignamus & interrogationibus interrogantes/& responsionibus respondētes: ut necessariū sit nos anteq̃ nasceremur horum oīum sciētiam habuisse. SIM. Est ita. SO. Acsi acceptis sciētiis nō semper obliuisceremur/oporteret/& cū ipsis nasci/semper etiam per omnē uitā scire. Nā scire id est acceptā alicuius rei scientiā retinere. Nec amisisse. An nō obliuionē sciētiæ iacturā eē dicimus. SIM. Ita prorsus o Socrates. SO. Sin autē acceptam ante ortū sciētiam nati admisimus/deinde uero freti sensibus/circa ipsas scientias illas quas ante habueramus/recipimus nōne id quod discere appellam⁹ eēt sciam ꝓpriā recupare atq; id reminisci nominātes/recte nomīarem⁹. SIM. Recte. SO. fieri. n. id posse apparuit. Videlicet/ut cū qs aliqd senserit/uel uidēdo/uel audiēdo/uł aliter sentiēdo aliud qddā ex hoc agnoscat cui⁹ erat oblit⁹: cui qdē hoc quodadmō ꝓpīquabat/siue simile id sit/siue dissimile. Ita qđ iampridē dico e duobus alterū: haud enī sciētes nati sumus scimusq; per omnē uitam omnes; aut quos deinde dicimus discere dūtaxat reminiscunť: atq; disciplina reminiscētia ē. SIM. Sic omnino se res habet/o Socrates. SO. Vtrū igitur eligis o Simmia? uel cū scia nos esse natos/uel reminisci postea/quorū prius sciam acceperimus. SIM. Ambigo utrum in præsentia Socrates eligam. SO. Quid uero potes ne eligere qd de hoc uideať tibi? Vir sciēs potest ne/eorū quæ scit reddere rōnem/an contra. SIM. Necesse est o Socrates posse. SO. An uero tibi uidētur oēs rationē de his quæ modo tractabamus afferre posse. SIM. Optarē equidē sed multo magis uereor ne cras nullus hic homo sit qui ꝓ dignitate id sciat efficere. SO. Non igitur o Simmia putas omnes hocītelligere. SIM. Nullo modo. SO. Reminiscuntur ergo que aliquando didicerant. SIM. est. SO. Quando uero acceperunt animæ nostræ scientiam? Non enim postquam homines nati sumus. SIM. Nō certe. SO. Ergo prius. SIM. Ita. SO. erant igitur Simmia animæ etiam priusq̃ in humanam speciē deuenirēt seorsum a corpore intelligētiamq; habebant. SIM. Nisi forte o Socrates /dum nasceremur ipsas sciētias accæperimus. Nā id etiā tēpus reliquum est. SO. Esto sic o amice. Sed quonam alio tēpore eas admisimus? Non enim habētes iam eas nascimur/ut modo confitebamur. An ī eodem perdidimus: quo/& accepimus/an aliud tēpus afferre potes. SIM. Nullo Socrates modo sed nihil me dicere minime aduertebam. SO. An ergo sic nobis se res habet o Simmia. Squidē sunt ea quæ cotidie prædicamus pulchrum scilicet quiddam: atq; bonum/& omnis eiusmodi essentia: ad quam omnia sensibus pcepta referimus quæ/& prius erat nostra/& tanquam nostram querētes inuenimus: atq; ad ipsius exēplar referimus/necesse est ita/ut/& ipsa sunt nostram quoq; animā prius etiam q̃ nasceremur extitisse. At si hæc non sunt/frustra utiq; ratio hæc tractata eēt. An nō ita se habet: atq; par necessitas ē/& ipsa eē/& animas nostras anteq̃ nasceremur/& nisi ipsa sunt neq; hæc utiq; sunt. SIM. Mirifice o Socrates/eadē mihi uidetur eē necessitas: atq; pulcherrime huc ratio nos ꝑ ducit: ut similiter tam animā nostramq̃ essentiam ipsam quam modo dicebas anteq̃ nasceremur extitisse cōfiteamur. Nihil enim/tam certum habeo q̃ eē eiusmodi omnia ęquidē maxime. Scilicet pulchrum ipsum/& bonum aliaq; omnia que tu modo dicebas. Et quantum ad me attinet satis est demonstratum. SO. Quid uero uidetur Cebeti? Opportet enim illi quoq; ꝑsuadere. SIM. Satis/& illi arbitror persuasum: q̃uis omniū repugnantissimus sit/& ad credēdum tardidissimus. Opinor tamē sufficienter illi probatū: ante ortū nostrum aīam extitisse. An uero post interitum nostrū etiā futura sit nec mihi quidē ipsi o Socrates satis adhuc uidetur ostensum. Sed nunc etiam restat multorum dubitatio illa quam in medium Cebes adduxerat: ne uidelicet homine moriente simul anima dissipetur: atq; ita esse desinat: quid enim prohibet fieri quod illam/& aliunde constitui: atq; eē prius etiam q̃ in corpus hominis laberetur: postquam uero ab eo discesserit/tunc illam insuper interire Cebes recte loqueris Simmia. Videtur enim quasi dimidium eius quod oportet probatum ante uidelicet q̃ nasceremur nostrā animā extitisse: oportere autē id quoq; ostendere postquā mor

tui fuerimus non minus ferē q̄ esset anteq̄ nasceremur: si modo finem suū demonstratio sit habitura. SO. Demonstratū quidē est istud o Simmia/& o Cebes etiā nunc si modo uelitis/& id quod modo probatū est/& illud quod ante concesseramus uidelicet omne niuēs ex mortuo fieri in unum cōnectere. Si enim est anima prius/& cū in hac uenit uitam fit homo/necesse est non aliunde eam q̄ ex mortuis proficisci/cur non necessarium sit/ut etiam post mortē corporis maneat? cum oporteat ipsam ad hanc uitam reuerti. Demonstratum igitur/& nūc est quod dicitur. Verūtamē uidemini tu atq; Simmias cupere idē rursus diligentius pertractari ac forsitan puerorū more formidatis/ne re uera corpore egredientē uentus dissoluat: atq; dispergat? presertim si uentis uehemētius flātibus exeat. Ad hæc Cebes subridens/tanq̄ nobis id formidātibus inquit o Socrates contra persuadere conare immo uero nō tanq̄ formidantibus nobis sed forte est inter nos puer aliquis talia metuens huic ergo annitamur persuadere: ne mortem ceu laruas pertimescat. SO. Opportet certe huic mederi carminibus quottidie quoad sanus efficiatur? CE. Sed ubi nā medicū eiusmodi nanciscemur/ o Socrates/cū tu decesseris? SO. Ampla est o Cebes Græcia/in qua sunt uiri præstantes. Quamplurimæ sunt barbaræ nationes per hos omnes eiusmodi medicum debetis perquirere/neq; pecuniis parcētes/neq; laboribus. Nihil est enim pro quo cōmodius oīa quis expendat perscrutādū quoq; est etiam inter uos ipsos. Forte enim nō facile inuenietis q meliꝰ q̄ uos id queat efficere. CE. Fiet id quidem: sed redeamus iam si tibi placet unde digressi sumus. SO. Mihi quidē placet. Quidenī prohibet. CE. Recte respondes. SO. An non tale aliqd a nobis ipsis sciscitari debemus. Cui nam & quali conueniat ea passio per quam dissolui possit. Et cui qualiq; sit metuēdū/ne id patiatur. Et secūdum quā qualemq; eius partem: deinde considerare cuiusmodi anima sit demum ex his animę nostræ gratia/uel confidere/uel timere. CE. Vera loqueris. SO. Nōne igitur ei quod componitur iamq; compositum est natura id pati conuenit? ut quatenus est compositum dissoluatur. Siquid uero non sit compositum/huic soli potissimum nulla accidit dissolutio. Mihi quidem sic apparet Cebes. SO. An non quæ semper secundū eadē eodemq; modo se habent/hæc maxime esse conuenit simplicia? Quæ uero alias aliter/nec unq̄ secundū eadē hæc esse composita. CE. Ita equidē opinor. SO. Redeamus iam ad illa/ad quæ in superiori disputatione processimus ipsa essentia cuius inter rogando respondendoq; rationem hoc ipsum quod est assignamus/utrum eodem modo/& secundum eadem se semper habet? An alias aliter: uidelicet/& ipsum ęquale/ipsum pulchrum/ipm unūquodq; quod est ens utrum mutationē aliquando aliquā ipsa recipiūt: an ipsorum unūquodq; semper id quod est uniforme existēs ipsum per seipsum eodē modo/& secundum eadem se habet. Neq; unq̄: neq; usq̄ neq; ullo pacto mutationem aliquam suscipit. CE. Necesse o Socrates hæc eodem modo/& secundum eadē se semper habere. SO. Quid autem dicemus de multis quæ similiter pulchra dicuntur scilicet/hominibus/equis/uestibus/uel aliis quibuscunq; talibusq;/uel pulchra dicuntur/uel ęqualia/uel etiam de omnibus quæ illis synonima sunt/num hæc secūdum eadē se semper habent. An potius omnino contra q̄ illa uidelicet/neq; ipsa sibimet/neq; inuicem unquam/ut simpliciter loquar/ullo pacto secundum eadem eodemq; modo se habent. CE. Hæc o Socrates nunquam eodem modo sunt. SO. Et hæc quidem tangi uideri/aliisq; sensibus attigi possunt. Quæ uero semper secundum eadem permanent sola intelligentiæ ratione percipiuntur: suntq; inuisibilia quæ talia sunt neq; cernuntur unq̄. CE. Vera omnino loqueris. SO. Vis ergo duas rerum species ponamus/alteram uisibilium inuisibilium alteram. CE. Ponamus. SO. & inuisibile quidē modo semper eodem esse uisibile uero non nunq̄ eodem Cebes. Hoc quoq; ponamus. SO. Age iam aliud ne in nobis est q̄ hinc quidem corpus inde uero anima? CE. Nihil aliud. SO. Vtri nam speciei corpus esse similius cognatiusq; dicimus? CE. Nemini dubium quin uisibili. SO. Quid uero anima? Visibile ne aliquid est / an contra. CE. Non hominibus quidem o Socrates. SO. Atqui nos de iis dūtaxat quæ ab hominum natura uideri possunt loquebamur? An de iis quæ ad aliam naturam spectant tractabamus? CE. De iis dumtaxat quæ ad humanam. SO. Quid ergo de anima dicebamus? Nunquid uisibilem esse. CE. Non uisibilem. SO. inuisibilem ergo. CE. Ita. SO. Anima igitur inuisibili speciei similior est q̄ corpus. Corpus uero uisibili. CE. Necessarium id est omnino. SO. An non/& hoc euenire in superioribus dicebamus? Vt cum anima ad aliquid considerandum socium sibi corpus adsumit/uel per uisum/uel per auditum/uel per alium sensum hoc enī est per corpus considerare quin per sensus id agitur tunc quidē a corpore trahatur ad ea/quæ nun q̄ eodem modo sunt: atq; ipsa aberret/perturbeturq; quasi ebria uacillet utpote quæ talia quędam attigerit. CE. Prorsus. SO. At uero quotiens ipse animus per seipsum excogitat illuc se confert ad purum sempiternum/immortale: semper eodem modo se habens: & tāquam ipsius cognatus semper inhæret illi quotiens ipse redierit in seipsum/eiq; liceat/cessetq; ab errore/& circa illa semper secundum eadem eodem modo se habet/utpote qui talia iam attigerit. Atq; hæc eius affectio sapiētia/siue prudētia nominatur. CE. Præclare ac uere omnino loqueris Socrates. SO. Vtri igitur speciei rursus tibi uidetur/ex his quæ/& in superioribus/& modo dicta sunt/anima esse similior atq; co

gnatior

Quęquis ingenio ꝓprio potest capescere.

gnatior.CE.Arbitror equidem o Socrates quemlibet/uel indocilem prorsus/& pertinacem ex hac discursione concessurum/animam/& per totum atq; per omne/similiorem esse ei quod semper eo/demodo est q̃ opposito.SO.Quid autem corpus?CE.Alteri speciei.SO.Considera rursus hoc pacto.Quamdiu in eodem sunt anima:atq; corpus:hoc quidem seruire atq; subesse natura iubet. Hanc uero præesse:atq; dominari.Secundum hæc rursus utrũ tibi uidetur simile esse diuino utrũ mortali?An non putas diuinum quidem tale esse natura/ut præsit/& ducat.Mortale uero/ut subiciatur ac seruiat.CE.Puto equidem.SO.Vtri igitur horũ est anima similis?CE.Constat o Socrates animam quidem similem esse diuino corpus uero mortali.SO.Animaduerte iam o Cebes num hæc ex omnibus quæ dicta sunt consequantur.Videlicet ipsi diuino ĩmortali intelligibili/uniformi indiuissibili semper eodem modo/& secundum eadem seipsum habenti/animam esse simillimam:humano uero mortali nec intelligibili/multiformi/dissolubili/nunq̃ eodemmodo sibimet se habenti/simillimum esse corpus.Possumus ne o amice Cebes hęc propter aliud quicq̃ afferre:quo minus ita sit.CE.non possumus.SO.Quid ergo?Cum hæc ita se habeant nonne corpori cõuenit/ut breui soluatur.Animæ uero/ut omnino indissolubilis sit/uel aliquid rei omnino indissolubili ꝓpinquũ.CE.Quidni?SO.Cernis igitur postq̃ mortuus homo fuerit/quod in eo uisibile est corpus & in loco uisibili positum/quod cadauer appellamus/cui cõuenit/ut dissoluatur/concidat diffluat nihil horum subito pati:sed multum aliquando tempus superesse:siquis corpore pbelle affecto decesserit.Corpus enim seruatum/& rebus quibusdam ad durationem curatum quemadmodũ in Egypto faciunt incredibile quoddam tempus ferme integrum manet.Quinetiam si putrescat tamen nõnullæ corporis partes/ossa uidelicet/neruiq;:atq; similia/ut ita dicã ĩmortalia permanent. An non?CE.Ita.SO.Anima uero quæ inuisibile quoddam est in similem quendam aliumq; locũ migrans/excellentem/putum/inuisibilem nobis occultum reuera adbonũ sapiẽtemq; deum/quo si deus uoluerit/paulopost meo quoq; animo est migrandum anima inq̃ talis taliq; natura prędita nunquid cum primum a corpore liberata fuerit dissipabitur atq; peribit/ut multi putant permultum abest o dilecte Cebes atq; Simmia immo multomagis ita se res habet:siquidem pura discesserit corporeum nil secum trahens utpote quæ sua cum illo in uita cõmunicauerit:sed fugerit illud semper/seq; in se colligerit tanq̃ semper id meditata/quod quidem nihil est aliud q̃ recte philosophari/mortemq; reuera facile cõmentari/an non hæc est meditatio mortis?CE.est omnino.SO. Anima inq̃ si sic affecta discesserit/nõne ad aliquid sibi simile diuinum abit?diuinum/& immortale/& sapiens/quo cum peruenerit euadit felix ab errore/dementia/timoribus/durisq; amoribus cæterisq; humanis liberata malis/& quemadmodum de initiatis dici solet reuera reliquum tempus uitam cum diis agit.Ita ne dicendum est o Cebes an aliter?CE.Ita per Iouem.SO.Sinautem polluta impuraq; decedat utpote quæ corpus semper ãplexa ipsum dũtaxat coluerit/& amauerit eiusq; uoluptatibus/& libidinibus quasi ueneficiis quibusdam delinita fuerit/& usq; adeo capta/ ut nihil aliud putet esse uerum nisi quod corporeum sit quod tangi/quod uideri possit/quodue bibat/& quod edat/& quo in ueneris utatur.Quod uero oculis quidem occultum/& inuisibile sit/uerumtamen intelligibile/& philosophia comprehendendum habere odio consueuerit tremereq;/& fugere/sic in quam ĩstitutam animam putas ne ipsam per se sinceram euadere?CE.Nullomodo.SO. Sed infectam inuolutamq;/ut arbitror contagione corporea/quam consuetudo congressusq; cum corpore propter continuam familiaritatem plurimumq; eius cultum inseruit quasi iam naturalẽ. CE.Ita putamus.SO.Ponderosum uero o amice id putandum est/& graue terrenumq;/& uisibile quod anima eiusmodi secum trahit.Ideoq; ab eo grauatur/& ad uisibilem retrahitur locum metu inuisibilis:atq; occulti.Et quemadmodum fertur circa monumenta sepulchraq; reuoluitur/ circa que iam nonnulla apparuerunt animarum umbrosa phantasmata/ qualia præferunt simulachra/ tales animæ quæ uidelicet non puræ decesserunt a corpore/sed uisibile aliquid trahentes / quo fit/ uideri possint.CE.Consentaneum est o Socrates.SO.Consentaneũ tamen o Cebes:non esse has bonorum animas/sed malorũ quæ circa hæc oberrare cogũtur pœnas dantes uitæ improbe actę. Itaq; tandiu circumuagantur quo ad cupiditate naturæ corporeæ comitante/rursus induant corpus.Induunt autẽ/ut decens est eiusmodi mores quales ĩ uita exercuerunt.CE.Quales dicis mores o Socrates.SO.Eiusmodi eos quidem qui uentri dediti per inertiam:atq; lasciuiã uitam egerunt/neq; quicq̃ pensi pudorisq; habuerunt decens est asinos similiaq; subire.An non putas?CE. Consentanea loqueris.SO.Qui uero iniuria tyrannides/rapinas/præceteris secuti sunt in luporũ/ accipitrum /miluorum genera par est/pertransire:num alio has/migrare dicendũ est?CE.Ita potissimum.SO.Similiter/& in cæteris abeunt enim in ea genera/quelibet quibus in uita mores similes contraxerunt.CE.Manifestum id quid.SO.Nonne horum felicissimi sunt/& in optimum proficiscuntur locum/quicunq; popularem ciuilemq; uirtutem quam temperantiam/& iusticiam nominant/exercuere absq; philosophia quidẽ atq; mente/sed ex consuetudine exercitationeq; acquisitam.CE.Quonam pacto hi felicissimi sunt?SO.Quoniã decens est hos in in tale quiddã genus

Argumẽtum ab actiõibus.

Egiptii Diu seruãt cadauera medicamẽtis.

Animas prauorum uersari circa sepulcra atq; umbrosas imagines apparere

iterũ ciuile miteq; demigrare: quodãmodo apum/aut uesparũ/uel formicarũ. Atq; deinde in idẽ rursus genus humanũ modestosq; ex illis homines fieri. CE. Ita decet. SO. In deorum uero genus nulli fas est peruenire præter eos qui discendi cupiditate flagrantes/& philosophati sunt/& puri penitus decesserunt. Horũ quidem gratia o amice Simmia atq; Cebes qui recte philosophantur ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent/atq; ita perseuerant nec se illis unq̃ tradunt: neq; familiæ iacturam paupertatẽq; formidant: quemadmodũ multi pecuniarũ cupidi: neq; rursus cõtemptum: atq; ignominiam quẽadmodum q magistratus ãbiunt/& honores: deinde ab his abstinent. CE. Neq; enim deceret o Socrates. SO. Non per Iouem. Quamobrem hi qui animũ suũ colunt: neq; corpori figendo uiuunt/spretis his omnibus/haud quaq̃ ea gradiuntur uia qua superiores illi quos narrauimus/quia uidelicet: quo proficiscantur ignorent. Ipsi uero existimãtes philosophiæ eiusq; solutioni repugnandum non esse hanc ea sequuntur uia qua eos ipsa ducit. CE. Quonam pacto o Socrates? SO. dicã equidẽ. Cognoscunt profecto uiri scientiæ cupidi quemadmodũ eorum animã suscipit: reuera ligatam in corpore: atq; implicitã/ac per ipsum quasi per carcerem quendã res considerare coactam: cumq; per seipsam id non faciat/omni prorsus inscitia inuolutam cognoscunt præterea/quemadmodũ philosophia perspiciens q̃ callide corporeũ uinculũ adstringat animam/quippe cũ per ipsam fiat concupiscentiã per quam deuinctus animus adiutor sit ad seipsum deuinciendũ: cognoscunt inq̃ uiri scientiæ cupidi quẽadmodũ philosophia eorũ animã ita cõstitutam suscipiens/paulatim instruit/soluereq; aggreditur/ostendens: q̃ fallax oculorũ: q̃ fallax auriũ/cæterorumq; sensuũ sit iudiciũ: suadens ab his discedere/quatenus hærere illis summa non cogat necessitas: seq; in seipsam reuocare: atq; colligere: nec ulli credere præterq̃ sibi/quatenus uidelicet ipsa per seipsam intelligat quodlibet eorũ quæ sunt existens per seipsum. Quod uero ipsa per alia consideret existens in aliis aliud/nihil existimare uerũ: esse uero eiusmodi quidẽ sensibile atq; uisibile. Quod autem ipsa per se consideret intelligibile atq; inuisibile. Huic ergo solutioni ueri philosophi animus repugnandum nõ esse iudicans/sic a uoluptatibus/cupiditatibus/doloribus/timoribus/pro uiribus abstinet/iudicans/quando quis ueheméter delectetur/uel metuat/uel doleat/aut cupiat: haud tantũ ab his dũtaxat pati malum/ quantũ quis forsan existimarit/uidelicet si propter concupiscentias/uel egrotet quispiam/uel pecunias consumpserit: sed quod malorũ omnium maximum/extremum/turpissimũ est/perpeti: neq; tamen illud animaduertere. CE. Quidnã hoc est. SO. Quod uidelicet omnis anima hominis cogitur delectari/uel dolere circa aliquid uehementer/simulq; putare illud circa quod hoc maxime patitur manifestissimũ esse: atq; uerissimũ: cũ longe sit secus. Hec autẽ maxime sunt quæ uisibilia sunt: nonne? CE. Omnino. SO. An non in hac passione anima q̃ maxime ligatur a corpore. CE. Quonam pacto? SO. Quoniã omnis uoluptas: atq; dolor quasi clauũ tenens animam corpori affigit: atq; connectit/efficitq; corpoream adeo/ ut iam opinetur/ea esse uera quæ suadeat corpus: nempe ex eo quod eadem opinetur cũ corpore: eisdẽq; oblectetur/cogitur/utputo eiusdẽ moris eiusdemq; alimoniæ fieri. Vt nunq̃ possit pura inuitã alteram proficisci/sed semper plena corporis labe egrediatur. Ideoq; cito cadat rursus ĩ aliud corpus/& quasi sata iterum innascatur: atq; propterea a cõmertio diuinæ/puræ/uniformis essentiæ aliena prorsus euadat. CE. Verissima narras/o Socrates. SO. horum igitur gratia o Cebes iusti scientiæ studiosi temperantiã fortitudinẽ sequuntur: non autẽ illorũ/quorũ gratia censet uulgus: an tu putas? CE. Minime quidem. SO. Non certe. Sed ita ueri philosophi animus cogitaret: nec ullo modo arbitraretur/cũ ipsum philosophia soluisset oportere iterum uoluptatibus doloribusq; se dedere iterũq; uinciri/atq; irritum opus facere: quasi telam Penelopes retexentem. Immo uero horum tranquillitati studens/sequensq; rationem: ac semper in ea permanens: uerũ: & diuinũ/opinionemq; supereminens cõtemplatur a quo nutritus ita uiuendũ censet q̃diu uiuat: atq; sperat se ubi decesserit ĩ cognatũ atq; tale migrantẽ ab humanis eximi malis: ex huiusmodi qd educatiõe nõ ẽ cur metuat o Simmia & Cebes/ne cũ recedat a corpore: distrahat: & dissipet oĩsq; ĩ uẽtos uita recedat.

Vm hæc Socrates dixisset lõgum factũ est silentiũ: & ipse quidẽ Socrates quæ dicta fuerãt secum ut uidebatur repetebat/idemq;: plerique nostrum faciebant. Cebes autẽ: & Simmias parumper insuper inuicẽ collocuti sunt. Hos ergo intuitus Socrates. Quidnam uobis ingt de his quæ dicta sunt uidetur? An forte aliquid insuper in his desideratis? Multæ. n. adhuc dubitationes coniectionesq; supersunt. Siquis sufficienter/ea sit tractaturus: si igitur aliud quiddam inter uos agitatis/nihil dico. Sin autẽ in his quæ dicta sunt hæsitatis ne uereamini loqui atq; percurrere/siqua in parte putatis melius dici posse. Quinetiam sociũ me adsumite/si me cũ id cõmodius fieri posse existimatis. SIM. Verũ equidẽ Socrates tibi fatebor. Iamdudũ ambigens uterq; nostrũ impellit alterũ iubetq; interrogare propter audiendi cupiditatem. Veremur aũt ne tibi ob præsentẽ calamitatẽ rogitando simus molestiores. Hæc Socrates audiẽs leniter arrisit dicens: pape o Simia q̃ difficile aliis psuaderẽ: hãc me fortunã haud q̃q̃ aduersam existimare/qñ ne uobis qdẽ id psuadere possum. Quippe cum metuatis ne difficilior mœstiorq; sim in pñtia/q̃ in superiori fuerim uita.

Atq;

Cogitatio boni philosophi circa id qd agere debeat.

Atq; ut apparet: deterior cygnis ad diuinandũ uobis eẽ uideor. Illi qdẽ qñ se breui præsentiũt mo rituros/tũc magis admodũ dulciusq; canũt q̃ antea cõsueuerint/cõgratulãtes/quod ad deũ sint cu ius erant famuli iã migraturi: homines uero cũ ipsi mortẽ expauescãt/cygnos quoq; falso criminã tur quod lugentes mortẽ ob dolorẽ cantũ emittãt. Profecto haud aĩaduertũt nullã eẽ auẽ q̃ cantet qñ esuriat aut rigeat/aut quouis alio afficiat incõmodo. Nõ ipsa philomẽa nec hirundo/nec epops quas ferũt p querimoniã cantare lugẽtes. At mihi: neq; hę aues præ dolore uident canere: neq; cy gni. Sed qa Phœbo sacri sunt/ut arbitror diuinatiõe pditi præsagiunt alterius uitæ bona: ideoq; cã tant alacrius gestiũtq; ea die q̃ superiori tpe. Atq; & ego arbitror me cygnorũ esse cõseruũ/eideq; deo sacrũ: neq; deterius uaticiniũ ab eodẽ dño hẽre q̃ illos neq; ignauius e uita decedere. Qua pp ter licet uobis huius gratia dicere: & interrogare qcqd libet: quoad atheniẽsiũ undeciuiri sinunt. SIM. Præclare loqueris. Itaq;/& ego tibi aperiam qua ĩ re dubitẽ: & rursus hic Cebes qdnã ex supe riori disputatiõe minus admittat. Mihi qdẽ o Socrates queadmodũ fortasse tibi quoq; uidetur de his qdẽ rebus manifestã ueritatẽ in uita præsenti/aut nullomodo/aut summa cũ difficultate intelli gi posse. Quæ tñ de his dicant/ea nullomõ redarguere/adeo: ut nõ prius desistas q̃ examinando al teruter/acquiescat mollis nimiũ iudico esse uiri: oportere. n. circa hæc alterutrũ efficere: aut disce re: uel inuenire queadmodũ se habeant: aut si hæc fieri nequeant: optimũ atq; tutissimã humanarũ rõnum eligere: qua quis tanq̃ rate ueha: atq; ita pcellas huius uitæ pertranseat: si nequeat firmio ri quodã uehiculo: uel diuino aliquo uerbo tutius ac minori cũ periculo tranare. Atqui ego nũc nõ uerebor interrogare: præsertim cũ ad hoc ipse nos adhorteris: ne forte me ipsum qñq; sim culpa turus: quod nũc quæ mihi uideant minime dixerim. Profecto mihi o Socrates una cũ hoc Cebete tua dicta reputãti haud satis cõfirmata uident. SO. Forsan uere o amice opinaris. Sed dic qua in parte minus sufficienter dicta fuisse censeas. CE. In hac utiq;. Nempe de harmonia: & lyra: & fidi bus idẽ posset qspiã dicere harmoniã uidelicet esse inuisibile quiddã: & incorporeũ: & perpulchrũ atq; diuinũ in lyra rite tẽperata. Ipsam uero lyrã fidesq; corpora esse: atq; corporea: & cõposita ter restriaq;: & mortali cognata. Cũ igit aliqs: uel lyrã fregerit: uel fides inciderit: siue disrupit poterit quis eadẽ qua tu rõne pbare/necessariũ eẽ illã superesse harmoniã: neq; disperdi. Nulla. n. machi natio foret lyram quidẽ esse adhuc fidibus iã disruptis: atq; ipsas fides mortalis generis: harmoniã uero: quę diuini: & immortalis cognata erat: priusq̃ mortale illud interisse. Ille uero diceret adhuc se alicubi harmoniã: atq; prius ligna: & fides putrefieri q̃ illa aliqd patiatur. Arbitror equidẽ o So crates te animaduertisse/nos tale aliquid potissimũ esse animã cogitare. Esse uidelicet ĩ corpore no stro intensionẽ: & cõplexionem quãdam ex calido/frigido/sicco/humido/cæterisq; talibus: horũq; temperantiã consonantiãq; animã esse: resultantẽ uidelicet in corpore postq̃ hæc ipsa bene mode rateq; inuicẽ temperata fuerint. Si ergo anima harmonia quædã est/quotiens horum natura ĩ cor pore propter morbos aliaq; mala ĩmoderate/uel remittitur/uel intenditur/necesse est animã qdẽ quis diuinissimã subito interire: sicut solent cæterę consonantiæ/siue quæ in uocibus/siue quę ĩ aliis artificũ operibus fiunt. Reliquias autẽ corporis cuiusq; diutius permanere/quousq;/uel ardeant/ uel putrefiãt. Considera igitur qd huic rationi sit respondendũ: siquis censeat animã/temperantiã quandam esse eorum quæ sunt in corpore/prioremq; in morte perire. Tunc Socrates quemadmo dum sæpe solebat intuens acrius: atq; ridens/iuste inquit tu quidẽ loqueris Simmia. Siquis ergo ue strũ me facundior est/cur his non respondebat. Non. n. ignaue rationẽ attigisse uidetur iudico tñ anteq̃ Simmiæ respondeatur: qd Cebes quoq; dãnet/esse audiendũ: ut tẽpore interiecto deliberã di habeamus facultatẽ. Deinde his auditis/uel his concedendũ/si consentanea uero uideãtur affer re sin uero minus/rationẽ superiorẽ defendendã esse: atq; retinendã. Quãobrẽ dic age o Cebes: qđ nã potissimum te turbet: quominus assentiaris. CE. Mihi quidem uidetur eodem reuolui eidemq; quid in superioribus diximus/crimini obnoxia eẽ. Quod. n. fuerit aĩa nostra priusq̃ in huãm descẽ deret speciẽ: haud equidẽ retracto: qn bellissime dictũ fuerit: ac nisi dictũ eẽt inuidiosum: sufficien ter demonstratũ asseuerarẽ. Attamẽ nobis mortuis superfore: non sic assentior. Neq; tamen Sim miæ concedo obiiciẽti: non eẽ animã ualidiorẽ corpore atq; diuturniorẽ. Videtur profecto mihi: his omnibus anima præstare q̃plurimũ. Hic ergo ratio superior ad me conuersa sic inquiet. Quid nã ulterius ambigis. Cũ uideas hoĩe defuncto: quod in eo imbecillius fuerat superesse: cur nõ conce dis oportere etiã: quod ualidius diuturniusq; erat: hoc ipso in tpe superesse? Sed aduerte iã quãti mo mẽti sit: qđ ad id rñdeo. Similitudine mihi quoq; opus ẽ: queadmodũ Simmiæ. Profecto mihi pin de hæc dici uident: ac siqs de hoĩe textore sene defuncto diceret: nõdũ ĩteriisse illũ sed forte alicubi superesse: cõiecturãq; afferret uestis: quã ipse cũ texuisset usus fuerit: assereretq; eũ adhuc eẽ incolu mẽ: neq; interiisse. Ac siquis id nõ credat ĩterrogaretur ab eo: utrũ diuturnius sit hoĩs genus an ue stis: qua quottidie quis utatur: quod si respondeat genus humanũ diuturnius eẽ: tunc demonstra tũ id eẽ putaret. Videlicet multo propterea magis: sospitẽ esse hominẽ: quandoquidem quod in eo erat fragilius: nondum perierit: hoc autem o Simmia: ita se habere non arbitror. Sed consi

Proponitur discutiẽdum an anima sit consonantia:

dera tu quoq; quid dicam. Profecto quiuis intelligeret inepte illud adduci. Nã hic textor qui multas cõtriuerit uestes multasq; texuerit multis quidẽ posterior obiit/ultima uero prior: neq; ꝑpterea magis sequitur hominẽ esse ueste uiliorẽ: atq; debiliorẽ: eandẽ fieri similitudinẽ animæ ad corpus posse arbitror: ac siquis de his duobus eadem illa adducat: cõgrue dicere uideretur. uidelicet animã quidẽ esse diuturniorem: corpus uero debilius/minusq; diuturnũ: uerũ diceret quẽlibet animorũ plura consumere corpora/pręsertim si multos uiuãt annos. Si enim fluat corpus hominecq; etiam uiuente dissoluatur/anima uero quod consumitur retexat continue/necessariũ tamẽ erit quãdo pieret anima tũc ultimam habere uestem: eaq; sola priorẽ perire. Cum uero perierit anima/tũc demum imbeclitatẽ naturæ suæ corpus ostẽdere/cito putrescens atq; euanescẽs/ut hac ratione nõdum confidere ualeamus/tunc etiã cum decesserimus animam nostram superfore. Nã si quis dicẽti ẽt plura q̃ quę tu dicis cõcesserit: nec solum ante ortũ nostrum/animam extitisse/uerũ etiam nihil prohibẽre etiam post obitum quorundã nostrum remanere/sępiusq; accedere/ac decedere fateatur: adeo enim naturam animæ ualidam esse: ut sępius corpori indita se corpusq; seruet/his tamen concessis nõdum illud tibi daret/non defatigari in multis generationibus animã: sed tandẽ aliqua ex pluribus morte diceret omnino deleri. Quinetiam adderet neminẽ mortẽ illam dissolutionem ꝙ corporis/quæ animæ quoq; interitum infert/posse discernere. esse enim ĩpossibile/ut quisquam nostrum id sentiat. Quod quidẽ si ita se habeat/nemo non stulte in morte confidit/nisi demõstrare possit animam omnino im mortalem/atq; indissolubilem esse. Alioquin consentaneum est necessarium esse/ut qui moriturus est/animæ metuat suæ semperq; sit solicitus/ne in ea quæ proxime imminet corporis disiunctione prorsus intereat. Omnes igitur cum hæc audiuissemus / conturbati sumus/ut postea inuicem aperuimus: quod cum superiori disputatione nobis fuisset magnopere persuasum/uiderentur/nos ab eo statu in præsentia deturbasse/atq; eo iam deiecisse/ ut nedum rationibus iam adductis/sed: & dicendis insuper/fidem nullã adhiberemus: uerentes ne/ uel nos nequaq̃ boni essemus iudices/uel res ipsæ fide essent indignæ. Echecrates. Veniam equidẽ per Iouẽ do uobis o Phædo. Nam mihi quidẽ modo te audienti/tale quiddã ueniebat in mentẽ. Cui nam ulterius rationi credemus? Quippe cum ratio illa Socratis: usq; adeo pauloante probabilis/iam fidẽ amiserit? Mirum est enim quantũ apud me contra possit ratio illa semperq; potuerit / quæ animã nostram harmoniam quandã esse probat/& nunc quidẽ audita me subito in memoriã reuocauit/quantum mihi quoque alias persuaserit. Quo efficitur/ut alia quadam ratione iterũ tanq̃ ab initio prorsus indigeam/quæ mihi persuadeat animam cum corpore non interire. Dic ergo per Iouem precor quo pacto disputationem peregerit Socrates: & utrũ ipse quoq; : quemadmodũ de uobis ipse fateris/grauiter id ferre uisus fuerit/an contra: benigne suam defenderit rationem: præterea utrũ satis necne eã tutatus fuerit/hæc nobis q̃ potes diligentissime refer omnia. PHE. Equidem o Echecrates sæpe admiratus Socratem/nunquam maiori cũ uoluptate q̃ tunc præsens sum admiratus: meq; affuisse ibi mirifice gaudeo: habuisse quidem illũ quod obiectionibus responderet: forte non est mirandũ: sed hæc in eo potissimũ sum admiratus: primo quidẽ q̃ iocunde/benigne/amice/adolescentiũ uerba recepit: deinde q̃ sagaciter sensit nos illorũ rationibus fuisse commotos/demum q̃ oportune nobis adhibuit medicinã. Et quasi fugientes atq; uictos reuocauit nos: conuertitq; ad prosequendũ: atq; cõsiderandũ. ECHE. Quonam pacto? PHE. Dicam equidẽ. Sedebam forte ad dexterã ei⁹ in subsellio quodã humili iuxta lectulũ. Ipse uero Socrates sedebat lõge supior. Attrectãs igiť caput meũ cõprimẽsq; crines sup ceruicẽ cõsueuerat. n. nõ nũq̃ ubi cõtigisset/ĩ meos crines ludere: cras forsitan ĩquit o Phædo istas pulchras incides comas. PHE. Sic arbitror. SO. nõ certe/si mihi assensus fueris. PHE. qd ergo. SO. Immo hodie/& ego meas/& tu tuas: si nobis rõ ĩte

Simiam

reat/neq; eã ipsi suscitare possimus. At qui si ego tu essem: ac me fugeret ratio: more argiuorũ iurarẽ: non prius comã nutriturũ: q̃ uicissem SIM. Ceberẽq; expugnauissem. PHE. At uero cõtra duos ne Hercules quidẽ dicitur suffecisse. SO. At tu me Iolaũ dum lux ẽ/ aduoca. PHE. Aduoco eqdẽ: sed non tanquã Hercules Iolaum: ĩmo tanquã Iolaus Herculẽ. SO. Nihil refert. In primis uero cauendũ/ne id nobis accidat. PHE. Quid nã? SO. Ne rationũ euadamus osores: quẽadmodũ nõ nulli hominũ/o sores fiunt. Nullum enim maiusq̃ hoc malũ nobis posset accedere. Videlicet si rationes odio habuerimus. Fit aũt eodẽ pacto odium & aduersus rationes & aduersus hoĩes. Odiũ quidẽ contra homines tunc maxime subit/quãdo alicui nimiũ credimus absq; arte / putamusq; ipsum omnino uerum: & sincerum: fidumq; uirũ esse. deinde uero mox: prauum infidumq; deprehẽdimus. Rursusq; alium eodem pacto. Itaq; quãdo quis sępius offensus ita decipitur: præsertim ab iis: quos præcipue familiarissimos amicissimosq; existĩabat: odit tandẽ plurimũ uniuersos: putatq; nihil omnino apud quem quã esse sincerum. Ante latuit id ita accidere consueuisse? PHE. Anĩaduerti equidem. SO. An non turpiter & absq; humanarum rerum arte hic aggreditur hominibus uti: si enim ex arte uti: studeret: cogitaret utique rem ipsam ita se ut habet habere. uidelicet hoĩes uehemẽter bonos aut malos: ꝑ paucos eẽ: medios uero plurimos. PHE. Quo id pacto dicis. SO.

Quemadmodum

Quemadmodum uidelicet in rebus contingit ualde/aut paruis aut magnis/An tu arbitraris qc quam esse rarius/q̃ ualde magnum/aut ualde paruum reperire hominẽ uel canem uel quoduis aliud! Atq; rursus celerimum & tardissimum/pulcherrimum/turpissimum/albissimum/nigerrimum an ignoras in his omnibus extremorum summa/rara quidem & pauca esse/Media uero frequentia atq; multa!PHE. Sic arbitror. SO. nonne igitur arbitraris/si improbitatis proponeretur Certamẽ admodum paucos ĩ hoc genere summos inueniri. PHE. Cõsentaneum est. SO. Cõsentaneum quidem/uerũ nõ hoc pacto similes rõnes sunt atq; hoies sed te nũc ducẽtem ꝓsecutus sum/Immo uero in hoc similitudo cõsistit/qñ uidelicet qs absq; rõnum arte/crediderit/rationem aliquã eẽ ueram sed paulopost appareat falsa quę quidẽ aliquãdo talis est/aliquãdo minime & rursus altera similiter atque altera. Precipue uero illis id euenit qui plurimũ rationes cõtradictorias agitant/hos enĩ scis putare tãdem se sapiẽtissimos euasisse/solosq; aĩaduertisse/neq; in rebus neq; in rationibus eẽ sanum aliqd aut firmũ. Sed oĩa reuera tanq̃ in euripo sursum deorsũq; iactari nullũq; tp̃s in aliquo ꝑmanere. PHE. Vere nimiũ loqueris. SO. Nõne ęgritudo hęc Phedo miserabilis eẽt/si cum rõ aliq̃ uera firmaq; sit/comprehẽdiq; ualeat:postea tñ auditis huiuscemodi rationibus/que modo afferre uera modo falsa uident aliquis hinc in ambiguitatem deductus/nõ seipsum/neq; eius inertiam ob id accuset/sed tandem uelut ęger libẽter culpã oẽm/a/seipso in ipsas transferat rõnes & in reliq̃ uita eas odio habeat atq; uituperet/rerum iam ipsarũ ueritate scientiaq; priuatus. PHE. Per Iouẽ miserabilis ęgritudo. SO. In primis igitur diligẽter. id caueamus ne persuadeamus nobis nihil in rõnibus eẽ sanum:sed multo magis nõdum esse nos sanos. Itaq; totis uiribus ut sani efficiamur est annitendum tibi quidem & aliis totius reliquæ uite gratia. mihi uero gratia mortis. Qui in periculo sum ne in hoc ipso tempore non ut philosophum me geram:sed ut contentiosum atque pertinacem:quod quidam hominem a disciplina alienissimi facere solent. Illi enim ubi aliqua d re ambigitur/nõ ut res ipsa qua de agitur se habeat:curant. sed ut quæ posuerunt ipsi. presentibus uideantur uera obnixe cõtendũt. atque ego mihi uideo r:in hoc dũtaxat in p̃ntia ab illis differe. Quod non ut presentibus probem ea quæ dico: annitar:nisi quatenus forte contingerit: sed ut mihi ipsi uera q̃ maxime uideãtur. Sic. n. cogito dulcis amice & uide quanto cum lucro sit ratio mea. Si forte uera sunt quæ dico: opepreciuni est ita credere:sin aũt nihil superẽ post mortẽ attamen hoc ipsum tempus ante obitũ: presentibus minus ero molestus:minusq; deplorabo. Hæc autem ignorantia minime perseuerabit mecũ. malum id quidem esset:sed paulopost delebitur. Sic equidem o Simmia paratus & Cebes/reuertor ad disputandũ. Vos tamẽ si mihi assentiamini non Socrati cedite sed ueritati. Si enim uera uobis loqui uidebor cõcedite/sin minus omnino contradicite:diligenter cauẽtes ne ego dum annitor:me ipsam simul uosq; decipiam/& uelut apes aculeo in nobis relicto abeã. Sed iam accedendũ est. Primũ quidẽ redigite in memoriam mihi quę dicebatis/si minus meminisse uobis uidebor. Simmias qdem ut arbitror diffidit ac metuit/ne anima quãuis diuinior pulchriorq; corpore:prius tamẽ pro harmonię natura intereat. Cebes aũt mihi uisus est cõcedere diuturniorem esse animam corpore sed his addidit scire posse neminem/ne cũm multa sępius cõsumpserit corpa:tandem qũq; postremum reliquẽs corpus:ipsa quoq; pereat. atq; mors eiusmodi tantũ sit interitus animę. Corpus uero dissolui continue consueuerit. An non hęc sunt/o/ Simmia & Cebes quæ nos oportet considerare! SIM. & CE. Confitemur profecto. SO. Sed nunqd omnia quæ dicta in superioribus fuerant negatis! An quedã negatis quidẽ sed conceditis alia. SIM. & CEB. Quędã proculdubio. SO. Quid igitur de eo quod disciplinam diximus reminiscentiam esse: atq; si ita se res habeat necessario consequi. alicubi fuisse animam priusq̃ corpore clauderetur. CEB. Mihi quidem istud dum diceres mirifice placuit:atq; nunc siqua unq̃ in alia in hac maxime sententia permaneo. SIM. Similiter ego quoq; affectus sum:uehementerq; admiraret/si mihi unq̃ hac de re aliter uideretur. SO. At uero necesse ẽ hospes Thębane aliter tibi uideri si in hac opĩone permanseris harmoniam uidelicet esse cõpositũ quoddã:animã uero harmoniã quãdã ex his quę per corpus intensa sunt:constitutam. Nunquã enim admittes consonantiam compositam prius esse q̃ illa ex quibus componi consonantiã oportebat. Nunquid admittes! SIM. Nullo Socrates modo. SO. Animaduertis igitur cogi te id confiteri: quãdo dicis animam quidem esse priusq̃ in humanã speciem corpusq; deueniret. autẽq; esse corporis cõsonantiã. Videlicet ex his quę nondum sunt eã constitui. Neque enĩ talis tibi est consonantia:cui tu simile esse dicis. Immo uero prius est ipsa lyra & fides & soni adhuc inconcinni:tandem uero ex omnibus componitur cõsonantia omniũ postrema. primaq; disperditur. Hic itaq; sermo quonam pacto tuo illi cõcinet! SIM. Nullo modo. SO. At uero sicubi uerba concinnitatem seruare debent:precipue decet esse concinna. ubi de concentu tractatur. SIM. Decet nimirum. SO. Hic igitur sermo tibi dissonat. Sed uide utrum ex his duobus eligas: disciplinam ne reminiscentiam esse:an potius animam esse cõcentum. SIM. Primum eqdẽ potius eligo. Id nãq; alterũ absq; demõstratione admisi ex uerisimili q̃dã cõueniẽtia. Quẽadmodũ uidet & multis. Ego ãt ea uerba q̃ p id qđ cõuenit demõstratiões faciũt semp in aĩa iudica-

tis Ego autem ea uerba quę per id quod conuenit demonstrationes faciunt semper in ania iudica- ui:ac nisi quis caueat ualde decipiunt/& in geometria & ĩ cęteris oibus. Rõ uero de reminiscentia atq; disciplina fundamẽto innitit fide digno. Dictum ẽ.n. aĩam nostram ita eẽ alicubi/prius etiam q̃ laberetur in corpus/ut illa ipsius eẽntia habens ipsius quod ẽ cognomẽtum. Ego uero hãc/ut mi hi met psuadeo/sufficienter recteq; admisi:proptereaq; neq; mihi neq; aliis animã appellantibus harmoniã assentiri possum. SO. Quid uero Simmia? Videt ne tibi uel consonãtie uel alteri cuiquã compositionĩ congruere/ut aliter se habeat q̃ illa ex quibus conflatur. SIM. Nullo modo. SO. Ne q; ẽt ut aliud quicq̃ ut arbitror patiatur aut ut agat q̃ illa uel agãt uel patiant. SIM. Assentior. SO. Non igit conuenit cõsonantiam ea ducere ex quibus composita est:sed sequi. SIM. opinor ita. SO. Quare pmultum abest ut harmonia in cõtrarium moueatur aut sonet/aut quicq̃ aliud edat parti- bus suis aduersum. SIM. Permultum proculdubio. Quid uero cõsonantia nõ ne eatenus pro na- tura sua cõsonãtia est/quatenus tẽperat? SIM. Haud satis intelligo. SO. Non ne si magis plusq; con temperetur/si modo id admitit/magis plusq; consonantia ẽ? Sin uero minus atq; perpaucum/mi- nus ipaucũq; similiter. SIM. Omnino. SO. Nũquid de anima id dici potest? Vt uel in minima qua dam re alia aĩa hoc ipsum quod ẽ anima uel magis uel plus aut contra sit q̃ alia. SIM. Minime. SO. Dic age p Iouẽ precor/num aĩam dicimus aliam quidẽ hẽ mentẽ uirtutemq;/ atq; eẽ bonam / aliã uero demẽtiam & prauitatẽ malam q; eẽ? hęc ne inq̃ uere dicũtur. SIM. Vere quidẽ. SO. Eorum er go qui animam eẽ asserunt harmoniam qs quid nam dicet eẽ in animabus? hec.s. uitium & uirtutẽ An aliam quandam cõsonantiam atq; dissonãtiam? Et bonam quidẽ eẽ cõsonãtem/& cum ipsa con sonãtia sit/alteram in se cõsonãtiam possidere. Malam uero dissonantem & ipsam eẽ/nec aliam in se habere. SIM. Quid rñdeam nõ habeo. Cõstat tñ/eum qui animam eẽ cõsonãtiam posuisset:talia q̃- dam rñsurum. SO. At uero iam cõcessum ẽ nihilo magis aut minus aliam alia aĩam eẽ. Eiusmodi uero cõcessio est/neq; magis/neq; plus/neq; minus/neq; sub paucioribus gradibus aliam alia conso- nãtiam eẽ. Nõne. SIM. Prorsus. SO. Eam uero que neq; magis/neq; minus cõsonãtia ẽ/nimirũ/ne- q; magis/neq; minus eẽ cõtemperatam ẽ ita. SIM. est. SO. Quę uero neq; magis neq; mĩus tempe- rata est/potes ne pluribus paucioribusue gradibus particeps cõsonãtię eẽ? An potius eque. SIM. Eque potius. SO. Quapropter anima/siquidẽ neq; magis neq; minus/alia q̃ alia secũdum aĩe natu- ram aĩa est/cõseq̃nter neq; magis neq; minus ẽ tempata. SIM. Est ut dicis. Locũ uero sic affecta sit nihilo magis cõsonantie est uel dissonãtie particeps. SIM. Nihilo magis. SO. Preterea cum ita cõ- pata sit/num plus aliquid prauitatis uel uirtutis alia q̃ alia possidet:siqdem prauitas quidẽ dissonã- tia est/uirtus uero cõsonãtia. SIM. Certe plus nihil. SO. Quinimo secũdum rectã Simmia rõnem, nulla usq̃ aĩa prauitate erit affecta/si fuerit cõsonãtia. Q siquidẽ cõsonãtia uera secũdum id qd cõ- sonãtia est nũq̃ fit dissonãtie particeps. SIM. Nũq̃ certe. SO. Neq; igitur aĩa q̃ omnino sit aĩa/praui tate inficiet. SIM. Quo.n. modo p ea que dicta sunt/id fieri posset? SO. Hac igit rõne oẽs aĩalium oĩum aĩe bone similiter erunt/si secũdum aĩe ipsius naturã similiter anime sit. SIM. Mihi quidẽ So- crates ita uidetur. SO. Nũqd recte sic tibi dici uidetur/atq; hec sequi/si uera eẽt illa positio/aĩam cõ sonãtiam esse? SIM. Nullo mõ. SO. Quid uero ex oĩbus que in hoĩe sunt aliud ne preter aĩum asse ris dominari/precipue prudentẽ. SIM. Nihil aliud. SO. Vtrum corporis ptrubationibus indulgẽ tem/an potius repugnatẽ? Dico autẽ tale quiddam. Veluti si sub ęstu sitis angat/interra tñ aduersat animus retrahitq; in cõtrarium ne bibat:similiterq; si premat fames / ne edat. In aliisq; q̃plurimis aĩum uidemus corporis affectibus repugnãtẽ. Nõnẽ. SIM. & quidẽ maxime. SO. Nõne in supiori- bus cõfessi sumus aĩam si cõsonãtia fuerit nũquam dissonaturam/ his qbus intẽditur uel remititur uel euibrat uel quodcũq; aliud patiatur illa/ex qbus ipsa cõflat:sed secuturam illa/nũq̃ uero ductu- ram. SIM. Confessi sumus. SO. Quid uero nũc/non ne cõtra omnino uidetur agere / quatenus ea ducit oĩa ex quibus dixerit aliquis ipsam constitui? atq; ferme omnibus per omnẽ uitam repugnat multisq; dominatur modis/interdum rigidius quodam cum supplicio puniens per gymnasticam atq; medicinam interdum uero mitius castigans comminando aut monendo aduersus cupidita- tes & iras atq; timores/tanquam altera quędam res contra alteram loquens quemadmodum Ho merus tradit in odyssea. Tum pectus pulsans/cor sic affatur Vlixes. Hoc quoque cor prefer/namq; & grauiora tulisti. An putas Homerum hęc dixisse tanquã harmonia quedam sit: ac talis ut corpo ris passionibus subiciatur:non autẽ ducat atq; dominetur? An potius quasi quiddam longe diuini us quam harmonia sit animus? SIM. Diuinius per Iouem mihi uidetur significauisse. SO. Non er- go uir optime recte harmoniam esse animam diceremus. Sic enim ut apparet neq; Homero di- uino poete/neq; nobis ipsis consentiremus. SIM. Sic est. SO. Age harmoniam Thebanam satis/ ut uidetur/iam placauimus. Ratiõem uero Cadmeam/o/ Cebes quonam pacto & qua ratione pla cabimus? CE. Tu mihi Socrates uiam inuenturus uideris. Nempe rationem hanc aduersus har- moniam mirifice preter opinionem nostram excogitasti. Cum enim audirem Simmiam dubitan tem ualde admirabar/siquis rationibus eius resistere posset. Itaq; summe mihi fuit admiratiõi/ip

sum nec

ſum nec primũ quidem potuiſſe, orationis tuę impetum ſubſtinere. Qua propter nõ admirarer ſi Cadmeus quoq; ſermo idem pateretur. SO. Parcius iſta bone uir, nequa inuidia nobis ſequentia ĩ terturbet. Sed hęc quidẽ deo curę erunt, nos autẽ ut ait Homerus cominus cõgreſſi piculum facia mus an forte quid dicas. Summa uero eoꝝ quę pgris/ẽ eiuſmodi. demõſtrandum eẽ iudicas aĩam noſtrã indiſſolubile ĩmortalemq; eẽ, ne uir phũs in morte ſecurus magnaq; cum fiducia ſperãs in alia uita lõge beatiorem ob philoſophie ſtudium ſe futurũ inſipiens ſit ſtulteq; confidat. Oſtendere autẽ ualidum quiddã eẽ aĩam atq; diuinis pſimile/priuſq; etiã q̃ nos extitiſſe/nihil impedimẽto eſſe ais quominus hęc omnia nõ ĩmortalitatẽ quidẽ ſignificẽt ſed dumtaxat aĩam corpe diuturniorem eẽ/multaq; añ nos ſecula fuiſſe nouiſſeq; & egiſſe pmulta. Nihilo tñ magis ob hoc ĩmortalẽ eẽ exiſti mandã. ĩmo hũc ipſum ĩ hũanũ corpus ingreſſum/quaſi morbum q̃ndam interitus eius initiũ eſſe adeo ut & in hac uita ſit miſera/& in corporis morte depereat. Nihil ãt differre cẽſes ſiue ſemel tm̃/ ſiue ſępius labatur in corpus: ut quis nr̃m ptimeſcat. Merito nãq; timẽdum eẽ niſi ſtultus ſit/ei q ne q; ſciat neq; aſſignare q̃at ĩmortalitatis anime rõem. Talia q̃dam ſunt q̃ dicis/o/cebes. Egoq; ea cõ ſulto ſępius repeto ueq; non fugiat/ſiue addere his quicq̃ uelis ſiue demere. CE. Nihil eqdem in p̃ ſentia habeo quod aut minuã aut adiungã atq; hęc ſunt quę dico. Tũc Socrates cũ aliquantũ ſe re-cępiſſet ad ſe cõuerſus/haud leue quiddã requiris inqt/o/Cebes: ſed cuius gratia oporteat gñatio-nis corruptioniſq; cãm ptratare. Ego igiẽ ſi uis ea tibi q̃ mihi euenerũt enarrabo. Deinde ſi qd eo-rũ que dixero ad queſtionis tuę ueritatẽ aperiendam cõducere putabis utere. CE. Volo equidem. SO. Audi igiẽ iam narrantẽ. Equidẽ/o/Cebes cum eẽm iuuenis mira quadam eius ſapĩe cupidita-te flagrabam quã naturalẽ uocant hiſtoriam. Pręclariſſimũ. n. eẽ cenſebã cauſas intelligere/p q̃s ſin gula fiant atq; intereant/& qua ſint rõne ſępiuſq; me ſurſus deorſumq; iactaui talia q̃dam primo cõ ſiderans nũquid poſtq̃ calidũ & frigidum putrefactionẽ aliquã accepunt quemadmodũ non nulli dixerunt/tũc aĩalia cõualeſcãt. Preterea utrũ ſanguis ſit quo ſapimus uel aer uel ignis. Any. nihil ho rũ ſit ſed cerebrũ quod pbeat ſenſus audiẽdi/uidendi/olfaciendi/ex his aũt memoria & opinio fiat/ ex memoria uero & opinione quietẽ accipiẽte/p hęc ſcientia oriaẽ. Proinde horũ corruptiones cõ ſiderans atq; eas q̃ circa cęlum terrarũq; paſſiones cõtingunt tandẽ adeo mihi ad hęc conſideran-da uiſus ſum hebes ut nihil magis. Coniecturam uero ad id afferam tibi ſufficiẽtem. Nẽpe ob eiuſ modi cõſiderationẽ uſq; adeo ſum obcecatus ut ea ẽt quę prius manifeſte ſciebã / ut mihi aliiſq; ui-debaẽ dediſcerem. & alia uidelicet multa que antea me ſcire putabã: & qua rõne hõ creſcat. Id nãq; opinabar ante eẽ cuilibet manifeſtum hoĩem uidelicet p cibum potumq; augeri. Quando. n. per hęc carnes carnibus oſſaq; oſſibus adduntẽ eodẽq; mõ in aliis q̃ſi ſua cuique adhibentẽ tunc ſane mo lem primo paruam: deinde magnam euadere atq; ita paruum hoĩem affici magnum. Sic ego tũc opinabar: nõne ſatis belle tibi uideor? CE. Mihi quidem. SO. Animaduerte hęc inſup. Arbitrabar . n. ſatis recte mihi uideri quotiẽs hoĩem uel equũ magnum paruo ꝑpinquum alterũ altero iudicarẽ capite ipſo eẽ maiorem. Atq; multo ẽt euidẽtius decẽ plura apparebãt mihi q̃ octo ꝑpea qđ dena-rius duo p̃ter octonariũ cõtineret. Preterea bicubitum cubitali maius qm̃ dimidio ſuperaret. CE. Nunc uero qd nam de his iudicas. SO. Procul equidẽ per Iouem abeẽ mihi uideor ut alicuius ho rum cãm intelligere putẽ. Qui nondum mihi ipſi pſuadere poſſum ut q̃ſi quis uni addat unum/tũc uel illud unum cui unum adiunctũ ẽ fiat duo/uel & adiunctũ/& illud cui adiũctum ẽ/ pp alterius ad alteꝝ adiunctionẽ euadat duo. Admiror eqdẽ/ſi cũ utrumq; horũ ſeparatũ erat utrũq̃ unum erat/ne q; erãt tunc duo. Poſtq̃ ĩuicẽ coheſerunt hec ipſa cã fuerit/ut duo fierent: cõgreſſi uidelicet p quã p̃ prius iam poſita ſunt neq; ẽt ſi quis unum diuidat adhuc poſſum pſuaderi hanc ipſam diuiſionem cãm eẽ ut duo euadant. Contraria. n. tunc atq; ſupius cauſa ſit/qua duo fiant. Tũc. n. qa coniunge-bantur ꝑpius inuicẽ/alterũq; admouebaẽ alteri: nunc uero qm̃ remoueẽ alterũ ab altero/atq; ſepa-tur. Neq; pp qd unum fiat adhuc ſcire me arbitror/neq; ut ſummatim dicã/aliud quicq̃ quare fiat/ aut peat/aut ſit p hanc ipſam uiam me noſſe profiteor Sed aliũ quẽdã ipſe modum fruſtra miſceo. Nunc uero nullo mõ admito. Verum cũ audiſſem aliqñ ex libro ut ille aiebat Anaxagore legẽtem q̃ndam hãc anaxagoẽ ipſius ſñiam/uidelicet mẽtẽ oĩa exhornare/olumq; cãm eẽ hoc utiq; cauſe ge nere magnope ſum delectatus exiſtimans quodãmodo cõſentaneũ mentẽ eẽ oĩum cãm putabam-q; ſi id ita eẽr ut mens oĩa exhornaret ſingula p hãc ita eſſe diſpoſita/ut optĩe diſpõi potuerãt. Pro-pterea ſiqs uellet cãm inuẽnire qua ſingula fiant aut peant/aut ſint/hoc ipſum eſſe inueniẽdum qua uidelicet ratione optimũ ſit unicuiq; aut eſſe aut quoduis aliud pati uel agere. Atq; hoc pacto nihil aliud conſiderandum homini uel de ſe ipſo uł de aliis/niſi qđ potiſſimũ ſit & optimũ. Neceſſe ue-ro eſt eum qui id norit/illud quoq; quodẽ deterius cognouiſſe. Quippe cum eadẽ horũ ſciẽtia ſit. Hec utique mecum ipſe reputans gaudebam inueniſſe ratus Anaxagoram magiſtrum/ qui me id quod tantopere cupiebam/cauſas rerum doceret: primumq; mihi diceret/ utrum plana ſit terra uel rotunda. Et cum hec dixiſſet. Subiungeret mihi cauſam atq; neceſſitatem /afferens uidelicet id ipſum quod melius eſt. Meliuſque fuiſſe eam eſſe talem. Proinde ſi terra diceret in mundo

mediã eẽ mox expõeret melius extitiſſe/ut media eẽt. Quod ſi ille hęc oñderet ita me cõpabã quaſi
nullã amplius cauſaꝝ ſpeciẽ poſiturus. Pręterea de ſole & luna cęteriſq; ſtellis earũq; interſe ueloci
tate cõuerſionibuſq; & de huiuſmodi oĩbus/me ſimiliter quęſiturũ auditurũq; cõparaueram: qđ ui
delicet & qua rõne hęc melius ſit ſingula uel facere uel pati quodcũq; agãt uel patianť. Neq;.n. pu-
tabam cũ ab initio dixiſſet mẽte oĩa extornari/ipſum aliam poſtea cãm rebus aſſignaturum pręter
q̃ q̃ optimũ ſit eas ita ſe ut hñt habere Itaq; arbitrabar eum in reddẽdis tum ſingulorum tum cũc
torum cõmuniter cauſis/ſingulis quidẽ aſſignare quod unicuiq; optimũ cunctis uero cõmune bo
num. Neq; uero ſpes ipſe meas paruifaciebã ſed ſũmo quodã ſtudio acceptos libros q̃ uelociſſime
poterã lectitaui: ut ociſſime qđ optimum qd ue eius cõtrarium eẽt cognoſcerem. Hac igitur mi-
rabili ſpe ductus cum legere ꝑgo/uideo hoĩem mẽte qd nullo mõ utẽtẽ: nec cãm ullã ad ipſum reꝝ
hornatum referẽtẽ. Sed aerias naturas & ęthereas aqueaſq; & talia multa ĩcredibilia ꝓ rerum cau
ſis aſſignantẽ. Qua qdẽ in re ille mihi ꝑinde uiſus ẽ agere: ac ſiqs diceret Socratẽ quęcũq; facit mẽ-
te facere/deinde uolens. ſingulorũ q̃ facio cãs explicare/dicat primum quidem nunc me hic pro-
pterea ſedere/qm̃ corpus meũ ex oſſibus neruiſq; cõponitur. & oſſa quidẽ ſolida ſunt: & iuncturaꝝ
interualla inuicẽ hñt: nerui aũt ſic inſtituti ut & extẽdi & contrahi ualeant complectanť oſſa cũ car
nibus atq; cute que res illa cõtinet. elatis igitur oſſibus in ſuis coniunctionibus nerui qui & intẽdũt
& remitunt cõmode faciũt ut flectẽdi cuiuſq; mẽbri habeã facultatẽ. Atq; hãc obcãm hic ĩflexus ſe
deã. At rurſus diſputatiõis meę alias quaſdã eiuſmodi cãs aſignaret: uoces & aerẽ & auditum aliaſ
q; gñis eiuſdẽ q̃ pluria cãs ueriſſimas negligẽs. uidelicet qm̃ Atheniẽſibus melius uiſum fuerit me
cõdẽnare/ideoq; mihi ẽt melius ſit uiſum hic ſedere iuſtiuſq; iudicarim expectãtẽ dare pęnas quas
illi iubeant. Profecto ꝑ canẽ iã diu ut arbitror nerui atq; hęc oſſa apud Negarẽſes aut Potios eẽnt/
ipſius qđ optimũ ẽ opinione delata. Niſi iuſtius honeſtiuſq; cẽſuiſſem pęnas ciuitati pẽdere quaſ-
cunq; a me exigat q̃ ſubterfugere atq; exulẽ uiuere. Verũ talia q̃dam cãs appellare a rõne ẽ remotiſ
ſimũ. Siquis aũt dixerit abſq; oſſibus & neruis atq; ſimilibus non poſſe me q̃ mihi faciẽda uideanť ĩ
plere uere utiq; dicet. Attñ aſſereť ꝑꝑ hęc me facere q̃cunq; facio/dũ ipſa mẽte ago/ non ãt eius qđ
optimũ ſit optione/multa magnaq; ſmonis negligẽtia eẽt. Nã qui ſic ẽ affectus/neqt diſcernere ali
am qdẽ eẽ ueram rei alicuius cãm: aliud uero illud ſine quo ipſa cã eẽ non põt cã. Quod quidẽ mul
ti mihi uidẽtur quaſi in tenebris attrectãtes/alieno appellare noĩe dũ cãm nuucupant. Qua ꝑꝑ nõ
nulli uertiginẽ circumponẽtes terrę ſub cęlo eam ſtabilẽ faciunt. Alii uero tanq̃ latum piſtoris al-
ueũ aere uelut baſe ſuffulciunt. Potẽtiam uero ipſam/qua nũc ita diſpoſita ſit/ut optime diſponi po
terat/neq; ꝑquirunt/neq; dęmonicam quandã habere uim putant. Sed athlantẽ quẽdam robuſtio
rẽ & ĩmortaliorem magiſq; oĩa continentẽ inueniſſe ſe opinanť. Ipſũ autẽ bonũ atq; decẽs cõnecte
re atq; cõtinere reuera nihil exiſtimãt. Ego igiť libẽtiſſime cuiuſuis eẽm diſcipulus: ut quẽadmodũ
ſe hẽat hęc ipſa cã diſcerẽ. Poſtq̃ uero hac priuatus ſum: neq; ipſe inuenire neq; ab alio diſcere po-
tui/ſecũdam nauigationem ad cãm inueſtigandã molitus ſum uis ne o Cebes hanc tibi a me demõ
ſtrari? CE. Mirifice cupio. Socrates. Cenſui tandẽ cum rebus cõſiderandis iam defeſſus eẽm cauẽ-
dũ fore ne mihi idem accideret. quod accidere illis ſolet qui in ſolem deficientem figunt intuitum
orbanť.n. non nunq̃ uiſu/niſi in aqua uel in eiuſmodi aliquo imaginẽ eius aſpiciant tale quiddam
ego reputaui/timuiq; ne animus mihi ꝓrius obcecaretur/ſi oculis res aſpicerẽ ſenſuq; quolibet at-
tingere illas aggrederer. Qua ꝑꝑ opępretium fore cenſui ut ad rationes confugerẽ. Atq; in illis re
rũ ueritatem conſideratẽ. Forte uero noſtra hęc ſimilitudo non omni ex parte cõgruit. Non.n. ꝓr
ſus aſſentior: eũ qui res in rationibus cõtemplatur/ imaginibus aſpicere potius q̃ qui in opibus in-
tuetur. Verumtñ hac uia iter direxi meum: ſupponenſq; rõnem ſemꝑ quam eẽ iudico ualidiſſimã
quęcunq; huic conſonare uideanť pono eqdẽ tanq̃ uera. Idq; ago & circa reꝝ cauſas & circa reliq̃
omnia: quę uero diſſonant uera eẽ nego. uolo equidem que dico tibi apertius explanare. Puto.n.
te nõdũ intelligere. CE. Per Iouem haud multũ. SO. Verum nouum nihil adduco: ſed quę & ſępe
alias & in ſupiori diſputatione dicere nũq̃ deſtiti. Pergo iam igiť demõſtrare tibi cauſe ſpẽm quam
continue pertractaui: ac redeo ad illa iam ſępius decantata ab eiſq; exordior / ſupponẽs aliquid eẽ
ipſum ꝑ ſe pulchrum/& bonũ & magnũ & cetera oĩa. Que quidẽ ſi tu mihi dederis: eaq; eẽ cõceſſe-
ris/ſpero tibi ex his ipſam cãm demõſtrare: itẽq; inuenire eẽ animam immortalẽ. CE. Quaſi uero
iam tibi cõceſſerim nihil tibi opus ẽ ꝓludio quominus iã cõcludas. SO. Cõſidera iam q̃ ſequunť de-
inceps utrũ in his mihi cõſentias. Arbitror.n. ſiqd ẽ aliud pulchrũ ꝑter ipſum pulchrũ nõ ob aliud
quidpiã eẽ pulchrũ q̃ qa pulchri ipſius ẽ particeps. Atq; oĩa dico ſimiliter. Nunquid hanc cãm re-
cipis. CE. Recipio equidẽ. SO. Ergo nõdũ ultra ꝑcipio: neq; poſſum cęteras iſtas ꝓclaras cauſas
cognoſcere. Siqs aũt mihi dixerit quare pulchrũ ſit qđlibet/uidelicet qa uľ colorẽ hẽat floridũ uel
figurã uel aliud qđ uis taliũ cętera equidẽ ualeť ſino. In cęteris.n. omnibus ſoleo ꝑturbari. Id uero
unum ſimpliciter atq; ꝓculdubio & forte iam ineptę penes me teneo/nihil aliud eẽ quod aliquid
faciat pulchrũ q̃ ipſius pulchri ſiue pñtiam ſiue cõmunionẽ ſiue q̃licunq; rõe & quocũq; mõ id pro
ueniat.

ueniat. Neq; .n. id adhuc affirmarē. sed pulchro pulchra oīa eē pulchra id mihi uidetur tutissimum
tā mihi q̄ aliis respōdere atq; huic fundamēto īnixus: puto nūq̄ cadere. sed & me & quēuis aliū tuto
respōdere posse/quecūq; pulchra sunt ipso pulchro fieri pulchra. Nōne & ipse cōsentis? CE. Cōsen
tio equidem. SO. Ergo & que magna sunt ipsa magnitudine eē magna & q̄ maiora sunt similiter es
se maiora. Et q̄ minora/paruitate eē minora. CE. Ita est. SO. Igitur neq; tu quidē assentieris siquis
aliquem dixerit alio quodā capite eē maiorē: atq; eū qui minor ē/eodē capite eē minorē. Sed testi-
ficaberis te qd nihil aliud eē dicturum q̄ omne maius alio nō alia re ulla q̄ magnitudīe eē maius/at
q; ob hoc maius/ob ipsam. s. magnitudinē. Minus aūt. nullo similiter alio q̄ paruitate: & ppter hoc
esse minus pp ipsam uidelicet paruitatē metuens ut puto ne siquē dixeris capite maiorem esse uel
minorem/quispiam tibi sic obiiciat. Primum quidē/eadem re & maius fore maius / & minus fore
minus. Deinde quod capite que res parua est maiorē affirmes eē maiorem. Hoc autē dicet mon-
stro eē psimilem: ut paruo aliquo magnū qddam eē dicas. Nōne hęc me tuetes? Tunc Cebes sub-
ridens equidē inquit. SO. Nonne similiter quoq; me tueres dicere / decē plura q̄ octo eē duobus:
atq; ob hanc causam superare/potius q̄ multitudine atq; propter multitudinē. Ac similiter bicubi
tum cubitali maius eē dimidio potius q̄ magnitudine. Id. n. similiter est me tuendum. Cebes. Om
nino. SO. Quid uero si uni addatur unū/additamētū, ipsum esse cām ut duo fiant/uel si diuidatur
diuisionem ipsam duorū esse cām/dicere nō formidares? Aldusq; exclamares/ nescire te quonam
alio pacto quicq̄ fiat/nisi participatione quedā essentię unicuiq; pprie/cuius sit particeps. Atq; in
his nulā aliā habere te cām cur duo fiant pręter duitatis ipsius participationē. Sed oportere huius
participia fore/quecūq; futura sunt duo & similiter unitatis quodcūq; futurum sit unum. Has ue-
ro diuisiones adiunctionesq; & cęteras eiusmodi argutias ualere sineres/relinqueresq; sapientiori-
bus te p eas p arbitrio responsuris. tu uero tuā queadmodū dici solet metuens umbram & impiti
am/atq; īnixus tutissime illi positioni/sic utiq; respōderes. At uero siquis eandē positionē cōplexus
instaret/ualere sineres neq; prius rn̄deres q̄ que inde manāt cōsiderasses utrū cōsonent inuicē aut
dissonēt. Vbi uero illius ipsius rōnem oporteret afferre/eodē mō afferres: atq; aliā rursus positionē
adduceres/q̄ superiorū optima uideretur: quoad ad aliqd sufficiēs puenires. Nūq̄ uero simul con-
funderes cōtentiosorū more/ubi & de pricipio & de his que aprincipio deducunt/disputas/si mo-
do uelles eorū aliquid que uere sunt inuenire. Nā illis fortasse nullus hac de re sermo ē/nulla cura.
Possunt. n. pre sapiētia & simul oīa cōmiscere/& tn̄ sibimet placere. Tu uero si ex philosophorū nu-
mero es que dico/ut arbitror: facies. SIM. & CE. Verissima loqueris. ECHE. Per Iouē /o/ Phedo
merito admodū consenserunt. mirifice. n. ille mihi uidetur rē ipsam uel ebetissimo cuiq; explanas-
se. PHE. sic prsus o Echecrates presentibus oibus similiter uisum fuit. ECHE. Quid mirꝝ? Cū no
bis quoq; qui nō īterfuimus/nūc similiter audientibus uideatur. Verum quę nā post hęc dicta fue-
runt? PHE. Vt equidē arbitror postq̄ illi Socrati cōcesserunt cōsenseruntq; spēm quālibet aliqd es-
se: & que harū participia sunt ipsarū denoīationem hre, deinceps hunc in modum interrogauit.
Si hęc ita se habent/nō ne quando Simmiā dicis Socrate quidē maiorē esse/ Phedone uero minorē
tunc affirmas in Simmia utrumq; esse & magnitudinem simul & paruitatē. CE. Equidē. SO. Atta
men Simmia cōfiteris excedere Socratem/non ita re uera ut uerba sonant. Nō. n. ita natura institu
tum eē existimas Simmiam: ut ea rōne superet qua est Simmias/sed magnitudine quam habet: ne-
q; rursus Socratē eo qd Socrates est/excedi sed qa paruitatē prę magnitudine illius hēat. CE. Ve-
ra loq̄ris. SO. Similiter nec a Phedone superari eo qd Phedo sit Phedon: sed quia Phedo pre Sim
mie paruitate magnitudinē hēt. CE. Ita ē. SO. Sic itaq; Simmia denomiationē parui hēt & magni
siqdē in amborꝝ medio positus alterius qdē paruitatē magnitudine supat alterius uero magnitudi
ni paruitate cedit. Et simul subridens inqt uideor eqdē affectatius descripsisse. uerūtn̄ est ut dico.
CE. Sic apparet. SO. Dico āt ppea qa cupio uideri tibi qd & mihi vr. Opinor. n. nō solū magnitu-
dinē ipsam nūq̄ uelle magnā simul paruāq̄ eē/uerū ēt neq; hāc q̄ in nobis ē magnitudinē unq̄ reci-
pe paruitatē neq; supari uelle. sed eduobus alterꝝ accidere uel fugere seq; subtrahere qn̄ adueniat
cōtraria puitas uel cū aduenerit/iterire. Nolle āt expectare atq; ī puitate recipiēda aliud eē q̄ erat.
Queadmodū ego cū suscepim substīuerisq; puitatē q̄diu is ipē sū q sū sic ipēmet sū pu⁹. Illud āt ma
gnū qd ipsū ē nūq̄ substīuit eē puū silr puū qd ē i nobis nūq̄ ult magnū aut fieri aut eē neq; alid qcq̄
ɔtrariorꝝ q̄diu ē id qd erat patiť siml cōtrariū fieri aut eē. sed aut abit aut pint/cū aduētat cōtrariū.
CE. Ita prsus existimo. PHE. Tūc qdā eorꝝ q aderāt/hęc audiēs qs āt ille fuerit nō satis memini/dii
bōi īqt nōne ī supiorib⁹ cōtrariū eorꝝ q̄ dicūť nobis ē cōcessū videlicet ex mīori mai⁹ fieri atq; ex ma
iori minus eēq; pculdubio gn̄ationē cōtrariorꝝ ex cōtrariis? Nūc āt uidemini fieri id n̄ posse diceř.
Cū vo Socrates admouēs caput auscultasset uiriliter inqt id recrodat⁹ es. nō tn̄ ītelligas dn̄iam in-
ter id qd mō dcm̄ ē atq; illud supius. Tūc. n. dicebať ex cōtraria re rē cōtrariā fieri. nūc vo cōtrariū
ipsum sibimet contrarium fieri unquam neque quod in nobis neque quod in natura contrarium
est tunc quod /o/ amice que de his habent contraria dicebamus / hęc illorum cognomine apel-

lātes. At nūc de illis ipsis loqmur/que his insunt quorum ut pp̄ria cognomē hn̄t ea que nominātur. Illa uero ipsa dicimus nūquam uelle mutuam inter se generationem suscipere: & simul Cebetē intuitus inquit Num te quoq; Cebes aliquid eorū que nūc obiecta sunt/pturbauit: Ce. haud equidē ita sum affectus: ac tibi affirmo nō multum me turbari. SO. Id ergo simpliciter cōfessi sumus contrarium nūquam sibimet fore cōtrarium. Ce. Omnino. SO. Aduerte pręterea nunquid & in hoc mecum sentias. Vocas ne aliquid calorem atq; frigus? Ce. Voco equidem. SO. Num tanquā niuē atq; ignem? Ce. Non per Iouem. SO. An aliud quiddam calorem esse q̄ ignem: & aliud frigus quā niuem? Ce. Ita. SO. Sed hoc quoque tibi uideri puto niuem q̄diu nix est/nūquam suscepturam esse calorem quemadmodum in superioribus dicebamus: ac esse niuem ut erat prius simulq; calidam Sed aduentāte calore aut subterfugere aut interire. Ce. Penitus. SO. Similiter & ignem subintrāte frigore/aut subterfluere aut extingui: nec unquā posse & suscipere frigus & simul esse ignē sicut prius erat/& frigidum. Ce. Vera narras. SO. Sunt igitur quedam eiusmodi/ut nō solum speciem ipsam nomine suo dignētur per omne tempus. Sed & aliud quiddam/quod quidem non est primū illud/habet uero quā diu est illius formam. In hoc rursus tibi quod uolo forte manifestius erit. Impar. n. semper oportet nomen id quod nūc dicimus possidere. Non ne? Ce. oportet sane. SO. Nū id solum ex omnibus/hoc enim quęro/an & aliud quiddam/quod quidem est nō idipsum impar at tamē hoc oportet una cum suo noīe/hoc insuper noīe alio semper apellari: propterea quod ita natura sit institutum: ut nūquam ab impari deseratur. Dico autem hoc effectū esse ceu ternariū aliaque per multa. Considera uero de ternario. An nō tibi uidetur hunc & sui ipsius noīe semper nuncupādum esse/& simul nomine imparis. Quod quidem impar nō idem est quod est ternarius. Verumtamē. Ita natura comparatus est/& ternarius & quinarius & omnis medietas numeri. ut quamuis nō idem sit quod impar semper tamen eorum qui uis est/impar. Pręterea duo & quatuor/omnisq; alter numeri ordo q̄uis idem quod par nō sit/simul tamē quilibet illorum par semper existit. Cōcedis nec ne. Ce. Quid ni. SO. Cōtemplare ergo quid uelim est autem eiusmodi: uidētur quidem nō solū ipsa inter se cōtraria se se inuicem nō recipere/uerum etiam quecūq; talia sunt/ut licet cōtraria se nō sint/semper tamē contraria possident/nūquam recipere speciem illam quę ipsi speciei quam in se habent/contraria sit: sed hac adueniēte aut perire protinus aut abire. An nō dicimus tria & deficere & aliud quoduis pati priusq̄ substinere/ut quatenus tria sunt/paria fiant. Ce. Ita prorsus. SO. Nō tamen contraria est duitas trinitati. Ce. Non certe. SO. Non solum ergo species ipse contrarie nūquam inuicem se recipiunt/sed etiam alia quędam contrariorum ingressum mutuū nō suscipiūt. Ce. Verissima narras. SO. Vis ne igit̄ hęc si possumus qualia sint definiamus? Ce. Volo equidem. SO. An nō Cebes hęc erunt/quę quodcūq; occupant tale reddunt ut nō solum sui ipsius ideam retinere cogatur sed etiam cōtrario illi sit opus. Ce. Quo nam pacto dicis? SO. Quemadmodum paulo ante dicebamus. Scis. n. quę trium cōtinentur idea oportere nō solum tria/sed etiam imparia esse. Ce. Certe. SO. Ad hoc tale utique dicebamus ideam cōtrariam forme illi que id perficit/nūquam accedere. Ce. Nūquam. SO. Perfecit autem imparis ideam. Ce. hęc ipsa. SO. contraria uero huic paris idea. Ce. Ita ē. SO. Ergo ternario numero idea paris se nūquam insinuabit. Ce. Nūquam. SO. Qua propter ternarius numerus paris est expers. Ce. Expers. SO. Trinitas ergo est necessario impar. Ce. est. SO. Quod ergo definiendum adsumpseram/qualia uidelicet sint/que & si alicui non sunt cōtraria. Ipsum tamen contrarium nō admitunt: perinde se habet ut trinitas que cum pari nō sit contraria/nihilo tamen magis ipsum accipit. Propterea quod/semp eius contrariū affert. Similiterq; binarius ad impar/& ignis se habet ad frigidum aliaq; q̄ plurima. At uide iam num ita definiendum putes ut non modo contrarium nō admitat contrarium/uerū etiam illud quod aliquid afferat cōtrariū illi ad quod ipsum accedat/ipsum uidelicet quod affert nūquam cōtrariam eius que affertur recipiat formam. Rursus autē recordare. Neq; enim inutile sępius admonere. Neq; Quinq; paris speciem admitent neq; decem imparis. quod est duplum. Hoc quidem ipsum alii cōtrarium/speciem tamen imparis accipiet nūquam: Neq; etiam numerus sesqualter. neq; alia huiusmodi que dimidium hn̄t formam totius suscipiunt/similiterq; nūerus qui partem habet tertiam/atq; eiusdem generis alia/si modo assequeris ita atq; consentis. Ce. Omnino equidem consentio atq; assequor. SO. Rursus tanq̄ a principio mihi dicas. Nec tamen p id quod nūc interrogo/sed per aliud quiddam mihi respōdeas me imitatus. Dico autē pręter tutā responsionem illā a principio positam/iuxta tutam quoq; responsionē aliam per ea quę modo dicta sunt adinuentā. Nēpe si me interroges/o/Socrates quid nā in corpore si sit calescet corpus/nō tutā responsionē illam rudemq; tibi dabo uidelicet si caliditas: sed ex quisitiorem ex pręsentibus uerbis ut si insit ignis. Similiter si me interroges quid si in corpore sit egrotabit nō respondebo si ęgrotatio: sed si febris. Rursus si percōteris quid si insit numero fuerit impar non dicā si īparitas/imo si unitas. Atque in ceteris eodē pacto. Sed uide an dū quid uelim plane cognoueris. Ce. planissime. SO. Responde igitur quid nā si in corpore sit erit uiuū. Ce. Si aīa. SO. Non ne id semper ita se hēt?

Ce. Semper

CE. Semper. SO. Anima igitur quicquid occupat semper ad illud uitã affert. CE. Affert procul dubio. SO. An est aliqd uitæ cõtrariũ nec ne? CE. Est utiq;. SO. Quid istud? CE. Mors. SO. Aĩa uero cõtrariũ eius qđ ipsa semp abducit/subibit nunq̃ quẽadmodũ ex superioribus est cõcessum. CE. Sic est omnino. SO. Quid uero? Quod paris ideam nõ accipit quo nã modo pauloante noĩabamus? CE. Impar omnino. SO. Quod uero non accipit iustitiã: quodue nõ capit musicã? CE. Iniustũ dicimus & immusicũ. SO. Age iam: quod nõ subit mortẽ/quomõ apellabimus? CE. Immortale: & aĩa quidẽ mortẽ non suscipit. CE. Nequaq̃. SO. Est igitur aĩa ĩmortalis. CE. Imortalis quidem. SO. Age utiq;: hoc ne iam demonstratũ dicimus? An aliter tibi uidet. CE. Et sufficiẽtissime quidẽ/o/Socrates. SO. Quid ergo Cebes? Si necesse foret qđ oĩo est impar/& ĩperdibile fore: nonne tria imperdibilia forent? CEB. Quid ni? SO. Preterea si quod incalescibile sit/necesse foret: imperdibile esse qñ quis ad niuem calidũ admoueret/nix quidẽ ĩcolumis in liq̃factaq; subterfugeret: neq;.n.uel periret uel permanens calorem admitteret. CE. Vera narras. SO. Similiut arbitror ratione/si qđ infregescibile etiã ĩpdibile esset: qñ in ignẽ aduentat frigus/nõ extingueretur/& euanesceret ignis: sed abiret ĩcolumis. CE. Ita necesse foret. SO. Eodẽ pacto de ĩmortali quoq; necesse est dicamus. Si enim qđ est ĩmortale est ẽt imperdibile/ĩpossibile est aĩam ĩminente morte perire. Nã mortẽ qd est quẽadmodũ ex superioribus cõstat nõ recipiet neq; interierit quẽadmodũ ternarius nunq̃ ut diximus. par erit: neq; rursus impar erit par: neq; ignis frigidus: neq; caliditas quę inest igni: frigiditas unq̃ erit. Cæterũ dicet quispiã quid nam prohibet: quo minus ipsum impar par quidẽ nõ fiat adueniente pari: quẽadmodũ inter nos cõuenit: attamẽ eo dissoluto: par pro ipo succedat: ita dicenti repugnare nõ ualeremus: quin sit destructũ. Quippe cũ nõ idem sit ĩpar atq; indissolubile. Alioquin si nobis id constitisset facile obtineremus/inuadẽte pari/ĩpar ternariumq; saluũ discedere: similiterq; đ igne & calido cęterisq; assereremus. Nõne ita. CE. Prorsus. SO. Iam uero de ĩmortali si nobis id cõstat: qđ est ĩmortale: esse ẽt perdibile cõsequẽs est aĩam preter id qđ est ĩmortalis/ĩpdibilem quoq; esse. Sinuero minus id concedat: ratione alia opus erit. CE. Sed nihil opus est. Quantũ ad id spectat alia rõne. Siquidẽ quid nã aliud indissolubile posset esse? Si ĩmortale ipsum & sempiternũ dissolueret. SO. Deũ uero & ipsam uitæ speciẽ & siqd aliud est ĩmortale: indissolubile quoq; esse oẽs cõfiterent. CE. uniuersi per Iouẽ hoĩes & multo magis ipsi ut arbitror dii. SO. Cũ igitur qđ ĩmortale est: etiã incoruptibile sit quod nã ꝓhibet animã/si fuerit ĩmortalis incorruptibilẽ quoq; fore: CE. Necessario seqtur. SO. Imminẽte igitur homini morte: qđ mortale quidẽ in eo est interit: qđ uero ĩmortale incorruptũ sospesq; morti se subtrahit. CEB. Manifestũ est. SO. Itaq; maxime omniũ/o/Cebes aĩa ĩmortalis ĩcorruptibilisq; est/eritq; apud manes animę nostrę. CE. Nihil equidẽ/o/Socrates aduersus hæc habeo quo minus rõnibus tuis assentiar. Verũ siqd aut hic Simia: aut alius qsq̃ habet qd dicat/opepreciũ fuerit nõ siluisse. Nescio .n. in qđ aliud qs differat tẽpus: siquid de rebus eiusmodi/uel dicere/uel audire desideret. SIM. Atq; nec ego habeo quicq̃ quo minus superioribus assentiar rõnibus. Verũtamẽ rei ipsius qua de agitur magnitudinẽ/& humanã imbecillitatẽ cõsiderans/cogor intra me dictis nõdum acqescere. SO. Quinimo & hęc bene dicis Simia: & positiones primę q̃uis fide uobis dignæ uideant/ diligentius tñ cõsiderandæ/atq; si illas sufficiẽter/ut arbitror/susceperitis: hanc sequemini rõnem q̃tum fieri ab hoĩe potest. Quod si hoc ipsum fuerit manifestũ/nihil ulterius perquiretis. SIM. Vera loqueris. SO.

Quod est immortale est indissolubile. Deus species uitæ.

h Cæterũ/o/uiri iustũ est cogitare/si aĩa sit immortalis/eam nõ solũ tpis huius in quo uiuere dicimur: uerũ etiã uniuersi grã curatione plurimũ indigere. Nã graue piculũ fore putandũ est: siqs neglexerit aĩam si.n.mors totius dissolutio eẽt nimirũ ĩprobi lucrarent: cũ & a corpore & ab eorũ prauitate cum aĩa liberarent. Nunc autẽ cum aĩa ĩmortalis appareat: nulla supest maloꝝ declinatio: nulla salus: nisi ut optima & prudentissima fiat. Nihil.n.aliud cũ migrat ad manes aĩa secũ transfert preter eruditionẽ: atq; educationẽ. Quæ quidẽ statim in pricipio trãsmigrationis illius plurium/uel ꝓdesse/uel obesse dicunt. Ferunt.n.quẽlibet hinc illuc emigrantem ab eo dæmone: qđ uiuentẽ sortitus fuerat/in locũ quendã duci: ubi oporteat oẽs una collectos iudicari: ac deinde ad ĩferos ꝓficisci eo duce: cui mandatũ erat: ut hĩc decedẽtes ad illa loca traducat. Sortitos uero illic quæ oportebat sortiri tẽpusq; debitũ cõmoratos ab alio quodã duce rursus huc reduci post multos temporis longosq; circuitus. Est autem inter non tale quale ait Thelephus apud Æschylũ. Ille siquidẽ simplicẽ inquit uiam ad inferos ferre. Ego uero/ neq; simplicem/neq; unam esse puto. Alioquin nullis ducibus opus esset. Quippe cum unica uia aberrare possit nemo. Quin imo multos tramites multosq; anfractus habere. Quod quidẽ ex sacrificiis & ritibus coniectare licet. Animus ergo moderatus & prudens: ducẽ sponte sequitur: neq; ignorat præsentia. Sed q cupiditate corporis est ĩfectus quẽadmodũ supra dixi/per multũ tempus ad ipsum ardẽter afficitur & circa locũ uisibilem multis reluctatus modis multaq; perpessus: uix tandẽ ab eo adducit dęmone. Cui eius cura erat in uita. Cum uero ad ea loca ubi alii quoq; animi sunt peruenerit: quisquis ad modũ ĩmundus est & huiusmodi obnoxius crimini: qui uel in iustis se contaminauerit cædibus: uel

alia his similia similiumque animorumque opera perpetrauerit : hunc quidem animum om-
nes fuginut atq; declinant:nec reperitur ullus/qui uel socius uel dux/eius fieri uelit. Itaq; omni au
xilio destitutus eo usque pererrat/ quoad certa temporum curricula impleantur . Quibus tan-
dem impletis in habitationē sibi conuenientē ab ipsa necessitate transfertur. Qui uero purā mode
ratāq; transegerit uitam deos/socios/ducesq; nactus ibi habitat/ubi unicuiq; conuenit. Multa uero
sunt/mirabiliaq; terrarū loca:ipsaq; terra neq; talis neq; tanta est qualē aut quātā hi qui de terra lo-
quunť existimant. Quēadmodū mihi a quodā traditū est. SIM. Qua nā ratiōe hæc ais o Socrates?
Equidē de terrarū orbe multa audiui. Non tamē hæc quæ tanquā uera accepisse te ais. Libēter igiť
ex te audirē. SO. Atqui/o/Simmia nequaq̄ mihi uidetur ars Glauci quæ ea sint narrare/sed qđ ue-
ra sint probare/artis Glauci facultatē mihi uidetur excedere. Preterea ego forsan non sufficerem.
Quin etiam si id scirē/hæc tamē uita mea o Simmia longiori huic narrationi nequaquā sufficeret.
Formā tamē orbis terræ cuiusq; loca cuiusmodi esse rear/nihil prohibet dicere. SIM. Satis id erit.
SO. Persuasum quidē mihi est/primo si est terra in cæli medio rotunda/nihil ei opus esse uel aere
uel alia ulla necessitate eiusmodi/ad hoc ut nunq̄ decidat. Sed ad eam substinēdā satis id esse qđ: &
cælū undiq; sibiipsi simillimū est oīno/& terra undiq; ęquilibris. Res. n. ęquilibris in similis alicui⁹
medio posita/nec magis nec minus potest in partē aliquā īclinari. Cumq; similiter se habeat ab in-
clinatione ꝑmanet aliena. Primo igitur mihi esse ita est persuasum. SIM. & recte quidem. SO. Præ
terea ingentē esse terrarū orbē nosq; a Phaside ad Colūnas herculeas habitare/in parua quadā eius
particula/ceu formicas atq; ranas circa paludes atq; mare. esse uero & alios in similibus multisq; lo
cis multos habitatores. esse. n. passim per terrā multas uariasq; cōcauitates secundū formas & mo
les: in quas aq̄/nebulæ/aerq; confluant. Purā uero ipsam terrā in puro iacere cælo in quo sunt astra.
Quē pleriq; eorum qui hæc tractant/ętherē nomināt. Ei quidem subiecta quasi residendo hæc eē/
semperq; in hiatus terræ confluere. Nos itaq; in his concauitatibus habitantes adeo falli/ut in ter
ræ superficie alta/nos habitare credamus. Perinde ac siquis in ꝓfundo pelagi habitans/putet se al-
tiora maris incolere: atq; solē cæteraq; astra per mare ꝓspiciens mare ipsum esse cælum existimet.
Quippe cū ꝓpter tarditatē inbecillitatēq; nunq̄ ad summū maris euaserit. neq; caput undis extule
rit planeq; aspexerit quāto hic locus ꝓfundo illo purior pulchriorq; sit: quī etiā nec ab alio qui hūc
intuitus sit accæperit. Hoc igitur idē & nobis accidere qui in quadā orbis terreni concauitate habi
tātes/altam incolere superficiē arbitremur: atq; aerē nominemus cælū: utpote qui per ipsum quasi
cælum astrorum motus intueamur. Idq; nobis accidere ꝓpterea quod ꝑp inbecillitatē tarditatēq;
ad supremū usq; aerē trāscendere nequeamus. Quod siquis ad summū euaderet uel alis fretus/ co
uolaret/hic ꝓdeuntē inde iā ꝓspecturū/quēadmodū pisces emergētes e mari nostra hæc aspiciunt.
Ac si natura ad inspiciēdū sufficeret/cognitūrū ꝓrinus cælū illud esse uerū/uerāq; lucē/uerā quoq;
terrā. Siqdem que a nobis incoliť terra/hiq; lapides totusq; hic locus abesa sunt atque corrupta/ut
ea quæ in mari sunt a salsedine: neq; nascitur in mari quicq̄ existimatione dignum: atq;/ut ita dixe-
rim/nihil est in eo perfectum/ sed cauernæ/arena/limus īcredibilis/atq; sordes ubicūq; sit & terra.
Quæ quidē ad has nostras pulchritudines nullo modo sunt cōferēda. Illius uero loci pulchritudo
hāc nostrā multomagis apparebit excedere. Proinde si fabulā quoq; narrare oportet perpulchrā/
operæ preciū Simmia ē audire quales sint hæ terrarū plagæ q̄ subiacēt cælo. SIM. Immo uero libē-
tissime hāc fabulā audiemus. SO. Ferūt igitur o amice primū quidē tale uideri terræ illius faciem
siquis superne despiciat/quales sunt hæ pilæ quæ ex coriis duodecim/cōtextæ sunt/uariis scilicet di
stinctā coloribus. Quorū hi nostri colores/quibus pictores utunť/similitudinē quandā retinent. Il
lic uero uniuersam terram ex talibus multoq; etiā nitidioribus/ac purioribus esse. Partim quidem
purpureā mira pulchritudine predictam. partim uero coloris aurei: partim gipso & niue cādidio
rem. Præterea ex coloribus aliis similiter exhornatā ac etiam pluribus pulchrioribusq;/q̄ in nostrā
noticiam peruenerint. Enim uero has ipsas ipsius cōcauitates aqua aereq; repletas speciē quandā
coloris splendidā in primis afferre inter cæterorum colorum uarietatē: ut una quædā species eius
uaria semꝑ appareat. In huiusmodi uero terra cōuenięti rōne similes nasci: arbores & flores & fru-
ctus. Præterea montes & lapides ibidē simili ratione habere ꝑfectionē atq; perspicuitatē coloresq;
admodū pulchriores. Quorū quidē particulæ quedā sint lapilli qui apud nos habenť in precio/sar
dia Iaspides Smaragdi cæteriq; eiusmodi. Illic uero nihil esse qđ nō tale sit aut etiā pulchrius. Cu-
iusqdē rei causa sit qm̄ lapides illi puri sunt/neq; quēadmodū nostri a putredine salsugineq; attriti
atq; corrupti: q̄bus in hūc locū cōfluētibus lapides & tellus animaliaq; & plātæ inficiunť atq; ęgro
tare coguntť. Terrā uero ipsam his omnibus exhornari/atq; auro etiā & argēto cæterisq; similibus.
Præfulgētia quidē hæc ibi nasci & multa & magna perq; omnē terrā. ut eā uidere spectatorū feliciū/
sit spectaculū. Proinde ibi esse animalia multa & hoīes/partim regionē mediterraneā incolētes/pꝛ-
tim circa aerē quēadmodū nos circa maris litora ꝑtī etiā insulas quæ haud ꝓcul a continēti positæ
aere circūdanť. Sed ut summatim dicā qđ nobis aqua est/& mare ad usum nostrū/idē illic esse aerē

Marginalia (printed): Ars Glauci — De terra qđā: — De terra pura — Nihil dignū nascitur i maris — Fabula de terra pura: & q̄ in ea sunt.

Marginalia (handwritten): Glaucus Carystius ex Euboia ex amitro T olimpia prȩductus ... pr' incu-

quod uero

quod uero nobis aer/id illis ętherē eſſe. Tēpora uero apud illos tantā habere temperiē/ut illi & ſine morbo cōtinue & longe diutius q̄ noſtri uiuāt. Item uiſu/auditu/ prudentia/cæteriſq; talibus nobis tantū præſtare/quantū & aer aque & ęther aeri puritate præſtat. Præterea illic eſſe deorum tēpla & lucos: in quibus reuera dii familiariter habitēt: & reſponſa & diuinatiōes deorūq; ſenſus familiaritateſq; eiuſmodi hominibus ad deos eē. Solē quoq; & lunā ſtellaſq; alias quales reuera ſunt apud eos uideri: cæteris in reb⁹ beatitudinē eos his rebus cōgruā poſſidere. Itaq; uniuerſam terrā ſic natura inſtitutā/& quæ circa eā ſunt ſimiliter tradunt/eſſe præterea in ipſa p eius concauitates loca in circuitum multa: partim quidē profundiora atq; ampliora q̄ ſit regio a nobis culta/partim uero profundiora quidē/ſed hiatū anguſtiorē habētia noſtra hac regione. eſſe & alicubi minus profunda/ſed ampliora q̄ noſtra. Hæc autē oīa ſub terra ſibi inuicē obuiare/atq; inrūpere multis undiq; modis/tū p anguſtiora/tū p ampliora/diſcurſuſq; habere & exitus quibus magna aquarum copia ex aliis in alia uelut in crateres confluat. Itē perpetuorū fluminum ſub terra incredibiles magnitudines aquarū/tū calidarum/tum etiā frigidarū: plurimūq; ignē & ignis ingentes amnes. Multos quoq; lutulenti humoris partim quidē purioris/partim uero ſordidioris. Ceu torrēs luti qui in Sicilia eſt/& iuſta ipm amnes lutei inde fluentes. Quibus ſingula cōpleri loca quacūq; eos cōtingit pfluere. Hæc autē oīa ſurſum deorſumq; ferri ueluti ſuſpēdiculo quodā ſub terram poſito atq; ita librato/ ut utrinq; uiciſſim inclinet atq; attolat. Eſt autē id ſuſpendiculū ob naturam quandam eiuſmodi. Vnus aliquis ex terræ hiatibus eſt pfecto q̄ maxius per q̄ uniuerſam terrā traiectus & patens: de quo Homerus/ Longe nimis baratrū ſtat ſub tellure pfundū. Quod & ipſe alibi: & multi poetarū tartarū appellarunt. In hoc utiq; receptaculū oīa cōfluunt flumina atq; inde rurſus effluunt. Talia uero ſunt ſingula per quales labunt terras. Quod autē hic effluant oīa rurſuſq; refluant: hæc eſt cauſa: qđ hic humor nec fundamētū habet nec firmamētum. Itaq; eleuatur/& ſurſum deorſumq; redundat. Idēq; facit aer & ſpiritus qui circa ipſum uerſat. Sequit enim ipſum & quando ad ſuperiora terræ & quādo ad hæc noſtra plabitur. Et quēadmodū in reſpirantibus/flatus cōtinue expirat atq; reſpirat/ſic & ibi ſpiritus una cū humore elatus uehemētes quoſdam uētos/& incredibiles cōmouet/ſiue influat ſiue effluat. Quapropter cū aqua in locū inferiorē delabit per meatus terræ iuxta eiuſmodi riuos affluit paſſimq; per eos exundat & implet uelut hi qui hauriūt. Cum uero illic huc erūpit/hæc quoq; iterū loca complet. Plena uero cū ſunt per riuos terræ p meatus exuberat. Et cum humores ſinguli illuc profluxerint: quo quiſq; profluit oportunius/maria/lacus/flumina/fontes efficiūt. Proinde rurſus hinc relabēres per terrā/partim quidē per lōgiores pluresq; amfractus/partim uero p pauciores atq; breuiores rurſus in tartarū cōfluūt. Alii certe multo pfundius q̄ hauſti fuerint/ alii uero paulo: oēs aūt inferius influūt q̄ effluxerint & alii per contrariā partē elabunt q̄ illapſi fuerint. Alii uero per partē eandē. At quidam paſſim circūfluētes aut ſemel aut ſæpius ſpiraſq; circa orbē terrarū inſtar anguiū replicantes/qtū fieri pōt infra relapſi iterū cōmiſcētur. Licet āt utriq; ad medium uſq; defluere. Vltra uero nequaq̄. ulterior. n. plapſus utrinq; foret aſcenſus. Proīde ſunt & alia multa & magna uariaq; fluēta. Sed præcipua quattuor. Quorum quidē maximū atq; extimū/terram circūdans/oceanus appellat. E cōtraria uero huius regiōe fluit Achero. Qui per deſerta alia fluens loca/atq; per ſubterranea in paludē defluit Acheruſiā. Quo plærīq; defunctorū deueniunt animi/ibiq; p fatalia quædam tēporū curricula cōmorati/prim quidē lōgiora/partim uero breuiora rurſus in generatiōes animaliū relabunt. Tertius uero fluuius horum medius duorum īterfluit. Nec admodū longe pgreſſus in locū cadit uaſtū multo igne flagrantē/efficitq; paludē noſtro mari maiorem/aqua luteq; feruentē. Hinc uero turbidus lutulētuſq; circūfluit: terraq; circūdata: & alibi/& ad extrema paludis Acheruſiæ peruenit: nec tamē illius aquæ miſcet: ſed ſub terra ſępius reuolut⁹ abſortuſq; defluit infra tartarū. Hunc fluuiū Pyriplegethontē nominant: cuius riui quidā inde uelut euulſi quacūq; terrarū cōtigerit manant. E cōtraria uero huius regione fluuius quartus primū in locū erūpit ferum & aſperū ut ferunt/colorē uero locus talē habet totus/qualis eſt Cyanus. Quē Stygiū nominant: hic aūt fluuius prolapſus paludē efficit Stygiē. In hūc uero incidens locū uireſq; uehemētes in aqua adſummēs ſub terram ſe cōdit circūuolutuſq; aduerſo Pyriphlegethontē labit & in Acheruſia palude/ecōtraria parte illi fit obuiam. Nec ulli huius aqua miſcet: ſed reuolutus in girū cōtra Pyriphlegethontē irrūpit in tartarū Poetæ uero hūc appellant Cocytū. Cum uero hæc ita natura diſpoſita ſint/qñ in eū locū defuncti peruenerint: quo dæmon unū quēq; pducit primo illic iudicant/& qui honeſte ſancteq; & qui aliter uixerint. Itaq; qcūq; in uita quodāmō tenuiſſe mediū quoddam cōperiunt/ad Acheron tē pfecti uehiculis quæ unicuiq; adſunt in paludē perueniunt Acheruſiā ibiq; habitant purganturq; pænas dātes iniuriarū: & cū purificati ſunt abſoluunt. Rurſuſq; pro merito ſinguli benefactorū premia reportant. Qui uero obſcelerū magnitudinē inſanabiles eſſe uident/qui ualet ſacrilegia multa & magna/uel cædes iniquas uel alia horū ſimilia ppetrauerint hos oēs cōueniēs ſors mergit in tartarum/unde nūq̄ egrediunt. Qui aūt ſanabilia quidē peccata ſed ingētia cōmiſerūt ueluti ſiq cōtra patrē uel matrē irati p uim aliqd fecerint ſed penitētia du-

cti eos in cæteta uita coluerit. Vel qui simili quodã pacto fuerint homicidæ eos in tartarum quidẽ necesse est cadere. Sed ibi per annũ cõmorati afluctu eiiciunt/homicidæ quidẽ per cocytũ/parẽtũ uero uiolatores per Pyriphlegethontẽ. Postq̃ uero ab his delati flumibus ad paludẽ Acherusiã per uenerũt clamant illic uocitantq; eos quos uel necauerunt uel iniuriis affecerũt suppliciterq; rogãt atq; deprecanť/ut eos permittãt progredi per paludẽ ibiq; absolui: ac si impetrauerint/penetrant illuc finẽq; malorũ accipiunt. Sinminus queant persuadere/referunť in tartarum. atq; inde/ rursus in flumina/neq; per hæc mala deferri/prius cessant q̃ ab his quos affecerunt iniuriis impetrauerit. Hec. n. pœna illis a iudicibus est imposita. Qui autẽ pie p̄tæcæteris uixisse inueniunť/hi sunt qui ex his terrenis tanq̃ e carcere soluti/atq; liberari/ad altiora transcẽdunt puraq;/supra terram habitãt regionẽ. Inter has autẽ quicũq;/satis per philosophiã purgati sunt absq; corporibus omnino totũ per tẽpus uiuunt habitationesq; his etiam pulchriores nãciscunť. Quarũ pulchritudo/neq; facilis dictũ est/neq; præsens tempus ad dicendũ sufficeret. Sed horũ quæ narrata sunt gratia o Simmia omni studio est admittẽdũ: ut in hac uita uirtutẽ & prudentiã sapiẽtiamq; consequamur. Premiũ namq; pulchrũ est/& spes est ingens. Hæc igiť eo se pacto prorsus habere/quo ego disposui non de cet uiꝝ sane mẽtis afferre: esse tamẽ uel hæc uel talia quædã circa animos nostros/eorũq; habitatio nes/quãdoquidẽ animus ipse ĩmortalis apparet: & decere mihi uideť & dignũ quasi peri.litantes/ ita existimare. honestum. n. periculũ est. Oporteтq; hæc quasi carmina/quædã magoꝝ ritu menti/ bus nostris infundere. Quãobrẽ ipse: iam diu p̄traho fabulam. Sed hoꝝ gratia bonam spẽ de ani mo suo habere debet/qcũq; uoluptatibus hornamẽtisq; corporis neglectis tanq̃ alienis ad diuer/ sumq; declinantibus/uoluptates: quæ in discẽdo percipiunť studiose sectatus fuærit/ animũq; non alieno/sed suo decorauerit hornamẽto/tẽperautia/iusticia/fortitudine/libertate/ueritate/sic ex hac uita migrationẽ expectans/tanq̃ cũ fatũ uocauerit migraturus. Vos qdẽ o Simmia & Cebes/aliiq; præsentes/in posteꝝ quodam in tẽpore singuli transmigrabitis. Me uero nunc/ut tragicus aliqs di ceret/iam uocat fatũ. Ac ferme tẽpus est/ut ad lauandũ diuertã. Prestat. n. utputo post lauacrũ ue/ nenũ bibere. ne in lauando cadauere molestiã mulieribus prebeamus. Cum hæc dixisset Socrates/ Crito sic inqt. Dic age/o/Socrates/qd nam: his aut mihi mandas agẽdũ: Vel erga filios tuos uel cir ca cętera. Quid ue agẽdo maxime tibi gratũ fecerimus? Nihil eqdẽ inquit noui præcipio/sed quod semp uobis prædico: uidelicet si uestri curã habebitis & mihi & uobis ipsis grata euadẽt quæcunq; feceritis: ẽt si nũc uerbis non cõcedatis. At uero si uos ipsos neglexeritis/nolẽtes secundũ ea q̃ nũc ex superiori tẽpore dicta sunt/quasi p uestigia uitam dirigere/nihil prorsus p̄ficietis/& si multa no/ bis nũc disputantibꝰ cõcedatis. Ista qdẽ ait Crito curæ nobis erũt. Sed queadmodũ sepelliri te iu/ bes? utcũq; inquit libet/si tñ me apprehẽdetis: ac nisi ego uos effugero. Et simul subridẽs & ad nos cõuersus non p̄suadeo inqt Critoni/me eẽ hunc Socratẽ qui nũc disputo/& singula dicta dispono. Sed opinať me illud esse/qđ paulopost uidebit cadauer. Itaq; interrogat queadmodũ me sepelliat. Quod aũt iam diu plurimis uerbis cõtendo/postq̃ uenenũ bibero/haud ulterius apud uos me esse futuꝝ/sed ad beatoꝝ p̄fectuꝝ felicitates hoc quidẽ mihi uideor frustra Critoni dixisse cõsolãs uos simul atq; meipsum. Fideiubete igiť pro me Critoni cõtraria quadam illius fideiussione quã ipse iu dicibus fideiussit. Ille. n. me iudicio sistere. Vos aũt me non sistere cũ obiero fideiubete. sed abituꝝ Vt Crito obitũ facilius meũ ferat: ne ue meũ corpus uel cremari cernens uel sepelliri/me deploret quasi dira patientẽ. Neq; dicat in funere p̄poni Socratẽ aut efferri/aut sub terrã condi. Certũ id ha beto optime Crito maledictũ nõ solũ in hoc ipso deliq̃re/uerũ ẽt animis nõ nihil officere. At. n. cõ fidere oportet atq; dicere corpus sepelliri meũ/atq; ita sepelliri/ut tibi placebit/maximeq; iustũ eẽ cẽsebis. His dictis surrexit intrauitq; cubiculũ quoddã quasi lauaturus. Crito autẽ secutus est. Nos uero expectare iussit. Expectabamus ergo de his q̃ dicta erãt inter nos colloquẽtes rursusq; cõside/ rãtes. Preterea cõquerebamur fortunam nr̃am/q tanq̃ parẽte orbati reliquũ uitæ tempus orphani futuri essemus. Cũ Socrates lotꝰ eẽt/delati sunt ad eũ pueri sui. Duos. n. filios hẽbat paruulos/unũ uero iam grandẽ. Venerũt & mulieres domesticæ. Ad eas Socrates cũ in p̄ñtia Critonis uerba fe/ cisset/& q̃ uolebat mãdauisset/mulieres quidẽ & pueros abire iussit. Ipse uero ad nos redit/iam cir/ citer solis occasum: p̄multũ. n. tẽporis spaciũ/intus fuerat cõmoratus. Cũ uero ad nos uenisset lo/ tus cõsedit. Nec multa post hæc locutus erat cũ uenit undeciuiroꝝ lictor. Qui illi adstans/o/ Socra tes inquit/nõ arbitror eam ĩ te nouitatẽ me deprehensuꝝ quã deprehẽdere in cæteris soleo. Illi. n. indignanť mihi atq; exsecranť qñ illis denũcio uenenũ esse bibẽdũ/ita magistratibus cõpellẽtibus. Te uero cognoui præsertĩ in hoc tẽpore generosissimũ/mansuetissimũq;: & optimũ uirũ oĩum qui unq̃ hũc in locũ deuenerũt: & nũc eqdẽ certo scio te mihi haud ĩsestũ fore. Sed illis penes quos rei huius cãm eẽ cognoscis. Nũc ego scis quẽ tibi nunciũ afferam. Vale atq; annitere/q̃ necessaria sunt pro uiribꝰ facile ferre: & simul his dictis abibat lachrymans. Socrates aũt in eũ respiciẽs: & tu inqt uale & nos id faciemus. Simulq; ad nos cõuersus q̃ urbanus ẽ hõ hic inqt. Neq; solũ in hoc: sed ĩ su periori ẽt tp̄e me salutabat colloquebaturq; nõ nunq̃: fuitq; semp uiroꝝ optimus. Et nũc q̃ inge/ nue me

nue me

nũc me lachrimat? Sed age o Crito illi pareamus. Ac si iã tritũ est uenenũ/aliqs huc afferat. Si nondũ est tritũ cõterat ille. At reor eqdẽ inqt Crito/o/Socrates/nõdũ solẽ reliqsse mõtes nec occidisse. Et noui alios postq̃ id sibi nũciatũ est ualde sero bibere illud cõsueuisse/largiter cœnatos atq; potos/interdũ uero ẽt illoꝝ potitos quoꝝ amore afficiebant. Quãobrẽ ne adeo festines/adhuc.n.supest tẽpus. Tunc Socrates: merito inqt o Crito illi ista faciunt. Putant.n.hæc facientes lucrari. Atq; ego merito ista nõ faciã. Nihil.n.me lucraturũ spero si paulo posterius uenenum bibero. Nisi ut mihi ipsi sim ridiculus tanq̃ uitæ cupidus: atq; parcus eius rei seruator/cuius nihil iã mihi amplius adest. Sed age iam mihi obtẽpera/nec aliter facias. Crito uero his auditis adnuit/puero qui lõge nõ aberat. Ille uero egressus & aliquantulũ cõmoratus rediit eum qui uenenũ daturus erat/secũ ducẽs attulit aũt in calice id attritum. Hunc aspiciẽs Socrates. Cedo inquit bone uir/tu enim harũ rerũ peritiã habes/quid me facere oportet? Nihil inqt aliud q̃ post potionẽ deambulare quoad grauari tibi sentias crura. Postea uero iacere. Atq; ita tu facies. Hæc dicens porrexit calicẽ Socrati. Socrates uero hilariter admodũ/o/Echecrates accepit nihil omnino cõmotus/neq; colore/neq; uultu mutato. Sed quẽadmodũ consueuerat taurine illũ aspiciens quid ais inqt? licet ne ex hoc poculo non nihil spargẽdo sacrificare? Tantũ inquit/o/Socrates cõtriuimus/quantũ satis fore putauimus. Intelligo inquit. Sed & licet & oportet orare deos: ut felix sit transmigratio nostra. Quod equidem obsecro: atq; utinã ita fiat. Et simul his dictis ammonens facile admodũ alacriterq; ebibit. Plæriq; nẽm/eo usq; retinere quodãmõ lachrymas potueramus. At postquã & bibentẽ uidimus/& bibisse ulterius nõ potuimus. Sed me quidẽ dolor adeo superabat/ut lachrymæ largiter iam mihi profluerẽt. Quapropter me ꝑtegens deplorabã: non illũ quidẽ/sed fortunã meam/qui tali amico orbatus essem. Crito aũt etiam prius cũ lachrymas nequiret cõtinere surrexerat. Sed Apollodorus nec in superiori quidẽ tpe unq̃ lachrymare cessauerat. Tunc uero præcipue uociferans seq; ipsum affli ctãs neminẽ reliquit præsentiũ/cuius uicẽ nõ deploraret. Præter unius Socratis uicẽ. Ille uero hæc animaduertẽs. Quid nã inquit/O/uiri mirabiles agitis? At qui ego maxime hanc ob cãm mulieres abegeram ne talia facerẽt. Audiuerã enim in benedictione esse ex hac uita migrãdũ. Quiescite igitur atq; tolerate. Nos uero hæc audiẽtes erubuimus/destituimusq; a lachrymis. Sed ipse cũ inter deãbulandũ crura iam grauari sentiret iacuit resupinus: sic enĩ qui uenenũ prebuit iusserat. Qui paulopost eũ tangens/pedes & crura cõsiderauit. Deinde grauius cõprimẽs pedẽ eius/quæsiuit an sentiret. Negauit Socrates. Ille rursus pressit tybias paulatimq; manu adscendes ostẽdit nobis frigere eas atq; rigere. Et ipse attigit rursus aitq; cũ ad cor puenerit/tunc eẽ decessurũ. Iam igit̃ friguerant ei præcordia/cũ detegens/erat enim ueste coopertus/dixit/quæ uox illi extrema fuit/O/Crito Esculapio gallũ debemus/quem reddite/neq; negligatis. Fiet inquit Crito qđ iubes. Sed uide nunquid aliud uelis. Nec interroganti nihil ultra respondit. Sed paulopost cõmotus est. Et minister detexit eum: atq; ipse lumina fixit. Quod cũ Crito cerneret/ora oculosq; cõposuit. Hic finis fuit amici nostri/o/Echecrates. uiri nostro quidẽ iudicio/omniũ quos experti sumus optimi & apprime sapientissimi atq; iustissimi.

FINIS PHEDONIS.

❡ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN MENEXENVM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

Onsiliũ Platonis in Menexeno est/cohortari oẽs ad summã patriæ charitatẽ idẽ facit quãuis aliter in Critone & legibus atq; repu. Hic uero duobus præcipue id efficit modis primo qdẽ/dũ laudat illos/qui ꝑ salute patriæ pericula mortẽq; intrepide subeũt. Deinde dũ ipse patriæ suæ antiqtatẽ uirtutesq; laudibus miris extollit. Tu uero statĩ ab initio nota/philosophiã scilicet moralẽ uiro rẽ publicã gubernaturo eẽ summope necessariã. Mox præclarũ eẽ in bello occũbere.s.pro salute patriæ: idq; confirmari ex eo/quod hoc apud oẽs gentes maxime omniũ honoret̃. Deinde occasiõe sumpta ex laudibus oratoriis animaduerte: q̃ perniciosa sit adulatio. Cõmunẽ siquidẽ oratoriã in Gorgia adulationis speciẽ esse iudicat. In Phædro autẽ adulatorẽ appellat bestiã humano generi pestilentẽ. Similẽq; affirmat impuro dæmoni/incautos animos sub noxiæ uoluptatis esca cõtinue corporis sordibus inquinanti. Hic præterea præstigiatoribus ueneficiisq; adulatorẽ tam priuatũ q̃ publicũ iudicat esse persimilẽ: quippe q tanq̃ fure & homicida deterior & iniquior/nõ pecunias/non ipsam corporis uitã dũtaxat nobis auferat. Immo uero tanq̃ sacrilegus rẽ sacram iudiciũ scilicet rationis sub boni specie surripiat atq; subducat. Et uide q̃ ualde decipiat. Non enim in rebus solũ occultis/sed id qđ mirũ est/in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euidentissima sit auita paternaq; origo. Itẽ ipsa sui corporis magnitudo atq; forma? Verumtamen in his quoq; adulatores uenefici nos circũueniunt: tãto Circe crudeliores/quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim sui poculis exteriora homi/

nis fertur in bestias transformasse, hi uero lenociniis suis interiora transformant. Proinde deridet Socrates oratores quod gratiã popularẽ omnibus machinamẽtis aucupent. Laudẽtq; alios/supra modũ/quo ipsi laudent: remq; adeo leuẽ graui quodã studio & diuturna præmeditatione pertractent. Aggredit præterea quod statuerat ab initio/oẽs uidelicet ad defendendã patriã cohartari: laudando uidelicet eos qui pro patria occubuerũt. Hic.n.erat mos uetus Atheniensiũ. Publica cõcione illos laudare quotannis: atq; insuper inferias celebrare. Verũ ne supra q̃ par est oratoriæ tribuat facultati/asserit se orationẽ eiusmodi ab alio & quidẽ a muliere Aspasia accæpisse. Præsertĩ cũ Socratici ingenii non sit oratorũ more concionari. Quo potissimũ ordine laudandũ sit: præsertim in oratione funebri manifeste declarat. Quod aũt homines ait ab initio in Atica regione solũ atq; solos ex terra sponte progenitos/ex aliis uero regionibus/e/ terra similiter solũ bruta/ut cũq; placet accipito/siue tanquã a philosopho/siue potius oratore. Scito tamẽ Platonicã esse sniam: post uastas terræ illuuiones/ex abũdanti humore: atq; calore sequenti post diluuiũ/terrã adeo fæcundã reddi/ ut ex ea non animalia tm̃ pusilla /qualia nunc/sed grandia ẽt atq; ipsi insuper homines ultro nascantur. Quod quidẽ & hic & alibi sæpe confirmat. Idq; plæriq; senserũt Egyptiorũ atq; Græcorum: & Arabes multi: deniq; cõfirmarunt præcipue Algaceles atq; Auicenna. Qua quidẽ snia Aristoteles in quæstionib⁹ naturalibus usus ex antiquorũ mẽte inquit: queadmodũ in paruis tẽporũ mutationibus/parua quædã ex terra pululant animalia/ita in maioribus quoq; maiora/ in maximis deniq; maxima atq; perfectissima. Plato aũt ubicũq; ex ipsis terræ uisceribus eruit animantes/deos artifices adhibet mundani architecti ministros. Deos inq̃/idest ideas specialesq; rationes in ipsa mũdi uita diuinaq; intelligẽtia cõsistentes. Per quas & statim post diluuia/& quotidie animantiũ formentur species/ubicũq; corporeũ speciei eiusdẽ semen abesse uideret. Quod quidẽ fieri oportere satis in theologia ꝓbauimus. Vbi uero nascit homo/non solũ sicut cæteris deorũ adhibet manus/sed ẽt quoddã dei summi spiraculũ expressiorẽq; imaginem. Deinde statim natis deos ipsos saltẽ in primis sæculis tanq̃ duces præficit atq; præceptores. Tu uero ex his omnibus quæ Mosaycę sapientię magis cõsonant/prudẽter eligito. Profecto id Moysi maxime cõgruit quod hic & in Prothagora & in politico atq; Cricia uult hominẽ aliquando ex terra auctore deo ad dei ipsius similitudinẽ fuisse progenitũ. Quales autẽ illuuiões sint & quando & quã ob cãm/docebimus in Timæo. Post hæc insignis pietate uir patriæ suæ laudes mirifica quadã tum charitate/tum arte ꝓsequit: ab origine prima/ab ipsa rei publicæ forma/a/disciplina quotidiana/a rebus egregie gestis. Quæ & hinc & aliunde ex aliis scriptoribus manifestissime sunt. Quãobrẽ argumẽtum nostrũ paucis cõcludamus/eiusmodi snias annotantes. Virtuti omnia patent. Prosperitas primo emulationẽ parit. Deinde inuidiam/demũ dissensiones & prelia. Omnis possessio absq; morali uirtute non solũ inutilis est/sed noxia. Scientia seorsum a uirtute morali/non sapiẽtia sed calliditas quædã est iudicanda. Maiorũ splẽdor in filiis obscurus euadit/quãdo per ipsorũ ignauiam in posteros nõ transfundit. Non est optãdum/ut omnia succedant ad uotũ. Obseruãdũ est in omnibus ꝓuerbiũ uetus/Nihil nimis. Qui ita se cõparauit/ut ex seipso pẽdeant omnia/quæ ad beatitudinẽ cõferunt/uel q̃ ꝓxime ad hoc accedit hic optime uitã instituit. Noli uel lætitia exultare/uel dolore deici. Parẽtes iudicare debẽt se genuisse filios/nõ ut immortales/sed ut boni forẽt. Lugubres lamẽtationes domesticorũ molestæ sunt defunctis/siquidẽ illas audiant. Perpetuo quodã solẽni honore/ꝓsequi decet eos/qui pro salute patrię strenue se in bello gesserunt. eorum filii cura publica educãdi. Colendi quoq; parẽtes. Ne res ipsæ nobis inique sint/ęquo sunt animo perferendæ.

¶MENEXENVS PLATONIS VEL DE ATTICA ANTIQVITATE VEL EPITAPHIVS TRANSLATVS /A/ MARSILIO FICINO FLORENTINO AD IVLIANVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONÆ DIALOGI.

SOCRATES. MENEXENVS.

SO.

Post snīamcẽ paratã sit gradus ad gubernãtem pu.

e Foro uenis menexene? An Vnde? Me. E foro/o/Socrates/& a senatu. SO. Quid tu ad senatũ? An forte quia disciplinæ philosophiæq; finẽ adeptũ iã & satis ꝓfecisse te putas maiora post hac aggredi studes/nobisq; senioribus ipse a deo Iunior/imperare. Vt familia uestra semper sicut solita est/ aliquem nobis exhibeat consultorem. ME. Si ipse permittis/o/ Socrates/consulisq;/operam dabo. sincontra. nequaq̃. Nunc uero iccirco ad consilium profectus sum/quoniam audiueram eligendum esse aliquem qui laudibus defunctos hornet. Nam ut scis inferias facturi sunt. SO. Audiui equidem: sed quem potissimum elegerunt? ME. Nullum. Nam in crastinum distulerunt. Arbitror autem Archinum uel Dionem electum iri. SO. Videtur. Menexene apud plurimas gentes præclarum esse in bello occumbere. Et enim qui sic e/uita migrat funere & sepulchro magnificẽtissimo honoratur. Et siue pauper quis ita

Q ꝺ ꝓclarũ ĩ bello occumbere.

decedat/

decedat/laudatione non caret.siue etiam uilis quispiam & ignauus/rursus/a/sapiẽtibus uiris extol litur/qui non frustra ac temere/sed mature cõposita & consulta oratione tã egregie laudant/ut dũ & quæ adsunt & quæ non adsunt de aliquo prædicant/uerborum elegantia auditoribus aĩos quasi præstigiis ueneficiisue quibusdã surripiãt atq; subducant.Ciuitatẽ quoq; interim ut lubet exhor nant.& eos qui in armis occubuerunt.Maiorũq; retexent nostrorũ originem.Nos quoq; ipsos ad huc uiuẽtes extollunt.Quaptopter ego quidẽ.Menexene ab illis elatus generose admodũ affici so leo.Cumq; illis passim aures prebeo/mirifica suauitate demulceor:statimq; me maiorem/genero siorem/pulchriorẽq; antea reputo.Ac sæpenumero hospites aliqui mecũ hæc audiunt. Egoq; er ga illos e uestigio præstantior q̃ antea reddor.nempe & illis idẽ quod mihi uidetur accidere tã er ga me q̃ reliquã ciuitatẽ.Nam ab oratore protinus ꝑsuasi/mirabiliorẽ q̃ prius ciuitatem existimẽt. Atq gloriosa hæc uenustas mihi triduũ ultra ꝑmanet:adeo concinna oratio canoraq; uox oratoris ore demanans auribus meis infundit. Vt uix tandẽ q̇rta post die uel quinta mei ipsius reminiscat/ & ubi nã gentiũ sim agnoscam.Ac tunc demũ me fuisse deceptũ animaduerto/cum me ante puta uerim in beatoꝝ insulis cõstitutum. Vsq; adeo rhetores apud nos ingeniosi sunt.ME.Semper ad/ uersus rhetores iocaris/o/Socrates.Nunc aũt suspicor ne illi qui eligẽt desit dicendi facultas. Subi ta namq; obtigit optio.Quãobrẽ cogetur forte quisquis dicturus erit/ex improuiso quodãmodo uerba facere.SO.Nunquid bone uir singulis istorũ sunt orationes cõpositæ?Quin neq; arduũ est de his rebus absq; meditatione dicere.Si enim oporteret uel in Peloponesso Athenienses/uel Pelo ponessiacos Athenis orare/facũdo tũc oratore opus esset/qui & ꝑsuaderet & ꝓbaretur. Quãdo ãt apud eosdẽ se quis exercet/quos & laudat/facile eius uerba laudant.ME.facile ne istud existimas. Socrates?SO.Equidẽ.ME.An speras eloqui posse te/si opus fuerit/& consilio eligaris?SO.qd mi/ rum.Menexene me ad dicendũ sufficere?qui magistrã haud quãq̃ imperitã in rhetorica nactus fue rim?quæ & alios multos eloquentes reddidit oratores/& unũ Grecorum omniũ prestantissimũ/fi lium Xantippi Periclẽ.ME.Quæ nã ista?Nunquid Aspasiã dicis?SO.Et hãc dico.& filiũ Metrobii Cõnũ.Hi namq; duo præceptores mihi sunt.Cõnus quidẽ musicæ/Aspasia uero rhetoricæ. Ita igi tur eruditũ uirũ nihil mirũ est in his eloquẽtẽ esse?Quinimo & siqs etiã deterius q̃ ego doctus fue rit/musicã quidẽ a Lãpro/rhetoricã uero ab Antiphonte Rhamnusio/is tamẽ poterit Athenienses inter ipsos Athenienses laudando/sic eloqui/ut eius ab auditoribus probet oratio.ME.Quid nam habes quod in mediũ afferas/si te uerba facere oportuerit?SO.Ex me quidẽ fortasse nihil. Sed he ri Aspasiam ipsam audiui funebrẽ de his orationẽ dictantẽ. Audiuerat enim que: & ipse dicebas/ athenienses aliquẽ electuros eẽ qui de his orationẽ haberet.Deinde partim mihi ex improuiso trã/ segit/que dicẽda forent.partim meo qdẽ iudicio præmeditata/exponẽs/funebrẽ orationẽ cõtexuit quã dixit Pericles reliqas q̃sdã ex illa cõponẽs.ME.Nunqd recordareris q̃ dicebat Aspasia?SO.eq dem:nisi iniurius sim.Ab ea namq; edidici parũq; abfuit/quĩ ꝑꝑ obliuionẽ plagis illa me cederet. ME.Cur non refers?SO.Vereor ne magistra mihi subirascat/si orationẽ illius edidero. ME.Nul lo pacto.Socrates/Verũ gratificare mihi:seu Aspasiæ siue cuiuslibet alterius orationẽ dicere pla cet?dicas modo.SO.Forte me ridebis/si senex adhuc iocari tibi uisus fuero.ME. Absit/o/Socra tes.Dicamabo.SO.Mos tibi gerendus est.Ferme nãq; si nudatum me saltare iuberes/q̃ſiquid soli sum? obseq̇rer.Sed audi iã.Hũc.n.ĩmodũ/ut arbitror/loq cepit/sumẽs ab ipsis defunctis exordiũ.

Vt q in bello ceciderãt lau datiõe hornabãtur & fune re.

Qd oratores sint decepto res.

Laudati lau dãt orationẽ benedicentẽ de ipsis.

Pericles hũit Aspasiã magi strã ĩ rhetori ca.

Aspasia magi stra Socratis.

Pere qdẽ ipso decentia his apud nos exhibita sunt:q̃ iã assecuti iter fatale agũt/tam publice
o a ciuitate/q̃ priuati a suis magnifico sumptu/& frequẽti cõcursu sequẽtium honorati uer borum præterea laudationẽ addi lex iubet. Ac ꝑfecto ita decet. Bene siqdẽ rebus gestis/ex ipsa uerborũ exornatione/ad eos q gesserũt apud auditores memoria pennis splẽdorq; ꝑuenit. Ea uero opus est oratiõe/que defunctos satis laudet. Supstites benigne moneat. filios eorum fratresq; ad uirtutis ipsoꝝ imitationẽ hortet parẽtes aũt/ & maiores alios siqui supsunt/cõsolet. Quæ igitur nobis talis erit oratio?uel unde potissimũ præclaros laudare uiros incipiemus qui uiuẽtes uirtute propria suos mirifice delectauere/& pro salute uiuẽtiũ offerre se morti nõ dubitarunt. Videt itaq; mihi oportere secũdũ naturã/ut boni effecti sunt/ita eos laudare.boni aũt ideo ꝑuenerunt quia ex bonis traxerunt originẽ. Qua ꝑpter generosam primo illoꝝ stirpẽ laudemus. Deinde educationẽ & disciplinã. Postremo narremus/ita ab eis fuisse res gestas/ut maxime decebat eos/qui eẽnt ex tali bus oriundi/ & ita postmodum educati prima qdẽ generis horũ laus est/quod maiorũ origo haud peregrina fuit.neq; successores hos/ita hic reliquit uelut inquilinos nouosq; hoĩes.ex aduenis geni tos/sed indigenas ac re ue in patria hitantes/uiuentesq; & nutritos non a nouerca quidẽ/ut alii/sed ab ipsa matre ipsorũ regione quã hĩtarunt: in qua/& nunc/cõduntur uita functi/ipsis ualet in uisce ribus eius que peperit eos/& nutriuit & excepit. par est enim matrem ipsam ante omnia honorare. Nam ita maxime horum genus excolitur. Est autem regio hæc non solum nobis/sed omnibus ho minibus celebrãda.cum aliis multis de causis/tum ex hoc præcipue quia diis carissima est. Quod testatur deorum de hac inter se concertatio. Ea que uero a diis laudata est/cur non a cunctis homi/

Hactenꝰ occa sio & ĩtrodu ctio dialogi.

Orõ funebr.

Attica tellus hoiem priop duxit.

nibus collaudetur? Altera eius laus erit quod eo tẽpore quo tellus oīs aīalia omnigena ꝑducebat/feras/& pascentia oīa/terra dũtaxat nr̄a ad hæc sterilis erat/agrestibusq; aīalibus uacua ꝑprie uero ex oībus aīantibus hominẽ genuit.q cæteris intelligẽtia prestat:soluſq; ius ac deos aīaduertit.Q ð uero hæc regio hoꝝ nostroſq; maiores ꝑgenuit/hic euidẽtiſſime licet cognoſcere.Q uia oẽ qð gi/gnit/alimẽtũ cõueniens genito continet.Q uo plane diſcernit̃ mulier illa q̃ peperit/ab ea q̃ infantẽ ſimulãdo ſuppoſuit.nãq; peperit/lacte abũdat/ad eius quod genitũ eſt alimoniã/alia uero nequaq̃ Tellus itaq; nostra materq; pſpicuũ argumẽtũ prebet/ quod hoīes ꝓcreauerit.Nam & ſola & prima tũc pabula humana porrexit:tritici ordeiq; fruges:qbus cõmodiſſime gen⁹ hominũ alitur: ut pote que uere aīal id ꝑduxerit/potius aũt de terra q̃ de muliere cõiectare id licet. Neq; enim terra mulierẽ cõceptione partuq;/ſed terram mulier imitat̃/huiuſmodi uero pabulũ ſine inuidia non hominibus ſolũ abunde/uerũ etiã brutis ſubministrauit:poſt hæc oleũ laborũ ſubſidiũ natis ſuis ſuppeditauit.Nutritis aũt adultiſq; filiis principes præceptoreſq; deos induxit.Quorũ nunc prætermittenda ſunt noīa.Neq;.n.nos latet qui uitã nr̄am munierint/tã artiũ inuẽtionẽ ad quotidianũ uictum ſpectantiũ/q̃ traditione peritiaq; armorũ ad regionis ipſius cuſtodiã.Ita maiores horũ geniti atq; educati rẽ.p.instituerunt quã paucis perſtringere decet.Res.n.pu.hominum educatio eſt: bona quidẽ bonoꝝ/cõtrariorũ uero cõtraria.Quod ergo in præclara re.p.enutriti ſunt nr̄i maiores declarandũ eſt/per quã & illi hi boni uiri/ex qbus ſunt/qui/e/uita migrarunt.Eadẽ namq; res.p. quondã/& nunc/optimatũ uidelicet gubernatio/ſub qua & his tpibus ac ferme ſemp ex eo tpe degimus.Eam quidã popularẽ uocant/alii aliter/utcũq; placet.Eſt autẽ re uera hæc optimatũ/cũ quadam auctoritate populi gubernator.Semp.n.nobis reges ſunt alias generis ſucceſſione/alias electione creati/ſed auctoritatis ciuitatis plurimũ apud populũ.Qui ſemp his qui optimi iudicãtur/magiſtratus impertit.Vbi ueq; parentũ debilitate uel pauptate uel ignobilitate quiſq̃ reiicit̃:neq; cõtrariis de cauſis honorat̃/ut in aliis ciuitatibus fieri ſolet.Sed hæc eſt ſumma.Quicunq; ſapiens aut bonus habet̃/dominat̃ & ĩperat.Cauſa nobis gubernationis huiuſmodi/ex ęquo generatio eſt. Aliæ ſiquidẽ ciuitates ſunt ex uariis diſſimilibuſq; generibus cõſtitutæ.Quo fit/ut inęquales ſint:& gubernationes:tyrãnides paucorũq; potentiæ.In qbus ita hoīes uiuunt/ut ſe inuicẽ parti dñ̄os partim ſeruos exiſtimẽt.Nos autẽ noſtriq; una ex matre oẽs/fratres inuicẽ geniti/haud arbitramur inuicem nos dñ̄os & ſeruos eſſe.Sed generationis ęqualitas nos inducit/ut & legis quæramus ęqualitatem/neq; rei prorſus ulli niſi opinioni uirtutis prudentiæq; cedamus.Quapropter & noſtri & horum parẽtes & hi honeſte creati & in omni libertate nutriti multa atq; præclara facinora apud oẽs gentes notiſſima priuatī/& publice ediderunt exiſtimantes libertatis gratia/tã aduerſus Græcos ꝓ Græcis aliis q̃ aduerſus barbaros pro cũctis Græcis eſſe pugnandũ. Enimuero quo pacto in bello ſe geſſerit argiui quõdã aduerſus Cadmios/& Hæraclide aduerſus Argiuos/cũ Eumolpus & Amacones ac etiã cũ his ſupiores regionẽ ĩuaderẽt/breue eẽt pro dignitate referre;& poetæ uirtutẽ illoꝝ eleganter muſica celebrãtes in oẽs gẽtes diuulgarũt.Quare ſi nos eadẽ nudo ſermone repetere nũc aggrederemur/forte uideremur illis eſſe ſecũdi.Hæc igitur ob hãc cauſam arbitror dimittenda/qñ quidẽ ꝓdignitate iam ſatis celebrata uident̃.Q uæ uero nondũ/ut rerũ dignitas exigit/a/poetaꝝ aliquo decantata ſunt/nec dum tñ̄ obliuione delecta ſunt/hæc nobis prædicanda nunc arbitror:ut & uos ea laudemus & adiuuemus ꝓuocemuſq; alios ad eadẽ odis aliiſq; carminibus ut decens eſt exornãda.Eorũ aũt quæ dico/prima hæc extant Per ſæ ꝓfecto/cum Aſiæ imperarẽt & Europæ dominarent̃ obſtiterunt regionis haud hoīes/hinc quidẽ oriũdi/noſtri autem progenitores. Q uorũ meminiſſe uirtutẽq; laudare & oportet in primis & decet.Eã nãq; noſſe oportet/ſi quis ſufficiẽter laudaturus ſit res ab illis eo in tẽpore geſtas/quo Aſia oīs tertio iam regi ſeruierat.Q uorũ primus Cyrus magnitudine quadã animi ciues ſuos pſas in libertatẽ redigens/ſimul dñ̄os Medos ſubiiecit/totiq; Aſiæ uſq; ad Egyptũ ĩperauit.fili⁹ ãt eius Egypto quoq; & Libyæ/quouſq; penetrare dabat̃.Tertius Darius/pedeſtri pugna uſq; ad Scythas extẽdit imperiũ.Nauali aũt/mari/& inſulis eſt dñ̄at⁹.Q uo factũ eſt ut repugnare illi nullus auderet.Animi qdẽ hominũ oẽs ſeruili quadã formidine abiecti iã erant:adeo multæ/frequentes/& bellicoſæ gentes ſub pſaꝝ ĩperio tenebant̃.Nos aũt Eretriẽſeſq; incuſans Darius qð Sardibus inſidiaremur/& hãc belli occaſionẽ nactus/quingẽta hoīum milia claſſib⁹ miſit/naues uero trecẽtas hiſq; Dati præfecit/atq; illi mãdauit/ut captiuos ad eũ Eretriẽſeſq; & atheniẽſes duceret:ſi caput illi ſuũ charũ eẽt.Ille nauib⁹ aduectus Eretriã.ubi uiri nõ pauci erãt:ac præterea in reb⁹ bellicis inter Grecos eoꝝ tẽpoꝝ illuſtriſſimos/numerabant̃/triduo eos captiuos fecit.Ne ue uli eẽt fugiẽdi locus oẽm regionẽ ſic explorauit.Nẽpe ad fines Eretriæ ꝓfecti milites ei⁹ & ex mari ĩ mare ſæpe extẽdẽtes diſcurrẽteſq; iũctis ĩuicẽ manib⁹ uniuerſam regionẽ ꝓtinus ꝑcurrerunt:ut regi referre poſſent/neminẽ illos ſubterfugiſſe.Eadẽ ſn̄ia ex Eretria Marathonẽ deſcẽderũt:utpote qð illis ad id aptiſſimũ erat/ut Athenienſes una cũ Eretriẽſibus q̃i ſub eodẽ iugo ducerẽt captiuos.His ãt ꝑtim quidẽ/ita pactis/ꝑtim uero tẽtatis/nullus Græcorum præter La cedæmonios Eretrienſibus Atheniẽſibuſue ſuccurrit.Et ii ſequẽti poſt pugnã die uenerũt.Cæteri

runt.Cæteri aũt oẽs ꝑterriti ſunt:ac bene ſecũ agi putãtes ſi ꝑiculũ præſens euaderẽt:qeuerũt.Ex hoc intueri licet quãta illorũ uirtus fuerit/q in Marathone barbarorũ impetũ ſubſtinuerũt eorũq; ſuperbiã domuerũt:primi ſane de barbaris triumpharũt:& exẽplo reliqs oſtenderũt Perſarũ/uim haud inexpugnabilẽ eẽ.Immo uero:& multitudinẽ oẽm:& diuitiarũ copiã uirtuti parere. Eos eq-dem uiros nõ modo noſtrorũ corporũ genitores:ſed/& libertatis/tum noſtræ/tum oĩum qui ĩ hu iuſmodi habitãt cõtinenti auctores arbitror extitiſſe:his nãq; exemplis ꝓuocati poſteriores Grȩci in ſequẽtibus bellis pericula oĩa pro ſalute ſua ſubire nõ dubitarũt diſcipuli ꝑfecto illorũ q in Ma-rathone Perſas profligauere:primã itaq; palmã oratiõe illis tribuere decet/ſecundã uero iis q cir-ca Salaminã Artemiſiũq; hoſtes prelio nauali uicerũt.Multa nempe ab his uiris geſta narrare poſ ſemus:quanta ꝑicula terra mariq; ĩminentia ſubſtinuerint/deuicerintq;:quod aũt prȩcȩteris egre gium puto:nũc referã.Nã quod reſtabat poſt bellũ Marathonicũ/ꝑfecerũt.Siquidẽ q in Maratho ne certarũt hoc tm̃ Græcis demõſtrauerũt:qđ terreſtri pugna pauci qdẽ Græci multorũ impetũ barbarorũ frãgere poſſent.Maritima uero uictoria adhuc incerta exiſtimabant:Perſȩ ĩ maritimis preliis/& multitudine:& diuitiis arteq;:& robore inexpugnabiles eſſe:hoc itaq; in his q tũc naui-bus pugnauere/laude dignũ eſt:quod metum Græcis inſitum penitus depulerunt: feceruntq; ne amplius nauiũ uirorũq; numeꝝ ꝑtimeſcerẽt.Vtriſq; his factum eſt/tã in Marathone/terra pugnan tibus q̃ mari poſtea circa Salaminã:ut reliq Græci:& docerent/& ꝓuocarẽtur:ab illis quidẽ terra ab his aũt mari/ad prelia cõtra barbaros intrepide cõmittenda.Tertiũ aſſero quod in Platæis ge-ſtum eſt:& numero:& uirtute/ſalutis Grææ cauſam extitiſſe.Cõmune uero id iã Lacedemoniis/& Athenienſibus facinus.Igit oẽs hi Græciã in ſummis nobis/& a poſteris laudabunt poſt hæc mul-tæ inſuper Græcorũ urbes/adhuc ſub barbaris cõueniebãt.Rex aũt minabatur Græcos ſe iterum inuaſurũ.Decet ꝑfecto illos cõmemorare:q ſuperioꝝ operibus ſalutis extremã manum impoſue-runt:cũ oẽm ex mari barbariẽ depuliſſent:hi uero fuerunt q circa Eurymedontẽ claſſe pugnarũt: & in cyprum militaturi ſe cõtulerũt.Itẽq; in Ægiptũ nauigauere:pluriaſq; alias terraꝝ oras ꝑagra rũt.Hoꝝ meminiſſe oportet:his gratia ẽ habẽda:quod regẽ ꝑterritũ coegerunt de ſalute ſua cogi tare potiꝰ q̃ ad Græcos ꝑnitiẽ inſidias tẽdere.Atq; id bellum ꝑ oẽs urbes diffuſum fuit/dum Græ-ci ſe ipſos oẽſq; linguæ eiuſdẽ homines aduerſus barbaros tutarent:pace uero demũ cõfecta hono rataq; ciuitate cõtigit ei:qđ ſolet ab hoĩbꝰ ĩ eos qbꝰ ꝓſper res ſuccedũt oriri:prĩo qdẽ ȩmulatio ab ȩmulatiõe deĩde ĩuidia/q̃ hãc ciuitatẽ ĩuitã ĩ bellũ cũ Græcis gerẽdũ traxit:poſt hȩc initio bello ĩ Ta nagra cõgreſſi ſũt ꝑ libertate Boeotiorũ/aduerſꝰ Lacedæmonios cõcertãtes.Cũq; ĩcertus pugnæ eẽt euẽtꝰ/quo poſtea ſequtũ eſt/rẽ ipſã apiũt.Plæriq; ſane aufugerũt:deſtituẽtes Boeoticos/qbꝰ au xiliũ allaturi cõuenerãt.Noſtri ãt die.iii.ĩ enophitis potiti uictoria eos q iniuſte fugerãt/iuſte redu-xerũt hi utiq; primi poſt bellũ ꝑſicũ Græcis gr̃a libertatis auxiliati cõtra Græcos/uiri qdẽ ꝑclari/& libertatis auctores his qbus opẽ tulerant his ĩ monumentis honorati a ciuitate priores ſunt poſiti His uero peractis/cũ increbeſceret bellum Grȩciq; oẽs ſumptis armis regionẽ deuaſtarẽt: urbiq; nõ dignã gratiã redderẽt/eos noſtri nauali prelio ſuparunt:& eoꝝ duces Lacedæmones cõprehen derunt:quos q̃uis iugulare liceret dimiſerunt:pacẽq; firmarunt:exiſtimantes aduerſus eiuſdẽ ge-neris hoĩes ad uictoriam uſq; pugnandum:neq; ob ꝓpria ciuitatis indignationẽ Græcorum cõmu nionẽ penitus diſſoluẽdã.Sed aduerſus barbaros ad necem:uſq; certandum.Hos itaq; laudare ui ros decet:q hoc bello pacto hic iacẽt:quoniã oſtẽderunt inanẽ eẽ illoꝝ ſuſpitionẽ/ſiqui Athenienſi um uirtuti diffiſi opinent ĩ primo cõtra barbaros bello/alios quoſdã prȩſtantiores Athenienſibus extitiſſe.Hi enim cum oĩs Græcia ſeditiõibus agitaret/ipſiq; uiros cæteris Græcis ꝑſtantiores bel-lo ſuperatos cõprehendiſſent/declarauerunt eos ſeorſum ſe uincere:qbus cum cõmuniter:barba-ros expugnauerant.Tertium poſt pacẽ hanc bellum improuiſum:& graue exortum eſt:ĩ quo cum multi forteſq; uiri occubuiſſent hic cõduntur.Quoꝝ multi circa Siciliã plurimis ſunt potiti uicto-riis,pro ſalute Leontinoꝝ qbus iureiurãdo abſtricti:opem ferrbãt/quo fœdere ad ea loca nauiga-uerant.Cum uero diuturna eẽt nauigatio:ac interim reꝝ diſcrimine penuriaq; ciuitas premeret/ neq; illis poſſet ſuccurrere/negatis ſubſidiis res eorum haud proſpere ſucceſſerunt.Quoꝝ hoſtes belloq; aduerſarii maiorẽ temperantiæ uirtutiſq; laudem quam amici aliorum habent.Multi præ terea nauali bello per Heleſepontum die una omnes aduerſariorum naues ceperunt: plurimaſq; alias deuicerunt.Bellum uero idcirco inſperatum durumq; uocaui: quia nullus exiſtimaſſet reli-quos omnes Græcos contra ciuitatem/tam acerrimo ſtudio contentionis accẽdi/ut regem illum barbaꝝ infenſiſſimum quẽ una nobiſcum expulerãt/rurſus ꝑ legatos ad bellũ Græcis ĩferendũ irri tare nõ dubitarẽt:& uniuerſos/tũ Græcos/tũ barbaros ad hãc urbẽ obſidẽdã colligere.Vbi præci pue potentia uirtuſq; ciuitatis huius effulxit.Nam cum exiſtimarent eam iã ſuccubiſſe/naueſq; ob-ſeſſæ circa Mitylenem eſſent.Ipſi auxilium laturi ſexaginta naues ingreſſi:uiri quidẽ ſine controuer ſia fortes hoſtes profligarunt:liberarunt amicos:& in ſortem incidentes indignam/ex mari:utiq; non aliter recepti hic iacent.Quorum ſemꝑ cũ laude meminiſſe decet.Nam illorũ uirtute nõ mo/

Emulatio inuidia bellũ.

Aduerſus hos uſq; ad uictoriã aduerſus illos uſq; ad necẽ pugnandum.

do tunc ex nauali certamine sed reliquo etiã prelio uictoriam reportamus. Etenim ꝓpter illos tantum est nostra ciuitas gloriã cõsecuta/ut nunq̃ expugnari posse nec ab oibus qdem hoĩbus crederetur. Quod certe haud ꝓcul/a/ueritate est iudicatũ. Neq̧.n.aliorũ insidiis uiribusq̧ sed ꝓpria dissensione deuicti sumus. Nempe nũc etiã ab illis sumus iuicti. Sed ipsi nos expugnauimus: nobis ipsis subcubuimus post hæc tempora/pacatis oĩbus/cũq̧ aliis pace cõfecta/intestina nobis seditio coorta est in qua se ita gesserunt/ut si fatis decretũ eẽt hoĩes seditionibus agitari/nemo uideatur aliter ęgrotare patriã optaturus. Nã ex Pyræo/& urbe q̃ benigne atq̧ domestice præter cæterorũ Gręcorum opinionẽ ciues inuicẽ conuenerũt: bellũq̧ aduersus eos qui Eleusines erant concitũ q̃ moderate transfegerũt atq̧ sederũt: Horũ ꝓfecto oĩum alia nulla est cã præter uerã ipsam cognationẽ:q̧ amicitiã firmã atq̧ cognatã nõ sermone/sed re his hoĩbus indidit. Oportet aũt eos etiã q hoc in bello mutuis uulneribus cõciderũt/memoria colere: & utrũq̧ possum⁹ inter se eos cõciliare uotis sacrificiisq̧ ꝑ illis q superauere pactis: qñqdẽ: & nos cõciliati sumus. Neq̧ enĩ ĩprobitate inimici tiisq̧ sed infelicitate quadã manus inuicẽ cõseruerũt. Horũ uero testes sumus ipsi superstites. Nã cum illis genere cõiuncti simus: mutuo damus ueniã: & recipimus siqd/uel in aliũ intulimus/uel perpessi sumus ab alio. Deinde cũ in summa rerũ trãquillitate qesceret ciuitas/barbaris qdem ignoscebat quod infestati ab illa/fortiter repugnauerant Græcis aũt indignabatur/quia ꝓ acceptis beneficiis iniuriã qñq̧ rettulerant/dum societatẽ cũ barbaris inirent/nauesq̧ qbus fuerant seruati/diriperent dissiparentq̧ muros qbus nos mœnia eorũ ne corruerent/qñq̧ defendimus: instituit itaq̧ ciuitas haud ultra tueri Græcos siqñ/uel a Græcis /uel a barbaris opprimerentur. Cũ uero nos in hac essemus sentẽtia cõstituti/putarentq̧ Lacedæmonii nos libertatis tutores iacere/opusq̧ eorꝫ fore posthac/ut alios subiugarent/hæc egerũt. Quid multis opus est uerbis: Neq̧.n.uetera/neq̧ multorum hoĩum gesta dicerem/q̃ sequũtur. Neq̧ nos latet pterritos Gręcorꝫ prios Argiuos Boeoticos Corinthios/auxiliũ ciuitatis huius implorauisse. Quodq̧ oĩum diuinissimũ est: rex ipse tanta est indigẽtia pressus/ut nõ aliunde q̃ ex hac ciuitate quã oĩ studio diruere conat⁹ fuerat salutẽ suã tutari posse cõfideret. Enimuero siqs huius ciuitatis captũ ĩcusare uoluerit: hoc dũtaxat obiicere poterit/qđ minima nimis afficit/diligẽtiusq̧ subleuat subcũbentes. Ea siquidẽ tẽpestate tolerare nõ potuit: qđ ue instituerat ultra seruare. Decreuerat sane nullis unq̃ eorũ/a qbus iniuriã accepisset/succũbentibus opem ferre. Mutauit tñ ꝓpositũ: & auxiliũ præstitit. Vnde Græcos liberauit/a/seruitute. Ita /ut liberi uixerint/donec ipsi se inuicẽ subiugarũt. Regi uero succurrere ausa est minime. Verebat.n. triumphos ex Marathone. Salamina. Platæis antea reportatos. Sed cũ fineret exules: & uolũtarios adiutores/illi fauere/sine cõtrouersia eum quoq̧ seruauit. Structis aũt muris fabricatisq̧ nauib⁹ belloq̧ suscepto qñ coacta est bellũ gerere/ꝑ Pariorũ salute contra Lacedæmonios dimicauit: Metuẽs uero ciuitatẽ rex/ postq̃ Lacedæmonios uiderat nauale bellũ renuere/& iccirco desistere uolens/requisiuit Græcos q incontinenti erant: quos prius ipsi Lacedæmonii exhibuerãt: si ꝓpugnãdũ foret nobiscum cæterisq̧ belli sociis: arbitratus hoc sibi negatũ iri: quo tergi uersandi occasiõẽ nãcisceretur. Vbi a propugnatoribus sociisq̧ aliis est deceptus. Nãq̧ exhibere illi uoluerũt: conuenerũtq̧ iureiurãdo adhibito Corinthii Argiui Boeotii/cæteriq̧ belli socii/si daret pecunias: ut eos illi q incontinenti erant Græcos traderent. Soli uero nos neq̧ tradere neq̧ iurare tunc ausi sumus. Vsq̧ adeo mos ciuitatis huius. Generosus. Liber constans. Integer: & natura barbaris est infensus: propterea quod homines hi absq̧ ulla barbarorum cõmixtione puri integriq̧ sunt Græci. Neq̧.n.miscentur nobiscum Pelopes aut Cadmii aut Ægyptii Danaiue alii q̃ permulti natura quidem barbari: lege solũmodo Græci: sed ipsi Græci dũtaxat nulla prorsus infecti barbarorum confusione perseueramus. Quæ qdẽ puritas odium huic ciuitati aduersus genus alienũ ingenuit. Soli rursus puriq̧ ex hoc pseuerauimus quod opus ꝓphanũ perpetrare noluimus Græcosq̧ barbarorũq̧ manibus tradere. Ad hæc igitur descendentes: ex qbus primo superati fuimus: fauente deo: felicius q̃ tũc bellũ posuim⁹. Nã retinẽtes naues muros: nostrasq̧ colonias a bello liberati sumus: adeo libenter: & hostes ipsi destiterũt. Viros tñ fortes hoc quoq̧ in bello amisimus: parti apud Corinthũ regionis asperitate: & angustia ĩterceptos/parti ꝓditiõe apud Lecheũ ꝓfligatos. Insignes quoq̧ uiri q: & regẽ liberauere: & ex mari Lacedæmõios expulerũt. Quos ego eqdẽ ĩ memoriã uobis reduco. Vos aũt uiros huiusmodi collaudare celebrareq̧ decet. Atq̧ opa qdẽ hęc uirorũ hic iacentiũ/ceterorũq̧ oĩum qcunq̧ ꝓ patria obierũt q̃ relata sunt multa sunt: atq̧ præclara. Sed q̃ restãt: plura admodũ ꝓstãtioraq̧ sũt. Atq dies multi uix noctesq̧ sufficerẽt: siqs oĩa cõplecti uoluerit: his ergo memoria repetitis unũquẽq̧ uirũ oportet: natos horũ assidue exhortari: ut tanq̃ in bello maiorũ suorꝫ ordinẽ seruent: neq̧ ꝑ ignauiã aufugiant. Equidẽ o uirorũ prestantium filii uos ipse: & in præsentia exhortor: & in posterum: quemcũq̧ uestrum nactus fuero admonebo semper: & cohortabor: ut q̃ optimi euadere cõtendatis. Nũc quoq̧ par est uobis referre quæ nobis patres uestri finxerunt mãdaruntq̧ posteris prædicare siquid paterentur: cum foret periclitandũ. Recensebo igitur uobis ĩ præsentia que ex illis ipsis audiui: queue ipsi nunc uobis: si facultas daretur libenter: præciperent.

De integritate: & uendicata a barbaris natõe Attica.

Coniecturam

Cōiecturā equidē ex illis q̄ quondā dicebāt efficio. Existimare uero nūc que referā illos ipsos audire loquēres: hūc aūt ĩmodū exorsi sunt. Quod ex præclaris parētibus orti estis o filii/ præsentia uobis testātur: ꝑfecto cū uobis liceret turpiter uiuere hōeste emori maluimus/q̄ uos cæterosq; posteros in faze cuiq̄ subiicere: ac parētibus nostris superioribusq; dedecori eē: putātes hoi suos dedecoranti nō eē uiuēdum: ei nāq; neq; ĩ uita neq; post mortē amicū aliquē eē/uel hoium/uel deoꝝ. Oportet igit uos uerborū nostrorū memores/siqd aliud exercetis/cū uirtute exercere: sciētes absq; uirtute exercitatiōes/& possessiones oēs turpes malasq; eē: diuitiæ nāq; splendorē afferūt/nullū eas cū ignauia possidēti: neq;.n. sibi hic sed alteri parat possidetq; diuitias. Neq; forma corporis atq; robur timido ac prauo cū insunt decorē præstāt. Eū nāq; dedecēt/notiorē efficiunt. Ignauiā patefaciunt. Præterea scīa queuis remota iustitia aliaq; uirtute nō sapiētia sed calliditas eē uidet. Quorū causa/& primo/& postremo atq; per oīa oī studio diligētiaq; cōtēdite/ut: & nos/& maiores nostros uirtutis gloria superis. Alioqn scitote/si uobis uirtute præstemus/uictoriā hāc nobis deductus allaturā. Sin superemur a uobis: felicitatē. Ita uero maxime nos qdē superabimur uos aūt superabitis si ea rōne uitā instituetis/ut maiorū gloria nō abutamini/neq; eā/ut ita dixerimus expēdatis erogetisq;: scientes uiro aliqd esse se existimāti/nihil turpius posse accidere/q̄ se ip̄m honorandū nō ꝑpriam ob uirtutē sed propter gloriā superiorū prebere. Gloria.n. parentū natis/præclarus est magnificusq; thesaurus. Vt in uero pecuniarū honorūq; thesauro/& hūc ad posteros nō trāsfundere/proprie possessiōis gloriæq; defectu/turpe/&/a/uiri generositate penitus alienū. Si igit hæc exercueritis uitæ demū satis exactis chari ad nos filii charos parētes ꝑficiscemini. Sinaūt neglexeritis hæc/& improbi euaseritis/nemo uos libens excipiet. Natis quidē nostris hæc sint dicta: patres aūt nostros: ac matres sicui nostrū supsunt atq; cōsolatione indigēt/cōsolari oportet: qa deceat facile quecūq; acciderit ferre. Neq; cū illis una deplorādus est casus lamētatiōibus.n. aliorū nō indigebūt: satis.n. sors tristitiæ illis inferet. Mederi profecto lenireq; oportet/& in primis illud cōmemorare/qd᷑ maxima eorū q̄ exoptare solēt/exaudiētes dii iā tribuerūt. Neq; enim ĩmortales sibi filios dari/ sed bonos/& illustres optabant. Cuius qdē uoticōpotes effecti sunt: quod maximū existimādū est bonū. Omnia uero mortali uiro ad uotum in uita succedere/haud facile est. Atqui si fortē forti animo tolerabunt: uidebunt reuera fortiū filiorū parētes: ipsiq; fortes esse. Sinaūt dolori subcumbent: suspitionē hominibus inferēt/ne forte/aut parentes nostri minime sit: aut q nos laudibus efferunt: mentiant. At horū neutrū euenire oportet. Immo uero laudatores nostros reipsa pręcipue illos eē: ostendentes se reuera parentes: uiros esse uirorū. Enimuero uetus illud ꝓuerbiū. Nihil nimis scite dictū uidet. Nā qui ita se cōparauit: ut ex seipso pendeāt oīa quę ad beatitudinē cōferunt: uel q̄proxime ad hoc accidit: neq; ex aliis pendet hominibus: quibus: uel bene uel male agentibus: sua quoq; mutari cogātur: hic optime uitā instituit: hic tēperans est: hic fortis: hic prudēs: hic siue pecunias nanciscat ac filios: siue amittant: prouerbio semper parebit. Nunquā enim nimis: aut lætitia exultabit: aut dolore deiicietur: ꝓpterea quod ipsi pareat. Tales eē: & nostros debere iudicamus/& uolum⁹. Atqui: & in præsentia nos ipsos tales penitus exhibemus haud certe perturbatos/uel nimio metu ꝑterritos: si nūc uita decedere nos oporteat. Oramus quoq; patres nostros: ac matres: ut similiter affecti uitam futurā agant: scientes quod nō lamentatiōibus eiulationibusq; maxime nobis gratificabunt. Verū siquis est his qui defuncti sunt: sensus uiuentiū: ita maxime nobis molesti futuri sunt si seipsos perdiderint/& iniq; sortē tulerint: sinaūt moderate ac leuiter/nobis summopere obsequētur. Nostra porro eum iam finē habebunt: qui hominibns est pulcherrimus. Quamobrem colaudanda sunt potius q̄ deflenda. Profecto si uxores nostras filiosq; tuebunt/& nutrient/& his incumbent/ita maxime casus obliuioni mandabūt: pulchriusue: & rectius nobisq; gratius uitā agent. Hęc igitur nostro nomine nostris prædicare sufficiet. Ciuitati uero mandamus: ut parentū nostrorum filiorumq; curam habeat. Et hos quidem honeste erudiat/illorum senium digne foueat. Cognouimus certe uos etiam si hæc minime præceperimus/optime curaturos. Hæc igitur o filii defunctorum atq; parentes: ut moneremus illi mandarunt: ego uero quantū possum diligentissime moneo eorumq; nomine obsecro: iuniores quidē: ut præclaras suoꝝ res ĩmitentur. Seniores autem: ut de se optime sperēt. Nēpe senectutē uestrā priuatim publiceq; alemus: & quęcunq; ex illorum progenie nacti fuerim⁹: summa beneuolētia cōplectemur. Ciuitatis uero ꝓuidentiā ipsi minīe ignoratis/ q̄ statutis legibus: parētes: & filios eorū q ĩ bello interiere: tutat. Et ante alios ciues sūmo magistratui taliū cōmittit curā ne ulla prorsus iniuria parētes horū afficiant. Filios aūt educat ipsa studetq; ut illis ignota sit orbitas. Nā ipsa parētis gerit uicē: & dum pueri sunt: & cum ad maturā ętatē uenerunt: ad officia sua transmittit: omni armatura fulcit: & hornat: patris studia ostendit: & memorat dum paternæ uirtutis tribuit instrumēta. Ac simul auspicii gratia iubet tūc primum domū paternam ingredi filium quasi imperaturum: & armis cum robore fultum. Eos præterea qui decesserūt e uita honorat: cerimōias quotānis lege decretas cōmuniter cūctis ĩstaurās: q̄ priuatī unicuiq; ꝓprie peragi solent. Symonica item certamina equestriaq; ĩstituit: musicęq; ludos uarios adhibet.

Ac profecto quo ad defunctos spectat/hæredis/& filii subit cõditionẽ. Quo ad filios/patris: quo ad parentes cæterosq́ huiusmodi: curatoris: omni diligentia semper oĩbus prouidens. Quarũ rerũ animaduersione quæ acciderũt ęquo animo ferre debetis. Nam hoc pacto/& mortuis/& uiuentibus eritis gratiores: facileq́ curabitis: & facile curabimini. Nunc uero uos: ac cæteri oẽs qui communiter secundũ legẽ eos qui naturæ cesserunt/iam lugubribus expiationibus ꝓsecuti estis abite. Hic est o Menexene Aspasiæ Milesiæ sermo. ME. per Iouem o Socrates beatã dicis Aspasiam si cũ mulier sit tales põt orationes cõponere. SO. At si minus credis sequere me/dicentẽ ipsam audies. ME. Sæpenumero cum Aspasia fui Socrates: & qualis sit noui. SO. cur igitur eã nõ ueneraris? Cur non habes propter hanc orationẽ illi gratiam? ME. Ingentem equidem o Socrates habeo gratiam mulieri huic seu uiro/quisquis tibi orationẽ hanc tradidit. Ac præcæteris multis narranti gratiam habeo. SO. Bene quidẽ. Sed ne me prodas. Vt deinceps multas eius pręclarasq́ de ciuilibus rebus orationes tibi recenseam. ME. Confide. Non prodam. Referas modo. SO. Fiet ut postulas.

¶MENEXENI FINIS.

¶ARGVMEN. MARSILII FICINI FLORENTINI IN DIALOGVM PRIMVM DE RE. PV. VEL DE IVSTO AD LAVRENTIVM MEDICEM. VIRVM MAGNANIMVM.

q

Vanto oculus præstat manibus/caput pedibus/ratio sensibus/anima corpori/finis oĩbus quæ diriguntur ad finẽ/status motui/ęthernitas tempori/tãto contemplatiua uita actiuæ præstare uidetur. Contemplatio enim actionis/& principiũ est/& finis: ducitq́ illam pro arbitrio atq́ sistit. Iubens deniq́ inferiores motus/externamq́ definere actionẽ/ut intrinseca stabilisq́ actio/liberior tandẽ possideat. Sic utiq́ ab ipa cõtẽplatiõe dei cœlestis naturalesq́ motus/& actiones oẽs tanq̃/a/principio ducunt: & reducũt uelut ad finem. Quamobrem: Plato noster eo saltẽ cæteris ciuitatũ legumq́ cõditoribus/est excellẽtior quo cæteri quidem uelut humani ad actionẽ magis/ciuitatẽ instituerunt/ipse uero quasi diuinus actionem ciuitatis omnem/tam publicam q̃ priuatam potissimum perducit ad contemplandũ: ciuitatemq́ constituit sui ipsius ante q̃ orbis dominam/neq́/tam multis timẽdam/q̃ cunctis gentibus uenerandã. Cœlestem quasi hierusalem pro uiribus ĩ terris expressam. In qua sublatis proprie possessionis gratia contentionibus cõmunia sint pro ipso iure naturæ/ omnibus oĩa. Cõmunis sit copia: firma concordia/cunctorum una uoluntas/ideoq́ ad contemplandũ semper expedita tranquillitas. Componit autẽ integrã absolutæ reipu. formam denario librorũ numero numeroq́ omnium integerrimo: numeros/tũ intra se numeratos continente/tum ex se innumeros replicante. Atq́/ut sæpe his in libris præcipue in secundo declarat: totam disputationẽ de iustitia a nobis inscribi mauult q̃ de reipu. docens/ut arbitror rem omnem actionemq́/& publicam/& priuatam nõ ad copiã non ad potentiam/non ad uictoriam esse: sed ad ipsam iustitiam penitus referẽdam. Quæ quidem iustitia omni sublata perturbatione/expulsisq́ cõtentionum impedimentis ciues tandem reddit expeditissimos ad uerum inuestigandum/deumq́ colendũ. Eiusmodi uero contemplationem: atq́ cultum: Plato noster iudicat præcipuũ reipu. finem. Vt quod: neq́ unus si solus uixeris/neq́ plures si simul habitauerint sine lege efficere possunt/multi saltem ciues cõmuni lege in unum ciuitatis cetum congregatim perficiant. Præterea docet nos Timæus/& Critias ante ingẽtem terrarumq́ inundationẽ. Athenas alias extitisse/& apud Græcos/& apud Egyptios similibus inter se legibus gubernatas: quas dea Pallas cõdidit/educauit/& docuit: eamq́ illis tradidit reipu. formã quam in his libris Plato conscribit. In libris uero de legibus rem publicam ex gubernatiõe Cretensi ex Lacedęmonia/& Attica noua componit. Ipsãq́ compositionem a deo incohat legum omniũ auctore. Verum/ut ad præsentia reddeamus hanc quoq́ rempu. felicibus auspiciis exorditur ab ipsis diuinæ sapientiæ sacris: a seniorum cõsuetudine: atq́ consilio a religiosa iustitia atq́ sanctitate. Ex eo enim quod/& uota deo: & sua cuiq́ reddenda dixerat/incipit iã de priuata quadã iustitia disputare: ꝑ quã ad Publicã oportũe suo loco trãsibit. Tu uero memẽto ĩ his a Platone significari: absq́ diuina hũanaq́ iustitia/seniorũq́ cõsilio ac sapiẽtiæ diuinæ fauore/nõ posse ciuitatẽ/uel ab initio constitui prospere/uel cõstitutã feliciter gubernari. Deinceps argumẽtũ primi libri ꝑstringens: ex plurimis grauibusq́ pcęteris necessaria q̃dã excerpã. Moderata iuuẽtꝰ facilẽ efficit senectutẽ ĩmoderata difficilẽ. Qui corpis obseqꝰ libidinibꝰ pculdubio ĩsanis seruit tyrãnis. Aĩus ĩ senectute sedatis ꝑturbatiõibꝰ q̃s secũ affert iuuẽtꝰ/segregatꝰ/a corpe/diuina ꝓpius: & aptiꝰ ĩspicit. Innocẽtia sola optimã in posterũ spem aĩo pbet unicũ uitæ solamen: uir sane mẽtis ad id ĩ primis pecunias esse utiles iudicabit: ut qcq̃d: uel deo uouerit: uel homini ꝓmiserit aliterq́ debuerit: ĩpleat: neq́ ob paupertatem adducatur/aut mentiri cuiquã aut ulla in re defraudare. Pecuniæ nãq́ referẽdæ sunt ad iustitiam. Iustitia

uero

uero ad uitæ alterius premiũ. Sed anteq̃ disputationẽ de iustitia ꝑsequamur considerãdũ moneo singula sub allegoria q̃dam a platone dispõi: primo q̃dem Cephalus senex. i. caput prebet disputatiõi caput. Deinde Polemarchus / quod / & nomẽ eius significat priceps. i. primus moderate pugnã aggredit̃. Deniq; Thrasimachus. i. pugnator ferox agit asperius. Socrates aũt. i. seruator potẽs ubiq; ab erore oẽs / & iniustitia seruat. Sed allegoriã cõmentariis relinquẽtes / ad definitionem iustitiæ iam pergamus. Simonidem Pittacum Biantem / dixisse ferunt iustitiam eẽ uera fateri / ac debitum unicuiq; reddere. Quod quidem ita nõnulli interpretant̃. Simpliciter uerũ cuilibet aperire: & qđ acceperis restituere. Id autẽ ideo Socrates improbat quoniã insano neq; omne uerum patefaciẽdũ est: neq; arma reddenda sunt: que sanus dũ erat apud te deposuerat. Alii sic exponunt. Dare unicuiq; quod sibi conuenit / ceu amicis emolumentũ / inimicis uero damnũ: prodesse quidem bonis. Malos aũt ledere. Id iterũ improbatur: propterea quod neminem unquã lædere deceat. Quicũq;. n. aliquid lædit. Idipsum ad opus suũ propriamq; uirtutẽ deterius efficit / & ineptius. Vt qui canẽ lædit: ad propriam canis uirtutem reddit ineptum. Iustitia uero hominis uirtus est. Quisquis ergo lædit hominem: ad iustitiam facit deteriorem. At iustitia iustitiam nũquam minuit / sicut: neq; musica opus musicæ destruit. Quãobrem nõ est iustum aliquem lædere. Inter hæc Thrasimachus: qđ & alii multi alias / obiicit Socrati / quod respondere nunquã uelit: semper aũt interrogare. Te uero latere non debet multis de causis Socratem quærere solitum semper potius q̃ docere. Prima ut atrogantes ammoneret in omni ętate discẽdum esse potius q̃ docendũ. Secunda / ut significaret ueritatem mentibus per oportunam inquisitionem segregatis a corpore atq; erroribus / statim ĩfundi diuinitus. Quod: & Auicẽna magnopere cõprobat. Tertia ut ostenderet rerũ formas eẽ animis nostris ingenitas p quas ipsa rerũ ueritas animis p interrogationẽ ad eas cõuersis qñq; subrutilet. Quarta quo declararet humanã sciam in negatione quadam falsi potius q̃ in ueri affirmatione cõsistere. Adducitur deinde definitio iustitiæ a Thrasimacho qualis: & a Challicle in Gorgia: iustũ eẽ quod est potentioribus utile. Semper. n. potẽtiores dominari: atq; ad utilitatẽ suam ferre leges ac subditos gubernare. Tunc uero subditos iuste agere: cũ illis parent legibus / quæ sunt ad utilitatem gubernantium constitutæ Socrates hunc ad contradictionẽ trahit. Quoniam possit princeps per ignorantiam mandare quæ sibimet sint detrimento futura. Quæ si obseruet priuatus / tũ iustus erit quia dominandi pareat / tum iniustus / quoniam agat contra dominandis utilitatẽ. Addit artẽ quãlibet absolutam ideoq; minime indigam in tractandis materiis: & hominibus / non suæ / sed rerũ sibi cõmendatarum utilitati consulere. Quasi pupillis tutor. Medicus ęgris / nautis gubernator. Similiterq; magistratum legitimum subditorũ utilitati prospicere. Siqua uero ars ceu medicina mercedem exigit / nõ quatenus medicina est: cuius finis est morbi curatio / quæstum facit / sed quatenus cũ mercẽnaria quadam / & quæstuaria cõmiscetur. Artẽ ergo ciuilem omnium perfectissimam ideoq; minime indigentem atq; seruilẽ constat multominus utilitatis gratia gubernare. Mitto quæ Thrasimachus temere / & cũ quadam suimet repugnantia adducit contra iustitiam. Tu uero nota nõ decere quemquam / petere principatum / & magistratus ambire. Itẽ. Siquando bonorum uirorũ existet ciuitas non aliter pugnaturos gratia non imperandi q̃ nũc certent imperandi cupiditate. Tria uero nunc aduerte. Primũ malos non esse admittendos ad magistratum. Secũdum. Ciues nõ malos: quo libenter graue onus gubernandi suscipiant inuitandos: imposito quodã premio stipendii atq; honoris: tertium ꝓbos homines qui: neq; auaritia: neq; ambitiõe mouentur: eo dũtaxat discrimine metuq; prouocari ad rem pu. oportere ne uidelicet ipsi deteriorũ iniustæ gubernationi subiiciantur: Plato diuinus intelligit / siquis unquam alius: officium gubernandæ patriæ: si iustum sit uoluntarium esse debere. Sed probatissimi ciuis exemplo uult iniquam illorũ arrogantiã improbare / qui qualibet uia semper ambiunt magistratus: dignitatesq; aucupantur. Qua uero ratione dignitatibus ipsi digni fiant oĩno nõ curant. Vult ergo id officiũ uoluntariũ esse simul: atq; necessarium. Vt uir ꝓbatissimus libentissime patriæ suæ suscipiat gubernacula: sed tũc solũ id faciat: qñ necessitas postulat. Interea uero cõtemplationẽ ꝓferat actiõi. Uerũ rebus qñq; urgentibꝰ actionẽ circa publicũ bonũ ad tp̃s cõtẽplatiõi ꝓpriæ añponat. Id totũ ex epistola Platõis ad Architã Tarentinũ cõprehẽdi planissime pt̃. Cõfutat̃ deinceps tyrãnicũ Thrasimachi dictũ iustitiã qd ĩ gñe ĩsipiẽtiæ maliq; / ĩ iustitiã uero ĩ gñe sapientiæ boniq; collocãs: qđ qdẽ ideo falsũ eẽ mõstrat̃ qa q̃libet ars / sapia q̃dã ẽ: atq; circa q̃ sapiẽs ẽ circa eadẽ est: & bona. Vir aũt in qua uis arte doctus nõ plus alio docto in actione artificiosa quærit. Immo pariter actionẽ exsequi atq; similiter. Et q̃uis doctũ adęquare tãtum uelit: ĩdoctũ tñ uult supare. At indoctus temere non nunq̃ plus sibi assumere tentat q̃ doctus simul: atq; indoctus illi similimus est uir iustus nihil plus habere cupiens alio iusto: sed aliquid tamen. i. uirtutis plus iniusto: iniustus aũt indocto similis cũ iusto q̃ iniusto plus habere cõtẽdit. Cõclude cõtra Thrasimachũ iustitiã qdẽ ad sapientiæ boniq; genus: iniustitiã uero ad genus insipiẽtiæ maliq; referendum. Adde iniustitiam esse infirmitatis omnium cãm. Nam ĩ quolibet cetu odiũ: & discordiam pariẽs / infirmissimũ primo cetũ reddit: deinde dissoluit. Eatenus uero cõsistere cetus

potest/quatenus non nihil distributionis iuste seruatur. Per iustitiam ergo consistit/per iiustitiam uero dissoluit. Per illam: & sibi inuicē: & aliis est amicus: per hanc undiq; inimicus. Quod autē in qualibet congregatione: idem: & in quolibet aīo iustitia: & iniustitia facit: ut iustus quidem secū ipse consentiat amicusq; sibi sit: & hominibus: atq; superis. Illi. n. iustissimi sunt: ut non mirum sit iustum illis similē etiam amicū esse. Iniustus autem in his omnibus omnino cōtra se habet. Praeterea res quelibet propriam quoddā habet opus. Requirit quoq; uirtutem ꝓpriam: quandam. s. facultatem pro quam aptissime ꝓpriū ꝑficiat opus/sine qua id efficere neqt. Cū igit aīa ꝓprium quoddam habeat: ceu cōsulere atq; gubernare/multoq; prius: & uiuere ꝓpriā quoq; uirtutē exigit: p quā haec cōmodissime pagat. Qua sublata laborat: uirtus aūt aīae iustitia est/iniustitia uero uitiū. Quaꝓpter p iustitiam pfecte cōsulit: & gubernat uiuitq; feliciter. Sublata uero iustitia contraria his dictis primus liber cum quadam correptiōe cōcludit. Nempe cū prius dicendū esset quid iustitia sit q̄ qualis/factum est hactenus e conuerso dū Socrates: partim disputātes sequeret: partim p notiora principia disputans audientiū/tū ingenio indulgeret/tum facultati cōsuleret.

¶REI PV. PLATONIS VEL DE IVSTO TRANSLATAE A MARSILIO FICINO FLORENTINO AC LAVRENTIO MEDICI VIRO MAGNANIMO NVNCVPATAE DIALOGVS PRIMVS

¶PERSONAE DIALOGI.

¶SOCRA. GLAVCO. POLEMARCHVS. ADIMANTVS. CEPHALVS.

SO.

Escenderam heri in Piraeum una cū Glaucone Aristonis filio/ut: & deam precarer: & celebritatē spectarem/quonā modo acturi essent/quae tunc primū agebant pulchra.
d Igitur mihi patria pōpa uisa est: sed nihilominus ut uidebat/decens fuit ea quā Thraces mittebant. Cum uero/& preces egissemus/& spectaculo interfuissemus/in urbem regrediebamur. Aspexerat autē procul nos redeuntes domum Polemarchus Cephali filius: seruulūq; currentem nos sistere iussit. A tergo igitur ueste me apprehendens seruus, Iubet uos inquit Polemarchus manere. Egoq; ad eū conuersus/ubi nā ipse esset/interrogaui. At te pone sequitur inquit. Verum expectare. Expectātibus respōdit Glauco. Ac paulopost Polemarchus uenit. Vnaq; Adimantus Glauconis frater/& Niceratus Niciae filius/& alii complures: quia pompa uenire uidebant. Igit Polemarchus/uidemini inquit o Socrates tāq̄ recedere uelitis/ad urbēq; accedere. Nō male inq̄ cōiectas. Vides ne inqt quot sumus? Quidni? Aut ergo his fortiores esse uos oportet: aut manere: unū hoc subiiceris inq̄ uos uidelicet missuros abire nos si persuaserimus dimittendos esse. Nunqd possetis ait psuadere non audientibus? Nequaq̄ respōdit Glauco: perinde itaq; tanq̄ audituri nō simus/deliberate. Tunc Adimantus. Nescitis uesperi facibus cursuq; equorum deae fore ludendum. Equorum cursu inq̄? Nouum hoc certe: faces ne gestentes/uicissim illas sibi inuicem tradent: equisq; certabunt? An ita dicis Polemarchus ita prorsus: quare aut potentiores sitis necesse/aut hic maneatis: his Polemarchus addidit. Nocturna praeterea sacra peragent digna certe conspectu. Surgemus. n. post coenā eaq; sacra spectantibus: aderimusq; illic iter multos familiares/& cōfabulabimur. Sed manete neue aliter facite. Atq; Glauco uidetur inquit manēdū esse. Verum si uidetur inq̄ sic facere oportet ꝑfecti igitur sumus domū Polemarchi: ibiq; repperimus & Euthydemū & Lysiā Polemarchi fratres Thrasimachū Calchedoniū Charmatidē Paeaniēū & Clitophontē Aristonymi filiū. Erat: & intus pater Polemarchi Cephalus/ualde qdem senex/ut mihi uidebatur: diu nāq; eum nō uiderā. Sedebat aūt coronatus in quodā ceruicali: & sede. In aula enim sacrificauerat. Consedimus igit iuxta eū plaerisq; sedibus in orbē dispositis. Quā primū itaq; me cōteplat⁹ Cephal⁹ salutauit/dixitq; o Socrates. Raro admodū ad nos accedis/i Piraeū descēdēs. Oporteret āt. Nā si ego i robore eo adhuc essē/ut i urbē uēire possē/minīe opus eēt/ut tu huc ad nos sed nos ad te tēderem⁹. Nūc aūt te huc crebro aduētare decet: ꝑfecto q̄ntomagis me corpis uoluptates/deficiūt tāto cupiditas ↄfabulādi/& uoluptas quā ex ea capio/auget. Hoc igit age/& una cū istis iuuenib⁹: huc ad nos ueni tāq̄ ad amicos apprime familiares. Atq inq̄ ego o Cephale ualde q dē delector senilibus sermonibus. Videt. n. mihi audire ab his oportere/q uiā aliquam iā perfecerint: quae & nobis fortasse peragenda erit: q̄ aspera: & difficilis: uel q̄ facilis sit: & per uia. Atq; ex te libenter audirem: quidnam de hac re sentias cum huc ętatis perueneris: quod in limine senectutis esse poetae aiunt. Verū difficultatem uitae: uel quō ipsum enunties. Ego tibi per Iouem inquit dicā o Socrates quod mihi uidet. Saepe cōuenimus plaeriq; ferme ęquales: antiquū illud seruantes puerbium: plurimi ergo nostrū i eo cetu lamētant: uoluptatū qbus i iuuētute frui licuit: desiderio affecti: & rem uenereā: & cōuiuia caeteraq; generis eiusdem recordati grauiterq; ferunt: tanq̄ maximis priuati rebus: & tunc quidem se bene uixisse affirmant: nūc autem ne uiuere quidem. Nōnulli etiā domesticorum cōuitia contumeliasq; deplorant: & in hoc senectutem maxime accusant: tanq̄ maximorum

Seniles sermones libenter audiendi.

De cōquestu: & collaudatio senectutis.

maximorũ sibi causam malorũ. Mihi autẽ huiusmodi homines haud iure senectutẽ/ ut horum cau
sam culpare uidentur. Nam si hæc causa esset/& ego eadẽ essem passus propter senectutẽ/& reliqui
omnes qui ad id ętatis deuenerũt. Verũ ego etiã multos non ita affectos inueni: & cũ sophocle nõ
nũq̃ fui poeta/q cũ/a/quodã quonam pacto in uenereis se haberet interrogaretur:& an posset mu-
lieribus admisceri. Cui ille recte respondit: Bona uerba quæso o amice: libentissime hæc tanquam
furiosum agrestemq; dominũ aufugi: perbelle igitur/& tũc illi respondisse mihi uisus est/& nũc nõ
minus. Omnino. n. ab huiusmodi rebus in senectute multa pax inest/& libertas. Quando enim de/
ferbuerunt iam cessaueruntq; libidines: omnino hoc sophocleum accidit: nã/a/multis dominis/&
his insanientibus liberamur. Sed/& horum o Socrates/& eorũ quæ aduersus familiares dicuntur/
una quædam causa est non senectus/sed mores hoĩum nam si modesti/& faciles sint haud nimis se/
nectus his laboriosa contingit. Sin contra/& senectus/& iuuentus o Socrates his difficilis. Tũ ergo
mirifice his quæ dicebat delectatus: pluraq; audire cupiens/ita eum ad reliqua prouocaui. O. Ce-
phale existimo profecto multos/cum ita dicas/minime hæc admittere. Verum putare facile sene-
ctutem ferre te propter diuitias potius q̃ ꝑpter mores: diuitibus enim multa solatia adesse dicũt.

Sophoclis p- bellum respõsum.

Modestia & ĩmodestia ĩ iuuenta est ĩ cã facilis & difficilis senectutis.

Vera inquit dicis: Non. n. admittunt: & dicunt quidẽ aliquid: non tamen quantũ dici posset. Verũ
illud Themistoclis pulchre se habet: qui Seriphio cuidam sibi per contumeliã obiicienti quod nõ
pp seipm sed eius patriã tãtã eẽt gloriã cõsecut/ita r̃dit. Eqdẽ. Si ipse Seriphiꝰ essem ĩ eadẽ gloria
uiuerẽ. Tu uero/si Atheniẽsis minime. Idẽ quoq; aduersus eos q cũ nõ sint diuites/grauiter senectu
tẽ ferũt/dici põt: qđ neq; uir ipse modestꝰ iniq; senectutẽ ferret cũ paupertate/neq; ĩmoderatꝰ/cũ di-
uitiis facile. Vtrum aũt inq̃ ego/ex his quæ habes plura tibi/a/maioribus relicta sunt/q̃ acquisisti an
cõtra: nõ nihil acq̃siui inq̃ o Socrates/medius. n. in pecunia extiti ĩter patrẽ/& auũ. Auus nẽpe meꝰ
Cephalus tãtũdẽ fere quantũ nũc mihi est/accipiens supra id multũ accumulauit. Lisanias aũt pa
ter minores etiã eas opes q̃ nũc sint/effecit. Ego aũt sat habeo/si nõ minores istis relinquo/ sed ali-
quantulo maiores q̃ accepi. Hæc ego ideo interrogaui inq̃ quoniã mihi uidebaris non multũ diui
tias admirari quod quidã plurimũ ii faciunt q eas nõ peperere. Qui autẽ illas parauerũt duplo ma
gis q̃ alii amant. Queadmodũ enim/& poetæ poemata sua/& filios patres diligũt eodẽ modo qui
acquisiuere pecunias/illis studẽt tãq̃ operi suo/non ad usum necessitatẽq;/ut alii. Ex quo difficilis eo
rum est familiaritas cũ nihil aliud præter diuitias laudare uelint. Vera inquit narras. Et ualde qdẽ
inq̃ ego. Sed hoc etiam mihi declara. Quid boni maxime ex diuitiarũ possessione te existimas con
secutũ: Quod inquit nõ multis forte persuaderẽ/si dixerim. Certo scias o Socrates quod postq̃ eo
deuenit aliquis/ut breui iã moriturũ se opinetur/incidit in eũ timor/& cura quædã eorũ quæ insu-
periori uita neglexit. Etenim fabulæ quæ de inferis dicunt/queadmodũ eos q iniuste egerũt: pœ-
nas illic dare oporteat/irrisæ hactenus mouent tũc animũ ne forte ueræ sint/suspicantẽ. Atq; ipse si
uero ꝑpter senectutis debilitatẽ/seu quod alteri uitæ propinquior illa acutius inspicit solicitudinis
& timoris plenus redditur: atq; reputat examinatq;/siquẽ iniuria aliqua affecerit. Qui ergo inue-
nerit multas eius in uita iniquitates ex ipso somno tanq̃ pueri/frequenter excitus extimescit: & pes
sima ispe uiuit. Qui aũt nullius iniuriæ sibi conscius est/huic iocũda spes semper adest/optima sene
ctutis nutrix. Queadmodũ pindarus ait. Scite nãq; ille o Socrates istud cecinit. Quicũq; uidelicet
iuste sancteq; uitã exigit/dulcis eũ spes cõmittatur cor nutriens/senectutẽq; fouẽs quæ maxime ho
minũ uolubilẽ gubernat animũ. Bene igitur/& apprime re mirãdũ dicit. Ad hæc ego existimo pe-
cuniæ possessionẽ plurimi faciendã esse/non cuius homini sed modesto: & ęquuo plurimum ad id
confert pecuniarũ possessio/ut quis illuc intrepidus ꝑficiscatur cũ neq; inuitũ quempiam circũue-
nerit: neq; mentitus fuerit: neq; debeat/uel uotas deo uictimas/uel pecunias homini. Habet præte
rea: & utilitates alias: ac sane permultas. Sed si unum uni conferatur o Socrates nõ minimum ego
ponerẽ ad hoc hõi mentẽ habenti immo plurimũ cõferre pecunias. Egrægie loqueris ĩq̃/o/ Cepha
le. Hoc autem ipsum. Iustitiã scilicet utrũ ita simpliciter. Veritatẽ dicimus esse: & reddere quod qs
acceperit. Vel hæc eadẽ facere: alias iustum: alias iniustum est. Quod hic apparet. Vnusquisq; enĩ
diceret siqs ab amico sane mentis arma acceperit idemue insanus repetat: non oportere ea reddi
neq; iustũ esse eum qui reddat: uel rursus homini sic affecto uera omnia dicat. Recte in quit loque-
ris. Non ergo hæc est iustitię definitio. Vera dicere: & deposita reddere. Recte nimium dicis o So
crates sermonem subiiciens Polemarchus ĩquit: siquid credere decet Simonidi. Hic Cephalus ser
monem uobis trado inquit. Nam sacra me curare oportet. Nunquid Polemarchus inq̃ tibi hęres
est. Et ille quidẽ arridens: est profecto inquit: & simul ad sacrificandum discessit. Dic inq̃ igitur ser
monis hęres: quid recte dici de iustitia a Simonide asseris. Quod ait Iustum est debitũ unicuiq; red
di. Atq; hæc dicens recte loqui uidetur. Atqui non facile inq̃ est fidem Simonidi abnegare. Sapi-
ens enim: & diuinus uir. Verum quod dicit: tu fortasse intelligis o Polemarche. Ego autem igno
ro. Manifestum enim est: non hoc eum dicere quod pauloante dicebamus: scilicet depositũ alicui
non sano reposcenti reddere. Atqui debitum quodammodo est hoc: quod depositum est. Nõne:

Partaꝝ q̃ possessarũ diuitiarum amor maior.

Ecundus dialogus a trina exorditur diuisione bonoꝝ. Bonũ ꝓfecto idem est atq̃ expetendũ. expetimus aũt aliqd sui ipsius gratia tm̃/ut uoluptates & gaudium. Aliquid alterius solũ gratia/qualia quæcũq̃ laboriosa sunt. Aliqd & gratia sui/& aliorũ q̃ inde sequunẗ. Ceu cognitionẽ ac ꝓsperam ualitudinẽ. Iustitiã uero dicit cum alioꝝ ex ea sequentiũ/tũ uel maxime sui ipsius gratia expetendam. Sed anteq̃ de iustitia ꝑfecte q̃cq̃ definiaẗ Glauco q̃ prætermissa sunt a Thrasymacho ꝓ iniustitiæ patrocinio copiosius elegãtiusq̃ ꝓsequiẗ. adde & modestius. Ait. n. nõ quia ita sentiat/sed ut ꝓuocet Socratẽ ad iustitiã acrius defendendam/iniustitiã se laudaturũ. Similia q̃dã hẽmus & ĩ Gorgia. Post eũ Adimãtus & primũ ꝓ iustitia uerba facit/ꝑmia illi & humana tribuẽs & diuina/ubi notabis religiosa q̃dã mysteria poetaꝝ. Deinde nõnulla ꝓ iniustitia adducit ĩ mediũ: ꝑsonã uidelicet & Socratis & Thrasymachi referẽs. Addens ẽt se nõ iustitiã uituꝑare uelle sed quodãmodo Socratẽ irritare. Optat aũt laudes audire iustitiæ/q̃ nõ ab externis/sed ab ĩtrinseca iustitię natura ducãẗ. Quales afferri ab aliis nõ cõsueuerĩt. Tu uero aĩaduerte nõ temere Platonẽ multa hic rursus ad poetas sacerdotesq̃ ꝑtinẽtia posuisse. ostẽdit. n. ĩ his sępe a poetis/sępius a malis sacerdotibꝰ peccãdi lnĩam ꝓuenire. Vbi gẽtiũ suꝑstitiões irridet: ꝑterea haud ab re ĩ his libris oĩum sibi charissimis charissimas sibi ꝑsonas ĩseruisse Glauconẽ Adimãtũq̃ frẽs eiꝰ/patrẽq̃ Aristonẽ. Rursus Socratẽ nihil ĩ oĩ eiꝰ uita ꝓpẽsius cõtẽplatũ/q̃ seclusis externis affectibꝰ/qd nã sit/qdue faciat uirtꝰ ipsa uitiũq̃ ĩ aĩo. Q̃d qdẽ & spõte & ꝓuocatꝰ deinceps de iustitia & iniustia demõstrabit. Sed ego h̃ iniuste nimiũ ꝑtermisi mirũ illd̾ iustitię ꝑmiũ ex Musei mẽte adductũ/ꝑpetuã inq̃ ebrietatẽ. Q̃d qdẽ Museus accepit ab Orpheo/idipm̃ ꝑ Dionysii sacra significãte hoc illi ꝓphetico sĩẽ Iebriabor ab ubertate domꝰ tuę. Ebrietas ergo/sit duplex. Alteraq̃ dẽ sub luna/letheo ĩducta potu/ꝑ quã aĩa extra se posita & ĩfra se posita obliuiscĩẗ diuinoꝝ circa terrena delirãs. Altera uero suꝑ lunã nectarea ꝓueniẽs potiõe: ꝑ quã aĩus extra se positꝰ/supra se positus morboꝝ mortaliũ obliuiscĩẗ. Suspiciẽsq̃ diuina q̃si prio illoꝝ splẽdore caligat/siue potiꝰ saporẽ gustãs nouo quodã calore e priori hĩtu ꝑmutaẗ. Mox uero ꝑspicue cernit gustatq̃ salubriter: imo uero nutriẗ. Profecto idea diuina ꝑ quã factus ẽ aĩus redeũti illabiẗ aĩo/ceu gustui sapor. Ab eo primũ suauiter siqd alienũ ẽ diluit/deiñ penitꝰ ĩplet magisq̃ ĩplẽdo delectat. Tertio redigit ĩ seipm̃ inæstimabili uoluptate ꝑfundẽs. Vbi aĩus ex aĩa primũ factꝰ ẽ ĩtellectꝰ/ex ĩtellectu deniq̃ deus. Neq̃ ulteriꝰ sicut prius sapit/neq̃/q̃ prius sed sapit aliter atq̃ alia. Et quẽadmodũ apd̾ nos imaginatio uehemẽs mouet formatq̃ corpꝰ/ita & ibi corpꝰ subiectũ aĩę sensusq̃ eiꝰ a potẽtissima cogitatõe mẽtis moueẗ ꝑtinꝰ & formaẗ. Adeo ut ĩeffabili dulcedĩe mẽtis mirabiliter & sensus dulcescat & corpus. sed iã ad iustitiã reuertamur: hãc Socrates tãq̃ disputatõis suæ finẽ atq̃ obiectũ/ꝑ singula q̃rs/qa difficile inueniret in aĩo/prius q̃rit ĩ ciuitate/tãq̃ in ea manifestiorẽ futurã. ut ꝑ hãc demũ/aĩ iustitiam manifeste definiat. Vt aũt iustitiã in ciuitate cõsiderare queat/cõstituit ab initio ciuitatẽ: dicẽs primo q̃ sit eiꝰ origo. s. indigẽtia mutua. deiñ q̃ materia. s. res artesq̃ necessariæ. postremo/q̃ forma uidelicet regula uictus legitimaq̃ gubernatio. Et uideto q̃tũ laudet uitã sobriã/q̃tũ uituꝑet delicatã atq̃ luxuriosam. Illa qdẽ sana atq̃ sufficiẽs hæc ãt ĩsania & ĩdigẽs plurimoꝝ. Deniq̃ cũ ob hãc nascatur bellũ/opꝰ ẽ ĩ eiꝰmodi ciuitate militibꝰ q̄ꝑꝑ ad diligẽtẽ militaris artis ĩtõnem descẽdẽs/quot necessaria sit militi strenuo & custodi patrię accurate ꝓsequiẗ. In oĩbus uero memẽto/nemĩnẽ ad diuersa aptissimũ nasci posse. lõq̃ nullũ diuersas artes exercere debere. Pręsertim cũ ex alteriꝰ opere/opus ĩpediaẗ alterius. Oportere & unũquẽq̃ artẽ suã statim a puero & ꝑ oẽm uitã cõtinue exerceẗ. Prętereа militẽ pãę custodẽ talẽ & nasci & educari debere/ut canũ ĩstar & erga notos sit mitis & aduersus ignotos ferox semꝑq̃ uigil & sagax. Proiñ asserit Socrates prĩcipiũ cuiuslibet opis maximũ q̃ddã eẽ/ĩ tenera ꝑsertim ętate facile utriq̃ formabili. Iccirco futuros milites a teneris unguiculis & secũdũ aĩum prĩo ꝑ musicã/& secũdũ corpus: deiñ ꝑ gymnasticã rite format: sub musica cõprehendẽs fabulas quoq̃ poeticas. Quas ꝑcipit assidue pueroꝝ auribꝰ adhibere. Sed tales solũ quales ad militare studiũ quasi pręludia q̃dam & ꝓuocẽt & erudiãt. Similiterq̃ cęteros his a pueritia fabulis iubet assuefieri/q̃ studio potissimũ futuro cõducãt. Cõtrarias uero longius arcet. Id uero maximum

mum

mum est prçceptū. Detestatur mox poeticam impietatē turpia de diis fingentem. Atq; eiusmodi audiri fabulas ꝓhibet: subiungit geminas theologię figuras. Primā dictū oio bonū esse / bonorūq; dūtaxat cām / mali uero nullius cām eē dictū. Itē si quē Deus punit / punire gratia boni. Secūdā uero dictū esse penitus imutabilē / ex eo qđ simplicissimus potētissimus / optimus / sapiētissimus. Quo fit ut neget dictū aliquādo quēq̄ fallere: uel fictis simulachris / uel signis atq; uerbis. Neq; enim in uarias mutatur formas: neq; cum non mutetur simulat ꝑmutari. Conclude librum aurea quadā sententia. Mendaciū maxime omniū & diis & hoībus est odiosum. Quod si mēdaciū in sermone odiosum ē / idq; simulachrū est mendacii ipsius qđ est in aīo / nimirū mendaciū qđ in aīo est / & diis & hominibus ē admodū odiosum. Eiusmodi uero mēdaciū ē ignorātia p quē circa reꝝ ueritatē sibimet aīus ipse mentit. Q̄m uero ueritas ad id qđ eē dicit spectat. Ideoq; falsum ad nō esse declinat. Merito mendax quatenus in falsum labitur / eatenus in nihilum quoq; prolabitur.

ℭ SECVNDVS DIALOGVS DE RE PVBLICA.

SO.

ÆC cum dixissem a disputatiōe liberatū me esse putabam: uerū hoc ꝓhœmium fuit. Glauco enim & semp alias uir certe ad oīa fortissimus / tunc qdem Thrasymachi tāq̄ h defatigati concessionē non suscepit. Sed dixit o Socrates. Vtrū nobis ꝑsuasisse uideri cupis / an reuera ꝑsuadere / qđ oīno prçstet iustum eē q̄ iniustum? SO. Ego qdēq; / si in mea optione esset / reuera ꝑsuadere mallem. GLA. Minime facis quoduis. Dic porro uidet ne tibi hmōi aliquid esse bonū: qđ quidē eligeremus / haud certe quę ex eo sequant cupientes sed ipsum gratia ipsius amātes? quēadmodum gaudere & uoluptates quęcūq; sine nocumēto sunt / & quę in posterū nihil prçter gaudium allaturę sint eas habēti. SO. Mihi sane uidet eē aliquid tale. GLA. Quid aūt est ne aliquid qđ & ipsum gatia ipsius & eoꝝ quę ab eo fluūt / amemus? Quēadmodum sapere / uidere / ualere: hęc enim hmōi ꝓpter utrūq; eligimus. SO. Certe. GLA. Tertium autē aliqđ uides genus boni / in quo est exerceri male ualentē curari / medicationēq; & pecuniariā exercere. Hęc utiq; laboriosa fatemur esse / ꝓdesse aūt nobis. Et ipsam qdēq; sui gratia nunq̄ expeterem⁹: sed quęstus & alioꝝ quę ab eis ꝓficiscunt gratia. SO. Est hoc plane gen⁹ tertiū. Quid tum? GLA. in quonam istoꝝ iustitiā ponis. SO. Mea quidē sñia in pulcherrimo / quod tam ꝓpter seipsum q̄ ꝓp ea quę efficit / ab eo qui beatus sit futurus / expetitur. GLA. Haud ita multis uidet / sed laboriosi generis esse: quod quidē ꝓpter premia & honores & gloriam sit expetēdum / ꝓpter seipsum aūt tanq̄ difficile fugiēdum. SO. Noui eqdē istuc multis uideri. Quocirca iampridē a Thrasymacho quasi tale quiddam sit / uituperatur. Iniustitia uero laudatur. Sed ego hebes sum / ut uideor. GLA. Age itaq; & me audi / si tibi quoq; hęc uideantur. Thrasymachus nempe priusq̄ oporteret tanq̄ serpēs carminibus delinitus abs te fuisse uidetur. Mihi autē nondum ex sentētia demōstratio utriusq; euenit. Cupio enim audire qd sit utrūq;: & qualem uim habeat ipsum secūdum seipsum existēs in aīo: premia uero & quę ex ipsis ꝓueniunt / mittere. Sic igitur faciam si & tibi placet. Renouabo equidē Thrasymachi orationē: & primū dicam qualem iustitiam esse dicant / & unde exortam fuisse uelint. Secundo uero loco omnes quicūq; iustitiam colunt inuitos quodāmodo eam sequi / tanq̄ rem necessariam sed non bonā. Tertio merito id agere. Multo ergo melior iniusti uita q̄ iusti ut tradunt. Mihi quidem o Socrates non ita uidetur. Ambigo tamē plerūq;: quia obtundor quottidie Thrasymachum aliosq; inumeros audiens. Orationē uero pro ipsa iustitia quod melior q̄ iniustitia sit / ex nullo adhuc audiui ut uellem. Cuperē quippe iustitiam ipsam secūdum seipsam audire laudatam. Maxime uero ex te hoc me arbitror auditurum. Quapropter dicam latius iniustam uitā laudans. Dicendoq; ostendam tibi / quonam maxime modo audire te uelim / uituperantem quidem iniustitiam. Iustitiam uero laudantē. Sed uide an hoc tibi placeat. SO. Maxime omniū: de qua enim re qs sane mentis libentius & audiat & dicat? GLA. Prçclare loquęris. Enimuero quod primū de hoc dicere pollicitus sum / iam audi. Quale sit & unde sit orta iustitia. Natura quidem dicunt iniuriam facere / bonum esse. Iniuria aūt affici malum. Sed longe plus mali esse in patiēdo iniuriā / q̄ boni inferendo. Quāobrem postq̄ uicissim iniuriam & intulerint & acceperint / & utrūq; gustauerint qui nequeunt uitare illud id consequi / operęprçtium fore ducunt ut ita inuicem cōponantur / ut neq; inferri neq; accipi possit iniuria: hincq; uolunt originē habuisse leges cōstitutionesq;: & nominata eē prçcepta legū legitima atq; iusta. Hanc itaq; iustitię originē & substantiam esse uolunt: quę media quodāmodo sit optimū inter & pessimū. Quādo quidē optimū ē / inferre iniuriā / nec dare pœnas: pessimū uero pati nec ulcisci posse. Iustū ergo hoꝝ in medio cōstitutū amari nō tāq̄ bonū: sed ex imbecillitate iniuriādi tāq̄ iniuriaꝝ iferēdaꝝ obstaculū. Eū sane q hoc efficere possit / uereq; sit uir / cū alio pacisci nunq̄ decernereq; ne ultro citroq; iniuria inferat: alioqn insaniret. Hæc est o Socrates natura iustitię atq; huiusmodi: & ex talibus ut ferunt progenita. Quod autem qui iustitiam seruāt / inuiti id agant cum ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant / plane ꝑspiceremus / si tale qddam

animo fingeremus:si utriq; licentiā largiremur/quodcūq; liberet agendi/& iusto pariter & iniusto/ deinde pone sequeremur/explorātes quo rapiat utrūq; libido. Inueniremus ꝑfecto iustum plus habendi auiditate cōpulsum ad eadē se atq; iniustū cōferre. Hoc siquidē natura oīs ut bonū expetit:lege aūt ac ui ad ęqualitatē seruādam ducit. Erit aūt licētia ista quā dico talis istis si detur qualē aliqñ fuerūt fuisse Gygę Lydi ꝓgenitori. fuisse.n.ipm ferunt mercēnariū pastorē eius qui tūc Lydis iperabat. Magna aūt imbriū tēpestate exorta/motaq; terra/ferunt terrā hiatū fecisse/in ea regione/ubi ille armēta pascebat. Quę cū uidisset mirabundus in hiatum descēdit/ cōspexitq; & alia quę fabulātur/miranda:& equū ęneum cōcauū:& per fenestrā cadauer in aluo equi aiaduertit/maius qdē humana forma/hoc nihil habebat aliud p̄ter aureū digito anulū. Quo sublato abiit. Ac paulopost ad pastoralē ꝑuenit cōuentū in quo legatus de reb⁹ peculii ad regē ꝑ singulos mēses referēdis creandus erat/iuxtaq; alios assedit. Acciditq; ut cū forte gēmā introrsum ad manū uerteret anuli quē a cadauere arripuerat/subito a nullo cōspicereť:aliiq; de illo tāq̄ absente loquerētur. Admirat⁹ ergo gēmam:rursus extrorsum cōuertit. Quo facto/rursus apparuit:hoc ille aiaduertēs diligentius periculum fecit utrū hanc anulus uim haberet. Atq; ita illi cōpertū fuit/ quod uersa ad se gēma a nemine uidereť/uersa aūt ad alios/cōspicuus fieret. Quod qdē exptus/curauit ut legatus ad regē una cum aliis mittereť/ ꝑfectusq; uxorē eius strupauit/& de rege interficiēdo cū ea cōsilium iniit. Quo cęso regnū assumpsit. Si igiť duo tales anuli eēnt/ alterūq; iustus/iniustus alterū possideret ac ferret nullus ꝑfecto esset/ut uidetur: adeo adamātinus/ut in ipsa iustitia ꝑmaneret: & ab alienis abstinere uellet/cū liceret illi ex foro intrepide quodcūq; uellet arripe/ingrediq; alienas domos & clanculū pro libidine cuiq; cōgredi:& pro arbitrio quēlibet interficere/& ex carcere soluere: & alia quasi par deo sit inter hoīes pro arbitrio facere. Hæc igiť cum uterq; faceret/ nequaq̄ alter ab altero in agendo differret/sed ambo eodē tenderent. Quę quidē maxima apud oēs esse pōt cōiectura neminem uolentē/imo inuitum esse iustum:quasi id secūdum se/& priuatim nō sit bonū. Quoniā ubicūq; iniuste agere quisq; se posse confidit:agit ꝓtinus:prodesse enim quisq; priuatim multomagis existimat iniustitiā q̄ iustitiā. Recteq; sentit quisqs ita iudicat/ ut sermonis huius ꝓhibent auctores. Qđ siquis hmōi facultatē nactus/ uelit ab iniustitia abstinere/ neq; aliena tangat/ infelicissimus oīum & stolidissimus apud eos q hoc aduerterēt:putareť/laudarēt tñ illum palam uicissim se decipiētes/qa maxime timēt/ne afficianť iniuria. Atq; hęc qdē ita sint dicta. Vitā uero utriusq;. Iusti uidelicet & iniusti/ita plane diiudicabimus/ si iustissimū uirū/ seorsum & iniustissimū distinguemus. Aliter uero nequaq̄. Sit aūt hæc discretio talis ut nihil auferamus iniustitię ab iniusto:neq; quicq̄/ab iusto iustitię:sed pfectū utrūq; in suo studio ponamus. Primū igitur iniustus tanq̄ optimi artifices faciat. Videlicet queādmodum gubernator summus uel medicus/ quę in arte sua confici possunt/ & quę nō possunt/sentit:& illa quidem aggreditur/ista relinquit/& siqua pręterea in re peccauerit/corrigere potest:ita & iniustus recte iniurias aggrediens/lateat/si maxime iniustus futurus ē. Sin aūt deprehēsus fuerit/iners existimādus ē. Extrema enim iniustia ē/iustum uideri cū q nō sit iustus. Danda ē igiť iniustissimo extrema iniustitia neq; auferēda/sed ꝑmittēdum /ut is qui iniuste multa patrauit apud oēs iusti habeat opinionē/& siqua in re peccarit/corrigere possit sitq; ad ꝑsuadendū idone⁹ siqd de ipsa mali facinoris nūciať & ad uim si opus fuerit inferēdā/fortitudinē & robore opūq; & amicorū copia:cū hūc talē finxerim⁹ iuxta ipm uirū ponam⁹ iustū:simplicē hoīem & ingenuū:q ſm Æschylum nō uideri sed eē bonus studeat. Remouēda qppe ab eo iustitię oīs opīo/ne iustus cuiq̄ uideať. Si.n.uidebiť iustus eē aderūt sibi honores & p̄mia. Incertū igitur erit/iusti ne/an honoꝝ numerūq; gratia talis sit. Priuādus itaq; rebus oībus p̄terq̄ iustitia. Atq; ita ponēdus / ut supiori contrariū sit. Cum nihil agat iniuste iustissimus esse credať:ut quasi quodā examine ad iustitiam sit ꝓbatus/ ex eo qđ nec infamia/nec his rebus q̄ eā sequūtur a ꝓposito suo dimoueať/sed usq; ad mortē imobilis perseueret. Dum ꝑ oēm uitā iniustus existimať/est tñ iustus. Vt cū utriq; ad extremū ꝑuenerint/ hic quidem iustitię. Ille aūt iniustitię/iudiceť/uter eoꝝ sit beatior. SO. Pape/q̄ uehemēter o amice Glauco utrūq; uirum quasi statuā quādam in iudiciū manifestū inducis! GLA. Quā maxime possum. Cum ergo talis uterq; sit/nihil iam ut arbitror difficile narratu ē/qualis utrūq; uita expectet. Dicendum igiť. Quod si asperius aliqd dicať/ne existima me Socrates hęc dicere:sed eos qui prę iustitia iniustitiam laudant. Dicent enim q ita affectus iustus/ cedetur torquebitur & uincula patietur. Eruentur illi oculi. Atq; demum omnia mala perpessus suspendetur/ atq; cognoscet non esse sed uideri iustum concupiscendum esse. Eschyli autem carmen rectius intelligi poterat de iniusto. Dicēt profecto iniustum utpote ueritati consona sectantem/ neq; ad opinionem hominum uiuentem/appetere quidem non uideri/sed esse iniustum: profundum sane sulcum & frugiferum mentem habentem: exquo gloriosa germinēt consilia primū quidem magistratus capere in sua ciuitate/cū iustus appareat. Deinde quā uelit uxorē ducere/ & suas cui uelit locare:cum quibuslibet congredi communicareq;. Atq; ad hęc omnia utilitatē capere quęstū faciētē cū inferre iniuriā minime uereať in certaminibus/tum publicis obliuisci / tum priuatis supiorē euadere / plusq; emolumenti q̄ aduersarios

sarios inde excerpere. Atq; hinc effici diuitē. Vnde & pſit amicis/& inimicis obſit. Deos aūt donariis & sacrificiis magnifice colat & multo meli⁹ q̄ iustus cōciliare sibi possit quęlibet / uel hoīum/ uel deoꝝ exquo cōsentaneū esse uolunt ut Deo charior sit q̄ iustus. Hac rōne aiunt o Socrates: & apud deos & apud hoīes melius iniusto uitā iniustā eē q̄ iusto. Hęc cū dixisset Glauco/egoq; ad hęc respōdere aliq̄d cogitarē/frater eius Adimātus. Nōdū inq̄t o Socrates satis de hac re dictū. SO. Cur nā? ADI. Id utiq; dictū nō est/q̄d maxime dici oportuit. SO. Frater adesto uiro ut hēt ꝓuerbiū. Quare tu siq̄d hic reliquit adiuua. Q uāq̄ me quę dicta sunt ab isto cōuincere pſit: atq; afficere ut defendere iustitiā nequā. ADI. Nihil dicis. Audi & hæc ꝑterea. Decet enim & cōtrarias rōnes inducere eaꝝ quas hic attulit: q̄bus laudat̄ q̄dē iustitia. Iniustitia cōtra uituperat̄ ut manifestius fiat q̄d mihi Glauco uelle uidet̄: pręcipiēt sane patres filiis atq; oēs qui corā aliquoꝝ hūt. Oportere iustū eē nō ꝑpter seipsam iustitiā laudātes/sed pp eos q̄ inde sequūtur honores. Vt qui iustus habet̄ ex ea opinione magistratus & cōnubia & quęcūq; de eo qui iustus existimat̄ pauloante dicebat Glauco assequat̄. Enimuero glorię illi p̄miū quoddam in primis inducūt. Nam inferētes deoꝝ approbatiōēs/ summa referre possunt a diis beneficia sanctis uiris collata. Q d̄ generosus Hesiodus Homerusq; testant̄. Ille enim iustis deos facere ꝓhibet/ut quęrcus in ramis altioribus glandes ferāt/in mediis apes / & oues lana onerētur multaq; alia generis eiusdē bona. His similia dicit & alter. Quēadmodum enim inquit ꝓbo regi quiq; dei similis sit bonū cōferat nomē ferat terra nigra triticū atq; ordeum pomis grauētur arbores fœcundę pecudes facile pariant mare pisces subministret. Museus item atq; eius filius excellentiora etiam bona iustis ab ipsis diis tribui uoluerunt. Apud inferos .n. agētes ipsosq; in sanctoꝝ cōuiuiis collocantes/coronatos faciunt magna semp in uoluptate ebrios uiuere/existimantes pulcherrimū uirtutis pręmiū ęternam ebrietatē. Q ui autē longiora his p̄mia a diis dari uolunt/filios dicunt posterosq; iusti fidelisq; uiri genus suū per sęcula ꝓpagare. His & huiusmodi iustitiā laudant: prophanos uero atq; iniustos cœno quodam apud inferos obruūt & aquā cribro ferre cogunt. Viuētes etiam infamia notant. Ac demum quęcunq; supplicia eoꝝ narrabat Glauco qui iusti sunt & uidētur iniusti/eadē insup iniustorū enarrant/alia uero nō habēt. Laus igitur & uituperatio sic utrorūq; se habēt. Pręter hęc considera Socrates aliam quādam de iustitia iniustitiaq; orationis spēm & priuatim/& a pœtis inductā. Omnes .n. uno ore canunt/bonū q̄d tēperantiā & iustitiam eē/difficile autē & laboriosum. Intēperantia uero & iniustitiā / iocundum quidē & facile comparatu: opinione tantū legeq; turpe. Vtiliora quinetiā iustis iniusta/utplurimū uulgo dicunt. Et malos quidē diuites potētesq; facile honorant priuatimq; ac publice beatos appellant. Eos aūt contēnunt qui imbecilles & pauperes sunt / q̄uis cōcedant ipsos meliores cęteris esse. horum uero oīum maxime mirandi de diis & uirtute sermones circūferuntur/deos plurimis bonis hominibus infelicē uitā dedisse/malis aūt cōtra. Vates insup & arioli ad ianuas diuitū accedētes/ꝑsuadent uim hēe: a diis sacrificiis & carminib⁹ acceptā/purgādi p celebritates & oblectamēta quędā/siquod scelus ab his/aut eoꝝ maioribus patratū fuerit: & nocēdi paruo etiā sumptu/cuicūq; uelint inimicorū & iusto pariter & iniusto. Asserūt quippe tū blādimētis quibusdā / tum uinculis se deos inducere ut sibi in his oībus obsequant̄. Ad hęc oīa pœtarū afferūt testimonia: ꝑtim q̄d facile labamur ī uitiū.

Mortales uitium penitus labuntur in omne
Pręcipites/q̄m facilis uia ducit ad ipsum.
Hoc quia uel nobis iam tū nascētibus hęret
Virtutē ante ipsam dii proposuere laborē
Difficilesq; uias cunctis adeuntibus illam.

Partim q̄d deus ꝑcib⁹ nr̄is muneribusq; flectat̄/Homerū adducūt testē. Qui iq̄t. Exorabiles cōuertibilesq; & dei sunt: & hos q̄dē/sacrificiis/uotis/libatōibus & hoīes cū peccauerint ꝑcantes uertunt.

Sunt faciles superi/ꝑcibus flectant̄ & idem
Sacrorum nidore pio/placantur & ipsis
Nimirum uotis hominū/quę siquis in illos
Errarit/ueniam rogitans/concepit in aris.

Libros autē circūferunt Musei & Orphei Lunę & musarum filioꝝ/secūdum quos sacra celebrant/ꝑsuadentes non priuatis solum: uerum etiam ciuitatibus solutiones & purgationes scelerum per sacrificia cum ludoꝝ oblectamētis fieri/& uiuētibus & defunctis: quas quidē: Teletas .i. expiatōēs uocant: quę nos ab illis quę illic mala sunt/liberēt: sacrificiis aūt pręter missis grauia nos manent. Hęc omnia o Socrates talia ac tanta de uirtutis uitiiq; pręmiis quo ad deos & hoīes pertinet dicimus. Quid putamus acturos hęc audiētes animos eorū iuuenum/qui sollertes ingenio sunt: & ad oīa dicta cōmode celeriterq; cōuersi ex seipsis deliberate possunt/qualis aliq̄s existēs & quorsum tendens q̄ optime uitā agat. Consentaneū ē iuuenem talem Pindari illud animo uoluere. Vtrū iustitię conscendam alta mœnia/an obliquas doli uias ingrediar neq; ita fulciens uitam agā? Ea neq; dicta sunt mihi q̄dē si iustus sim non tamē appareā/nihil prodesse dicunt: labores autē & pœnas certas eē. Iniusto uero opinionē iustitię assecuto. Vita diuina adesse dicit̄. Nōne igitur postq̄ existimatio hęc iustitię/ut sapientes tradunt/ueritatem cogit ac uiolat/& ad beatitudinem ē pręcipua / ad eam omnino tendendū ē. Induere itaq; imaginē oportet iustitię & quandam pręse ferre uirtutis adumbrationem. A tergo uero illam sapientis Archibchi uulpē astutam ac uariam trahere. At dixerit forte

Prouer: Frater adsis.

Pindarus De iusto & iniusto.

quispiam haud facile esse ut malus quis semper lateat. Nos uero respondebimus nihil magnū esse facile. Verūtamen si beati esse uolumus/hac eundum est/qua rationū uestigia ducūt. Etenim ut nostra improbitas occulta pmaneat coniurationes societatesq; inibimus. Adsunt quinetiā psuasionis magistri qui sapientiā contionatoriā & iudicialem tradunt/ex quibus partim psuadebimus/ ptim cogemus/ ut dum nobis plura arrogamus/pœnas minime persoluamus. Sed deos qdem neq; latere/neq; cogere possibile est. Verū si non sunt uel humana non curant haud nobis curādum est ut eos lateamus. Sin aūt sunt & curant humana/nos nō aliunde id nouimus uel audimus q̄ ex multorū sermonibus & ex poetis geneologiam ipsorū scribentibus. Idem uero ipsi phibent posse deos precibus sacris & muneribus flecti. Quibus uel utrūq; credendū est:uel neutrū. Si ita credendū:& iniuste agēdum:atq; ex ipsa rapina diis sacrificādum. Iusti enim si simus illęsi a diis erimus/ sed quęstus qui per iniustitiā companť respuemus. Iniusti autē/diuitias parabimus/ sceleribusq; patratis/ illos precibus flectentes a pœna liberabimur. Sed enim apud inferos pœnas dabimus eorū quę hic iniuste cōmiserimus/uel nos uel nati natorū. At o amice dicere quadam ratiōe licebit:supremęq; pro peccatis cōmissis expiationes/ multū possunt/ exorabilesq; dii sunt:ut maxime ciuitates dicunt. Et deorū filii poetę prophetęq; deorū/ hæc ita se habere testātur. Ergo quę ratio ulterius nō inducet ut prę summa iniustitia iustitiā eligamus? Quādo quidem si iniustitiā sub adulterina specie honestatis occultauerimus & apud deos & apud homines omnia nobis ad uotum succendent/ & uiuētibus & defunctis/quēadmodum multorū excellentiūq; uirorū testatur oratio. Ex omnibus iam dictis o Socrates:quis crediderit eum hominē iustitiā seruaturū/ cui sit aliqua uis/ aut fortunę/ aut opum/aut corporis/aut generis. Ac non potius subrisurā/ si laudari eam audiuerit. Quinīmo siquis falsa ostēdat quę diximus:recteq; norit iustitiam optimū esse/ uehemēter ignoscet/ neq; irascetur iniustis/cū intelligat/nisi quis diuina quadam natura iniquitatē oderit/uel doctria abstinuerit ab iniustitia/nem inē sua sponte esse iustū/sed prę timiditate uel senectute uel alia quadā imbecillitate uitupare iniustitiam/cū eam exsequi nequeāt. Q đ qdē satis ex eo patet:qm̄ ut primū qs potestatē adeptus ē primus pro uiribus agi. iniuste/horūq; oīum alia nulla est causa/q̄ ea/unde hęc oīs oratio mihi & hinc o Socrates aduersum te pfecta est. Quoniā ex uobis o mirifice Socrates quicūq; laudes iustitię pfitemini a priscis illis Heroibus incipiētes/de quibus aliqua extat memoria usq; ad nostros homines nullus unq̄ aliter laudauit iustitiā uel iniustitiā uituperauit/q̄ ad gloriā muneraq; uel pœnas respiciēs/quę ad illis pficiscunť. Ipsum uero utrūq; suapte natura qd agat in habētis aīo / latens deos & hoīes/nullus unq̄ uel ī pœmatis uel alio sermone ad sufficientiā enarrauit:quod uidelicet iniustitia sit maximū malorū oīum quotcūq; substineat aīus/ iustitia uero maximū bonū. Si.n.sic ab oībus uobis fuisset a principio dictū/& nobis ab ipsa pueritia psuasum nō inuicē cohiberemur nequid in alium ageremus iniuste:sed unusquisq; suiipsius custos esset:timēs ne iniuste agens maximo malo adhęreret. Hęc o Socrates hactenus/forte uero & plura Thrasymacus/ aut aliqd alius de iustitia & iniustitia utriusq; transuertēs uim diceret & onerose admodū ut mihi uideť. Sed ego nihil abs te celari uolens cupiēsq; ex te audire cōtraria orationē ptraho. Ne ergo nobis solum ostēdito iustitiam iniustitia prestantiorē esse/sed qūo ipsa per se afficiēs utraq; aīum hęc qdē malū / illa bonū sit. Opiniones aūt aufetas ut ēt Glauco iusserat. Si enim nō abstuleris utrinq; ueras / falsas aūt apposueris/ nō iustum dicemus laudare te/sed id qđ iustum uideať. Neq; iniustum uitupare/ sed qđ uideať iniustum/ iuberēq; iniustum/ iniustitiā occultare/ assentiente Thrasymacho iustum qdem alienū bonum/ potētiori cōferens. Iniustum aūt ipsum cōferens/ atq; utile imbecilliori tamen inutile: postq̄ igiť assensus es iustitiā in his bonis annumerari quę & ppter illa quę sequūtur / & multomagis ipsa ppter se sunt expetēda/uidelicet/uidere/audire sapere/bn̄ ualere/& quęcūq; alia bona suapte natura fœcūda sunt & prętiosa nō opinione cōstant/hoc utiq; ipm lauda in ipsa iustitia/ qđ p seipsa habētem iuuat:cū iniustitia lędat. Opiones aūt & p̄mia aliis laudanda relinquę. Nā ego qdē alios sustinerē quotiēs ita iustitiā laudarent uel uituparent iniustitiā/ ut opiones & p̄mia laudare uel uitupare uiderenť. Te aūt minīe/nisi forte tu iusseris. Qm̄ oēm uitā nulla in re alia q̄ in speculatōe cōsumpsisti. Ne igitur nobis solum oratione ostende/p̄stātiorē iniustitia iustitiā esse : sed quonam mō utraq; ipsarū sui pticipē afficiens:siue lateat:siue non lateat: deos & hoīes. hęc qdem bonū sit:illa malum. Hęc ego cum audissem:q̄uis & alias semp Glauconis & Adimanti ingeniū amassem:tunc tñ uehementer admiratus sum. dixiq;:non male in uos o filii illius uiri principiū elegorū carminū amator Glauconis inscripsit:qui cū in Megarensi prelio fortiter pugnauissetis o filii ingt Aristonis inclyti uiri diuinū genus. Hoc benedici o amici uidetur:Diuine enim affecti estis / si nō estis persuasi/ iniustitiam iustitia meliorē esse cum adeo pro ipsa abunde loquamini. Videmini aūt mihi psuasi nō eē. Coniecturam capio ex uestris moribus:qm̄ secundum orationē ipsam uobis minime credidissem. Quo autē magis credo eo magis quo me uertā ambigo. Nam qūo adiuuē nescio. Videor qppe nō posse. Illud aūt signū est/qđ ea qb⁹ ego supra aduersus Thrasymachū sufficiēter ōndisse putabā iniustitia meliorē eē iustitiā nō admisistis. Neq; rursus qūo nūc succurrā iuenio. Veritus ne forte īpiū

sit:ut

sit:ut qui iustitiam coram uituperari intelligit:subter fugiat:neq; pro eius defensione uerba faciat: q̃diu spirare & loqui cōcedit. Præstat itaq; pro uiribus suffragari. Tunc Glauco & cæteri oēs rogarunt:ut omni ope auxiliarer:neq; disputationē relinquere:sed pscrutarer quid esset utrūq; : quæue reuera utriusq; utilitas. Dixi igit:ut mea erat opinio:quæstionē hāc quā aggredimur:nō esse contēnendā:sed hoīs acute cernētis opus ut mihi uidet. Ac postq̃ nos aliter nō ualeamus: pinde inuestigandā esse iustitiā ac siqs nō acute cernētibus litteras paruas pculq; positas legēdas mandasset:deinde aīaduertisset aliquis easdē litteras esse alibi in maiori quodam loco maiores/ atq; inde opæprætium censuisset/ut eas primo legēres ita demū minores si eædē sunt cōsiderarēt. Ita prsus Adimantus ait. Sed qd tu simile in hac de iustitia inquisitōe uides o Socrates? SO. Ego tibi dicā. Dicim⁹ ne iustitiā hoīs unius esse? Dicimus totius ciuitatis? ADI. Plane. SO. Atq; ciuitas nōne maior uno uiro? ADI. Maior. SO. Fortasse igit iustitia amplior in maiori inest. Faciliorq; est cognitu. Quare si uultis/prius quæremus in ciuitatibus/qd nam sit. Idq; deinde in singulis cōsiderabim⁹:maioris ipsius similitudinē in minoris idea contēplantes. ADI. Scite loqui uideris. SO. Si ciuitatē oratōe cōstitutā inspiceremus. Iustitiā quoq; eius & iniustitiā uiderem⁹. ADI. forte. SO. Quo facto spes erit facilius cognoscēdi quod quærimus. ADI. Maxime. SO. Opus est igit istud efficere. Nā non parua res ut arbitror. Cōsiderate itaq;. ADI. Ecce cōsideramus. Sed tu ne aliter facito. SO. Fit utiq; ciuitas ut existimo/qñ qdem nullus nostrū ex seipso sufficiens est/sed multorū indiget. An uero tu putas aliud extitisse ciuitatibus cōstituendis initiū? ADI. Nullum aliud. SO. Sic itaq; se inuicē accipiunt hoīes/aliūq; ad alium usum asciscunt/cū multis indigeāt: & multos in habitationē unam cōgregāt cōmunicatores adiutoresq;. Quē cetū ciuitatē nos appellamus nōne? ADI. Oīno. SO. Impertiunt ergo uicissim/ sua & aliena uicissim accipiūt:cōducere sibi uicissitudinē hanc existimātes. ADI. Ita prorsus. SO. Age iam cōstituamus oratiōe nostra a principio ciuitatē. Faciet aūt ipsam/ut uidetur/ indigētia nostra. ADI. Quid ni? SO. Prima uero & maxima oīum indigētia / est pparatio uictus/ut & simus & uiuamus. ADI. Certe. SO. Habitationis secūda. Tertia uestitus & hmōi. ADI. Est ut dicis. SO. Age igit. Sed quo nam mō ciuitas ad hanc præparationē sufficiet? An nō unus erit agricola. Edificator alius. Alius textor. Nunqd & coriariū ibidem annumerabimus/uel aliquē aliū rerū ad corporis usum ptinētium curatorē. ADI. Maxime. SO. Erit itaq; ipsa ciuitas saltē ex quattuor/ aut quinq; uiris. ADI. Apparet. SO. Quid igit. Vnūquēq; istorū oportet suū opus aliis cōmunicare? Videlicet agricolam unū uictū quattuor præparare:& in quadruplo tēpus & laborē in agricultura cōsumere/atq; aliis cōmunicare? an potius aliorū cura neglecta quartā sibi soli partē cōparare: præparationē uidelicet alimētorū/in quarta tpis pte? Reliquarū aūt partiū tpis unam in cōstruenda domo:aliā in uestitu:aliam in calceis cōficiendis conterere/ neq; curiose aliis rem suā cōmunicare: sed ipsum sibi sine alterius auxilio puidere. ADI. Forte hoc mō o Socrates facilius esset q̃ illo. SO. Minime p Iouem:absurdū enim. Nā te loquēte cōsidero. Nasci nos qdē nō admodum similes/sed differētes inuicē singulosq; ad singula opa promptos natura pduci. An nō tibi uidetur? ADI. Mihi uero. SO. Quid aūt? ageret ne melius aliqs unus oēs simul artes/ uel singuli singulas? ADI. Singuli singulas. SO. Atqui & hoc manifestum esse existimo:quod si nobis in alio quodam negocio occupatis/oportunitas alicuius operis præterit eiusdem perit & actio. ADI. Patet. SO. Non enim qd faciendum est/facientis ocium expectare uult. Sed necessitas cogit facientem / opus ipsum obseruata semper occasione prosequi. ADI. Necesse est. SO. Ex his patet singula fieri & plura & melius & facilius/ quādo singuli singula secūdum naturā occasione seruata ab aliis cessantes efficiūt. ADI. Sic est omnino. SO. Pluribus igitur o Adimante opus est ciuibus q̃ quattuor/ad ea quæ diximus cōparanda. Non enim agricola ut uidetur/sibi aratrum conficiet si cōmodum operi futurū est: neq; ligones & rastros/neq; alia instrumēta/quibus agricultura īdiget. Neq; rursus edificator. Multis. n. & huic opus est. Idemq; de textore & coriario dicendum erit. ADI. Idem. SO. Fabri igitur lignarii & ferrarii/aliiq; huiusmodi plures artifices/ nostri in eo oppido conciues facti frequentius ipm efficiēt. ADI. Vera loqueris. SO. Sed nōdum satis amplū hoc esset/ nisi ipsis bubulcos & opiliones & pastores alios adderemus:ut & agricolæ ad arandū boues haberēt / & architecti iumētis ad cōuectandā materiē uterent. textores autē & coriarii pellibus ac lanis. ADI. Haud sane parua esset ciuitas/quæ oīa hæc haberet. SO. Atq cōstituere ciuitatē in eo loco in quo aduectionib⁹ nō indigeat/fere īpossibile est. ADI. impossibile certe. SO. indigebit igit & aliis: qui ex alia urbe importēt / qbus hæc indigeat. ADI. indigebit. Vanus aūt esset minister nihil adducens earū rerū / qbus īdigent hi a qbus affert ea/quorū sua ciuitas indiget. Vacuus. n. rediret. Nonne? ADI. Videt. SO. Oportet igit nō solum ea cōfici/quæ illi ciuitati sufficiāt/sed qualia & quot iis/qbus illa indiget. ADI. Oportet sane. SO. Pluribus igit agricolis & aliis artificibus nobis opus ē in ciuitate. ADI. Plurib⁹ certe. SO. Et aliis insuper ministris qui & importent & exportēt singula. Isti autem mercatores sunt. An non? ADI. Sunt. SO. Mercatoribus igitur indigebimus? ADI. Certe. SO. Et siquidem maritima mercatura erit / multis etiam opus erit / qui maritimæ mercaturæ periti sint. ADI. Multis plane. SO.

Translatio disputatiōis de paruo ad magnum in quo res est euidentior.

Quæ fuit ciuitas.

Quid aũt in ipsa ciuitate quõ inter se i mpertinent ea quę singuli operantur? Cuius impartiõis gratia/ cõmunicationẽ induximus/ciuitatẽq; cõstruximus. ADI. Patet quod emẽdo & uendendo. SO. Forũ itaq; nobis & nũmus in cõmertiis ex hoc pmutationis gratia instituet. ADI. Oĩno. SO. Num igitur ferens in forũ agricola aliqd ex his quę facit/uel aliquis alius artifex/ si non eodẽ in tẽpore ueniat quo & illi quibus cũ est hæc pmutaturus/cessabit ab opere / in foro consistẽs? ADI. Nullo mõ. Sed sunt qui cũ hoc aĩaduertant seipsos ad hoc ministeriũ prępparẽt. In ciuitatibus enim recte institutis id agunt hoĩes qdam imbecilles corpe & ad aliud opus inutiles. Qui illic cõstituti circa forũ partim qdẽ argẽto cõmutãt cũ his qui aliqd uẽdituri sunt ptim res dant pro argẽto his q empturi. SO. Hęc ergo necessitas nobis cauponũ gñs in urbe pcreat. An nõ caupones eos uocam⁹ qui se in foro ad uẽditionẽ emptionẽq; cõstituũt: Qui uero ad alienas urbes migrãt mercatores? ADI. Procul dubio. SO. Sunt & alii pterea ut arbitror/ministri q cũ huic societati parũ animi uiribus cõferre possint/robur corpis sufficiẽs ad labores habent. isti ergo roboris usum uendẽtes / qa ipsum pmiũ mercedẽ appellant/mercẽnarii nuncupant. Nõne ita? ADI. ita prsus. SO. Repletio itaq; ciuitatis & mercẽnarii sunt. ADI. Videt. SO. Nunqd o Adimãte ita iam a nobis adaucta ẽ ciuitas/ut sit pfecta? ADI. Forte. SO. Vbi nã in ipsa/iustitia erit & iniustitia: & cui simul ĩnata atq; insita ex his rebus quas tractauimus? ADI. Eqdẽ o Socrates nescio/nisi forte cõsistat in mutuo quodã usu eorũ q diximus. SO. Forsitan bene dicis. Cõsiderãdum tñ/neq; desistẽdum. Et primũ qdẽ intueamur qua rõne uictu utent: q ita ĩstituti sũt ciues. An nõ cibos parabũt & uinũ: & uestes & calciamẽta & domos. Estate qđ utplurimũ sine ueste/& sine calceis erũt. Hieme aũt uestib⁹/& calceis sufficiẽter hornati. Nutrient aũt ex ordeo & frumẽto farinã cõficiẽtes/& ptim qdẽ pinsendo/ ptim cõgerẽdo placẽtas panesq; sup calamis aut puris frondib⁹ iponẽtes/in lectisq; ex herbis factis/milace atq; myrto discũbentẽ cõmessabunt ipsi & eorũ filii uini pocula sumẽtes coronati & deos laudãtes iocunde simul uiuent/nec ultra cẽsum filios generabũt/cauẽtes & pauptatẽ & bellũ. GLA. Sine obsonio ut uidet/ cõuiuas fecisti. SO. Verũ dicis: Oblit⁹. n. hoc erã qđ qdẽ habituri essent obsoniũ sal uidelicet & oleas & caseũ & porrũ/ pterea olera quasi agrorũ pulmẽta suscipiẽt. Et bellaria ipsis addemus/ficũ/cicerũ & fabarũ/& baccas myrti/& faginas/glandes/prunis torrebũt/modeste bibentes. Sicq; qete & salubriter uiuentes ad senectutẽ usq; aliã eiusmodi uitã posteris suis relinquẽt. GLA. Si suibus o Socrates ciuitatẽ instituisses/q̃ nam alia ipsis cibaria pparasses? SO. Quid ergo agendũ o Glauco? GLA. Quod multi solent sup thoris discũbendũ nisi misere uelimus uiuere: epulisq; ex mensa uescẽdum obsoniisq; & bellariis/qbus his tpibus utunt. SO. Age Glauco. intelligo. n. nos in psentia considerare/non quõ ciuitas cõmode fiat/sed quõ delitiosa. Ciuitas forte igitur nõ male se habebit. Hanc enim intuẽtes forsitan deprehendemus/ubi nã iustitia & iniustitia ciuitatibus ĩnascant. Vera utiq; mihi ciuitas esse uidet/quã diximus/ tanq̃ sana/uerũ si uultis/ciuitatem quoq; turgidam considere/mus Nihil enim prohibet. Nec profecto ut uidetur quibusdam nequaq̃ sufficiẽt/ atq; hic uictus nõ placebit/sed & thori addentur & mensę/ & alii apparatus & uasa & obsonia unguentaq; / & uaporationes: scorta/aromata condimenta oblectamẽtaq;: & hæc omnia profuse. Neq; solum ea quæ supra rettulimus necessaria/ ponẽda sunt / domus uestes/& calcei: sed addẽda rursus pictura & uarietatis artificia aurum & ebur cęteraq; eius omne generis omnia nõne. GLA. Omnino. SO. Nonne igitur maiorẽ ciuitatem oportet constitui. illa enim sana nõ amplius sufficiẽs ẽ. Sed mole quadam & multitudine replenda est eorũ/ qui non amplius necessitatis causa in ciuitatibus sunt/quales sunt uenatores omnes & mimi / imitatoresq; partim circa figuras atq; colores partim circa musicam poetæ scilicet eorũq; ministri rhapsodi recitatoresq; carminum/actores cantores/ saltatores/ operarii & apparatuũ instrumentorũq; uariorũ artifices tum aliarũ rerum/tũ earum quę ad muliebrem hornatum pertinent. Quinetiam ministris pluribus indigebimus? An nõ opus eẽ tibi uidetur/pædagogis/nutricibus/educatoribus/tonsoribus/cæterisq; hornãdi ministris? his præterea qui obsonia & culinam parent/præterea & subulcis egebimus hæc. n. nobis in priori ciuitate non erant. Nõ enim erat opus. In hac autem & hac & aliis escis cõpluribus ex aĩalium carnibus idigebimus corpibus/an non? GLA. Quid ni? SO. An non & medicis indigebimus multo magis ita uiuentes / q̃ aut antea dicebamus? GLA. Valde qdẽ. SO. atq & regio quæ tũc eos hoĩes sufficienter alebat / parua erit. An quõ dicimus. GLA. Est ut dicis. SO. Nõne igitur de finitimorũ regione nobis aliqd usurpabimus/ut satis agri habeamus/ad pascẽdũ atq; arandũ & finitimi quoq; de nostra? Si & illi ad cumulũ diuitiarum se cõferẽt infinitũ: necessitatis terminos excedẽtes. GLA. Lõge necesse erit o Socrates. SO. pugnabimus ergo? uel qd agemus? GLA. pugnabimus. SO. atq; nõdum dicimus qd mali aut boni bellũ afferat: sed hoc solũ/quod ordinẽ bellorũ inuenimus: ex qbus cũ eueniunt & publice & priuatim magne urbẽ calamitates inuadunt. GLA. Sic prorsus accidit. SO. Igitur & maiore ciuitate opus est ad exercitũ maximũ cõparãdũ: q ob ea q̃ dicta sunt/incurrentibus hostibus obuius sit. GLA. Nõne isti sufficiunt quos narrauimus? SO. Non si tu atq; nos oẽs recte superiora cõcessimus. Cum urbẽ cõstituẽtes in hoc cõuenimus/impossibile esse unũ plures artes bene exercere

GLA.

GLA. Vera loqueris. SO. Certamẽ bellicũ/ nõ artificiosa facultas est? GLA. Est & maxime qdem. SO. Nunqd igit̃ de coriaria magis q̃ de bellica est curandũ? GLA. Minime. SO. Prohibuimus aũt ne coriarius opera simul aggrederet̃ agricolę uel textoris/ uel architecti/ & in sua dũtaxat arte uersari p̃cepimus ut opus ipsius q̃ optime nobis conficeret: singulisq; aliis singula pro cuiusq; ingenio tribuimus ut quisq; id unũ ad quod natura ducit/ aggrediatur: ociumq; a cęteris agens & tẽporis oportunitate seruata optime illud efficiat. An uero parũ quid interest/ utrũ bellica recta pagantur necne? An forte usq; adeo facile hoc studium ut possit quis bellicosus simul uir esse & agricola uel coriarius/ uel aliquis alius artifex. Lusor aũt taloȝ uel alearum/ nullus qdem idoneus esset/ ni a pueritia studiũ illi arti adhibuisset: sedulusq; incubuisset. Et scutũ quidem accipiens uel alia quędã militaria arma & instrumẽta uno die idoneus miles erit in quouis certandi genere. alioȝ autẽ instrumentoȝ nullum/ aliquẽ artificẽ faciet uel athletã: neq; utile erit illi/ qui in eo studio peritus non fuerit & sufficiẽter exercitatus. GLA. prętiosa admodũ instrumẽta essent. SO. Nõne quãto maius custodie opus est/ tanto maiori ocio indigebit: arteq; & exercitatione maiori? GLA. Ita existimo. SO. Nõne & natura ad studiũ ipsum idonea? GLA. Quid ni? SO. Nostrum igitur erit officium ut uidetur/ quoad fieri possit deligere/ quę & quales naturę sint ad urbẽ custodiendam idonę. GLA. Nostrum plane. SO. Per Iouẽ non humile negociũ sumpsimus: non tamẽ est formidandũ/ quaten⁹ uires suppetunt. GLA. Non certe. SO. Existimas ne differre naturã generosi canis & generosi adolescentis ad custodiã agendam? GLA. Quorsum hæc? SO. Vtrũq; ipsoȝ sagacẽ oportet esse ad sentiendum & ucelocẽ deinde ad insequẽdum/ ac demũ robustum/ cũ assecutus fuerit ad pugnandum capiendũq;. GLA. Opus certe est oĩbus istis. SO. Atqui audax & fortis sit oportet/ siquidem bene pugnaturus sit. GLA. Quid ni? SO. An uero fortis erit & audax qui iracũdus nõ sit/ siue equus/ siue canis/ seu quoduis aliud animal? An nõ aĩaduertisti inexpugnabilẽ inuictãq; esse iram? Qua præsente anima oĩs intrepida ad oĩa est & inuicta? GLA. Aĩaduerti. SO. Manifestũ est equalẽ corpore custodẽ eẽ oportet. GLA. Manifestum. SO. Quinetiã qualem & aĩa/ scilicet iracundũ. GLA. Et hoc. SO. Quomodo ergo o Glauco asperi non erunt aduersus se inuicẽ ciuesq; alios/ cũ tali natura prędit sint? GLA. Haud facile istud p Iouẽ. SO. Verũtamẽ oportet erga suos mãsuetos/ aduersus aũt hostes/ ĩmites esse: alioquin haud expectabunt donec ipsos alii pdant/ sed ipsi seipsos pdent. GLA. Sic accidet. SO. Quid igitur faciemus? Vbi nam mansuetũ simul & iracundũ ingeniũ reperiem⁹? Contraria nãq; iracundę natura mitis apparet. Verũ qui utro horũ carebit/ custos bonus nõ erit. Hæc aũt in unũ cõgredi nõ posse uidẽtur. Atq; ita sequit̃ ut bonus custos inueniri nõ possit. GLA. Videt̃ ut dicis. SO. Tunc sane dubitãs/ mecũq; ipse aio supiora reuoluẽs/ merito inquã dubitamus amice. Nam ab ea quã supra induximus cõparatione digressi sumus. GLA. Quo pacto id ais? SO. An non inuenimus tales quasdã esse naturas quales minime putaueramus/ habẽtes hęc simul in se cõtraria. GLA. Vbi nam? SO. Hoc utiq; & in aliis aĩalibus uidere licet: & non minime in eo custode cum quo nostrũ custodẽ cõparabimus. Nosti enim generosi canis hunc a natura morẽ eẽ/ ut aduersus familiares & notos mitissim⁹ sit: cõtra uero aduersus ignotos. GLA. Noui certe. SO. Ergo neq; impossibile est/ neq; p̃ter naturã quod quęrimus talẽ uidelicet eẽ custodẽ. GLA. Sic apparet. SO. An uidet̃ p̃terea tibi opus eẽ/ ut qui futurus sit custos/ ad ferocitatẽ illam addat ut natura philosophus sit? GLA. Quomodo istud ais? Nõ enim intelligo. SO. Atqui & hoc in canibus intueri licet: qđ qdem in bestia dignũ admiratiõe sit. GLA. Quale istud? SO. Quẽ enim ignotũ uiderit/ grauiter fert/ & si nihil mali ab eo sit perpessus. Noto autẽ blandit̃/ q̃uis nihil boni ab eo susceperit. An nõdum hoc admiratus es? GLA. Haud ualde hucusq; aĩaduerti. Quod aũt hoc facit/ manifestum est. SO. At enim uidetur hic naturę ipsius affectus ingenuus/ ac uere philosophus. GLA. Qua ratione? SO. Quoniã aspectum nulla re alia amicũ & inimicũ discernit: q̃ quod hunc qdẽ nouit. Illum aũt ignorat. Nõne igitur merito dicẽdum erit discendi cupidum atq; studiosum qđ cognitione & ignorantia discernit domesticũ ab extraneo? GLA. Erit qdem? SO. Porro discẽdi studiosus & philosophus idem. GLA. Idem. SO. Cur igit̃ audacter nõ ponamus: & in hoĩe siquidem aduersus familiares & notos mitis futurus est/ philosophum ipsum esse & discẽdi cupidũ oportere. GLA. Ponamus. SO. Philosophus igit̃ & iracundus & uelox & robustus natura erit/ qui ciuitatis custos optimus est futurus. GLA. Sic est oĩno. SO. Talis itaq; custos sit. At quo pacto nutrientur a uobis erudienturq; custodes? Atq; hęc cõsideratio nunqd uobis cõferet ad id cuius gratia cõsideramus oĩa comperiẽdum: quomodo scilicet in ciuitate iustitia insit & iniustitia. Id certe cogitãdum est: ne forte uel necessaria dimittamus/ uel supuacua prosequamur. ADI. Reor equidem disceptationẽ hãc summopere ad id qđ nobis ꝓpositum est cõducere. SO. Ita & ipse per Iouem o amice Adimante existimo. Non igit̃ desistẽdũ. Neq; etiã si hęc longiora essent. ADI. Non certe. SO. Age itaq; quẽadmodum in fabulis ocium agentes confabulantesq;/ oratione hos hoĩes instruamus. ADI. Nempe sic decet. SO. Quę igitur erit disciplina? Num difficile erit inuenire meliorem illa quæ hactenus longo tempore est inuenta? est autem hæc/ ad corpus quidẽ ptinẽs gymnastica/ ad animũ musica.

Qui iracundus fortis & audax.

Canis natura cõtrariorum particeps.

Qualis debeat eẽ custos:

ADI.Est plane.SO.An nõ a musica erudictio hæc priusq̃ a gymnastica incipere debet?ADI.Cer-te.SO.Cum musicã dicis/sermones etiã ponis nec ne?ADI.Pono.SO.Orationis aũt species duę.
uera & falsa.ADI.Ita est.SO.Erudiẽdus utiq; in utraq; custos futurus/priusq; in falsa.ADI.Haud
intelligo quid dicas.SO.Nescis quod pueris fabulas prius narramus.hęc autẽ/ut simpliciter dicã
falsa sunt:licet quędam etiam ueridica iudicẽtur/prius aũt fabulis ad pueros q̃ gymnasiis utimur.
ADI.Est ut dicis.SO.Hoc ergo uolebam/cum dicerẽ attingẽdam eẽ prius musicã q̃ gymnasticã.
ADI.Probe.SO.An nescis oĩs operis maximũ quid principiũ esse? ꝑsertim iuueni & tenero cuiq;
Maxime enim tunc formatᷣ induiturq; figura:quã quis unicuiq; imprimere uelit.ADI.Oĩno qdẽ.
SO.An adeo facile ꝑmittemus quaslibet fabulas a quibuscunq; formatas audire pueros/animisq;
imbibere opiniones utplurimũ cõtrarias illis/quas cum adoleuerint habere illos debere existima-mus.ADI.Nullo modo ꝑmittemus.SO.Primũ igitur/ut uidetur fabulaꝝ fictoribus pręsidendũ:
& siquã bonã fabulam fecerint/eligẽdem.reliquas aũt abiiciẽdum.Quas deniq; elegerimus ꝑ nu-trices & matres pueri narrandas curabimus:ut ipsoꝝ animi fabulis multo magis informentur q̃
corpora manibus.Ex his uero quas nunc recensent/multę erunt abiiciendę.ADI.Quales?SO.In
maioribus plane minores uidebimus.Oportet enim eandẽ figurã esse/eandẽq; potentia & maioꝝ
pariter & minoꝝ.An nõ censes.ADI.Censeo eqdẽ.Verũ quas maiores appelles nequaq̃ itelligo.
Quas Hesiodus & Homerus reliquiq; poetę scripserũt.hi nãq; hominibus falsas fabulas effinxere/
quę quottidie circũferuntᷣ.ADI.Quas fabulas dicis?quidue in ipsis dãnas?SO.Quod & primo &
maxime dãnari oportet.pręsertim cũ aliquis nõ bene mentitᷣ.ADI.Quid istud?SO.Q ñ qs uerbis
male figit quales dii & hęroes sit instar pictoris nulla ex ꝑte similia figurãtis ad ea quę imitari cona-tur.ADI.Atqui talia merito uituperantᷣ.Verũ qũo dicimus/& quę apud eos talia reperimus?SO.
Primũ qdem & maximũ & de maximis rebus mẽdaciũ quod ꝓbe mentitus est Hęsiodus/qñ gesta
illa a Cęlio fingit:addit quẽadmodũ Saturnus eũ puniuit:quęue egit Saturnus recenset/& q̃ a filio
perpessus est.Quę quidẽ & si uera essent/non tñ putarẽ tam apte ad hoĩes mẽtis inopes adolescen-tesq; ꝓferẽda:sed tacẽda potius.Sin aũt necessitas esset loquendi/in archanis audienda paucis non
porcũ sacrificãtibꝰ/sed ꝓciosam quãdam rarãq; uictimã:ut quã paucissimos audire cõtingat.ADI.
Profecto duri sunt hi sermones.SO.Neq; dicẽdi o Adimãte in ciuitate nostra.Neq; dicẽdũ iuue-ni audiẽti qđ q̃ iniqssima facinora ꝑpetrat/nihil mirũ cõmittat/aut qui peccãtẽ patrẽ supplicio affi-cit/nõ multũ ꝓuaricetᷣ.Immo faciat/quod primi maximiq; deoꝝ efficiũt.ADI.Non per Iouẽ.Nã
neq; mihi qdẽ digna hęc uidentᷣ/quæ dicantᷣ.SO.Neq; oĩo qđ cum diis dii bellum gerãt/insidientᷣ
& pugnent.Neq; enĩ uera Siquidẽ oportet futuros apud nos ciuitatis custodes turpe putare inter
se inuicẽ dissidere.Quare nec ullo pacto narrãdum illis gigantũ bellum.pręliaue ꝑmulta deoꝝ &
heroum cognatis suis ꝓximisq; indicta.Sed siquo pacto ꝑsuasuri sumus nullus unq̃ ciuem ciui ad-uersatũ esse/neq; esse hoc sanctũ.Talia quędã potius & pueris statim & adolesceutibus a senioribus
aniculisq; narranda sunt:cogẽdiq; poetę ut ad hæc fabulas suas dirigãt.Vincula autẽ Iunoni a filio
indita/ꝓiectionẽq; Vulcani a patre/cũ ille matri uerberatę subuenire uellet/aut deorum pugnas/
quotcũq; Homerus scripsit minime in ciuitate recipe debemus/siue ꝑ allegoriã dicta hæc sint/siue
sine allegoria:nõ enim adolescẽs hęc dignóscere põt.Sed quę in ea ętate opinionibus accipiuntur
altius inhęrere/difficilimeq; eradicari cõsueuerũt.Quoꝝ forte gratia danda oĩno est opera ut hę
fabellę quas primas audient/optimę institutę ad uirtutem sint.ADI.Nõ est ꝓcul a rõne qđ dicis.
Verũ siqs interroget hæc quę sint/& cuiusmodi fabulę/qd nam dicemus?SO.Adimãte/poetę qdẽ
nos in pñtia/neq; ego/neq; tu sumus:sed ciuitatis institutores.hos aũt nosse oportet figuras/in qbꝰ
fingere poetę fabulas debeãt:quas si excesserint/fabulę hmõi admittẽde nõ sunt.Neq; tantũ ad ci-uitatis institutores ꝑtinet fabulas fingere.ADI.Recte loqueris.Sed hoc mihi declara/quales istę
circa theologiã figurę?SO.Tales quędã.Qualis ipsę Deus est/talis semꝑ ẽ describẽdus:siue carmi-nibus describatᷣ/siue cantibus/siue etiã tragœdia.ADI.Ita decet.SO.Nõne bonus & ipsę Deꝰ est/
& ita dicẽdum?ADI.Proculdubio.SO.Atqui nullũ bonũ/noxiũ est.ADI.Nullũ ut arbitror.SO.
Quod inoxiũ est/nunqd nocet?ADI.Nequaq̃.SO.Quod nõ nocet/nunqd malũ facit?ADI.Neq;
istud qdẽ.SO.Quod aũt nihil mali facit nullius mali est cã.ADI.Nullius.SO.Itẽ nõne cõducibi-le bonũ est?ADI.Prorsus.SO.Ergo bñ feliciterq; agẽdi cã est.ADI.Est.SO.Nõ igitᷣ omniũ causa
bonũ est:sed eoꝝ quę bñ se habẽt causa.eoꝝ uero quę male/nequaq̃.ADI.Sic est oĩo.SO.Nõ igitᷣ
Deus/cũ bonus sit omniũ cã est/ut multi dicũt/sed paucoꝝ quidẽ hoĩbus in cã est:multoꝝ uero ex-tra cãm.Multo enĩ pauciora nobis sunt bona q̃ mala.Et bonoꝝ qdẽ solus Deus cã est/dicẽdus.Ma-loꝝ aũt quãlibet aliã pręter Deũ cãm quęrere decet.ADI.Verissima loqui mihi uideris.SO.Neq;
Homeri igitur/neq; alterius poetę accipiendum est peccatũ/stulte de diis dicentis.in Iouis limine
duo iacere dolia plena sortibus.Bonis unũ.Malis alterũ.Cũq; ex his Iuppiter inuicem cõmistis im-pertit alicui/alias huic bene/alias male esse.Cui uero ex altero datur hunc uesana fames sup terras:
exagitat.Neq; uero admittẽdum est Iouem nobis penuariũ esse bonoꝝ atq; maloꝝ.Confusionem

Oĩs opis principium maximum.

Pessimũ mendatiũ est narrare de diis q̃ nõ cõueniãt.

Deũ cãm esse boni nõ mali

uero

uero iuramentorum indutiarumq; a Pandaro factã/siquis per Iouem & Mineruam factã fuisse/dixerit/nequaquã laudabimus. Neq; deorũ cõtrouersiam dissensionẽq;/& iudiciũ per Themim atq; Iouem. Neq; quod dicit Æschylus/adolescentes audiant: deũ mortalibus causam prebere quãdo uult funditus domum subuertere. Verũ siquis iambica inducat in quibus passiões Niobes referãtur/uel Pelopidarũ/uel Troianorum/aut aliquid huiusmodi/uel sinendum nõ est/eum dicere hæc dei esse opera/uel si dei sunt/educenda est in his ea quam nũc quærimus/ratio/dicendũq; deum quidem bona iustaq; egisse: atq; eos puniendo iuuisse. Quod uero miseri sint qui pœnas pendent: sitq; deus qui sic affligi poetã dicere nõ est permittẽdũ. Sed si diceret malos homines/utpote miseros pœnis egere easq; soluẽtes/a deo iuuari/permittendũ. Malorum aũt alicui causam esse ipsum deũ cum bonus sit/refellẽdum est oĩno/neq; permittendũ hoc quẽq̃ dicere in sua ciuitate/si bonis institui legib⁹ ciuitas debet: neq; ĩsup quẽquã audire/siue sit ille iunior/siue senior/siue carminib⁹ hæc ĩserantur/siue soluta oratione narrenť: tanq̃ quæ neq; dictu sancta sint/neq; nobis utilia: neq; ĩter se cõsona. ADI. Cõsuffragator tibi sum hac in lege ferenda: mihi nẽpe hæc placent. SO. Hæc utiq; una sit lex atq; figura ex his q̃ circa deos ferẽdæ sunt: in qua cogať unusquisq;/& dicere/& inducere deũ non omnium causam sed bonorũ. ADI. Sufficit. SO. Quid aũt hæc secunda? Num existimas præstigiatorem esse deum: & tanq̃ ex insidiis alias alia sub specie apparere? & alias quidẽ in multas formas speciẽ suam mutãtem aliumq; effectum/alias autẽ nos decipientem uanasq; de se nobis imagines offerentẽ? uel simplicẽ potius: minimeq; oĩum sua ex specie discendentẽ? ADI. Nescio quid in præsentia de his dicam. SO. Quid aũt hoc? Nõne necesse est siquid/a/specie sua discedat/uel ipsum a se mutari/uel ab alio? ADI. Necesse. SO. haud quaq̃ ab alio q̃ optime se habent/mutanť atq; uertuntur: quẽadmodũ corpus/a/cibis/& poculis/& laboribus/& plãtaria oĩa ab ęstu tempestatibusq; uentorũ/& huiusmodi passionibus. Vbi quod integerrimũ est/& robustissimũ minime permutať. ADI. Ita certe. SO. Nonne animũ quoq; fortissimũ/& sapientissimũ externa perturbatio minime permutaret? ADI. Sane. SO. Quinetiã cõposita oĩa/uasa/ędificia/uestimenta/eadẽ ratiõe bene cõstructa: ac bene se habentia/minime/uel tempore/uel passiõibus aliis immutanť. ADI. Est ut dicis. SO. Quicquid igiť bene se habet/uel natura/uel arte/uel utrisq;/minimum pmutationẽ ab alio suscipit. ADI. uideť. SO. At uero deus ipse/& quæ dei sunt/omni ex parte q̃ optime sese habent. ADI. Quidni? SO. Hac igitur rõne minime formas plures deus susciperet. ADI. Minime. SO. Nunqd aũt seipse uerteret mutaretq; deus? ADI. Manifestũ hoc est/siqdem mutareť. SO. Vtrum igiť ĩ melius/& pulchrius/uel in peius ac turpius? ADI. Necesse est/ut in peius/si modo mutatur. Nõ enim ĩdignũ pulchritudinis/& uirtutis esse deum dicimus. SO. Recte nimiũ loqueris. Verũ cum hęc ita se habeant credis ne tu sua sponte aliquẽ/siue deũ/siue hominẽ: deteriorẽ se facere? ADI. Impossibile certe istud. SO. impossibile igitur deum mutare se uelle. Sed ut uideť/pulcherrimus optimusq; cum sit deorũ quisq;: quod fieri põt: oẽs sua in forma sempiterna: & simplici perseuerãt. ADI. Necessarium esse oĩno hoc arbitror. SO. Nullus igitur poetarum nobis o uir optime dicat/deos hospitibus similes uariis in formis urbes adire. Neq; aliquis de Protheo/& Thetide similia mentiať. Neq; in tragędiis/aut aliis poematis inducat. Iunonẽ in sacerdotis speciẽ permutatam Inaci Argiui. Fluminis filiis uita donatis munera colligentem. Cæteraq; talia nemo audeat fingere. Neq; matres uanis his fabulis pueros teneãt deos quosdam nocte uagari peregrinis quibusdã uariis sub formis persimiles. Ne simul: & in deos maledicãt: & ipsos pueros timidiores reddãt? ADI. Nullo mõ. SO. At uero nunqd dii ipsi ĩmutabiles sunt sed qbusdã præstigiis nos decipientes uarias ĩ formas mutari uidentur? ADI. Forsitan ita. SO. Quid uero? Mentiri ne deus uult/aut uerbis: aut re falsam obiectans Imaginẽ? ADI. Nescio istud. SO. An nescis quod ipsum reuera mẽdacium/si modo dici id potest: omnes homines diiq; oderũt? ADI. Qui istud ais? SO. Sic inq̃. Nullus enĩ sponte uult ipso quodã sui pręcipuo præstantissimoq;: & circa res præcipuas pstantissimasq; mentiri. Sed summopere illud ibi mendaciũ timet. ADI. Neq; nunc etiam intelligo. SO. Putas me magnum aliqd dicere. Ego autem dico quod ipsa anima circa res ipsas mentiri: & mentitum esse: & inscitia falli atq; in ea habere accepisseq; mendaciũ: nullus unq̃ eligeret. Mendaciũ quippe habere in animo summopere omnes oderunt. ADI. Sũmopere. SO. Atqui recte quod modo dicebam: hoc reuera mẽdacium uocaretur in animo mẽtiẽtes inscitia. Quoniam quod est iu sermone mẽdacium: imitatio quædam est passionis eius q̃ est in aĩo: & posterius procedens simulachrũ: haud oĩno purum mendacium. Nõne ita. ADI. Ita prorsus. SO. ipsum itaq; reuera mẽdacium nõ solum diis: sed hominibus etiã est odiosum. ADI. Mihi quidem uidetur. Quid autem ipsum in uerbis mẽdacium quãdo nam: & cui adeo utile est/ut non sit odio dignum. SO. Nõne aduersus hostes atq; eos qui uocãtur amici: quando ob furorem atq; aliq̃ inscitiam malũ aliquo facinus aggrediuntur. Tũc porro auertendi gratia tãq; medicina quædam: utile est. Et in his quas modo dicebamus. Cõfabulationibus: eo quod nõ cognoscamus in quo antiquarũ rerũ cõsistat ueritas assimilantes ueritati mendacium: ita enim maxime id utile facimus. ADI. Sic est prorsus. SO. Secundum ergo quid istorum menda

Quod ĩteger/rimũ & robustissimum minĩe mutatur.

cium est utile deo? An quia nō cognoscat uetera/sub ueritatis imagine mentiatur? ADI. Ridiculū istud quidē. SO. Poeta igiť mēdax in deo nō est. ADI. Non mihi uideť. SO. Nunquid metu hostiū mentiatur? ADI. Longe abest. SO. An pp familiarium dementiam atq; insaniam. ADI. At nullus stultorū/& insanorum/deo amicus est. SO. Non igitur est: cur deus mētiatur. ADI. Non. SO. Ergo oīno sine mendacio est deorū demonūq; natura. ADI. Oīo. SO. Quare: & simplex oīo deus: & uerax dictis ac factis? neq; mutatur ipse: neq; alios decipit/neq; per uisiones: neq; p sermones: neq; p signa: neq; nobis dormientibus: neq; uigilantib⁹. ADI. ita quoq; mihi de hoc te dicente uidetur. SO. Cōcedis ergo hāc secundā esse figurā: in qua oportet de diis ita dicere/& audire/tanq̄ qui: neq; præstigiatores sint. neq; se mutēt: neq; mēdaciis nos/aut dictis/aut factis se ducāt. ADI. Concedo. SO. Multa igitur ab Homero dicta laudantes/somniū/ab Ioue Agamæmnoni missum nequaq̄ laudabimus. Neq; Æschylum/cum Thetis inquit Apollinē filium eius interemisse/qui tamen in eius nuptiis discumbens cecinisset bonam Thetidis stirpem fore lōgeuam/morbisq; intactam. Cecinit quippe multa Appollo inquit. Fortunasq; meas deo amicas fore prædixit: & lætitia me laudationibus suis efficit. Atq; ego os Phœbi sperabam diuinū: ueridicum: fatidicumq; esse. Ipse uero idē qui laudabat/in mensa: & ipse discumbens ipse hæc fatus/ipse idem mihi filium interfecit. Talia quędā quotiens de diis dicentur: ꝓtinus reclamabimus exsibilabimusq;: neq; permittemus: ut ludorum magistri ad iuuētutis disciplinā: istis utanť: si custodes apud nos pii atq; diuini quoad homini possibile est: futuri sunt. ADI. Accipio equidē has figuras: proq; legibus ubiq; utar.

¶FINIS DIALOGI .II.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM TERTIVM DE IVSTO.

Dialogus Tertius custodum educationē in secundo inchoatā ꝓsequiť. Atq; sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaq; de diis: ita hic uetat tragica audire de inferis quæ reddere illos possint timidiores. Item/& comica quæ effusiorem concitāt risum. Tam enim mollis euadit qui quottidie in lachrymas risu ꝓfusiore resoluitur/q̄ q dolore lachrymare compellitur. Quoniā uero non solum procul a timiditate custodes arcendi sunt/uerumetiā ab intemperantia/& auaritia: atq; I iustitia/ideo rursus audiri uetat crimina poetarū/qbus/uel deorū/uel heroum magnorūq; uirorum libidines rapinæ iniquitatesq; finguntur. Hæc aūt educatio militaris omnibus fere ciuibus est ęque cōmunis. Inter hæc quæ de mēdacio dicit attende. Mendaciū ciuitatis calamitas est: uidelicet quando priuati inter se mētiuntur: maxime uero si magistratibus mētianť. Perinde ac si/uel ęgroti medico/uel nautæ mentianť gubernatori. Licet aūt gubernatoribus interdū uti mendacio salutis publicæ gratia: & priuato quandoq; erga priuatū. Solum gratia mali cuiusdā grauissimi deuitandi. Licet: & cōfabulari moderate de rebus antiqs quarū ueritas ignorať. Et quasi p imagines quasdā res illas quarū certā formam uix habemus effingere. Proinde orationē in species tris distinguit. Aut.n. simplex narratio est: aut imitatio simplex: aut ex utrisq; ꝑmixta. Omnē uero sermonē reprobat: q uilissima quæq; refert absq; delectu: & agit hoīem perturbatū. Quisquis.n. diu studiose aliqd imitať: in eius trāsit naturā. Quo circa poetam perturbatos animos acrius imitantē/tanq̄ iuuentuti noxiū iubet/uel mutato stilo cōstantem habitū imitari/uel ex urbe procul abire. Dicit quoq; eū qui plura/uel imitando/uel faciendo ꝑtractat: in singulis tandē ita deficere: ut in ullo euadat egregius. Pergit uero deīceps ex prima musica.i. poesi: ad sequentē/eamq; in tres distribuit species. Orationē/harmoniā/atq; rhythmum. Principio phthongum musici uocē uocāt harmonicā: idest consonantiæ aptam: quæ neq; adeo grauis sit/ut nequeat ab eodē cantore grauior fieri/neq; tam acuta/ut edi nō possit acutior: harmoniā deinde ex pthongis cōstituit cōgruam uidelicet mēsuram in excessu atq; defectu grauiū uocū: & acutarum: atq; mediarū. Sunt hic uoces quattuor: grauis atq; acuta: & surgens in acutā: & declinās ad grauē. Item primæ proportiones quattuor: dupla inter duo atq; unum. Sesqualtera īter tria: atq; duo. Sesquitertia inter quattuor: atq; tria. Sesquioctaua inter nouem atq; octo. Proportionem duplam sequitur consonantia uocis octauæ. Sesqualteram: quintæ. Sesquitertiā: quartæ. Sesquioctauam: deniq; tonus. Sed de his alibi diligētius. Accedit tertio loco rhythmus.i. ordo quidam motionis: & temporis: ut ex secundo legū percipitur. Postq̄.n. uoces harmonica quadā excessus defectusq; mensura: per intentionē remissionemq; conciliasti. Opus est Rhythmo per quem uocū acutarū/grauium/mediarū motus: ac tempora metiaris/& in singulis/& inter singulas: motus dico blādiores/seueriores/& medios. Tempora dico/longiora/breuiora/ęqualia/per accētus lōgos breuesq;/& medios. In his nota basem uocabulū esse diuersum: nam/ut res exigit significat/ fundamētum sedē/pōdus: ꝓgressumq;/& terminū. Præter hæc cōsiderādi sunt nouē cōsonātiæ/& dissonātię communissimæ gradus. Primus in δόξ.i. opinio cū ipsa rei ueritate cōsentiēs. Cuius cōtraria est opinio

falsa/a/ueritate dissentiēs. Secundus in imaginatiōe. Cuius consonantia est consecutio rōnis. Dissonātia uero ꝓsecutio externorū. Tertius in effectu/uel tēperanter rōnē sequētē/uel imaginatiōem intēperanter. Quartus in sermone decoro/uel indecoro/quatenus/uel rectā rōnem/uel imaginatiōnē tumultuariā sequit. Quintus in cantu. Cuius cōsonātia est/decorū imitari sermonē/dissonātia indecorū. Sextus in sono cantū aliter/uel aliter imitante. Septimus in saltu cōcinno/uel incōcinno ad chorea pertinēte. Octauus ī quadā mēbrorū corporisq; totius cōpositiōe/tā spectaculo grata q̄ exercitio gymnastico ꝓmpta. Nonus ī artificiosis cuiuslibet artis operibus/musica quadā proportiōe cōpositis/hi nouē gradus musas tibi referāt nouē. Memento uero optimā oīum harmoniā esse animi tēperantiā. Quā & sequentes cæteræ imitant/& uicissim cū frequentant/augēt. Quapropter iubet eas dūtaxat cōsonātias exerceri/audiri/spectari/q̄ habitū mētis cōstantē referant/non superbia elatū/nō iracūdia efferatū/nō uoluptate mollitū/atq; resolutū. Nō fractū dolore/nō mīa/uel indigentia quærulū. Probat ergo cōcentū graue atq; cōstantē. Improbat aūt extremos.i. cōcitum atq; mollē/dānat quoq; multiplicē: laudat pcæteris simplicē. Plurimū uero ī animum posse iudicat harmoniā. Siquidē harmoniā q̄dā diuina sit aīus/cœlestisq; harmoniæ aliq̄n/ut Platonice dixerim assuet⁹. Rursus harmōia q̄dā cōsistit corpus cōflat/& spūs. Præterea cōsonātia uocū aerea aereū spiritū motu penetrās effectūq; canētis/& aīam secū transferēs/audiētis affectū mouet affectu/& animā afficit aīo/sensimq; mores infundit. In oībus aīaduerte q̄ nō ciuili solū: sed etiā religiosa admodum obseruantia Plato suā erudiat ciuitatē: sempq; quod: & præcipit ī politico tēperantiā cū fortitudine misceat. Deniq; q̄ turpē q̄ dissonantē esse censeat ueneream uoluptatē: ideoq; ab amore legitimo ꝓcul eā segreget: pulchra semp: & consona solū desiderante. Plurima uero de musica tractat atq; gymnastica: maximi.n. momenti erant: oēs.n. his incūbebant: debētq; incumbere. Illa.n. aīum spiritūq;: hæc corpus animi gratia mirifice format atq; cōponit. Addit: nō ex corpore bono bonū aīum: sed ex animo bono corpus fieri bonū. Subiungit simplicē musicā animi uictumq; simplicem corporis sanitati prodesse. Multiplicē uero utrisq; nocere: hoīesq; : dum sobrii uiuerēt nō indiguisse medicorū auxilio physicorū. Dānat superstitiosas corporis obseruatiōes circa uictū: atq; medelas. Signumq; præcipuum ciuitatis male institutę dicit esse: si diligenti medicorum iudicumq; indigeat opa. Describit medici iudicisq; officiū: & iudicē eligit ingenio bonū prudentē senē: multos hoīes: & bonos: & malos expertū. Asserit prauitatē quasi priuationē quandā: neq; se: neq; uirtutem cognoscere. Virtutē uero quasi habitū: p se solā cognoscere se p se quoq; addito rerū usu de uitiis iudicare. Meminisse uero semp oportet: Platonē nō solū hic sed etiā in legib⁹ : & politico : & Protagora cōfirmare nihilmagis necessariū esse omni q̄dē uiro: pcipue uero ciuili atq; philosophico q̄ copulam ex fortitudine pariter tēperantiaq; cōflatā: ut per illā alta petant. Per hāc nō spernant humilia: & utrinq; nihil unq̄ nimis: aut audeas: aut metuas. Per illā rursus priuatas publicasq; propulses iniurias: per hāc abstineas ab iniuria. Per illā ad honesta uoceris: p hanc cohibearis a turpib⁹. Quo fit: ut gymnasticā simul: & musicā ad duo hæc deniq; referat: ut per illā fortitudo: nō tam corporis q̄ animi. Per hāc tēperantia cōparet. Iubet autē ambo rite inuicē cōmisceri. Siquidē sola gymnastica parit ferocitatē: musica sola mollitiem. Ambo uero fortitudinē: atq; temperantiā: ex eorū deniq; numero qui sic educati sunt eligit: & custodes: idest magistratus: & defensores idest milites. Ad magistratū uero adsumi uult senes prudentes: fortes: publici amatores boni: atq; in hoc ipso p experiētiā cōprobatos. Probari itē præcipit. Iuuenes ī mediis uoluptatibus: & doloribus: quo discernatur utrū temperati fortesq; sint an contra. Atq; utrū sententiā boni publici cōseruandi propter fallacias: aut minas: aut illecebras: sint aliq̄n facile mutaturi. Deniq; īgenia hoīum metallis similia esse dicit: & aptū quidē ad gubernandū auro: aptū uero ad militiā argēto. Adopificiū uero: & agricultura ferro: & ęri. Iubet singula īgenia ad illa quibus apta sunt conuerti: itaq; gubernatorū filios interdū ꝓ ingenio ad uiliora atq; uicissim inferiorū filii ad mūera nobiliora similiter. Prohibet quoq; milites proprium aliqd possidere: ne per auaritiā ex canibus cōuertantur in lupos.

ℂDIALOGVS TERTIVS DE RE. PV. VEL DE IVSTO.

SO.

HÆc igitur sunt: ut mihi uidetur quæ de diis audienda: aut non audienda sint prima: a pueritia his qui deos: & parentes honoraturi sunt: cōmumemq; amcitiam nō paruifacturi. ADI. Existimo nobis sic recte uideri. SO. Quid aūt his qui fortes futuri sunt
h
nonne dicendo quæ ipsos mortis minime formidolosos reddant? an putas aliquem fortem esse unq̄ qui hanc timeat? ADI. Minime per Iouem. SO. Sed: & qui ea quæ de inferis ducuntur credat: & terribilia esse existimet: putas ne eum intrepidum ad mortem futurum in ipsaq; pugna mortem seruituti: & captiuitati præpositurum? ADI. nequaq̄. SO. Oportet itaq; uos: ut detur: & præcepta dare his qui de his rebus fabulantur præcariq; ne ita simpliciter q̄ apud inferos sunt uituperent: sed magis laudent. Tanq̄ neq; uera dicant/neq; utilia his qui pugnaces fu

Homeri carmina.

turi sunt. ADI. Oportet sane. SO. Delebimus igitur eiusmodi omnia: ab hoc uersu sumentes exordium. Mallem equidem: in re rustica conseruo inopi seruire: q̃ defunctis omnibus imperare. Et illud. Domus profecto mortalibus immortalibusq; horribilis/uasta fetensq; uideatur. Quam etiã dii odio habent: & illud o miseri nunquid nam apud inferos anima atq; imago! At uero mẽs adest nulla: & illud. Soli sapiunt. Cæteri umbræ uolitãt. Item Aĩa soluta membris ad inferos uolat: suam deplorãs calamitatẽ: cum & fortẽ: & teneram ętatem reliquerit. Itẽ anima sub terras ueluti fumus/ eiulans abiit. Itẽ quemadmodũ noctuæ uasto sub antro ululantes uolant postq̃ aliq̃ de ordine ceciderunt ex petra in qua cohærebãt: sic illę simul st̃ridentes ibant. Hæc utiq;: & cætera talia bona Homeri: & reliquorũ poetarũ uenia abiiciamus! non quia poetica nõ sint: & apud multos auditu iocũda sed qm̃ quanto magis poetica sunt/tãtominus audiẽda pueris atq; uiris quos liberos fore oportet: seruitutẽ: magis q̃ mortẽ timentes. ADI. Sic est oĩno. SO. Nõne insuper noĩa quæ his imposita sunt horrenda terribiliaq; abiiciẽda sunt! Cocytos inq̃: & stygasi inferos nihil gustãtes aliaq; eiusdem generis noĩa. Terrent uehemẽter quippe oẽs qcũq; audiũt: ac forte ad aliud qppiã conferũt. Nos aũt custodibus nostris ab huiusmodi nominibus ualde metuim⁹/ne ex hoc pauore molliores q̃ decet reddantur. ADI. Et merito formidamus. SO. Auferenda sunt igitur. ADI. Auferenda. SO. Figura uero his contraria dicenda: & inducẽda est. ADI. Videlicet. SO. Ergo lamentatiões cõmiseratiõesq; magnorũ uirorũ: auferemus. ADI. Necesse est: siquidẽ superiora sublata sint. SO. Cõtemplare igitur: recte ne an cõtra id faciamus. Dicimus ne moderatũ uirũ moderato uiro amico suo orbatũ nõ malũ quid illi mortem existimaturum! ADI. Dicimus qdẽ. SO. Non igit̃ in morte illius tanq̃ grauia passus lamentabit̃. ADI. Nõ. SO. Enimuero: & hoc asserimus hoĩem huiusmodi seipso ad bene uiuẽdũ cõtentum esse/minimeq; oĩum alio indigere. ADI. Vera naras. SO. Minime igitur moleste feret liberis/aut f̃ribus/aut diuitiis reliquisq; huiusmodi priuari. ADI. Minime certe. SO. Itaq; neq; lamentabitur/sed moderatissime feret/cũ in aliq̃ huiusmodi sortẽ inciderit. ADI. Certe. SO. Merito igitur clarorũ uirorũ ploratus e medio tolleremus reliqueremus autem mulieribus: neq; his qdem inter mulieres aliquid egregiũ sapientibus: ac uiris insuper dũtaxat mulieribus: & ignauius/ut dedignẽtur apud nos illi quos ad regionis custodiã educamus similia illis facere. ADI. Probe. SO. Rursus Homerũ: & cæteros poetas orabimus ne Achillem deæ filiũ nũc illatus cubantẽ faciat nũc supinũ/nõ nunq̃ etiam infaciem: aut ex surgentẽ errare tristitia affectum in litore maris: aut utraq; manu ardẽtem puluerẽ capientẽ/in caput fundere. Neq; alia eiulantem: & lamentantẽ quot/& qualia/ipse fecit. Neq; Priamũ qui iuxta deos fuit/supplicantẽ: & se luto ꝓuoluentẽ/singulosq; noĩatim clamãtem. Multoq; magis Homerũ eũdẽ orabimus ne deos i hunc modum plangentes inducat. Hei mihi miseræ. Hei mihi q̃ infeliciter optimũ filium peperi. Quod si quos deos: saltẽ non deorũ maximum usq; adeo dissimili figura imitari audeat/ut eũ ita inducat dicentem. Heu q̃ charũ mihi uirũ circa urbem meis oculis ꝓfligatum cerno. Vnde mihi cor męret. Atq; itẽ o me miserum/qñquidẽ dilectissimum mihi oĩum Sarpedonẽ fatũ cogit a Patroclo Menecide domari. Si.n.o amice Adimãte studiose iuuenes hæc audirent/neq; ridicula putarent tanq̃ ꝑter dignitatẽ dicta/nunq̃ cũ se hoĩes esse scirent/aut illa se indigna existimarent/ aut se cõtinerẽt cũ qd illis eiuscemodi/ uel dicendum/uel faciendũ in mentem ueniret. Quinimmo sine ullo/uel ꝑdere/uel tolerantia/in minimis etiam qbusq̃ iacturis in maximos ploratus eiulatusq; erũperẽt. ADI.

Nõ in risum nimiũ profusos audiẽdũ.

Vera nimium loqueris. SO. Neq; uero id decet: ut rõ nobis pauloante dictabat: cui nisi quid melius interi nacti fuerimus/credẽdũ est. ADI. Non decet ꝑfecto. SO. Sed neq; in risum nimium ꝓfusos nos esse oportet. Nam effusum risum uehemẽs mutatio sequitur. ADI. Ita mihi quoq; uidetur. SO. Non igitur admittendũ est qñ qs summe auctoritatis uiros in risum resolutos inducit: & multominus/qñ deos. ADI. Multo certe minus. SO. Ergo neq; Homerũ audiemus cũ dicit. Inestiguibilis risus diis concitus est dũ Vulcanũ per domũ ꝑperantẽ uiderẽt/utpote q claudus esset. Haud enim admittendũ est hoc secundũ tuũ sermonẽ. ADI. Si meũ uis sermonẽ hunc ponere: nequaq̃ admittere decet. SO. Qui etiam pluris facienda ueritas est. Si enim recte pauloãte dicebam⁹ diis inutile est mendaciũ hoĩbus aũt ꝓ medicamento est utile/quare publicis medicis concedendum priuatis aũt hoĩbus minime attingendũ. ADI. Patet. SO. Igitur rẽ.p. administrantibus pręcipue si quibus aliis mentiri licet/uel hostium/uel ciuiũ causa ad cõmunem ciuitatis utilitatẽ. Reliquis autem a mendacio abstinendũ est. Sed aduersus huiusmodi princeps priuati mentiri/maius peccatũ est q̃ ęgrotum mẽtiri erga medicũ. Vel se exercentẽ erga ludi magistratũ circa sui corporis uitia/ uel erga nauis gubernatorem/de naue: & nautis minime uera dicere: queadmodũ/uel sua cuiq;/uel sociorũ sese res habeat. ADI. Vera narras. SO. Siquidẽ ergo deprehenderis alium in ciuitate mẽtientẽ ex eorũ genere q artifices sunt uatẽ uidelicet/uel morborum medicũ/uel lignariũ fabrũ/cum punito/tanq̃ rem quandam inferentẽ: ex qua ciuitatis ipsius ueluti nauis submersio: & pernities sequitur. ADI. Sic plane agendũ: siquidẽ sermone opa peraguntur. SO. Quid præterea! nõne temperantia nostris adolescẽtibus opus erit! ADI. Absq; dubio. SO. Temperantiæ aũt nõne hęc talia

Quæ dicta a poetis de inferis nõ sint audiẽda pueris. [marginal note, placed above near line "deplorãs"]

De utilitate tẽperantiæ.

quoad.

quoad subditos maxima sunt/ut uidelicet obtēperent magistratib⁹: quoad ipsos autē principes/ut ad uenereorū epularūq;/& poculorū usum cōtinentes sint. ADI. Mihi sane uidetur. SO. hæc itaq; talia benedicta asseuerabimus/qualia apud Homerū Diomedes ait. Eia age silentio cōfide: ac meis uerbis obtēpera. & alia his similia. Ibant robur efflantes Achiui silentio duces timentes. Et alia quę cunq; in hanc sententiā dicunt. ADI. Probe. SO. Quid autem hæc? Vinolentæ/canis oculos hñs/cor autē cerui/& cætera quæ sequūtur nūquid recte: & alia huiuscemodi: ipsorum priuatorū in superiores superbe dicta/siue quis soluta in oratione/siue poemate inserat? an recte dicunt. ADI. Nequaq̄. SO. Non enim existimo ad iuuenū temperantiam hæc/ut audiantur/conferre: nihil autē mirum siquo modo delectent. Vel quomodo tibi uidetur? ADI. Ita. SO. Quid autem uidetur ne tibi idoneum esse hoc iuueni ad continentiā consequendam siqñ audierit uirum sapientissimum apud poetam ita loquentē: pulcherimū oīum esse mihi uidetur: cum plene adsunt mensæ dapibus carnibusq;. Vinum aūt/e/cratere hauriens pincerna poculis infundit atq; circunfert. Vel illud miserrimum esse fame perire: & sortē subire aduersam. Siue cum dicitur Iouem cæteris/tum diis/tum hominibus dormientibus/omnium quæ uigilando tractauerat coitus cupiditate oblitū usq; adeo libidine perculsum esse/ut quoad cubile ipsum ascenderet non substinuerit: sed ibidem humi congredi statim uoluerit/dicens uehementiori se cupidine inflāmari/q̄ olim cum primum charos latētes genitores inuicem congressi fuerunt. Siue cum narratur queādmodum/uel canus Martē ac Venerem coeuntes recte cōprehendit. ADI. Non per Iouem mihi uidetur idoneum. SO. Verū sicubi modeste/& constanter uirorū excellentiū facta/uel dicta narrantur/animaduertenda/& audienda hæc sunt. Veluti cum dicitur: pectus percutiens increpuit dicens: per petere o cor: nam lōge alias grauiora tulisti. ADI. Omnino sic est agendum. SO. Neq; etiam muneribus corrumpi ipsos ciues per mittendum est: neq; auaros esse. ADI. Nullo pacto. SO. Non ipsis igitur canendum. Munera crede mihi placant hominesq; deosq;. Neq; laudandus Phœnix Achillis præceptor/quasi probe locutus fuerit/dum consuleret ipsi munera accipienti Achiuis auxiliū ferre: non accipiēti uero/ab ira nequaq̄ recedere: neq; rursus Achillem ipsum dignum existimabimus cōsentiemusq; adeo pecunię cupidū esse debere/ut ab Agamēnone recipiat munera: atq;/ut Hectoris cadauer/sine prętio reddere nolit. ADI. Certe talia laudare non decet. SO. Vereor equidem dic dicere? quoniam fas non est Homerum hæc prædicasse de Achille: aliisue dicentibus credere. Et eundem. Rursus aduersus Apollinem dixisse perdidisti me Apollo deorū pernitiosissime oīum: quē certe ulciscerer/si mihi potestas adesset. Atq;/ut fluuium deū puicaciter se habuerit: etiam pugnare paratus. Deue inquit comas Spchio flumini cōsecratas/daturum se comas ferre Patroclo heroi mortuó dicaturq; id egisse nequaq̄ credendum. Tractus autē Hectoris circa patrocli sepulchrum/& iugulationes captiuorum supra rogum/cunctaq; huiusmodi/neq; uera esse affirmabimus/neq; sinemus nostris persuaderi. quod Achilles deæ filius/& Pelei temperatissimi uiri/& ab Ioue tertii/a/Chirone sapientissimo educatus/tanta perturbatione agitatus sit/ut duobus contrariis morbis animi laborauerit illiberalitate cum auaritia: atq; item deorum hominumq; contemptu. ADI. Recte admodum loqris. SO. Rursus neq; hæc credamus: neq; dici sinamus. Theseum Neptunni filium/& Perithoum filium Iouis in rapinas adeo maximas irruisse: neq; alterius dei filium/siue heroem ausum esse unq̄ grauia impiaq; patrare/q̄lia de ipsis quottidie mentiuntur. Verum poetas ipsos cogamus/uel negare horum hæc esse opera/uel non affirmare filios deorum esse. Ambo uero hæc una nequaq̄ asserere. Neq; operam dare/ut nostris iuuenibus persuadeant/quod ex diis mala aliqua oriātur/quodue heroes hominibus nihilo meliores sint. Quoniam/ut iam dictum est/neq; sancta hæc sunt: neq; uera. Ostendimus. n. ex diis mala aliqua prouenire non posse. ADI. Ostendimus plane. SO. Quí etiam audientibus hæc nocent. Omnes quippe prauitati suę ignoscent: persuasi talia quędam facere fecisseq;/& illos qui proxime ex deorū genere nati sunt de quibus illud dicitur diis proxime nati Ioui propinqui/quo circa idęum uerticem Iouis patrii ara extat in ęthere. Neq;/dum ipsis euanuit sanguis deorum. Quāobrem fabulę huiusmodi recipiendę non sunt/ne facilem occasionem ad nequitiam nostris adolescentibus præbeant. ADI. Sic prorsus agendū. SO. Quæ deinceps reliqua nobis species est sermonū disserentibus quales cuiq; narrandi/uel non narrandi sint? De diis enim quemadmodum loqui decet est dictum. Itēq; de ipsis demonibus/& heroibus/& his quę sunt apud inferos. ADI. Satis abunde. An esset fortasse reliquū/ut de hoībus diceremus? ADI. Certe. SO. Impossibile istud in præsentia o amice disponere. ADI. Cur nam? SO. qm̄ existimo nos dicturos poetas oratoresq; de hoībus circa ea quæ maximi momenti sunt male dicere cū scribunt. Iniustos quidem multos felices esse: iustos aūt infelices. Conducereq; iniuste agere si lateat. Ipsamq; iustitiam alienū bonum esse propriā uero iacturā/& cætera huiusmodi dānaturos/iussurosq; ne dicāt. Cōtraria uero horum/& canant/& fabulis inserant: an non putas? ADI. Certe noui. SO. Nonne igitur si confitearis recte me dicere/dicam te concessisse quæ iamdiu quærimus? ADI. Recte nimiū accepisti. SO. Nōne/& de hoībus/quod tales oporteat sermones ferre tunc una cōcedemus/cū qualis

De muneribus & corruptelis.

iustitia sit inuenerimus? & quod natura ipsa prosit habēti/seu uideatur esse iustus/ siue nō uideatur. ADI. Vera loqueris. SO. De his ergo quæ dicēda sunt queue nō/satis est disputatū: deinceps de dicendi ratione/ut arbitror est differendum: atq; ita nobis/& quæ/& quomodo dicenda sint compertū erit. ADI. Quid dicas nō satis intelligo. SO. Oportet tamen id te intelligere: atq; ita fortasse clarius hoc intelliges. An nō quæcunq;/a/poetis/uel fictoribus fabularum dicuntur narrationē esse dicimus/uel præteritorū/uel præsentiū/uel futurorū? ADI. Quid enim aliud? SO. Num ergo/uel simplici narratione /uel per imitationem facta: uel etiam utroq; mō narrāt. ADI. Clarius hoc quoq; exponi requiro. SO. Ridiculus equidem præceptor: & in primis obscurus uideor. Quemadmodū igitur qui dicendo parū ualent/efficere solent/ita ego nūc/non uniuersum ipsum sed partem aliquā sumens/in ea tibi quod uolo conabor ostendere. Et primum mihi dicito/nostin Iliados principia? ĩ quibus ait poeta Chrysem Agamēnoni supplicasse/ut sibi filiā restitueret Agamēnonem uero turbato aīo denegasse. Quod postq̄ nō impetrauit imprecatum ait ipsum cōtra Achiuos deū. ADI. Equidē. SO. Et illud credo nosti quod usq; ad hos uersus precatus est omnes Achiuos/quosq; ĩ primis Atrei filios gentiū duces ipse poeta loquitur: neq; tentat alio mētem nostram conuertere/tāq̄ alius q̄ ipse loquatur. Deinceps uero ita loquitur ac si Chrysis ipse sit/conaturq; non Homerum se nobis: sed sacerdotē illum senem ostendere. In cæterisq; ita semp exponit/tū rebus gestis apud Iliū tum apud Ithacam: in odissea cantatis. ADI. Sic est omnino. SO. Nonne igitur narratio est: & qñ orationes continuas affert/& quando ea quæ inter ipsas intercedunt? ADI. Quidni? SO. uerū cū orationem profert tanq̄ alius quidā sit/nōne tunc dicemus orationem suam illi q̄ simillimam reddere/quem loquentem introduxerat? ADI. Quidni? dicamus? SO. An non alteri se similē reddere uel figura/uel uoce/est eum imitari cui facit se similē? ADI. Proculdubio. SO. in hoc igitur: ut uidetur: & ipse: & reliqui poetæ per imitationē narrant. ADI. Assentior. SO. Vbi autem se non cœlat poeta/uniuersa illa poesis/& narratio sine imitatione est. Ne autem dicas te: neq; hoc quidem intelligere quomodo fiat ego dicā. Si enim Homerus cū dixisset Chrysem uenisse filiā redēpturū: & supplicasse Achiuis præcipueq; regibus deinceps non tanq̄ Chrysis: sed Homerus eēt locutus/nosti ꝑfecto imitationem illam non fuisse futuram: sed simplicem narrationem. Sic uero se res habuisset. Dicā. n. sine uersu cū nō sim poeticus: profectus sacerdos/precabatur illis deos dare/ut icolumes ipsi Troiam caperent: sibiq; acceptis donis filiam restituerent/deum Apollinem uenerantes. Hæc cum dixisset reliqui sacerdotis dicta probarunt. Agamēnoni uero nimium perturbatus: ipsum ꝓtinus abire iussit/ita ut ne rursus rediret: neq;. n. ipsi dei coronam: aut sceptrum profutura: asseruit q; priusq̄ ipsi filiam redderet: fore/ut illa secum in agro consenesceret. Quāobrem abiret: ipsumq; ut saluus abire posset non irritaret. Quæ cū audisset senex: extimuit: tacitusq; discessit. Castra autē egressus: supplex Apollinem multa eius agnomina cōmemorans orauit: siquid unq̄: aut in ędificādis templis aut hostiis litandis illi gratū effecisset: ut puniret Achiuos? suasq; lachrymas sagittis ulcisceretur. Hunc in modum o amice simplex narratio sine imitatione ꝓcedit. ADI. Intelligo iam. SO. Et illud præterea scito contrariam huic esse/cum remotis poetæ uerbis quæ inter oratiōes intercedere solēt orationes ipsæ uicissim continuatę relinquūtur. ADI. id quoq; intelligo. Est. n. huiusmodi tragœdia: atq; cōmœdia. SO. Recte admodū accepisti: existimoq; tibi iam nūc aperire/quod in superioribus percipere nō ualebas: poesim uidelicet fabulorumq; figmenta: aut esse omnino per imitationē queadmodū ipse dicebas/in tragœdia: atq; cōmœdia: aut pꝛonunciationem poetæ proferri: qđ maxime in dithyrambis inspicitur: aut per utraq; confici: ut in horoicis aliisq; multis apparet: si modo intelligis. ADI. intelligo iam quod tunc inferre uolebas. SO. Atqui etiā ante hoc memēto quod dicebamus: quæ dicēda essent: iā expositum esse. Quo autē modo dicēdum eēt deinceps exponere oportere. ADI. Memini equidē. SO. Hoc igitur erat: quod oportere dicebam inter nos conuenire: utrum sinamus poetas: imitatione perpetua uti: an partim imitari: partim minime: & qualia utraq; sit an nihil penitus imitari. ADI. Auguror equidē considerarurum te utrum recipiēda sit cōmœdia: & tragœdia in ciuitate necne. SO. Fortasse autē: & his plura. Nondū enim noui: sed quo ratio: ut uentus feret/eo eundū est. ADI. Præclare loqueris. SO. Hoc igitur o Adimāte considera: utrum imitatores nos habere custodes oporteat necne. Vel hoc ex superioribus pendet: quod singuli singula recte conficere possunt. Plura uero minime. Quod si quis plura tractare aggrediatur: in singulis ita deficiet: ut in nullo euadat egregius. ADI. Sic prorsus accideret. SO. Nōne: & de imitatiōe eadē ratio siquid plura aliqs æque: ac unū bñ imitari nō pōt. ADI. Nō certe. SO. Nunquam igitur studio alicui æstimatiōe digno quis simul incumbet: & imitabitur multa: erit ne imitator idoneus: qñ neq; duas quidē imitationes: quæ parū differre interse uidētur: iidē hoīes bñ simul tractare possunt: ut cōmœdiā simul: & tragœdiā. An nō imitatiōes quasdā nuper istas eē dicebas. ADI. Equidē: ac uera dicis: quod iidem nequeāt. SO. Neq; etiam rhapsodi. i. cātores heroicorū simul eē: & histriones possunt. ADI. Vera. SO. Sed neq; tragœdis: aut comœdis: tragici aut comici iidem. Hæc aūt oīa imitationes quædā sunt: an non? ADI. Imitationes. SO. Quinetiā

Quo ut uētus oratio fert eo eundum.

An pluribus artibus incūbendū sit.

in minora

in minora his uidetur o Adimãte natura hoīs esse cõcisa/ut nullo modo possit bñ plura imitari /uel etiam ea facere quorũ imitationes ipsæ similitudines quædã sunt. ADI. Est ut dicis. SO. Si ergo ratione superiorem ratam haberi uolumus/custodes nostros a reliquis oībus artificiis alienos patriȩ libertatis artifices eē oporteret ualde q̃dē solertes:neq; aliud qcq̃ curare:quod huc nõ tendat:nihil aliud agere eos /uel imitari oportet. Vel si imitẽtur:imitari q̃ istis cõsentanea sint:statim/a/pueritia fortes scilicet:tẽperatos:sanctos:liberales/& reliqua eiusmodi. Illiberalia aũt:neq; facere:neq; imitari posse:neq; aliud quicq̃ turpe:ne ex ipsa imitatione tales efficiantur/quale id quod emulantur. An nõ aīaduertisti imitatiões si a teneris annis incipiant perseuerentq;/in mores:& naturã abire/tũ quantũ spectat ad corpus/tum ad uocem/tum ad cogitationẽ ipsam. ADI. Et maxime quidẽ. SO. Nõ permittemus igitur ullo modo eos quorũ habere curã dicimus/ quosue prestantes uiros fore desideramus:cũ uiri sint:mulierũ imitari:vł iuuenem /uel uetulã/uel uiro conuitiantẽ/uel aduersus deos cõtendentẽ:& iactantẽ:cum se putet felicem esse:uel erumnis circũuẽtam flentẽ:atq; eiulantem:laborantẽ:amore accensam:dolore partus oppressam. ADI. Nullo modo. SO. Neq; seruas: & seruos/ea q̃ seruorũ sunt:facientes. ADI. Neq; hoc quidẽ. SO. Neq; uiros itẽ prauos :ut uidetur/ timidos:& contraria eorũ q̃ diximus faciẽtes:cõuitiantes/iurgãtes/turpiaq; inuicẽ obloquẽtes:siue ebrios/siue uigiles sobriosq;:& alia quotcũq;/hoīes isti:& in uerbis:& ī operibus/ tum in seipsos/tũ in alios peccant. Neq; etiam debent:ut arbitror/similes se pet imitationẽ/uel uerbis/uel actiõibus insanientibus reddere. Cognoscẽdi enim insani:& mali sunt/tam uiri q̃ mulieres:nihil tamen ex eorum dictis:& factis/uel agẽdum est/uel imitandũ. ADI. Verissima loqueris. SO. Quid autẽ? artifices ne ex ęre aliquid fabricantes/uel aliud quippiã molientes/uel remiges nauiũ /uel præcipientes istis /uel aliud aliqd circa hæc imitari eos decet? ADI. Quonã pacto? cum neq; rebus ullis huiusmodi mẽtem adhibere his liceat. SO. Nunqd equos hinientes/uel mugientes tauros: aut fragorem ĩmurmurationẽq; fluuiorũ:aut maris fremitũ/ uel tonitrus/ uel cætera eius generis imitabuntur. ADI. Atqui ꝓhibitum illis est:& insanire:& insanientibus se similes reddere. SO. Si igitur quæ dicis:intelligo:est quædam orationis:& narrationis species in qua uir optimus cũ quid dicturus est/ enarrat:& alia quędam huic dissimilis:q̃ seruat q contra:ac ille natus atq; nutritus est. ADI. Quales uero hæ sunt? SO. Videtur mihi uir moderatus qñ ī narratiõe deuenerit ad aliquã uiri boni:uel orationem/uel actionẽ:perinde:ac si ipse ille esset ꝓnunciaturus:& sine ullo rubore : aut dedecore imitationem huiusmodi suscepturus. Maxime quidem:& ut plurimũ imitans uirum bonũ/prudẽter:& sine errore agentẽ:rarius aũt:ac minus:morbis/uel amore labãtẽ/aut ebrietate:aut casu quouis alio. Quãdo aũt ad aliquẽ indignũ se uenerit:nolet:ut arbitror dedita opera similẽ se deteriori prebere:nisi breuiter quidẽ:& cũ boni quicquã peragit. Sed erubescet:cum rudis sit ad hos imitãdos:& ęgre ferat deteriorũ figuras induere:spernẽs imagines huiuscemodi:nisi forte ioci oblectamẽtiq; causa id fecerit. ADI. Non iniuria. SO. Nõne igitur narratiõe utetur tali/qualem pauloãte in uersibus Homeri dicebã? eritq; oratio sua particeps utriusq;:imitationis uidelicet:& narratiõis alterius. Exigua uero pars imitationis lõga in oratione erit. Dico ne aliqd an nihil. ADI. Dicis certe:qualẽ necesse est eē rhetoris istius figurã. SO. Nõne igitur qui talis nõ erit:quo erit ineptior:& ī doctior:eo plura narrabit:& oīa imitabitur:nihilq; se indignũ eē existimabit. Quare oīa imitari aggredietur:& in conspectu quidẽ multorũ:ea præsertim quæ pauloante cõmemorabamus. Tonitrus:murmura uentorũ:& grãdinis:axis rotarũ:tubarũ:tibiarũ:fistularũ:& omnium deniq; organorum sonitus. Præterea canũ:pecudũ:& auiũ uoces. Eritq; huius oratio uniuersa pene per imitationẽ:uoce:ac gestu:uel paulum quid narrationis habebit. ADI. Necessariũ quoq; istud. SO. atq; hæ sunt oratiõis spẽs duæ:quas supra dicebã. ADI. Sunt plane. SO. Nõne ipsarum una quidẽ parum quid mutationis habet:& siquis decentem consonantiam:& rhythmum orationi tribuat:ferme ad eandẽ orationis formã semp dicẽdum est recte loquẽti:atq; in una insup consonãtia? exigue nanq; mutatiões:eodẽq; modo in rhythmo ferme cõsimili. ADI. Oīno sic se res habet. SO. Quid aũt alterius spẽs? nõne contrariis indiget. Omnibus uidelicet consonãtiis:oībusq; rhythmis:si proprie dicẽda est:cũ multas:& uarias habeat mutationũ formas. ADI. Sic est oīo. SO. Nõne: & poetæ:& alii oẽs q aliqd dicũt:uel harũ una dicẽdi figura utũtur:vł altera:uel utrisq; cõmixtis? ADI. Necesse est. SO. Quid igitur faciemus. Vtrum has oẽs in ciuitate suscipiem?:uel alterã simpliciũ:uel permixtam? ADI. Si in mea optione constiterit:simplicẽ decori imitatricẽ. SO. Atqui o Adimãte mixta quæq; iocunda est:multo aũt iocũdior pueris:& pædagogis contraria illius quã tu eligis : & plurimę turbæ. ADI. Iocũdissima prorsus. SO. at forte:ut arbitror:rei. p. nostræ cõuenire eã non existimabis:qm̃ non sit duplex uir neq; multiplex apud nos: quãdoquidem singuli singula faciũt. ADI. Nõ conuenit certe. SO. Nõne igitur sola ī ciuitate huiusmodi coriariũ inueniemus dũtaxat corium eē:nõ gubernatorẽ præterea. Et agricultorẽ dũtaxat agricultorẽ:non insup iudicẽ. Militẽ quoq; militẽ:non etiã: nummularium. Cæterosq; eodẽ modo. ADI. Vera hęc sunt. SO. Siquis ergo in nostram urbem:uenerit:qui præ sapientia in oẽs possit sese uertere formas:& oīa imitari uo/

luerítq; eius poemata oste̅tare/ue̅erabimur quide̅ ipsum/ut sacru̅/admirabile̅/& iucu̅du̅. Dicemus
au̅t no̅ ee̅ eiusmodi hoi̅em in re.p.nostra:neq; fas esse/ut insit. Mittemusq; in alia̅ urbe̅/unguēto ca-
put eius perunge̅tes/lanaq; corona̅tes. Nos au̅t austeriori minusq; iucu̅do utemur poeta fabularu̅
q; fictore/utilitatis gratia/qui decori nobis oratione̅ exprimat:& quæ dicunt dicat in his formulis
quas a principio ꝓ legibus tulimus/qn̄ milites erudire aggressi sumus. ADI. Ita ꝑrsus:si ee̅t in no-
bis:efficeremus. SO. Videmur iam o amice satis de ea musicæ parte dixisse:q̄ circa oratio̅es fabu-
lasq; uersatur. Na̅ & qua dice̅da sunt/& q̄uo exposuimus. ADI. Mihi quoq; ide̅ uidetur. SO. Restat
de cantus:& melodię ro̅ne differere. ADI. Certe. SO. An non oi̅s iam inueniret q̄ nobis de his di
ce̅da sunt:qualia ee̅ oporteat? siquide̅ antedictis concinere debeamus. Tum Glauco arridens:ego
inquit extra omnes ee̅ uideor. Non.n.satis in præsentia possum coniicere:qualia dice̅da sint. SO.
Opinamur tn̄ oi̅no hoc primu̅ nos posse dicere melodiam ex tribus co̅stare:oratione: harmonia:
rhythmo. GLA. Hoc equide̅ possum. SO. No̅ne melodię pars oratio nihilo differt ab oratio̅e illa
quæ sine cantu est:quo ad hoc/ut oporteat in eisde̅ formulis exprimi:de quibus pauloante diceba
mus:& eodem modo. GLA. Vera loqueris. SO. atqui harmonia:& rhythmus oratione̅ sequi de-
bent. GLA. Quidni? SO. Quinetia̅ lame̅tatione luctuq; dicebamus in orationibus nos minime i̅
digere. GLA. Non certe. SO. Quæ na̅ igitur querulæ harmoniæ sunt? Dic mihi. Tu enim music⁹
es. GLA. Lydiæ mixtæ:lydiæq; acutæ:cæteræq; huiusmodi. SO. No̅ne remoue̅dæ hę sunt. Inutiles
enim etia̅ mulieribus:quas oportet decentes ee̅:ne du̅ uiris GLA. Valde quide̅. SO. Præterea ui-
nole̅tia:mollities:& pigritia custodes minime decent. GLA. Minime. SO. Quænam igitur molles
& temule̅tæ harmoniæ. GLA. Ionicę:& lydiæ:quotcu̅q; chalare.i.relaxę remissæq;:& resolutę uo-
ca̅tur. SO. His igitur o amice num quoquo modo uteris ad militu̅ utilitate̅. GLA. Nullo mo̅. Sed
uidet iam tibi reliqua esse Dorica & Phrygia harmonia. SO. Haud equide̅ harmonias noui:sed su
scipe harmonia̅ illa̅ quæ:ut decet imitat fortiter euntis in prelium:& ad quodlibet negociu̅ uiolen
tum uiriliter se gerentis/uoces:atq; accentus:& periclitantis:siue in uulnera:siue in morte̅ irrue̅tis
siue in alia̅ grauem sorte̅ incidentis:in oibus istis fortuna̅ co̅stanter atq; uiriliter ꝓpulsantis. Aliaq;
iteru̅ suscipere harmonia̅ quæ uoces imitatur atq; accentus hoi̅s in tranquilla: & minime uiolenta
actio̅e uersantis/uel aliquid alicui persuadentis:& supplicantis/uel uotis deo/uel doctrina & admo
nitione homini. Vel econtra hoi̅s alii supplica̅ti:aut doce̅ti/aut dissuade̅ti facile̅ se prebentis:& qui
licet uoti compos sit factus/no̅ tn̄ superbia efferat:sed in his oi̅bus temperatæ:& modestæ se gerat
sortemq; utra̅q; recte ferat:hasq; duas sequatur/harmonias:uiolentia̅: uoluntaria̅: fortunatorum:
infortunatoru̅:temperantiu̅:ac fortium. Et oi̅no quęcu̅q; ipsoru̅ accentus pulcherime imita̅tur.
Has oe̅s suscipe harmonias. GLA. At uero non alias eligi iubes:q̄ eas quas ego supra diceba̅. SO.
Non igitur opus erit nobis in cantibus/& melodiis harmonia quæ multis co̅stat chordis/ oi̅busq;
concentibus. GLA. No̅ ut mihi uidetur. SO. Ergo trigonu̅/& pectidaru̅/& quoru̅cu̅q; instrumen-
toru̅:q̄ multis constant cordis/& plurimis co̅sona̅tiis/fabros no̅ nutriemus. GLA. No̅/ut uidemur.
SO. Quid au̅t tybiaru̅ fabros/& tybicines in ciuitate suscipies? an non instrume̅ta multaru̅ chorda
rum/harmoniaru̅q; oi̅um:tybiam imitant? GLA. Patet. SO. Lyra itaq; restat:& cithara in ciuitate
utilis:& fistula in agris pastoribus co̅moda. GLA. Ita ratio nobis ostendit. SO. Nihil alienu̅ indu-
cimus o amice/du̅ Apollinem ipsum/& Apollinis instrume̅ta Marsyæ ipsi/& organis q̄ Marsyæ sunt
præponimus. GLA. Non per Ioue̅/ut mihi uidetur. SO. Per cane̅ ipsum sensim:& cla̅culu̅ purga-
re cœpimus ciuitatem:qua̅ supra nimiis deliciis dedita̅ dicebamus. GLA. Ipsi nos uidelicet te̅pe-
rate age̅tes. SO. age purgemus/& reliqua. Sequitur ad ea quę de harmo̅iis dicta sunt/ut rhythmos
ita prosequamur/ne ꝑ uarios admodu̅ circumuagemur:neue ꝑ quaslibet bases. Sed q̄ uitæ fortis/
& te̅peratæ rhythmi su̅t/dinoscam⁹. Quib⁹ cognitis pede̅ ca̅tu̅q; cogam⁹ oro̅ne̅ hmo̅i uiri seq no̅
oro̅ne̅ seq pede̅/& cantu̅. Qui uero sint rhythmi tales/tua i̅ter est declarare/que̅admodu̅ harmo̅ias
exposuisti. GLA. Per Ioue̅ quid dica̅/no̅ habeo. Quod.n.tres quæda̅ spe̅s sunt/ex quibus bases te-
xunt atq; flectunt/que̅admodu̅ in uocibus/quattuor/unde oe̅s harmonię conficiunt aia̅duerterim
dicere possem. Quales aute̅ qualis uitæ imitationes sint/aperire nequeo. SO. At de his quide̅ cu̅
Damone deliberabimus/q̄ nam pedu̅ ꝓgressiones ꝓpriæ sint illiberalitatis/petulantiæ/insaniæ:ac
reliquæ prauitatis:que rhythmi contrariis co̅gruant. Arbitror au̅t audisse qua̅uis non satis aperte
eum ipse basem quada̅ pedu̅ bellicosam nominaret/composita̅ dactylum atq; etia̅ heroicu̅:que̅ ne-
scio quomodo digerebat/supraq; infraq; ęquale̅ in breue̅ longumq; effectu̅. Vtq; existimo iambu̅:
& alium que̅da̅ trocheu̅ appellabat. Longitudines au̅t/& breuitates adhibuit. Et in aliquibus istoru̅
arbitror eu̅ uituperare/uel laudare ductiones pedis:no̅ minus q̄ rhythmos ipsos/uel aliq̄d ex utris-
q; co̅mixtu̅. Neq; enim declarare satis hęc possum. Veru̅ hæc/ut dicebam in Damone̅ ipsum reie-
cta dilataq; sint. Prolixa quippe oratione ad hæc distinguenda opus esset. Nunquid puras? GLA.
Prolixa per Iouem. SO. Hoc aute̅ ita discernere potes:quod concinnitas atq; ieptitudo co̅gruita-
tem:& inco̅gruitate̅ rhythmi sequu̅tur. GLA. Quidni? SO. Atq co̅gruu̅ quide̅ pulchram oratione̅

sequitur

sequitur:& tanq̃ simile imitatur. Incongruum uero contrariam. Quinetiam consonum ipsum: & dissonum eodē modo: q̃nquidem rhythmus & harmonia: ut pauloante dictū fuit orationē sequuntur/non ipsa oratio rhythmū & harmoniā sequit. GLAV. Certe orationē sequi hęc debent. SO. Quid uero loquendi modus ipsaq; oratio? nonne animi affectionem sequitur? GLAV. Absq; dubio. SO. Orationē uero cætera quoq; sequūtur. GLAV. Nēpe. SO. Sermonis itaq; decor consonantia uenustas & rhythmi cōgruentia affectionē animi moderatā sequunt/quā euethiā appellant: non eā dico: quā sæpe cū inscitia quædā sit blanda quadā derisione bonitatē nominamus sub noīe boni moris/fatuitatē quādam significantes. Immo uero eam euethiā inq̃: quæ reuera cogitationē significat more optimo præditā. GLAV. Sic est oīno. SO. Nōne igit: ubiq; hæc iuuenes sequi debent si rē suam agere uolunt? GLAV. Debēt equidē. SO. Est autē ars pingendi uniuersa horū plena & omne huiusmodi artificiū plena quoq; texēdi facultas: & uariorū ingeniositas operū: studiūq; edificādi: omnis præterea cæterorū supellectilum instrumētorumq; effectio: quin & corporū plantarūq; natura. Porro in omnibus istis/aut condecētia quædā inest aut indecētia. Et indecētie quidē & rhytmi inconcinnitas: atq; dissonantia sermonis turpis/& improbi moris sorores sunt: cōtraria uero cōtrarii/temperati: & optimi germana & imitationes quædā sunt. GLAV. Est ut dicis. SO. Nunquid poetis solis insistēdū? cogendūq; ut imaginē boni moris in suis poematis exprimant: uel apud nos non scribant? An præterea curandū ne artifices alii mali moris simulachrū aliquod: non bene castigatū opus/liberale/deforme: & indecens: siue in figuris animaliū/siue in edificiis/siue in quouis alio artificio faciant. Vel siquis hoc præstare non pōt/ne quid apud nos agat/ prohibēdus: est: ne in prauitatis imaginib⁹ nobis enutriti custodes tanq̃ ī noxio gramine/& multa quotidie paulatim a multis decerpētes pascentesq;/ unū aliquod maximum malū ignari in animo contrahant. Quāobrem illi inquirendi sunt artifices qui naturali quadā industria possint tanq̃ per uestigia exprimere pulchri ipsius decoriq; naturam: ut tanq̃ in loco salubri habitantes iuniores undiq; adiuuent: quādoquidē a pulchris honestisq; operibus siue ad oculos siue ad aures eorū honesti aliquid peruenit: ueluti suauis aura quædam a locis salubribus/afferens sanitatem: quæ quidē statim atq; a primis annis incipiens: sensim animos hoīum in similitudinem/amicitiā/ & cōcordiam/honestę orationi rationiq; cōciliat. GLAV. Egregie admodū isto pacto nutrirent. SO. Ob hanc igit causam glauco ex ipsa principali secundū musicā nutritiōe: rhythmus & harmonia interiora animi penetrant: pulsantq; uehementissime animum/decorā quandam figuram ferētia: per quā decorus: & pulcher efficitur/quisquis recte in musica eruditur: contra uero si contra quis fuerit educatus. Et quoniam rursus deficientia/neq; recte fabricata aut non bene orta accutissime sentiet: qui illic quē admodum oportet nutritus fuerit/merito egre hæc ferens/pulchra quidem laudabit: eaq; amans: auideq; arripiēs/ipsis aletur/ac bonus inde efficiatur & pulcher. Turpia uero iure uituperabit/oderitq;/etiā in ea etate in qua rationē nondū susceperit. Aduenientem/deniq; rationē/qui ita nutritus erit/libenter amplectetur: eā ex ipsa propinquitate/familiaritateq; prorsus agnoscēs. GLAV. Mihi quoq; harum rerū gratia in musica nutriendi uidētur. SO. Quēadmodum tunc profecto litteras satis recte callemus/quādo elementa nos non fugiunt/pauca quidē in omnibus quibuscūq; insunt: neq; in paruis/ neq; in magnis ea spreuimus/tanq̃ non oporteret intelligere/sed ubiq; discernere illa ꝓposuimus/utpote qui prius grāmatici futuri nō simus: q̃ nos ita cōparauerimus. GLA. Vera loqueris. SO. Imagines pręterea litterarū sicubi uel in aquis uel ī speculis appareāt: nō prius cognoscemus q̃ ipsas litteras nouerimus. Est enim hoc artis & exercitationis eiusdē. GLAV. Est ut dicis omnino. SO. Quorsum hæc inq̃? Nēpe eadē ratione/neq; musici prius erimus uel nos uel ipsi quos ad urbis custodiā erudimus/q̃ tēperantie species: & fortitudinis/liberalitatis: & magnificentie/ & quæcūq; harum sorores sunt ipsisq; contraria cognouerimus/ubicunq; insint/ita ut & hęc & ipsorum imagines quibuscunq; insunt/persentiamus. Neq; in paruis neq; in magnis contēpserimus: sed eiusdem esse putauerimus: & artis & studii. GLAV. Necesse est oīno. SO. Si quo in hoīe hæc cōcurrant: ut in animo pulchri mores insint: & in corporis specie illis singula correspondeant consentiantq; eandē suscipientia rationem: pulcherrimum hoc erit ei qui inspicere possit/spectaculū. GLAV. Valde quidē. SO. Atqui quod maxime pulchrum/& amabile maxime. GLAVCO. Prorsus. SO. Tales quosdam homines maxime uir musicus adamaret: siquid uero absonū adueteret/minime. GLAV. Non certe si defectu animi dissonaret: siquid uero dumtaxat deesset corpori: sufferret quidem adeo/ut diligere gratulariq; uelit. SOCRA. Intelligo equidem: quia tales quidam uel amantur abs te/uel amati iam sunt. Atq; assentior. Sed hoc mihi dicas. Est ne ullum temperantie cum resoluta uoluptate commercium? GLAVCO. Quo nam pacto? Quippe cum uoluptas huiusmodi non minus/q̃ dolor mentem e suo statu dimoueat? SOCRA. Aliis uero uirtutibus. GLAVCO. Minime. SOCRA. Quid autem petulantia intemperantiaq; habent cum excedente uoluptate communionem. GLAVCO. Maxime omnium. SOCRA. habesne maiorem & uehementiorem uoluptatem qua quæ circa uenerea? GLAVCO. Neq; uehe/

mentiorē ullā habeo/neq̧ furiosiorē.SO.Rectus aūt amor ipsa sui natura tēperate & musice amat pulchrū atq̧ decoꝝ.GLAV.Prorsus.SO.Nihil ergo furiosum uel intēperātie proprium recto amori est admouēdū.GLAV.Non certe.SO.Neq̧ igitur iūgēda illi est uoluptas ipsa uenerea: neq̧ in ea cōmunicare debent amatores cū legittime dilectis adolescētibus/amantesq̧ cū amatis. GLAV.Per iouē nullo modo o Socrates.SO.Sic igit ut uidet in ciuitate recte instituta legē cōdes/amatorē amare:una esse: & tangere amatū/si persuaserit tanq̄ filium/honestorū causa. Atq̧ in omnibus sic uersari cū eo quē amat/ut nihil unq̄ præter honestū uideatur ab adolescēte requirere. Si cōtra faciat/uituperiū subeat/tanq̄ qui nihil oīno sapiat musicū nihil pulchrū.GLAVCO.Sic prorsus.SO.Nonne tibi uidetur finē suū iam sermo de musica cōsecutus? Quo enim finiri debet: iam applicuit.Oportet enim musicā in amatoria pulchri finiri.GLAV.Assentior equidem.SO. Post musicā uero gymnastica exercendi sunt iuuenes.GLAV.Quid ni?SO.Oportet enim:& in hac per omnem uitam diligēter a pueris educari.Id autē ita se habet quodāmodo:ut opinor.Animaduerte:& tu.Mihi quidē non uidet bene affectū corpus/uirtute sua/bonū animū facere:sed cōtra bñ affectus animus/uirtute sua corpus quoad fieri pōt/optimū reddere.Tibi uero quid nam uidetur?GLAV.Quod & tibi.SO.Nonne si postq̄ mentē sufficienter instruxerimus/trademus ei/ ut que ad corpus pertinēt/diligenter & exacte inquirat & curet:nos autē quasi quasdam formulas proponemus ne longiores simus recte utiq̧ faciemus?GLAV.Omnino.SO.Ab ebrietate/itaq̧ ipsis diximus abstinēdū.Vnicuiq̧ enim magis cōcedit q̄ custodi:ut ebrietate grauatus ubi terraꝝ sit/nesciat.GLAV.Nēpe ridiculum eēt/custodē indigere custodē.SO.De cibis autem quid dicemus?Athlete enim hi uiri sunt & maximi quidē certaminis.Nonne.GLAV.Maximi plane.SO. Nunquid aliorū athletarū habitudo custodibus conueniens esset?GLAV.Fortasse.SO.At uero somnolenta hæc est:& ad ualitudinem dubia.An non uides qd uitam edormiunt?& si parū quidē ab instituto uictu discedūt/grauiter egrotāt exercitatores huiusmodi.GLAV.Video equidem. SO.elegantiore igit aliqua exercitatione opus est bellicosis athletis/quos tanq̄ canes insomnes eē oportet:& q̄ accutissime uidere/atq̧ audire:& multas mutationes in exercitu:aquarū/ciboꝝ/estus & frigoris ita perpeti:ut se a morbis defendant.GLAV.Ita mihi uidetur.SO.Optima igit gymnastica soror eēt simplicis musice:de qua pauloante tractauimus.GLAV.Quomodo istud.SO. Simplex utiq̧ & conueniēs gymnastica/militū exercitatio.GLAV.Quo pacto.SO.Ab homero quidem id discere possumus.Nosti enim queādmodū in belli expeditiōibus in eorum mēsis/neq̧ pisces ipsis parat quis ipsi in helesponto mari essent/neq̧ elixas carnes/sed assas:quæ facilius a militibus præparant.Vbiq̧ enim facilius est/ut ita loquar/ipso igne uti/q̄ uasa circūferre.Neq̧ unq̄ uariorū condimētoꝝ/ut arbitror homerus meminit.Sed hoc & alii sciunt/quicūq̧ exercētur/qd cui corpus robustum esse debet/a cunctis huiusmodi rebus est abstinēdum.GLAV.Recte quidē:& sciunt:& abstinēt.SO.Syracusanas/itaq̧ o amice mensas & sicula/ut uideris admodū uaria nō laudas absonia:siquidem hæc ita tibi recte se habere uidentur.GLAVCO.Non certe ut mihi quidem uideor.SO.Vituperas & corinthium luxū blandiētium puellarum in his qui optima corporis habitudine futuri sunt.GLAV.Summopere.SO.Qui etiam athica bellaria cōdimētaq̧/quæ iocunda plurimis & delicata uidentur.GLAVCO.Necesse est.SO.Omnem enim/ut existimo: huiusmodi uictum si similē esse dicemus melodie & cantilene:quæ in omni genere harmonie omnibusq̧ rhythmis uersantur/recte nimium comparauerimus.GLAVCO.Plane.SO.Ibi quidē intemperantiam/uarietas parit:hic morbum.Simplicitas autē secundū musicam in aīs temperantiam:ꝓm uero gymnasticam in corporibus sanitatem.GLAVCO.Verissima loqueris.SO.Intēperantia uero & morbis in ciuitate multiplicatis:& iudicum & medicorū ope plurimum indigemus.Vnde iudiciaria & medicina in præcio habētur:quando & liberi multi his summopere studeant.GLAVCO.Quid ni?SO.Igitur male & turpis discipline in ciuitate nullam maiorem potes cōiecturam capere/quā summis iudicibus/ac medicis indigere/nō modo abiectos homines & mechanicos/sed eos etiam qui liberali disciplina educatos esse se gloriantur.Nonne turpe uidetur & male educationis magna coniectura/ut cogamur ob proprie uirtutis inopiam/iusticia uti externa/ ab aliis uidelicet tanquā dominis:& iudicibus iuste operari/compulsi.GLAVCO.Omniū profecto turpissimum.SO.An non hoc quoq̧ turpius esse putas?quando aliquis non modo omne uite tempus in iudiciis:tum accusando/tum defendendo conterit:sed & rudi quadam elatus iactantia in his ipsis negociis gloriatur:quasi sit potens ad iniuriam inferēdam:suisq̧ uersutiis/usq̧ adeo tergiuersari ualeat:ut nullas iniuriarum soluat pēnas qui sæpe minimarum uilissimarumq̧ rerum causa/ tam anxium subit negocium:ignorans quanto præclarius ac melius esset/ita se comparare/ ut nihilo indigeret iudice dormiente.GLA.Certe hoc illo turpius est.SO.Absurdū præterea existimandum est homines medicis egere non ad uulnera sananda dumtaxat:morbosq̧ curandos in tēperie aeris:& casib⁹ ꝯtingētes:sed plurimū ad destillationes& spiritus interioris itumescētis ipetū ob mollitiē:atq̧ desidiā:& quē ī uictu supra dānauimus luxū.Quib⁹ effectū ē:ut hoīes lacunaꝝ instar aqua

instar aqua flatuq; exuberãriũ/nimis oppleti coegerint peritos esculapii successores morbos quosdam nouo nomine/destillationes/inflationes/uiscerũ crepitus/appellare. GLAV. Noua sane hæc morborum nomina nimiumq; absurda. SO. Hæc/ut arbitror esculapii tẽpore non erant. Quod hinc plane cõiicio/ qđ eius filii apud troiã/poculũ patrocli iussu oblatum saucio eurypilo non dãnarunt: cũ tñ in eo mixta esset prandio uino farina & insup attritus caseus: que pituitã augent. GLA. Profecto absurdũ id poculum: minimeq; ita affecto cõueniens. SO. Nõ si aduertis hac nostra medicinaria facultate morborũ pedissequa/esculapii sectatores ante hærodicũ/ut fertur/minime usos fuisse. Hærodicus aũt cũ esset exercitandorũ magister iuuenũ/effectusq; eẽt ualitudinarius/ miscẽs gymnasticam medicine/primo quidẽ seipsum/deinde & posteros multo tedio lõgo affecit. GLA. Quo nam pacto. SO. Longam quippe sibi mortem præstitit. Nam dũ morbũ subsequeretur ad mortem terminaturũ/neq; curare: ut opinor/se poterat/& medele studio occupatus omissis reliqs actionibus uitam in hac corporis indulgentia conterebat: male quidẽ affectus si paulo a consueto uictu discederet: neq; facile tamẽ nature cedens/ atq; ita hac sapientia uiuens senex decessit e uita. GLAVCO. Egregiam palmã ex arte sua reportauit. SO. Nẽpe quã decebat reportare illũ: qui ignorabat esculapiũ non ignorantia quidẽ & imperitia generis huius medule/suis posteris ipsum non ostendisse: sed quoniam cognoscebat in ciuitate optime gubernata/cuiq; opus suum assignatum esse: qđ perfici necesse sit. Nec ulli superesse ocium/ut per omnẽ uitã ualitudinarius in corporis curatione uersetur. Quod quidẽ/modo quodã ridiculo in artificibus animaduertimus: in illis uero qui opulenti felicesq; censentur/nequaq̃. GLAV. Quomodo istud? SO. Faber si quando in morbum incidit/breuẽ a medico curationem exigit: uel per uomitũ/uel defluxum uẽtris/uel ustionem/uel incisionem. Si quis autẽ diuturnam illi uictus obseruationem præcipit/capitisq; suffarcinationes cæteraq; huiusmodi/ statim obiicit non eẽ sibi ad egrotandum ociũ: neq; præstare sibi/ita uitam trahere continuis curationibus incũbenti/suũq; opificium negligẽti. Deinde medico hoc dimisso ad consuetum uictum reuertẽs/si conualescit/suũ opus exequit: sin autẽ corpus sustinere morbum nequit/uita functus a negociis liberatur. GLAV. Ita profecto medicinis uti artifici cõuenire uidetur. SO. Atq; iccirco/opus illi propositum eẽ dixi/qđ nisi peragat/uiuere ipsi non præstat. GLAVCO. Constat. SO. Diues autẽ ut diximus/opere nullo urgetur: a quo quando ui arceat: non amplius sit ei uiuẽdum. GLAV. Nullo prorsus/ut fertur. SO. Phocylidem. Forte non audis dicẽtẽ queãdmodum oportet uirtutẽ exercere/quãdo uiuẽdi facultas iam suppetit. GLAVCO. Arbitror autẽ & prius. SO. Nihil in hoc illi aduersemur. Sed ipsi nos doceamus/utrũ id hoc pacto meditari diues debeat/alioquin si in morborũ nutritione tẽpus terat non sit illi uiuendũ. Fabrili si quidẽ arti ac cæteris impedimento id est. Nam ab opere mẽtẽ diuertit. Præceptum uero phocylidis nihil impedit. GLAVCO. Per iouẽ/sci me omniũ maxime/si ultra gymnasticam/superuacua ista curatio corporis producatur/nos occupat. SO. Etenim rei familiari & militari/& urbanis omnibus magistratibus obest plurimũ. Quodue deterrimum est/discendi studium & omnẽ intelligẽdi/meditandiq; diligẽtiam impedit: dum capitis dolores semp & uertigines suspicat: studiumq; sapientie causatur: quasi ex eo ista nascantur. Quãobrem ad uirtutis exercitationem / probationẽq; nobis omnino impedimẽto est. Efficit enim ut semper grotare putemus: neq; desinamus/unq̃ de habitu corporis queri. GLAVCO. Consentaneum est. SO. Hæc utiq; cognoscẽtẽ uicimus esculapium: hominibus natura educationeq; bñ ualẽtibus: deinde uero morbo quodam exterius illato & subito egrotantibus eam ostendisse medicinam: qua pharmacis: & incisionibus infirmitas tolleretur: uidelicet cõsueto deinde uictu seruato/ne ciuilia negocia disturbaret. Corpora uero penitus interiori corruptione morbosa nequaq̃ aggressum fuisse diligentia uictus & diuturna obseruantia in uita producere: ita ut & male uiuerent homines: & ualitudinarios/ut consequens est/filios generarent. Neq; uero illum cẽsuisse curandũ/qui non posset in cõstituto & solito uictu ac regula uiuere: tanq̃ neq; ipsi/neq; ciuitati id conferat. GLAV. Ciuilẽ uirum dicis esculapium extitisse? SO. Constat plane: filiiq; ipsius talẽ eum fuisse testantur. An ignoras illos apud troiam in rebus bellicis claruisse: q̃q̃ & medicine studio/quemadmodum ego dicebã; utebantur. Nõ meministi qđ menelao pandiri manibus uulnerato/cruorem uulneris absterserunt: & unguentis mitigantibus perunxere. Legem uero certam circa cibos ac potus nihilo magis q̃ eurypilo prescripserunt: quasi pharmaca ad curandos sufficerent homines qui ante eccepta uulnera: & firmi corporis habitu & uictu moderati fuissent: licet protinus dictum illud poculum ebibissent: homines autem & natura: & incontinentia morbosos: uiuere/neq; iis ipsis/neq; aliis conferre putabant. Neq; circa illos uersari artem neq; esse curandos etiam si mida locupletiores essent. GLA. Scitos ad modũ uiros fuisse perhibes esculapii filios. SO. Decet sane/q̃q̃ nobis tragedi & pindarus non testificantes esculapium ferunt apollinis filiũ extitisse: atq; auro inductum ad hominẽ pecuniosum cũ extrema egritudine ad mortem ferẽtẽ opprimeret: in uitã restituẽdũ. Vnde & fulmine illũ pcussum. Sed nos propter illa quæ supra diximus illis hæc utraq; nõ ɔcedimus. Immo si dei filius fuit/lucri turpis auidũ fuisse negabi-

mus/sin turpis/auidus lucri/dei fuisse filium reiiciemus.GLA.Probe quidē ista dicunť.Sed de hoc quid ais o Socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate? Essent aūt tales maxie/qui cūq; fuissent cū sanis plurimis/plurimisq; egrotātib⁹ ɔuersati.Iudices itē similiter/q̄ uaria hoium i/genia essent expti.SO.Et ualde quidē bonos dico.Sed nunquid intelligis/quos tales esse arbitror? GLAV.Si dixeris.SO.Tētabo equidē.Tu tñ nō similē rē sermone eodē iterrogabas.GLA.Qua rōne.SO.Medici quidē sufficientissimi euaderent/si ab ineunte etate ultra discēde artis studiū inter plurimos corpore male affectos cōuersarenť:ipsiq; omni morborꝝ genere laborarēt: naturaq; imbecilla eēnt.Neq; enī corpus/ut arbitror/corpore curant.Impossibile nāq; esset/ipsa qñq; mala uel fuisse uel esse:sed aīa corpus curāt.An non fieri pōt/ut quæ fuerit sitq; mala/bene aliquid curet? GLA.Recte quidē.SO.Iudex autē o amice ipso aio ipsi aio imperat.Nonne possibile est a pueritia animum aliquē cū malis animis cōuersatū & iniusta queq; facinora operatū/acute deniq; ex seipso aliorū scelera coniectare quēadmodum ex ipso corpore morbos? Nū insontē ipsum imperitūq; malorū morum/dū esset iuuenis extitisse oportet/si bonus & honestus existens iusta sincere est iudicaturus.Quapropter modesti hoīes/dū iuuenes sunt/stolidi esse uidenť:& qui facile ab iniustis decipi possint:tanq̄ qui non habeāt in seipsis eadē/quæ habēt iprobi/affectuū/ exēpla malorū.GLA. Omnino certe id patiuntur.SO.Verū enimuero non iuuenē/sed senē esse bonum oportet iudicē: qui sero quale quid iniusticia sit/didicerit:tanq̄ qui non ꝓpriā in animo suo eā senserit/sed alienam in alienis animis longo tēpore nouerit:atq; iccirco cuiusmodi sit malū discernat/sciētia potiusq̄ ꝓpria experientia iudicās.GLA.Generosissimus certe iudex huiusmodi esse uidetur.SO.Et bonus præterea qđ ipse querebas.Qui enim bonū habet remouet & animū bonus est.Versutus autē ille ac mala suspicans:qui multa agit iniuste:sagaxq; & sapiens habetur/qñ cum sui similibus uersatur/ cautus calidusq; apparet/cū ad exēpla quæ in eo sunt/mentē dirigens sibi satis caueat.Quādo uero bonis senioribusq; adheret/fatuus:cū ultra q̄ decet diffidat:sanūq; & sincerꝫ morē ignoret:quippe qui exēpla illius non habeat.Cū uero frequentius cū malis q̄ cum bonis uersef/sepius quoq; sapientior q̄ insipientior sibi aliisq; uidef.GLA.Vera proculdubio loqueris.SO.Non ergo talē quærere oportet iudicē tanq̄ bonū & sapientē/sed qualē pauloante dicebā.Prauitas enim/neq; se/neq; uirtutem cognoscere unq̄.Virtus autē nature tēpore addita disciplina: & seipsam simul: & prauitatē intelliget.Non igiť malus/ut mea fert opinio/sed hic sapiens euadit.GLA.Mihi quoq; ita uidef. SO.Nonne igiť & medicinam qualē diximus una cū huiusmodi iudiciaria equitate in ciuitate/lege constitues/que quidē eos ciues qui natura/tū aīo/tum corpore bene se habent/enutriant:eorum uero qui tales non sunt/quotcūq; corpore deficiunt/mori sinaūt:quotcūq; autē malo ingenio procreati/insanabiles sunť/morte mulctent.GLA.Hoc fortasse & ipsis qui talia patiunť & ciuitati conducit.SO.Constat quinetiam curaturos iuuenes ne in iudiciarie usum indigentiāq; descēdant/simplici illa utentes musica:ex qua nasci diximus tēperantiā.GLA.Cur non?SO.An non per eadem hæc uestigia musicus gymnasticā sequens/si uolet aget/assequeturq;/ut nihil egeat medicina nisi necessitas cogat.GLA.Assentior equidem.SO.Exercebit autem in gymnasiis corpus/respiciēs magis ad animositatem nature/illāq; excitans/q̄ ad robur/neq; quēadmodum athlete alii corporei roboris gratia uictum instituet/laboresq; adhibebit.GLA.Recte admodum.SO.Qui ergo constituunt o glauco musica/& gymnastica homines erudire/non ea causa qua multi existimāt/studia hęc aggrediuntur/ut hac quidem corpus/illa animum curent.GLA.Cur non?SO.Videntur utraq; animi gratia plurimum exercere.GLA.Quo pacto?SO.An non uides/ut afficiant animum qui gymnasticam per omnē uitā exercent:musicam autē non attingunt:uel qui contra faciunt.GLA. De quo nam dicis?SO.De rustica inq̄ duritia ferocitateq;:atq; item de mollitie:& mansuetudine. GLA.Non equidem eos qui mera utuntur gymnastica/agrestiores q̄ oportet euadere.Qui autē dumtaxat musica/molliores q̄ eos deceat effici.SO.At qui uis ipsa agrestis ad iracunde nature animositatem pertinet:quæ si recte nutritur/fortis euadit/sinautē supra q̄ decet excrescit/ferox/ut consentaneū est ac dura.GLA.Assentior.SO.Quid autem uim ipsam mitem & mansuetam/nonne philosophi natura habet: quæ si nimium coalescit/mollior fit q̄ decet/bene autem si enutritur/suauis atq; modesta.GLAVCO.Est ut dicis.SO.Dicebamus autē oportere ipsos custodes utrasq; naturas habere.GLAVCO.Oportet sane.SO.Nonne congruere inuicem & concinere oportet.GLAV.Quidni?SO.Eiusq; animus in quo hæc consonant/temperatus est & fortis.GLA. Omnino.SO.Eius autem animus in quo dissonant/timidus & agrestis.GLAVCO.Et maxime quidem.SO.Quicunq; permittit ut musica animum suum assidue circūsonans occupet & demulceat:perq; aures ueluti per infundibula harmonias infundat:quas supra cōmemorauimus/suaues/ blandas/molles ac flebiles:atq; etatem suam in modulis animum deliniētibus consumit/is primū quidem.si quid iracundū habebat/ tanq̄ ferrum demollit:& utile ex inutile duroq; efficit.Quando autem incumbit diutius/ magis demulcet/post hoc iam liquefacit animum & resoluit: donec destillando exhauriat animositatem omnem/exscindatq; tanq̄ neruos ex animo.Ex quo animum quasi

segnem

segnē militē efficit. GLA. Sic est oīno. SO. Ac si a principio hoīem nacta sit natura sine animi robore/cito hoc pficit. Sin āt aīosum uires animi frāgēs ad irā reddit præcipitē: ut minimis qbusq; offensiunculis irritetur: ac facile iterū efferuescat. Vnde ex aīosis iracūdi/atq; morosi effecti sunt/molestia & fastidio pleni. GLAV. Ita prorsus accidit. SO. Quod siquis gymnastice uictui exercitationi q; se dedat/musica philosophiaq; neglectis/primo quidē firmū corporis habitū cōsequutus animi uiribus magnitudineq; replet: fortiorq;/q̄ esset/euadit. GLAV. Valde qdē. SO. Deinde si in hoc ita perseueret: ut nihil aliud agat: neq; musam prorsus attingat/certe siquis erat eius in animo instictus discendi/flagrās cupiditate/imbecillus/surdus/ac cecus efficit: utpote qui/neq; doctrinam gustauerit ullā/neq; indagationē rerū/neq; ullam penitus rationē/neq; musicā aliam, unde expergisci potuerit/coalescereq; : sensusq; suos puros accipere. GLAV. Sic plane. SO. Rationi aduersus/ut arbitror/uir huiusmodi & a musis reddit alienus. Ac nulla ulterius persuasione rationibus inducta utitur: sed ui & agresti īmanitate tanq̄ fera quædā ad omnia fertur: inq; inscitia & ruditate sine rhythmo & gratia: & urbanitate uiuit. GLAV. Omnino sic se res habet. SO. Postq̄ duo hæc sunt/ut apparet/artes duas assererē deū aliquē hoībus tribuisse: musicam & gymnasticā ad animositatem/philosophicāue naturā: non ad animū & corpus/nisi per accidens fuerit: sed ad illa/ut inuicem consonarent intēsa uidelicet/atq; remissa quatenus deceat. GLAV. Sic apparet. SO. Eum igitur qui pulcherrime gymnasticā cum musica miscet/moderatissimeq; hæc aio adhibet/ merito absolutissimum musicū diceremus & summa harmonia cōpositū/magisq̄ eum qui chordas una ɔtempetat. GLAV. Et meritoquidē o Socrates. SO. Nonne ergo huiusmodi aliquo præside semp in ciuitate nobis opus erit. GLAV. si debet salua fore res. pu. GLAV. Erit certe summopere. SO. Hi ergo disciplinæ educationisq; modi essent. Nēpe choreas in horū genere quis reponet: uenatiōesq; & canū insecutiōes: gymnica item certamina & equestria. Ferme enim constat sequi hæc ista debere/neq; inuētu difficilia fore. GLAV. Forte non sunt difficilia. SO. Quid nobis præterea distinguendum? Nonne horū omniū/qui nā imperare debeant/qui parere. GLAV. Cur non? SO. Constat quidem seniores imperare oportere/ iuniores subesse. GLAV. Constat profecto. SO. Et hoc liquæt ex his esse optimos eligendos. GLAV. Liquæt certe & istuc. SO. Agricolarū optimi nonne hi sunt: qui maximā agrorum habent colendorū peritiā? GLAV. Prorsus. SO. Nunc aūt cum ex custodibus optimos eligi oporteat nonne eos qui maximā custodiende ciuitatis peritiam habent? GLAV. Eos plane. SO. Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet/potentesq;: & qui rei. pu. curā habeant. GLAV. Et ita. SO. Curat autē quisq; maxime id qđ maxime diligit. GLAV. Necesse est. SO. Atq; hoc diligit maxime cui conferre eadē ac sibi existimat/& ex cuius felicitate uel infelicitate suam arbitrat felicitatem infelicitatēue pendere? GLAV. Sic est. SO. Eligendi igit ex oībus custodibus hi maxime qui nobis cōsiderantibus uideant per orationē uitā/summo studio ea facere/quę e re. p. esse ducunt: que uero contra/cauere? GLAV. Cōmodissimi certe hi sunt. SO. Obseruandi ita p sunt/ut arbitror/in singulis etatibus/utrū præceptum hoc seruēt/neq; tanq̄ præstigiis quibusdam decepti/neq; ui ulla cōpulsi/suiq; ipsorū obliti eiiciāt eā opinionē qua ea sola cēsent agēda/quæ sunt optima rei. p. GLAV. Quā eiectionē dicis? SO. Dicā tibi. uidetur mihi opinio mente exire/ uel sponte/uel inuite. Sponte quidem falsa/in eo qui dediscit falsa/uera discit. Inuite aūt/uera queq; opinio. GLAV. Quod de uolūtario exitu dicis/ intelligo: quod aūt de inuito/discere cupio. SO. Nonne putas bonis hoīes inuite priuari: malis aūt sponte? An non mētiri uerūq; nescire malū est/ uere aūt iudicare bonum? Nonne opinari ea quæ sunt/uere putare/tibi uidet? GLAV. Probe loq̄ris: mihiq; uidentur homines inuiti uera opinione priuari. SO. An non uel subreptione/uel deceptione/uel ui hoc patiuntur? GLAV. Neq; istud intelligo. SO. Tragice porro loqui uideor. Surripi enim opiniones iis dico/qui sententiā mutant/uel sensim tēpore oblitteratam uel clam aduersa ratione subtractā. Nūc intelligis? GLAV. Intelligo equidē. SO. Vim autem illis inferri/quos dolor/cruciatus/aliter sentire cogunt. GLA. Istud intelligo equidē/ac recte dicis. SO. Subduci autē quasi præstigiis eos/ut arbitror/tu quoq; diceres/qui priorē deponūt opinionē/uel uoluptate permulcti/uel metu perterrefacti. GLA. Videntur sane quecūq; decipiunt/præstigiis nos seducere. SO. Quod igit nuper dicebam/quærendum est. Qui nam cōstātes seruitores sint eius quæ apud ipsos est/sentētie/id uidelicet semper agendum esse/ quod rei. p. conducere arbitrantur. Obseruādi sunt igitur statim a pueritia/eaq; illis opera proponenda/ex quibus aliquis maxime præceptum illud obliuisci fallīq; possit. Atq; is qui seruat illud memoriter/neq; subducitur/eligendus. Qui cōtra abiiciendus: an non? GLAV. Certe. SO. Ergo & labores & dolores illis & certamina opponenda. in hisq; hæc eadem obseruanda. GLAVCO. Scite. SO. Nonne secundum speciem illā tertiam/ hoc est/ quasi quandam præstigiorum allucinationem pugnandum est? & quemadmodū qui inspicere cupiunt nunquid pulli pauidi sint necne/ad strepitum illos/ & tumultum ducunt/ sic iuniores in terribilia quædam impellendi/atq; item oblectamenta: in hisq; multomagis q̄ igniaurum examinandi: ut ita comperiamus/si extet aliquis inter eos qui non facile irretiatur/ sitq; com-

positus in oībus: sui ipsius custos optim⁹/& ei⁹ q̄ didicit musicæ/cōseruator/cōcinūq; & cōsonū se I his oībus præbeat. Qualis uir eēt & sibi patrie utilissimus. Atq; is q singulis etatibus semp pueritia adolescētia natura/ętate/pbat⁹ ē:& īmaculat⁹ existit/custos & priceps ē ciuitatis ɔstituēdus. Honores huic tribuendi & uiuenti & mortuo sepulchrorū & alioꝝ monimentoꝝ maxima munera sortiēti. Qui uero talis nō sit/abiciendus est. Huiusmodi igiꝭ o glaucon delectus & institutio principū & custodū esse debere mihi uideꝭ:ut summatī potius q̄ exacte sit dictū. GLAV. Idē & mihi uꝭ. SO. Igiꝭ uerissime uocabunꝭ hi quidē custodes oī ex pte/tā externorū hostiū/q̄ internoꝝ amicorū ut isti nolint/illi nequeāt malū aliqd machinari. Iuuenes aūt quos pauloañ custodes noīabamus/recte auxiliarii defensoresq; institutionū ipsoꝝ pricipū appellabunꝭ. GLAV. Sic/& ipse sentio. SO. Quis itaq; modus erit quo ex his mēdaciis que aliqñ decēt quēadmodū/& nos in supioribus generosum qddā mētiētes īduximus: psuadeamus prius qdē pricipib⁹/sin minus/saltē reliqs ciuib⁹. GLAV. Quale istuc ais? SO. Nihil noui eqdē sed phenicium qddā: qd añ quidē apud multos factū ē/ut poete dixerūt:& psuaserūt. Nostris uero tēporibus minime. Nec scio/si futurū unq̄. Persuadere certe est arduū. GLAV. Quā pigræ ad dicēdū uideris accedere. SO. Videbor eqdē tibi postq̄ dixero ualde decēter pigrescere. GLAV. Dic age/nec timeas. SO. Ecce iā dico/q̄q̄ nescio qua audacia q busq; uerbis fretus dicā: atq; aggrediar primū ipsis pricipibus & militibus suadere: deīceps aūt/& reliqs ciuibus: qd ea qbus nosipsos enutriuimus: erudiuimusq; tanq̄ somnia uili oīa sunt circa seipsos habere. Erāt aūt tunc reuera sub terra/intus formati & enutriti ipsi/& arma eoꝝ/& supellex oīs. Postq̄ uero oīno pfecti fuerunt/terra ipsos/ut mater eduxit. Et nunc quidē tanq̄ matri ac nutrici/regioni huic in qua sunt consulere debent/atq; succurrere: siquis eam inuaserit: deq; cæteris ciuibus tanq̄ de fratrib⁹/terra genitis/cogitare. GLAV. Non frustra olim erubescebas hoc mendaciū dicere. SO. Decēter admodū: sed audi iā reliquū fabulæ. Estis utiq; oēs ī ciuitate tanq̄ fratres/ut ipsi dicemus/ad eos cōfugiētes. Sed cū deus nos formaret/quicūq; uestrū ad iperādū idonei nati sunt/ aurū in eoꝝ generatiōe ipsis admiscuit: propter qd honoratissimi sunt. Illis aūt qui ad auxiliādū/argentū indidit. Ferrū deniq; atq; es/agricolis & aliis opificibus. Tanq̄ igiꝭ eiusdē generis oēs/similes uobis plurimū generatis. Euenit aūt qñq;/ut ex aureo nascaꝭ argēteus: & ex argēto similiter aureus: cæteraq;: ita uicissim. Quapropter ipsis pricipib⁹ & primo & maxīe deus præcipit: & nullius rei maiorē curā custodiāq; suscipiant q̄ natoꝝ: ut dignoscāt quid ex quatuor his potissimū/ illorum aīs sit immixtū: & siqs ex ipsis nascaꝭ ęneus aut ferreus/nullo pacto misereanꝭ: sed honorē illi nature cōuenientē tribuētes/inter opifices uel agricolas mittāt. Rursusq; si ex illis nascaꝭ aliquis aureus uel argēteus/honorātes extollant partim qdem in custodes/partim auxiliarios. Quasi oraculū sit/ tunc rē.p. periturā/cū ipsam uel ęneus custos uel ferreus gubernabit. Habesne qūo huic fabule fidem adhibeant? GLAVCO. Nullo modo/quo pacto isti: quo aūt modo istorū filii ac reliqui posteri habeo. SO. At hoc bene se haberet ad maiorē curā sui/& ciuitatis habendā. GLAV. Ferme qd dicis intelligo. SO. Et hoc quidē illuc tēdet/quo oraculū perducet. Nos autem hos terra genitos armātes ducētibus principibus pducamus. Profecti aūt explorent/ubi nā in ciuitate sit optimū castra ponere. Vnde & eos qui intus sunt/maxime cohibeant/siquis nolit legibus ipsis obtēperare: & eos qui extra/repellant/si hostis tanq̄ lupus ac ouile prexerint. Cū uero castra posuerint/& quib⁹ oportet/sacrificauerint/tabernacula struant. Sic ne? an aliter? GLAV. Sic certe. SO. Nū huiusmodi qualia cōtra hiemes & calores sufficiant? GLAV. Quid ni? habitationes enim dicere mihi uideris. SO. Sic aio/sed militares non opulētas & mercatorias. GLAV. Quo differre afferis hoc ab illo? SO. Conabor eqdē declarare. Grauissimū quippe omniū/& turpissimū pastoribus esset/si eos atq; ita canes grægis custodes futuros nutrirēt/ut ex intēperantia aut ex fame: aut ex aliqua alia mala cōsuetudine: canes ipsi aggredianꝭ pecuaria ledere: & p canib⁹ similes lupis efficianꝭ. GLAV. Graue nimiū. SO. Oīno itaq; nobis cauēdū nequid tale aduersus ciues efficiant: q defensores adhibenꝭ: cū ipsis ualentiores sint: neq; beniuolorū loco sociorū/agrestibus dñis se similes præbeant. GLAV. Cauendū sane. SO. Nonne maxima esset adhibita cautio si reuera præclare educati sint. GLAV. Sunt quidē. SO. Hoc qdem o amice glauco asseuerare nō decet/qd aūt nup dicebamus: nimirū decet: qd oportet ipsos/rectā/siqua est/cōsequi disciplinā: si mō mites futuri sunt/& sibi inuicē & his quos custodiunt. GLAV. Et recte qdē. SO. Ad hanc igiꝭ disciplinā quisq; sane mentis diceret/habitationē & reliquā suppellectilē/ita adhibendā/ne ipsos quominus optimi uiri essent/ phiberet: neq; eos ad cæteros ciues ledendos induceret. GLAV. Et uere quidem. SO. Inspice igitur/an tali quadam ratione eos oporteat: & uiuere & habitare/siquidē futuri sint tales. Primo quidem nemo proprium quicquā possideat/nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neq; domum neq; penu habeant: quo non omnibus pateat aditus. Quæ uero ad uictum pertinent tanta sint apud eos/quātis indigēt militares athlete: tēperati ac fortes: accipiātq; ex instituto ab aliis ciuibus mercedis tm̄ custodie grã/ut exacto anno/neq; desit qcq̄/neq; supsit. Cōferētes āt se ad cōmessationes pinde atq; in castris/cōi uescanꝭ cōuiuio. Dicēdūq; est illis aurū & argētū diuinū a diis in aīo

eos habere:

eos habere:neq; humano auro indigere:neq; sanctã esse illius possessionẽ/admixtione mortalis au/ri inquinare. Nẽpe ex uulgi pecuniis multa impia puenerũt/qd uero inest illis aurũ/ prorsus immaculatũ. Profecto solis ipsis ex oibus qui sunt in ciuitate tangere aurũ aut argẽtũ:aut sub tecto suo recipere aut circũferre uel ex ea materia bibere/nefas. Hoc ergo pacto & sibi & ciuitati salutem parerent. Si qñ uero domũ sibi aut agrũ aut pecuniã priuatim possederint:administratores familiæ: & agricolæ pro custodibus erũt/& uice eorũ qui ciuibus auxilio sint/dñi eorũ infensi efficienť. Et ipsi odio habiti odioq; alios habẽtes/& insidias parantes/pariterq; patiẽtes uitã uniuersam degẽt. Vbi multomagis ciues q̃ externos hostes timebũt. Accedentq; iam tũc proxime ad pernitiẽ tã ipsi q̃ reliqua ciuitas. Horũ igiť omniũ causa dicamus custodes ipsos circa domũ & reliqua omnia/ita instructos esse debere. Hæcq; lata sit lex:an non? G L A V. Sic esto.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM QVARTVM DE IVSTO.

Traditur in quarto libro modus possessionis atq; ciuitatis:ut neq; diuites nimium ciues sint neq; pauperes. Putat enim tam ex nimia copia q̃ inopia seditiones oriri/ciuitatemq; dissipati. Iudicat præterea ciuitatẽ illam non esse unã/sed plures/in qua alii quidẽ pauperes sint:alii uero diuites:atq; ut fieri solet/ diuites cõtemnant pauperes. Hi uero erga illos/& inuidia afficiantur/& odio. Vnde sensim descẽdit ad mysterium suum/ut oĩa uidelicet sint cõmunia. Ne alii minus/alii uero plus habeant. Et inde inuidie/mẽdacia furta:& hinc luxuria/supbia/pigritiaq; nascanť. Adde qd possessio rerũ tã excedẽs q̃ deficiens/non solũ moribus & cõcordie/sed ingenio etiã & artibus obest. Docet nõ diuitiis sed uirtute seruari ciuitatẽ/magnaq; gerere. Itẽ qualibet ciuitatis partẽ non ita disponẽdam esse/ut in seipsa q̃ optime habere se uideať:sed ut cunctis conferat/cõmuniq; ciuitatis totius cõducat bono. Alioquin neq; ciuitatẽ ipsam/neq; partes ullas posse cõsistere. Addit præterea ciuitatis augẽde modũ/quatenus scilicet ciuitas una pmaneat. At cũ primũ perdi unitas posse uidetur/nõ esse ulterius augendam. Præcipit ergo/ut neq; exigua/neq; uasta sit ciuitas/sed mediocris equalisq; & concors:quo eius unitas cõseruetur. ¶Quoniã uero messem frustra sperat qui negligens fuit in seminãdo/iccirco totũ studiũ circa pueritiã adolescẽtiamq; adhibẽdũ esse iudicat quasi circa messis urbane sementẽ/adeo ut etiã uerbo⁊ ludorũ gestuũq; singulorũ ratio diligens circa puetos adolescẽtesq; habeať. Alioquin si negligať hæc etas/non aliter circa leges quotidianas frustra laboratũ iri/q̃ siquis pharmacis eũ quotidie curare cõtẽderit/qui nullũ seruare uelit in uictu tẽperantie modũ. Inter hæc considera ludos in studia sensum/ moresq; cõuerti. Itẽ sicut homini & natura robusto & uictu prudẽti/ atq; temperato nullis pene/unq̃ opus est medicinis:ita ciuitati/& optime ab initio constitute/& in ea forma pseuerantí/neq; multis ab initio legibus/neq; quotidianis deinceps cõstitutionibus opus eẽ. Malas uero res publicas/in quotidiana qdẽ p nouas leges curatione uersari/ nunq̃ uero bene ualere. Quapropter in hac re.p. tanq̃ optima Plato nullũ circa leges adhibuit studiũ/sperans prudẽtes bonosq; uiros leges eẽ uiuẽtes. De legibus uero sacris quid? Multo certe minus in his cẽsuit laborãdũ. Nemo enim qua ratione colẽdus sit deus intelligit unq̃:nisi prius intelligat deum. Diuinum uero solẽ nisi ipso diuino sole se monstrante uidere non possumus. Petendas ergo religionis leges ab apolline: idest diuino lumine iudicat:petendas inq̃/non lingua/sed purgata mente/ atq; serena. Mitto quid hic de historia tangat oraculorũ. Hec enim notissima sunt. Allegorice uero significat apollinem: idest diuinum lumen sedere:idest firmiter adesse/medie terre:idest ubiq; rerum omniũ penetralibus. In umbillico cõquiescere:idest in mente a sensibus segregata/atq; instar figure motionisq; sphærice in se reflexa. Præterea apollinem omnibus eẽ patriũ:idest præsentẽ & familiarẽ/atq; propitiũ: patrẽ qdem nascẽtibus/patriã deniq; reuertentibus. ¶Cõstituta uero re.p. deinceps quattuor in ea uirtutes agnoscit:prudẽtiã in principibus:idest recte custodiẽdi cõsultãdiq; sciam. Fortitudinẽ in militibus:idest firmã sñiam in uitis/tã illecebris q̃ minis audẽdi pro patria in periculis quatenus leges magistratusq; præcipiunt. Tẽperantiã in principibus simul & militibus/atq; artificibus:idest cõsensionẽ quãdam qua libenter cũcti conueniũt/ut alii qdem imperent alii pareant/& inter eos q parent/alii qdem in bello/alii in opificio pareãt:neq; ob uoluptates ullas cõsensio talis impediatur/ immo cupiditates inferio⁊/superio⁊ ĩperio cõsilioq; obtẽperent. Iusticiã quoq; in oibus: per quã suũ quisq;:idest ad qd & natura & studio est aptissimus opus munusq; exequiť/tam publice q̃ priuatim cõmunis cõmodi gratia: neq; quisq̃ sibi uendicat alienũ. ¶Quod aũt temperantiã appellauit diapason harmoniã intellige diapason cõsonantiam resultantẽ ex dupla tensionis/uelocitatis/uehementie proportione ad id qd duplo remissius est/tardiusq; & lenius. Ex qua quidẽ proportione dupla consurgit acute:idest octaue uocis excessus ad grauem:nec immerito. Prima enim proportio dupla inter duo est & unum. In qua quidem proportione binarius numerus/ dũ superare uidetur

unum recreat/& geminat unũ. Binarius deinde dũ mouet̃ ac reuoluit̃ in seipsum/octo ꝑducit numerũ solidũ. Bis enim duo/bis octo cõficiunt. Dicit̃ aũt diapason:idest per oĩa. Cõsonãtia enĩ eius modi & oẽs intra se cõtinet/& replicat̃ in oĩbus. Nec ab re Plato inqt tẽperantiã quasi diapason extendi per summos ciues infimosq; & medios. In octaua enĩ & grauis uox/& accutissima est/sunt: & medie. Sed ut ad iusticiã redeamus. Queãdmodũ in diapason cõsonãtia uox octaua cũ graui adeo cõsonat/ut que uox gemina est appareat una/sic in bñ cõposita ciuitate tẽperãtie grauitas cũ iusticie robore/tã apte cõgruit/ut due hæ uirtutes uix inuicem discernant̃. Et uide q̃ oportune ex diapason cõsonãtia uocis octaue socrates se cõferat ad iusticiã apud pythagoricos octonario nũero designatã. Cũ enim iusticia sit equalis oĩno pro cuiusq; meritis distributio ciuitatisq; solidũ fundamẽtũ iuste per octonariũ describit̃ numerũ. Hic enim numerus & solidoꝝ primus est:primusq; omniũ in numeros/ita soluit̃ pariter pares/hoc est in bis quaternos:ut nihilominus ĩ numeros eque pariter pares diuisio quoq; ipsa soluat̃:idest in bis binos rursusq; qua equalitate resoluit̃ eadẽ quoq; cõtexitur. Nã bis bini bis/octonariũ/ut dixi/cõstituũt equalitatis iuste simulachrũ. Quapropter orpheus ubicũq; diuinã iusticiã obtestari nolebat per numina octo iurabat/ignẽ/aquã/terrã/celũ/lunã/solẽ/phanetãq; & noctẽ. In egyptia quoq; colũna in signum iusticie posita numina octo notabant̃ inscripta queãdmodũ testat̃ euãder/saturnus/rhea/osiris/spiritus/celũ/terra/nox. dies. Deniq; celestis iusticie ordinẽ speris octo digestũ esse oĩs arbitrat̃ antiqtas. Socrates post hæc ostendit iniusticiã esse subitũ ciuitatis exitiũ/qñ aliena singuli usurpãtes oĩa perturbãt atq; cõfundũt. Iusticiã uero ciuitatis ordinẽ esse atq; salutẽ. ¶ Proinde ex manifestiori hac ciuitatis iusticia/ad occultiorem transit in aĩo quasi latentẽ. Diuiditq; trifariã animi uires/in rõnem loco principis/& uim irascẽdi/uice militũ naturamq; cõcupiscẽdi opifici similẽ. Probatq; unã in nobis eẽ aĩam. Cuius & in qua he tres sint uires/nõ loco intra se/sed ꝓprietate distincte. Quod quidẽ & peripateticos quosdã latratores refellit & cuilibet diligẽter legẽti põt fieri manifestũ. Hanc uero distinctionẽ adducit: ut pateat qũo inter se aĩa atq; ciuitas/& illius/& huius iusticia sint persimiles. Inquit ergo/cũ nequeat aĩa per eandẽ sui uim circa idẽ simul opposita facere/necesse est eam tres saltẽ uires habere. Quippe cũ eodẽ in tpe per libidinẽ rapiat̃ ad uoluptatẽ/& per rõnẽ interim reuocet̃. Itẽ per libidinẽ retrahat̃ a prelio/ per iracundiam prouocet̃ ad pugnã. Ex qbus patet rõnẽ eẽ a libidine differentẽ/& ab eadẽ differre etiã irascẽdi uigorẽ. Differre quoq; hunc a rõne patet:tũ in pueris nõdũ utẽtibus rõne iracũdia/tũ ualde feruẽtibus/tũ in aliis multa per iram ꝑter rõnis legẽ agẽtibus. Propinqori uero irascẽdi uigorẽ rõni ex eo eẽ ꝓbat/qd̃ indignatio sepe rõni opitulat̃ cõtra libidinẽ. Concludit deinceps iusticiã una cũ tẽperantia esse lẽgittimã quandã cõsensionẽ/tũ in cuiuslibet aĩo triũ quas diximus partiũ/tũ in ciuitate triũ his ptibus cõsimiliũ. Cõsensionẽ inq̃ ĩ gubernando/exequẽdo/obediẽdo. Atq; in ꝓpriis muneribus pagẽdis/& alienis nõ usurpandis. Nec ĩmerito hic iusticiã tẽperãtie germanam/noĩat harmoniã/ex acutis uocibus & grauib⁹ mediisq; cõstantẽ:uocib⁹ inq̃ principes & q̃stuarios mediosq; hoꝝ milites referẽtibus. Deinde ut q̃oni/iamdiu adducte rñdeat/q̃rẽti qd nam iusticia iniusticiaq; in aĩo pariant/dicit uirtutẽ eẽ animi sanitatẽ pulchritudinẽq; & robur:uitiũ uero morbũ/turpitudinẽ/ĩbellicitatẽ. Siquidẽ uirtus cũctas aĩe partes/ut statuit natura/ disponit & seruat. Vitiũ uero cõtra nature ordinẽ cõfundit atq; pturbat. Qm̃ uero qñ deprauata oĩno corporis est natura/ꝑstat mori q̃ uiuere/ẽt si ex terna nobis abũde suppeditent̃:iccirco cõcludit illius uitam tanq̃ miserã eẽ ab oĩbus fugiẽdam/in quo aĩa p quam uiuimus p uitiũ est deprauata. Postremo in ipso libri huius calce asserit eiusmodi aĩam ciuitatẽq;/quam descripsit optimã esse atq; felicissimã. Aĩam inq̃ ciuitatẽq; regiam/a regina uidelicet hoĩs rõne dispositã. Addit eiusmodi gubernationẽ/tũ regiã appellari/qñ inter multos bonos excellat qdam manifeste oĩum ꝑstantissimus/ tũ rẽ.p. optimatũ/qñ plures pariter uideant̃ excellere. Oĩno uero eandẽ esse gubernationẽ existimandam. Annuit quoq; se in sequenti libro quattuor reliq̃s/tũ aĩoꝝ/tũ reꝝ publicarũ affectiones ordine distincturum.

DIALOGVS QVARTVS DE IVSTO.

¶ ADIMANTVS SOCRATES.

ADI.

Vid rñdebis Socrates/siquis dicat te nõ multũ hos uiros beatos efficere/cũ tamẽ ipsi sint quorũ reuera est ciuitas? Nihil aũt ex bonis ciuitatis accipiant queãdmodũ alii:q q & agros & magnificas domos/supellectilemq; hmõi domibus cõuenientẽ possident/sacraq; diis priuata faciũt. Hospites excipiũt:qua tu nũc dicebas/aurũ & argentũ adepti:& quecũq; ad felicitatem cõferre putant̃. Isti uero tanq̃ auxiliarii qdam mercede cõducti in urbe sedent/nihil agentes aliud q̃ custodiã. SO. Certe & qui uictum solũmodo recipiãt neq; mercedem ultra uictũ/ut alii solent. Quocirca neq; si ꝓficisci priuatim alio uelint/licebit ipsis neq; quicq̃ scortis largiri:aut ad queuis alia pecunias erogare;eorum more qui beati putant̃. Hec

utiq;/&

utiq; & alia multa huiusmodi in reprehensione permittebas. ADI. Atqui sint & ista in accusatione cōprehensa. SO. Quæris igitur qua rōne defendamus superiora. ADI. Nempe istud quæro. SO. Eandem uiam ingredientes/inueniemus/ut arbitror/quæ sint dicenda. Dicemus porro nihil mirū fore si ita isti felicissimi sint. Non tñ ad hoc respicientes/cōstituimus ciuitatem/ut una aliqua nobis gēs sit præcipue felix sed ut q̃ maxime ciuitas uniuersa. Putauimus enim in huiōi ciuitate maxiē inuenire iustitiam: rursusq; in ea quæ pessime instituta esset/iniustitiā. Quibus inspectis/facile nos qđ iamdiu quærimus/iudicaturos existimauimus. Nunc sane/ut opinamur beatam fingimus/non ut pauci quidam in ea beati sint/sed ut ciuitas tota. Deinceps aūt contrariam contemplabimur. Siq; cum figurā hominis pingeremus/nos uituperaret/quod pulcherrimis aīalis partibus nō pulcherrimos apponeremus colores/oculi enim pulcherrimum mēbrum non purpura/sed nigro colore essent depicti/decenter utiq; rñdere uideremur/non oportere adeo nos pulchros oculos pingere/ut non uideantur oculi: ac cętera membra similiter: sed considerare eum debere si singulis decorem suum attribuentes totum pulchrum reddimus. Ergo neq; nūc cogas nos diceremus ea custodes felicitate afficere/quæ illos quid uis aliud potius q̃ custodes efficiāt. Sciremus enim agricolas preciosissimo corporis cultu auroq; hornatos ad uoluptatem colere terram iubere: & figulos a dextra discumbentes atq; ad focum conuiuium celebrantes/missa rota/quantum figulinam cupiant exercere: & alios oēs hoc modo beatos facere/ut uniuersa ciuitas felix sit. Sed ne nos ita moneas. Porro si tibi parebimus/neq; agricola/agricola erit: neq; figulus/figulus. Neq; ullus alius formam habebit eorū ex quibus fit ciuitas. Sed aliorū quidē ratio leuior. Sutores enim facti deteriores deprauatiq; & simulantes id esse quod non sunt/ciuitati nihil inferunt graue. Custodes aūt legum & ciuitatis si nō sint sed appareant: uides ne ut omnem ciuitatem simul perdāt? rursusq; custodes ipsi bene eam constituendi: beatamq; reddendi soli opportunitatem habent? Quamobrem si ueros ciuitatis custodes quærimus/minime eos eligere debemus/qui noceant ciuitati. Qui uero illud dicit: & agricolas non tanq̃ in ciuitate/sed tanq̃ in festiua quadam celebritate discumbentes felices facit aliqđ certe aliud q̃ bonum considerat ciuitatis. Videndum igitur utrum ad hoc respicientes custodes cōstituamus: ut q̃ maxima felicitate abundent: an potius totius ciuitatis rōnem habeamus/ut tota sit felix. Auxiliarios aūt istos atq; custodes cogere & persuadere deceat illa facere/ex quibus q̃ optimi sui operis sint artifices: cęterosq; oēs similiter. Atq; ita uniuersa aucta ciuitate recteq; instituta sinendū ut singuli quatenus cuiusq; natura capax est beatitudinis sint participes. ADI. Probe mihi loqui uideris. SO. An & quod huic ē proximū/uidebor tibi decēter dicere? ADI. Quid maxime? SO. Contemplare nunqđ ista cæteros quoq; artifices ita corrūpant/ut praui sint. ADI. Quę nam ista? SO. Diuitię uidelicet & paupertas. ADI. Qua rōne? SO. Ita figulus diues factus/uidetur ne tibi/ulterius curam suæ artis habere? ADI. Minime. SO. Pigrior certe negligētiorq; reddetur. ADI. Valde. SO. Quare & deterior figulus? ADI. Et istud. SO. Rursus si autē pp inopiam instrumentis & reliquis quibus indiget ars/careat/& opera ipsa deteriora faciet/& filios ac cæteros quoscūq; docebit/deteriores artifices reddet. ADI. Quid ni? SO. Ex utrisq; igitur tam opulētia q̃ paupertate & praua artificū opera & praui artifices ipsi fiunt. ADI. Sic apparet. SO. Alia ergo quædā inuenimus nostris custodibus obseruanda/ne ipsis insciis in ciuitatem irrepant. ADI. Quę nā ista? SO. Opulentiam inq̃ & inopiam. Illa siquidem delitias. Desidiam seditiones rerū nouarū studium parit. Hæc aūt cum rerū innouatione illiberalitatem/& maleficia gignit. ADI. Sic est prorsus. Verum tñ o Socrates aīaduerte quæso/quo pacto nostra hæc ciuitas cum pecuniis careat/bellum gerere poterit. prǽsertim si qñ aduersus amplam opulentāq; ciuitatem arma cogetur capessere. SO. Constat utiq; qđ aduersus unā difficili sed aduersus duas tales/certe facilius. ADI. Quō istud ais? SO. Quod æquum est utiq; dico. Principio si cōmittenda pugna est/nonne hi bellicis rebus exercitati/aduersus diuites pugnabunt? ADI. Fateor equidē istud. SO. Quid uero Adimante. Vnus pugil optime ad hoc instructus nōne cōtra duo huius facultatis ignaros/diuites insup ac pingues/uidetur tibi facile pugnaturus? ADI. Haud forte simul. SO. An forte neq; ēt si licuerit subterfugiendo eius q primus inuadit ictus euitare/deinde subita conuersione eum cedere? Quin si sæpius sub sole & æstu id egerit/plures huiuscemodi hoīes uir talis subiget. ADI. Nempe nihil mirū. SO. An non putas diuites pugilis facultatis scientia & peritia participes eē magis q̃ bellicæ? ADI. Equidē. SO. Facile itaq; athletæ nostri ut consentaneū est/cum duplis triplisq; ipsorū certabunt. ADI. Id quoq; admittam. Nam pbe loqui uideris. SO. Quid si missa in ciuitatem aliā legatione/uera dixerint/quod nos quidē auro & argento non utimur/neq; nobis fas est. Vos ergo bellum nobiscū gerentes/quæ alii possident habetote/censes uero aliquos his auditis electuros contra canes duros aptosq; pugnare potius q̃ cum canibus una cōtra pingues oues ac molles? ADI. Haud quaq̃ mihi uidetur. Verum si in ciuitate una cæterorum pecuniæ cumulentur/caue ne minus pecuniosæ periculum inferat. SO. Beatus es/qñquidem putas decens eē aliam quandam appellare ciuitatem/q̃ talem qualem ipsi constituimus. ADI. Quid prohibet? SO. Ampliorem appellationem exigūt alię.

Quę mala ex opulentia & paupertate oriātur.

Nam quæq; illarum/ciuitates multæ sunt/non ciuitas:ut more loquar iocantium. Vnaquæq; sane duæ est saltem/inuicem dissidentes. Vna quidem pauperum. Diuitū altera. Rursusq; in utraq; illarum permultæ:quibus si ut uni intendas/penitus aberrabis. Sin ut multis/tribuens ea quæ aliorū sunt aliis/tam pecunias q̄ potētias aut & ipsos præterea/sociis auxiliatoribusq; semp multis uteris: hostibus aūt paucis. Et quatenus ciuitas ita ut nup ordinata est/tēperata extitet/maxima erit/nō ad opinionem inq̄ sed reuera maximam fore:ēt si mille dūtaxat ꝓpugnatoribus cōstet. Ita enim magnam ciuitatē unam haud facile uel īter Græcos uel inter barbaros qui ꝗ reperies/q̄ tn̄ huiuscemodi ciuitate multo maiores uideanť multis inueniens. An aliter sentis? ADI. Non aliter per Iouem. SO. An non hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augēdæ ciuitatis terminus? cui cum tanta fuerit tantam regionem tribuere decet/reliquā aūt dimittere. ADI. Quis nā terminus. SO. Arbitror equidem/quousq; ad aucta ciuitas una pmaneat:eo usq; augendam esse/non ultra. ADI. Præclare. SO. Hoc præterea præceptū custodibus seruandū mādabimus/ut nec parua ciuitas nec magna uideatur esse sed una atq; sufficiens? ADI. Atqui leue quid forsan illis pręcipiemus. SO. Et istud pręterea leuius: cuius in superioribus mentionē fecimus/oportere dicentes siue quis ex custodibus ignauus nascatur/ad alios mittere/siue ex aliis ꝓbus/ad custodes ipsos transferre. In quo plane ostendere uolebamus quod & alioꝝ ciuium unūquēq; ad unū id opus dūtaxat ad quod natura est aptus/ducere decet/ut quisq; unū aliqd suum opus exercens/ non multi/sed unus existat:atq; ita ciuitas tota una fiat/non multæ. ADI. Est hoc ēt illo minus. SO. Haud quaq̄ o bone uir Adimante hæc multa ac magna ut existimaret aliquis/illis præcipimus: sed leuia oīa exiguaq;/si unū/ut dici solet/magnum seruent. Immo uero ꝓ magno/sufficiens. ADI. Quid istud? SO. Educationem inq̄ & eruditionem. Nā si bn̄ educati/uiri moderati euaserint/facile oīa ista discernent:tū alia quotcunq; nos in præsentia præter mittimus:tum mulierū uirorumq; coniunctiones & procreationes filioꝝ/ quod uidelicet oporteat amicoꝝ oīa hæc secundū prouerbium q̄maxime esse cōmunia. ADI. Rectissime profecto ita fieret. SO. Etenim res pub. si semel cœperit bn̄/progreditur tanq̄ circulus sp proficiens. Quippe educatio eruditioq; bona seruata/ingenia quoq; bona efficit. Rursusq; bona ingenia educationem huiusmodi cōsecuta/meliora ēt q̄ prius euadunt tum ad alia/tū ad filios generandos/quēadmodū in cæteris aīalibus. ADI. Cōsentaneum id qdē. SO. Deniq; ut summatim dicam. Hoc diligenter est a ciuitatis tutoribus obseruandū / ne clā illis ignorantibus corrumpať. Immo istud in primis curent:ne qd præter ordinem a nobis datum circa gymnasticā & musicam īnouetur:sed illum q̄maxime fieri pōt/quisq; sequatur. Et cum dixerit aliquis poeticum illud hoīes uidelicet nouis cantibus admodū delectari/metuere debēt ipsi custodes : ne sæpenumero poetam quis putet non cātilenas nouas/sed modos canendi nouos dicere/eosq; laudet. Oportet autē neq; laudare qcq̄ tale/neq; suscipere. Cauendum sane speciem musicæ nouā inducere tanq̄ in toto naufragium. Nusquā.n.musicæ modi mutanť/absq; maximarū legū ciuiliū mutatione. Vt ait Damo: cui & ipse assentior. ADI. Me quoq; scito o Socrates assentiri. SO. Arcem igitur quandā custodiæ gratia hic ipsi custodes circa musicā struere debent. ADI. Nempe eiuscemodi præuaricatio clam ac facile subrepit. SO. Certe ioci cuiusdā instar/atq; ita ut nihil lædere uideatur. ADI. Atqui paulatim nobis familiaris effecta/sensim in mores serpit & studia. Ex his deinde ad commertia emergit amplior. Demum a cōmerciis ī leges/res pub. quæ erumpit magna o Socrates cum petulātia atq; lasciuia: quousq; tandem priuatim ac publice cuncta peruertat. SO. An hoc ita se habet? ADI. Ita uidetur. SO. Ergo ut a principio diximus/statim a primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt. Nam si iocis minus decentibus assuescant/nunquā legitimi probiq; uiri euadere poterunt ADI. Quid ni? SO. Quando itaq; bene incipientes pueri iocari ac ludere / legitimum per musicā morem imbibunt/in contraria his oīno ac superioribus musica tendit atq; prosequitur corrigere siquid antea in ciuitate iacebat. ADI. Vera loqueris. SO. Quæ igitur exigua uidenť eē ciuitatis instituta/ut dixi/hi reperient quæ supiores oīa perturbabant. ADI. Qualia? SO. Hęc uidelicet. Quēadmodū tacere debēt corā senibus iuniores/cedere illis locū/atq; assurgere/parētes colere. Quis tonsuræ modus seruādus cuiq;:qbus uestibus calceisue utendū. Et oīo qs corpis hornatus conueniat ac cætera generis eius. An non putas? ADI. Equidē. SO. Atq legibus hęc præscribere.ineptū ut arbitror/uidereť. Nam neq; id usq̄ fit:neq; cōstarent hęc uerbis litterisq; mandata. ADI. Quō? SO. Apparet itaq; o Adimante quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initiū/talia fore ēt quæ sequunť. An nō sil'e semp simile ꝓuocat? ADI. Cur nō? SO. Ac tandē dicendū id est in unū aliquod summū & potēs siue bonū seu malū desinere. ADI. Quid ꝓhibet? SO. Hac eadē rōne nunq̄ statuere legibus hæc cōtēderē. ADI. Et merito qdē. SO. Dic p deos nūqd negocia ipsa forēsia mutuaq; cōmertia & pacta in mechanicis artibus iurgādi uerberādiq; iura citationes in iudicia:cōstitutiōes iudicū. Et siqua uel circa foꝝ uel portus/aut īponēda aut exigēda sunt uectigalia : uel oīo forensia quæq; iura/uel urbana/uel naualia/& reliqua id genus. An hæc inq̄ uel hoꝝ qcq̄ legibus præsignare aggrediemur? ADI. Haud quaq̄ decet uiris bonis præclarisq; præcipe. Hæc.n.plurimū qualia

& quō

De educatione.

Prouerbium amicoꝝ communia esse.

Cū mutatiōe Musicæ modorū mutari maximas leges ciuiles.

Institutō puerorū in iocis honestis

& quo statuenda sint facile ipsi reperient. SO. Nimirum o amice: si deus illis legū illarū quas supra posuimus salutē præstiterit. ADI. Sin minus/ita uitam ducēt/ut multa eiusmodi legibus statuant/corrigantq; semp & innouēt/ putantes ita se qđ est optimū asseq. SO. Dicis nēpe istos pinde uicturos/ac illos q cū ægrotent/pp intēperantiam insalubrē uictū mutare nolūt. ADI. Sic prorsus. SO. Enimuero ridiculo quodámodo isti in morbis pseuerare uidentur: curationibusq; suis nihil aliud assequunt/q̄ quod plures uehemētioresq; morbos efficiūt. Confidūtq; semp siquis pharmacis agi cōsulat/bñ se ualituros. ADI. Oío tales sunt/ita laborantiū morbi. SO. Quid uero? nonne hoc in illis gratiosum? qđ oíum inimicissimū eū putent/q uera monet/dicitq; nō prius pharmaca/ustiones/incisiones/incātatiōes/caue q̄ extrinsecus admouent/aut eiusmodi aliq̄ pfutura/q̄ desinat qs ebrietati/uoragini/ueneri/ocio indulgere. ADI. Haud admodū gratiosum istud. Nam indignari aduersus eū q utilia cōsulit/gratiā hēt nullā. SO. Ergo uiros hmōi ut uideris/nequaq̄ pbas. ADI. Minime p Iouē. SO. Neq; ēt si ciuitas tota id agat qđ mō dicebamus laudabis. An non idem qđ isti facere tibi ciuitates uident/qcūq; male institutæ/ciuibus īterdicūt/ne totū ipsum rei.p. statū moueāt: alioquin capite dānent qcūq; res innouant. Cōtra qsqs pñtem gubernationē approbat cōfirmatq;: uoluntatesq; gubernātiū aucupatas/assentit/suffragat/& explet/hic demū bonus uir: hic in rebus maximis sapiens: hic honore dignus existimet. ADI. Idem prsus facere mihi uident/neq; ullo pacto hmōi res.p. laudo. SO. Quid aūt? nōne eoꝝ fortitudinē ppensioremq; affectū miraris/q has ciuitates curare cōtendūt. ADI. Admiror eqdē his exceptis q ab ipsis fallunt/putātq; reuera ciuiles esse/qđ uulgo laudent. SO. Quid ais? An nō istis ignoscis? Nūqd existimas eum q metiendi sit ignarus siqñ cæteri multi tales quadricubitū eē eum pdicent/effigere posse quin & ipse de se idē existimet? ADI. Non istud qdē. SO. Ne igit ægre feras. Sunt.n. hi qdē oíum mō quodā ridiculo gratiosissimi q leges ferūt in his q̄ diximus/emēdātq; semp/cōfidentes se finē aliquē repturos circa ea q̄ iniq in cōmertiis cōmittunt/& circa illa q̄ ego pauloante dicebā/ignorātes qđ reuera tanq̄ hydræ capita amputant. ADI. Certe nihil aliud faciunt. SO. Eqdē spēm hāc institutionū circa leges ac res.p. arbitror neq; cōditorē legū/neq; in male disposita/neq; in bñ constituta ciuitate curiose tractare: in illa qdē/qm̄ inutilia sunt hmōi instituta/neq; mouent qcq̄: in hac aūt/qa partim qsq; repiet/partim suapte natura ex supioribus studiis pficiscunt. ADI. Quid pterea restat nobis lege præcipiendū? SO. Nobis qdē nihil. Apollini aūt Delphico maxima/preclarissima/prima instituta. ADI. Quę nā ista. SO. Tēploꝝ cōstitutiones & sacrificia/ cæteriq; deoꝝ & dæmonū atq; heroū cultus: sepulchra præterea & funera defunctoꝝ: & quæcūq; sunt ad eos placādos ministeria subeunda. Talia pfecto neq; ipsi scimus: & in ordinānda ciuitate/nulli credemus alteri/si sapiemus/nulloq; alio utemur īterprete/nisi patrio deo. Hic nēpe deus in rebus hmōi cūctis hoībus patrius interpres/in media terra sup umbilicū sedens exponit. ADI. Scite loqueris: atq; ita agendū. SO. Constituta iā tibi o Aristonis fili sit ciuitas. Deinceps aūt & ipse speculare p ipsam sufficiēs alicunde lumen porrigēs: & fratrem aduoca tuū/& Polemarchū/& alios insup: ut experiamur/siquo pacto inspicere ualeamus/ubinā iustitia sit/ubi & iniustitia sit: quoue inter se discrepent/atq; utrum hoꝝ cōsequi debeatis/q beate uicturus sit/siue lateat seu nō lateat/deos oēs & hoīes. GLA. Nihil dicis o Socrates. Tu.n. inuestigare pollicitus es: quasi impiū futurum sit si non p uiribus iustitiæ fueris suffragatus. SO. Vera admones/& ita certe agendū. Oportet tñ mihi & uos adesse. GLA. Agemus ita. SO. Opero itaq; hac rōne id inuenire. Nēpe arbitror ciuitatem/si recte nobis fuerit cōstituta/absolute bonam existere. GLAV. Necesse est. SO. Constat utiq; qđ sapiēs est/fortis/& tēperata/& iusta. GLAV. Cōstat. SO. Quodcūq; hoꝝ in ciuitate cōpto/reliquū erit/quod nondū inuentū. GLA. Cur non? SO. Si ex aliis qbusdam quattuor/unū aliqd in subiecto aliquo inqremus/illudq; primo pateret/satis nobis esset factū: quod si tria reliqua prius cōperirent/ex hoc ipso quæsitū cognosceremus quia cōstaret: nihil eē aliud: q̄ quod restaret. GLA. Probe loqueris. SO. An nō de istis ēt qñqdē quattuor sunt duntaxat/eodē modo quærendū? GLA. Plane. SO. Atqui ex his oībus prima in ciuitate sapiētia præfulgere uidet: aliqdue mirandū circa ipsam apparet. GLA. Quid nā? SO. Sapiēs mihi reuera ciuitas quā descripsimus esse uidet? Nā bñ consulta est. Nōne? GLA. Est pfecto. SO. Et.n. hæc ipsa in cōsiliis pspicacia/scīa quædam est. Non.n. inscitia/sed scīa potius hoīes bñ consulunt. GLA. Perspicuum id qdē. SO. Multæ uero ac uariæ in ciuitate sciæ sunt. GLA. Sunt. SO. Nunqd pp ipsam fabroꝝ sciam/sapiēs & bñ cōsulta/ciuitas appellanda? GLA. Nullo modo pp istam/sed fabrilis. SO. Non ergo sapiēs appellāda est ciuitas/ex eo quod pp fabrilem sciam de opibus ligno conficiēdis/qua rōne pugnant bñ/consultet. GLA. Nō certe. SO. An forte sciam/quæ ænea opa fingit? uel aliā talem? GLAV. Certe pp nullam hmōi. SO. Neq; ēt pp sciam consiliūq; fructuū ex terra producēdoꝝ colligendorūq;/sapiens noīatur ac bene cōsulta/sed agricolaria. GLA. Sic opinor. SO. Quid uero? Est ne aliqua scīa in ciuitate nuper a nobis condita/apud ciues ullos/qua non de re aliqua in ciuitate/priuata deliberat/sed de uniuersa potius ciuitate/qua rōne & ipsa ad se ipsam & ad alias ciuitates optime se se gerat? GLA. Est nimirum? SO. Quænam hęc? & in quibus? GLA. Ipsa.s. custo

Ferre leges ac mutare ē hydrę capita amputare.

diendi diligentia:& in his principibus quos modo custodes pfectos appellabamus.SO.Propter
hanc ergo sciam quo noie ciuitatem nuncupas?GLA.In consultãdo perspicacem: ac reuera sapiẽ
tem.SO.Vtrum plures in ciuitate fabros ærarios:q̃ ueros hosce custodes esse putas? An contra.
GLA.Multo certe plures ærarios fabros.SO.An non & reliquorum oium/quotcũq; scias hñt,& aliq
quodãmodo noiantur/isti paucissimi erunt?GLA.Paucissimi admodũ.SO.Ergo ex minima qua-
dam gente suiq; parte & ex scia quę in præsidente & principe parte inest/tota sapiens erit secũdum
naturã ciuitas instituta:atq; id ut uidetur natura paucissimum rarissimumue genus:cui cõuenit eẽ
huius sciæ particeps:quã solã ex oibus aliis decet sapientiã appellare.GLA.Verissima narras.SO.
Hoc itaq; unũ ex quattuor,non uides qua rõne inuenimus/& ipsum.SO.Et qua sit ciuitatis in par-
te locatũ?GLA.Mihi qdẽ sufficienter uidet inuentum.SO.At uero neq; inuentu difficile est: quid

Quid fortitudo & qũo ciuitas fortis sit.

fortitudo sit:quaue ciuitatis in parte locetur/pp quam fortis ciuitas nũcupatur.GLA.Quonã pa-
cto?SO.Quis nam ad aliud quicq̃ respiciens ciuitatem uel timidũ uel fortem nominat/q̃ ad eam
partem q̃ p ipsa pugnat ac militat?GLA.Certe nullus ad aliud.SO.Neq; enim alii in ipsa uel timi
di uel fortes existentes auctoritatem hñt:qua eam uel timidam uel fortem reddãt.GLA.Non cer
te.SO.Fortis igitur ex parte sui aliqua ciuitas erit/ex eo quod in ea uim quãdã habeat/quæ ratam ĩ
oibus seruat opinionem quod ea dũtaxat terribilia sint/& talia/q̃ & qualia legislator in eruditiõe p

Diffinitõ fortitudinis.

nunciauit.An non hanc fortitudinẽ uocas?GLA.Non satis quod dixisti/percepi: dicas iterum.SO.
Conseruationem quandã/fortitudinem esse dico.GLA.Quam conseruationem?SO.Opinionis
uidelicet lege per educationem conceptę:qua iudicant quæ terribilia sint & qualia. In oibus autẽ
eam conseruationẽ esse dixi/hoc est ut rata semp & ubiq; seruet/siue quis doloribus afficiat/seu uo-
luptatibus/aut cupiditatibus/aut timoribus:nec ullo pacto quis pp hæc ab ea dimoueat. Cui autẽ
simile esse id arbitror/si uis tibi aperiã?GLA.Cupio equidem.SO.Nescis quod fullones/quotiens
uolunt lanas purpureo colore inficere/primo qdem ex tot coloribus albũ eligunt/ deinde non me
diocri opa præparant:ut q̃maxime florem suscipiant: atq; ita demũ colore inspargunt purpureo.
Quod aũt ita ẽ tinctũ/idelebile pmanet:neq; sola aqua dilui/neq; ẽt additis his purgatiõibus/ quæ
ad abstergendũ pertinent/aboleri flos ille coloris potest. Quæ aũt non ita præparata sunt/scis qua
lia euadãt/seu quis aliis tingat coloribus/seu isti cũ minus antea excoluerit?GLA.Certe/de formia
sunt colores& eorum facile diluunt.SO.Tale aliquid facere studuisse nos p uiribus cogita/ qñ mi
lites ipsos eligebamus:eosq; in musica & gymnastica erudiebamus:atq; existima/nihil nos aliud ex
cogitasse/q̃ ut nobis q̃ optime persuasi leges instar coloris cuiusdam imbiberent:adeo ut eorum opi-
nio de rebus terribilibus deq; cæteris oibus imobilis perseueret/ex eo quod optima natura geniti
fuerint/& decenti educatiõe/nutriti:neq; colorationẽ eorum delere ualeãt.Purgamina ista ad diluẽ-
dum uehementissima:uoluptas.s.omni saponis acrimonia:aluminisq;/& calcis ad expurgandum
acrior.Dolor item metus atq; cupiditas omni alio purgamine ad abstergendũ potentiora. Hanc
utiq; uim passim rectæ legitiæq; opinionis conseruatricẽ/circa terribilia eorũq; contraria/ fortitu-
dinem uoco equidem atq; assero/nisi tu forte quid aliud dixeris.GLA.At ipse nihil aliud. Videris
enim opinionẽ eandẽ de eisdem absq; disciplina cõceptã/ferinã uidelicet & seruilem/haud quaquã
existimare legitimã/sed aliud quiddã q̃ fortitudinẽ nuncupare.SO.Verissima loqueris.GLA. Ad
mitto igitur hãc fortitudinem eẽ.SO.Intellige insup & ciuilẽ:atq; ita recte accipies. Deinceps aũt
de hac si uolueris alias diligentius pertractabimus.In pñtia uero nõ istud qdem/sed iustitiam quæ
rebamus.Ad cuius inuestigationem/satis de hac/ut arbitror/dictũ.GLA.Præclare loqueris.SO.

Vide oĩa hic agi ad indagãdam iustitiã.

Duo restant præterea in ciuitate consideranda/temperantia/scilicet/& cuius gratia oĩa ĩdagamus/
iustitia.GLA.Prorsus.SO.An quoquomodo iustitiam iam ipsam reperire potuimus?ne rursus in
inuestiganda tẽperantia ĩmoremur.GLA. Haud uideo equidẽ qua rõne id fieri possit: quin neq;
uellem/prius nobis iustitiã innotescere/q̃ temperantiã considerauerimus. Quare si mihi obsequi
uis/ante hoc q̃ illud inuestigato.SO.Solo equidem:nisi fit uobis iniuria.GLA. Ingre iã.SO.Ecce
pergro:atq; ut hinc intueri licet/consonantię & harmonię magis q̃ supiora similis est.GLA.Quo
pacto?SO.Hornatus quidã est tẽperantia:& a uoluptatibus cupiditatibusq; quibusdã:ut phibent:
abstinentia.Dum uero tẽperatum hoiem seipso potentiorẽ:suiq; uictorẽ nescio qũo esse dicunt: &
quędã similia tanq̃ uestigia nõnulla tẽperantiæ signant.An non?GLA.Maxime oium.SO.Nonne
quod seipso potentius nuncupat:ridiculũ quodãmodo apparet?Quisquis enim seipso potentior
seipso quoq; imbecillior erit.Rursusq; qui imbecillior & potentior.Idem quippe aliquis in his oi-
bus appellatur.GLA.Quid ni?SO.Atqui uidet mihi id uelle sibi hic sermo quod in hois aĩa:duo
quædam sunt.Vnũ quidẽ melius:alterum uero deterius.Et qñ quod natura melius deteriori do-
minat:tunc aliquis seipso potentior dicit:atq; hoc sermone laudat.Quotiens aũt pp improbã nu
tritionẽ uel cõsuetudinẽ aliquã:qđ est melius:cũ minus ipsum sit deterioris multitudine supatur:
hoc ex obprobrio quodã seipso ĩbecillius dicit:& q ita affectus ẽ:intẽperans appellat.GLA.Sic ap
paret.SO.Cõtẽplare hãc nup a nobis cõditã ciuitatẽ:inueniesq; ipsi alterũ horum inesse. Potentiorẽ
quippe

quippe ipsam seipsa iure uocatã fateberis. Nam si melius in ea peiori imperat/temperata dicenda est/& seipsa melior. GLA. Contemplor equidẽ: ac uera loqueris. SO. Enimuero plurimas uariasq; cupiditates/uoluptates/dolores in his oĩbus reperire maxime quisq; poterit/mulieribus & ministris: & eorũ qui liberi esse dicuntur in ipsis plebeis abiectisq; hoĩbus. GLA. Oĩo quidem. SO. Simplices aũt & moderatas: quę cũ mente & opinione recta/ipsa ratiocinatione ducunt̃/in paucis sane reperies: & his quidẽ natis optime & optime educatis. GLA. Vera hæc sunt. SO. An non hæc in ciuitate hac esse uides: atq; hic cupiditates uulgi uiliũq; ꝑsonarum/supatas a cupiditatibus & tẽperãtia pauciorũ modestorũq; uirorũ. GLA. Cerno equidẽ. SO. Siqua igit̃ ciuitas potentior cupiditatibus & uoluptatibus atq; item in seipsa/hæc maxime talis appellãda est. GLA. Prorsus. SO. Itaq; nõne iusta hæc oĩa & temperata? GLA. Maxime. SO. Atqui si eadẽ in alia ciuitate tam subditis q̃ imperantibus q nam administraturi sint rẽ. p. opinio inest: nõne in hac pręcipue inesse oportet? an nõ ita censes? GLA. Magnopere istud qdẽ. SO. Quibus itaq; potissimũ ciuibus inesse temperantiã dices quotiẽs se se ita habuerint? in principibus ne? an in subditis? GLA. In ambobus quodãmodo. SO. Cernis q̃ apte uaticinati sumus pauloante/harmonia cuidã eẽ similem tẽperantiã? GLA. Cur nam? SO. Quia nõ quẽadmodũ sapientia & fortitudo in partibus quibusdã iacẽtes/illa quidẽ sapiẽtem/hæc fortem efficit ciuitatẽ: ita hæc agit: sed instar harmoniæ quæ diapason dicit̃/ꝑ totã ciuitatem diffundit̃: efficiens cõsonantes in idẽ debiliores hoĩes & fortiores & medios/prudentia/potẽtia/multitudine/uel pecuniis/uel alio quodã hmõi. Quapp rectissime possumus tẽperantiã hanc appellare cõcordiã: deterioris uidelicet & potioris secundũ naturã consensionem: statuentem quem in ciuitate uel in uno quoq; conueniat dominari. GLA. Assentior equidẽ. SO. Cũ ita sit. Tria iam nobis in ciuitate cõpta sunt: ut ex his apparet. Reliqua uero spẽs/pp quam prætereæ uirtutis pdiceps ciuitas se ſſet/q̃ nã erit? Cõstat aũt hãc eẽ iustitiã? GLA. Constat plane. SO. An non iã nunc nos oportet o Glauco tanq̃ uenatores hũc cespitem circũdare? circũspicientes/ne qua ex parte iustitia subterfugiat: & ab oculis euanescens/se se occultat. Patet. n. hic esse. Fige itaq; passim intuitũ: atq; annitere siquo mõ possis prior me eã cernere: ipsamq; mihi ostẽdito. GLA. Vtinã possem. Verum satius me uteris ut tali quodã comite qui possim demonstrata ꝑspicere. SO. Sequere igit̃ mecum deũ ante precatus. GLA. Efficiam qđ mones. Ducas mõ. SO. Inaccessibilis hic locus atq; umbrosus esse uidet̃: abdita certe impscrutabilisq; latebra. Verũ tñ pgendũ est. GLA. Pergendum plane SO. Hui hui mi Glauco/uidemur uestigia quædã eius quod quærimus/nacti: apparetq; istud haud longe nos effugiturum. GLAV. Faustus certe nuncius. SO. q̃ molles hebetesq; sumus o Glauco! GLA. Quid istud? SO. Iam pridẽ nobis ab ipso principio uir beate quod quærimus ad pedes reuoluit̃: neq; ipsum insperimus: sed ita ridendi fuimus ut illi qui sæpe quod in manibus hñt/pergrunt. Nos quoq; longe petebamus quod ꝓpe nos erat: uel forte nos latuit. GLA. Quõo istud ais? SO. Ita. Nempe uidemur mihi dicentes istud pridẽ & audiẽtes/haud quaq̃ aĩaduertisse id quoquo modo nos dicere. GLA. Prolixũ sane ꝓhœmium audire cupienti. SO. Attende siqd dico. Quod qdẽ principio passim statuimus faciendũ cũ ciuitatem cõdidimus/hoc est ut arbitror/uel spẽs quędam ipsius/iustitia. Nã diximus sæpenumero/si recordari: unũquẽq; oportere unũ aliqd exercere eorũ quæ ciuitati cõducant/ad quod ipsius natura esset aptissima. GLA. Diximus ꝓculdubio. SO. Et. n. qđ sua agere, neq; ꝑ aliena curiose uersari/iustitia est/& ex aliis multis audiuimus/& sæpe ipsi diximus. GLA. Diximus plane. SO. Hoc utiq; uidet̃ amice cũ sit quodãmodo iustitia eẽ/sua. s. agere. Scis unde istud cõiiciam? GLA. Nequaq̃ sed dicas. SO. Videt̃ mihi qđ reliquũ nobis est in ciuitate/præter illa quę cõsiderauimus/tẽperantiã/fortitudinẽ/prudẽtiã/hoc eẽ quod oĩbus illis uim prebuit/qua & innasceret̃ & ĩnata perseuerarẽt/quatenus ipsum adest. Atqui diximus iustitiã fore quod restaret/si tria nobis cõperta essent. GLA. Necessariũ id qdẽ. SO. Verũtñ si iudicandum sit/qd horũ potissimũ cum inest/bonã efficit ciuitatẽ/ambiguũ erit/utrũ cõsensio imperantiũ & subiectorum/an legitimæ opinionis seruatio in militibus iudicãtis secundũ legẽ quæ terribilia cẽsenda sint/quæue nõ. Vel in principibus ipsis prudẽtia & custodia. An id potius bonã ipsam præcæteris reddat/cũ inest pueris/mulierib⁹/seruis/liberis/artificibus/magistratibus/& priuatis/qđ uidelicet suũ qsq; unus unum egerit: minime ꝑ aliena uagatus. GLA. Ambiguũ certe: qd ni? SO. Ergo uis ipsa qua sua qsq; in ciuitate agit/de ipsius ciuitatis uirtute ex æquo cũ sapientia eius/tẽperantiaq; & fortitudine certat. GLA. Valde. SO. An non igit̃ iustitiã pones/quod cũ istis ex æquo de ciuitatis uirtute cõcertat? GLA. Oĩo equidẽ. SO. Considera præterea & hac rõne/nunqd tibi sic uideatur: An principibus in ciuitate mandabis ut iuste snĩas ferant? GLA. Cur non? SO. An iudicabũt alterius cuiusq̃ auidi magis q̃ huius ipsius/ut singuli/neq; usurpent aliena/neq; suis priuent̃? GLA. Nõ alterius certe/sed istius dũtaxat. SO. Tanquã id iustum sit? GLA. Nẽpe. SO. Et hac quoq; rõne asseritur sui cuiq; & ꝓprii possessionẽ actionẽq; esse iustitiã. GLA. Est ita. SO. Vide nunqd & tibi idẽ quod mihi uideat̃. Si faber opa coriarii aggrẽdiat̃/uel coriarius fabri/uel instrumẽta ĩter se cõmutent uel premia/aut si idẽ utraq; exercere cõtendat/oĩaq; talia inuicem ꝑmutent̃/nũqd cõmutatio-

Quid temperantia.

Inuestigatio iustitiæ.

Iustitia ẽ sua agere neq; per aliena curiose uersari.

Quid dictorũ quattuor potissimũ bonã ciuitatẽ reddat.

nem hāc existimas magna quadam iactura afficere ciuitatē? GLA. Haud certe nimium. SO. Quotiens aūt aliquis artifex uel alius natura quæstuarius/diuitiis elatus/uel multitudine copiaq;/uel robore/aut eiusmodi alio quopiā/in militaris hoīs ordinem transire conatur. Vel miles cum sit indignus/in consularis nititur & custodis adscendere dignitatem/& instrumenta uicissim isti premiaq; pmutant. Aut idem aliquis hæc oīa simul pagere tentat/tunc arbitror confusionē peruagationēq; eiusmodi uideri tibi ciuitatis totius interitum. GLA. Et maxime quidē. SO. Cum ergo tria in ciuitate sint genera/hoꝝ mutua cōmutatio/uagatioq; p plura extrema est ciuitatis calamitas & maxima corruptela. GLA. Penitus. SO. Corruptelam uero summā ciuitatis tuæ/nōne iniustitiā esse dices? GLA. Quid ni? SO. Hoc igit̃ iniustitia est. Rursus aūt sic dicimus. Quæstuarii/auxiliarii/consularis generis actio propria/unoquoq; suum opus pagente in ciuitate/contra ac confusio illa supior & iustitia erit:& ciuitatem iustam efficiet. GLA. Haud aliter q̄ sic se habere uidet̃. SO. Nondū oīo istud debemus asserere. Verum si & in cuiusq; hoīs aīo species eadem/cōsiderantibus nobis iustitia esse asseueretur/tum demum consentiemus. Nam qd aliud dixerimus? alioquin/tunc aliud qcq̄ excogitabimus. Nunc aūt disceptationi huic finem iam īponamus:secundū quā existimauimus/si plurimū habentium iustitiā in maiori prius eā cōtemplaremur/facile deinde in hoīe uno nos quale hoc sit inspecturos. Visumq; nobis est maius ipsum/ciuitatem existere:atq; ita q̄ optimam potuimus eā cōdidimus:sciētes in bona reipublice inesse iustitiā. Quare quod in illa nobis apparuit/referamus ad unū. Et si idē ibi constet/satis nobis erit factū. Siquid aūt aliud in uno appareat/rursus ad ciuitatem conuersi:hæc examinabimus. Ac forte alterna cōparatione disceptātes/uelut scintillas/ex his iustitiā excutiemus:eāq; iam cū clare micuerit apud nosipsos stabiliemus. GLA. Scite loqueris:atq; ita agendū. SO. Nunquid quod idē appellamus tam maius q̄ minus/dissimile est/quatenus idē an simile? GLA. Simile certe. SO. Ergo uir iustus a ciuitate iusta quoad iustitiæ speciē ptinet/nihilo differūt:sed similis erit. Vlauco. Similis. SO. Atqui ciuitas iusta esse tunc uisa est/cū in ipsa tria hoīum genera/pro natura cuiusq; sic instituta erūt:ut unusquisq; suum opus exerceat. Tēperata rursus & fortis & sapiens/pp alios quosdam eorūdem generū affectus & habitus. GLA. Vera hæc sunt. SO. Vnum quoq; o amice ita censebimus/habentem easdē has eius in aīo spēs/pp affectus eosdē/eadem noīa merito cū ciuitate sortiri. GLA. Necesse est oīno. SO. In leuem ne rursus amice de aīa cogitationē incidimus. Verū tres in se spēs has habeat nec ne. GLA. Minime mihi in leuē disceptationē delapsi uidemur. Forte.n.qd̄ dicit̃/uerū ē o Socrates pulchra difficilia eē. SO.

Prouerbium pulchra difficilia esse.

Appet utiq;. Ac certe scito o Glauco/nos ut mea fert opinio/nūq̄ ex discursibus huiuscemodi qualibus in pñti disputatione utimur/exacte id cōprehensuros:longior porro uia est/ quæ ad hoc nos ducit. Forte tñ secūdū ea q̄ supra dicta & cōsiderata sunt/facilius feret̃. GLA. An nō sat istud uideri debet? Mihi sane ī pñtia id sufficiet. SO. Mihi quoq; ualde sufficiēs. GLA. Ergo ne te pigeat/ sed cōsidera. SO. Profecto nobis necesse est cōfiteri/easdē in nobis spes atq; mores inesse/qua & in ciuitate? Neq;.n.aliunde in ciuitatē hæc deuenerūt. Ridiculū qppe eēt siquis iracūdā animositatē existimaret/nequaq̄ ex priuatis hoībus/in ciuitatibus inuectā esse:quoꝝ idē est captus:q & Thracum/Scytharū/supiorūq; gentiū:aut sapientiæ studiū/nō ex tali priuatoꝝ instinctu qualis natura nostris hoībus ē tributus. Aut quæstus auiditatē/nō ex ea singuloꝝ hoīum cupiditate/qua affecti apprime dicunt̃ Phœnicii/Egyptii nō nihil. GLA. Et maxime qdē. SO. Hoc qdē ita se hēt:neq; difficile cognitu. GLA. Haud certe difficile. SO. Id aūt difficile iā/utrū uno quodā eodē singula hæc agamus an potius trina q̄dā habeamus in nobis:quoꝝ singulis/singula opamur: uno qdē discimus: irascimur alio:tertio cōcupiscimus uoluptates eas q̄ ad nutritionē generationēq; ptinent/cæteraq; huiusmodi. Vel tota aīa unūquodq; explemus/cū cōciti rem aggredimur. Hæc haud facile pro rei dignitate discernent̃. GLA. Mihi quoq; idem uidet̃. SO. Sic āt aggrediamur hęc distiguere/nūqd eadē sunt inuicē uel diuersa. GLA. Quonā pacto. SO. Cōstat plane idē cōtraria facere seu pati/fm idē & ad idē simul nō posse. Quāobrē siqñ repiemus ī ipsis hęc fieri/ītelligemus nō unū idē hęc eē plura. GLA. Esto. SO. Aīaduerte qd̄ dico? GLA. Dic. SO. Stare simul atq; moueri/idē fm idē nū qd pōt? GLA. Nullo mō. SO. Præterea hęc diligētius cōfirmemus/ne qua pcedētibus nobis ambiguitas forte suboriat̃. Siquis.n.dixerit hoīem stantē qdem/mouentē uero manus & caput/ eundē stare simul atq; moueri/haud quaq̄ ita dicendū censebimus sed ptem qdē eius manere/ptem uero moueri. An nō ita? GLA. Ita prsus. SO. Quod si artificiosius & argutius iste luserit/asserens turbinem trocūq; totū moueri simul & stare/qñ in eodē puncto centrū aculeūq; figens reuoluitur. Vel aliud qcq̄/dicens idē agere/cū eidem affixū cardini/circūfert̃/nequaq̄ assentiemur: qa non secūdū eadem sui hæc tunc moueant̃/& maneant. Dicendū quippe habere ipsa rectū in se atq; rotundū:& secundū rectum qdem stare/cū nulla ex pte declinent. Secundū uero rotundū/circūmoueri. Quotiens autē dum qd reuoluitur/in rectum quoq; deuehitur siue ad dexteram siue ad sinistrā uel ante uel retro/tūc nusq̄ permanet. GLA. Recte admodum. SO. Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit/persuadebitq;/quod idem qñq; simul secundū idem atq; ad idē/contraria sit/uel agat uel patiat̃.

Quæstio de aīa an tres species habeat ī se an una sit.

Explicantur circūstantiæ: quę in diffinitione oppositoꝝ ponūtur.

uel patiatur. GLA. Me quidē minime ista mouebunt. SO. Verumtamen ne in istis obiectiunculis enarrandis reiiciendisq; utpote falsis/diutius cogamur insistere/supponentes iā id ita esse/ulterius progrediamur:confessi inuicem/siqñ aliter q̃ sic se habere hæc appareant:quæcūq; ex his ducunt/ fore soluta. GLA. Sic nimirum decet. SO. Nonne adnuere/& renuere/aggredi & declinare: adsciscere & reiicere:inter se contraria pones/siue actiones seu passiões: Nihil enim interest. GLA. Cōtraria. SO. Quid aūt hęc? esurire/sitire:& oīno/cupere/uelle/eligere/nōne ad eorū species referes/ quæ modo diximus? Veluti semper cupiētis aīam/nonne uel aggredi dices illud quod appetit/uel adsciscere quod sibi adesse eligit:uel quatenus uult aliquid sibi porrigi/adnuere & illud ad se trahere:amantis more generationē ipsius affectantem? GLA. Equidem. SO. Quid uero/nolle/asperna ri/negligere/non cupere/nōne in reiiciendi repellendiq; speciem/& in oīa illis cōtraria referemus? GLA. Quid ni. SO. Cum hæc ita se habeant? speciem aliquam cupiditatum esse dicemus:& manifestissimas oīum aliarum cupiditates/sitim & famem. GLA. Dicemus utiq;. SO. Et hanc q̄dem potus/illā cibi. GLA. Ita est. SO. Nunqd inquantū sitis est? Alicuius præterea cupiditas est alterius q̃ cuius nos dicimus:potus.s.& sitis. GLA. Huius dūtaxat sitis. SO. Nunqd calide potionis/uel frigidæ/uel multæ/uel paucæ? Vel & in pauco qualis cuiusdā poculi? Vel potius si calor sitienti inest/frigidi appetitum inducit. Sin autē frigus/calidi. Et si pp præsentiā multitudinis/multa sit sitis/multi auiditatem infert. Sin aūt pauca pauci. Ipsum uero sitire nūq̃ alicuius alterius appetitio est/q̃ cuius suapte natura est/ipsius uidelicet potionis. Rursusq; famescere/comestiōis? GLA. Ita certe ipsa cupiditas quæq; ipsius cuiusq; est solū/cuius ipsa natura est. Talis aūt uel talis cuiusdā pp additamenta quadam dicit. SO. Cauendū est aūt ne quis nos improuidos turbet/inferens neminem potum cupere sed potū bonū/uel cibū:sed bonum cibū. Nempe bona oēs expetunt. Quare si sitis appetitio est/boni est/siue potionis seu cuiusuis alterius ē auiditas. Similiterq; de cæteris. GLA. Forte nō nihil efficere uidebitur/qui talia dixerit. SO. Verūtñ quorcūq; eiusmodi sunt/ut alicuius sint. talia quædā talis cuiusdā sunt/ut arbitror. Ipsa aūt quæq; ipsius cuiusq; dumtaxat. GLA. Haud intelligo equidem. SO. Non intelligis maius ipsum eiusmodi esse/ut semper aliquo maius existat? GLA. Planc. SO. Nōne minorem? GLA. Minorē. SO. Multo aūt maius/multo minore? an non? GLA. Sic ē. SO. Et quondā maius/quōdā minore/deinceps qñq; maius/deinceps quoq; minore. GLA. Nihil prohibet. SO. Atq; ēt plura ad pauciora. dupla ad dimidia & oīa talia. Itemq; grauiora ad leuiora & uelociora ad tardiora:& calida item ad frigida/oīaq; horū similia/eodē modo inuicem referuntur. GLA. Certe. SO. Nōne & de his quæ ad scias spectāt/eadē rō? Scientia q̄dē ipsa rei ipsius qua scit/scia est:uel cuiuscūq; alterius dicēda est eē scia. At uero scia quædā & scia talis/rei cuiusdā/& talis esse dicitur. Tale uero aliq̄d dico. Postq̃ ædificandarum ædium scientia extitit/ ab aliis scientiis discreta est:adeo ut ędificatoria appellata sit. GLA. Quid ni? SO. Nōne ex eo quod talis sit/qualis aliarum nulla? GLA. Nēpe. SO. Ergo quia talis cuiusdā/ideo talis quædā effecta est. Eodēq; modo cæteræ artes oēs atq; sciæ. GLA. Est ita. SO. Hoc itaq; inferre me uoluisse tunc dicito/si modo nūc intellexisti/qđ quæcunq; eiusmodi sunt/ut alicuius sint/ipsa q̄dem sola ipsorū sunt dūtaxat; taliū uero quorūdam talia quædā. Neq; uero ideo dico qđ qualiū sunt sint & talia:quia.s.& ægrotantium & beneualentiū scia/bñ uel male ualens & ipsa sit:bonorum item atq; malorū/bona rursus ac mala. sed qm̄ non illius ipsius dumtaxat cuius absolute scientia est/ euasit scientia/ imo talis cuiusdā:hoc autem est salubre & insalubre/talis quædā ipsa quoq; effecta est. Ex quo factum est ut non amplius scientia simpliciter appelletur/sed quasi quodam addito/medicinaria scientia. GLA. Teneo iā/mihiq; hæc ita se se habere uident. SO. Sitim uero nonne his annumerabis quę id quod sunt/alicuius existunt? Est autem sitis? GLA. Annumero equidē/& potionis sitim esse dico. SO. An nō qualis cuiusdam poculi qualis quædā sitis? Ideoq; sitis ipsa/neq; multi/neq; pauci/neq; boni/neq; mali/neq; ut uno uerbo cōplectar qualis cuiusdam/sed potionis ipsius solūmodo/sitis ipsa natura est. GLA. Sic est oīo. SO. Sitientis igit aīa quatenus sitit/non aliud appetit q̃ bibere: idq; affectat & ad ipsum fertur. GLA. Cōstat. SO. Siquid ergo ipsam qñq; retrahit sitientem/aliud quiddā erit in ipsa ab ea parte diuersum quæ sitit & quasi bestia quæda ad bibendū impellit. Neq; enim fieri posse dicimus ut idē aliq̄d eodē sui circa idē simul agat cōtraria. GLA. Non certe. SO. Quēadmodū absurdū dictu est eandē sagittarii manū simul arcum intendendo ꝑtrahere atq; cōtrahere. Porro dicendū ē/ alteram esse manum quæ ꝑtrahit/alteram uero quæ contrahit. GLA. Ita prorsus. SO. Fatemur ne esse aliquos/qui cum sitiant nōnunquā bibere nolint. GLA. Multos/ac sæpe. SO. Quid de iis aliqs diceret:nōne inesse in horum anima aliquid:quod ad bibendum illicit? aliquid cōtra quod cohibet? quod quidem & aliud est/& ei quod allicit/dominatur. GLA. Mihi quidem uidetur. SO. An non igitur/quod prohibet ista/ex ratione inest:quotiens operatur? Quæ uero concitant atq; trahunt: ex affectibus perturbationibusq; sunt? GLA. Apparet. SO. Merito igitur duo hæc inter se diuersa existimabimus/& illud quidem quo ratiocinatur animus/ rationale ipsius denominabimus. Illud

Quod in ista sunt duę species contrarię rōnale & irrationale.

uero quo amat/exurit & sitit/& ad alias libidines pronior labitur/ irrationale:& auidum repletionum quarundam & uoluptatum. GLA. Diuersa profecto. Meritoq; ita censebimus. SO. Hæ itaq; duæ iam in anima species distinctæ sint. Illud auté quod ad irascibilem pertinet/ quoue irascimur: utrum tertium quiddam est? An alterius horum cognatum? GLA. Forte eius quod uoluptates cupit/est cognatum? SO. Atqui credo hoc equidem:ex eo quod audiui quędam quod uidelicet cum leontius aglaionis filius ex pireo sub boreali muro ad ciuitatem adscendens sentiret extra cadauera prope litus iacentia/simul & uidere cupiebat/& horrebat tamen/absterrebaturq;/uultumq; tegebat:secum ipse pugnans. Cupiditate deniq; superatus/ad cadauera directis & patefactis oculis aduentauit/dicens. Ecce iam uobis licet o infelices desiderium uestrum pulchro explere spectaculo. GLA. Audiui & ipse. SO. Itaq; sermo testatur/iram sæpe pugnare aduersus concupiscentiam/ tāq̄ hæc inter se diuersa sint. GLA. Id certe significat. SO. Nonne & alibi frequēter animaduertimus/ quando distrahunt aliquem præter rationem cupiditates/obiurgantem ipsum sese/ & aduersus id sui quod trahitur indignantem? Et quasi duobus dissentientibus adiutricem rationi iram adcurrere? Ratione autem imperante non esse sibi contradicendum:iram cupiditatibus coniunctam obsistere illi arbitror te nunq̄ uel in te ipso uel in alio persensisse. GLA. Nunq̄ per Iouē. SO. Quid porro? Quando quis iniuriam inferre se putat. nonne quo generosior est:eo minus irascitur:dū exurit & alget:& aliud quoduis tale patitur ab eo quem iure hæc agere censet. Et quod iam dixi: ira istius in eum quodammodo non irritatur. GLA. Vera loqueris. SO. Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat:nōne tunc satagat & sæuit:& auxilium præstat ei quod iustum uidetur? famem:frigus:& cætera talia tolerans. Et ad uictoriam contēdit:neq; a generoso opere cessat prius q̄ uel trāsegerit:uel obierit:uel tanq̄ canis a pastore:ita deniq; reuocatus ab ea quæ in ipso est: ratione mitescat. GLA. Omnino hæc uis ei similis est:cui tu cōparas. Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tanq̄ canes posuimus obtemperātes principibus quasi quibusdam pastoribus ciuitatis. SO. Optime quod dicere uolebam itellexisti. Sed num & hoc insuper animaduertis? GLA. Quid istud. SO. Quod in præsentia:contra ac super de iracundia iudicamus. Tunc sane irascendi uim ad cōcupiscendi naturam referebamus. Nunc uero multum interesse dicimus:ac multo magis iram asserimus animæ partibus inter se dissidentibus pro ratione arma capessere. GLA. Ita prorsus. SO. Nūquid & irascendi uis est a ratione diuersa:uel quædam species rationis? adeo ut non tres in animo sed duæ species sint:rationale & concupiscens? An potius quēadmodū in ciuitate apparuerūt tria quędam genera:quę ipsam continent:quæstuarium:auxiliarium:consulatus:ita & in anima tertia quædā uis est iracundia:quæ natura ipsa rationis tutatur partes:nisi ex improba educatione fuerit deprauata. GLA. Necesse est ut tertia sit. SO. Nempe etiam si alia q̄ ratio apparuerit: quemadmodum supra uisa est a concupiscentia differens. GLA. At uero facile id quidem patere potest. Nam in puerulis quiuis istud intelligat:qui statim nati iracundia pleni sunt. Rationis autem aliqui nūq̄ multi sero compotes fieri mihi uidentur. SO. Per Iouem præclare loqueris. Præterea in bestiis ita esse quisq; ut ipse dicis compiet. Testatur & istud Homeri illud quod supra induximus. Pectora castigans monitis affatur acerbis. Perpetere o cor nā tu longe alias grauiora tulisti. In his porro Homerus tanq̄ hæc inter se differant alterum horum obiurgare alterum facit: ipsam uidelicet rationem de meliori peioriq; consultantem:irrationalem iracundiæ impetum cohibere. GLA. Recte admodum loqueris. SO. In his itaq; uix tandem consensimus:satisq; inter nos cōstitit: eadem in ciuitate eadē & in cuiusq; aīa gn̄a eē ac numero paria. GLA. Sic certe. SO. Quin & hoc necessariū ē quemadmodum & quo sapiens erat ciuitas:ita & eodem sapiētem esse priuatū. GLA. Plane. SO. Item quo fortis est priuatus aliquis & quomodo:eodem & ita fortem esse ciuitatē:& in cæteris oībus ad uirtutem utraq; similiter se habere. GLA. Necesse est. SO. Atqui & iustum o Glauco uirū dicemus eadem rōne:qua dicimus ciuitatem. GLA. Necessarium id oīo. SO. At nondū illud obliti sumus quod ciuitas ex eo iusta uisa est:qa cū tria ī ea sunt hoīum genera suū quisq; explet officium. GLA. Haud certe mihi obliti uidemur. SO. Meminisse ergo oportet qđ quisq; nostrū cuius singulæ aīæ ptes quod suū est agūt:& iustus erit & sua pagens. GLA. Meminisse prius. SO. Nōne rōnali potentiæ cōuenit impare:cū sapiens sit geratq; totius aīæ puidentiam? Irascendi uero naturæ obsequi rōni:pq; illa pugnare. GLA. Penitus. SO. Nōne ut supra tractauimus musicæ & gymnasticæ mixtio atq; temperantia ut concordia ista sint efficit? Vnū qdem hoꝝ intendens augēsq; & nutriēs præclaris sermonibus & disciplinis. Alterum uero remittens sedās mansuefaciēs p harmoniā atq; rhythmū. GLA. Maxime. SO. Cūq; ita nutrita hæc fuerint & quæ sua sunt reuera didicerint:& optime fuerint erudita ardori cōcupiscentiæ pręsidebūt q̄ pars aīæ in quocūq; est plurima:neq; unq̄ pecuniarum possessione repletur cauebūtq; ne corporalium uoluptatum expletione adaucta grādior robustiorq; euadat:nolitq; suo dumtaxat officio fungi sed subiicere sibi illa contēdat: quibus imperare natura nō debet:atq; ita uniuersam oīum uitā puertāt. GLA. Sic psus. SO. Quinetiam

Tria genera I ciuitate q̄stuariū:auxiliariū:consulatus

ab externis

ab externis hostibus hęc animā oēm corpusq; custodit: dum illud quidem ꝓuide cōsulit: hoc autē ꝓpugnat/obtēperat p̄ncipi: fortitudine quę cōsulta sunt/ꝑagit. GLA. Vera hęc sunt. SO. Fortē ꝑfecto hac ex parte uirum quēq; uocamus/q̄ñ in ipso iracundię uigor ita institutus est/ut in mediis uoluptatibus & doloribus/in s̄nia sua ꝑsistat/nō aliter esse de terribili & nō terribili iudicādum quā ratio ipsa dictauerit. GLA. Probe. SO. Sapientem uero breui illa ex parte qua & imꝑauit in ipso/& ista dictauit/habēs in seipsa sciam/quę discernit/quid potissimū ex usu sit tam singulis q̄ uniuerso ex his tribus cetui cōstituto. GLA. Certe. SO. Temperantē rursus aliquē appellamus/ hoꝝ ipsorum amicitia atq; cōcordia/q̄ñ & qđ pręsidet & qđ subest/in s̄niam eandē cōueniunt/ rationē.s.imperare decere: neq; ab illa desciscendum esse. GLA. Temperātia ꝑfecto nihil ē aliud & priuatim & publice. SO. Iustus deniq; ita erit quisq; ex eo sępe iam diximus & quēadmodū exposuim⁹. GLA. Necessarium id oīo. SO. Quid porro? Est ne aliqd quod hāc nostrā usq; adeo s̄niam interturbet? ut aliud uideaẗ esse nobis iustitia/q̄ qđ in ciuitate cōstitit? GLA. Mihi quidē nō uideẗ. SO. Quinimo/siquid adhuc inter nos in cōtrouersia sit/sic iterū supiora penitus cōfirmabimus absurda illa huic obiicientes? GLA. Qualia. SO. Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit / de ciuitate illa deq; hoīe similiter/atq; illa nato atq; nutrito: nunqd uir talis cū depositū auri uel argenti acceperit uideatur q̄ñq; fraudem excogitaturus? censes aliquē iudicaturū eiuscemodi uirum fraudem cōmittere potius q̄ aliter affectos hoīes. GLA. Neminē prorsus. SO. An non a sacrilegiis hic/furtis/ ꝓditionibus tam priuatim aduersus sodales/q̄ publice aduersus rem publicā īnocens erit? GLA. Innocēs. SO. Atq neq; infidus uel in iureiurādo uel quibuscūq; cōmertiis. GLA. Nullo pacto. SO. Adulteria qdem/ parentū cōtemptus/ impietas in deos/cuiuslibet alteri potius q̄ huic cōueniunt. GLA. Ita prorsus. SO. Nōne hoꝝ hoīum causa hæc est? quia quicqd in ipso est/suū opus exsequiẗ: tam ad imparandū q̄ parēdum. GLA. Nulla certe alia. SO. Quid? quęris aliud esse iustitiā q̄ hanc ipsam uim/ quę tales uiros/& tales efficit ciuitates? GLA. Ego qdem minime. SO. Tandē nobis absolutū ē somniū illud quod nos coniecisse diximus/quod mox incipiētes condere ciuitatē/deo quodam fauēte/in principium aliquod & imaginē iustitię adscendisse uidemur. GLA. Omnino quidē. SO. Hoc autē erat o Glauco ꝓpter qđ confert/quoddam iustitię simulachrū. Nempe debere qui natura coriarius est/ artē hāc exsequi/aliud nihil aggressum: qui uero faber/fabricare. Similiterq; in cęteris. GLA. Apparet. SO. Reuera qdem talis iustitia est/sed nō circa actionē exteriorē/īmo circa interiorē suarum partiū actionem uere ad ipsummet animū/& ad sua: dum nihil permittit ex suis aliena tentare: neq; sunt animę genera/opera inuicē cōfundētia per plura uagari. Sed reuera ꝓpria recte digerit: suiq; est domin⁹/sese exornat/amicus sibi ipse effect⁹ in se tria ipsa cōtēperās tanq̄ tres terminos harmonię/neates/hypates/& medię/hoc ē octauę uocis & grauis & q̄ntę: seu quę uis alia media fuerit. Itaq; hęc oīa nectēs/ipseq; undiq; unus effect⁹ ex multis tēperās atq; cōcinēs / ita demū agit siqd agit/ uel circa pecunias acqrēdas/uel corpis cultū: uel etiā circa ciuilia: aut priuata cōmertia: in his omnib⁹ actionē illam iustā & ꝑclarā existimās/q̄ habitū hūc ꝑagit/atq; seruat. Sapiētia uero opatiōi huic ꝑsidentē sciam. Iniustā aūt opationē quę hāc dissoluit. Insipientiā deniq; opatiōis huius ducē opionē. GLA. Vera p̄rsus o Socrates loqueris. SO. Si ergo nos īuenisse dixerim⁹ iustū uirū & ciuitatē iustā quidue in utrisq; iustitia sit: haud forte multū ut arbitror mētiri uidebimur. GLA. Nō ꝑ Iouē. SO. Asserendū igiẗ. GLA. Proculdubio. SO. Esto itaq;. Enimuero deinceps de iniustitia cōsiderādum uideẗ. GLA. Plane. SO. Seditionē q̄ñ hoꝝ triū iniustitiā appellare decet: curiosamq; & uariā alieni opis usurpationē: & insolentē p̄tis cuiusdā ꝑuaricationē aduersus totā animā rebellantis insurgentisq; ad īꝑandum regio animi generi: cui seruire eā natura iubet. Talia quędā/ut arbitror/atq; hoꝝ turbationē erroręq;/iniustitiā eē dicem⁹/& intēperantiā/ignauiā/insipiētiā/& uniuersam deniq; prauitatē. GLA. Hæc p̄rsus ita se hn̄t. SO. Nōne satis iam ꝑspicue patet/qd est iniusta facere & iniuriā: ac rursus qd agere iusta: q̄ñ qdē iustitia & iniustitia patēt? GLA. Quonā pacto? SO. Quia nihilo a salubribus & insalubrib⁹ differūt. Nempe ut hęc circa corpus/sic circa animū se hn̄t & illa. GLA. Qua rōne. SO. Salubria qdē sanitatē inducūt: insalubria morbū. GLA. Plane. SO. Similiter quoq; iusta agere iustitiā gignit in aīo: iniusta facere iniustitia. GLA. Necesse est. SO. Est aūt sanitatē īferre/ita q̄ in corpe sunt disponere/ut ṩm naturę ipsi⁹ ordinē īuicē superenẗ & supent. Morbū aūt īducere usq; adeo corpis p̄tes īficere/ut cōtra naturę legē dominenẗ īter se subiiciāturq;. GLA. Est ita: SO. Eadē rōne iustitiā ꝑstare cuiq;/nihil ē aliud q̄ animi p̄tes ī ordinē suū digerere/ ut ad naturā normā pareāt atq; īꝑerēt. Iniustitiā uero ut cōtra naturā exsuperēt inuicem ac succūbāt. GLA. Prorsus SO. Virtus igiẗ ut appet sanitas quędā est & pulchritudo & robustus animi uigor. Prauitas contra morb⁹/turpitudo & imbecillitas. GLA. Est ut dicis. SO. Nōne igiẗ exercitatiōes honestę ad uirtutē acqrendā cōducūt. Turpes ad prauitatē deducūt? GLA. Necesse ē. SO. Restat ut uideẗ discutiendum. Nūqd ꝑsit agere iusta/honesta colere/eē iustum/siue occultū id cuiq; sit/siue non? An iniuriari & iniustum esse/si modo nō det pœnas/neq; fiat ex punitione melior. GLA. Mihi qdē o Socrates: ridicula disceptatio ista fore uidetur. Siquidem corporis natura corrupta/uidetur non esse uiden

De iniustitia

Virtus sanitas.
Prauitas morbus.

dum: neq etiam in summa epularũ & poculorum omniũ affluẽtia: cunctis diuitiis/& totius orbis imperio. Natura uero eius quo uiuimus polluta/atq corrupta/num uiuẽdũ erit? siqs quodcũq lubet/ aliud agat q̃ hoc unũ: unde ab improbitate iniquitateq liberetur: iustitiam uero & pbitatẽ adipiscatur: postq̃ talia hæc utraq/qualia narrauimus/apparuerũt. SO. Ridicula pfecto. Verũ posteaq̃ eo deuenimus/ut quã certissime fieri põt/quod hæc ita se habent/perspiciamus/minime desistẽdũ. GLA. Per Iouem minime omniũ. SO. Age iam huc accede/ut uideas quot species improbitas habet/ut mihi uidetur. Attende nunc. Nempe hæc digna conspectu? GLA. Sequor equidẽ / dicas mõ. SO. Atqui tanq̃ e specula quadam/ postq̃ huc ratiocinãdo conscẽdimus/ una mihi species uirtutis obcurrit/ prauitatis innumeræ. Ex quibus quattuor quidam modi potissimũ sese offerunt/quorum meminisse oportet. GLA. Quomodo istud ais? SO. Quot sane rerũ .p. modi sunt/species suas habentes totidem esse & animæ ipsius apparent. GLA. Quot? SO. Quinq rerum publicarũ quinq rursus & animæ. GLA. Dic quales. SO. Vnum aliquẽ rei .p. modum esse hunc assero/quẽ exposuimus. Duabus uero appellationibus declarari põt. Nam si inter principes ciuitatis unus quidẽ sit / oium præstantissimus / regnũ uocabitur. Sin aũt plures/gubernatio appellabitur optimatũ. GLA. Vera narras. SO. Hanc unam ideo speciẽ esse dico/ quia siue plures gubernẽt/ siue unus/ nullus qui ita ut diximus/ educatus/& eruditus fuerit/quicquã existimatione dignum in rei publicæ legibus permutabit. GLA. Neq enim consentaneum esset.

Virtutis una spẽs prauitatis innumeræ.

Rerũ publicarũ modi qnq.

FINIS DIALOGI QVARTI

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM QVINTVM DE IVSTO.

Non sum nescius fore nõnullos: qui apologiam a nobis expectent qua quintũ hũc dialogum cõmunionẽ omniũ in ciuitate ponẽtem/ defendamus contra calumnias / tum maledicorum / tum etiam ignorantiũ. Verum legant Platonẽ ipsum/precor/ legant diligenter/ac sine inuidia iudicent apologiam (scio quid loquar) nullam desiderabunt. Plato igitur phœbeus humani generis medicus / cum aiaduerteret & singulos homines & familias & ciuitates semper & ubiq grauiter ægrotare: neq ullis hactenus ciuilium medicorum medicamẽtis tot sæcula iam frustra curantiũ: uel liberari morbo/uel saltem leuari paulum atq minimũ conualescere/tam prudẽter/q̃ pie ad legẽ illam sese contulit præcipuã apud medicos: qua medicinæ sanciunt auctores: siquis medicamẽtis talibus/puta frigidis diu adhibitis minime conualescat/ esse tandem rite ad calida trãseundum. Cognoscens ergo genus humanũ per leges distribuẽtes ppria tot seculis nihil proficere / imo uero in deterius quottidie labi non iniuria ad amicitiæ se transtulit: leges cõmunia inter amicos oĩa fore iubentes: ut diuisione diuisionisq & miseriæ sublata causa/concordiam/unionem / felicitatẽ consequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quarti disciplinã educandæ iuuentutis cunctis legibus anteponens/raptim attigit/uideri optimã disciplinam fore si uxorum filiorum/rerum cõmunio fiat. At quoniã res est & noua q̃plurimis & plurimis inaudita reuocatur ad eam statim in principio quinti declarandam apertius & firmius cõprobandam. Iam uero & si Critia & Timeo didiceris disciplinam similem extitisse quondam apud Græcas Ægyptiasq Athenas/neq nimiũ amiraberis tanq̃ nouam/ neq diffidenter audies tanq̃ penitus arduam/neq inuitus admittes quasi non bonam. Mitto quod multi tradunt apud Bœmos Placũ urbẽ aliqñ similiter gubernatã. Atqui Diodorus insulã in oceano meridiẽ uersus describit: in qua pter cætera cões etiã sint uxores/uiriq philosophiæ plurimũ astrologiæq studiosi. Põponius quoq Mela testis ẽ Garamãtes in extremis Aphricæ ptibus cõia habere in re publica oĩa. Similem ptere a bonorum fuisse cõiõnẽ inter philosophos Brachmanas/Gymnosophistas/Esseos / Pythagoricos: & deniq inter sanctos quõdam christianæ rei publicæ fundatores/cõpertũ habemus. Videmus quoq seculis nostris illos dũtaxat religiosos ad uirtutẽ felicitatẽq accedere/ inter quos nihil est ppriũ. At enim si uxorum te cõmunio turbat/primo quidẽ pmittit te apud Platonẽ rite ex lege fieri/qd apud adulterinos sacerdotes in cõmune fit sacrilegio. Deinde platonẽ ipsum audito prius q̃ iudices altius in sua causa declamantẽ. In sequẽtibus nota primo quidem socraticã puidẽtiã peius esse censentẽ in legibus cõstituendis errare/q̃ hoĩem interficere. Eiusmodi nãq error / multos pmulta secula interficit aĩos simul & corpora. Deinde modestiã difficilia diffidenter aggredientẽ / & quasi inuitam atq cõpulsam. Tertio pietatẽ diuinũ auxilium pro suo amore in rebus grauibus inuocantem. Ac ne in legibus erret cõdendis ab Adrastia dea petit opẽ: cuius mentionẽ quoq in Phedro. Adrastia hæc apud priscos theologos est potentissima ineuitabiliũ regina legũ: legum inquã tam Saturniarũ ad mentes ptinentiũ/q̃ iouialiũ ptinentium ad naturas. Adrastiam dico diuinã prouidentiã/quatenus nihil uel oculos eius subterfugere/uel manus põt effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas

Adrastia dea quæ sit.

missimas leges condere/ quas neq; obliuio deleat/neq; defraudet astutia / neq; uiolentia frangat/& oio nullus deuitet/Adrastiam obsecrat ineuitabilia sancientē/quę nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad cōmunē progreditur disciplinā a uirorum uidelicet institutione ad institutionē similiter mulierū/ mandans omnia priuata/ publicaq; tum pacis/ tum belli studia mulieribus cum uiris cōmunia fieri:ne mancū sit genus humanū:eo tamē pacto ut in singulis grauiora uiris/leuiora mulieribus cōmittant. Similiter & alibi docet brachia quoq; sic assuefaciēda/ut singuli utrinq; sint dexteri/quos nominat amphidexteros.ostendit aūt id fore utile atq; possibile/ & quo pacto fieri debeat. Deinde aliam adducit cōmunionē/ uidelicet uxorum atq; filiorum. Et ibi aduerte quāta ordinis prudentia cōstituat magistratus pręsides nuptiarū:& sacra & tempora/& ętates cauens ne quid intemperate fiat/uel inutile ciuitati. Ac post generationē q̄ diligenter de natis cogitet nutriendis: ita tamen ut neq; uir/neq; mulier propriū agnoscat filium/ neq; filius proprios genitores/neq; alios alii: sed seniores opinari cogantur/ omnes pene iuniores esse filios uel nepotes. Iuniores uicissim suspicari omnes seniores/eē progenitores/ęqualesq; similiter esse fratres. Inter hæc ubi nutritionē eius spernit/qui uel pręter legem uel ex inutili natus fuerit/ uel inutilis intellige nō esse perdendum: sed in loco occultiori uel in suburbiis uilius nutriēdum/ extra exacutissimā regulam illam/qua nutriuntur hi qui assumendi ad custodiā iudicātur. Illum uero inferiori alendum regula ad minutiora urbis uel agri ministeria suo tempore transmittēdum:uel forte ad urbes alias trāsferēdum statim natum. Mox agnosce cōmunes charitatis inuentū/ ubi sic disponit singula/ut singuli eadem/uel re/uel persona oculis demonstrata/ęq; iudicent/dicantq; hoc est meū. Cumq; sua cuiq; charissima sint/singuli cuncta curabunt:pręcipue cum ad eiusmodi curā legibus quoq; magistratibusq; adducātur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra/qualis in oībus ē circa plurima quasi a nobis sint aliena/tolletur. Tolletur & quotidiana fallacia qua iudiciū nostrum in eo colendo / quod propriū esse censemus/stulte decipitur. Tolletur deniq; extrema pturbatio/solicitudo/miseria/quę ex insano propriorum amore nos angit. Mitto quod adempta discordię causa/& cōmunis erit & integra charitas. Proinde attende q̄ diligentes/q̄ iustas/q̄ mites statuat belli leges. Quę premia uictores maneant. Diuinitas.i.quędam. Transferri enim hos inquit in beatos demones hominū curatores/ & quasi deo charos rite colendos. Quod uero de puerorum osculis dicitur/iocosum quiddam est Glauconis/& leuandi tedii gratia dictum. Adde & triūphale quiddam atq; festiuū. Restabat probandum cōmunionē hanc fieri posse/postq̄ fore optimā fuerat affirmatū. Primo igitur etiam si nequeat fieri/ ostendit se non frustra hanc in mediū adduxisse:uidelicet tanq̄ exemplar in formādis ciuitatibus pro uiribus imitandum. Deinde demonstrat tunc demū posse fieri quādo philosophi gubernabūt / neq; prius requiē ullam fore malorum. Quāobrem ad formādos philosophos tanq̄ futuros ciuitatis gubernatores oportune descendit:docēs quale sit philosophi ciuilis ingenium/qualis affectus atq; disciplina. Principio quātum plebei circa percipienda sensibilia hæc inferiora auidi curiosiq; sunt / tātum ingeniū philosophicū ad inueniendas ideales horum omniū rationes/ auidum & ppēsum est & sagax ipsius ueri uenator. Quoniā uero uere quidem res ideę sunt/naturales autē formę sunt & imagines idearū:non iniuria plebeos inquit somniare putantes quę imagines sunt/ eē res ueras. Philosophū uero solum inter alios uigilare. Et quoniā inter ens atq; nō ens medium ponit/ memēto quinq; gradibus omnia cogitari. Et non ens quidē purum dici quicquid fingitur infra materiā. Ens uero purum/ puram mentē ideamq; existere. Animā / celumq; ens dici simul atq; nō ens uidelicet propter motū/magis tamē esse q̄ non esse. Materiā contra magis quodāmodo non esse q̄ esse. Sed qua natura composita sunt sub luna esse pariter atq; non esse. Circa ea quę uere sunt cognitio ipsa uersatur. Circa ea quę uere non sunt ignorantia. Circa ea quę pariter & sunt & non sunt / se reuoluit opinio. Ignorantia quidem & opinionē/tum plebeis tribuit/tum sophistis. Cognitionē uero.i.scientiā dūtaxat philosophis. Quod autē scientiam opinionēq; potētiam quādam nominat/intellige potentiā non informē:sed partim naturali forma/partim habitu pręditā. Pręterea ubi de ideis agit ad quas philosophi refertur sciētia/more suo inquit bonū/pulchrum/iustum. Ternarius hic numerus/modis tribus exponitur. Primo bonum sit deus/pulchrum mens angelica multiformis. Iustum cœlestis anima mundana iuste distribuens. Secūdo bonum / forma ipsa actusq; diuinę naturę. Pulchrū eiusdem intelligētia. Iustum uoluntas eiusdē. Tertio bonū. Inter ideas est exemplar formę actusq; cuiusq; atq; naturę. Pulchrum exemplar ordinis/qui ex qualibet forma in seipsa resultat. Iustū exēplar ordinis/qui a qualibet forma atq; re refertur ad alias. Quādo uero ipsi bono subdit malū/ pulchro turpe/iusto iniustum/ caue tria hęc opposita colloces in ideis. Pone uero hęc tum in ipsa informitate & deformitate materię/quā in libro de sciētia uocat exemplar diuinitatis expers. Et in politico dissimilitudinis locū:tum etiā in aīa iam deprauata/& ad materiā oīno conuersa. Deniq; quod eunci ęnigma puerile tangit/est eiusmodi/homo nō homo/uidens nō uidens/pcussit non percussit/ lapide non lapide/auem non auem/sup arbore non arbore.i.eunucus luscus pcussit pumice alam uespertilionis sup sambuco. Sed id ridebis scio. Quod ridiculi gratia est appositum.

Enigma d homine & non homine.

DIALOGVS QVINTVS DE IVSTO.

SO.
Onam equidem ciuitatem huiusmodi: rectãq; rem publicam uoco: uirũq; talem bo/
num esse dico. Ac si recta hæc respublica est/alias prauas appello/utpote quæ circa ci-
b uitatis ipsius gubernationẽ & priuatorum disciplinã aberrent: quę quidẽ in quattuor
speciebus prauitatis sunt. GLA. Quę nam istę? Tunc ego narrare pergebam/qua ra-
tione mihi singulę ex sese inuicem dependere uiderentur. Verum Polemarchus/pau
lo enim a me remotior erat q̃ Adimantus/Adimanti post tergum sedens extẽdit manum / prehen
densq; superne pallium Adimanti circa humeros / & eum paulisper ad se traxit & os ad aures eius
admouit / submissa uoce susurrans. Ex his aũt quę dixerit/nihil ipsi percepimus nisi id unũ: qđ ait:
permittemus ne? an quid agemus? Cui Adimantus altius respõdens / minime inquit. Ad hęc ego.
quid nam istud est quod non uultis ꝑmittere? ADI. Te. SO. Quid maxime? ADI. Declinare nẽpe
nobis uideris / speciẽq; totam disputationis huius nõ minimã subticere ne nobis exponas/atq; sub-
ripere/ putansq; latere nos negligenter dixisti/de uxoribus quidẽ & pueris constabit omnibus / oĩa
sicut inter amicos cõmunia esse debere. SO. An non recte dixi o Adimante. ADI. Recte nimirũ:
sed quẽadmodum in aliis/ita in hoc explanare oportet/qua ratione ita se recte id habeat. Quis cõ-
munionis modus sit. Nam multi esse possunt. Ne igitur id pręte rmittas/quominus nobis aperias
quẽ tu potissimũ dicas. Profecto nos diu iam expectamus/sperantes expositurũ te tam circa filiorũ
procreationis quę sit generationis conditio/q̃ circa nutritionem/ quę educationis futura sit ratio.
Qualisq; debeat eẽ hęc omnis quã tu dicis/mulierũ filiorũq; cõmunio. Plurimũ quippe: imo uero
totum referre istud ad rem publicã ducimus/ recte ne an non recte agatur. Nunc aũt cum rem pu/
blicam aliam aggrediaris/priusq̃ hæc sufficienter tractaueris/uisum id nobis est/quod & ipse audi/
sti/ne te aliud quicq̃ aggredi permittamus/anteq̃ hęc omnia quẽadmodum alia exposueris. GLA.
Me quoq; uobiscum sentire existimate. THRA. In hoc proculdubio nos cõuenire omnes o Socra
tes puta. SO. Quid agitis obsecro/qui me ita reuocatis/q̃ grauem rursus tanq̃ a principio disputa-
tionem de re. p. suscitatis? Nẽpe ego quasi hãc iam peregissem/mecũ ipse congratulatus sum/satis
mihi esse factum existimans/ siquis nunc dimittat hæc suscipiens/quemadmodum supra dixi. Quę
uos nunc exigentes/ nescitis q̃ frequens disputationũ instigetis examen. Quod ego tũc prospiciẽs
libens cessi: atq; pręte rmisi/ ne crebro nos tumultu turbaret. THRA. An conuenisse huc hos arbi
traris o Socrates ut aurum funderent/potius q̃ ut sermones audirent? SO. Vt sermones audirent
quidem/sed moderatos. GLA. Modns certe & terminus horum sermonũ audiendoꝝ o Socrates:
omnis uita est uiris mentem habentibus. Sed nos quidem mitte. Tu uero ne graueris si tibi uidetᷣ
ea quę perquirimus/declarare. Quę nostris custodibus circa mulieres & filios sit futura cõmunio:
quęue nutriendoꝝ pueroꝝ ratio eo ipso in tẽmpore adhibenda: quod generationẽ inter & disci-
plinam labitur quę laboriosissima certe esse uidetur conare quę sumus nobis hæc apire. SO. Haud
facile o uir beate explicari hęc possunt: plures enim in his q̃ in superioribus insunt ambiguitates.
Primo quidem an fieri hæc possint/ dubitaretur. Quinetiam si possint: utrũ optima ista sint/& q̃uo
dubitabitur. Quapropter difficultas hæc me dehortatur/uerentẽ o dulcis amice/ne uotũ quoddã
& fictio esse mea hæc oratio uideatur. GLA. Ne pigeat obsecro/neq; enim auditores habes ingra/
tos uel incredulos / uel maleuolos. SO. O uir optime / ut exhorteris me hæc affers. GLA. Nempe.
SO. Contra facis omnino. Nam si mecũ ipse confiderem ea quę nosse dico/ recta esset hæc consola
tio. Nempe tutum est & audendum/ inter amicos prudẽtesq; uiros uera quę quis cognoscit de ma
ximis pręciosisq; rebus ꝓnunciare. Cum diffidẽtia uero & ambiguitate uerba facere quẽadmodũ
ipse facio/metuẽdum est & fallax: haud formidandũ inquã/ne risum audiẽtibus mouẽ: nã puerile
id qdẽ sed ne a uero ꝓcul aberrans/& ipse falsitati subcũbam/& amicos mecũ traham in ruinã: & in
his una decipiamur: in qbus minime omniũ errare cõueniat: adoro itaq; supplex Adrastiã ob ea q̃
dicturus sum Glauco. Reorq; minus eũ delinquere/qui nõ sponte aliquẽ perimit/q̃ qui circa cõsti-
tutiones de honestis & bonis: iustisq; fallit. Hoc aũt discrimẽ subire præstat inter inimicos hoĩes q̃
amicos. Quare melius o Glauco me cõsolare. GLA. At enim o Socrates siquo pacto nos ex hac di/
sputatione errare cõtigerit/ absoluemus te uelut ab homicidio/& insontẽ in hac deceptione ꝓnun/
ciabimus. Ergo audacter disputationẽ ingredere. SO. Porro inocens est qui illic absoluitur / ut le-
ges docent. Ergo & qui hic absoluitur/inocens. GLA. Dic itaq; hanc ob causam. SO. Dicere nũc
rursus oportet/quę forte deinceps dicẽda erant. Forte aũt operępratiũ est: postea q̃ integrũ uirile
opus expressimus/ deinceps quæ sunt mulierum/referre: pręsertim cum ad hoc ipse me cohorte-
ris. Hominibus quidem natis & eruditis: quẽadmodum supra narrauimus/ut mea fert opĩo/nulla
est alia recta filioꝝ mulierũq; adeptio atq; usus / q̃ ea uia gradientibus / quã ipsi a principio ingressi
sumus. Etenim conati sumus tanq̃ gręci custodes/uiros sermone proficere. GLAV. Nempe. SO.
Sequamur igitur generationem/ nutritionẽq; q̃ similimã adhibentes: consideremusq; utrũ ita de-

ceat

ceat nec ne. GLA. Quonam pacto? SO. Ita, utrũ inter canes gregis custodes/fœminas ipsas cense/mus una eadem custodire debere/ quę & mares? & una uenari: ac cætera omnia cõmuniter facere? An fœminas quidẽ intus quasi domestica adseruare: tanq̃ ad forensia opera impotẽtes ꝓpter ipm catulorũ partum & nutrimentũ: masculos aũt labores subire/ omnẽq; armẽti curam gerere. GLA. Cõmuniter his omnia tribuimus: nisi qđ fœminis ut imbecillioribus/ maribus ut robustiorib' uti/mur. SO. Fieri ne põt/ut animali aliquo ad eadẽ utaris/nisi eadẽ rõne nutriueris erudierisq;? GLA. Nullo modo. SO. Si ergo fœminis ad eadẽ utemur ac uiris/in eisdem erudire decet. GLA. Certe. SO. Musica aũt & gymnastica uiros in superioribus erudiuimus. GLA. Sane. SO. Mulieribus igit̃ artes hę similiter & res bellicę tribuendę sunt: ad eadẽq; uti his decet. GLA. Consentaneum istud quidẽ ex his quę dicis.? SO. Forsitan multa pręter consuetudinẽ ridicula uidebuntur dicta circa ea quę nunc induximus si agantur uel dicantur. GLA. Et maxime quidẽ. SO. Quid in his maxime ridiculum cernis? An quia nudas fœminas conspecturus sis in palestris/cũ uiris certantes/ nõ modo iuuenes/sed & uetulas/ queadmodum senes uiros in gymnasiis quãdo una exercẽtur/ licet iam rugosi ueternosiq; sint. GLA. Ita per Iouẽ. Nam ridendum id qdẽ ut nũc res sunt/uideatur. SO. Nos igit̃ postq̃ dicere cœpimus/ haud quaquã uereri debemus facetorũ hominũ dicacitates/ quotcũq; & qualescũq; iaciant aduersus huiusmodi mutationẽ/quam circa musicã gymnasticãq; inducimus: neq; minus circa armaturã equestrẽq; facultatem. GLA. Probe loqueris. SO. Ergo postq̃ dicere cœpimus/pergamus ad legis seueritatẽ/ rogantes istos ne solito more nugentur/ sed seria cogitẽt/admonẽtesq; haud longum prętериisse tempus/ ex quo Gręcis turpia ac ridicula uidebantur/ quæ hodie barbarorũ plerisq; ridenda uidentur: nudos uidelicet spectare uiros: & quãdo primũ exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt/ in primis quidẽ Cretenses/ deinde etiam Lacedęmonii/licebat profecto urbanis uiris qui tunc erant hęc omnia capere: an non putas? GLA. Equidẽ. SO. Verum postq̃ ut arbitror utentibus uisum est cõmodius nudato corpore q̃ operto homines exerceri/factum est ut quia optimũ id ratione fuerat iudicatum/ oculis ridiculum minime uideret. Ex quo perspicuũ est inanem esse eum hominẽ/ qui deridendum quicq̃ pręterq̃ quod ẽ malum existimat: quę irridere res ipsas aggreditur/ aliam quãpiam sibi proponens derisionis causam quã quod insipidum atq; malum: aut honestum quicq̃ & studio dignum existimat/ alio respiciens quã ad bonũ. GLA. Sic est omnino. SO. An non in hoc primũ conuenire oportet/ utrũ possint hęc fieri nec ne? Concedere insuper cuiq; ut pro arbitrio aduersus hęc ambigat/ siue ioco/siue serio quis addubitare uoluerit: utrum in hominũ natura possit fœmina cũ masculo in omnibus operibus cõmunicare/uel in nullo/uel in quibusdam ualeat: in aliis uero nequaq̃: ipsaq; res militaris/utro in genere horum sit. Nõne quisquis ita recte exorsus fuerit/ut decens est/ recte etiam peraget? GLA. Maxime. SO. Vis ergo ut nos pro aliorũ causa/nobis ipsis dubitatõibus aduersemur: ne sine defensione/ quę sunt rationis alterius oppugnẽtur? GLA. Nihil prohibet. SO. Dicam igitur sub eorũ persona hunc in modũ. Nihil opus est o Socrates atq; Glauco/ut alii uobis repugnẽt. Nam iter uos statim a principio condendę ciuitatis constitit/ oportere secũdum naturã unũquẽq; unum quiddam quod suũ esset/peragere. SO. Constitit quid ni? ADVER. Dubitas ne/quin longe mulier ipsa natura a uiro differat? SO. Cur non differat? ADVER. Ergo nõne opus utriq; aliud pro natura utriusq; est tribuendum? SO. Proculdubio. ADVER. Quid restat igitur/quo minus aberretis nunc/nobisq; ipsis contradicatis? quando quidem asseritis/ uiros & mulieres oportere eadem operari/ cũ tamen natura ualde inter se discrepent? SO. Habebis ne o mirifice uir quid ad ista pro nostra defensione respondeas? GLAV. In pręsentia quidem haud satis facile: sed orabo te atq; oro: ut quid potissimũ in nostri sermonis defensionẽ afferri possit/ exponas. SO. Hæc quidem o Glauco cæteraq; generis eius permulta/ iamdudum prospiciens timidus atq; inuitus ad hanc legem descendebam de mulierum & filiorum adeptione/ atq; nutrimento. GLA. Profecto non leue istud apparet. SO. Non certe/ sed ita res se habet. Siue quis in stagnum breue prolapsus est/siue profundum in pelagus/nihilominus aqua in media natat. GLA. Prorsus. SO. An non & nobis quoq; natandum conandũq; ut disputationis undas incolumes euadamus/sperantes/aut delphinum nos aliquẽ susceptutũ sub/leuaturũq;/aut aliã quãdam occultã salutis causam nobis fore. GLA. Ita uidetur. SO. Circunspice obsecro/siqua exitum nanciscamur. Attende itaq;. Conuenimus profecto naturã aliam aliud opus tractare debere. Mulieris autem & uiri diuersam esse naturam. Diuersas naturas in præsentia eisdem studere iubemus. In hoc illi nos accusant. GLA. Valde. SO. Quam generosa o Glauco contradictorię artis potentia est? GLA. Cur? SO. Quia uidentur mihi permulti etiam inuiti in eam incidere: arbitrariq; nequaquã litigare/ sed disserere/ ex eo quod nequeant secundum species diuidẽtes/ quod illis propositum est/contemplari. Immo uero secũdum ipsum nomẽ contrarietatẽ propositi prosequãtur: contẽdentes potius inuicẽ q̃ disputantes. GLA. Contingit equidem multis/sed nunquid & nobis idem nunc accidit? SO. Et maxime quidem. Videmur sane inuiti cõtradictionẽ attingere. GLA. Qua ratione? SO. Quod natura eadẽ/ opera eadem tractare non debeat fortiter

Taxatur elenchus sophisticus.

admodum & contentiose secundum nomen insequi cœpimus. Considerauimus autē nullo pacto quę species sit alterius eiusdemq; naturę: & quorsum respiciētes tunc descripsimus/quando studia diuersę naturę diuersa/eidem uero eadem attribuimus. GLA. Certe nequaquā id excogitauimus. SO. Cęterum licet nobis ut uidetur a nobisipsis exquirere/nunquid eadem natura caluorum sit & comatorum? An contraria potius: ac postq̄ concesserimus esse contrariam/si calui coria incidant calceosq; cōficiant/haud quaq̄ sinere comatos homines eadem facere: sinaūt comati/caluos nequaq̄ pmittere. GLA. At risu dignum id esset. SO. An ob aliud ridendum istud/q̄ quod tunc nō omnino eandem & diuersam naturā posuimus: sed illam dūtaxat dissimilitudinis & similitudinis speciē obseruauimus. Quę ad ipsa eadem studia pertinebat. Queādmodum medicū & hominē habentē animū medicinę studiis aptum/naturā eandē habere diximus: an nō censes? GLA. Equidē. SO. Medicinę uero aptū aliam & aliā uirum promptū ad fabricādum. GLA. Omnino. SO. Nōne & genus uirorum mulierūq; genus/si ad artem aliquā/aut aliud studium inter se differant/hoc utriq; assignādum esse dicemus? sinaūt hoc ipso dūtaxat discrepare inuicē uideantur/quod fœmina quidē concipit: uir gignit/nihilo magis admittemus ostēsum fuisse q̄ď ad id quo de nunc nos loquimur/a uiro fœmina differat: sed adhuc censebimus/tam custodes q̄ mulieres ipsorum eadem apud nos exercere debere. GLA. Recte nimirū. SO. Nōne post hęc iubemus eū qui contraria dicit/hoc ipsum nobis ostendere/ad quā artem/quodue officiū ex iis quę instituēdę ciuitati conducunt/non eadē sit sed diuersa uiri mulierisue natura. GLA. Sic utiq; decet. SO. Forte q̄ď tu pauloante dicebas/alius quoq; diceret: subito quidē/ad sufficiētiam dicere: non facile eē/sinaūt consideretur/haud multū difficile. GLA. Diceret utiq;. SO. Vis ergo oremus eū qui hęc nobis opponit/ut aures nobis p̄stet/attendatq; siqua ratione illi ostēdere possumus/nullum eē studium ad res ciuitati subministrādas/mulieris propriū? GLA. Omnino. SO. Age itaq; dicemus ad eū/responde nūquid ita dicebas ad aliq̄ď opus aliquē/bono a natura ingenio preditum/aliquē contra/ex eo quod ille facile quicq̄ pcipit: hic difficile: & ille si breue quid a quoquā didicerit/ex eo ipse plurimū adinuenit: hic autē cum plura didicerit excogitaueritq;/paulopost obliuiscitur: & illi quidē corporis mēbra sufficiēter menti subseruiunt/huic autē repugnant. An alia præter hæc sunt? quibus hominē ad aliqua natura bene institutum & eū qui cōtra est affectus distinguis? GLA. Nullus alia dicet. SO. Scis ne aliquid ab hominibus exerceri: in quo nō omnia eadē uirorum genus & excellētius habeat q̄ mulierū genus? an late uerbis uagabimur/texendi artificiū cōmemorantes/placentarūq; & obsoniorum confectionē? In quibus aliquid mulierū esse uidetur: ubi p ridiculum sane apparet cū uincitur. GLA. Vera loqueris/quia longe in omnibus/ut ita dixerim genus a genere superatur. Mulieres autem multę multis uiris ad multa pręstantiores. Vniuersum uero ipsum se habet ut dicis. SO. Nullum igitur est o amice inter eos qui ciuitatem curant/officium mulieris proprium qua mulier est/aut uiri proprium/qua uir. Sed ęque dispersę in animantibus utrisq; naturę: & omnium quidem operum natura compos est fœmina/omnium & uir est compos. In omnibus autem imbecillior fœmina. GLA. Sic est prorsus. SO. Num uiris omnia pręcipiemus/mulieri autem nihil? GLA. At quomodo? SO. Est utiq; ut nos asseremus/inter mulieres quoq; alia medicinę apta/alia minime/alia musica/alia natura a musica aliena. GLA. Quid ni? SO. Et alia quidem ad exercitatiōes gymnasticas & rem militarem prompta/alia uero ad hæc inepta. GLA. Sic arbitror. SO. An non & una quidem sapientię studiosa est/altera sapientiam spernit: & una elato animo/altera uero depresse? GLA. Et hoc assero. SO. Est ergo & inter fœminas quędam ad custodiendum idonea/quędam minime. An non naturam quandam huiusmodi ciuitatem custodientium uirorum elegimus? GLA. Eiuscemodi certe. SO. Mulieris itaq; & uiri eadem hæc natura ad ciuitatem custodiendam: nisi quod mulieribus ut imbecillioribus: uiris ut robustioribus est utendum. GLA. Apparet. SO. Mulieres itaq; tales eligendę sunt: ut una cum uiris & colant & custodiant ciuitatem: postq̄ idoneę sunt: & natura ipsis cognatę. GLA. Prorsus. SO. Studia uero nōne eadem naturis eisdem sunt tribuenda? GLA. Eadem. SO. Longo tandem circuitu ad priora illa reuoluti sumus: concessimusq; haud esse contra naturam/ut custodum mulieres musica & gymnastica exerceantur. GLAV. Summopere. SO. Quare neq; impossibilia/neq; pro desiderio cōmentitia/lege statuimus/quando quidem secundum naturam legem tulimus. Immo quæ his temporibus contra hæc fiunt/multomagis pręter naturā fiunt ut uidetur. GLA. Videtur. SO. Nonne disceptandum nobis erat/utrum possibilia & optima diceremus necne? Erat. SO. Quod possibilia quidem constitit. GLA. Plane. SO. Quod autē optima post hæc asserendum. GLA. Patet. SO. ad hoc ut mulieres ad custodiam sufficientes euadant non alia opus est disciplina quā ea qua uiros ad idem instruimus pręsertim cum eadem reperiatur in utrisq; natura. GLA. Non alia. SO. Quid porro de hoc sentis? GLAV. Quod petis? SO. Quęro equidem/utrum existimes inter uiros alios meliores/deteriores alios eē? an similes omnes? GLA. Nequaquam similes. SO. In ciuitate igitur/quam condidimus nūquid censes nobis pręstantiores uiros effici custodes/eā quā dedimus disciplinā adeptos q̄ coriarios/peritia coriaria ibutos? GLA.

Fœmina & uirium compotes: sed fœmina imbecillior.

Ridiculum

Ridiculum est quod petis.SO.Intelligo equidem.Quid autem nonne & reliquorum ciuium hi opti/
mi.GLA.Et reliquorũ.SO.Quin & mulieres tales / erunt optime mulierũ.GLA.Valde.SO.Est
ne aliquid melius ciuitati / q̃ uiros q̃ optimos & mulieres optimas effici? GLA.Non est.SO.Hoc
autem musica & gymnastica/ut supra narrauimus / pficere possunt.GLA.Proculdubio.SO.Itaq̃
non solum possibile/sed & optimũ quiddam ciuitati/lege statuimus.GLA.Ita est.SO.Nudãdum
igitur corpus erit mulieribus custodum / qñ quidẽ pro uestibus uirtutẽ induent.Cõmunicandũq̃
in bello & alia omni ciuitatis custodia atq̃ tutela:neq̃ aliud agẽdũ.Horum tñ officiorum leuiora queq̃
ppter generis imbecillitatẽ mulieribus tribuẽda.Qui uero nudas riserit mulieres/optimi cuiuldã
gratia ita nudatas/inanẽ circa ridiculas nugas carpens sapiẽtię fructũ:neq̃ qd rideat/neq̃ qd agat
intelligit.Scite nãq̃ istud & dicitur & asseret:qđ utile quidẽ/honestũ. Noxium aũt turpe.GLA.Et
maxime qdẽ.SO.Hunc itaq̃ unũ ueluti gurgitẽ enatasse dicamus/de mulierũ lege tractantes/adeo
ne oĩo submergi cõtigerit/dum asseueraremus oĩa cõiter exercere debere custodes apud nos tã ui/
ros q̃ mulieres.Immo uero sibimet oratio nostra cõsonuit qđ uidelicet & possibilia & utilia ferret.
GLA.Profundũ certe pelagus euasisti.SO.Haud ingens id esse dices/cũ deinceps qđ sequitur/ui
deris.GLA.Dic iam ut uideã.SO.Hãc quidẽ & priores cęteras/utputo / hęc quoq̃ lex seq̃t.GLA.
Quęnã?SO.Mulieres.s.has horum uirorum oẽs omniũ esse cõmunes:nullãq̃ priuatim alicui adhęrere
ac rursus cõmunes filios neq̃ patrẽ filiũ suũ nosse:neq̃ filium suũ agnoscere patrẽ.GLA.Multo cer
te difficilius istud credet/quod uel possibile sit/uel utile.SO.Haud quidẽ arbitror / dubium id cuiq̃
fore/qn utile sit:maximũq̃ bonũ:mulieres esse cões/cões & filios/si modo fieri possit.Verum arbi-
tror plurimã in eo uersari controuersiã/nunqd fieri possit/nec ne.GLA.De utrisq̃ sane summope
ambiget.SO.Dicis utiq̃ sermonũ conspirationẽ.Ego aũt rebar me iam ab altero liberatum iri/si
tibi ulsum fuerit utile eẽ.Nam reliquũ mihi fore ut pquirẽ/utrũ possibile sit an nõ.GLA.At latere
non potuisti/dum fugeres.Redde de utrisq̃ rationẽ.SO.Sustinẽda mihi certe ẽ pœna:sed in hoc
mihi indulge.Sine me paulisper meo arbitratu crassari / quẽadmodũ qui pigri sunt mente crassari
seipsis cõsueuerunt:quotiẽs soli pficiscunt.Etenim huiuscemodi hoĩes/anteq̃ cõpertũ habeãt quo
pacto fieri possit quod expetunt obmittẽtes hanc curã ne nimio labore grauent dum de possibili &
impossibili deliberẽt:quasi id sit iam quod affectant/ponũt/ac deinceps reliqua digerũt:oblectan/
turq̃ dum excogitant qualia pſite illo facturi sint:atq̃ ita torpentẽ aĩum etiã languidorẽ reddunt.
Haud secus & ipse pigresco:cupioq̃ in aliud tẽpus disceptationẽ illam differre/possibilia ne ista sint
an nõ?In pręsentia uero quasi possibilia sint/admittẽs/per quiram/si ipse pmiseris/qua ratione hęc
existentia principes ipsi disponẽt:quodue oĩum utilissima erunt ista si fiant/ tam custodibus q̃ ciui-
tati.Hęc conabor equidẽ prius tecum considerare:illa uero posterius/si cõcesseris.GLA.Cõcedo
equidẽ:considera iam.SO.Arbitror igitur/si modo erunt principes hoc noĩe digni/eodẽq̃ modo
horum ministri/ hos quidẽ uelle exsequi quę mandant:illos aũt pręcipere: partim ipsis parẽtes legi-
bus/partim imitãtes/quatenus illis nos pmiserimus.GLA.Probabile id quidẽ.SO.Tu igit legis
cõditor ipsis/quẽadmdum uiros elegisti/ita & mulieres eligẽs/prębebis quoad fieri põt.Consimi-
les inter se ingenio.Isti aũt utpote ędes & cõmessationes cões habẽtes/ pprium uero nihil taliũ pos/
sidentes/una habitabunt:& inuicẽ congredientes in gymnasiis ac reliquo uictu ab innata / ut arbi-
trot/ necessitate ad mutuam trahentur cõmixtionem.An non necessaria tibi dicere uideor?GLA.
Haud quaq̃ necessaria/geometrica quadam necessitate/sed amatoria:quę multo acrior est q̃ illa ad
persuadendum uulgo atq̃ trahendum.SO.Nimirum uehemẽter.Verũ post hęc o Glauco sine or
dine denudari inter se/uel aliud quicq̃ facere:neq̃ sanctum est in beatorum hominũ ciuitate / neq̃
iudices id permittent.GLA.Neq̃ enim iustum esset.SO.Constat utiq̃ quod nuptias deinceps
quoad fieri potest / sacras instituemus.Essent autem sacrę: q̃ utilissime.GLA.Summopere.SO.
Quonam pacto utilissimę erunt?hoc mihi dicas o Glauco.Video equidem tuis in edibus & uena-
torios canes & generosas aues frequentes.Nunquid ad istorum cohitum generationẽq̃ quãdoq̃
animũ applicuisti?GLA.Quorsum istud?SO.In primis horum ipsorum licet generosorum / nõne
sunt & fiunt optimi aliqui?GLA.Sunt.SO.Verum ex quibuscunq̃ ęque fieri generationẽ permit-
tis?An curas potius ut ex optimis generetur? GLA.Ex optimis.SO.Num ex tenerimis quibusq̃?
an senio confectis?an ętatis in flore potius constitutis.GLA.Ex his ipsis potius?SO.Ac nisi hũc in
modum generatio deducat/longe deterius fore canũ & auium genus existimas.GLA.Equidem.
SO.Putas in equis cęterisq̃ animalibus aliter euenire?GLA.absurdum id esset.SO.Pape o dulcis
amice q̃ perspicacibus ac summis nobis est opus principibus? siquidem in hominũ genere simili-
ter se res habet.GLA.Habet utiq̃:quid tum?SO.Quia necesse ẽ ut medicinis multis utantur.Qñ
enim medicinis nullis indigẽt corpora/sed uictus dũtaxat institutionẽ exigũt/medicũ certe debi-
liorẽ sufficere arbitramur.Cum uero medicinis est agendum/scimus fortiori quodã medico opus
fore.GLA.Vera narras.Sed quorsum hęc?SO.Nempe necessarium fore uidet/ut frequẽti mẽda-
cio & deceptiõe utant pricipes ad subditorum utilitatẽ.Diximus aũt supra huiuscemodi oĩa pharmaci

Nudãdas esse mulieres.

Mulieres & filios cõmunes esse.

medicinę loco necessaria esse. GLA. Et recte quidem. SO. In nuptiis itaq; & filiorum procreatione uidetur rectum hoc fieri nō mediocriter. GLA. Quo pacto? SO. Oportet profecto secundum ea quę supra cōcessimus/optimos uiros mulieribus optimis ut plurimū congredi: deterrimos autem contra/deterrimis. Et illorum quidē prolem nutrire: horum minime: si armentū excellentissimū sit futurū. Et hęc omnia dum agant/ab omnibus prēterquā a principibus ignorari / si modo armentū custodum debeat seditiōe carere. GLA. Probe admodum. SO. Igitur festa quędā erunt legibus designata: in quibus sponsos & sponsas cōgregabimus/sacra fient/& hymni a poetis nostris / celebratis nuptiis cōuenientes: numerum autem nuptiarū arbitrio principū cōcedemus. Vt ad hostes ac morbos cęteraq; huiusmodi respicientes/eundē quam maxime ciuium numerū seruent: neue populosa ciuitas nimio sit quoad fieri pōt/ neq; uacua. GLA. Recte loqueris. SO. Sortes igitur quędam tali quodā artificio instituēde / ut deterior ille in qualibet copulatione: fortunam nō principes culpet. GLA. Et maxime quidem. SO. Enimuero his qui inter iuuenes prēstantiores sunt in rebus / siue militaribus / siue aliis quibusdā munera ac prēmia danda sunt/& alia permulta: quin & uberior mulieribus congrediendi licētia ut ex hac simul occasione filii plures quam ex aliis/ex his seruant. GLA. Probe. SO. Itaq; filios qui ex his oriūtur suscipient ii qui talibus prēsidēt magistratus/siue uirorum/seu fœminarū/ siue utrorūq;: cōmunes enim uiris & mulieribus magistratus. GLA. Est ita. SO. Accipiētes utiq; prēstantū hoīem prolē / ad ouile portabunt: ad nutrices quasdam seorsum in ciuitatis parte aliqua cōmorantes. Eos uero qui nascētur ex deterioribus/siue etiā ex quibuscunq; aliis/sed mēbro aliquo manchi/in abditis ut decet locis abscondent: siquidem debet custodum genus purū fore. Nutritionē prēterea & hi curabūt. Matres enim ad ouile cum lacte exuberabunt/transmittent: procurantes ne ulla suum agnoscere ualeat. Ac si hę minus suffecerint/alias insup lacte plenas/adhibebunt: prouidebunt quoq; ut mediocre tempus in lacte sugēdo seruetur. Vigilias item laboresq; cęteros nutricibus impabunt. GLA. Plurimū facultatis ad procreandam prolem/ custodū mulieribus tribuis. SO. Sic decet. Sed age deinceps quod maxīe intēdimus/procurramus. Diximus plane ex robustissimis oportere filios procreari. GLA. Diximus. SO. An non tibi quoq; uidetur moderatū adulti roboris tempus esse mulieri quidē annos uiginti. Viro autem triginta? GLA. Quis horum modus? SO. Vt uidelicet mulier a uigesimo ętatis āno incipiēs/usq; ad quadragesimū pariat. Vir autem postquā acutissimū sui cursus uigorē trāsierit annos. s. triginta/inde usq; ad annos quinq; & quinquaginta procreet. GLA. Profecto in iis ętatibus uigor animi corporisq; cōsistit. SO. Si igitur senior istis/siue iunior generationē in cōmuni attigerit prophanum & iniquū scelus hoc eē censebimus: quasi fœtus is in ciuitate seratur/qui si latuerit / orietur nō sub sacrificiis quidē & uotis quę singulis in nuptiis pagēt sacerdotes omnes tam uiri quam mulieres & ciuitas uniuersa/prēcantes/ut ex bonis meliores/ ex utilibus utiliores nascant: imo uero sub tenebris ex acri quadam incontinētia. GLA. Recte loqueris. SO. Eadē quoq; erit habenda ratio de illo qui cū adhuc in generandi ętate fuerit atq; principe non copulante/mulierē in ętate adulta cōstitutam attigerit. Nempe hunc asseremus puerū generare spuriū/incestum/atq; prophanū. GLA. Scite admodum. SO. Quādo igitur iam mulieres & uiri ętatem generationi aptam egressi fuerint / licere uiris dicemus/ cuicūq; uoluerint/prēterquam filię atq; matri & filiarū natis matrisue maioribus cōmisceri: licere & mulieribus cuilibet copulari prēterquam filio atq; patri/ac superioribus & inferioribus eorūdem. Cum uero hęc oīa mandauerimus/interdicemus partum talem si contigerit / in lucē produci. Siquid autem coegerit/ ita ponere prēcipiemus/quasi eius nulla nutritio fit. GLA. Hæc quoq; probe dicuntur. Patres uero & matres & cæteri cognati quos memorabas/ quomodo inuicē discernentur? SO. Nullo modo: sed oēs quicunq; nascentur decimo mense/ uel septimo ex ea die/qua quis liberis operam dedit/masculi ab hoc filii/fœminę filię nominabunt. Nati autem eum patrē uocabūt: natorū similiter filios ille nepotes esse dicet: isti autem superiores auos & auias nominabunt. At eos qui eo tempore nascerēter/quo patres ipsorum matresq; inuicē generabant fratres atq; sorores. Atq; ita quod mō dicebā nullo modo se mutuo tangerēt. Fratribus autem & sororibus lex cohabitationē cōcedet: si sors dederit/& Pythia simul per responsa firmauerit. GLA. Recte admodū. SO. Talis utiq; erit o Glauco inter ciuitatis custodes mulierū filiorum cōmunio. Quod autē congruat reliquo ciuitatis ordini/ sitq; admodum optima/oportet deinceps ratione asserere. An quid agemus. GLA. Hoc omnino. SO. An non cōuentionis huius hoc est principiū ut a nobis ipsis sciscitemur quid maximū bonum ad ciuitatis constitutionē inueniamus: ad quod respiciēs legislator/leges cōdere debet: quidue maximū malum. Consideremus deinde/an ea quę modo narrauimus: ad boni ipsius uestigium nobis conueniant/a mali autem uestigio dissonent. GLA. Maxime omniū. SO. Habemus ne ullum pernitiosius ciuitati malum/quam quod eā diuidit/& ex una plures facit? uel melius quicquam eo quod ipsam uincit simul & unam efficit. GLA. Non habemus. SO. Nōne uoluptatis dolorisq; cōmunio unit/quando ciues oēs maxime ex earūdem rerū accessu uel decessu/pariter gaudent ac dolent? GLA. Et maxime quidē. SO. Horum uero diuersitas eam dissoluit/ quādo eisdē ciuitatis & eorum qui in ciuitate sunt casibus alii uehementer dolent: alii gestiunt. GLA. Quid ni? SO. Ex hoc autē tale quid prouenit / quando non simul

Prolē aliquā nō esse nutriēdam.

De nuptiis & matrimōiis.

Vir mulierq; qua ętate ad prolem faciendam sint maritandi.

Quę affinitas seruāda sit uiri erga mulieris: & mulieris erga uiros.

Nihil pernitiosius ciuitati quam diuisio ut nihil melius quam unitio

ſimul in ciuitate hæc uerba uulgãtur/Meum .ſ.& non meum:ac de alieno eodem modo.GLAV. Valde.SO.In quacunq; igiť ciuitate cõplurimi ad idem ſecũdum eadẽ hoc dicũt Meũ & nõ meũ ea optime gubernatur.GLAV.Prorſus.SO.Et quecũq; q̃ proxime ut unus hõ affecta ſit. Porro quotiens alicuius noſtrũ percuſſus eſt digitus/tota corporis cõmunio ad aĩam ptingens/in unam coordinationẽ eius qđ in ipſa aĩa dominať/ſenſit ptinus/totaq;/ſimul afflicta parte cõdoluit. Arq; iccirco hominẽ dolere digitum dicimus.Eadẽq; eſt de quauis alia parte & paſſione hominis ratio: de dolore uidelicet/cũ pars aliqua dolet:ac de uoluptate cũ aliqua ſui parte reficitur.GLAV.Eadem ratio certe & qđ quæris/ciuitas quæ optime regitur q̃ proxime ad hoc accedit. SO.Quotiens/ut arbitror/ciuiũ cuiq̃ boni aliquid uel mali continget/talis utiq; ciuitas ſuũ eẽ clamabit eũ qui ſic afficitur/atq; ideo tota uel lætabitur una uel dolebit.GLAV.Neceſſe eſt ita in ciuitate optimis legibus gubernata contingat.SO. Sed hora iam eſt /ut ad ciuitatem noſtram redeamus:& q̃ nunc inter nos conſtiterũt: exquiramus/utrũ ciuitati huic cõueniant maxime/an alteri potius? GLAV. Licet prſus.SO.Sunt & in aliis ciuitatibus principes & populus?& in iſta ſimiliter?GLAVCO. Sunt.SO.Atqui oẽs iſti ciues ſe alterutrum appellabunt.GLAV.Quid ni?SO. Sed preter ciuis nomen/ qũo in aliis ciuitatibus populus principes uocat?GLAV.In pluribus quidẽ dños.In populari autẽ gubernatione principes.SO.At noſtræ ciuitatis populus/quõ ultra ciuis nomẽ principes nuncupabit?GLAV.Seruatores auxiliarioſq;.SO.Quo autẽ modo iſti populum. GLAV. Mercedis tributores & nutritores.SO.Qui uero ĩ aliis præſunt/populum.GLAV.Seruos. SO. Principes ipſi ſe inuicem?GLA.Cõprincipes.SO.Noſtri aũt.GLAV.Concuſtodes. SO. Putas eſſe aliquẽ inter aliarũ ciuitatum principes/qui ex collegis alium ſibi propĩquum/aliũ extraneũ uocet?GLAVCO.Equidẽ multos.SO.Propinquũ igitur tanq̃ ſuũ:& putat & dicit:extraneũ uero/ut non ſuũ.GLAV.Plane.SO.E noſtris autẽ cuſtodibus eſt ne ullus qui collegiarũ quempiã: extraneum arbitretur/ac uocet?GLAV.Nullus.Cuicũq; enim quis obcurret/uel fratri uel ſorori/aut patri/ aut matri/aut filio/aut filiæ/ſiue horũ natis/ſeu maioribus putabit/obcurrere.SO.Præclare loqueris/ſed ad hoc quoq; reſponde. Vtrum ciuibus tuis noĩa dũtaxat inuicẽ propinqua familiaria lege ſtatues?an præterea propinquitatis officia:ut uidelicet:ita ſe gerant:ut appellationis ipſi⁹ dignitas poſtulat:ſeruẽtq; erga parẽtes/quæcũq; lex exhiberi illis præcipit/reuerẽtiã/purã obediẽtiã alioqn & deos:& hoĩes infenſos habeãt/utpote q neq; ſancta neq; iuſta agãt/ſi cõtra fecerint. Alii ne in hac tua ciuitate ſermones q̃ hi/cunctis ex ciuibus/protinus ad aures puerorum circumſonabunt:& aduerſus parentes/quoſcunq; illis qui indicauerit/& aduerſos alios genere proximos? GLAVCO.Hi certe ipſi.Abſurdũ enim id eẽt/ſi domeſtica noĩa tm̃ ore/ſine officio proferrenť. SO.In hac igitur ciuitate maxime omniũ/uno aliquo bene uel male affecto/uno ore clamabũt oẽs. Meum bene ſe habet:uel meũ ſe habet male.GLA.Vera loqueris.SO.Cum hac opinione ac uerbis huiuſmodi ſequi dicebamus/ut & uoluptates cões ſint & dolores.GLAV.Et recte quidẽ.SO. In eo igitur maxime noſtri ciues inuicẽ cõmunicabunt/qđ meũ dicent:ex qua cõmunione ſequeť: ut uoluptates & dolores cõmunes habeant. GLAV. Penitus.SO. Horũ uero cauſa una cũ reliq̃ ciuitatis conſtitutione/eſt ipſa cuſtodũ circa mulieres filioſq; cõmunio.GLAV.Sic eſt oĩno.SO. Enimuero ſummũ hoc ciuitati bonum eſſe cõfeſſi ſumus:cum ciuitatẽ recte gubernatã ſimilẽ eſſe diceremus corporis cũ ſingulis partibus ſuis circa uoluptatẽ & dolorẽ quoquomodo cõmunicantis.GLAV.Et merito quidẽ cõceſſimus.SO.Maximi itaq; boni cauſa ciuitati nobis patuit eẽ ipſa inter auxiliarios mulierũ filiorumq; cõmunio.GLAV.Valde.SO.Atqui & ſuperioribus hæc cõſonant.Diximus enim neq; domos pprias his eſſe debere/neq; agros neq; poſſeſſiõem aliquã: ſed ab aliis accipere nutrimẽta mercedẽ cuſtodiæ:& cõmuniter oẽs conſumere ſi ueri cuſtodes futuri ſunt.GLAV.Probe.SO.Nonne quod ipſe aio:& que ſupra:& quæ nũc inducta ſunt maxime faciunt/ut ueri hi cuſtodes euadãt:neq; diuidãt ciuitatẽ/dũ meũ dicant nõ idẽ oĩum/ſed aliorũ aliud eſſe:& alius in ppriã domũ trahat quodcũq; ſeorſum ab aliis uſurpare ualuerit:alius in ſuã ab aliis diuerſam domũ:& ex ppriis mulierib⁹ ac filiis/diuerſi diuerſis lætenť & dolẽãt:ĩmo uero ut ex una proprii eiuſdẽ oĩum ſnĩa/in idẽ tẽdẽtes oẽs quoad fieri põt/ſimilibus uoluptatibus doloribus iiſdẽ in caſibus afficianť.GLAV.Maxime.SO.Quid aũt? iudicioꝝ ɔtrouerſiæ accuſatiõeſq; mutuę/nõ ne ceſſabunt oẽs?qñ quidẽ ppriũ quicq̃ præter corpus habebit:reliq̃ uero cõmunia. Vnde ſequiť ſine ſeditione illos fore/quãtũ ad eas lites attinet:q̃ pecuniaꝝ uel filioꝝ uel propinquoꝝ cauſa oriri ſolent.GLAV.Neceſſe eſt oĩno hæc abeſſe.SO.Quin neq; de ui illata uſq̃ contẽdeť.Nẽpe aſſeremus honeſtũ& ęquũ eẽ ut ęqualibus ęquales ſuccurrant:tutandis corporibus neceſſitatẽ ĩponentes.GLAV.Probe.SO.Atq & hoc rectũ lex hæc ɔtinet:qđ ſiqs in aliquẽ iraſcať:irãq; explere contendat/minus in maiores maiorẽue trãſibit ſeditiones.GLAV.Sic eſt prorſus.SO.Seniorẽ quippe lex noſtra cõſtituit præeſſe oĩbus iuniorib⁹:eoſq; corrigere.GLAV.Perſpicuũ id quidẽ.SO. Conſtat præterea qđ iunior in ſeniorẽ niſi iuſſu principũ ſeuiet unq̃:neq; credere audebit/ut decẽs eſt neq; ignominia ulla afficere.Metus nãq; & pudor cuſtodes ſunt ad hæc phibenda ſufficientes.

Quã uĩ ĩ ciuitate hẽant uerba hęc meũ & nõ meum.

De noĩbus ciuiũ ac magiſtratuum.

Qñ optĩe ſe hẽ ciuitas.

Metus & pudor cuſtodes ſufficientes.

Pudor quidē non pmittet eos/quos parentes suspicantur/uiolare. Metus aūt ab iniuria absterrebit quemqꝫ/timentē.s.ne cæteri omnes/partim ut filii partim ut fratres partim ut patres patienti succurrant. GLAV. Ita prorsus accidit. SO. Omnino igit̄ ex his legibus ciues inuicem in pace uitā agent. GLAV. Summopere. SO. His autē inter se minime dissidentibus/haud metuendū est ne quando ciuitas alia uel aduersus hos uel ipsi inter se pugnent/seditionesqꝫ moueant. GLAV. Nō certe. SO. Pudet referre/quia minus deceat/minutissima quæqꝫ mala a quibus liberi ciues erunt. Adulationes certe aberunt/quibus aduersus diuites/inopes uti solent. Solicitudines item indigentium atqꝫ dolores: quibus in filiis nutriendis/quærēdisqꝫ pecuniis ꝓpter necessariā domesticorum seruorūqꝫ nutritionē uexantur: dum & foenoribus dant operā: & negant quæ acceperunt: & quæstui undecūqꝫ student. Se ponūt præterea apud mulieres ministrosqꝫ permulta: que ad tēpus condantur. Nam q̄ multa: & qualia in iis hoīes patiunt/o/amice/& ipsa per se cuiqꝫ patent/& illiberalia sunt/& indigna narratu. GLAV. Patent plane uel cæco. SO. Porro ab his oībus liberi erunt: uitamqꝫ agent beatiorē/beatissima illa eorum uita qui uicerunt olympia. GLAV. Qua ratiōe. SO. Nempe illi ob exiguam partē eorūqꝫ possident hi beati putantur. Nā & uictoria horū præclarior/& perfectior ex publico alimonia: horumqꝫ uictoria/ciuitatis totius est salus. Alimenta præter ea & quæcunqꝫ alia ad uictū necessaria ipsi eorumqꝫ filii coronationis loco accipiunt. Honores insuper: & premia ab ipsa re.p. uiuētes cōsequuntur: & uita functi: digna sepulchrorū suis uirtutibus monimenta. GLAV. Hæc certe admodū egregia sunt. SO. Meministi qđ in superioribus nescio cui⁹ oratio nobis obiiecit/tanq̄ custodes minime beatos efficeremus? utpote qui nihil haberent: cū tñ liceret illis ciuiū oīa possidere. Ipsi autē respondimus/in posterū nos sicubi contigerit/consideraturos. Nā in præsentia custodes quidē reuera custodes facere nos: ciuitatē uero quoad possemus beatissimā/neqꝫ ad unā quandā eius partē/sed ad totā respiciētes beatitudinē illā exquirere. GLA. Memini equidē. SO. Nunc certe auxiliariorū uita/qñ longe præclarior ac melior q̄ eorū qui olympia uincunt/apparet/nequaq̄ coriariorū aut aliorū artificū/aut agricultorū uitæ similis esse uidetur GLA. Non certe/ut & ipse arbitror. SO. Verum tñ qđ & supra dixi/par ē ut & hic repetā: quod si ita custos beatus fieri studeat/ut non sit custos/neqꝫ sufficiat ipsi uita adeo moderata & stabilis: & ut nos asserimus optima/sed insana & puerilis exorta felicitatis opinio rapiat eum ob ipsam potentiā ad oīa sibi que in ciuitate sunt/uendicāda/cognoscet Hesiodū sapienter illud dixisse/ dimidium eē plus q̄ totū. GLA. Si me ɔsultore utetur/hac in uita manebit. SO. Probas igitur cōmunionē: quā mulieribus cum uiris tribuimus/ quo ad disciplinā/filiorū susceptionē/custodiam ciuiū: ut una cū uiris in pace gubernent/in bello militent/custodiant una & canū instar uenentur: omniūqꝫ officiorum omnino quoad fieri pōt/participes sint. Ac dū hæc agunt/optimā agere illas cōcedis: neqꝫ cōtra naturā fœminæ: qua instituta est: ut cum mare cōmunicet. GLA. Probo equidē. SO. Nōne restat deinceps/ut id declaremus: utrum esse possit hæc in hoībus quēadmodū in reliquis animalib⁹ cōmunio: & quo pacto possit. GLA. Anticipasti quod ego interrogaturus erā. SO. De re quidem bellica manifestum esse arbitror: quo pacto eā tractabunt? GLA. Quo nam pacto? SO. Militabūt profecto cōmuniter/tam mares q̄ fœminæ: ducentqꝫ adultos filios secum ad preliū: ut quēadmodum aliorū opificū filii/& hi patrū suorꝫ opera cernāt/quæ ipsi quoqꝫ cū ad maturā ętatem peruenerint/effecturi sunt: atqꝫ insup: ut parentibus auxilio sint: ministrentqꝫ oīa quæ ad bellū spectant/patresqꝫ & matres curēt. An nō aīaduertisti qđ in artibus accidit. Veluti q̄diu figulorum filii fingētes patres spectāt/eisqꝫ ministrāt: anteq̄ ipsi quicq̄ fingant. GLA. Maxime. SO. Nunqd diligētius illi q̄ custodes filios suos erudire debēt peritia & inspectione operū cuiqꝫ cōuenientiū? GLA. Ridiculum id quidē eēt. SO. Quin ēt omne genus animantiū natis præsentibus ardētius pugnat. GLA. Est ita: uerū periculū est permaximū/o/Socrates/ne si forte ut accidit in bello/sors aduersa cōtigerit/filios quoque secum perdant: ex quo ciuitas nimis multis orbata omnibus resurgere rursus ad preliū nequeat. SO. Vera loqueris. Sed tu forsan in primis ita se cōparare quemqꝫ oportere existimas: ut nullū unq̄ periculū subeat. GLA. Nullo modo. SO. Quid? nōne tunc in discrimē ueniendum? ubi qui se egregie gesserint/præstantiores euadent? GLA. Perspicuū est. SO. Num parū interesse censes: neqꝫ periculo dignū: ut spectēt uel non spectent res bellicas pueri/qui milites futuri sunt? GLA. Immo uero referre ad id qđ ais. SO. Danda igitur opera est/ut bellū pueri spectēt dūtaxat: & qua ratione tuti sint excogitādū: atqꝫ ita recte fiet. GLA. Nēpe. SO. Pricipio parētes eorū haud quaq̄ ignari erūt/sed quoad hoībus ɔcessum ē/ad discernēdū pspicaces qbus in castris periculū insit: qbus nō insit periculū. GLA. Verisimile id qdē. SO. Ad tutiora itaqꝫ ducēt eos/ad alia minime. GLA. Probe. So. Deinde rectores illis præficient/non ignauissimus quosqꝫ/sed hoīes: & usu rerū & ętate idoneos duces & pædagogos. GLA. Ita decet. SO. Verū multa dicemus præter opinionē multis hoībus euenisse. GLA. Et maxime quidē. SO. Horū causa/o/amice statim a teneris annis alæ quædā applicādæ puellis/ut si qñ opus fuerit/uolātes protinus aufugiant. GLA. Quo modo istud ais? SO. Equitare cōsuescēt primis ab ānis pueri: cūqꝫ hoc didicerint/equis ad spectaculum belli

Hesiodus dimidiū eē pl⁹ q̄ totū dixit:

Mulieres & filios adultos militare:

culum belli

culum belli ducent: nõ ferocibus qdẽ aut nimiũ bellicosis: sed q̃ uelocissimis/& habenis facile obsequentibus: atq; ita cõmodissime opus suũ ꝓspicient: securissimeq; euadent si quid aduersi contigerit/seniores duces sequẽtes. GLA. Scire admodũ loqui mihi uideris. SO. Quid de his que ad bellũ attinẽt/dicendũ? Quæ seruanda militibus & ad se inuicẽ & aduersus hostes? Nunquid recte sentio nec ne? GLA. Quid nã? SO. Arbitror eũ qui in acie ordinem deseruit/uel arma abiiecit/uel tale aliqd ꝓp timiditatẽ cõmisit/ad opificũ ordinẽ uel agricultoꝝ esse transmittendũ. GLA. Sic decet. SO. Eũ uero qui uiuus ab hostibus captus fuerit/etiã gratis reddere uolẽtibus/relinquẽdũ/ut preda quomodocũq; libet utanẽ. GLA. Oĩno. SO. Qui aũt egregie sese gerẽs excelluerit/primo qdẽ in ipsa expeditione ab iis qui una militãt/adolescẽtibus ac pueris/sigillatim a quolibet coronãdus: nonne tibi uideẽ? GLA. Mihi uero. SO. Quid nõne & dexteras iũgere illi debebũt? GLA. Et hoc. SO. At hoc præterea tibi forsitã nõ uideẽ. GLA. Quid? SO. Vt oscula a quolibet accipere dẽat ac dare. GLA. Immo uero maxĩe oĩum. Atq; & legi huic addẽdũ existimo: ut quoad in ea expeditiõe fuerint/nemini renuere liceat: quecũq; osculari ipse desiderauerit: ut si quis alicuius amore capt⁹ fuerit uel maris uel fœminæ/acrior sit ad uictoriã cõsequẽdã. SO. Præclare: nãq; nuptiæ strenuis uiris facilius parate q̃ aliis/& optiones horũ frequentiores erunt: ut q̃ plurimi ex his nascanẽ: iã dictũ est. GLA. Diximus certe. SO. Etenim secundũ Homeꝝ eiusmodi iuuenes/iustũ est maxime honorare. Nã ipse Aiacẽ in bello præcellentẽ/dixit cõtinuis ab humeris honoratũ: quasi hic pubescenti homini ac forti cõueniens sit honor: ex quo cũ honore simul & robur augeaẽ. GLA. Recte admodũ. SO. In his ergo Homero parebimus. Etenĩ nos in sacris cęterisq; huiusmodi uiros bonos quo magis excellent eo magis & hymnis & his que mõ diximus honestabimus. Sedibus itẽ & carnibus. plenisq; pateris: ut & honoremus una uiros præstãtes mulieresq; & exerceamus. GLA. Bellissime loqueris. SO. Eũ uero qui in militia cũ se strenue gesserit/obiit/primum aurei generis eẽ dicemus. GLA. Maxime oĩum. SO. Deinde Hesiodo fide adhibita/asseremus/quicũq; hoc ex genere decedunt e uita/dæmones effici sanctos terrestres/optimos expulsores malorũ: custodesq; mortalium. GLA. Ita certe credemus. SO. Consulemus ergo oraculũ/quo pacto beatos diuinosq; uiros cõdere deceat: & qbus insignibus præcipue decorare: atq; ita cõdemus ut iusserit. GLA. Proculdubio SO. Reliquũ itaq; tẽpus sepulchra eorũ ueluti dæmonũ colemus/atq; adorabimus. Eadem quoq; seruabimus erga illos q eũ præcipua probitate pollere in uita iudicati fuerint/senio aut alio quodã modo e uita cesserũt. GLA. Decet sane. SO. At quomodo aduersus hostes nostri se milites gerẽt? GLA. Qua in re? SO. In primis quidẽ de seruitute quæro: utrũ iustũ esse cẽseas/ut Græci Græcas urbes in seruitutẽ redigant: an potius: ut neq; ab aliis fieri istud ꝑmittãt: ac ꝓ uiribus obstẽt: cõsuescantq; Græcoꝝ generi parcere: cauẽtes ne barbaris ipsi seruire coganẽ. GLA. Omnino & ad oĩa refert Græcis parcere. SO. Ergo nostri exercitus neminẽ Græcũ facere seruũ debẽt: sed & Græcis aliis cõsulere potius: ut ipsi ab hoc caueãt. GLAV. Prorsus. Nã ita facilius ac fortius cõtra barbaros insurgẽt/& ab se inuicẽ abstinebunt. SO. Quid aũt spoliare mortuos præter arma/ postq̃ uicerunt/honestũ est/an nõ? An occasionẽ hoc prebet timidis/ne aduersus hostẽ aduẽtẽt: quasi magnificũ aliqd molianẽ qñ inter cadauera uoluptanẽ? At enim rapiẽdi cupiditate/multi iã exercitus perierũt. GLAV. Maxime. SO. An nõ illiberale quiddã/cogitationisq; auaræ/muliebris ac uilis eẽ uidetur cadauer expoliare: hostẽq; putare mortui corpus: cũ aduersarius ipse abierit: eo quo pugnabat relicto. Nũ cẽses eos qui hoc agũt/differre a canibus aduersus iactos lapides irascẽtibus/eo qui iacit/dimisso? GLAV. Nihilo equidẽ differre arbitror. SO. Quare a rapinis huiusmodi abstinendum est. uictoriæ nãq; obsunt. GLAV. Abstinẽdũ penitus. SO. Neq; etiã in tẽplũ arma transferemus: ea deo sacraturi: præsertĩ arma Græcoꝝ: si modo nobis curæ est cũ Græcis aliis beneuolẽtia. Maxime uero formidabimus/ne scelus impiũ sit/talia a propriis in sacrũ transferre: nisi quid aliud deus dixerit. GLAV. Recte admodũ. SO. An tui milites/Græcoꝝ quibuscũ pugnabũt/agros depopulabunẽ ac domos incẽdẽt? GLAV. Libẽter/quid tu de hoc sentis/audirẽ. SO. Mihi quidẽ nihil tale uideẽ agẽdũ esse sed fructus annuos dũtaxat auferẽdos. Vis cãm dicã? GLAV. Equidem. SO. Videẽ mihi sicuti nomina hæc duo sunt/bellũ ac seditio/ita & duo quædã duabus subesse differentis. Dico autẽ duo hæc/aliud quidẽ ꝓpriũ & cognatũ/aliud alienũ atq; extraneũ. Inimicitias uti q; inter ꝓprios/seditionẽ: inter extraneos bellũ uocant. GLAV. Haud abre est qđ ais. SO. Animaduerte nũquid & hoc ad rẽ dicã. Aio equidẽ Græcos oẽs secũ ꝓpinquos esse genere atq; cognatos: a barbaris aũt diuersos atq; extraneos. GLAV. Præclare loqueris. SO. Quotiẽs igitur Græci aduersus barbaros uel cõtra Græcos barbari ipsi pugnabũt/bellũ gerere asseremus/& hostes eẽ natura: & has inimicitias bellũ uocabimus. Quãdo uero Græci aduersus Græcos insurgẽt/dicemus eos natura quidẽ amicos esse/morbo aũt laborare in hoc Græciã: & seditionibus agitari: & seditionẽ has inimicitias appellabimus. GLAV. Assentior equidẽ. SO. Si in seditiosa ciuitate utriusq; factionis hoĩes/aduersariorũ agros deturbarẽt inflammarẽtq; domos/uides q̃ ꝑnitiosa futura seditio sit: neutriq; illorũ patriç suæ cultores? Quippe si eã amarẽt/nunq̃ certe auderẽt/nutricẽ matrẽq;

Pueri ducendi sunt ad spectãdas pugnas

Grçcos cognatos eẽ genere a barbaris diuersos. Quod bellũ: quæ seditio.

uastare:sed satis eẽ factũ putarẽt/si uictores alioꝝ raperẽt fructus:existimantes nõ semp se inuicem pugnaturos/sed qñq; recõciliandos. GLA. Mitiorũ ꝑfecto hominũ hæc est snĩa. SO. Ciuitas hæc quã cõdimus/nõne Græca? GLA. Decet. SO. Ergo & ꝑqui & mites in ea ciues. GLAV. Maxime. SO. Quare Græcorũ amici. Nẽpe oẽm Græciã sibi coniunctã existimabũt/& sacra habebũt ut alii/ inter se cõia. GLA. Summopere. SO. Itaq; cõtentionẽ sibi aduersus alios Græcos exortã/tanq̃ cũ suis geri putabunt:seditionẽq; uocabunt/non bellũ. GLAV. Sic prorsus agẽt. SO. Ergo tanq̃ qui recõciliandi qñq; sint/altercabunt. GLAV. Ita certe. SO. Pia itaq; snĩa & tẽperato aĩo rẽ agẽt: nõ ad seruitutẽ aut necẽ respicientes/tanq̃ qui hostes minime sint. GLA. Hoc utiq; modo. SO. Non ergo Græciã cũ Græci sint destruẽt/neq; domos incẽdent:neq; putabũt in singulis ciuitatibus oẽs sibi aduersos eẽ & uiros & mulieres/& pueros:sed paucos admodum inimicos/eos dũtaxat qui fuerint discordiæ cã. Quãobrẽ neq; regionem deuastabũt/eorũ quasi ut plurimũ amicorum:neq; domos subuertẽt:sed eatenus decertabunt/quatenus qui discordiæ cãm dederunt/insontibus pœnas soluant. GLA. Assentior equidẽ ita esse Græcis pugnantibus repugnãdũ. Contra barbaros aũt/ ita animatos esse debere/ut nũc Græci contra Græcos affecti sunt. SO. Ponamus itaq; legem hanc custodibus:ut neq; dissipent agros/neq; igne ędes absumant. GLAV. Ponamus profecto:& hæc una cũ superiorib⁹ recte se habere/asseueremus. Sed mihi quidẽ uideris/o/ Socrates/ siquis te talia quædã narrare ꝑmittat/nunq̃ illius te recordaturũ/qđ in superioribus prætermittens/ hæc omnia in mediũ adduxisti/qđ uidelicet possibile sit hãc rẽpublicã fieri/& quo pacto fieri possit. Nam si extiterit/qđ bona omnia ciuitati ipsi proueniant/non dubito:quin & ea etiã quæ tu prætermittis:qđ uidelicet ciues illi cõtra hostes strenue pugnabũt/eo quod se inuicẽ nequaq̃ deserent : cognoscẽtes se inuicẽ esse propinquos:perq; hæc noĩa mutuo se uocantes/fratres/patres/filios. Quod si & fęminæ militẽt una/siue eodẽ in ordine siue sequẽti acie/ut & terreant hostes/& cũ necessitas postulauerit/uiris auxiliũ afferatur/certe scio inexpugnabiles eos fore:& quot bona eos domi sequant/& si dicta omnia non sunt intelligo. Verũ tanq̃ concedẽte me hæc oĩa & alia permulta si fiat hæc respublica ꝑuentura/ne plura de ipsa superinducas. Sed hoc ipsum iã conemur nobis persuadere qđ possibile sit/& qua rõne possibile hanc extare rẽpublicã. Cætera uero mittamus. SO. Subita quadã icursione sermonẽ meũ iterũ inuasisti:neq; mihi ignoscis militiæ laboribus iam defesso : neq; aduertis forsitan qđ uix me duobus e fluctibus emergentẽ/ nunc in tertiũ retrudis pelagus profundissimũ. Quod postq̃ uideris audierisq;/dabis certe mihi ueniã/cognoscens haud iniuria extimuisse me sermonẽ adeo ab opinione hominum abhorrẽtem ingredi. GLA. Quo plura in hanc snĩam congeres/eo minus dimitteris a nobis/quo minus ostẽdas/qua ratione fieri possit hæc res publica. Quare dicas iã/nec ultra cuncteris. SO. In primis meminisse oportet/quod nos inquirẽtis quale quid iusticia & iniusticia sit/huc dispután do deuenimus. GLA. Oportet sane:sed quorsum hæc? SO. Nẽpe si quid iusticia sit conspexerimus/nũ uirũ iustum cẽsebimus/nihilo debere ab illa differre? se talẽ esse oĩno: qualis ipsa iusticia est? an satis eẽ factũ putabimus/si q̃ proxime ad eã accesserit:& maxime omniũ/illius sit particeps. GLA. Ita plane/satis habere putabimus. SO. Exẽplaris igiť causa quale quid iusticia sit quæsiuimus/& qualis uir ꝑfecte iustus si extet. Iniusticia rursus qualis/& iniustissimus homo/ut quales ipsi quo ad beatitudinẽ: & miseriã esse nobis contuẽtibus uiderẽtur/cogeremur:& de nobis ipsis fateris/talẽ nostrum quẽq; sortẽ habiturũ : quisquis e nobis illis se præstiterit q̃ similimũ. Non autẽ ob id perscrutati hęc sumus/ut mõstraremus/ea fieri posse. GLA. Vera hæc sunt. SO. Censes aliquẽ ex hoc minus bonũ fore pictorẽ qđ postq̃ humanæ pulchritudinis exẽplar absolutum ediderit/nihilq; e specie prætermiserit/nequeat demonstrare/hominẽ talẽ reperiri posse? GLA. Nequaq̃. SO. Nonne & nos præstãtissime ciuitatis oratione exẽplar effinximus? GLA. Prorsus. SO. An igiť eo minus nos recte loqui existimas/si ostẽdere nõ possumus/talẽ extare posse ciuitatẽ/qualẽ ipso sermone depinximus? GLA. Minime. SO. Sic utiq; se ueritas habet. Quod & si hoc præterea tui causa demõstrandum quo modo & secundum quid maxime effici possit/rursus ad hãc ostensionem/hæc ipsa confirma. GLA. Quanam? SO. Numquid agi sic aliquid possit ut dicitur:uel ita natura cõpatum est/ut actio minus q̃ sermo ueritatẽ attingat? licet alicui non uideať. Tu uero utrum das istud an non? GLA. Do equidẽ. SO. Ne me cogas igitur ut qualia uerbis hęc figurauimus/talia penitus digito indicare debeã. Sed si ualeamus adinuenire qua ratione q̃ ꝓxime ad hæc accedat rei pub. institutio fatẽdũ est cõparisse nos quẽadmodum que tu præcipis/effici possunt. An non satis eẽ factũ duces/si horũ cõpos efficiaris? Nã ego qdẽ sat haberẽ. GLA. Ego quoq;. SO. conemur igiť declarare posthac/qd nũc male agať in ciuitatibus/ꝑp qđ nõ ita reguntur:& utrũ unius cuiusdã exigui mutatione/ciuitas ad hunc ordinẽ redigať:quidue illud sit:& nũquid maxime unius mutatione id fiat/uel saltẽ duoꝝ:an pluriũ sed q̃ paucissimoꝝ/& potentia minimoꝝ. GLA. Sic oĩno. SO. Vno quodã mutato ostẽdere id possumus/qđ & si possibile/non paruũ tamẽ nec facile. GLA. Quid istud. SO. Ad id descẽdo equidẽ:quod ingẽti fluctui cõparauimus. Diceť igiť:q̃q̃ suspicor ne effusiore incredulorũ risu inũdante penitus obruatur. Considera/quod dicturus sum.

GLAV.

GLAV. Dic iā. SO. Nisi philosophi ciuitatibus dominenẽ/uel hi qui nūc reges potētesq̃ dicunẽ/ legittime sufficiēterq̃ philosophenẽ/in idēq̃ ciuilis potētia & philosophia cōcurrant/neq̃ qđ nūc fit a diuersis duo hæc tractenẽ ingeniis/nō erit ciuitati/uel/ut mea fert opinio/ hoīum generi reges ulla malorū:neq̃ prius hæc res.p.quā uerbis exposuimus/orieẽ pro uiribus & lumen solis aspiciet. Hoc est qđ ego iā diu dicere uereor:quasi sit incredibile dictu. Nā haud facile psuadetur/nullā aliā gubernationē priuatim uel publice futurā felicē. GLA. Ex hac tua oratione/o/ Socrates existimato lacessitos plurimos nec uiles quidē homūculos:abiectis uestibus susceptisq̃/undecūq̃ cōtigerit armis/impetū in te facturos:quasi ex hoc mira quedā isti effecturi sint. Quibus nisi oratione repugnaueris/eosq̃ effugeris plurimis conuitiis laceratus/dabis pœnas. SO. An non tu horum mihi cā es? GLA. Et recte quidē. Verū haud te prodā:imo certe defendā quibuscūq̃ potero. Possum certe beneuolētia exhortationibusq̃:ac forte diligētius tibi q̃ quiuis alius respōdebo. Quāobrē tanq̃ hoc defensore adiutus conare his incredulis demonstrare/ita esse ut dicis. SO. Annitēdum prof ecto:postq̃ & tu acriter ꝓpugnaturus uideris. Necessariū mihi uideẽ/si eos effugere uolumus declarare illis in primis/quales uiros eē philosophos arbitramur/cū illis imperiū exhibemus:ut his patefactis possit aliqs opē ferre ostēdens qđ hos quidē decet ex ipsa natura/& philosophiæ studiū & rei pu. administratiōem attingere/alios autē nequaq̃ attingere/sed ducētibus illis obtēperare. GLA. Declarandū iam. SO. Age hac me sequere/si quo modo exponere hoc ad sufficientiam ualeamus. GLA. Duc. SO. Nunquid admonēdus es:an satis ipse meministi/quod quando aliquē amare aliquid dicimus uideatur oportet si uere id diciẽ/nō partim illud diligere/partim minime:sed ad totum affici. GLAV. Ammonitione equidē egeo. Nam nō satis teneo. SO. Aliunde quēuis potius decebat/o/glauco/ita loqui. Virum autē amori plurimum indulgentē ignorare non decet/qđ oēs in ętatis flore constituti puerorum amatorē/quoquomodo stimulant atq̃ cōcitant/cum digni cura ac dilectione eē uideanẽ/An non sic erga speciosos adolescētes affecti estis? Alius quia simus/gratiosus iudicatur a nobis atq̃ laudaẽ. Aquilinū uero regiū appellatis. Alius qa medius istorum est/ cōcinnus admodū uobis eē uideẽ. Fuscos uiriles uocatis. Candidos/deorū filios. Palli ludū aūt adolescentē qs appellauit/nisi amator ipse blandiēs quodāmodo & semipallidi appellatiōe in ephebis pallorē facile ferens. Et ut summatim dicā quascūq̃ captatis occasiunculas/quo neminē oīno florētis ętatis adolescētem reiiciatis. GLA. Si in me ostēdere cupis quo pacto amatores afficianẽ/disputationis gratia hoc accipio. SO. Quid uini auidos? nōne similiter affectos uides? quodlibet uinum quacūq̃ capta occasione uehemēter expetere. GLA. Valde. SO. Quinēt aīaduertisse te arbitror qđ ambitiosi hoīes/si exercitus præfecturā assequi nequeūt/saltē tribuni effici uolūt: ac nisi a magnis uenerādisq̃ hoībus honorenẽ/honorē ab ignobilibus exigūt:utpote qui honorē prorsus affectent. GLAV. Magnopere. SO. Fateberis hoc/an nō? Num eū quē amare quippiā dicimus ardere dicemus an prim exoptare illud partim nequaq̃/fatebimur? GLAV. Oēm. SO. Nōne ergo phūm sapiētiæ studiosum eē dicemus/ nō huius quidē auidū/illius non/sed oīs potius sapiētiæ. GLA. Vera loqueris. SO. Eum igiẽ qui aliquā spernit doctrinā præsertim/ dū est iuuenis neq̃/dū rōne delectū habet/qđ cōferat quidue nō cōferat discernentē:nequaq̃ discēdi cupidū uel sapiētiæ amatorē esse asseuerabimus:queadmodū illū qui fastidit epulas/neq̃ exurire dicimus/neq̃ epulas cōcupiscere/ neq̃ amatorē cibi/sed spretorē uocamus. GLAV. Et merito quidē. SO. Hoīem uero ad quālibet doctrinā degustādā propensiorē/ad discendūq̃ promptissimū/& inexplebiliter inhiantem/merito phūm nūcupabimus. Nōne? GLA. At uero multi & absurdi quidē homines tales eē cōperientur. Nā qui speculatorū auidi sunt/discēdi cupidi oēs esse uidētur/& ad audiēdū curiosos hoīes/absurdū est phōs dicere:qui ad rōnē dicendi disserendiq̃ haud libenter accedūt. Verū ad oēs choros protinus audiendos quasi auribus mercede cōductis/in bacchanalibus obseruanẽ/cantusq̃ oēs/siue in urbe/siue in suburbiis aganẽ/audire pcupiūt. Nūquid istos oēs ac alios taliū quorūdā pcipiendorū cupidos & artibus uilissimis incūbentes/phōs nominabimus? SO. Nullo mō:sed philosophis similes. GLA. Veros aūt phōs/quos appellas? SO. Veritatis inspiciendæ cupidos. GLA. Recte quidem istud:sed qūo id dicis? SO. Haud facile istud ad alios eloq. Te aūt hoc mihi daturū arbitror. GLA. Quid potissimū? SO. Postq̃ contrariū est turpi pulchrū/duo hæc esse. GLA. Quid ni? SO. Et postq̃/duo hæc sunt/singula unū erūt. GLA. Et hoc. SO. De iusto quinetiam & iniusto/bono & malo/speciebusq̃ oībus ratio eadē. Nā quodlibet istorū/unū ipsum est/corporū uero actionū & alterna cōmunione passim apparentia/singula multa uideneẽ. GLAV. Scite loqueris. SO. hac eqdē ratione distinguo/seorsum qdem quos tu mō dicebas curiosos ad uidendū/audiendū/ artesq̃ tractandas. seorsum quoq̃ & illos de quibus est sermo/quos solos merito qs philosophos appellabit. Quomodo istud ais? SO. Homiues oculis & auribus dediti/pulchris uocibus/coloribus & figuris & oībus quæ ex talibus constant/admodū delectanẽ:ipsius autē pulchri naturā cogitatio eorū non potest attingere. GLA. Sic est. SO. Qui uero ad ipsum pulchrū ascendere ualeant/ & secūdum se ipsum inspicere/nonne rari? GLA. Rari admodum. SO. Quis res istas pulchras existimat/ipsam

Aut phōs regnare aut reges philosophari oporteẽ si ciuitas debeat eē felix.

Quis ē phūs.

Philosophi ueri.

Qñ qs somniat.

uero pulchritudinẽ/neq; putat esse neq; siquis ducat/ad perceptionẽ eius attingere põt/uere sapere tibi uideť/an insomniis ludi: Considera itaq;/somniare nõne id est qñ siue dormiẽs quis seu uigilãs quod alicui simile est/nõ simile/sed ipsum esse cẽset cuius est simile? GLA. Somnia uidere hũc ego dicerẽ? SO. Quid uero? qui cõtra affectus est/intelligitq; quid ipsum pulchrũ/ac discernere ualet & ipsum & quæ ipsius participant: adeo ut neq; ipsum illa eẽ/neq; illa ipsum putet/uigil ne uiuit an ob scitans? GLAV. Certe peruigil. SO. Huius igiť cogitationẽ ut cognoscentis/cognitionẽ iure uocabimus: huius/tanq̃ opinãtis/opinionẽ. GLA. Omnino. SO. Si nobis succẽseat is quẽ opinari dicimus nõ cognoscere/negetq; nos uera loq̃ qua rõne eũ mitigabim⁹/sensimq; & blãde psuadebim⁹ sane mẽtis eũ nõ eẽ? GLA. Oportet sane. SO. Aduerte qd ad eũ dicemus. Si uis/sane hũc ĩ modũ

De cognitiõe & cognobili.

ab eo sciscitabimur/dicẽtes quod siqd nouit/nulla inuidia: sed gratũ erit nobis & ipsum scire aliqd/ & qd sciat/nouisse. Sed mihi id dicas. Quicũq; cognoscit/cognoscit ne aliqd/aut nihil? At tu mihi eius uice responde. GLAV. Aliquid certe. SO. Vtrũ ens aliquid? an nõ ens? GLAV. Ens. Quo enim mõ quod nõ est/cognosci posset? SO. Sufficienter istud constabit/si uaria sub ratione puestigetur: quod uidelicet oĩo ens/oĩo & cognosci põt/nullo modo ẽs/nullo modo cognosci. GLAV. Sufficientissime. SO. Si quid aũt ita se habet/ut & sit & non sit/nõne mediũ erit inter id qđ est oĩno/ & id qđ nullo mõ est? GLAV. Mediũ. SO. Circa id quod est: cognitio ipsa uersať. Ignoratio ex necessitate circa id quod nõ est. Circa mediũ istoꝝ: mediũ quoddã inuestigandũ/sciam inter & ignorantiã/siquid huiusmodi reperiť. GLA. Prorsus. SO. Num aliqd eẽ opinionẽ dicimus? GLAV. Quid ni? SO. Vtrũ eãdẽ potẽtiã cũ scia/an diuersam? GLA. Diuersam. SO. Ergo circa aliud qui

Circa aliud scia: & aliud opinio.

dẽ uersať opinio: circa aliud aũt scia: uel secũdũ potẽtiã eandẽ: uel secundũ eandẽ utraq; sui ipsi⁹ potentiã. GLA. Est ita. SO. An nõ scia quidẽ circa id qđ est ea rõne qua ens est cognoscit. Immo uero necessarium esse cẽseo/ut prius ita distinguã. GLA. Qui? SO. Dicemus utiq; potẽtias eẽ genus aliquod eoꝝ q̃ sunt: qbus & nos possumus q̃cũq; possumus: & aliud/quodcũq; aliqd põt. Veluti uisum & auditũ potẽtias quasdã uoco: si mõ qđ loquor/intelligis. GLAV. Intelligo eqdẽ. SO. Audi qđ mihi de his uideť. Nã ego qdem ipsius potentiæ: neq; colorẽ uideo aliquẽ/neq; figurã/neq; qcq̃ taliũ: qualia pluriũ reliquorũ/ad q̃ respiciens aliqua/apud me distinguo/hæc alia eẽ/alia illa. In potentia uero ad illud solũ aspicio ad qđ est/quodue agit: & hac rõne/quãlibet ipsarũ/potentiã nuncupaui: & illã qdem que ad idẽ tendit idẽq; agit/eandẽ uoco: aliã uero illam quæ ad aliud spectat: & aliud operať. Tu uero qd in his agis? GLA. Quod & tu. SO. Age rursus ad hæc cõuertere/o uir optie. Vtrum sciam/potentiã quandã esse dicis? an in genus aliud refers? GLA. Potentiã/etiã oĩum pfecto ualidissimã. SO. Opinionem uero: potentiã ne? an aliud quiddã esse dicemus? GLA. Potentiã

Scia ẽ in genere potentia.

certe. Nam quo opinari possumus/nõ aliud est q̃ opinio. SO. At pauloante cõfitebaris: non idem esse sciam & opinionẽ. GLA. Quo pacto quis mentẽ habens idẽ asseret quod falli põt: & qđ nõ potest? SO. Optime qdem. Constat itaq; aliud esse apud nos ab opinione sciam. GLA. Aliud plane. SO. Vtraq; igiť circa aliud/aliud operari suapte natura põt. GLA. Necesse est. SO. Scientia quidem circa id qđ est: ipm ens ut se habet cognoscere. GLA. Sane. SO. Opinio aũt opinari. GLA. Et hoc. SO. An idem qđ & scientia noscit? eritq; idem qđ opinione pcipiť: & qđ sciẽtia? an potius impossibile. GLA. Impossibile certe ex his quę cõcessimus: siqdem circa aliud alia potentia ipsa ex natura uersať: potentiæ uero utreq; sunt/scientia. s. & opinio: alia item utraq;: ut est dictũ. Ex his aũt fieri non põt: ut idẽ sit quod scientia cõprehendiť: & qđ opinione concipiť. SO. Nonne igiť si ipm ens/cognitione pcipiť id quod cõcipiť opinione aliud qddã pręter ipsum ens/est dicendũ? GLA. Aliud. SO. Nunqd non ens opinať? an ĩpossibile est opinari nõ ens. Sic aũt cogita. Nõne quisquis

Quod non ens : hoc nihil.

opinať/ad aliqd opinionẽ dirigit? an possibile est opinari qdem/opinari aũt nihil? GLA. Impossibile. SO. At unũ aliquid opinať/quisq; opinatur. GLAV. Proculdubio. SO. Quod uero nõ est/nõ unũ aliquid: sed nihil potius: est dicendũ. GLA. Prorsus. SO. Non enti qdem ex necessitate igno-

Qđ opinio nec ignorantia nec scia ẽ.

rantiã tribuimus: enti uero cognitionẽ. GLA. Recte admodũ. SO. Ergo neq; ens/neq; nõ ens opinatur. GLA. Sic est. SO. Quare nec ignorãtia: neq; cognitio erit opinio. GLA. Nõ ut uideť. SO. Num extra hæc extat: supgrediens uel cognitionẽ pspicuitate? uel obscuritate ignorantiã? GLA. Neutrũ istoꝝ. SO. An forte tibi uideť opinio cognitione obscurior? ignorantia clarior. GLAV. Maxime. SO. Inter utraq; autẽ iacet. GLA. Certe. SO. Media ergo istorũ erit opinio. GLA. Media. SO. An nõ supra diximus/siquid appareret tale ut simul esset & non eẽt/ illud inter uere ens: & oĩno non ens esse ponendũ? neq; sciam ad illud neq; ignorantiã ptinere: sed qđ mediũ inter ignorantiã rursus appareat & sciam. GLA. Scite. SO. Nunc aũt apparuit mediũ istoꝝ esse/qđ opinionem uocamus. GLA. Plane. SO. Illud itaq; nobis: ut arbitror /restat inueniẽdũ: quod utriusq; sit particeps ipsius esse. s. & nõ esse. neutrũq; illorũ sincere/dici debeat: ut si nobis pateat: opinabile qdam merito nũcupemus: extremis quidem extrema: mediis autem media tribuentes. An non ita? GLA. Ita prorsus. SO. His ita suppositis pcontabor eum: qui ipsum pulchrum: & pulchritudinis ideã unam esse negat: semp eodem modo secundũ eadem se habentẽ: multa uero pulchra esse ducit: & pulchris

cit:& pulchris rebus spectãdis deditus/nullo mõ admittit unũ eẽ pulchrum:unũ iustũ: similiterq; de cæteris pcontabor inq̃ hunc in modũ.Est ne aliqd ex hisce multis pulchris uir optime/quod nõ turpe etiã uideat?Itẽq; ex iustis qđ nõ iniustũ:& sanctis/qđ nõ pphanũ.GLA.Non: sed necesse est pulchra ipsa & turpia & quotcũq; alia interrogas/apparere.SO.Quid multa dupla?num minus dimidia q̃ dupla uident?GLA.Nihilominus.SO.Et magna insup & parua leuia itẽ & grauia/ nunquid magis talia q̃ cõtraria uocabunt.GLA.Non:sed singula semper utraq; participabunt.SO.Vtrũ est magis q̃ non est unũquodq; multorũ/id ipsum quod qs illud esse dicit?GLA.Simile hoc est iis q̃ in cõuiuiis ad utrãq; partẽ plærũq; dicunt & ęnigmati pueroꝝ circa eunucũ de uespertilionis pcussione/qũo & in quo illũ auẽ arguunt pcussisse.Hæc enim ambigua sunt:neq; eẽ neq; nõ esse ipsoꝝ aliqd neq; utraq; neq; neutra firmiter responderi põt.SO.Habes ne qua ratione his utaris? Vel cõuenientiorẽ positionẽ istoꝝ inducere potes/q̃ mediã inter essentiã & nõ eẽ? Neq; eim obscurior q̃ non ens apparebit ad hoc:ut minus sit:neq; clarior q̃ ens/ad hoc ut sit magis.GLAV.Vera loqueris.SO.Inuenimus igit/ut uidet/quod multa illa quæ a multis pulchra/aut alia quoquo modo existimant/media inter oĩno ens:& omnino non ens uoluunt.GLA.Inuenimus plane.SO.Cõfessi aũt antea fueramus/quod siqd tale apparuerit/non cognitione/sed opinione percipi dicendũ & cũ mediũ peruaget/media cõprehẽdi potentia.GLA.Cõcessum fuit.SO.Eos igit qui pulchra hæc multa cõspiciunt/ipsum uero pulchrũ non uideor/neq; sequi eũ possunt/qui ad ipsum ducat/& multa cõtuent iusta/ipsum aũt iustum minime/& alia similiter/opinari cũcta dicemus: cognoscere autẽ nihil eoꝝ quæ opinant.GLAV.Necesse est.SO.Quid eos?qui ipsa quæque contẽplant/semper eodẽ mõ secundũ eadẽ se habentia/nõne cognoscere potius q̃ opinari?GLA.Necesse ẽ & hæc SO.Nonne amare hos & admirari ista dicemus/in qbus uersat cognitio/illos aũt/in qbus opinio? An nõ recordamur qđ uoces & colores quosdã & talia quædã diximus hosce diligere & intueri:ipsum uero pulchrũ:ut aliquid sit nõ admittere.GLA.Recordamur.SO.Quare nõ aberrabimus/si istos philodoxos.i.opinionis amicos potius q̃ philosophos appellabimus:q̃q̃ acriter succẽsebũt nobis/si ita dixerimus?GLA.Non/si mihi pareant.Nã uero irasci/nephas est.SO.Itaq; eos qui ipsum unũquodq; per se ens admirant & diligunt/philosophos/non philodoxos uocabimus.GLA. Ita decet.

Vide ut u... & mult... mun... unũ ẽ ide... forma multa uero sunt p... cipantia for mam.

Aenigma hoĩe nõ h... aue nõ aue.p cutere n... py entere &... cęris.

Vide ut apud Platonem cognitio singularium absq; formæ cognitione:est opinio.

Qui scit & ñ opinatur.

Quis phũs sit appellandus.

FINIS DIALOGI QVINTI.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM SEXTVM DE IVSTO.

Vm leges oẽs/uel optimæ absq; probatissimis magistratibus mortuæ sint/magistratꝰ aũt optimi uel absq; legibus scriptis/ipsi sint uiuæ leges/merito Plato noster quemadmodũ alias exposuimus in excellẽti re.p.nõ in õdẽdis legibus:sed in formãdis magistratibus oĩ diligẽtia elaborat:atq; id qdem nõ solũ a tenera ętate:uerũ ẽt ab ipso fętu studiose õtẽdit:quo ex electis seminibus/cõtinuaq; cultura ad optimã frugẽ pueniat. Quoniã uero hos appellat custodes/custodũ aũt maxime pprium est/prospicere atq; circũspicere ic/circo ingeniũ præcipue philosophicũ/omniũ sine controuersia perspicacissimũ eligit ad humanũ gregẽ custodiendũ. Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iusticiæq; exemplar ad cuius imaginẽ bene/iuste/beate pingenda sit ciuitas.Præterea pertinet ad custodẽ esse ueridicũ/liberalẽ/tẽperatũ/fortem/iustũ/magnanimũ/mansuetuum.Eadẽ quoq; probabit ppria esse philosophi/ut deniq; cõcludatur custodiendi officiũ præcæteris philosopho cõmittendũ.Quãobrẽ eiusmodi eẽ naturã philosophi/primo probabit/deinde quia generosa natura absq; recta cultura:& semp inutilis sit:& sæpissime noxia tradet excolẽdi huius ingenii disciplinã.Interea uero de spurio & adulterino tractat philosopho/legittimũ phũm simulãte.Item de abusu quodã philosophandi.Rursus de philosophandi forma ad illũ præcæteris ptinente/qui rẽ.p.sit quãdoq; recturus.Docet aũt/philosophi maxime ppriũ esse/ppetuũ ueritatis ipsius circa res ęthernas amorẽ.Ideoq; & amorẽ tẽporalium:& mendaciũ a philosopho maxie oĩum alienũ.Ostẽdit præterea philosophi mentẽ in ipsa ueritatis indagatiõe/ seiungi a corpe:atq; ex quadã sui cognatiõe diuinæ mẽti cõiungi.Ac p insitas sibi ab initio formulas idearũ:ideas ipsas attingere:ab eisq; ipso cõtactu lumen excutere/ quo mox facta fæcũdior cõcipiat:immo facta ualidior pariat ueritatẽ.i.p ipsas suas cõceptiones ideis undiq; cõgruat.Tu uero hic aduerte intelligẽdi actũ/quẽadmodũ:& in symposio generationẽ partũq; uocari.Quod quidẽ cũ christiana cõsentit theologia/ostẽditq; nõ imaginariã tantũ/uerũ etiã naturalem quandã inesse mẽti formã atq; ueritatẽ.Proinde ingeniũ eiusmodi:& raro admodũ:& in paucis nasci putat:& tũc quidẽ multis/tũ conditionibus indigere/tum obstaculis impediri. Præcipue uero de prauari sermone & opinione uulgi multoq; magis uulgi eiusdẽ opera.Rursus a uulgaribꝰ præceptoribus:qui & ipsi ultam orationẽq; suam uulgo quasi adulatores accõmodant:similẽq; tradũt auditoribus disciplinam.Et uide q̃ congrue Plato uulgus uasto cõparat bruto.Item ciuitates

omnes nauibus casu quodam rectis a nautis gubernandi prorsus ignaris: uirūq; peritia gubernatoria præditū deridētibus. Nota optima quæq; siue naturæ siue fortunæ munera/si uel negligēter culta fuerint/ in mala/uel male culta/in pessima tādē euadere. Præterea quod interdū/q̃uis admodum raro/aliqs in ciuitate male disposita/quales eē oēs iudicat/uir magnus probatissimusq; appareat/id non arti/non naturæ: sed diuinitati dūtaxat attribui. Vbi uero de Momo reprehēsionis deo mentionē facit/intellige Momum eē diuinā curam prospicientē quid reprehēdi potuisset in singulis/si aliter q̃ sunt facta fuissent: ideoq; ita singula disponentē ut iure reprehēdi nō possint. Assignat proinde causas qbus ortæ in philosophos sint calūniæ: quasi uel mali sint/uel inutiles rei publicæ. Primo quidē multi quotidie ad philosophiæ studiū ineptissimi/ tā prauo ingenio q̃ paruo iudicio: non parua tñ ambitione uel auaritia philosophiā inuadunt/ac prehensant: ex eiusq; cōmertio opiniones ꝓcreant adulterinas/atq; deridendas: malis præterea moribus facultatē dedecorāt philosophicā. Deinde siqui ad id studiū nati sunt/uel statim educatione cōsuetudineq; improba deprauant: uel si moribus integri perseuerant/non tamē conuenientibus disciplinarū gradibus instruuntur: uel instructi quidē/ad rem publicā non admittunt: uel ipsi potius publicis se fluctibus immergere nolūt certa timētes pericula/desperantesq; se posse inter hoīes passim corruptos sanis consiliis ciuitati prodesse. Inter hec animaduerte actiuæ uitæ procellas: contēplatiuæ tranquillitatē: excelsam philosophi mentē/mortaliū contēptum. Studiū diuinorū. Formulā quandā pro ætatis gradibus doctrinaꝝ. Oīno aūt simili rōne erudit philosophū atq; ciuē: neq; id quidem iniuria. Asserit enī in politico & sophista eūdē eē uirū regiū & ciuilē atq; phūm. Oportere uero ꝓbat in hoc cōcurrere duo quædā genera rarissime in hoībus cōcurrētia. Naturā uidelicet ingenio acutā/cōtēplationi aptā/ueritatis auiditate flagrantē/una cū natura graui/ad agendū strenua/boni publici ꝓuida. Ingeniū eiusmodi per oēs disciplinarū gradus perducit: ut patebit in septimo. Iubet quoq; exerceri ciuilibus actionibus: atq; inter uoluptates/dolores/labores/pericula/uelut aurū igne diligenter examinari: atq; ꝓbari: prius q̃ ciuitatis gubernacula sibi credant. In primis aūt ipsius boni sciam omniū præstantissimā huic iudicat necessariā/affirmās quēadmodū res oēs absq; boni possessiōe inutiliter possident/sic rerū quoq; oīum artiūq; cognitionē absq; ipsius boni/intelligētia eē ꝑsus inutilē. Neq; pōsse ciuē uel priuata uel publica ad bonū rite dirigere/nisi quid bonum sit ratione cognouerit. Et si diuini huius boni scia uideri Aristotelico pōt supflua ad rē.p. humanis moribus gubernandā necessaria tū est ad hāc ipsam gubernationē: ꝑ quā Plato in supioribus inquit conandū esse/ ciues deo similes amicosq; reddere. Subiūxit præterea gubernatorē circa singula bona ad bonum ipm disponēda & cecutire: & casu quodā ferri: nisi primā ipsam boni ꝑspexerit formā oīum exēplar causamq; horū. Vt autē animaduertas Aristotelē in ethicis circa ideā boni aduersus Platonē ludere. Lege Platonis uerba diligētissime/ac plane ꝑspicies ideam boni nō esse spēm hanc/aut illam/ hic aut ibi: sed ipsam eminētissime diuinitatis fæcunditatē/ꝑ oīa/sese/ potenter suauiter salubriter ꝓpagantem. Cuius imaginē quandā in mundo uisibili solē uult esse uisibilē: uires suas similiter ꝑ oīa diffundentē. Verū ante hunc quē uidemus solē Plato alterū in mundo cogitat inuisibili: imaginē dei patris primā: uerūq; filiū. Ideo filios dixit boni: ut sup uisibilē hunc imaginariūq; filium posses inuisibilē & archetipū contēplari. De hoc patre atq; filio in epistola ad Hermiā legimus. De hoc platonicus Philo in libro de causis inqt. Conandum est in primis ad ipm ens. i. de quo dicit ego sum qui sum/ascēdere. Aut saltē ad ipsius imaginē sacratissimāq; rationē uerbumq; primogenitū. Per eiusmodi rationē atq; uerbū fieri oīa secūdū Heraclitū & Platonē/Amelius platonicus asserit: utiturq; testimonio Iohannis euangelistæ. Idem in Epinomide testatur & Plato. Et quāuis Platonicorum nonnulli dei patris filium deum per substantiam a patre/Arrianorum more distinguant/ præsertim Iulianus in libro de sole: Iuliani tamen præceptor Iamblichus Egyptiorum adducit mysteria: in quibus patris & filii diuersa quidē ratio/sed eadē uidetur esse substantia. Sed audi mysteriū. Primus deus & unus primi pater est dei. quem gignit in solitaria sui ipsius permanens unitate. Est autem exemplar filii qui nominatur suimet filius/sui pater atq; unipater/deus uere bonus. Ille enim fons est idearum a quo utiq; uno/deus per se sufficiens/se ipsum explicauit in lucem. propterea sufficiens per se nominatur suiq; pater. Est enim hic principium/deus deorum/unus ex uno/super essentiam omnem/ principiumq; essentiæ. Mysterium hoc Iamblichus testatur esse Mercurii. Quēadmodum uero ipsum bonum sit super uoluptatem: & mores & sapiētiam. Plato hic significat breuiter. Super uoluptatem quidem. Quia si uoluptas ipsa bonum ipsum esset nulla uoluptas mala esset & noxia. Item super mores. Quoniam multi satis circa mores habere se putant/si mores honestos uideantur habere. Quod autem iudicant uerum esse bonum/non opinione quærunt: sed re ipsa prorsus habere. Præterea super scientiam quia neq; quolibet modo: neq; qualibet scire præcipue optas: sed bene potius atque bona. Alioquin scientiam/aut respuis/aut negligis. Neque dicas ipsum bonum esse boni scientiam/ ne per idem stulte definias idem. Rursus super intellectum hic enim assidue bonum quærit. Ipsum uero bonum: nō quærit bonū. Adde & sup ueritatē. Quod

enim magis

enim magis iudicas bonum/magis/& eligis. Morbũ uero damnũq; minus uerum eligis potius q̃ magis uerũ. Deniq; sup ens. Nã ut bene sis esse desideras. Sed & de his:& quẽadmodum boni ipsi⁹ lumine oĩa uera intellectus intelligat in theologia latius disputamus. Sequit̃ distinctio rerũ in genera duo: uisibile/& inuisibile:& utriusq; in duo. s. antecedens atq; sequẽs: similisq; pceptiõis humanę distinctio. In qbus B̃rẽtinũ sequit̃:& Architã. Sed elegantius simul:& latius explicat.

DIALOGVS SEXTVS DE IVSTO.

SO.

Vales p̃hi sint/& quales qui alieni a philosophia o Glauco uix tandẽ longa oratiõe cõstitit. GLA. Haud forte facile hoc erat paucioribus explicare. SO. Non:ut apparet. q Planius uero id/ut arbitror/eluceret: si hoc dũtaxat enarratur⁹ essem: neq; p alia multa peruagaturus/ad inspiciẽdũ quo uita iusta differat ab iniusta. GLA. Quid post hac nobis restat agendũ? SO. Quid aliud q̃ quod deinceps seqtur? Postq̃ p̃hi sunt qui attingere possunt id qđ secũdũ eadem eodẽ modo se habet: q uero id nequeunt/ semp aut̃ p multa mutabiliaq; uagant̃/philosophi nõ sunt/quosnã ex his duces esse ciuitatis oportet? GLA. Quo pacto ad hoc recte possumus r̃ndere? SO. Quicũq; custodire leges possunt:& ciuitatis officia his gubernacula sunt rei. p. cõmittenda. GLA. Probe. SO. Hoc itaq; p̃spicuũ est: utrũ cæcũ an acute cernentẽ custodẽ: quodlibet oporteat seruare? GLA. Quidni? p̃spicuũ? SO. Videnť ne tibi a cęcis differre/q cognitione cuiusq; quod uere est/carẽt/neq; p̃spicuũ ullum habẽt exemplar in aĩo: neq; possunt tanq̃ pictores ad exemplar uerissimũ respicientes/referentesq; ad illud:& ip̃m q̃ sincerissime cõtuentes/ita demũ leges hic ferre de pulchris iustis:& bonis/si oporteat/ & latas leges custodire: atq; seruare. GLA. Profecto nõ lõge differũt. SO. Num istos potius ad custodiã eligemus/ q̃ eos q unũquodq; quod uere est cognoscũt: peritia quoq; aut alia quauis in parte uirtutis nihilo inferiores existũt. GLA. Absurdũ eẽt utiq; alios quosuis eligi/præcipue si cætera nequaq̃ desinit. Hoc certe maximo superãt. SO. An nõ istud iã dicemus. Quonã pacto iidem poterũt illa simul/& hæc habere? GLA. Oĩno. SO. Quod ergo in huius disputationis exordio diximus naturã ipsorum pdiscere in primis oportet/atq; arbitror/si illã sufficiẽtia inuicem cõcesserimus? nos insup concessuros fieri posse/ut iidem hæc assequantur/neq; alios præter hoc ciuitatis duces esse debere. GLA. Quonã pacto? SO. Hoc itaq; inter nos primũ constet de p̃hoꝝ ingeniis: quod semp eã diligunt disciplinã qua illis notior fiat natura illa q̃ semp est/neq; gñatione/& corruptione mutat̃. GLA. Cõstet. SO. Quinetiã qđ eam totã affectant/neq; sponte partẽ eius ullã spernũt/nec paruã/nec magnã neq; honorandã/neq; uilem quemadmodũ supra de ambitiosis:& amore captis prædiximus. GLA. Recte. SO. Præterea/& hoc aĩaduerte/nũqd necesse sit naturæ eorũ inesse/q tales futuri sunt/q̃les narrauimus? GLA. Quale istud. SO. Vt mendacii omnis natura expertes sint: neq; sponte mentiant̃ unq̃: sed oẽm oderint falsitatẽ: diligãt ueritatem? GLA. Probabile est. SO. Non solum probabile est o amice: sed penitus necessariũ eũ qui ex natura ad aliqd amore efficit̃/quicqd cognatũ:& familiare est amato/diligere. GLA. Scite. SO. Num familiarius aliqd sapiẽtiæ q̃ ueritas reperit̃. GLA. Nihil. SO. an ergo possibile est naturã eandẽ esse philosophicã:& mendacem? GLA. Nullo modo. SO. Ergo discendi cupidũ necesse ẽ statim a pueritia ueritatem oẽm summopere affectare. GLA. Prorsus. SO. Quem uero ad certum quiddã ardenter rapiunt cupiditates/huic ad alia cupidines remissiores sunt: cũ alio tanq̃ riuuli defluant. GLA. Nulli dubium. SO. Quicũq; igitur ad disciplinas:& cætera talia omni desiderio flagrant/puram ipsius animæ expetunt uoluptatẽ/corporis autem oblectamenta despiciunt/nisi qs fictus sed uerus philosophus sit. GLA. Sũmopere necessariũ istud. SO. Temperatus itaq; uir talis erit/neq; pecuniæ cupidus. Nam ad quem uis pertinet potius q̃ ad hunc cumulandis pecuniis inhiare/cuius gratia cæteri maxima cum iactura pecuniis quærendis insudant. GLA. Ita est. SO. præterea id considerandum/quotiens naturam eius qui philosophus sit:& eius qui non sit discernere cupis. GLA. Quidnam? SO. Ne forte latens quædam insit illiberalitas. Nam aduersa omnino est pusillanimitas animo uniuersum ipsum semper diuinum atq; humanum indagaturo. GLA. Vero loqueris. SO. Nempe cui cogitationis adest magnificentia:& totius temporis/totiusq; substantiæ contemplatio/humana uita magnum quid uideri nõ potest. GLA. Non profecto. SO. Num mortem hic terribilem æstimabit? GLA. Minime. SO. Timidæ itaq; illiberaliq; naturæ/philosophia uera non conuenit. GLA. Non ut mihi uidetur. SO. Vir autem modestus non quæstui deditus non pusillanimus non superbus: non timidus/num in commerciis difficilis erit aut iniustus? GLA. Nullo modo. SO. Quinetiam cum discernere cupies qs animus philosophus sit qui non statim a teneris annis id obseruabis/nunquid iustus:& mitis: an iniquus atq; agrestis. GLA. Maxie. SO. Neq; hoc: ut arbitror p̃termittes. GLA. Quidnã? SO. utrũ ad pcipiendũ uelox? an tardus/nũ cẽses quẽpiã illud unq̃ diligere qđ cũ aggredit̃ sũma cũ difficultate agit:& uix tãdẽ parum qd p̃ficit? GLA. Nũq̃ p̃fecto. SO. Quid si nihil seruet eorũ q̃ discit? obliuio

Propria philosophorũ & existimatões quę de illo.

Philosophus etiã uniuersi ẽtis ptes cõtẽplari amat.

Amans nõ solum amatum amat sz ẽt oẽ eius familiarẽ.

scatur q; oium: nõne erit scia uacuus? GLA. uacuus. SO. Cum uero irritus illi labor oïs suscipiat an nõ coget tandẽ seipsum: & actionẽ talẽ odisse? GLA. Nihil ꝓhibet. SO. Obliuiosum igitur animũ legitimorũ phoꝝ ingeniis cõuenire nequaq̃ existimemus: sed admodũ memorẽ. GLA. Ita ꝑrsus. SO. Absona preterea: & incõcinna natura/ ad intẽpiẽ semp trahit. GLA. Semp. SO. Veritatẽ uero an cũ itẽperie cõgruere putas: an cũ temperie potius? GLA. Cũ tempie. SO. Ergo cõpositã: & gratam prçter cætera cogitationẽ huic ingenio tribuamus/ quod sua pte natura ꝓpẽsum esse uolum? ad ideam cuiusq; qđ uere est: inspiciendã. GLA. Nẽpe. SO. An nõ tibi uidemur singula ꝑcurrisse quç necesse est cõtinuata serie sibi inuicẽ succedẽtia aio illi cõpetere q ueritatẽ rerũ ꝑfecte sit cõsecuturus. GLA. Ita prorsus. SO. Num potes quoquomõ studiũ id dãnare: quod nullus sufficiẽter exseq põt/ nisi natura sit ꝑspicax: memor: magnificus: gratiosus: amicus familiarisq; ueritatis: iustitiæ: fortitudinis: tẽperantiæ? GLA. Ne Momus qdem id carperet. SO. Nõne his solis eruditoue tãdẽ & çtate ꝑfectis rem. p. ꝓbebis administrandã? Adimãtus. Nemo ad hæc tibi posset o Socrates cõtradicere. At uero sic afficiunt q audiunt ea passim q̃ tu narras. Nã pp ĩperitiã iter rogãdi ac rñdẽdi ad singula q parua sensim deducti/ singulis deniq; paruis ĩ disputatiõis calce collectis existimant post errorẽ atq; fallaciã/ cõtrariũ quoq; aliqd supiorẽ emergere. & queãdmodũ q talis ludere nesciunt/ ab his q in eo ludo periti sunt tãdẽ usq; adeo cohercent: & cõcludunt/ ut qđ ferant nequaq̃ habeant: ita: & seipsos putãt cogi tandẽ cõcludiq; nec hẽre qđ dicãt: uerbis ueluti calculis circũclusos qñ qdẽ uerũ sit nihil hçc duo iter se discrepare. Dico aũt hçc aïaduertẽs pñtia. Nã nũc qdẽ diceret tibi q̃spiã/ his q̃ ꝓponunt/ uerbis aduersari nõ posse/ re aũt ipsa cõptũ hẽre/ quotcũq; phiæ studiũ aggressi/ ita ĩ eo uersant/ ut nõ eruditiõis grã degustatis phiæ ꝑceptis iuuenes adhuc discedant: sed diutius immorent/ eos ut plurimũ absurdos admodũ euadere: & a rebus hoïum alienos ne iniquissimos dixerimus: siq uero præstãtiores uideant: tñ hoc studio qđ ipse laudas/ ita ingnari/ ut inutiles euadãt ad rẽ. p. gubernãdã. SO. Censes illos q hæc aiunt mẽtiri? ADI. haud noui eqdẽ: sed qđ ipse sentias: libẽter audirẽ. SO. Audies certe si id roges/ quod uera loq mihi uident. ADI. Qua rõe ĩgĩ recte id dicit: qđ prius erit ulla malloꝝ reges ciuitatibus/ q̃ in ipsis phi debent: quos rei. p. inutiles eẽ fatemur. Qđ petis respõsione ĩdiget/ ꝑ imaginẽ quãdã ĩducta. ADI. at tu ꝑ similitudinẽ loq: ut arbitror nõ cõsueuisti. SO. an mordes? cũ mei sermonẽ ĩpuleris adeo demõstratu difficilẽ: Audi ergo similitudinẽ: ut apertius cognoscas q̃ parce cõparẽ. Vsq; adeo durũ ẽ qđ præstantes in phia uiri in gubernãda. re. p. patiunt/ ut nihil aliud sit unũ quod hoc patiat. Quare oportet hoc ex multis colligẽdo/ cũ cõparare his deniq;: & cuiusq; inuicẽ explicare rõnẽ. Veluti cũ pictores Tragelaphos: & cætera huiusmodi multiplicia figmẽta depingũt. Finge aio q̃ndã nauis: aut classis gubernatorẽ huiusmodi/ magnitudinẽ: & robore corpis reliquos nautes excedẽtẽ: surdũ uero: & caligantibus oculis: & mẽte gubernatiõis inscia/ nautas aũt de gubernatiõe ĩuicẽ decertãtes: & unũ quẽq; putantẽ se ĩperio dignũ cũ nec artẽ didicerit unq̃: nec sui præceptorẽ ullum possit ostendere: neq; quo tpe didicerit assignare: negãtes qnetiã artẽ illã doceri: eũq; qui doceri posse asseuerauerit: ferro petẽtes. Ipsos aũt cogita circa gubernatorẽ illũ cõfluentes: eũ obsecrare: & obniti cõcedere ut ipsis gubernacula tradat. Qñq; uero si isti nõ ꝑsuaserint sed alii potius: alios: uel pimere: uel e naui eiicere: generosum aũt illũ nauis principẽ mãdragora: aut meto occupare: atq; ita gubernationẽ nauis arripere/ utẽtes pñtibus rebus uino: & epulis ĩdulgẽtes: sed ita ducẽtes: ut hmõi hoïes ducere uerisimile est. Oẽs pterea laudare illũ nautãq;: & gubernatorẽ uocare: & quç ad nauẽ regendã spectant callere: eũq; eos ad usurpandũ nauis principatũ ĩstruere possit: uel ꝑsuasiõe/ uel ui gubernatore submoto. Eũ uero q id neqat/ tanq̃ inutile/ uituperare. Veri aũt gubernatoris offm ignorare: qđ uidelicet ad eũ spectet: rõnem habere ãni: & tempoꝝ: celi: syderũ: & uentoꝝ: & oïum q ad artem illã attinent/ si dux nauis est reuera futurus. Vt uero gubernet: seu uolẽtibus qbusdã/ siue inuitis/ huius ipsi? artẽ nullã putãtes accipi posse simul: & gubernatoriã facultatẽ. His utiq; circa naues cõtingentibus/ an nõ ueꝝ gubernatorẽ censes ab illis q talibus uehunt nauibus: inanẽ: & curiosũ rerũ sublimiũ inspectorẽ: & naui ipsi inutilẽ uocitari. ADI. Et maxime qdẽ. SO. Haud quaq̃ opus eẽ arbitror: ut tibi latius explicẽ: queãdmodũ ad propositç cõparatiõis imaginẽ ita in ciuitatibus affecti sunt aduersus ueros philosophos: ut ĩ hmõi nauibus ad uerũ gubernatorem nautç: sed itelligere te existimo. ADI. Sũmopere. SO. primũ itaq; illi q admirat phos ĩ ciuitatibus minie honorari: imaginẽ hãc exponere: & ꝑsuadere conare/ multo mirabilius fore si honorarent. ADI. faciã eqdẽ. SO. adiicias: & hoc pterea uera loq eos q dicũt inutiles eẽ uulgo eos q phiç studio pollẽt: uerũ qđ inutiles sint: nõ esse ipsos in cã dicito/ sed eos potius q his phis nõ utunt. Neq;. n. naturæ cõsentaneũ est ut gubernator quasi indigus nautas oret quo eius se gubernatiõi cõmittãt: uel sapiẽtes ad diuitũ fores accedant. Sed qui hoc primus iactauit ꝑfecto mẽtitus est. Reuera aũt ita natura cõparatũ est/ siue diues seu paup aduersa ualitudine teneatur: ut necessario fores medicorũ petat & oẽs q supioris gubernatiõe indigẽt domos adeãt hoïum gubernare potentiũ: nõ gubernatores si mõ alicuius precii sint orent: ut ab his gubernent ĩferiores. Quin si eos q his tpibus res. p. administrant cum his

cõparaueris

Inconcinna natura semp trahit ad ĩtempe riem.

Prouerbiale. Ne Momus q dẽ carperet.

uniuersi regem potentẽ & sapientem atq; clementem. Quem & terreni reges/rerũq; publicarum gubernatores pro uiribus debeant imitari. Post cõmunem hanc de deo conceptionẽ/gemina rursus uia ad deum cœperunt planius atq; propius proficisci. Per alteram quidem negando/ p alterã referendo. Nam illa quid ipsum bonum/idest quid deus non sit argumentãtes probauerunt/neq; esse quicq̃ ex his quæ capiuntur sensibus/neq; ex his quæ mente comprehendũtur. In hac autem & creaturas ad creatorem & uicissim creatorem referentes ad creaturas/ excogitauerunt qua ratione & creator singula faciat atq; perficiat:& creaturæ ad ipsum se se uel habeant/uel imitari uel consequi possint. Hactenus procedere philosophantis ingenium Plato noster & Parmenide monstrat & in libro superiore cõfirmat. Quod Dionysius quoq; Areopagita maxime cõprobat. Procedere inq̃ hucusq; tum radio quodã ab initio menti semel infuso/tum accedente lumine diuinitus mẽtes assiduæ collustrante. At uero quid ipsum in se bonũ sit.i.diuina substantia/queãdmodum & in Parmenide & hic ostendit/nemo p eiusmodi uias assequi põt solum uero p has illuc deniq; puenire ubi diuinum bonũ ob solam benignitatẽ suã amatorẽ suum ppius accedentẽ & pria luce format/& calore fouet/& potestate transformat mentem/tunc demũ cognoscentem deum cũ ipsa iam facta sit deus. Quod quidẽ in epistolis quoq; significat. Postq̃ uero deum philosophus cõtemplatus fuerit cœlestia gubernantẽ/tunc solum:& solus poterit terrena diuinitus gubernare. Qua quidem in re Plato Minorem laudat ab Ioue prius contẽplando petentem leges q̃ ad hoĩes promulgaret. Mitto quantum multi laudent Scipionẽ/quod Ioue magistro ad rẽ.p.accedebat. Quid de Numa Pompilio dicam/ciuitatem religiosis legibus gubernante? Nõne & mosaicæ leges qbus dei populus diuine gubernaref/deo ipso docente ad hoĩes peruenerunt? hinc Aristoxenus narrat philosophorũ indorum mysteria.qbus continef/absq; diuina regula & hac quidem a deo demonstrata non posse quicq̃ uel priuatim uel publice recte feliciterq; unq̃ administrari. Quoniam uero idẽ Egyptii compertum habebãt solis philosophis & his quidẽ absolutis atq; insuper sacris regni gubernacula concedebant. Atq; usq; adeo putabant nihil absq; diuino auxilio posse feliciter agi/ut oĩa publica a sacris uotisq; auspicaref. Nihil rursus absq; diuina quadã inspiratione intelligi posse adeo asserebãt queãdmodum refert Iamblichus ut oẽs apud illos philosophantium libri Mercurii de nomini sint adscirpti quasi non hoĩum sint inuẽta/sed dei. Quod Timæus quoq; significat dicens philosophiã donum esse diuinũ. Ciuilem quoq; peritiã esse diuinũ munus in Protagora & politico docet. Atq; ut ad hunc septimum redeamus non admittit queq̃ ad hanc suã rem.p.gubernandã nisi quẽ cõstiterit diuina quadã tam indole q̃ educatione utrũq; donum diuinitus accepisse.quẽ solum ubiq; legitimũ ciuem philosophumq; appellat. Sed cur diuino ad id munere opus esse dicit? Mitto nunc alias rõnes. Quia uidelicet cũ difficillimũ cuiq; sit se ipsum feliciter gubernare/certe ĩpossibile est ciuitatẽ/ex tam multis diuersisq; compositam/cui & quotidie innumerabiles incertiq; ĩminent casus/beate unq̃ absq; deo beatitudinis auctore cõponere. hinc factũ est ut quælibet ciuitates ppriũ quoddã numen agnouerint/quasi patronum. huius uero numinis uicarium & interpretem eẽ Plato uult ciuitatis gubernatorem.q instar numinis & diuina cõtẽpletur/& humanis inde prouideat. Quamobrem malos hoĩes quasi diuini muneris oĩno exptes a re.pu.procul expellit. Solos aũt accipit bonos. Neq; tñ oẽs. Nam ignaros theologiæ appellat cæcos atq; somniantes:utpote qui rez imagines p rebus accipiant:stultũ uero censet ciuitatis custodiã cæcis somniãtibusq; cõmendare. At uero theologos/qui nullum adhuc humanarũ rerũ usum teneant/nõ prius ad publicas res gerẽdas admittit/q̃ priuatis leuioribusq; tractandis assuefecerit. Concludit interea nulli magistratũ eẽ dandũ/nisi cuius uita sit melior magistratu/ipsumq; magistratũ neq; petat/neq; ẽt appetat. Tu uero ubi Plato in erudiendo ciuili philosopho cui imaginẽ præponit speluncæ/& iũculoz luminis cuiusdam/umbrarũq; & aquæ/speluncam intellige hunc quẽ uidemus mundũ si ad mundũ inuisibilem cõparetur/uinculũ uero corpus humanũ:siue potius pturbationem animum corpori alligantem. Vmbras autem res oẽs quæ sensus mouent. Sunt.n.hæ uerarũ rerum id est idearum umbræ. Quod aũt dicit animũ non absq; offensione repente tum ab inuisibili mundo descendere ad uisibilem/tum uicissim ascendere/duobus more Platonico modis potes accipere. tum in hac uita: qñ uidelicet absq; medio ab hoc humanoq; studio/ad ipsum supremũ diuinoq; studium/atq; cõtra trãsitur/tum inter hanc uitã atq; alterã. Q ñ.s.aĩa uel ĩpura a corpis tenebris ad diuinũ migrat lumẽ. sub quo caligat prsus & cruciaf/uel a diuino lumine in corpus elemẽtale descẽdẽs diu cæcutit atq; turbaf. Memẽto uero luminis pprium esse oĩa facere atq; demonstrare/idq; est triplex/diuinũ/itellectuale/uisibile. Diuinũ appellari solis utriusq; solem. Intellectuale/solẽ angelicum nominari/solis mũdani solẽ. Visibile deniq; lumẽ/esse cœlestẽ solẽ eiusq; fulgorẽ. Queãdmodũ uero fulgor a cœlesti sole p oĩa se diffundens/est imago actusq; solis. ita & lux quæ inest soli imago est actusq; mentis angelicæ. Lumen deinde in angelo diuini luminis actus est & imago. Et queãdmodum uisibile lumen in natura pspicua dũtaxat recipif/sic in uisibile in pspicaci natura. Tres eiusmodi soles Iulianus Platonicus in libro de sole describens/addit ex Phœnicũ theologia uisibile lumen esse diuinæ

uinculoz

angelicæq; intelligentiæ actum quẽdam pennem per solarẽ fenestram ad oculos emicantem: atq; inde p materias passim pspicuas quasi couenientes sibi diffusum. Cæterum ne diffidas lumen hoc apparens esse luminis non apparentis imaginẽ/scito id lumen non eẽ corpus. Corpora.n.absq; of fensione infectioneq; penetrat. Item non fieri ppriam cõpositi corporis qualitatẽ. Alioquin & ppriam requireret qualitatẽ elemẽtoꝝ calidam siue frigidã in eo pcedentem/quod ipsum sit subiecte ptrum:& recedente sole ad tps in pspicuo remaneret. Item dimensioni pprię non abstringi. Nõ enim tpe puenit:uel ptem nunc illuminat & post ptem. Adde quod amplum absq; sui dissipatione implet/uicissimq; in angustum uel sui uel uasis constrictione momento se colligit:neq; pprie corporeum est:sed inter in corporea/& corporea medium & pfecto ppria cœli qualitas:cuius natura in corporeis est q̃ prima. Cõicatur quoq; elementis dũtaxat pspicuis in hac ipsa pspicuitate cœlo similibus/pspicuis inq̃ primo lumẽ deinde calor. opacis aũt calor primo/lumẽ uero nõ priusq; p calorẽ ad naturã pspicuam redigant. Corporibus aũt opacis/in qbus natura terrea dominat/non infunditur. Non qa penetrare nõ possit/qñqdem & crystallũ penetrat opacis multis solidius. sed qa natura terrea a natura cœlesti alienissima cœlestis qualitatis capax esse non põt. Cõmunicat tamẽ opacis calorẽ ut dixi non tã pprium cœlo q̃ lumen. Cœlum.n.quia lucet/ideo calet. Quod aũt lumen a cœlo in pspicua nostra diffusum/solis imago rursus debeat appellari/hinc appet qđ ipsum est imaginum oĩum cõis ppriaq; origo. Imagines.n.rerum sub ipsius fulgore resultant:ipsumq; ẽ imago tam potens/ut appeat nõ solum qñ a speculari corpore resilit. Sed etiam qñ a sole prosilit. Quod cæteris imaginibus minime cõuenit. oẽs tñ incorporeæ sunt/siquidem p totum momẽto se fundunt eodẽq; in puncto absq; mutua confusione sunt multæ. Incorporeum ergo est & lumen:cuius id uirtute pficitur:pinde momento solis radiũ secum ferre actum lucis uimq; caloris. Ac p lucem qdẽ referre diuinæ & angelicæ intelligentiæ claritatẽ. Per calorẽ uero utriusq; uolũtatis charitatisq; affectum. Cum uero superi/queadmodũ & artifices opa p uoluntatem potius q̃ p intelligẽtiam agãt/merito uisibilis hic radius ex inuisibili illoꝝ radio profluens/p calorem agit singula quæ gignunt potius q̃ p lucem. Immo uero p lucem agit:sed rerum imagines spiritales. Per calorem uero corporeas qualitates. Calorq; hic ita dependet a luce queadmodum in diuinis p intellectum idealiter repræsentant oĩa:p affectum inde surgentem oĩa generantur. Nos uero hinc admoniti si natura terrea lumen cœleste nõ recipit/terrenos a nobis affectus longius expellamus/ut diuino lumine impleamur. Ac si ultimũ corpus non accipit primi lumen.nisi caleat inde prius simileq; reddatur Eia nos quoq; mentiũ ultimũ flagremus prius amore primæ ut amore pugati. factiq; similes lũceamus deinde diuinitus:ac pleno iã lumine gaudeamus. Sed reliqua iam huius septimi perstringamus. Quoniã igit triplex lumen est ut diximus:uisibile scilicet/& intellectuale super uisum/ & diuinum sup intellectũ: ideo Plato in tribus gradibus mẽtionẽ hic facit/de lumine.s.in cauerna in nocte/in die tria uidelicet lumina illa significãs. Ter quoq; mentionẽ facit de aqua/in cauerna/in nocte/in die/sicut.n.lumen & facit & demonstrat oĩa. Sic aqua lauat oĩa atq; repræsentat/ p primũ qdem significat mores/p secundũ uero contẽplationem. Et utrũq; tribus gradibus peragit. Nẽpe p moralem ter lauat & purgat:primo quidẽ amputando secundos motus p uirtutes ciuiles: deinde eosdẽ p uirtutes purgatorias extirpando/tertio per uirtutes animi iam purgati motus primos absolutissime moderando. Vnde iam ad exẽplares quæ in deo sunt/uirtutes pueniatur:præsertim p contẽplationem. Cuius quidem tres sunt gradus/quos refert aqua ter nominata/quatenus ipsa imagines repræsentando/refert intelligentiã. Diuina siquidẽ in tribus/ut ita dixerim aquis repræsentari uident:primo quidẽ licet cõfusius in rationibus physicis. Secundo distinctius in mathematicis:tertio clarissime in metaphysicis penitus absolutis. Formas quidẽ physicas Plato oĩo materiales appellat/qa & cõi & ppria materia indigent/& absq; illa cogitari nõ põt. Mathematicas uero formas/nõ adeo materiales:quia & ppria non egent materia/sed aut cõi tantum ut dimẽsiones/ aut nulla/aut numeri:atq; hæc sine materia licet excogitare. Diuinas deniq; formas oĩo ĩmateriales existimat. Resq; ueras:quarum imagines qdẽ sint mathematicæ formæ/umbræ uero res naturales. mysteriũ uero hoc est pythagoricũ. Cũ ergo aĩa duerteret. Thalethem. Democritũ. Anaxagora tã negligentes in rebus diuinis fuisse q̃ diligentes in naturalibus. Pherecidẽ cõtra & Pythagoram pythagoreosq; oẽs mathematicoꝝ principes/pariter summos extitisse theologos moribusq; diuinos/merito ptim ratione/ptim expientia cõclusit curiosum naturaliũ studium aĩam sæpissime a diuinis auertere. Quã & Salomo pptrea occupationẽ pessimã iudicauit & miseros qui nimium occuparent in ea. Eosdẽ in Phedone Socrates detestat:eos inq̃ qui naturaliũ effectũ causas / dũtaxat ad qualitates quasdã elemẽtales curiosius referẽtes / in eiusmodi principio & fine qescunt:neq; summũ uniuersi principiũ fineq; pquirunt. Quãobrẽ Septimus hic liber aĩam ad summũ bonũ solẽq; idest deũ ideasq; diuinas quasi stellas cõuenientibus pducit gradibus:nullã in ipso ascensu naturalis pitiæ efficit mentionẽ. Sed mathematicos quosdã gradus ad diuina cõmodius pducentes adducit in mediũ. inter quos duo sunt puri Arithmetica.n.circa puros uersat numeros/& geometria

tria circa puras dimẽsiones. Tres uero gradus sunt mixti. Nam musica numeris addit uoces motusq; ad auditum præcipue pertinentes. Stereometria uero dimensionibus addit pondera. Astronomia numeris dimensionibusq; cœlestes speras motusq; metit. Vtitur aũt Plato naturali peritia in discensu potiusq̃ ascensu/quemadmodũ in Timæo & Philebo/ atq; Parmenide & alibi sæpe docet. In descensu.n.p diuinas naturaliũ causas/naturalia uult principia demonstrari. In ascẽsu uero anxiam naturaliũ curã/tanq̃ a diuinis ualde remotã/diuertere ab illis aĩam putat potiusq̃ conuertere. Oĩo aũt & actiones oẽs ẽt si honestissime uideanť/nihil pendit: nisi ad diuini boni imitationẽ cõsecutionẽq; cõducant/& speculationes similiter oẽs uel negligit/nisi ad diuinũ bonum inueniendũ conferant: uel ẽt detestať/si quo pacto nos inde diuertãt. Proinde totũ philosophiæ studiũ esse uult a sensibilibus conuertere ad intelligibilia: ad ipsumq; bonũ/quod intelligibiliũ lumen ẽ supremũ ascendere. Atq; queadmodum se habet uisus ad uisibiliũ summũ.i.solem/sic intellectũ ad summũ intelligibiliũ lumen.s.deũ se hře. Ego sicut sol generat oculũ & generãdo uim uidendi largiť/& genito actum uidẽdi continue præstat: sic deus & intellectũ creat creãdoq; intelligẽdi uim prebet: & creato cõtinue actũ intelligẽdi. Rursus queadmodũ circa oculũ nihil opus est ab arte fieri/nisi purgare ipsum atq; cõuertere ita circa intellectũ duo dũtaxat pręstat philosophia/purgando.s.ipsum tum a pturbationibus tũ a falsis opinionibus: atq; conuertendo p rõnes exhortationesq; a sensibilibus formis ad intellectuales nobis insitas formas: perq; has ad formas ĩtelligibiles.i.ideas. Rursus p ideas ad diuinam mentẽ/qua cõprehendunť ideæ: ab hac deniq; ad diuinũ bonum/idearum principiũ atq; lumen. Cum ergo dicit aĩam a lucerna ad lunã a luna ad solem attolli/significat a formis naturalibus ad mathematicas ab his ad diuinas deniq; eleuari non docendo qdem diuina.n. ut tradit in epistolis doceri non pñt/sed purgando potius atq; cõuertẽdo. Nam his pactis/sicut sol qui est uisibiliũ lumen/monstrat oculo uisibilia: ita ipsum bonũ quod intelligibiliũ lumen est intelligenda intellectui patefacit. Sed de his in theologia nostra latissime. Itaq; nemo mirari debet Platonem: doctrinali scribẽdi ordine uti rarius: purgatorio uero atq; exhortatorio.idest conuersorio semper. Post hæc nota ex eoꝝ numero quæ sentiunť/illa potissimũ intelligentiã excitare/quę haud plane per sensum a suis oppositis discernunť ideoq; intelligentia indigent discernẽte. Item numeros nõ esse corporeos. Siquidem nihil aliud numerus est q̃ unitas repetita. Vnitas aũt non est corpus. Non.n.in ptes diuidiť: q̃ si fingať diuidi: nõ secať/sed potius multiplicať/multiplicať inq̃ in se ipsam/nõ in ptes ullas. pars.n.qlibet toto solet eẽ minor. Nulla uero unitas uel maior uel minor ẽ unitate. Atqui hæc ipsa unitas numerusq; ad ĩcorporeã nos essentiã erigũt: similiter quoq; figurę/ quarũ ratio uera in mente reperiť potius q̃ in corpore. Similiter astronomia ex ordine cœli motoris rõnem indagare uideť. Eum Plato astronomũ negat superna suspicere/qui ab ipso cœlo nõ ꝓspexerit super celum. præsertim quia cœlestia cũ integrũ non impleant ordinẽ/nimirũ a superiore quodam & integro ordine pendent. Deridet & musicũ nisi a consonantia uocis ad intellectualẽ se recipiat cõsonantiæ rõnem. Deniq; dialecticã.i.methaphysicam siue theologiã oĩbus facultatibus anteponit/& ducentẽ oẽs & ad suum officiũ utentẽ ministerio singularum. Officiũ uero eius esse p totam ipsius quod diciť entis ꝓgredi latitudinẽ. Atq; ad ipsum bonũ totius entis cãm se cõferre. Et in ipso entium ordine quid unũ quodq; sit definire/rõnem cuiusq; essentiæ assignãdo: quid ne quãlibet sequať essentiã demonstrare. Cęteras aũt facultates prę huius nobilitate iudicat esse seruiles. Aut.n.ad opiniones hoĩum declinãt/uel ad generationes cõpositionesq; inferiorum/uel ad cultũ eoꝝ quæ gignũtur/aut saltẽ & si ad incorporea se se pro uiribus erigũt/nihilominus circa illa quodãmodo somniãt. Quales esse inqt mathematicas disciplinas. Mox uero duo subiungit genera.s. sentiam.s.atq; gňationem. Ad illã qdem intelligẽtiã. Ad hãc aũt opinionem existimat pertinere. Rursus in ĩtelligẽtia sciam qdem dicit essentiã cõsequi ad dialecticũ pertinẽtem: cogitationẽ uero sequi essentiã/& ad mathematicũ attinere. In opinione similiter fidẽ imaginationẽq; connumerat. & per illã qdẽ corpora percipi: per hãc uero imagines corpoꝝ atq; umbras. Deinde cõcludit cæteras facultates absq; dialectica eẽ cæcas. Atq; eas simul & dialecticã insuper uanas eẽ/nisi ipsam boni ideã perspicue nouerint. perq; ipsam in singulis sciãt a falsis uera bona discernere. Eũ uero q boni ignorauerit rõnem/& in somniis hic illusum turbari/& ad inferos descẽdẽtẽ/ illud magis atq; uexari. Subdit eũ hoiem eẽ claudum qui ad alterutrũ siue ad agendum siue ad speculandũ ineptus sit atq; ĩperitus. Quapropter ad gubernandũ eligit illos/qui ad utrũq; & apti natura sint & disciplina sufficiẽter instructi. Interea nota mẽdacẽ quasi mancum & mutilatũ a re.p.excludẽdum. Mẽdacem uero nominat/& q dedita opera mẽtitur aliis & q per ignorantiã mẽtitur ipse sibi. Memẽto & labores animi grauiores eẽ q̃ corporis: ideoq; in iuuẽtute discẽdũ liberalesq; disciplinas ꝓcul a seruitute docẽdas. Neq; tñ dialecticã adolescẽtibus eẽ tradẽdam. Quod Philebus quoq; nos docet. Nã ut Phædrus quoq; distinguit/duo nobis oĩum insunt duces: ĩnata uidelicet cupiditas uoluptatũ/& acqsita quædã per educationẽ opinio dictãs honesta & iusta nobis a legibus definita in oibus eẽ seruãda. Duo uero hi duces sæpissime in cõtraria distrahũt. Quoniam uero differẽdi facultas si

tradatur adolescentibus/opinionem honesti debilitat/unde euadunt intemperantes imo & supbi & impii/ut in Philebo quoq & legibus legitur/iccirco ante trigesimũ ætatis annum in mathemati cis erudiendi sunt atq in publicis negociis per interualla pariter exercendi. Cũ uero ad trigesimũ puenerint/ad dialecticã admittẽdi/ita tñ ut rursus p interualla reuocenť ad publicas actiones. Tu uero disserendi industriã a forma quod sua dialecticã noĩa:ab exordio logicam a fine methaphysicam atq theologiã Scito & ad eiusmodi dialecticæ finẽ quasi diuinũ hoĩes in quinquagesimo ętatis ãno uocari: ppterea quod ad diuinoꝝ intuitũ purgata mente opus est atq serena. Interea hic aĩaduerte qđ & hic & in theologia sæpius usurpamus a Platone notari tria quædã radiũ.s.lumẽq & lucem Radium quidẽ esse singulis mentibus sicut & oculis pprium & naturaliter insitum. Lumen uero cũ ctis oculis esse cõmune. Lucem deniq diuinam præesse lumini mentium oĩum cõi/ quẽadmodum lux in sole præest lumini oculorum æque cõmuni. Concludit ciuem postq̃ boni ipsius lucem & p radium inde sibi naturaliter insitum & per lumen eiusdem rursus infusum fuerit cõtemplatus/ oportere ciuitatem ad boni ipsius exemplar pro uiribus gubernare.

DIALOGVS SEPTIMVS DE IVSTO.

SO.

Fingitur specus:ut ad ipm entia cõparata euidẽtes cõ templemus.

Post hæc naturam nostram quo ad eruditionẽ & ruditatẽ pertinet tali quadam imagi ne contẽplare. Finge aĩo subterraneũ specus/cuius igressus uersus lumen p atrũ totũ puius undiq pateat. In eo hoĩes nutritos a pueritia/ceruicẽ & crura ita deuictos/ut & imobiles pmanere coganť/& ad anteriora solũ pspicere: capita uero uinculis adstricta circũducere nequeant. Post tergũ aũt supne ac pcul ignis lumẽ suspensum sit. Interq ignẽ & uinctos hoĩes uia supior pateat:secus quã paries sit cõstructus exiguus sicut plerũq pstigiatoribus miracula fingentibus scenæ seu cortinæ aliquæ sup qbus sua miranda demonstrant/ corã spectantiũ oculis apponunť. GLA. Esto. SO. Cogita rursus hoĩes intra parietẽ ferẽtes uasa & opificia uaria/supra parietẽ eminentia, statuasq hoĩum & alioꝝ aĩalium lapideas & ligneas imagines/modisq uariis fabricatas. Atq ut consentaneũ est q hæc circũferunt/partim sileant/partim loquãtur. GLA. q̃ portẽtosa hæc figmẽta sunt. SO. At similes isti nobis sunt. Nã primũ qdem putas istos aliud qcq̃ uel sui ipsoꝝ uel pximoꝝ hoĩum uidere præter umbras q̃ ex igne ad aduersam speluncę partẽ cadunt. GLA. Nihil aliud: si nunq̃ in uita mouere capita potuerũt. SO. Quid aũt eoꝝ q̃ circũferunť/nõne umbras dũtaxat? GLA. Nẽpe. SO. Si ergo inuicẽ loq liceret/nonne ista q̃ corã uiderent loq opinarenť? GLA. Necesse est. SO. Quod si echo ex aduersa parte carceris resonare/ quotiens prætereuntiũ aliqs loquereť/putas ne ipsos nisi transeuntiũ umbras aliud putare qđ loq tur. GLA. Non p Iouem. SO. Oĩo igitur tales nihil uerũ esse nisi fabricatarũ rerum umbras arbitrarentur. GLA. Ita prorsus necesse ẽ. SO. Contra uero nũc aĩaduerte qualis foret eoꝝ a uinculis solutio ignorantiæq curatio. Nẽpe siquis eoꝝ solut ereť/cogereturq repente surgere/ collum uertere, ambulare/lumen ipsum aspicere: doleret ptinus: nec pp splẽdorẽ intueri posset illa/quoꝝ umbras añ cernebat. Tũc siqs illi dixerit/prius eũ spectasse nugas ĩ pñti aũt rebus ueris eẽ ppinquiorẽ uerius q inspicere: ac prætereũtium quẽq mostrans/qd sit quæsiuerit / nõne illũ uacillaturũ putas/ arbitraturũq/ueriora eẽ q̃ ante cernebat/q̃ quę nũc ostendunť? GLA. Multũ. SO. Et si coegerit eũ lumen aspicere: nõne dolore oculoꝝ affici ipsum putas? oculosq ad ea quæ facile prius uiderat/requere? certiora ipsa existimantẽ q̃ quæ subito offerunť. GLA. Ita nimirũ. SO. Si uero aliqs eundẽ p aspera atq ardua sursum traheret uiolenter/neq pmitteret qcq̃ aspicere ante q̃ ad solis lumẽ traxerit/nõne dolere ipsum & ægre ferre/dum raptareť/existimas? Et cũ ad lumen euectus fuerit/oculos splẽdore suffusum hærere: nihilq ex his posse conspicere quæ uera nunc ab hoĩbus existimanť.

Ante comprehensionẽ diui narũ opus esse cõsuetudine.

GLA. Nihil certe subito. SO. Consuetudine igiť primũ opus est/si supa inspecturus sit. Vmbrasq primũ facilius intuebiť. post hæc in aquis hoĩum cæteroruq imagines. Ipsa uero deinde/ postea q̃ in cœlo sunt & ipsum cœlũ nocte facilius cõtemplabitur/dũ astroꝝ & lunæ lumen spectabit q̃ si solem ipsum die solisq fulgorẽ intueať. GLA. Proculdubio. SO. Atq ita demũ solẽ ipsum suspiciet. neq iã in aqs & aliena in regione simulachra ipsius spectabit: sed ipsum secundũ se ipsum in se dep pria speculabiť: & qualis sit cognoscere poterit. GLA. Necesse est. SO. Animaduertet tãdẽ ipsum eẽ: qui tpa & annos tẽperat: qui oĩa regit q̃ sub cœlo sunt, q oĩum q̃ ante ab ipsis uisa sunt/ mõ quodam est auctor. GLA. Certũ est huc illũ hisce gradibus adsensurũ. SO. Quid si habitationẽ pristinam memoria repetat/& illoꝝ hoĩum sapientiã/atq uincula? an nõ censes eũ beatũ se loci mutatione existimaturũ/illos aũt miseraturũ? GLA. Et maxime qdẽ. SO. prætere a siqui honores ibi inuicẽ exhibebanť & laudes/dabanturq premia illi qui transeuntia quælibet acute cerneret / recordareturq maxĩe q̃ ex illis priora/quæ posteriora/quæ pariter pgredi soleant/atq ex his futura optime psagiret/hæc ne desideraturum ipsum putas? beatosq illos q apud eos honoranť & dominanť existi maturũ uel quod ait Homerus sibi cuperet euenire/in alieno.s.rure ex sortis alicuius serui mancipium

pium effici/& quolibet aliud ꝑpeti potius q̃ opinionibus illudi & in ea miseria degere. GLA. Arbi-
tror eũ quæcũq; alia potius q̃ uitã eiusmodi electurũ. SO. Si rursus hic descendat/eandẽq; sedem
quã antea nanciscatˀ/nõne cũ repente a sole discesserit/tenebris obfundetˀ? GLA. Vehemẽter. SO.
Ac si umbras illas discernere oporteat/deq; ipsis disceptare cũ illis qui ꝑpetuis uinculis pressi sunt
ꝓferendaq; sñia sit/eoipso in tpe/quo oculi ipsius allucinantˀ/ante q̃ acies expurgetˀ: quod quidẽ nõ
breui fiet/an nõ risum cõcitabit? eiq; ab oĩbus dedecori dabitˀ/quod postq̃ sursum ascendit/ corru-
ptis reuersus est oculis. diceturq; nunq̃ ad supera cõtendendũ esse/& eũ qui soluere tẽtet & sursum
ducere si deprehendatˀ/ꝓtinus occidendũ. Tota hęc imago o amice Glauco referenda est ad illa q̃
supradicta sunt. Carcer qdem is ad eam quę cernitˀ oculis/mundi machinam Lumen uero ignis in
specu/ad solis potentiã. Postremo si ascensum ad supera eorũq; cõspectum/rite ad eũ q ad intelligi
bilẽ regionẽ tendit ascẽsum rettuleris/ut ego qdẽ spero non aberrabis: postq̃ sñiam meã audire de
sideras. Deus aũt nouit an uera sit. Quę igrˀ mihi appent/huc tẽdũt. Nẽpe arbitror in ordine ipso
intelligibili/ boni ipsius ideã suppremã existere/uixq; uideri. si aũt uisa fuerit/asserẽdũ: eã oĩbꝰ oium
rectoꝝ atq; bonoꝝ cãm eẽ: cum ipsa in loco uisibili lumẽ creauerit/& luminis auctorẽ. In ipso uero
intelligibili regnet ipsa/ueritatẽq; & mẽtẽ ꝓtulerit. Quã nosse necesse sit oẽm qcũq; sana mẽte qcq̃
uel priuatim uel publice est acturus. GLA. Ita & ipse cogito utcũq; possum. SO. Age & hoc cõside
ra. neq; mireris/quod hi q huc descendũt/nolint humana tractare: sed ipsoꝝ mentis acies semper
ad supa dirigatˀ probabile quippe id est/siqdem superiorẽ imaginem sequitˀ. GLA. Probabile sane
SO. Quid aũt hoc? Mirandũ putas/siquis a diuinis spectaculis ad humana hæc mala prolapsus in-
eptior sit ad agendũ/rideaturq;: præsertim si ante q̃ præsentibus tenebris assuescat/ dum adhuc
titubat/cogatur in iudiciis uel alibi de iusti umbris aut statuis illis quarum umbrę hæ sunt/certare:
deq; iudiciis eoꝝ qui iustitiam ipsam nunq̃ uiderunt/disserere. GLA. Nullo modo mirandũ. SO.
Verum si mentem qs habuerit/recordabitˀ quod duobus modis & duabus ex causis turbari oculi
consueuerunt: tũ qñ ex lumine ad umbrã descendimus/tũ qñ ex tenebris in lucẽ ꝓdimus. Eodẽq;
modo affici aium arbitrabitˀ/quotiẽs turbatũ uiderit & ad aliqd cernendũ hebetiorẽ. Ideoq; haud
temere in risum ꝓrũpet: sed diligẽter ingret/utrũ a lucidiori uita descendẽs/nouis tenebris obrua
tur. uel ab insipiẽtia plurima ad fulgidũ spectaculũ surgens/sub corusco nimiũ splendore deficiat.
Et unius qdem affectũ probabit/uitãq; eius beatã fore censebit. Alterius miserabitˀ ac si forte ride-
re cœperit/haud tam inepte hunc ridebit/q̃ eũ qui a lumine superno deciderit. GLA. Cõsentaneũ
SO. Si hæc igitˀ uera sunt/ita de his cogitandũ est. Eruditionẽ non eẽ talem qualẽ aliq prædicant:
pollicentˀ enim aĩo scientiæ prorsus experti se sciam tradituros/quasi oculis cæcis uisum. GLA. ꝓ-
fitentˀ certe. SO. præsens aũt rõ nobis significat/uim quę est in aĩo cuiuscunq; ac instrumentũ/quo
res discere quisq; põt/perinde ac si oculum ĩpossibile eẽt aliter q̃ simul cũ toto corpore ad clarum
obiectum ex obscuro conuertere: ita cũ tota aĩa simul e generatione circũducere oportere usq; ad
id quod ens dicitˀ & ipsius clarissimũ possit speculando transcendere. hoc aũt ipsum bonũ esse dici
mus. GLA. Nempe. SO. ad hoc igitˀ ipsum eruditio cupetẽs/erit facultas quædã animi dirigẽdi:
ut ipsius oculus q̃ facillime & efficacissime conuertatˀ quæ huic oculo aciem uisumq; nõ dabit: sed
eum potius cum uisum qdẽ habeat: neq; tñ recte conuersus sit neq; quo decet aspiciat / conuertere
omni machinatione contendet. GLA. Ita uidetˀ. SO. Cæteri igitur quæ uirtutes aĩæ nuncupantˀ/ĩ
hoc uidentˀ uirtutibus corporis similes. Nam cũ natura nõ insint/paulatim consuetudine & exerci
tatione cõparari uidentˀ. Sapientia uero maxime oĩum. Diuinioris cuiusdam uirtus existit/qđ uim
qdem suam nunq̃ amittit: ab ipsa uero circũductione utile & conferens. ac inutile rursus noxiũq;
euadit. An nondum animaduertisti q̃ acute uidet celeriterq; discernit illoꝝ animula/qui licet mali
sint tñ sapientes habentur ea ad quæ conuersa est: tanq̃ aciem habeat nequaq̃ hebetem/sed praui-
tati seruire coacta sit. Atq; iccirco quo acutius inspicit/eo plura peragit mala. GLA. Omnino qdẽ
SO. Si ab hoc ingenio statim a pueritia amputentˀ quæ sunt generationis affinia ceu plumbea pon
dera/quæ comestionibus & huiusmodi uoluptatibus & libidinibus atq; delitiis inhærentia mentis
aciem ad inferiora detorquent: confestim expeditus eius intuitus/& ad ea quæ uera sunt conuer-
sus/ipse scilicet idẽ & in eisdem hominibus tam acute illa discernet q̃ hæc quibus in præsentia ẽ in-
tentus. GLA. probabile ẽ. SO. Quid istud? Nonne probabile ac necessariũ ex prædictis? Neq; ru-
des homines & ueritatis ignaros rem. p. sufficiẽter administrare/neq; eos qui semp in studiis litte-
raturum uersati sunt. Propterea quod illi quidem finem sibi certum non proposuerunt in uita: ad
quam respiciẽtes oportet omnia agere quæcũq; agant/& priuatim & publice. Hi autẽ haud sponte
tractabunt ciuilia. existimantes se etiam hac in uita a negociis humanis semotos/in beatorum in-
sulis habitare. GLA. Vera narras. SO. Nostrum igitur qui condidimus ciuitatem/erit officiũ/op
timas hominum naturas impellere ad eam quam supra diximus maximam disciplinam / bonũq;
cognoscendum adeo ut & sursum adscendant & postq̃ adscẽderint ac satis inspexerint/ ne ipsis qđ
nunc conceditur/permittamus. GLA. Quid istud? SO. Vt in eã uidelicet cõtemplatione perma-

Declaratio si-
militudis spe
cus & entiũ.

Virtutes con-
suetudine &
exercitatione
cõparantur.

De eo q̃ ma-
lus ẽ & sapiẽs
habetur q̃ co-
pula ꝑagit ma
la quo acuti-
us inspicit.

neant neq uelint rursus ad homines istos carcere clausos huc descendere/neq laborum istorũ honorumq siue uiliores fuerint seu praeciosiores/esse participes. GLA. An ipsis iniuriam inferemus cogemusq eos deteriorem uitam subire/cum frui meliore possint? SO. Oblitus o amice hoc legi curae non esse/ut unum quidam genus in ciuitate in primis sit beatum/sed ut tota ciuitas. Profecto ad hoc ciues ipsos persuasione & impulsione conciliat. Facitq ut mutuo se se adiuuent / cõmuneq pro uiribus utilitatem colant. Nempe lex ciuili cetu homines congregat: non ut permittat unum quemq quo lubet ferri/sed ut ipsis ad copulam ciuitatis utatur. GLA. Vera loqueris. Id me fugerat. SO. Considera itaq Glauco quemadmodũ philosophos qui apud nos reperiuntur iniuria nulla afficiemus. Sed cum cogemus eos aliorum curam gerere/iure in hũc modum dicemus. Quod uidelicet/quicũq in aliis ciuitatibus philosophi reperiuntur/ob hanc causam merito administrandae rei.p. labores refugiunt/ quia in qualibet ciuitate ipsi per se nascuntur/re.p. non curante. par autem est ut quod per se nascitur/cũ nulli pro alimentis acceptis sit obnoxium nulli exhibeat nutrimenti mercedem. Nos aũt uos tam uobismet q̃ reliquis ciuibus tãq in apum examine duces ac reges creauimus: melius perfectiusq q̃ caeteri eruditos: aptioresq ad utrãq curam suscipiendã. Descendere ergo uicissim debetis singuli in aliorum hoĩum cetũ/& ad obscura inspicienda assuefieri. Nam cum assuefacti fueritis/multo acutius illa cernetis q̃ qui in eis quottidie obuersantur/& quaelibet simulachra quae & quorũ sint agnoscetis. quia reuera noueritis/que honesta/iusta/bonaue sint. Atq ita nobis una ac uobis ciuitas quasi uigilantibus recteq sentientibus coletur: nõ tanq̃ somniantibus quemadmodum nunc plurimae habitantur/ab his uidelicet/qui de umbris inter se decertãt: deq principatu tanq̃ maximo bono contendũt ueritas aũt ita se habet. Ciuitas profecto: in qua ciues ad expetendos magistratus minime ambitiosi sunt optime & procul a seditionibus permanet. Contra uero/q̃ aliter affectos habet ciues. GLA. Sic est prorsus. SO. An renuẽt monitus nostros alũni? cum haec audiuerint? nolentq uicissim singuli ciuitatis administrationẽ suscipere? sed in cõtemplationis ocio diutius cõmorabuntur? GLA. Minime. Nam iusta uiris iustis pręcipiemus. Sed oĩo tanq̃ ad rem necessariã ad magistratũ accedet eorum quisq/contra ac illi qui nunc in singulis ciuitatibus dominanẽ. SO. Nempe sic se res habet o amice. Si uitam inueneris eorũ qui magistratibus praefuturi sunt/ipsis magistratibus meliorẽ/tunc primũ tibi optime instituta ciuitas elucebit. In ea siquidem sola uere diuites dominabunẽ/non auri dico: sed cuius oportet uirum beatum / diuitem esse/uitae probae atq prudentis. Si naũt inopes/bonisq ppriis uacui ad publica aduentauerint/ bona illic rapere cupientes/ciuitas illa felix esse nõ poterit. Nam ubi de principatu contendiẽ cũ proprium hoc sit & intestinum bellum/tum eos qui ita pugnant tum reliquam ciuitatẽ perdit. GLA. Vera narras. SO. habes aliquos qui ciuiles honores spernant/praeter ueros philosophos? GLAV. Non per Iouem. SO. At.n. magistratus dãdi sunt hoĩbus imperiĩ minime cupidis. alioquin simultas inter aemulos orietur. GLA. Certe. SO. quos nã igitur alios ad custodiam ciuitatis induces/pter eos qui optime haec intelligunt/p quae rite ciuitas colitur? habentq & honores alios & uitã ciuili praestantiorẽ. GLA. Nullos equidẽ alios. SO. Vis ergo nunc inquiramus/quo pacto tales in ciuitate uiri euadant? & qua rõne eos aliquis in lumẽ educat? queãdmodũ ab inferis ad deos ascendisse aliqui memoranẽ. GLA. Quid ni uelim? SO. Hęc ut uideẽ/non erit testae reuolutio/sed aiae circũductio a nocturno quodã die ad eius qđ uere est cõtẽplationẽ. Quẽ qdẽ adscensum ueram phiam eẽ dicemus. GLA. Oĩo. SO. An nõ inuestigãdũ est q̃ disciplina. potissimũ/hanc hẽat facultatẽ? GLA. Quid ni? SO. Quę nã igiẽ erit o Glauco disciplina: p quã aĩus ex his q̃ fluũt ad ea q̃ uere sunt/ reducaẽ? Hoc aũt dũ loquor excogito. Quippe nõ athletas eos belli eẽ diximus sed necessariũ dũ iuuenes sunt/tales eẽ. GLA. Diximus plane. SO. Oportet ergo hanc pręterea supiori addere disciplinã quã quaerimus. GLA. Quã potissimũ? SO. Quae. s. Non inutilis sit bellicosis hoĩbus. GLA. Oportet sane/siqdem est possibile. SO. Gymnastica porro & musica in supioribus a nobis sunt eruditi. GLA. Ita prorsus est actũ. SO. Gymnastica qdẽ circa id quod augescit & deficit/uersari uideẽ. Nam incrementũ corpis & decrementũ cõsiderat. GLA. Apparet. SO. Haec ergo nõ erit ea quã quaerimus disciplina. GLA. Nõ. SO. An forte genus illud musicae/qđ supra narrauimus? GLA. At erat illa qdem si tenes memoria pportione quadã gymnasticae conrespondẽs: cõsuetudine moribusq custodes erudiẽs/prebensq secundũ harmoniã/cõpositionem & concinnitatem quadam potius q̃ sciam. & secundũ rhythmum modulationẽ numerosamq decentiã. Quin etiã in oratione alia quędã generis eiusdẽ cõtinet. tã quo ad fabulosos sermones q̃ quo ad ueros. Cognitio uero talis cuiusdã boni quale tu nũc inuestigas in ea nulla prorsus existit. SO. Diligẽter admodũ me cõmonuisti. Nã reuera tale nihil hẽ cõperta est. Caeterũ o beate Glauco que nã talis erit facultas? Etenim artes mechanicae liberalesq oẽs esse quodãmodo uisae sunt. GLA. Quid ni? SO. At uero quae nam alia praeterea restat doctrina a Musica & Gymnastica artibusq diuersa? Age itaq si nihil ab his seorsum accipere possumus/aliquid saltem ex iis quae per omnia discurrũt/accipiamus. GLA. Quid nã? SO. cõmune scilicet illud quo oẽs utũtur artes/cogitationes: atq sciae. quod cuiq in primis necessario est discendũ.

Gymnastica incremẽtum & decremẽtum corporis considerat.

Reiicitur Musica ab arte administrãdi rem.p.

Mechanicae oẽs illiberales.

est discendum. GLA. Quale istud? SO. Leue hoc & puerile/cognoscere. s. unum/duo/tria/qđ summatim numerũ & computationẽ uoco. At nõ ita natura comparatũ est/ut oĩs ats atq; sciẽtia cogatur hoꝝ particeps fieri? GLA. Et maxime quidem. SO. Nõne res bellica etiã? GLA. Necessariũ est oĩno. SO. Ridiculum ducẽ Palamedes Agamẽnonẽ fuisse passim in tragœdiis ostendit. An ignoras quod se ꝓfitet numeri inuẽtorẽ/asseritq; apud Troiam belli acies ordinasse. Nauesq; & reliqua oĩa numerasse/quasi hoꝝ numerus ante fuisset incognitus/& Agamẽnon ut uidet neq; quot pedes haberet/agnouerit/siquidẽ erat cõputatiõis ignarus. Qualẽ itaq; tunc fuisse ducẽ existimas? GLA. Absurdũ eqdem/si uera hęc erant. SO. Necessariã ergo numeroꝝ cognitionẽ militi esse dicemus/ ut & numerare & cõputare ualeat. GLA. Maxime oĩum/ si modo ad ordinãdas acies oĩno rudis eẽ nõ debet. Immo uero si homo futurus est. SO. An tibi in hac disciplina qđ mihi uenit in mentem? GLA. Quid. SO. Videt natura ex eoꝝ numero eẽ/quę ad intelligentiã hoĩes eleuãt/qualia nos per quirimus. Cũq; talis sit ut oĩo mentẽ ad essentiã attollere possit/ nemo ut decet hac uti cognitõe uidet. GLA. Qua rõne id ais? SO. Conabor equidẽ sensum meũ exprimere. Aĩaduerte obsecro quẽadmodũ mecũ ipse genera rerũ ita distinguo/ut quędã ad intelligẽtiã ducãt qualia nos dicimus q̃dam minime: & quę dicã cõfirma/uel nega: ut clarius dinoscamus/ an hoc tale sit / quale uaticinor. GLA. Ostẽde iam. SO. Ecce ostẽdo: si mõ res q̃ sensus mouent uides ptĩ tales esse ut ad cõsiderãdũ intelligẽtiã minime ꝓuocẽt: utpote quę sufficiẽter sunt a sensibus iudicatę/partim tales ut ꝓuocẽt/ quasi sensus in eis nihil sincere diiudicet. GLA. Quę ꝓcul admodũ ꝓspiciunt dicis: & q̃ quodãmõ adumbrata sunt. SO. Haud satis q̃ nã dixerim cõiecisti. GLA. Quę nã igit? SO. Ea porro dico mẽtem minime ꝓuocare/quęcũq; in cõtrariũ simul sensum nõ incidũt. Quę uero subincidũt in contrariũ/ꝓuocare/postq̃ sensus nõ hoc magis q̃ cõtrariũ monstrat/siue eminus seu cominus intueat. Sic aũt qđ dico/magis tibi patebit: hos utiq; tres esse digitos dicimus/pollicẽ/indicẽ ac medium. GLA. Plane. SO. Ita me loq existimato/quasi ꝓxime uideant. Atq; id ĩ ipsis cõsidera. GLA. Quid? SO. Digitus qdẽ esse similiter qsq; eoꝝ appet/atq; ad hoc nihil interest/siue medius offerat/siue postremus. Albus seu niger/ pinguis an tenuis: & quicqd generis eiusdẽ. In oĩbus siqdem huiuscemodi nõ cogit animus intelligẽtiã ad disceptãdum ꝓuocare/ qd e multis sit digitis. Neq; enim sensus ei simul significauit digitũ cõtrariũ esse q̃ digitũ. GLA. Non certe. SO. Merito igit qđ tale est/ mẽtem nec mouebit nec excitabit. GLA. Merito. SO. Ipsoꝝ uero magnitudinẽ & paruitatẽ nunquid aspectus satis cernit? Nihilq; ad eũ refert/siue in medio quadã illoꝝ iacent/siue in extremis? Eodẽq; modo pingue/tenue/uel mollitiem & duritiẽ tactus ipse. Atqui & alii sensus nunquid non imperfecte talia quędam declarant? Vel sic agit eoꝝ quisq;? Nam primũ qdem sensus qui ad durũ attinet/ cogitur & ad molle ꝑtingere: animoq; ita renunciat quasi idẽ & molle & durũ eẽ senserit. GLA. Ita certe. SO. An nõ necessariũ est in rebus huiusmodi animũ dubitare/ quid significet duri hic sensus/ siquidẽ idem molle insup asserit. Itẽ sensus ipsius grauis & leuis/quid graue & leue / si leue graue eẽ/ & graue leue significat. GLA. Absurde ꝑfecto hę ad animũ interpr̃etationes deueniunt & consideratione indigent. SO. Merito igitur in his rebus primo quidem animus nititur rationẽ & intelligẽtiam ꝓuocans considerare/nunqd unum/aut duo sint singula quę nunciantur. GLA. Cur nõ? SO. Nõne si duo apparent/alterũ & unum apparet utrũq;? GLA. Ita. SO. Si ergo unum utrũq; / ambo aũt duo/separata duo intelliget animus. Nam si indistincta/ꝑcœperit: non duo / sed unũ intelliget. GLA. Recte. SO. Magnũ quidẽ & paruũ/ aspectum uidere dicimus/non discretũ aliqd/ sed confusum/an non? GLA. Plane. SO. Propter huius aũt declarationẽ/magnũ rursus & paruũ intelligẽtia cogitur intueri: nõ confusa/sed distincta potius cõtra ac sensus. GLA. Vera loquęris. SO. Hinc ad sciscitãdum ꝓtinus incitamur/ qd magnũ sit/qd paruũ. GLA. Maxime uero. SO. atq; ita aliud qdẽ intelligibile/uisibile aliud nuncupauimus. GLA. Scite admodũ. SO. Hęc sunt quę nuper differere aggressus sum: quod uidelicet quędã animũ ad intelligentiã erigunt: quędã minime: quodue ea erigunt/quę in sensus una cũ suis cõtrariis incidũt: quę uero nõ ita/ mentẽ nõ suscitãt. GLA. Intelligo iam: atq; ita mihi uidet. SO. Quid uero numerus & unum? Vtro in genere tibi esse uident. GLA. Haud intelligo. SO. at ex supradictis aĩaduerte: si enim sufficiẽter ipsum secũdum seipsum inspicit aut alio quopiã sensu unũ cõprehendit/haud quaq̃ ad essentiã mentẽ deducit: queadmodum de digito diximus autẽ aliqd semꝑ cõtrariũ illi simul suboritur/adeo ut nihil magis unũ q̃ cõtrarium uideatur/iudicis discretione iam indiget: cogiturq; in ea animus dubitare atq; perquirere: & mouẽs in seipso intelligentiam sciscitari/ quid nam unum ipsum est? Atq; hoc pacto unius consideratio ex eorum numero erit/quę attollunt animũ cõuertuntq; ad eius quod uere est / contẽplationẽ. GLA. at enim tale nõ nihil habet unius inspectio. Simul nãq; ipsum ut unum cernimus/ & ut multitudinẽ infinitam? SO. Si unum/id patitur/idem omnis numerus patietur. GLA. Absq; dubio. SO. Enim uero computandi & numerandi scientia omnis circa numerum. GLA. Maxime. SO. Hæc autẽ ad ueritatem conferre uidentur. GLA. Mirum immodum. SO. Hęc itaq; disciplina ex earum genere erit quas quęrimus/militi quidẽ cognitu maxime necessaria ad acies ordinãdas/philosopho autem

Vt arithmetica & cõputatoria sit necessaria.

ut e fluctibus generationis emergat/essentiāq; attingat: sine qua disciplina cōputare raciocinariq; non poterunt. GLA. Est ita. SO. Custos autem noster & miles est & philosophus. GLA. Nempe. SO. Conueniens utiq; institutio erit o Glauco: persuadere illis qui ciuitatis muneribus functuri sunt: ut se ad computandi scientiam conferant. Neq; rudes adhuc inde discendāt/sed persequātur quoad ipsa mente ad numerorū naturam contēplandam/perueniant neq; uendendi emēdiq; gratia/ tanq̄ mercatores uel caupones/sed ut ad bellum instructi sint: facileq; animū a generatiōe ad ueritatem essentiāq; conuertant. GLA. Pręclare loquęris. SO. Atqui his ita de ratiocinandi disciplina dictis equidē mecū ipse cogito q̄ numerorū cognitio decora sit utilisq; nobis passim ad id quod uolumus/siquis eam cognoscendi/non cauponādi gratia sequit. GLA. Qua ratione? SO. Hoc ipsum inquā/quod modo diximus qđ uidelicet uehementer subleuat animū/ deq; ipsis numeris disserere cogit/nullo modo admittentē/siquis disputādo pro numeris corpora quę & uident & attrectātur induxerit. Nosti enim queadmodum q in his periti sunt/ quotiens aliqs ipsum unum uerbis partiri nititur/subrident primus/ neq; hoc tolerant. Verum si tu secas/ipsi multiplicant: cauentes ne qñ ipsum unum non unū appareat/sed particulę plurimę. GLA. Vera loquęris. SO. Siqs eos ita pcōtetur o mirifici uiri/de qbus numeris disputatis? quibus unū tale inest/quale uos traditis/ ęquale.s. unūquodq;/omne penitus omni/neq; minimo quo uis discrepans/ partē tamē nullam cōtinens in seipso? Quid eos ad hęc o Glauco existimas respōsuros? GLA. Reor equidē rñsuros illos de ipsis se numeris loqui qui excogitari dūtaxat possunt aliter aūt attrectari nequaq̄. SO. Cernis igit o amice hanc reuera peritiā huius disciplinę nobis necessariā esse? quādo qdem ut apparet animū ad hoc inducit/ut ipsa intelligētia utatur: ad ueritatē ipsam pcipiēdam. GLA. Vehemēter id efficit. SO. An & hoc aduertisti? qđ hoīes natura arithmetrici ad oēs doctrinas ut ita dixerim acuti uident? Quin etiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint/si nullam utilitatē aliam susceperit/tamē hoc assecuntur? ut acutiores q̄ antea sint. GLA. Sic est. SO. Sed enim haud facile multa reperies ut existimo quę maiori cū difficultate q̄ ista discantur. GLA. Non pfecto. SO. Propter omnes quas adduximus rationes/haud quaq̄ negligenda hęc sunt/sed in his pcipue erudiendi qui optimis sunt naturis. GLA. Assentior equidem. SO. Hoc itaq; nobis ita positum sit: post hac quod huic proximū est consideremus: nunquid nobis cōducat. GLA. Quid istud? num Geometriā dicis? SO. Hāc ipsam. GLA. Quatenus enim ad belli causa rem confert/ eatenus certe nobis conuenit. Nam ad castra ponēda/regionē occupādam/colligendas turmas/uel etiā spargēdas/& ad cętera machinamēta qbus circa acies/uel in obsidione/uel itinere uti solent/ per multū interest / geometricus ne aliqs sit an non. SO. Ad hęc utiq; exigua quędā Geometricę Arithmeticęq; particula sufficit. Inquirendum est aūt/utrū diuturnius studiū uberiorq; pceptio/conferat ad ideā boni facile dinoscendā/cōferunt uero ad hoc oīa/quę animū illuc cōuertunt/ubi est essentię beatissimū: Quod ipsi est penitus cognoscendū. GLA. Recte. SO. Ergo si essentiā intueri Geometrię studiū cōgit / cōuenit quidem/ sin aūt generationē/nō conuenit. GLA. Ita dicimus. SO. Profecto nobis hoc nō negabunt quicūq; uel paulum qd Geometrię gustarūt/ quin hæc sciētia/cōtra oīo se habeat q̄ de ea loquātur/ q in ipsa uersant. GLA. Quonā pacto. SO. Quippe ridiculę admodū & q̄si coacti sępe loquūt. Nā uelut agētes & actiōis gratia uerba faciūt/dum & quadrare aiunt/& pducere atq; addere / cęteraq; similiter. Doctrina uero hęc oīs cognitionis gratia quęritur. GLA. Sic est oīo. SO. An nō id quoq; nobis est concedendū? GLA. Quid. SO. Quod quęrit cognoscendi illius gratia/qđ semp est / nō eius quod & oritur quādoq; & interit. GLA. Concedendum plane. Nam Geometria/eius qd est semp/ cognitio est. SO. Attollet igitur o generose uir ad ueritatē animū/atq; ita ad philosophādū pparabit cogitationē/ut ad supera cōuertamus quę nūc cōtra q̄ dictū/ad inferiora deicimus. GLA. Quā maxime fieri pōt. SO. Quā maxime igit pcipiēdum ē / ut qui pclarissimā hāc habitāt ciuitatē nullo mō geometriā spernāt/nam & quę pter ipsius ppositū quodāmō esse uident: haud exigua sunt. GLA. Qualia? SO. Quę tu circa rem bellicā cōmemorabas. Scimus quinetiā ad disciplinas oēs facilius pdiscendas interesse oīno/ attigerit ne geometriā aliqs an non. GLA. Prorsus. SO. Hanc ergo doctrinam secūdo loco discēdam iuuenibus statuamus. GLA. Statuamus. SO. An tertio in loco ponemus astronomiā? Quid censes. GLA. Ponēdam equidem/ nam mutationes opportunitatesq; tēporum præsentire/nō minus rei militari q̄ agriculture nauigatōiq; cōuenit. SO. Quam dulcis ures. Nempe uereri uideris/ne multi te putent inutiles disciplinas inducere. Est autem nō leue istud sed difficile admodū psuadere/qđ ex huiusmodi disciplinis strumētū quoddā cuiusq; animi expurgat/ reuiuiscitq; qđ ante ex aliis studiis infectū obcęcatūq; fuerat. Cū potius id seruādū sit q̄ oculorū corporis decē milia. Solo.n. hoc inspicit ueritas. Eis ergo q idē hoc sentiūt/ mirū imodū bñ loq uideberis. Qui aūt id nunq̄ excogitarunt merito nihil te dicere arbitrabunt. aliā.n. ab ipsis utilitatem ęstimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu uideris utris potissimū disseras. An forte cum neutris: uerum tui gratia maxime uerba facis/neq; tñ ulla detineris inuidia: siqs aliquam ex his utilitatem suscipiat. GLA. Hoc potius eligo: mei.s. gratia in primis īterrogādo & rñdēdo disserere. SO.

Retrocede

Secare unū ē multiplicare

Hoīes natura arithmetici ad oēs doctrinas sūt acuti.

De Geometria an utilis sit.

Quo pacto adiuuet Geometria ad philosophādū.

Retrocede:nam nūc haud recte quod Geometrię succedit accepim⁹.GLA.Quare.SO.Quia
postplanum/stati m solidum illud quod circunfert accepimus anteq̄ ipsum ſm seipsum compre
henderemus.Decet autem statim post augmentum/secundum tertium capere: est autem hoc cir
ca cuborum augmentum atq; id quod profunditatis est particeps.GLA.Est certe: sed hęc o So
crates nōdum reperta uidentur.SO.Huius duę sunt causę/qđ uidelicet nulla in ciuitate hęc hono
rant/& cū inuētu difficilia sint/haud ardēter quęrunt.Et qui ista ꝑquirūt/duce indigēt/sine quo mi
nime reperirēt.Quē esse primo difficile est/deinde etiā si esset/dūtamē ita se habēt ut nūc q hęc ida
gant fastu elati/nequaq̄ parerēt.Sinaūt ciuitas tota huic opi p̄sideat/honorifice hęc ducēs/& huic
obtemꝑabunt q̄dem & hęc sedulo studioseq; discussa/clarius emicabūt.Quippe etiā nunc quāq̄ &
uulgus hęc cōtēnit & ꝓhibet/& qui hęc ꝑscrutant/qua rōne utilia sint ignorāt/tñ ui gr̄ę cuiusdam
uigēt.Neq; mirū si hęc ita apparuerint.GLA.Nempe qđ gratū est/id p̄cipuū/sed mihi aptius quę
nūc dicebas explana.Studiū/qđ circa planū uersat Geometriā uocabas.SO.Equidē.GLA.Post
Geometriā cōtinuo Astronomiā ponebas.Sed paulopost retro rettulisti pedē.SO.Enimuero quo
magis ꝑpero eo ꝑuenio serior.Nam cū mox illi succederet facultas illa quę de augmēto in ꝑfundū
agit/quia ridiculosa eius habet inuestigatio/eam transgressus/post Geometriā/Astronomiam ꝑti
nus attigi/quę in ꝑfundi ipsius agitatione cōsistit.GLA.Probe loqueris.SO.Ergo quarto in loco
ponamus Astronomiā: tanq̄ adsit ea facultas quæ nunc fuerat p̄termissa/si modo in ciuitate susci
piatur.GLA.Sic decet.Atq; eam Astronomię laudationē o Socrates/in qua tu me interpellasti q̄si
importunius ipsam extollerē/ex tuo ꝑgressu nunc ꝑsequor.Nam cuiq; patere existimo hanc animi
oculos ad supiora dirigere/& hīc illuc ipsum ꝑducere.SO.Forte hoc oībus p̄terq̄ mihi ꝑspicuū.
Quoniā mihi quidem non ita uidetur.GLA.At quonam modo?SO.Porro ut nūc eā tractant/q
philosophię ipsam lungūt/ad inferiora deiicere animi oculos mihi uidet.GLA.Qua rōne id ais?
SO.Non ingenerose mihi uideris tecum ipse supnoꝝ intelligentiā definire.Cōstat enim ꝙ siquis
laquęaria uariis coloribus depicta suscipiēs quicq̄ ꝑceperit/eū non oculis intueri sed intelligere ar
bitraberis.Ac forte recte sentis/ego aūt inepte.Reor equidē nullam aliam disciplinā ad supnā in
spectionē animū excitare/nisi eam quę circa essentiā & id qđ uideri non p̄ot uersat.Quod siqs sur
sum inhians nunq̄ cōuersus deorsum sensibile aliqd ꝑcipere studet/discere ipsum nequaq̄ assero:
scientiā enim adipisci hūc nego.Et eius aīum nō sursum sed deorsum aspicere censeo: etiā si resupi
nus in terrę littore uel maris ęquore iacens/quicq̄ perceperit.GLA.Haud iniuria me corripuisti.
Verū quę ratio discendę astronomię p̄ter eam quā isti sequūtur/si hęc nobis ꝑceptio sit ad ea q̄ di
cimus ꝓfutura.SO.Hęc utiq;.Existimādum est has quę in cœlo sunt uarietates/postq̄ in loco uisi
bili sunt/si ad cęteras eiusmodi cōparentur/optime integerrimeq; dispositas:sinaūt ad ueras/lōge
deficere.Veras inquā uarietates & motiones/q̄bus ipsa quę uere est uelocitas/& ipsa quę uere ē tar
ditas in uero numero/uerisq; figuris omnibus & inuicem feruntur: & quæ insunt/ferunt.Quę qui
dem omnia ratione & cogitatione comprehendi possunt/uisu uero nequaq̄.Quid censes?GLA.
Idem prorsus.SO.Nōne igitur cœlestium uarietate utendum est uelut exemplo quodam ad sup
narum rerum cōtemplationem?perinde ac siquis uideat figuras a Dędalo uel alio artifice uel picto
re pręcipue compositas & elaboratas.Nempe si esset is qui eas uidet in Geometria peritus artifi
cium ipsum laudaret:ridiculum tamen esse censeret siquis attentius talia consideraret/tanq̄ ad ip
sis ueritatem/ęqualium/uel duplorum/uel alicuius proportiōis alterius reperturus.GLA.Cur nō
absurdum id uideatur?SO.Idem quoq; facturum putare debemus/uerum astronomū/quādo mo
tus syderum intuebitur arbitraturum scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est/q̄ pul
cherrime ab ipso cœli conditore & cœlum ipsum & quæ in eo sunt/fabricata: absurdum tamē exi
stimaturum siquis noctis ad diem comparationē horumq; ad mensem/mensisq; ad annum & alio
rum astrorum inuicem & ad ista semper similiter fieri censeat neue unq̄ quoquo modo mutare te
norēm/cum & corpus habeant & uideantur quęratq; in his omni studio ueritatē.GLA.Mihi cer
te in pręsentia te audienti idem uidetur.SO.Itaq; propositiōibus utemur ut in Geomeria ita & in
ipsa Astronomia & quę in cœlo sunt/dimittemus/si modo ita percepturi sumus Astronomiam/ut
quod in nobis sapientię compos natura existit/utile ex inutili efficiatur.GLA.Quā multiplicē pre
cipis operam ad eam quę nunc Astronomię datur?SO.Arbitror autē & alia nos p̄cipere eodē mō
debere/siqua ex nobis tanq̄ legū conditoribus sit utilitas ꝑuentura.At quā nunc ex conueniētibus
disciplinis cōmemorabis?GLA.Nullam ad presens habeo/quā cōmemorē.SO.Attamē non unā
tantū/sed plures species/motus prębet.Omnes q̄dem quisqs sapiens fuerit/depromere poterit.
Quę uero nobis occurrunt/duę sunt.GLA.Quales?SO.Vna quędam Astronomię consimilis
iuxta illam per comparationem cōuersionemq; apposita.GLA.Qualis inquam.SO.Quēadmo
dum ad Astronomiam oculi/sic ad harmonicum motum uidentur aures fabricatę.Vnde & hę in
uicem esse germanę scientię ut & Pythagorei putant/& nos o Glauco assentimur?Vel quidnā age
mus?GLA.Ita prorsus.SO.Nonne/postquā grande hoc opus/eos percōtabimur/quo pacto de

Vide ut tpe Socratis non erat mathematice pars quę de corporibus.

In agitatōe ꝑfundi.i.corporis cōsistit Astronomia.

Contēplationes Astronomicę: quę ad philosophiā cōferūt nō de sensibilibus sunt.

ipsis loquutur/& nūquid aliud prᴇter ista: nos aūt ad hęc omnia nostrum illud seruabimus.GLA. Quid?SO.Nequādo dent operam ut nostros alūnos quicq̄ ex his minus pfectum doceant q̄d nō illuc tendat semp quo pficisci oīa debent.Quēadmodum nuper de Astronomia narrauimus. An ignoras q̄d circa harmoniā tale aliqd agūt.Nam dum cōcentus & tonos qui pcipiunt auribus metiunt & cōparant/ irrito labore quēadmodū astronomi tēpus cōterūt.GLA.Per deos ridicule admodum crebriores quasdā uocum cōgestiones inducūt/& aures adhibent cōparātq; uelut uicinio re loco uocē ipsam uenātes.Atq; eoꝝ alii dicunt in medio adhuc sonitū aliquē se audire/minimūq; esse interuallum hoc/quo metiri quis debeat.Alii uero ambigunt / quasi sonus iam similis audiat. Et utriq; aures menti pponunt.SO.Tu uero utiles ne eos musicos uocas / qui chordas iugiter uexant examinātq; & clauiculis tum intēdendo/tum remittēdo pulsatiōes cōtorquēt. Sed ne longius hęc puehaᵗ similitudo circa plectri accusationēq; & negationē ac elationē chordarū imagini iam huic finē impono.Neq; his dicēdum assero/sed illis quos diximus modo de harmonia interrogandos.Nam idem faciunt q̄d & illi qui in Astronomia uersantur. Nempe numeros eos sectātur qui in cōcentibus ad aures ptinentibus insunt.Sed ad inuestigādum inde nō trāseunt qui cōsonātes numeri sint/qui non/& quā ob cām utriq; sint tales.GLA.Rem egregiā narras.SO. Adde & utilē ad boni ipsius pulchriq; indaginem:quæ si aliter quęratur/fit prsus inutilis.GLA.Probabile istud qdem.SO.Arbitror autem supradictoꝝ omniū tractationē/si mutuam ipsoꝝ cōmunionē cognitionemq; attigerit/inuestigaueritq; qua secum ista inuicem ratione cohęrent/ad ea quæ expetimus cō ducturam:neq; frustra in his homines sed utiliter admodum uersaturos:inutiliter autem / si aliter actum fuerit.GLA.Atqui & ego ita uaticinor:sed magnū est quod iubes o Socrates.SO.De phœmio istud/an de alio quodam inquis? An ignoramus hæc omnia eē ipsius phœmia legis/ quā discere decet.Nondū enim hoīes in his rebus piti esse dialectici.i.ad differēdum idonei tibi uidentur. GLA.Non p Iouē nisi ppauci qdam oīum quos unq̄ cognouerim.SO. At enim nisi qs & accipere possit & reddere rōnem nunq̄ sciet quicq̄ eoꝝ quę eē dicimꝰ cognoscēda.GLA.Nunq̄ prsus.SO. Nōne hęc iam lex est o Glauco qui pdifferēdi artē ostendiᵗ/quā rursus intelligibilē / ea uis imitatur aspectus/quā supra diximus ad ipsa iam aīalia sese cōuertere/& ad stellas:& ad ipsum deniq; solem? Haud secus cū qs ad dialecticā artem.s.differēdi se cōfert absq; sensibus/rōe dūtaxat / ad ipsum q̄d est quodlibet nitiᵗ/ qui si non destiterit/ priusq̄ ipsum q̄d est bonū intelligētia ipsa pcepit/tūc demū ad finē intelligibilis ipsius ita puenit/ ut ille alter aduisibilis finē ascēdit.GLA.Omnino sic accidit. SO.Nōne dialecticā hanc pgressionem uocas?GLA.Quid phibet?SO. Atqui quēadmodum solutio illa a uinculis cōuersioq; ab umbris ad simulachra ac lumē & ex antro ad solis lumē exitꝰ/ ibiq; aīalium & plantarū inspectio/ solisq; & sydérum in aqua ppter imbecillitatē oculoꝝ intuitus ipsum q̄d in corporibus est clarissimū ad id cōuertunt/q̄d est in corporali & uisibili regione oīum fulgentissimū.Ita oīum supradictarū artiū studium deducit animū p umbras non simulachroꝝ sed eorū potius quę uere sunt/iudicareq; eas efficit apparētes ad aliud quoddā lumē tanq̄ ad solem/habetq; uim quādam ad extollendi id quod est in aīo pstantissimū ad cōtemplationē eius q̄d in ordine reꝝ est optimū.GLA.Equidē sic accipio quāq̄ mihi talia hæc esse uideᵗ/ut neq; facile admitti possint/ neq; facile reiici.Verūtamē cum nō in pñtia solum audiēda/sed deinceps sępius repetēda sint / his ita positis ut nunc traditū est/ad ipsum iam legē deueniamus / atq; ita eam pcurramus ut phœmiū nup transegimus.Quare dic amabo quis potētię differendi modus?& quas in spēs distribuitur / & quę sint/hę nāq; sunt ut uideᵗ/quę illuc pducunt/quo qsqs puenerit illinc demū tanq̄ in itineris termino requiescet.SO.Nōdum o amice Glauco assequi poteris:pfecto quātum in me est nihil tibi deerit studii/quo uoti cōpos efficiaris.Neq; imaginē amplius eius:quo de agimus/sed rem ipsam ueram qualis mihi uideᵗ/aspicies.Verū aūt reuera talis sit/nec ne/haud quāq̄ affirmare decet. Sed illud dūtaxat asseuerādum q̄d tale aliqd est cognoscendū/ nōne?GLA.Nihil phibet.SO. Quinetiā & istud/q̄d sola differendi facultas homini in his quę diximus erudito id ostēdet. Aliter uero cognosci penitus impossibile.GLA.Hoc quoq; asseuerādum.SO. Nemo aūt aduersabitur nobis dicētibus q̄d differendi facultas dūtaxat conatur ordine certo circa unūquodq; quid ipsum sit inuenire. Siquidem cętere artes/aut ad opiniones hoīum cupiditatesq; respiciunt/ uel ad generationes compositiones/uel ad culturam eoꝝ quæ generātur & cōponunᵗ.Reliqui uero quas diximus uerarum rerū quoquo modo participes eē/geometria.s.eiusq; comites / circa ipsam essentiam quodāmodo somniant/ sincere aūt quicq̄ ab illis cernere impossibile est quousq; suppositionibus hęrēt/ easq; ratas & imobiles adeo seruant/ut illarum rationē reddere nequeant.Nam ubi principiū quidem ponitur id q̄d est ignotū/ finis autē & media ex ignoto tracta inuicem cōnectuntur/ inde collectā assertionem quonam pacto scientiā noīabimus?GLA.Nullo.SO.Dialectica uero sola sublatis suppositionibus oībus ad ipsum principiū confirmandum pgit.Ac reuera animi oculum cęno barbarico obrutū/paulatim sursum trahit ac ducit tanq̄ adiutricibus:ac ministris qbusdā utēs his artibꝰ quas narrauimus.Eas porro nos sępe sciētias ppter cōsuetudinē noīauimus.Indigent aūt alio noīe clariore

Vt studiū pdictaꝝ artiū cōferat ad cōtēplandā essentiam.

De rōne differendi.

Cuius artis sit diffinire.

Quod reliq artes nō attingūt essentiā.

riore quidem q̃ sit opinio/obscuriore uero q̃ scientia. Cogitationē certe nos in superioribus earum notionē cognominauimus. Neq; tamē est de nomine cōtrouersia inter eos quibus de rebus tantis quātis nobis ad pñs ē disceptatio. GLA. Non certe. nam solam exigit ad rerum habitū interni cōceptus expressionē. SO. Placet igitur queadmodum supra/primā portionē uocare sciam. Secūdam cogitationē. Tertiā fidem: postremā imaginationē uel assimilationē. Et ambo illa simul intelligentiā/ hæc aūt ambo simul opinionē. Et opinionē quidē circa generationē: intelligētiā uero circa essentiā esse. Quod aūt est ad generationē essentia/id ad opinionē intelligentia. Quodue intelligentia est ad opinionē/id & ad fidem scientia: & ad imaginationē deniq; cogitatio. Comparationē uero illo℞ in qbus ista uersantur/diuisionēq; utriusq; geminā/opinabilis .s. intelligibilisq; o Glauco obmittamus ne ꝓlixior de his oratio q̃ de supioribus habeatur. GLA. Equidem aliis quātum capere mea mens pōt/assentior. SO. An non dialecticū uocas eum qui rationē cuiuslibet capit essentię. Illum uero qui hanc rationē nō habet/quaten⁹ nec sibi/nec alteri potest reddere rationē/eaten⁹ intelligentiā circa hoc habere negabis. GLA. Certe non aliter est dicendum. SO. De bono etiam similiter iudicandum. Nun quicūq; boni ideam ratione definire non pōt a cęteris oībus eā distinguens/& tanq̃ in pręlio per oīa penetrādo/cætera cuncta reiicere/non ſm opinionē/sed ſm substātiam arguens & refellens perq; hęc oīa stabili & inconcussa ꝓgredi ratione/hunc tu ita affectū/neq; bonum ipsum dices cognoscere/neq; aliud quicq̃ bonū. Verum siquod forte simulachū attigerit opinione potius q̃ scientia illud attingere: atq; hac in uita insomniis dormitantē illudi: & anteq̃ expgiscatur/ad inferos descendentē/extremo tandem occupari sopore. GLA. Per Iouē omnia hęc ꝓrsus asseuerabo. SO. Cęterum pueros tuos/quos nunc oratione instruis siquādo reipsa erudires/ut arbitror non pmitteres maximarū rerum in ciuitate potestatē habere/dum linea℞ instar nō possent cuiusq; reddere rationē. GLA. Non certe. SO. Legem itaq; feres/qua iubeantur eā potissimū disciplinā capessere/ex qua ad interrogandum & respondendum ut scientem decet/aptissimi sint. GLA. Tecum una istud pręcipiam. SO. An ergo uidetur tibi doctrinis omnibus dialectica uelut apex esse præposita: nec ulla doctrina ulterius ac eminentior reperiri? sed hic iam doctrinarū omnium esse finis. GLA. Mihi quidem uidetur. SO. Restat ergo deinceps aperiendum quibus distribuendę hæc disciplinę sint/& quomodo. GLA. Videlicet. SO. Recordaris in prima illa optione quale delegerimus principes? GLA. Quid ni recordor. SO. Quoad alia quidem naturas illas eligendas existimato. Nam & grauissimos homines & fortissimos decet eligere: & quoad fieri potest speciosissimos neq; solum quęrendi sunt homines generosi/atq; terribiles: sed qui insuper eas habeant naturę dotes/quas disciplina hæc exigit. GLA. Quas? SO. Acumen inquam felicitatēq; ingenii oportere ad doctrinarum pceptionem adesse. Magis enim absterret animū disciplinarum q̃ gymnasio℞ corporis/difficultas. Siquidem magis ꝓprius illi labor est/qui soli competit/q̃ qui corpori etiam est cōmunis. GLA. Vera loquęris. SO. Quęrendus itaq; uir est memoriosus/integerrimus/tolerantissimus. Nam quē alium censes libenter labores corporis subiturum: tanq̃ arduū doctrinę meditationisq; studium ad finem usq; ꝓsequuturū. GLA. Neminē ꝓrsus nisi qui optima natura sit preditus. Ex eo quippe errore ut supra dicebam aduersus philosophiā oborta est infamia/quod nō pro dignitate ipsam attingunt. Neq; enim a spuriis sed legitimis ē attrectāda. GLA. Quo pacto? SO. Principio ad labores suscipiēdos claudus esse nō debet quisqs est philosophię sacris initiandus/ut ptim eos adeat/ptim recuset. Contigit aūt hoc/quotiens aliqs gymnasiis & uenationi & reliqs corpis exercitationib⁹ deditus/disciplinarū studiū refugit/neq; audiendo delectat/nec inqrendo: sed oēm hanc odit curā. Claudus ꝑterea & ille est/qui exercitationibus animi delectatus/cōtēnit alias. GLA. Vera narras. SO. An nō & quo ad ueritatē mancū eū ponemus animū q uoluntariū mendaciū odit/& ęgre fert ipse secū & aliis mentiētib⁹ indignat? In uoluntariū uero mēdaciū facile tolerat: & si ignorare aliqd deprehēdatur/haud grauiter pfert: sed libēter ueluti sus ignorantię sordibus noluratur. GLA. Omnino quidem. SO. Quinetiam circa temperantiā & fortitudinem: magnificentiāq; & reliquas uirtutis ptes non minus obseruādum est/qui nam legitimus sit/qui spurius. Quādo enī hęc minus cōsiderant/& priuati/& ciuitas/ignari utunt machis & spuriis ad quodcunq; isto℞ contigerit: priuati qdem amicis res pu. uero pincipibus. GLA. Sic accidit ꝓrsus. SO. Nobis hęc omnia pręcauenda sunt. Nam si hoīes quoad corporis ac mentis habitū integerrimos ad tantā doctrinā exercitationēq; ducemus/atq; erudiemus/& ius ipsum nobis minime succēsebit/& ciuitatē rem publicāq; seruabimus. Sin aliter affectos/hoīes ad ista ducemus/cōtraria faciemus oīa/& philosophiā multo etiā magis dedecorabimus. GLA. Turpe qdem id esset. SO. Mirū in modum. Cæterum non nihil mihi in pñtia risu dignum contigisse uidetur. GLA. Quid istud? SO. Latuit me nimirū/qđ iocabamur: quare acrius egi q̃ deceret. Quippe interloquēdū ad philosophiā ipsam cōuersus/eā dedecore affectā aspexi. Quod & grauiter ppessus fuisse uideor/& his qui in culpa sunt/tanq̃ indignat⁹ seuerius hęc dixisse. GLA. Nō p Iouem ut mihi audienti uidetur. SO. Mihi tamen dicenti sic apparet. Hoc aūt ne nos fugiat qđ in priori electiōe senes elegimus: in hac uero

Vide pręstantiam scientię diuinę.

Quę ętates ad discēdū.

nequaq̄ licebit. Neq; Soloni credendum est hoiem senescentē posse in dies plurima discere: q̄ minus id pōt q̄ currere. Iuuenibus enim conueniūt multi maximiq; labores. GLA. Necesse est. SO. Illa igit̄ quę ad Arithmeticā & Geometriā omnēq; eruditionē eam ptinent quę dialeticā antecedere debet/pueris tradenda sunt: atq; is docēdi modus accipiēdus est quo minime coacti addiscēdū eē uideant̄. GLA. Cur istud? SO. Q m̄ nō decet liberū hoiem cū seruitute disciplinā aliquā discere.

Quo pacto pueri sint docendi.

Quippe ingētes labores corpis ui suscepti/nihilo deterius corpus efficiūt. Nulla uero aię uiolenta est stabilis disciplina. GLA. Vera loquęris. SO. Ergo nō tanq̄ coactos pueros in disciplis o uir optime/sed quasi ludētes enutrias: ut & magis ad qđ quisq; natura sit aptus/possis agnoscere. GLA. Consentaneū est qđ dicis. SO. An nō recordatis a nobis in supioribus dictū/pueros eē equis spectādi gratia in castra ducēdos/& si tuto id tentari possit/ppius admouēdos/ut catulo⁊ instar sanguinē incipiāt degustare? GLA. Recordor eqdem. SO. Quicūq; uero ad hos labores/disciplinas/picula/ pmptiores/acrioresq; apparēt/in numerū aliquē se ligēdi sunt. GLA. Qua in ętate? SO. Q n̄ a necessariis negociis exercitatōibusq; soluti sunt. In hoc siqdē tpe siue biēniū sit seu triēniū/facere aliud

Labor & somnus disciplinis aduersi.

nequeūt. Labor. n. ac somn⁹ disciplinis aduersi sunt. Et simul hęc examinatio alia⁊ nō minima esse uidet̄. Qualis uidelicet qsq; in gymnasiis ipsis apparebit. GLA. Quid ni? SO. Post id tēpus qcunq; ex uiginti annis ut cęteris pstātiores electi fuerint maiorib⁹ q̄ cęteri afficiant̄ honorib⁹/& quę disciplinę istis in pueritia sparsim ostēsę sunt/una his ite⁊ offerant̄/ad ipsam disciplina⁊ īter se cognitionem & ipsius qđ uere est naturā cōspiciēdā. GLA. Sola hęc cognitio/qbuscūq; tradit̄ stabilis pmanet. GLA. Atq; & hac experiētia cognoscit̄ maxīe qui ad dialecticā optimę a natura est institutus/q nō. Nempe qsqs ad hoc dignoscēdum ē pspicax dialecticus est/qui uero hebes/nequaq̄. GLA. Teneo eqdē. SO. His igit̄ aiaduersis oportebit eos/qui apprime tales in ipsis reperient̄ stabiles in disciplinis: constantes in bello: in aliis legitimis officiis perseuerantes. Postq̄ trigesimum egerint ex electis prę electos in maioribus honoribus constituere: & ipsa disserendi facultate diligēter examinare quis eorum potest sine oculo⁊ & alio⁊um sensuū ministerio/ad ipsum quod uere existit cum ueritate transcendere. In quo maxima o amice opus ēst cautione. GLA. Cur nam? SO. Non animaduertis quātum nunc malum circa disserendi peritiam īolescat? GLA. Quale istud. SO. Iniquitate prorsus abundant. GLA. Summopere. SO. Mirum aliquid perpeti ipsos existimas? nec ignoscis. GLA. Qua ratiōe maxime? SO. Siquis suppositus puer multis in delitiis nutriatur a nobili fa-

Quę aduertentur pueris erudiendis.

milia/inter adulatores complurimos/adultus autem persentiat quod ex eis quos parentes existimat natus non fuerit/ueros tamen genitores nusquā reperiat/ nunqd uaticinari potes qualis huic animi affectus futurus sit erga adulatores/& erga eos qui ipsum supposuerunt/tam in eo tempore in quo nihil de suppositione suspicabatur/q̄ postq̄ rem ipsam agnouit? An uis pręsagium meū audire? GLA. Volo equidem. SO. Vaticinor itaq; illum dum suppositionē penitus ignorabit/magis eos honoraturū quos parentes & ppinquos existimat? q̄ assentatores: minusq; eos in indigentia neglecturum tardioremq; fore ad iniuriam ipsis inferendam uel conuitium dicēdum: magisq; illis in rebus grauibus q̄ adulatoribus pariturum. GLA. Verisimile id quidem. SO. Sin persenserit/hos certe minus honorabit curabitq;. Assentatores uero magis q̄ antea colet: illis ppensius obsequitur: ad eorū exemplum uitam instituet suam: cum illis palam ac libere conuersabitur. De his uero quos parentes & ppinquos putauerat/nisi ualde natura quis ęquus sit nihil prorsus curabit. GLA. Omnia prorsus ut narras contingerent. Sed quid hæc similitudo ad eos qui disputationes sectantur? SO. Audies modo. Sunt nobis a pueritia opiniones de honestis iustisq; officiis/sub quibus tanq̄ parentibus educati sumus his paremus: has pręcæteris honoramus. GLA. Sunt plane. SO. Offerunt se nobis & uoluptates: quæ ad contraria nos alliciunt/& dum animę blandiuntur/ad illa detorquent. Non tamen ab his flectuntur/qui uel paulo q̄ cęteri moderatiores sunt: sed illa ueluti paterna colunt: eisq; obtemperāt. GLA. Sic euenit. SO. Si dialectica uis aggressa aliquem ita affectum interroget quid honestum sit ac respondentem id quod ex legislatore perceperat/ratio confutet/crebrisq; & uariis redargutionibus/eo deducat ut opinetur illud nō magis honestum esse q̄ turpe: deq; iusto ac bono similiter arguat/& de cęteris quæ summo in honore ante habebat/pari ne illa post hac honore & obseruantia psequuturum putas? GLA. Minori admodum puto. SO. Quando igitur neq; ista quis censet domestica ut antea uel honoranda/neq; reperit uera/in uitam potius blandam q̄ in aliam ut consentaneū est/ plabitur. GLA. Verisimile id quidem? SO. Ex iusto igitur fiet iniquus. GLA. Necesse est. SO. An non merito ut nuper dicebam/affectio eorū qui ita se ad disserendum cōparant/talis est utplurimā exigat ueniam. GLA. Et minimā insuper. SO. Vt igitur miserabilis hic euentus uitet̄/triginta annos nati dūtaxat caute admodū dialecticas argu-

Dialectica est degustāda usq ad ānū trigesimum:

mentatōes degustēt. GLA. Ita prsus. SO. An nō hęc prudens cautio est: ut eas uidelicet iuniores homines non attingant? Neq; enim te latet/ut arbitror/ qđ cum primū adolescentuli disputatiōis artificiū gustant/eo ptinus quasi ludo quodam ad refellendum utunt̄. Eosq; qui cōfutant alios studiose sectantes: & ipsi alios quoq; redarguunt. Ac distrahendis lacerandisq; primis catulo⁊ more

assiduē

assidue delectant. GLA. Mirũ in modum. SO. Cum uero plures cõuicerint/& a pluribus ipsi cõuicti fuerint/eo confestim deueniunt / ut ex pristinis opinionibus ratã nullam habeant. Atq; ex his & ipsi & oĩs philosophia apud alios calumniã reportarunt. GLA. Vera refers. SO. At uir natu grandior/ab hac insania diligẽtius declinabit:ac hoĩem inuestigandę ueritatis gratia disserentẽ imitabitur potius q̃ eũ qui iocãdi causa uersutiis captiũculisq; incũbit. Quin & ipse modestius sese geret/& disputãdi studium ex infami reddet illustrius. GLA. Scite. SO. Ad eiusmodi pręterea cautionẽ/superiora dicta sunt oĩa. Oportere uidelicet moderatos & graues esse illos/qui ad disputationis studium adsciscunt: neq; cõmunicãdum esse id ineptis hoĩbus: & ut nunc fit oĩbus quoscũq; sors obtulerit. GLA. Summopere. SO. Siquis disputatiõi diligẽter assidueq; det operã/nihilue agat aliud/nisi quod uicissim quãdoq; gymnasiis corpus exerceat/huic ad perceptionẽ huiusmodi anni duplices superiorũ sufficient. GLA. Nunquid sex dicis? An quattuor? SO. Quinq; adhibeas. Deinde ad antrum illud erunt iterum deducendi/cogẽdiq; eos principatus assumere qui ad bellum spectant/& siqui sunt iuuenũ principatus: ne usu rerum ab aliis superẽtur. Atq; in his quoq; examinãdi sunt/utrum cõstantes p̃maneãt/dum trahunt undiq;: aut nutent. GLA. Quot aũt annos istis adscribis? SO. Quinq; ac decem. Cum uero ad quinquagesimũ annum p̃uenerint / quicũq; integri inter eos rebusq; gestis & sciẽtiis pręcellentes apparent/ad finẽ iam perducendi sunt: cogendiq; ut animi radium ad supera dirigẽtes/ipsum quod oĩbus lumen prebet/suspiciant cũq; ipsum bonũ nouerint/exemplo illius freti ciuitatẽ/priuatos/seq; ipsos per omnẽ sequẽtem uitam & singula uicissim exhornent. Ac plurimũ quidem in philosophia uersentur. Cum uero ad magistratus accersent / in ciuilibus negociis inuigilent/sigillatimq; gubernent rei publicę gratia: ita ut non tanq̃ bonũ aliquid & optandum/misteriũ/sed necessariũ potius exsequi uideant. Atq; ita cũ alios similiter ipsi instruxerint/eos uicissim rei publicę custodes relinquent: ipsi uero in beatorũ insulas transmittent. Monumenta uero illis & sacra tanq̃ demonibus si Pythias oraculo cõfirmauerit publice dicabuntur. Sin minus: saltẽ ut beatis atq; diuinis. GLA. Mirificos prorsus o Socrates principes quasi sculptor figurasse uideris. SO. Quod de uiris dixi/idem & de mulieribus intelligendum. Neq; putas o Glauco magis me de uiris q̃ de mulieribus fuisse locutũ: quęcũq; uidelicet natura aptę ad hęc officia sunt. GLA. Recte se id habet. siquidem pariter in omnibus ut narrauimus cũ uiris cõmunicabunt. SO. Num conceditis nos de re publica oĩa nõ quasi pro desiderio effinxisse/ sed pro ueritate loquutos: difficilia quidem factu/possibilia tamẽ: ea dũtaxat ratione qua diximus. Quãdo scilicet hoĩes reuera philosophi/uel unus/uel plures nacti in ciuitate potentiã/ pręsentes honores despicient/illiberalesq; eos & nullius existimabunt. Ipsum aũt quod rectum est & honores qui ab eo p̃ficiscuntur plurimi facient. Maximũ uero & summopere necessariũ quod iustum & huic ministrãtes. Idq; adaugẽtes ciuitatẽ suam rite disponẽt. GLA. Quo pacto? SO. Omnes quicũq; in urbe decẽ annos impleuerint/in agros transmittent: filios aũt ipsorũ suscipiẽtes p̃cul ab his moribus q̃bus hodie parentes utunt/in suis moribus ac legibus educabũt. quales uero sint enarrauimus. Atq; ita celerrime atq; facillime ea ciuitas & res pu. orietur/quã supra diximus siquãdo extiterit/beatam fore: & genus hominum in quo condita fuerit/plurimũ iuuaturã. GLA. Maxime quidem. Atq; ut constitui põt eiusmodi ciuitas/siquãdo cõstituatur o Socrates adinuenisse uideris. SO. Nõne ergo abunde/ tum de hac ciuitate/tum de homine eius persimili iam nobis dictũ? Constat enim qualem eius similem esse debere dicemus. GLA. Constat plane: & quod quęris/finẽ mihi iam habere uidetur.

FINIS DIALOGI SEPTIMI.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM OCTAVVM DE IVSTO.

Ocrates p̃fectam rei publicę formã septem iam dialogis absoluit/septẽnario Palladis numero cõsecratã. Eãq; tum regiã/tum optimatũ appellat gubernationẽ. Optimatũ q̃dem/q̃m in ea plures uirtute p̃clari publicis fungunt muneribus/senatũq; cõstituũt. Regiã uero/q̃m & una oĩum ad publicũ bonũ ẽ uolũtas: una mens quasi regina/& siq̃s inter eos p̃bitate ẽ singularis/singulariter honorat: neq; tñ huic tm̃ tribuit/ut absq; senatu. i. p̃batorũ oĩum numero possit publica p̃mutare. Reliquũ erat post optimã & beatã rei. p. formã in mediũ inferiores adducere. Has aũt numerat quattuor. Primã q̃dẽ eẽ uult/ eã inquã optima mox degenerat/quã noĩat ambitiosam. Secũdã uero potẽtiã paucorũ ex ãbitiosa nascẽtẽ. Tertiã popularẽ ab hac p̃cedentẽ. Quartã postremo tyrãnidẽ ex populari p̃cipue pululantẽ. Q̃m uero rerũ publicarũ formę a formis p̃ueniũt aĩorũ q̃nq; deinceps aĩorũ affectus & habitus/totidẽq; ciuitatũ/& similes & similiter noĩatos mira quadã arte describit. Summatimq; regiũ animũ optimũ eẽ cõcludit atq; beatissimũ: & similẽ similr ciuitatẽ. Tyrãnicũ uero pessimũ atq; miserrimũ: ciuitates quoq;

a tyrãnis oppressas/pessimas similiter atq; miserrimas. Medios aũt animos gubernatõesq; medias modo quodam medio se habere concludit ex omnibus his apparet q̃ perniciosa tam in ciuitate q̃ in animo sit iniustia:& utrobiq; iustitia q̃ salutaris. Vbiq; aũt ꝑmutationes tam animoꝝ q̃ ciuitatũ ex aliis formis in alias mirabili explicat diligẽtia. Pręcipue uero mutationẽ beatę rei pu.& ut ita dixerim/ aureę in ambitiosam siue argenteam/siue ferream ab altiori ducit exordio fingitq; musas id tanq̃ oraculum effundẽtes/siue potius confundentes. Profecto si beata res publica ꝓprio defectu interiorẽ labi non potest:& tamen quãdoq; labitur/cõmuni quodam defectu & causa labitur. Qua quidem in re Aristotelicas ridere licet calumnias. Neq; enim debuit Aristoteles in quinto politicorum a Platone suo:imo nusq̃ suo ꝓpriam beatę rei publicę permutandę exigere cãm:cum nulla sit propria:sed cõmuni debuit esse cõtentus. Quẽadmodum enim homo & ualidissimus & temperatissimus/sic & eiusmodi ciuitas nõ tam ꝓpria q̃ cõmuni causa morbi laborat.i.fatali quodam ordine/ita per cœlestes circuitus quę infra lunam sunt perpetuo reuoluente/ut quę certis spęrarum configurationibus temporũq; curriculis cõposita sunt/ quãdoq; dissoluant aduersis. Quoniã uero eiusmodi causę assignatio pręsentis ciuilisq; facultatis terminos procul excedit/ideo Socrates uaticinio musarũ utitur/& ꝑfecto ita utitur ut & nobis ad hęc interprętanda opus sit Apollinis uaticinio:nec in merito Tullius ubi rem eẽ obscurissimã breuiter uult exprimere. Id inquit:numero Platonis obscurius. Neq; miror Theonem Smirneũ mathematicę in primis Platonicę ꝓfessorẽ eiusmodi mysteriũ tanq̃ inexplicabile astute prętermisisse. Quod quidem Iamblichus Calcideus dum explicare uoluit/ implicuisse uidetur. Quid uero? Si in eiusmodi uerbis plus difficultatis sit q̃ ponderis. Quippe cum & ipse fingat musas tragica quadã tumiditate nugantes perterrentesq; animũ puerilem atq; simplicẽ stuporẽq; adducentes. Deniq; qualecũq; id sit oportunius ex cõmẽtariis in Timęum expositionẽ nostram accipies. Cęterum moralia hęc pręcepta considera: impossibile est diuitias honorari in ciuitate simul atq; uirtutẽ. Item tradere diuitioribus rei publicę gubernacula perinde est/ac si nauis non peritiori in nauigando/sed locupletiori gubernãda tradatur. Nempe & hęc & illa p iclitabit. Rursus custos cõtra oĩa uitia tutissima ẽ scia. Pręterea cõtrarii unius summũ/ alterius est principiũ:itaq; extrema libertatis licẽtia/extremę seruitutis ẽ prĩcipiũ. Sicut in qualibet qualitate rerũq; & tempoꝝ excessus omnis uerti protinus in contrarium consueuit. Idem in epistolis ait;moderatam probans ante omnia libertatem.

ℭDIALOGVS OCTAVVS DE IVSTO.

SO.

Onstitit iam inter nos o Alauco in ciuitate optime instituta/cõmunes eẽ debere mulieres & filios. Cõmunem quoq; omnẽ eruditionẽ. Cõmunia similiter omnia/tum belli/tum pacis officia. Reges autẽ ipsoꝝ esse homines in philosophię & rei militaris studio pręstantissimos. GLA. Constitit plane. SO. Quin & hęc cõcessimus quod.s.cum tales principes iam fuerint constituti in expeditionem euntes habitationes militibus quales pręd iximus assignabunt: cõmunes.s.omnibus:in quibus nihil cuiusq̃ sit ꝓprium. Neq; de habitatione solum/uerum etiã de suppellectili & possessionibus si recordaris/quales debeant eẽ cõuenimus. GLA. Memini equidem:censuisse nos nihil eoꝝ quę nũc possident alii/ esse ab aliquo possidendum. Sed tanq̃ belli athletas atq; custodes in mercedem custodię annua ab aliis alimẽta suscipientes/eos oportere seipsos ciuitatẽq; tueri. SO. Probe loquęris. Sed postq̃ hęc absoluimus/ repetamus iam unde huc digressi sumus/ut per eadem rursus ꝓficiscamur. GLA. Haud quaq̃ difficile istud:ferme enim quẽadmodum nunc/quasi de ciuitate satis egisses/adiecisti/ quod talem ciuitatẽ bonã uocares qualem descripseras:bonũq; uirum quicũq; illius foret persimilis. Cum tamẽ posses adhuc ut apparuit meliorem ciuitatẽ uirũq; referre:Dixisti pręterea si hæc recta sit res publica cęteras aberrare. Reliquarũ uero rerum pub. ut memini species esse quattuor: de quibus uerba facere oportere/ earũq; defectus inspicere:& homines ipsarũ similes declarare. Vt eos omnes intuiti & quis optimus sit uir/quis pessimus declarantes/consideraremus/ nunqd uir optimus / felicissimus/ pessimus aũt sit miserrimus. An se res aliter habeat. Cum uero abs te ipse quęrerem quas potissimũ quattuor res pu. diceres. Tunc sane Polemarchus & Adimantus/ mihi sermonem intercedunt. Vnde tu orationẽ sumens huc deniq; peruenisti. SO. Recte admodũ meministi. GLA. Ergo rursus tanq̃ luctator eandem ansam præbe. Et me idem interrogante conare nunc ea dicere/ quæ tunc eras declaraturus. SO. Siquidem potero. GLA. Equidem audire percupio quas nam res pu. quattuor supra dicebas. SO. Haud difficile istud audies. Sunt enim quas dico / illę quę & nomina habent. Ipsa uidelicet quę a multis laudatur Cretensis & Laconia. Secũda uero & secũdo loco laudata ea/quę paucoꝝ potẽtia nominatur/plurimis plena malis res.p. Itẽ quę ab hac differt plurimũ eamq; sequitur gubernatio popularis. Pręterea generosa tyrãnis/ab his omnibus differẽs/quartus ciuitatis extremusq; morbus. An aliam habes rei pu. formã: quę in perspicua & distincta quadam

specie

specie iaceat? Nam:& minores quidam principatus :& regna uenalia:& tales quædam ciuiles po-
tentiæ inter hæc quodãmodo medium obtinẽt. Quarũ nõ pauciores inter barbaros q̃ inter Græ-
cos repiuntur. GLA. Multę certe:& absurdæ memorantur. SO. Totidem quoq; sunt hoium quo
dãmõ species atq; mores. An ex quercu forte existimas aut silice res.p. fieri potius q̃ ex ciuiũ mori
bus: qui quocunq; fluxerint cætera secũ rapiunt. GLA. Ex moribus procul dubio. SO. Quare si gu-
bernationũ spẽs quinq; sunt/priuatorum quoq; animorũ affectus qnq; erunt. GLA. nil obstat. SO.
Virum certe similem optimatũ gubernatiõi exposuimus: quẽ bonum:& iustum recte asseruimus.
GLA. Exposuimus. SO. Deteriores deinceps narrare decet/contentiosum ambitiosumq; hominẽ
secundũ Lacedemoniorũ rem p. institutum præterea paucorũ imperii cupidũ:& popularẽ hoiem
& tyrãnicum ut iniustissimum discernẽtes: cũ iustissimo cõparemus/pfecteq; dinoscamus: quo mõ
summa meraq; iustitia ad summam se: ac meram iniustitiam habeat: quoad hominis iusti uel iniu-
sti beatitudinẽ uel miseriã pertinet. Vt uel Thrasymacho obtemperantes iniustitiam psequamur
uel præsentibus rõnibus persuasi iustitiam. GLA. Ita prorsus agendũ. SO. Num sicuti cœpimus/
ante in rebus.p. mores aĩaduertere q̃ i priuatis psonis quia illic magis pateant: ita & nũc i primis
cõsideranda est ambitiosa res.p. cuius nullũ habeo nomen præter ambitiosam potẽtiam:& princi
patum: post eã uero uirũ talem excogitabimus deinde paucorũ potentiã/taleq; uirũ: postea multi-
tudinis gubernationẽ:& hoiem popularem. Demum tyrãnide pressam ciuitatẽ considerantes &
inde tyrannicum cognoscentes animum/conabimur ea quæ proposuimus sufficienter diiudicare.
GLA. Recte i hunc modũ ispectio iudiciũq; pcedet. SO. Age itaq; explicare conemur quo pacto
ambitiosum imperium: ex optimatũ gubernatiõe nascaẽ. Qyn hoc simpliciter uerũ est: oẽm rem.p.
ex eo qđ dñatur mutari qñ in ipso seditio oritur dũ uero secum ipso consentit/etiã si ualda exiguũ
sit/mutari ipossibile est. GLA. Est ita. SO. At uero quonã pacto o Glauco? ciuitas hæc nostra e suo
statu mouebitur? principes:& defensores inuicẽ:& inter se dissidebũt? An uis imitãtes Homerum
musas oremus ut nobis explicẽt qua rõne seditio primũ incidat? Dicamusq; ipsas tragicorũ ritu/
nobiscum ueluti pueris iocantes nugantesq; ita loqui/ut dum nuganẽ quasi serio agant/altius elo-
quantur. GLA. Quonam pacto? SO. Ita ferme. Difficile quidẽ est ita cõstitutam ciuitatẽ e suo sta-
tu moueri. Verũ cũ omne quod genitũ est. corruptioni sit obnoxium/talis etiã cõstitutio semp ma/
nere nõ poterit: sed soluetur. Solutio uero hæc est nõ solũ circa plantas: sed terrena etiam animalia
fertilitas & sterilitas animæ corporũq; contingit quãdo reuolutiones singulis circulorũ coniunxe
rint ambitus: his quidẽ quę breui sunt: qui ambitus breuiores/contrariis uero contrarios. Illi uero
quos ad ciuitatis gubernationẽ educauistis/quãuis sapiẽtes fuerint nihilomagis uestri generis fœ-
cundam generationẽ uel sterilem ratione una cũ sensu comprehendẽt: sed latebit eos opportunitas ge
nerandi:& plerũq; cum nõ oportunũ fuerit gignẽdis filiis operam dabũt. Est aũt ei quod diuinitꝰ
generãdum est circuitus: quẽ numerus cõtinet perfectus. Humanę uero geniturę is utiq; ĩ quo pri
mo augumẽtatiões superãtes:& superatę tres distãtiæ atq; quattuor terminos accipiẽtes/similãtiũ
est & dissimilãtium & crescẽtiũ & decrescẽtiũ cũcta cõrespõdentia/& cõparabilia inuicẽ effecerunt
quorũ. Sesquitertia radix quinario cõiuncta duas harmõias prebet ter aucta. Vnã qdem ęqualem æ
qualiter/cẽtum centies. Alterã uero ęqualis qdẽ longitudinis: sed oblongiori/cẽtum quidẽ nume-
rorum ex diametris cõparabilibus inuicẽ quinitatis indigẽtibus uno ex singulis duobus uero qui
inuicẽ dici nequeãt: cẽtum uero cuborũ trinitatis ipsius. Vniuersus aũt hic numerus geometricꝰ
talem auctoritatẽ habẽs ad potiorẽ deterioremq; generationẽ uim habet. Quod si ciuitatis uestrę
custodes ignorauerit nec oportuno in tpe sponsas sponsis cõiunxerint haud quaq̃ ingẽiosi felicesq;
ue pueri inde nascẽtur. Ac licet maiores ipsi eos cõstituãt principes: q inter illos præstantiores fue
rint: tñ qa indigni erũt parentũ successione in ipsis magistratibus: subiiectos negligẽt: neq; musicæ cu
ram: ut decet habebũt: neq; gymnasticæ: unde iuuenes nimis erũt a musica alieni/ex his aũt princi
pes cõstituenẽ/negligẽtiores q̃ decet ad examinandũ genera illa quæ apud Hesiodũ/& q̃ apud uos
referunẽ aureũ. s. genus argenteũ:& ęneũ: atq; ferreũ. Quoniã uero mistum erit argẽto ferrum:
& ęs auro/dissimilitudo:& inęqualitas discors exorientur. Quæ ubicũq; nascunẽ bellũ semp:& inimi-
citias pariunt. Venus aũt huiusmodi hominũ ubicũq; adest semp seditionibus agitaẽ. GLA. Recte
admodũ respondere illas dicemus. SO. Necesse ẽ. n. cũ musæ sint. GLA. Quid uero posthac mu
sæ dicẽt. SO. Postq̃ orta seditio fuerit utraq; genera ferẽtur: fereũ quidẽ:& ęneum ad quæstũ agro
rumq;:& domorũ possessionem: auriq;:& argenti copiã. Quod uero inest aureũ:& argenteũ qua-
si nõ inopi sed opulenta natura: ad uirtutẽ statumq; pristinum: pugnãtia uero inuicẽ:& in cõtraria
retrahẽtia i medium tandẽ cõueniẽt: ut diuisis agris:& domibus priuatim quæq; possideantur: illi
uero qui ante ab eis seruabanẽ tanq̃ liberi: amici:& nutritores: ĩ seruitutem redigãtur:& ueluti sub
diti atq; serui: belli custodięq; ipsorum curam gerere compellantur. GLA. Hinc:& mihi certe ui-
detur mutatio hæc accedere. SO. Hæc utiq; gubernatio inter optimates:& paucorum potentiam
erit media. GLA. Erit certe. SO. Mutabitur quidem ita. Cum uero in id fuerit permutata: quem

Quot mores hoium totidẽ Res.pu.

R.p. Ambitiosa.

Ex gubernatione optiatũ Ambitiosum ĩperiũ oriri.

Hesiodi. Genus aureũ argenteũ ęneum ferreum.

potissimum gubernationis modū seruabit? Vel cōstat quod/partim priorem rem publicam imitabitur/partim paucorū potentiam/utpote quæ in medio locata est: partim etiam quiddam sui proprium obtinebit. GLA. Ita prorsus. SO. Et priorem qdem imitabitur in eo/quod principes honorabuntur/& milites ab agricultura mechanicisq; artibus: & aliis quæstibus abstinebūt: & cōmunia fient conuiuia: gymnasticiq; ludi: & belli certamina frequentabunt. GLA. Profecto. SO. Sui autē ipsius propria/talia quædam habebit quod sapientes metuet ad principatus admittere: quia non simplices neq; integerrimos huiusmodi uiros: sed mistos possideat: & animosiores potius simpliciores'q; homines ad gubernandum adsciscet: qui ad bellū potius q̄ ad pacem nati uideant. Dolos quinetiam: & machinamenta belli plurimi faciet: semperq; pugnabit. GLA. Certe. SO. Atqui pecuniarum cupidi erunt isti/quemadmodū qui in paucorū potentia uitam agunt: & tenebris obrutū aurum: & argentum rusticius honorabunt: utpote qui ęraria propriosq; thesauros habeant: quibus ista recōdant: ac etiam circumsepta domorū ceu pprios nidos: in qbus multa cum mulieribus: & aliis pro libidine erogabunt. GLA. Vera loqueris. SO. Nōne: & in rebus ppriis parciores erūt q̄ deceat qppe qui magnificant: pecunias nec palam acquirāt: in alienis autem pp libidinē profusiores: & clanculum uoluptatibus indulgebunt/haud secus legem passim refugientes ac pueri patris aspectū: nō persuasiōe: sed ui educati: ex eo quod uerā musam quæ cum sermonibus: phia coniūcta est: neglexerint: multoq; magis ac prius gymnasticam q̄ musicā honorauerint. GLA. Rem .p. Ex malo bonoq; mistam refers. SO. Mista est profecto: prǽceteris asit in ipsa pp animositatis iracundieq; imperium/cōtentionis ambitionisq; studia inualescunt. GLA. Vehemēter. SO. An non hęc res. pu. ita coalescet. Talisq; erit? quantum licet sermone rei. pu. figuram describere: sine operis exacta nimiū diligētia/qa sufficiat ex ipa descriptiōis sūmula: uirū iustissimū in iustissimūue discernere: sitq; ferme opus inextricabile/si quis omnes res. pu. omnesq; mores nihilo penitus ptermisso enarrare aggrediat. GLA. Probe. SO. Quis igit secundū hanc rem publicā uir? Quomodo efficitur. Quales existit? ADI. Reor equidem similē esse Glauconis huius contentionis gratia. SO. Forte in hoc est similis. Verum i his haud natura similis esse uidetur. ADI. In quibus? SO. Cōtumaciorem sane esse eum necesse est: & a musica quod imō alienorē musicę tñ cupidū: & audiendi qdē studiosū rhetoricū uero: neq̄q̄. Atq; & aduersus seruos agrestis erit hmōi uir: haud seruos despiciēs q ead modū: ut ad sufficientiā eruditus erga liberos aūt erit mitis. Erga pricipes qdē obediens maxie: sed & principatus: & honorū auidior: oportere existimans non ab arte dicendi/uel alia quauis simili facultate pesse: sed a rebus bellicis & similibus: cū sit: & gymnasticę: & uenationis admodū studiosus. ADI. Est certe mos hic illius reipublicę. SO. Nōne: & pecunias iste in iuuentute cōtemnet? quo uero senescet magis/eo magis pecunias diliget. Ex eo quod auarę naturę sit particeps: neq; sit integer ad uirtutē/quia ab optimo custode deficiat. ADI. A quo nam? SO. Ratione: & oratiōe musicę mista: q̄ sola cū adest: per omnem uitā/uirtutē in eo cui prǽest: seruat. ADI. Præclare loqueris. SO. Est utiq; talis adolescēs ambitiosi imperii cupidus/tali similis ciuitati. ADI. Prorsus. SO. Efficitur aūt hic talis hunc ī modū. Interdū uidelicet cū iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate nō bene gubernata habitantis honores: principatus: & iudicia fugientis/& reliquam huiusmodi negociorū curam: libenterq; se demittentis: ut labores uitet. ADI. Quonam pacto efficitur. SO. Quando scilicet matrem audit ęgre ferētem: quod uir suus magistratibus minime fungitur audit q; inter alias mulieres ob hoc contemptui esse: & grauiter patientē: quotiēs uirum aspicit pecuniis cumulandis minime indulgentē: neq; p illis pugnantem litigantemq; priuatim i iudiciis: & publice: sed ad hæc oīa negligentiorē: talemq; ut secum ipse uiuat utplurimū: uxorē uero nec aspernet qdem: neq; admodum colat. Ex quibus sæpe filio mater pdicet ignauū sibi esse patrem nimisq; remissum: & alia quæcūq; de talibus garrire mulieres consueuerūt. ADI. Multa pfecto talia sibi conuenientia obloqui mulieres solent. SO. Neq; te latet quod: & serui domestici præsertim qui maxime uidentur esse beneuoli: talia quędam ad aures puerorum sæpe susurrant. Et si quem uiderint uel pecunias patri debentē: quem ipse nequaq̄ conueniat/uel in alio quodam iniuriantem: edicunt puero cū uir fuerit hæc oīa ulcisci debere: uirumq; magis fore: q̄ pater eius extiterit. Quinetiā domo egressus alia horū similia audit: & uidet: homines scilicet qui sua in ciuitate officia seruant alienorum minime curiosi: stolidos uocitari/penitusq; contemni: horum uero dissimiles honorari atq; laudari. Cum hæc adolescentulus audit: & uidet rursusq; patris audit sermones: eiusq; officia pximo studia cęterorū animaduertit: ab utrisq; distrahitur: a patre quidē rationalis eius animi fouetur & augeť: ab aliis aūt cōcupiscēdi: & irascēdi natura. Quapp cū non malo sit ingenio natus/mala tamen cęterorum consuetudine usus fuerit: in medium: ab his tractus descendit: seq; medię cuidam potentię contentiosæ iracundęq; subiicit: fitq; uir elato animo: glorięq; cupidior. ADI. Naturam huius sufficienter enarrasse mihi uideris. SO. Habemus itaq; secundam rem pu. ui rumq; secūdū. ADI. Habemus pfecto. SO. An non post hæc Eschyli illud dicimus. Alterum hominem alteri ciuitati conuenientem. Im mo uero secundum superiorem illā suppositionem alteram ciuitatē alteri congruam?

Quomō maxime fiāt ambitiosi adolescentes.

Alterū hominem alteram ciuitatem diceres

cōgruam? ADI. Ita prorsus. SO. Quæ uero huiuscemodi rem. p. sequitur paucorum/ut arbitror/ potentia est. ADI. Quam potissimū rei. p. institutionē paucorū uocas potentiam? SO. Eam in qua magistratus a census ęstimatione ciuibus tribuūtur/& in qua diuites dominantur/pauperibus uero nulla reip. est cōmunio. ADI. Intelligo equidē. SO. Nōne dicendum/quo pacto a gubernatiōe ambitiosa/in hanc transgressio fit? ADI. Dicendū certe. SO. Vel cæco id quidē perspicuū est/quo pacto trāsgressio fiat. ADI. Quonam pacto. SO. Ærarium illud cuiusq; auro plenum/talē perdit rem pu. Nam primū quidem nouos sumptus reperiunt: & ad hoc leges deducūt/quibus neq; ipsi neq; mulieres ipsorum ob temperant. ADI. Consentaneū id quidem. SO. Deinde alter alterius exemplo: & ęmulatione perciti multi tandē tales euadunt. ADI. Verisimile. SO. Hinc effussius ad pecunias cumulandas delapsi quanto id pretiosius ęstimant/tanto uirtutē ęstimant uiliorem. An non ita uirtus/a/diuitiis discrepat? quasi utraq; in lance staterę sint posita/semperq; in contrariam partem declinent. ADI. Ita prorsus. SO. Quando igitur in ciuitate diuitiæ: ac diuites honorātur/ uirtus probiq; uiri despiciuntur. ADI. Constat. SO. Incēduntur q; ad ea studia oēs quæ in honore sunt/eaq; frequentant: quæ uero nullo honore censentur: apud quosq; iacere solent. Atq; ita ex uictorię honorisq; cupidis/questus/& pecuniarū auidi tandem efficiuntur. Et diuites quidē uiros laudant/& admirant/& ad magistratus euehunt: pauperes uero despiciunt. ADI. Omnino sic accidit. SO. An non/& lege statuunt principatus fines? Dū statuūt/ubi maior est pecuniaę copia ibi talem principatū esse maiorē/cui minor/contra minorem ꝓhibentq; aliquē imperare: qui nō ad certum aliquem censum peruenerit. Hæc aūt aut ui cū armis efficiūt/aut postq̄ metum incusserint talē constituerunt rempublicā. Nōne ita? ADI. Ita prorsus. SO. Cōstitutio quidē/ut ita dicā/hęc est. ADI. Est certe. Sed qs nā rei. p. modus? que defectus sunt? quos habere eam rempublicam: dicebamus? SO. Principio qualis sit præscriptus hic in ea terminus/aspice. Siquis in nauis gubernatione/a cēsus ęstimatione gubernatores eligat: paupertem uero licet gubernandi peritiorem: haudquaq̄ admittat: quid ex hoc sequuturum censes? ADI. Vt male nauem ducant. SO. An non eodem pacto/in quouis alio principatu? ADI. Sic equidē arbitror. SO. Sic ne in omnibus præterq̄ in ciuitate? An/ & in ciuitate præterea. ADI. Multo etiam magis: quoniam hæc grauissima est: & maxima gubernatio. SO. Vnum quidē hunc/& tantum paucorū potentia defectū patit. ADI. Apparet. SO. Quid autem hoc? Nunquid leuis? ADI. Quale istud. SO. Quod necesse est non unam hanc sed duas esse res. p. Vnam quidē pauperū diuitū alterā: & homines intra mœnia eadē habitātes sibi inuicē semper insidiari? ADI. Certe non leuius istud. SO. Sed neq; hoc honestum est/ut bellū gerere nequeāt quia coguntur/siue populo utantur armato/eum formidare magis q̄ hostes/siue non utantur reuera in ipso prælio paucorū potentiæ studiosi uideri: ac etiā pecunias expendere nolle eos tanq̄ auaros homines/haud decorū est. ADI. Non certe. SO. Nunquid recte fieri illud existimas: quod supra uituperauimus: ut in huiusmodi ciuitate iidē homines in uariis uersentur officiis terrā colant: pecunias cumulent: militent? ADI. Nullo modo recte. SO. Vide utiq; si horū malorū hoīum/hæc prima id grauissimum patitur. ADI. Quale id? SO. Vt liceat cuiq̄ sua oīa alienare alteri uero illi⁹ oīa possidere: atq; ei qui alienauit/habitare in ciuitate/dum nulla ciuitatis pars existat: neq; nūmularius: neq;/opifex: neq; eques/neq; armiger/sed pauper: & egenus passim cognominat⁹. ADI. prima hæc certe. SO. Hoc profecto in ciuitatibus quæ paucorū subiciuntur imperio minime prohibetur: neq;. n. alii opulentiores essent q̄ decet: alii prorsus mendici. ADI. Recte loqueris. SO. hoc aūt considera: nunquid quādo diues huiusmodi erogabat: erat ne magis aliqua utilitas ciuitati ad quæ pauloante dicebamus? An uidebatur quidē/e/principum numero esse. Reuera autē: neq; princeps: neq; minister erat: sed propriorum cōmodorumq; consumptor. ADI. Sic utiq; uisum ē. Erat autē nihil aliud q̄ cōsumptor. SO. an uis dicamus/queadmodū in fauo fucus ortus examinis apū morbus est: ita & hominē huiuscemodi domi natū: pestē rei. p. fore. ADI. Prorsus o Socrates. SO. Nōne uolatiles fucos omnes sine stimulis/deus fecit: hos aūt terestres/partim qd sine stimulis partim diris armatos stimulis cernimus. Et ex his qui stimulos non habent/inopes tandem ī senectute fiunt. Aculeis aūt instructi sunt hi qui uocātur malefici. ADI. Vera loqueris. SO. Constat ergo ī ciuitate/ubi mendicos uides: ī eē latētes/fures latrōes sacrilegos: & horū oīum sceleꝝ auctores. ADI. Constat certe. SO. Nōne in ciuitatibus quæ regunt/a paucis/egenos inesse uides? ADI. Omnes ferme: exceptis principibus. SO. an non igit arbitramur/maleficos in ea ēsse multos stimulis ipsis ar/ matos: quos diligentia acui principatus detinent. ADI. arbitramur plane. SO. Nōne ob prauam educationē: & disciplinę defectū: & iniquā rei. p. dispositionem: hoīes ibi tales euadere asseremus? ADI. asseremus. SO. Talis utiq; erit ciuitas paucis subiiecta principibus: totq; ꝑmetur malis forte etiā pluribus. ADI. Sic ferme. SO. Constituta iam nobis sit ea res. p. quam paucorum potentiā uocāt a census ęstimatiōe principes eligētē post hæc aūt īuestigemus quo pacto uir aliqs similis isti/ us efficiat: & postq̄ similis est effectus: qualis sit. ADI. Sic ꝑrsus. SO. Nōne hac rōne maxime ex ambitioso in paucorū imperii cupidū trāsit. ADI. Qua? SO. Qñ ibi adolescēs aliqs primo qdē patrē

De diuitiis & uirtute.

Vt honor rē tollit & de/ spicit.

Fucorū duo genera uolatile & terrestre

Vbi medicos mihi fures eē latrōes & omniū scelerum autores.

imitatur suũ/eiusq; uestigia sequitur deinde ipsum aspicit/ut qui in ciuitatẽ tanq̃ in scopulũ offende rit subito ex culmie dignitatis ꝓlapsũ seipm suaq; oĩa dispergentẽ. Siue post belli expeditionẽ siue al terius magistratus maximi dignitatẽ:in iudiciũ ab insidiatoribus tractum a calumniatoribus cir cumuentum:eiectũ:depressum/patrimonio spoliatũ. ADI. Consentaneũ quidẽ. SO. Ille o amice hæc intuitus atq; ꝑpessus amisso patrimonio/pp formidinem/confestim ex animi throno ambitio nem illã & aĩositatẽ deicit/& humilior pp paupertatẽ factus sese ad quæstũ cõuertit: & angusto ad modũ aĩo aride nimiũ/& parce uiuens seq; uexans in opere pecunias cõgregat. An nõ huiuscemo/ di hoĩem tunc existimans in ea animi sede auarũ:& lucri cupidũ effectũ locare? eumq; magnũ in se regem efficere? hornamentisq; regiis ex hornare coronis/balteis/fibulis/fimbriis/ense ꝑsico. ADI. Equidem. SO. Atq; hic quidẽ rationalem uim:& animositatis ardorem humi hinc atq; illinc subi gens illi & in seruitutem redigens/illã quidem nihil aliud inquirere:& considerare permittit q̃ un de ex paucioribus pecuniis plurimæ congregentur/hunc autem nihil aliud mirari:& colere/q̃ diui tias atq; dignitatem ex re alia q̃ ex pecuniis quærere:& siqd aliud ad id cõferat. ADI. Nulla certe alia mutatio est usq; adeo uelox:& uehemẽs ex iuuene ambitioso in pecuniẹ cupidũ. SO. Nõne igit hic paucorũ imperii studiosus est? Mutatio qdem ipsius ex homine simili est illius rei.p. ex qua pau corum potentia extitit. Consideremus utiq; nunqd similis sit. ADI. Consideremus. SO. Prĩcipio in eo quod pecunias multifacit similis erit. ADI. Quidni? SO. Quinetiam:& in eo quod parcior est & ad lucrũ auidor:solasq; necessarias cupiditates explet/cæteris uero sumptib⁹ nequaq̃ indulget sed alias appetitiones tãq̃ superuacuas cohibet. ADI. Magnopere. SO. aridior itaq;:& squalidior uiuit undiq; summa parsimonia rem familiarẽ augens coaceruando intentus thesauro:quos qui dem homines uulgus probat:an non hic erit uir talis rei.p. similis? ADI. Mihi quidẽ uidetur pecu niæ itaq; maxime honorantur:& ab hoc/& ab omni ciuitate. SO. Neq;.n. hic ut arbitror disciplinẹ applicuit animum. ADI. Nõ ut opinor. Neq;.n. cẹcum sibi ducẽ præposuisset. SO. Optime quidẽ hoc autẽ animaduertere. Nõne fucorum naturæ similes cupiditates ob disciplinæ defectũ ĩesse di cimus? partim mendicas/partim maleficas/ui quidẽ ab alia diligentia detentas. ADI. Et maxime quidem. SO. Scis ne quo inspiciens/ipsorum maleficia cernes? ADI. Quonã? SO. ad orphãorum tutelas:& siquid ipsis tale contingit quo licentiã plurimã ad iniuriam nanciscantur. ADI. Vera nar ras. SO. an non id constat/quod in aliis cõmertiis uir talis/in quibus probus habetur:cũ iustus esse uideatur/cõpetenti quadã ui cæteras cupiditates prauas quæ in ipso insunt/cohibet? nõ persuadẽs/ quia non præstet/neq; rõne mansuefaciens/sed necessitate ac metu circa reliquã substantiã contre miscens. ADI. Sũmopere. SO. Enimuero o amice in multis eorũ reperies:quãdo aliena oportue rit erogare/fuci persimiles cupiditates. ADI. Maxime. SO. Non igitur seditione intestina is care bit:neq; unus quidã erit:sed duplex:habebitq; in se cupiditates utplurimum cupiditatum domina trices:meliores scilicet deterioꝝ. ADI. Est ita. SO. Quamobrẽ modestior hic aliis multis erit. Cõ sentientis tamẽ:& compositæ mentis uera uirtus longe hunc effugiet. ADI. Mihi quidẽ uidet. SO. Quinetiam ad certamẽ erit tardior uir parcus quotiens priuatim in ciuitate de uictoria aliqua ho nesta/& magnificentia erit certandũ? cũ pecunias erogare nolit/decoris & contentionũ huiusmodi gratia:metuens prodigas libidines suscitare/prouocareq; ad propungnandũ cõtendendũq;. Pau/ cis itaq; eorũ quæ circa se sunt/pugnans paucorum imperantium ritu:ut plurimũ uincitur:& diui tias auget. ADI. Sũmopere. SO. Nunquid ultra diffidimus/ad ciuitatis eius exemplũ quæ guber natur a paucis/hominem parcum atq; auarum institutũ esse? ADI. Nullo modo. SO. Post hæc ĩue stigandum uidetur/quo pacto popularis gubernatio constituitur:& quæ sit eius conditio:ut ean dem in tali homine conditionẽ recognoscentes/eum ĩ iudicium deducamus. ADI. Ita sane iter no bis inceptũ similiter peragemus. SO. Nõne hunc immodũ ex paucorũ potentia in popularẽ gu bernationẽ ciuitas ꝑmutatur:ex eo quod ciues optimũ esse proposuerunt/ut q̃ ditissimi sint. ADI. Quo pacto. SO. Quia principes in ea pp diuitias dominant/ꝓdigalitatem dissolutorũ iuuenũ le ge prohibere negligunt/ut emptionibus:& fœnoribus eorum usurpantes bona/opulentiores etiã honoratioresq; euadãt. ADI. Maxime oĩum. SO. Constat itaq; impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul:& temperantiam possidere:sed necessarium est ad alterius ẹstimationẽ alterũ sem per istorũ negligi. ADI. Constat plane. SO. Dũ igitur in paucorũ potentia iuuentutis educationẽ negligũt/ꝑmittũtq; ad libidinem uiuere/cogũt sẹpenumero homines nõ ĩgenerosos paupes fieri. ADI. Maxie. SO. Sedẽt/ut arbitror isti ĩ ciuitate aculeis armati/ꝑtim aliẽo ẹre grauati/ꝑtĩ ignomi na afflicti/ꝑtim utrisq; malis oppressi/ĩsidiantes illis quos sua nouerũt possedisse/atq; aliis:atq; iccir co res nouas quottidie moliũtur. ADI. est ita. SO. hoĩes aũt auri/dũ lucro ĩcumbunt eosq; aĩaduer tere nõ uident/& ex reliqs eũ semp q cedit maxime subducto argẽto uulnerãtes:& patris natos plu rimos ac fœnora repoitãtes/ita fucis egenisq; hominibus ciuitatẽ replent. ADI. Maxie. SO. neq; uolũt tãti mali incendiũ ita extinguere/ut nõ ꝑmittãt quẽq; res suas ꝑ arbitrio agere. Neq; ita rur sus:& secundũ alterã legem talia quædã prohibent. ADI. Secundũ quã potissimũ? SO. Secundum eam/quæ

De popularis gubernatiõis cõstitutione: & cõditione.

eam/quæ post illam ꝓxime sequit̃:cogitq; ciues uirtutis curã suscipere. Siquis .n. multa ex uolũtariis cõmertiis sui periculo tractare iubeat/nõ usq; adeo impudenter pecunias cõgregabũt:paucioraq; in ciuitate mala nascent̃ talia qualia diximus. ADI. Sic oĩo. SO. nũc aũt his de causis prĩcipes subditos ita ĩ ciuitate disponũt. Seipsos uero/& suos/& iuniores/delicatos/& molles/& secordes reddunt nullũ/aut animi/aut corporis laborẽ tolerãtes uoluptatibusq;/& doloribus succũbẽtes. ADI. Prorsus. SO. Et ipsi quidẽ tales euadũt/ut nihil aliud præter quæstũ ęstimẽt:neq; maiorem uirtutis curã habeãt q̃ mendici. ADI. Sic certe. SO. Ita igit̃ instituti/quotiẽs cõgrediunt̃ inuicẽ principes ac subditi:siue in itineribus:siue in alio quopiã cõmuni cõmertio:atq; ope:aut circa spectacula aut exercitum/uel nauigãtes una/uel militantes/uel etiã in ipsis ꝑiculis sese inuicẽ spectantes/nullo modo in his pauperes/a/diuitibus despiciunt̃. Sed frequẽter homo paup/macer/ cutimq; sole obduratus cum in acie ad opulẽtum collatus est in umbra molliter enutritum:atq; obeso corpe oneratum/eumq; inspicit anhelantem/& anxium/nõne censebit sua quadã ignauia uiros huiusmodi diuites fieri? & alter alteri quotiens priuatum in unũ cõuenient/enarrabũt/suos superiores nullius ꝓtii esse. ADI. Noui certe ita eos efficere. SO. Nõne igitur queadmodũ debile:& ualitudinariũ corpus/uel minima mutatione extrinsecus iniecta in morbos incidit. Sępe etiam nulla extrinsecus rẽ nocente:ipsum intra se dissidet/ita:& ciuitas eodem modo disposita/ex parua occasiõe:siue alii extrinsecus a paucorũ potentię subiecta ciuitate subsiduim præbeant/siue alii ex populari/ęgrotat:& secum ipsum dissentit. Sæpe etiã absq; externorũ opa:seditionibus agitat̃. ADI. Prorsus. SO. Popularis utiq; gubernatio fit:ut arbitror quando pauperes superantes:diuites partim enecant:partim in exilium pellunt. Reliquos aũt equis rei.p. honoribus muneribusq; afficiunt:atq; ut plurimũ in ea sorte magistratus obtingunt. ADI. Huiuscemodi certe est popularis ciuitatis cõstitutio/siue armis fiat:seu metu aliis discedẽtibus. SO. Quænã erit igitur horũ ciuiũ uita? qualis gubernatio? Constat.n. quod uir talis/popularis aliqs apparebit. ADI. Perspicuũ. SO. An nõ primum quidem liberi erunt omnes/ciuitasq; libertatis plena:summaq; licẽtia ꝓ libidine oĩa omnes audebũt? ADI. Fertur quidem? SO. ubi aũt licẽtia/ibi qsq; arbitratu suo uitam instituet? ADI. Patet. SO. Omniformes in hac ciuitate nascũtur homines. ADI. Valde. SO. Videtur utiq; hæc omniũ esse rerũ.p. pulcherima:atq; ut pallium uariis depictum coloribus speciosissimum esse uidetur: ita ciuitas ista diuersis ex moribus uaria:pulcherima prorsus apparet:ac ꝓinde:ut pueri:& mulieres uarietate distinctis:opificiis:& spectaculis delectantur:sic multi hanc ꝑ uarietatem pulcherrimam arbitrantur. ADI. Et maxime quidem. SO. atqui facile est o beate in hac ciuitate rẽ.p. quærere. ADI. Quã obrem? SO. Quoniã oĩa rerum.p. genera ꝑ licentiam habet:ac uidetur necessariũ esse illũ q̃ rem pu. instituere cupit:quod mõ nos fecimus:popularem ciuitatẽ ingressum:eam rei publice cõstitutionem:quæ magis placeat sibi:deligere:quasi rerum.p. nundinas adeuntem:atq; ita eligentẽ:ciuitatis modum statuere. ADI. Forte exempla huic nequaq̃ deerunt. SO. Quid uero? an nõ dulcis hæc prima fronte:atq; diuina uidetur uita:ut neq; cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi/nec etiam si ad id sufficias:neq; parere si nolis:neq; bellum gerere aliis bellum gerentibus:neq; pacem agere agẽtibus aliis:nisi id placeat. Vel etiam siqua te lex imperare ueter:& sententias ferre:nihilo minus:& imperes:& sententias feras in iudicio:modo tibi hoc uisum fuerit. ADI. Forte sic primũ uidetur. SO. Quid autẽ mansuetudo damnatorũ quorundam nõne decora? an nondũ hac ĩ ciuitate uidisti homines morte:uel exilio cõdemnatos:nihilominus urbem incolere:ac ꝓdire ĩ mediũ & sæpe quasi nemo id uideat:aut curet:instar heroum quorũdam ꝑ urbẽ incedere. ADI. Vidi equidem multos. SO. Indulgẽtia uero ipsius nimia:& sine ulla obseruatione:negligẽtia eoꝝ quæ nos dicebamus rẽ ipsam honestãtes qñ ciuitatẽ cõstituebamus:quo uidelicet nisi forte quis excellenti sit ingenio ꝓditus:nunq̃ uir ꝓclarus euadet:nisi a prima pueritia statim honestis in ludis uersef:& eiuscemodi oĩa frequẽter exerceat/tanq̃ quæ alto aĩo hæc pessundat oĩa:ea inq̃ negligẽtia nihil pẽsi habet:ex quibus studiis aliquis se ad ciuilia conferat:sed honorat: siqs dũtaxat : amet̃ a uulgo. ADI. Valde admodũ generosa. SO. Hæc utiq; habebit:& horũ similia:gubernatio popularis:eritq;:ut appet dulcis res publica:& sine duce:ac uaria ęqualitatẽ quãdam similiter:ęqualibus ĩęqualibusq; distribuẽs. ADI. Manifesta admodũ narras. SO. Cõtemplare quis nã uir talis priuatim fit:an forte primo inuestigãdum est:queadmodũ in republica fecimus:quonã pacto talis efficiat̃. ADI. Ita ꝓrsus. SO. Nõne ita maxime accidit:ut auari patris:& paucorũ potẽtiæ cupidi filius aliqs sub parẽtis moribus nutriat̃. ADI. Cur nõ. SO. Hic ui uoluptates suas coherceat:quęcũq; ad sumptus alliciũt nõ ad lucrũ:quæ qdẽ uoluptates nõ necessarię appellant̃. ADI. Manifestũ est. SO. an uis: ne ĩ ambiguitate uersemur ĩ primis qdẽ eas q̃ necessarię sunt cupiditates:& quæ nõ necessariæ : discernamus. ADI. Volo eqdẽ. SO. Necessarię qdẽ illæ merito uocarent̃ quas amouerę nõ possumus:& q̃ cũ ꝑcipiunt:nos adiuuat:has enim ambas quærere naturã nostrã necessariũ est. Nõne? ADI. Maxime. SO. iure igitur eas necessarias appellabimus. ADI. iure. SO. an non recte eas necessarias esse negabim⁹:q̃ remoueri possunt qñ qs a iuuẽtute assueuerit quęue cũ adsunt:nihil afferũt boni:imo

Quæ uoluptates necessariæ & q̃ non necessariæ.

plærunq; nocēt. ADI. Præclare qdē. SO. Accipiamus earū exēplar: ut q̄ utrę́q; sint: cognoscamus & in figura quadā eas inspiciamus. ADI. Sic oportet. SO. Cupiditas utiq; comedēdi cibiq;: & obsonii: usq; ad salubritatē: & bonā corporis ualitudinē/necessaria est. ADI. arbitror. SO. Certe cibi usus duplici de cā necessarius/& qa sine ipso uita nō sufficit: & qa utiles. ADI. Ita est. SO. aliorū uero cōdimentorū: quatenus ad bonā corporis habitudinē cōfert. ADI. Prorsus. SO. Sin cōfert nihil horū cōcupiscentia supuacua/quæ p̄ temperātiam a iuuētute coherceri pōt obest autē corpori/obest: & mēti ad prudentiā/& tēperātiam merito nō necessaria nominabit. ADI. Merito. SO. Has igit sumptuosas cupiditates. Illas uero quæstui deditas: qa conferant ad agēdū uocabimus. ADI. Quidni? SO. Idēq; de ueneréis aliisq; dicemus. ADI. Idem. SO. Profecto/quē fucū pauloante nominauimus. Hūc eē dicebamus q̄ talibus uoluptatibus/& libidinibus plenus est: & cupiditatib⁹ nō necessariis est mancipatus eū uero q̄ necessariis/parcū: & paucorū potētiæ cupidū. ADI. Proculdubio. SO. Rursus dicimus quēadmodū ex paucorū potētiæ cupido popularis efficit. Videt aūt mihi hoc pacto/utplurimū fieri. ADI. Quonā. SO. Quādo iuuenis/ut mō diximus nutritus rudite: & aride nimiū fucorū mel gustat: adhæretq; ardētibus uehemētibusq;: & callidis aīalibus potentibus omniformes: & uarias uoluptates undiq; comparare. Hinc utiq; existima eā oriri mutationē: qua iste ex paucorū potētia quæ ī eo est: trāsit in popularē? ADI. Necessariū est. SO. Nunquid quē admodum ciuitas mutabat/dum extrinsecus præsidiū parti alteri prę́staret/a/simili simile: ita adolescentis mutat ingeniū/dum rursus externarū cupiditatū species cognata: & similis alteri cupiditatum speciei earū quę in eo sunt suffragat. ADI. Prorsus quidem. SO. Quod si qs cōtra prę́stetur fauor naturæ eius paucorū imperii studiose: siue a patre/seu domesticis aliis/admonētibus īcrepātibusq;: seditio: & reluctatio: & pugna ī ipō ad seipm̄ tūc īnascit. ADI. Cur si. SO. Et qñq;: ut arbitror popularis cōditio paucoꝝ statui cedit: & nō nullę cupiditates parti ītereūt pti excidūt: pudore aliquo ī aīo iuuenili exorto. Vn̄ rursus excolit? ADI. Fit nō nūq̄. SO. Rursus præter eas q̄ exciderunt cupiditates: alię coalescētes cognatæ pp̄ inscitiā paternę educatiōis multæ uehemētesq; fiūt? ADI. Sic certe fieri cōsueuit. SO. Trahūt porro ad se cōsuetudines: ac dū clam serpūt: magnū excrescūt in numerū. ADI. Quid p̄hibet. SO. Tandē iuuenilis animi arcē occupant/persentiētes uacuā esse doctrinarū honestorumq; officiorū: & uerarū insuper rōnum. Qui sane optimi oīum custodes seruatoresq; in hominū piorū mentibus extāt? ADI. Summopere. SO. Falsæ uero: & superbæ petulātesq; rōnes: & opiniones eorū in locū succedentes/eundē talis hominis locū obtinēt. ADI. Maxie. SO. Nōne iterum ad delicatos illos accedēs/manifeste habitat. Ac si a domesticis adiumentū aliquod p̄beatur: parciori animi ipsius affectioni/superbi petulantesq; sermones claudētes regii ī eo muri portas: neq; prę́sidium ipsum admittūt: neq; legatos priuatoꝝ senum monitus excipiūt. Sed ipsi prelio superāt: & pudorē quidē appellātes fatuitatē in exiliū turpiter eum expellunt. Temperātiam uero ignauiam nominātes reprobantesq; eiciunt. Modestiā quoq; ī moribus: & in sumptibus moderationē: tā̄q rusticitatem: & illiberalitatē penitus detestātur: & fugant: & ipsi una cū multis futilibusq; cupiditatibus inualescūt. ADI. Magnopere. SO. Cum hæc depulerūt ex eius aīo quē occuparūt: & purgarunt ingentibusq; initiationis muneribus affecerunt/post hæc petulantiam licentiam: prodigalitatē / impudētiam/splendidas multo cū choro deducūt coronas/extollētes applaudentesq;: dum petulātiā ingenuam educationē nominant: licētiam/libertatē/p̄digalitatē/magnificentiam/impudentiā/fortitudinem. An non ita quodamodo iuuenis transit ex ī nutrita necessariarum cupiditatū affectiōe: in resolutā licentiam non necessariū futiliumq; uoluptatum? ADI. Plane id constat. SO. Viuit deinceps talis: ut arbitror nihilomagis necessarium q̄ superuacuarū uoluptatum gratia erogans pecunias: labores: exercitationes. Verū si ita fortunatus est: ut neq; ultra modum debachetur: immo senior factus: & ingenti iā p̄turbatione elapsa non omnia sed aliqd admittit: & partes excidentium suscipit: & ingredientibus haud quā̄q se totum cōmittit: uoluptatibus iā ad ę́qualitatem reductis: ita uiuit/ut incidēti semp tā̄q sortiēti imperiū sui tradat: quo adimpleat. Rursusq; alteri succedēti/nullā spnens: sed oēs ę́que nutriens. ADI. Sic accidit? SO. Hic quidē rationē uerā nō accipit: neq; in custodiæ suæ arcē admittit: siqs dixerit uoluptates/partim esse bonoꝝ honestarūq; cupiditatū/parti uero malarū: & illas exercēdas esse/& honorandas/has cōtra moderādas/& cohibendas. Verū ī his oībus annuit/affirmatq; oēs similes eē: & pariter honorandas. ADI. Profecto quisqs ita affectus est/id agit. SO. Nōne ita indies uiuit/ut incidētibus præsentibusq; semper cupiditatibus obsequatur? dū uidelicet alias ebrietati modulatiōibusq; īdulget: alias aquæ potu cōtent⁹ est: & inedia: īterdū uero gymnasticę studiis se exercet nō nūq̄ remissiori aīo torpet: qñq; p̄hiæ attingit studia: sę́pe etiā se ad rem. p. cōfert: p̄ditq; in mediū: qcqd obtulit sors: & dicēs: & faciens: ac si qñq; milites admirat: ad eos fertur: sin mercatores/ad hos rursum aduentat: neq; ordie ullo aut necessitate uitā suā dirigit. Sed iocundā: & liberalē: & beatā hanc uitā appellans hāc assi duecolit. ADI. Scite uitā popularis hoīs nullū delectū uiuēdi habētis/narrasti. SO. Arbitror equidem plenū hūc diuersis plurimisq; moribus eē: pulchrūq;: & uariū quēadmodū ciuitatē illā uideri: quē sane

sane multi atq; multa feliciter uiuere arbitrarent:cũ rerũ.p.atq; morũ ĩse multa exempla contineat.ADI.Ita est nimirũ.SO.Esto nobis uir talis populari rei.p.similis:utpote q popularis meri to nominet:ADI.Esto.SO.reliquũ est/ut de praeclara illa re.p.uiroq; praeclaro dicamus:tyrãnide atq; tyrãno.ADI.Oĩno.SO.age uideamus o dulcis amice:quis nã tyrãnidis ipsius sit modus.Principio quod ex populari orit̃ ferme est ꝑspicuũ.ADI.Manifestũ.SO.Eadẽ igitur rõne ex populari tyrãnis oritur:qua ex paucorũ potẽtia:populat is.ADI.Qua:SO.Quod sibi ciues in paucorũ potentia tanq̃ bonum ꝓposuerunt:p quod:& paucorũ potentia inoleuit:id erat diuitiarũ copia.Nõne:ADI.Istuc ipsum.SO.Inexplebilis itaq; diuitiarũ sitis/caeterorũq; officiorũ negligentia ꝑp ipsum quaestum eã ꝑdunt.ADI.Verũ id qdẽ.SO.Quinetiã eius quod ĩ populari bonũ censet/cupiditas ĩexplebilis ipsam quoq; ꝑuertit:ADI.Quid ĩ ea potissimũ censeri bonũ dicis.SO.Libertatẽ. Nam istud in populari ciuitate cẽseri praeclarissimũ audies.Ideoq; in hac sola habitare par est eum uirũ/qui natura sit liber.ADI.Certe nomẽ istud libertas in hac ciuitate frequentius praedicat.SO. Nõne dicturus eram:huius ipsius cupido insatiabilis/caeterorũq; negligẽtia hãc mutat rem.p.cogitq; tyrãnide indigere.ADI.Quo pacto.SO.Quãdo uidelicet popularis ciuitatis sitiens libertatem/malos pincernas praesidẽtes nãcisc itur:& ea ꝓfusius q̃ decet sese ingurgitans debachat:& principes causas tanq̃ rigidiores:& tyrãnicos/punit/nisi mites admodũ sint plurimũq; cõcedant licentiae.ADI.Sic ꝓrsus accidit.SO.Atqui:& eos q principibus parent/obiurgat/tãq̃ seruiles: & pretii nullius homines:principes aũt subditis pares:& subditos pares principibus/ priuatim: & publice laudat atq; honorat:an nõ necesse est hac in ciuitate ad summã libertatẽ hoĩes ꝑuenire:ADI.Procuidubio.SO.atq; hanc insitã obedientiae ĩpatientẽ licentiã o amice proprias irrepere domos/seq; usq; ad bruta ꝓtendere.ADI.Quo pacto hoc dicimus:SO.Quale uidelicet:si pater filio fiat similis/filiosq; metuat:& filius patri sit par:neq; uereat parentes/neq; metuat:ut sit maxime liber. Inquilinus praeterea ciui:& inquilino ciuis ęquetur:peregrinusq; similiter.ADI.Sic accidit:SO.Hęc utiq;:& alia nõnulla minora similia his eueniunt.Nempe ea in urbe praeceptor discipulos timet:eisq; blanditur/discipuli praeceptores spernũt:& similiter pędagogos:atq;/ut summatim dicã iuniores senioribus se similes praestant: uerbisq;:& operibus aduersant.Seniores aũt iuniorum gerũt uicẽ/ & tanq̃ scurrę facetiis eos delectant:ne seueri imperiosiq; uideant.ADI.Maxime.SO.Vulgi autẽ libertas extrema o amice/tali in ciuitate quanta:qñ qdem empta mãcipia nihilominus libera sunt/ q̃ emptores:& quanta mulieribus erga uiros:uirisq; erga mulieres ęqualitas libertasq; sit/ ferme dicere/obliti sumus.ADI.An nõ secundũ Eschylũ dicemus quod nũc nobis in buccam uenit.SO. Sic prorsus:atq; ego quidẽ ita dico:ꝑfecto quanto liberiores sint hac in ciuitate bestiae quae sub hominibus nutriũtur q̃ alibi:nemo nisi expertus crediderit.Nam & catellae/ut habet ꝓuerbiũ/ꝑinde ac dominae sunt.Et qui:& asini tanta per uias libertate progredi cõsuescunt/ut ĩ obuiũ quẽq; impetum faciant/nisi cesserit.Cęteraq; oĩa summa agunt licẽtia.ADI.Meũ certe mihi narras ĩsomniũ. Nam mihi rus ꝓficiscenti frequẽter ista cõtingunt.SO.Vides quo tandẽ oĩum supradictorũ summa cõtendat.Ita siquidẽ hic delicatus ciuium aĩus reddit/ut siqs paulũ qd seruitutis afferat/ęgre ferant:neq; tolerent.Demũ uero leges oẽs tã scriptas q̃ nõ scriptas cõtemnunt:neqs illis praesit dñs. ADI.Manifestũ id quidẽ.SO.Haec o amice egregria illa/& elegans res.p.est/ex qua/ut mihi uidet tyrãnis nascitur.ADI.elegans certe/sed quorsum haec.SO.Morbus porro q in paucorũ potentia serpens/eam labefectauit:idem/& in hac pululans excrescensq; nimia ex licentia:popularẽ ciuitatẽ iugo seruitutis subigit.Ac summatim excessus oĩs uerti penitus in cõtrariũ cõsueuit:ĩ tpibus in arboribus/ĩ aĩalibus & ĩ rebus.p.maxime.ADI.Haud iniuria.Nimia enim libertas/haud in aliud uidetur q̃ nimiam in seruitutem conuerti/& priuatim/& publice.SO.Certe id consentaneũ.Quare non abre dicebam nõ ex alia re.p.q̃ populari tyrãnidem surgere:extrema ex libertate/grauissimã/ & accerrimã seruitutẽ.ADI.Sic ostendit ratio.SO.At non hoc:ut arbitror ipse quaerebas:sed quinam morbus idem in paucorũ potentia populariq; gubernatiõe innatus eam in seruitutẽ redigit. ADI.Verra narras.SO.Dicebam utiq; ociosorum:& prodigorũ hominũ genus partim fortius: & uirilius esse partim ignauius:& illud quidẽ ducere hoc aũt sequi:quos quidem homines fucis in superioribus comparauimus/illos qdem fucis aculeos habentibus/hos autem aculeis carẽtibus fucis.ADI.Et merito.SO.Isti quidem in quacũq; fuerunt ciuitate eam turbãt/quemadmodũ pituita:ac bilis corpus.Quos oportet bonũ medicũ:& legũ fundatorẽ/nõ minus q̃ sollertẽ apum cultorem/eminus praecauere:primum qdem ne oriantur in ciuitate/ac si oriunt/ut cum ipsis fauis ꝓtinus excidant:ADI.Ita ꝓrsus agendũ.SO.Sic igit accipiamus/ut ꝑspicacius quod quęrimus cognoscamus.ADI.Quo pacto.SO.Trifariam popularem ciuitatẽ/ut re ipsa est/partiamur. Vnũ quidẽ hoc genus ĩ ea ꝑp licentiam nascitur/nonminus q̃ ĩ paucorũ potẽtia.ADI.Est ita.SO.lõge aũt acrius in hac q̃ in illa.ADI.Qua rõne:SO.Ibi quia contẽptui est:& priuatum uiuit/imbelle ꝑp desidiam fit.In populari aũt id genus omne exceptis paucis praesidet:& quod in eo acerrimũ/dicit & agit:aliud autem iuxta tribunalia inhaerens susurrat/nec tollerat/siquis alia dixerit.Quapropter

De tyrãnide & tyrãno.

Prouer: Catellae perinde ac dñae:

omnia ab hoc genere paucis exceptis in ciuitate huiusmodi administrantur. ADI. Et maxime quidem. SO. aliud igitur tale semper ex multitudine excernitur. ADI. Quale. SO. Ex oibus .n. q̃stũ agentibus qui natura modestissimi sunt/ut plurimũ ditissimi efficiuntur. ADI. Consentaneũ. SO. Hinc utiq; mellis copia:& uberior:& facilior fucis exprimitur. ADI. Quomodo .n. ex his qui pauca possident copia mellis exprimeret! SO. Diuites/ut arbitror tales fucorũ herba uocant. ADI. sic ferme. SO. Populus autem tertium erit genus: quotcũq; ipsi sua dũtaxat curant/nec alienis se implicant: haud multum pecuniosi. Quod quidẽ genus/& plurimum est/& in populari ciuitate principalissimum: quotiens congregat. ADI. Est certe: at non frequenter id facere uult: nisi particeps mellis efficiatur. SO. Nõne semp est pticeps/quattenus qui p̃sident expoliantes diuites/dispertientesq; populo/sibi possunt/ut plurimum usurpare! ADI. pfecto ita fit particeps. SO. Cogunt utiq; repugnare hi qui expoliati sunt/p uiribus in populo dicẽtes/atq; agentes. ADI. Quidni! SO. Occasionem itaq; ab aliis accepꝰũt/q̃uis ipsi nõ cuperent: rerum innouandarum: quod insidient: populo: & ad paucorũ imperiũ intendat animũ. ADI. Cur non! SO. Tandem uero postq̃ populum uiderunt nõ sponte sed iscium/a callumniatoribusq; seductũ conari/ut ipsis iniuriam inferat: tunc sane uelint nolint/reuera euadunt paucorũ potentiæ studiosi haud ultro uolẽtesq;/sed hoc illis malũ ingerit/fucus stimulans eos ac pungens. ADI. Valde quidem! SO. accusationes igit/litigia/cõtentionesq; mutuæ oriuntur. ADI. Et maxime. SO. Ideoq; populus consueuit. Vnũ aliquem sui defensorem creare: eumq; nutrire: & uti magnum efficiat/confouere. ADI. Consueuit certe. SO. Ex quo patet tyrãnum ex radice tutoria pululare. ADI. Certum id quidẽ! SO. Quænam origo mutatiõis ex tutore in tyrãnum! an uidelicet postq̃ cœpit qui prꝫest id agere: quod circa templũ Lycei Iouis in Archadia fabula refert. ADI. Quidnam. SO. Quod quisqs humana uiscera cũ aliarum uictimarum icisa uisceribus forte gustarit/lupus fieri cogitur. Nõne fabulam audiuisti. ADI. Equidẽ. SO. Eodem modo: & hic cuius imperio ualde uulgus obtemperat/cognato non abstinet sanguine: sed falsis/ut solent cõfictis crimiuibus in iudicium trahit eos a quibus timet/& iniusta se cæde cruentat uiri uitam extinguẽs/gustansq; lingua impura: & pphano ore generis pximi sanguinẽ: ac nõnullos expellit/enecat alios/causatus .s. ęris alieni/rescrationes partitionesq; agrorũ. Quare necesse ẽ eiusmodi hominẽ/uel ab inimicis interfici/uel tyrãnidem exercere/lupumq; ex homine fieri! ADI. Necesse est oĩno. SO. Hic q̃dem aduersus opulentos homines seditiosus. ADI. Certe. SO. Nõne ab inimicorũ ui huic periculũ iminet! Qui si expulsus/inuitis redierit inimicis/tyrãnus effectus reuertitur. ADI. Constat. SO. ac si eũ callũniis publicis expellere nequeũt/uel occidere/uiolentiam illi mortẽ cogitant/clamq; insidiantur. ADI. Ita certe fieri cõsueuit. SO. Hinc solita illa orit tyrannis occasio exigendi. Nempe oẽs qui huc ascẽderũt/custodes aliquos corporis/ut auxiliator populi saluus sit solẽt a plebe regrere. ADI. Maxime. SO. dat itaq; eos plebs/illi metuens: sibi ipsi nimis cõfidens. ADI. Magnopere. SO. Cũ hæc uir pecuniosus aĩaduertit: q ob pecunias plebi hostis est: tũc certe iuxta oraculũ Creso datũ ad Hermũ lapidosum fluuiũ aufugit: neq; moratur: neq; timidus dici ueretur. ADI. Haud quaq̃ secũdo iterũ uereretur. SO. Sane quisqs cõprehensus fuerit: ultimo supplicio affici solet. ADI. Necesse. SO. at populi ille defensor magnus magnifice haud quaq̃ sese gerit: sed alios psternit plurimos: & ipse in curru residet ciuitatis tyrãnis ex tutore effectus! ADI. Quid phibet. SO. an uis enarremus beatitudinem uiri huius: & ciuitatis in qua uir talis innascit. ADI. Prorsus q̃dem. SO. principio q̃dem oẽs salutat arridens quibuscũq; obuius fuerit: & nomẽ tyrãni recusat/pollicetur multa/& priuatim: & publice/ęre liberat alieno/agrosq; distribuit: populoq;: & familiaribus suis: ac deniq; oĩbus mansuetus: & mitis esse simulat. ADI. Necesse est. SO. at cum primum externos hostes/partim sibi conciliauit/partim extixit/rebus iã pacatis/statim: ut populus duce semp indigeat/bellũ aliquod nititur excitare. ADI. Consentaneũ est. SO. In quo illud insuper efficit/ut qui sub eo sunt plurimis exhausti sumptibus ad quotidianũ uictum cõuerti cogãtur: minusq; aduersus tyrãnum insidias meditentur. ADI. patet. SO. Quinetiam si quos agnouerit liberali esse ingenio præditos talesq;/ut imperium eius recusaturi uideantur: ut ad eos extinguẽdos occasionẽ habeat: hostibꝰ obiicit: his de causis necesse ẽ tyrãnũ semp noua bella moueꝛ. ADI. Necesse. SO. Qua de re ciues sibi infensos reddit. ADI. Summopere. SO. Verisimile est: ut nonnulli eorum qui tyrãnidi suffragati sunt: & apud tyrannum plurimum possunt: audacter tam inter se q̃ cum eo: quæ geruntur improbent: prꝫsertim siqui altiori aĩo sint. ADI. Verisimile. SO. Consentaneũ est: ut hosce omnes tyrãnus e medio tollat: si modo sit dominaturus: quousq; neminã relinquat amicorũ: uel hostium qui alicuius momenti sit. ADI. Manifestum id quidẽ. SO. acute igitur inspicere illum oportet: quis fortis: quis magnanimus: quis prudens: aut diues sit. Nempe usq; adeo beatus est: ut seu uelit seu nolit his inimicus futurus sit: eisq; insidietur: quousq; ciuitatem purgauerit. ADI. Egregiam sane purgationem narras. SO. Contrarium plane medicorum purgationi. Siquidem medici a corpore quod deterrimum est abstergunt: quod uero optimum est: relinqunt. Contra tyrãnus efficit. ADI. ille quidem sic facere cogitur: si modo sit dominaturus. SO.

Beata

Tyrãnũ ex radice tutoria.

Quomõ homo fiat lupꝰ.

Beata nimirũ necessitate adstrictus est quæ illi præcipit/ut uel cũ plurimis improbis uitã agat/a/quibus etiã odio habeaṫ:uel omnino nõ uiuat. ADI. Talis ꝑfecto eius cõditio est. SO. Nõne quo infensiores habet ciues/dũ hæc agit/eo pluribus & fidelioribus satellitibus indiget? ADI. Quid phibet? SO. Qui nam igiṫ huic fideles maxĩe? Vnde illos accerset? ADI. Vltro aduolabũt undiq multi mercede pellecti. SO. Fucos iterũ mihi uideris per canẽ quosdã dicere/externis & uariis ex gentibus confluẽtes. ADI. Vere tibi uideor. SO. Quis autem ex indigenis? Nonne aliqui si uoluerit? ADI. Quo pacto? SO. Scilicet/si propriis seruis sublatis uoluerit ciues aliquos liberare & satellitibus suis asciscere. ADI. Maxime quidẽ:quoniam fidelissimi sibi hi sunt. SO. q̃ præclarã narras tyranni possessionem? siquidem talibus amicis fidisq hominibus utiṫ/cum priores illos perdiderit. ADI. At tamen talibus utitur. SO. Atqui mirantur eum amici tales:conuersanturq cum eo noui ciues. ęquiores antẽ uiri oderunt ac fugiunt. ADI. quid uetat? SO. Nõ temere igiṫ tragædia sapiens artificiũ eẽ uideṫ:atq in ea Euripides iure clarus habeṫ. ADI. Quãobrẽ? SO. Quod & hoc ex ꝓfunda mente cecinit. Sapiẽtes tyrannos esse sapientũ consuetudine:dixitq hos sapientes eẽ qui cũ his conuersanṫ. ADI. Quinetiam tyrãnidem tanq̃ rem diuinã extollit. Aliaq permulta hec aliiq poetæ. SO. Enimuero poetæ tragici utpote sapientes nobis ignoscẽt:& illis qui perinde ac nos rem. p. administrant/quod eos in nostrã rem. p. non admittimus tanq̃ tyrannidis probatores. ADI. Ignoscent ut arbitror/quicũq inter eos facundiores sunt. SO. Cæteras uero circũeũt ciuitates/turbam congregantes:& egregiis & grãdibus ꝓbabilibusq uocibus/quibus nõ deest precium/res. p. in tyrannides trahunt & popularẽ statum. ADI. Vehementer. SO. Nonne pro his preciũ capiunt/honorãturq? in primis quidẽ ut uerisimile est/a/tyrãnis:deinde etiam/a/populari conditione. At uero quo altius ascẽdunt in arduum rerũ. p. uerticẽ/magis eorũ deficit honor quasi defessus crebriore hanelitu anxius progredi non ualeret. ADI. Ita nimirũ. SO. Sed ne postq̃ huc digressi sumus:ulterius digrediamur/dicamus unde tyrãnus exercitũ illũ suum/præclarũ/uarium: semperq diuersum alat. ADI. Constat in primis q᷑ si quæ sunt sacræ opes in ciuitate/eas surripiet:cõsumetq quo usq illa sufficiẽt quæ uẽduntur/dum leuiora exigit a plebe tributa. SO. Quid si opes hæ defecerit? ADI. Patet q᷑ ex paternis aleṫ:& ipse & collegæ ipsius cõtubernalesq & scorta. SO. Intelligo equidem q᷑ populus qui tyrãnũ genuit/ipsum amicosq eius enutriet. ADI. Ita cogiṫ. SO. Quid uero si succẽseat populus dicatq/haud ęquũ eẽ ut adultus filius/a patre amplius nutriaṫ:sed contra/a/filio pater:neq se ad hoc eũ creasse/ut postq̃ adoleuerit/tũc ipse seruis eius ministrãs/nutriat: & ipm & ipsius seruos/& alios oẽs undiq cõfluentes eius ad stipulatores:uerũ ut/a/diuitibus his q præclari & boni existimãtur ĩ ciuitate/eo pręside/libereṫ:atq ita iubeat populus abire illũ e ciuitate/eiusq amicos/ꝑinde ac pr̃ filiũ domo una cũ debaccãtiũ turba depellẽs? ADI. Agnoscet ꝑ Iouẽ tunc demũ populus q̃lis ipse:& q̃li bastia delectat⁊ sit/dũ eã generaret atq educaret. q̃ q ipse debilior potẽtiores eicere tẽtat. SO. Quid ais? Audebit tyrãnus patri uĩ ĩferre:& si nõ obtẽperet uerberare? ADI. Immo uero. Nã auferet arma. SO. patricidã ergo dicis eẽ tyrãnũ:durũq senectutis educatorem? Atq ut uṫ/hæc ꝓprie est tyrãnis: Vtq ferṫ/populus/seruitutis liberorũ fugiẽs fumũ/in flãmam seruorum dominatiõis incidit:loco ingẽtis illius & ĩportunæ libertatis/durissimã acerbissimamq ser uorũ subiẽs seruitutẽ. ADI. Ita nimirũ accidit. SO. An nõ igiṫ ꝓbe a nobis dictũ fuerit/si sufficiẽter narrasse asseueremus/quo pacto tyrãnis ex populari gubernatiõe nascaṫ:& nata cũ ẽ/q̃lis sit. ADI. Valde q̃dẽ sufficienter.

Extollitur ex ripides.

FINIS DIALOGI VIII

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM NONVM DE IVSTO.

Ocrates q̃ plurima de regia optimatũ uita tractauit:multa etiã de cõtraria eius tyrãnide disputat:ut & illã tanq̃ beatissimam cõprobemus:& hãc reprobemus q̃si miserimã. Quod nõ solũ igitur in octauo/sed in nono insup agiṫ de tyrãnide:qua. s. rõne potissimũ fiat ex populari/q̃lis quoq sit/q̃ noxia/q̃ infelix. quo uidelicet primã q̃ in aĩo fit tyrãnidẽ totis uirib⁊ deuitemus. uicissimq regnũ aĩo ĩtimũ cõplectamur. Per hec statim ad primũ redibit disputationis uniuerse propositũ. Quo utiq statuit demõstrare/iusticiã nõ opinione dũtaxat humana esse laudabilẽ:sed etiã ipsa sũi natura & honesta mirũ ĩmodũ: & salutari esse ante oĩa uenerãdũ. Iniusticiã quoq nõ ob metum uel legũ uel infamie solũ uituperandã esse : sed ẽt propter ipm malefice nature sue uenenũ ꝓcul effugiẽdã. Iusticiã uero cũ noĩat/alias legalem cõmunẽq designat iusticiã/uirtutẽ. s. uniuersam sub legũ ꝓuidẽtia ĩstitutã. alias iusticiã magis ꝓpropriã siue distributiuã:ꝑ quã & in ciuitate ꝑ meritis honores/ꝓmia/pœnæ/distribuunṫ:& in aĩa ꝑtibus animæ ꝑ dignitate naturæ actiones & munera tribuunṫ:siue cõmutatiuã:ꝑ quã & in ciuitate ęquo:& legittimo ꝓcio/res/uel reb⁊/uel pecuniis cõmutanṫ:& in animo ita quasi similiter cõmutantur officia/ut quantũ ratio inferioribus consulit/tantũdem uires inferiores pro rationis imperio necessa-

ria subministrent. Inter hæc nota tyrānicū animum ita perturbatum esse/ut proprie iudicetur libi dine perditus & temulentus:& furiosus/atq; immanis. Quippe cū quasi fera imanibus iis libidini bus rapiatur/quatū feritatē cæteri solum somniantes interdū experiunt. Quæ uero hic ad falsitatē & ueritatē:& uaticinium somniorū pertinēt/in theologia abūde tractamus. Considera q̄ diligēter mala cōnumeret omnia/quibus ciuitas oppressa tyrānide premitur. Quā ue apte totidem mala ac etiam plura in tyranni animo numerat:adeo ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationē totam huc tendentē:ut sapiens iustusq; uita uitæ cōtrariæ proferatur/in tria redigit capita. Primū esse uult. Quod hactenus est tractatum:ex cōparatiōe uidelicet:insipientis iniustiq; hominis ad ciuitatem quandā nulla sapientia & iusticia gubernatam. Vbi profrēto apparet & ciuitatem illam:& hominem ęqua ratione pessime & infelicissime se habere. Secundum uero caput nunc aggreditur distinctionē illam partium animæ repetens in ratiocinandi & irascendi & concupiscendi naturas: quibus tres quoq; uitas accōmodat philosophicam ambitiosamq; & cupidā/cupidā inq̄ pecuniarū gratia uoluptatum:ideoq; auara etiam nominat. Tres similiter disponit ptes in ciuitate/magistratus/milites/questuarios: pbat deinde uitā uirtute præditam magis eligendam esse q̄ uiciosam præterea quod sit reuera suauior. Nempe cum triū illorū quilibet uitæ suæ uoluptatem cæteris præferat/solus id philosophus potest recte diiudicare/opus enim est ad iudicium experientia/prudentia ratione. Principio quantū ad experientiam pertinet philosophus quidem:& sui ꝓpriam: & aliorū uoluptates est expertus:quo fit ut facile quæ sit præferenda/cognoscere possit. Cæteri uero philosophantis gaudia nunq̄ degustauere:Ideoq; uoluptates suas cum philosophantis gaudio comparare non possunt. Præterea solus philosophus perfecta pollet prudentia & assignādarum industria rationum:quæ quidē duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapientis iustæq; uitæ gaudia ambitiosæ libidinosæq; uitæ anteponat oblectamentis/iure ex ipsius iudicis ueri snia uitam uirtute rectam uitæ uitio dissolutæ anteferre debemus. Tertium deniq; caput inde potissimum exordit/quod in solo sapiente iustoq; uiro uoluptas uera reperiri potest. In cæteris autem uoluptatē falsam:& umbratilē esse constat. Quod quidē ita probatur uoluptates:ut plurimū uehementes repletiones quædam sunt indigentiæ. Atq; ubi & quod impletur & quod implet uerius pfectiusq; est/impletionisq; modus purior atq; efficacior/ibi uerior est uoluptas:& pfectior & ingentior. Cum igit intellectus ueritasq; intelligenda uerior ē perfectioremq; naturam habeant q̄ sensus atq; sensibile ac ueritas interius penetret intellectū q̄ sensibilē sensum:& sine mixtione doloris accedat/sequitur uoluptatē intelligentiæ ueriorem esse/atq; perfectiorē. Inter hæc casu quodam nescio quid interserit mathematicū cuius declarationem ex cōmentariis in Timæū accipies oportunius. Attēde deinceps ad illā animæ naturæ figurā/in qua sub multiplicis bestiæ nomine intellige cōcupiscendi naturā. Sub figura leonis/irascendi uigorem:sub forma hominis/rationē/& uide q̄ expresse depingat ambitiosi/iniusti/libidinosi hominis uitā/immo miseram seruitutem. Itē ibidē accipe formulā/qua possis transitum animarū in bestias/ita interpretari ut in bestiarū affectus:& habitus potius q̄ in corpora migrare dicantur. Præterea memento/queadmodum in corpore perspicacia sensus/sanitas/robur/pulchritudo/non opinione/sed natura sunt bona eorūq; cōtraria/ mala similiter/sic in aīa prudentiā/tēperantiā/fortitudinē/iusticiā naturaliter esse bona/naturaliter quoq; hoꝝ cōtraria mala. Deniq; accipe totius uitæ formā/per quā ita corporea cūcta disponas/ut animi tēperantiæ consonēt. Atq; eatenus eligas singula/quatenus cōferūt ad animi sanitatē:& cōtra quæ hāc impediūt ꝓcul effugias:habites semp mentis arcē. Atq; ab ea nullis/aut illecebris/aut minis te pręcipitari pmittas. Cū uero & te ipsum & alios formare uolueris suspice ꝑspicuū reipublicæ huius exēplar in cælo:in cælo inq̄.i.ordine celestiū motionū/atq; altius in mēte diuina:ut inde tādē ad ipsius imaginem/te ipsum primo/deinde familiam/tertio ciuitatē iuste feliciterq; componas.

ℭNONVS DIALOGVS DE IVSTO.

SO.

Deinceps Considerādū restat:qua rōne uir tyrānicus ex populari fiat:qualisq; sit:& nūquid uitā ducat miserā an beatā. ADI. Certe id reliquū est. SO. Scis quid adhuc desiderē? ADI. Quid? SO. Nōdū sufficiēter distinxisse uidemur/quot sint & quales cupiditates. Ac nisi id cōstet/obscurior erit eius qđ quærimus inqsitio. ADI. Oportunū uero adhuc erit. SO. Prorsus qdē:atq; aduerte qd in eis nosse uelim. Est aūt tale. Earū uoluptatū & cupiditatū quæ nō necessariæ sunt/uident mihi quędā eē legib⁹ repugnātes quę oib⁹ qdem insunt/a legibus aūt:& melioribus cupiditatibus cū ratiōe pariter castigatæ/in quibusdā hominibus uel omnino obsolescere/uel adeo reprimi/ut rare admodū exilesq; reddant. In aliis āt uehemētiores frequētioresq; euadere. ADI. Quas potissimū istas uocas? SO. q̄ in somnis sæpius excitant:qñ animi pars illa sopita lāguet/q̄ rōnis est pticeps & māsueta eiusq; domina. Alia uero in qua feritas est & agrestis immanitas/cum sit immoderato repleta potu atq; pastu/exultat/tētatq; excutere somnū/

De uoluptati bus distinctio d

tere somnū/

tere ſomnũ: & ſolitis libidinibus indulgere. Tunc quippe nihil eſt/quod non audeat: ueluti ſoluta: & libera omnibus uerecũdiæ prudẽtiæq; præceptis. Vt aut cum matre corpus miſceri uideat: aut cum quo uis alio homine uel deo/ſæpe & bellua atq; etiam trucidare aliquẽ: & impie cruentari: & a/nulla prorſus uoragine abſtinere: nec ut breui cõplectar ab ulla iſania uel impudẽtia temperare. A D I. Vera nimium loqueris. S O. At cum quis ſalubri & moderato cultu atq; uictu/quieti ſe tradiderit/ea parte animi in qua eſt ratio/excitata & recta: ſaturataq; bonarũ cogitationũ epulis: & ad ſeipſam contẽplando conuerſa/ea uero parte animi quæ uoluptate alitur/nec inopia preſſa/nec ſatietate affluenti/ut quieſcat maxime/neq; optimã partẽ illam/aut geſtiendo/aut merendo perturbet/ſed ſinat eam per ſeipſam ſolam ac purã conſiderare/indagare/atq; percipere quicq̃ ignotum hactenus/uel præſentium/uel præteritorum/uel futurorum. Illa etiã tertia parte animi/in qua iræ extuat ardor/ſedata atq; reſtincta/uſq; adeo ut nulli infenſa qeſcat: atq; ita inq̃ partibus quidẽ duabus pacatis/mente uero erecta/ſomno ſe cõparet/tunc demũ mens pura ueritatẽ attingit: neq; inſomniorũ uiſa nefaria ſeſe obiiciunt. ADI. Sic prorſus exiſtimo. SO. Quid plura? Id ſummatim uolumus. Vnicuiq; ineſſe ſpeciem quandã cupiditatũ dirã agreſtem/atq; iniquã. atq; etiam in hiis qui inter homĩes maxime moderati uident. Quod inſomnis fit manifeſtũ. Siquid ergo dicere uideor: & conſentis/animaduerte. ADI. Conſentio equidẽ. S O. Recordare qualẽ uirũ eſſe diximus popularem. Erat autem is/qui ab ineunte ętate ſub parco nutritus eſt patre. qui lucri cupiditati indulxit ſolum. cæteras uero non neceſſarias/ſed ludi hornatuſque comites/ſpreuit. Nonne ita? A D I. Ita prorſus. SO. Conuerſatus deinde cum elatoribus uiris: pleniſq; libidinibus hiis quas modo narrauimus/declinare cœpit ad petulantiam omnẽ eorũq; mores: paternæ parſimoniæ odio. Cum uero ingenio meliore eſſet q̃ corruptores/utrinq; diſtractus/mediam nactus eſt utriuſq; moris affectionem: moderate utrũq; ſequtus ut ipſe putat/neq; illiberalem neq; diſſolutam uitam agens: ex paucorum potentiæ cupido mutatus in popularẽ. ADI. Erat utiq; & eſt circa huiuſcemodi uirum hæc opinio. S O. Pone rurſus huius grauidioris effecti filiũ/primis ab annis/ſub parentis moribus enutritum. ADI. Pono. S O. Ponas iterum eadẽ ſibi accidere quæ patri contigerãt: ut ad omne trahatur flagitium & laſciuientis uitæ licentiã: quã tamen hi qui trahunt integrã nominent libertatẽ. Pater autem aliiq; domeſtici mediis iſtis cupiditatibus ſuffragentur. Q ui uero ipſi opem ſuggerunt: quando. ſ. iam ſperauerint uehementes illi incantatores: nutritoreſq; tyrannidis/adoleſcẽtem ſe non aliter continere poſſe/amorẽ in eo aliquem quibuſdã machinationibus excitent/præſidem tutoremq; ocioſorũ: & ad libidinẽ illi ſubminiſtrantium deſideriorũ/alatum certe/& ingentẽ fucum. Nunquid aliud amorem talium eſſe putas? ADI. Nihil aliud. S O. Q uando uero circa ipſum ſuſpirantes cupiditates aliæ refectæ nidore/unguentis/coronis ac mero: reſolutiſq; conſuetudinum talium uoluptatibus/coaugent prorſus aluntq; deſideriũ illud/atq; ita fuco aculeum addunt: tunc iã hic animi præſes furit omnino/dementia ipſa feruet/atq; ſtipatus inde ſatellitibus & ſtimulo percitus/ac ſiquas intra ſe frugales & uerecundas opiniones cupiditateſq; offenderit/extirpat eas protinus & expellit: quouſq; tẽperantiam omnẽ eliciat/ſeque forenſi & aliena inſania repleat. ADI. Egregie tyrannici uiri refers originem. S O. Nonne & olim hanc ob cauſam amor tyrannus eſt dictus? ADI. Videtur plane. S O. Et ebrius uir/o/amice nõne tyrãnicum gerit animum. A D I. Sane. SO. Q uinetiam furioſus & extra ſe poſitus/nõ ſolum hominibus: ſed & diis imperare cõtẽdit/ſperatq; ſe id cõſequturum. ADI. Vehemẽter. S O. Tyrãnicus autem/o/beate uir reuera fit/quando uel natura/uel ſtudiis uel ambobus temulẽtus. amori obnoxius. furioſus euadit. A D I. Prorſus ita ſe res habet. S O. Ita igitur talis uir: ut apparet efficit. Viuit autẽ quo pacto? ADI. Id uero ut aiunt qui iocantur/mihi tu dices. S O. Dico equidem. Poſt hæc ut arbitror feſtis indulgent/bacchanalibus/cõmeſſatiõibus/ſcortis: cæteriſq; huiuſcemodi omnibus: hi quorũ tyrãnus amor intus animi incolẽs penetralia/regit oĩa. ADI. Neceſſe eſt. S O. Itaq; multæ profecto dieſq; nocteſq; uehemẽtes cupiditates multorũ indigæ pululant. ADI. Multæ quidem. SO. Cito igit ſiqui prouentus extiterint cõſumuntur. ADI. Quid ni? S O. Poſt hæc utiq; fænera: & patrimonii diſſipatio. A D I. Proculdubio S O. Quando uero deficiunt omnia/neceſſe eſt cupiditates uociferari/atq; conqueri: quę quidẽ frequentes ardẽteſq; in nido animi deliteſcunt. Eos autem ueluti ſtimulis quibuſdam perculſos/libidinibus ſcilicet aliis: pręſertimq; amore aliarum omnium tanq̃ ſatellitum duce iactari: efferriq; ad explorandum/ſiquis quicquam poſſideat: quod uel fraude ſurripi uel ui eripi poſſit. A D I. Maxime. S O. Quapropter coguntur/uel undiq; uſurpare: uel ingentibus ſtimulis & doloribus cruciari. A D I. Coguntur plane. S O. Num quemadmodum nouæ cupiditates ipſius adultæ: priſtinas exſuparunt: & quæ illarũ erant/uſurpauere/ita & ipſe iuſtum eſſe cẽſebit: ut ipſe iunior plus habeat quã parentes: & ſi portionem ſuam ↄſumpſerit/paterna inſup eroget. ADI. Cur non? SO. Q uod ſi parentes illi nequaquã permiſerint/principio furari/eoſq; decipere aggredietur. ADI. Omnino. S O C R A. Si iſtud non poterit/rapiet iam uimq; parentibus inferet. A D I M A N. Sic arbitror. S O C R A. Ac ſi pater materq; ſenes/o/ mirifice uir reſiſtant repugnentq;: nunquid eos uerebit

atq; ita se continebit ut nihil agat tyrannicum? ADI. patri equidem ac matri sic affecti hominis dimeo. SO. Per Iouem/o/Adimante nũquid gratia nuper amatæ cuiusdam concubinæ non necessariæ/ueterem amicam necessariãq; matrem/aut gratia speciosi alicuius nuper amati adolescẽtis nõ necessarii/deformem: & necessariũ semen patrem: & amicorũ omnium antiquissimũ/uidetur tibi uir talis uerberibus obiecturus eosq; illis subiecturus/si eandem in domũ conduxerit? ADI. Per Iouem. Omnino. SO. Quam beatum esse uidetur tyrannicũ filiũ genuisse. ADI. Non multum. SO. Quid uero? cum parentũ suppellectilis non sufficiet/in eoq; iam erit examen cõfertissimũ uoluptatum/an non primo parietẽ alicuius perfodiet domus: uel nocte tarde eũtis pallium rapiet? Deinde etiam templũ aliquod expoliabit atq; in his oĩbus eas quas olim a pueritia de honestis: & turpibus quasi iura quædam ex quibus iudicabat/opiniões habuerat/Illæ quæ nuper a seruitute solutæ sunt tanq̃ satellites stipantes amorẽ/una cum eo iam superabunt. Quæ quondam dormiente illo p insomnia soluebantur: quando adhuc erat ille sub legibus paternisq; præceptis populari in seipso institutus conditione. Tandẽ uero amoris tyrãnide irretitus/qualis raro erat in somnis/talis semper erit uigilans. Nam & a nulla cæde impia abstinebit/uel ingluuie uel facinore. Sed tyrannice in ipso amor omni cum licentia & transgressione uiuens/utpote qui solus sit dominus/sibi subiectum hominem tanq̃ ciuitatẽ impudenter ad omnia rapiet/unde & seipsum & turbam suorũ satellitum nutriat: partim extrinsecus ingressam ex improba quadã consuetudine/partim intrinsecus ex eisdem moribus/ab ipso solutam & liberatã. Nonne hæc talis hominis uita? ADI. Hæc prorsus. SO. Ac si pauci tales in ciuitate sint/cæteri uero oẽs modesti/prodeuntes alium quẽpiam utpote satellites armant muniuntq; tyrannũ ac si uspiã bellũ imminet/stipendio conducti propugnant: siue pax agatur/ibidem in ciuitate/minuta mala per multa cõmittent. ADI. Qualia? SO. Furabuntur: muros fodient. marsupia incident. Expoliabunt prædabunturq;. sacra rapient. captos homines seruire cogent. nec non callumniabuntur quandoq; si dicendo facundi sint. periuriisq; decipiẽt homines: & muneribus corrũpẽtur iudices. ADI. Minuta hæc dicis mala/si pauci tales sint. SO. hæc quidem si ad maiora cõparentur/dicuntur exigua. Atq; hæc omnia ad tyrannum prauitate & miseria ciuitatis/haud prope/ut prouerbio fertur accedere putandum est. Quotiẽs enim in ciuitate tales multi reperiuntur/eosq; alii sequuntur multi/sentiuntq; ingentẽ suorũ copiam/tyrannũ procreant cum inscitia populi/illũ præcæteris qui inter illos: ita est affectus/ut eius in animo tyrannum habẽt potẽtissimũ. ADI. Consentaneũ id quidẽ/tyrannus quippe is erit potissimus. SO. Nonne facile id sit/si cesserint omnes? Sin autẽ/ciuitas tyranno huic obstiterit/tunc sane is queadmodum in superioribus patrem matreq; subegit/sic rursus & patriam pro uiribus subiget: alios inducẽs iuuenes: hisq; seruire coget olim sibi charam patriã/matriamq;/ut more Cretensiũ loquar: tã educatione q̃ habitu. atq; is erit cupiditatis eius hominis finis. ADI. Sic prorsus. SO. Nõne isti tales priuatim fiunt anteq̃ dominentur? principio/cum his cõuersant/ut plurimũ qui blandiũtur illis: & in omnibus assentant. Ac siqua re indigeant/idẽ & ipsi agunt/submittunt se: & quacũq; gerunt personã tanq̃ domestici. Voti uero cõpotes cũ facti sunt/extraneos se esse declarãt. ADI. Et maxime quidem. SO. Omnẽ ita ętatẽ agunt. Amici quidẽ nemini unq̃. Semper autẽ dominantes alicui: uel alicui seruiẽtes. Libertatẽ uero: & amicitiam ueram natura nunq̃ tyrannica gustat. ADI. Maxime. SO. Nonne huiusmodi homines iure infidos nominabimus? ADI. Iure. SO. Quinetiam iniustos q̃ maxie fieri potest: si modo in superioribus recte inuicẽ quale quid iusticia sit concessimus. ADI. Recte quidem. SO. Cõcludamus igitur/qui sit uir pessimus. Est aũt is/qui talis est uigilans/ qualẽ supra figurauimus somniantẽ. ADI. Omnino. SO. Talis utiq; fit/quisquis natura tyrannicus maxime sit/ut solus dominetur/assequitur: & quo diutius in tyrannide uiuit/eo magis est talis. GLA. Ita necesse est. SO. Quisqs iniqssimus apparet: & miserrimus apparebit: & q diutissime maximeq; potiť tyrannide/maxime & diutissime iniqssimus reuera est & miserrimus. Multis autẽ multa uidebunt. GLA. Ita se hæc habere necesse. SO. Tyrãnicus uir ciuitati tyrannide oppresse simillimus. Popularis uir populari. Cæteriq; similiter. GLA. Quid ni? SO. Sicut se habet ad ciuitatẽ ciuitas/uirtute & felicitate/ita uir quoq; se habet ad uirũ. GLA. Nihil phibet. SO. Quomõ se habet tyrãno subiecta ciuitas ad eã quæ regi paret/qualẽ prio descripsimus? GLA. Cõtra oĩno. Nã una qdẽ optĩa/altera pessima. SO. Haud interrogabo quẽ dicas. Cõstat.n. Verũ de beatitudine atq; miseria/eodẽ mõ an alio iudicas? Neq; uero tyrãnicæ ciuitatis speciẽ ammiremur/ad solũ tyrãnũ respiciẽtes/aut ad eos paucos q cũ eo rerũ potiunť: sed ut decet oẽm penitus ciuitatẽ ingressi: lustremus singula: & ad cuncta cõuersis oculis feramus sniam. GLA. Probe admones. Cõstat ãt apud quẽlibet nullã ciuitatẽ tyrãnide pssa eẽ miseriorẽ/nullãq; rege gubernata/beatiorẽ eẽ. SO. Si idẽ circa uiros obseruari iuberẽ/nũ recte præciperẽ: uidelicet si cẽserẽ de his iudicare illũ/q cogitatiõe possit uiri mentẽ irrepere: ac mores penitus introspicere: neq; ut pueri solẽt/exteriorẽ intuẽs supficiẽ obstupescit: dũ tyrãnicã prospicit eminẽtiã/quã pcul aspiciẽtibus frequẽter ostẽtãt: sed pspicaciter iudicat. Si inq̃ existimarem oportere nos oẽs audire eũ/q discernere ualeat: q & una habitauerit/& domesticis actiõibus interfuerit: ubi

rit: ubi nouerit quo pacto erga familiares singulos sit affectus: in qbus maxime qualis sit apparet: omnē exutus tragicum apparatū/rursusq; popularibus in periculis/atq; hæc omnia dinoscentē de/clarare iuberem quo pacto se ad alios tyrannos habeat/quo ad beatitudinē & miseriam: nūquid recte iuberem? GLA. Recte admodū & ista iuberes. SO. Vis ne fingamus & nos ex eorum numero esse: qui iudicare possint: atq; illis adhæserint: ut aliquē habeamus qui ad ea quæ interrogamus: re/spondeat? GLA. Volo equidē. SO. Age utiq; ita considera/similitudinē/memoriā repetens ciuitatis/ac uiri: atq; ita sigillatim uicissimq; utriusq; affectus animaduerte. GLA. Dic quales. SO. Principio liberam ciuitatē tyrannicā/dices/an seruam? GLA. Maxime omniū seruā. SO. Attamē in ea dominos ac liberos inspicis. GLA. Plane: sed exiguū quidē istum. Vniuersum uero: ut ita dicam/in ipsa & præstantissimū genus/turpiter ac misere/seruū. SO. Si igit ciuitati uir similis/necesse est in illo eundē esse ordinē: multaq; illiberalitate & seruitute eius animū opprimi? easq; animi partes ser/uire/quæ præstantissime sunt/exilem uero partē/ignauissimā/dementissimā dominari. GLA. Necessarium. SO. Quid porro? Seruū an liberū huiusmodi animū appellabis? GLAV. Seruū. SO. Atqui serua & tyranno subdita ciuitas/minime quæ uult/agit. GLAV. Nimirū. SO. Tyrannicus igitur animus minime quæ uult efficiet: ut sic de toto animo dicā: sed stimulo semp percitus uiolēto: perturbatione pœnitentiaq; replebitur. GLA. Quid ni? SO. Tyrannicā ciuitatē/diuitem ne/an pauperē esse necesse est? GLA. Pauperē. SO. Animū quoq; tyrannicū/mendicū semp & inexplebi/lem necesse est esse. GLA. Est ut dicis. SO. Metu uero solicitari an non necessarium est/ciuitatē talē/talemq; uirū? GLA. Valde. SO. Lamentationes præterea/suspiria/fletus: angustias censes in alia ciuitate frequētiores te reperturū? GLA. Nullo pacto. SO. In homine insup alio talia quædā plura inesse putas q̄ in tyrannico isto: qui cupiditatibus amoribusq; insanit? GLA. Quonam pacto? SO. Profecto ad hæc respiciens omnia/cæteraq; generis eiusdē/ciuitatē tyrannicā ciuitatū omnium eē miserimā iudicasti. GLA. An non recte? SO. Summopere. Verum de uiro rursus tyrannico: quid ais/quotiens eadē hæc animaduertis? GLA. Longe cunctorū dico hunc esse miserū. SO. Hoc non recte dicis. GLA. Quāobrem? SO. Nōdum hic est/ut arbitror/talis maxime. GLA. Quis ergo? SO. Iste forsitan tibi hoc miserior esse uidebitur. GLA. Quis inq̄? SO. Qui cū natura tyrannicus sit/uitā non agit priuatā/sed est infelix/& forte quadā eo deducit: ut tyrānide potiatur. GLA. Ex his que dicta sunt/uera te loqui coniecto. SO. Ita est. Verū non talia quædam opinari oportet. Immo uero diligentissime tali ratiōe inuestigare. De maximo enim quodā nobis disceptatio est/bona scilicet uita ac mala. GLA. Scite. SO. Attende itaq; si quid dicā. Videt enim mihi ex his de hoc eē cōsiderandū. GLA. Ex qbus. SO? Ex uno quoq; s. priuatorū/quotcūq; ita diuitiis abūdant/ut multa habeant mancipia. Isti namq; id tyrannis habent simile/quod multis imperant. Interest aūt: quod tyrannus pluribus dominatur. GLA. Interest utiq;. SO. Nosti qd hi securi cū familia uiuunt/neq; famulos metuunt? GLAV. Nēpe. Quid enim metuant? SO. Nihil. Sed nunquid causam tenes? GLA. Equidē: quoniā uidelicet ciuitas uniuersa singulis priuatorū succurrit. SO. Præclare loqueris. Quid si quis deorū uirū unū cui quinquaginta uel plura mancipia sint/educat e ciuitate una cū uxore ac liberis/constituatq; in solitudine cum rebus suis omnibus: atq; mancipiis? ubi liberorū hominum nullus ferre huic auxilium possit/quali eum & quāta formidine uexatū iri existimas? ne forte mancipia ipsum & filios & uxorē interimant. GLA. Summa ut arbitror. SO. An non coget ser/uis quibusdā blādiri? polliceriq; multa: & manumittere/cū sibi nihil opus sit? Vnde & ad ministros suos ipse adulator erit. GLA. Cogetur penitus uel ita facere uel perire. SO. Quid? si alios adhuc deus circulo disposuerit proximos illi cōplurimos? qui nequaq̄ substineant: ut alter alteri domine/tur/ac si quē deprehenderint sibi dominiū uendicantē suppliciis extremis afficiāt? GLA. Deteriorem admodū eius conditionē fore censeo/se hostiū uallo circūcludatur. SO. An non tali quodam carcere clausus est tyrānus natura talis existēs qualē in superioribus explicauimus? multis uidelicet diuersisq; timoribus & amoribus agitatū. Cum uero īgenio sit apprime cupido/huic soli neq; egredi usq̄ licet/neq; inspicere: quot libere alii cupiūt. Sed intra ędiū parietes/formidolosus ueluti mulier cōmorat/inuidēs ciuibus aliis siqs extra menia spatiat: & boni qcq̄ spectat. GLA. Sic prorsus. SO. An nō huiuscemodi malis plura insup incurrit uir ille qui male seipm gubernans quē/& tu mō miserimū iudicabas tyrānicū haud quaq̄ priuatus uiuit: sed fortunæ ui quadā/ ut tyrānidē exerceat cogit. Cūq; sibilpsi imperare nō possit/aliis imperare contēdit: perinde ac siqs imbecillo corpore: & suis se uiribus nō substinēte/cogatur ut quietē agat secū ipse nunq̄/sed aduersus alia corpora certet ac pugnet. GLA. Simillima inducis/o/Socrates atq; uerissima. SO. Nōne igit/o/amice Glauco miserabilis oīno hæc est cōditio/duriorq; uita est hominis nacti tyrānidē/ea uita quā tu supra durissimā iudicabas. GLA. Valde. SO. Est aūt re ipsa/quāuis alicui nō uideat/uere tyrānus/uere seruus/extremæ adulationi seruitutiq; astrictus: libidinibus nequissimorū hominū adulator: qui appetitus suos explet nunquam: sed plurimis indiget semper: atque inops reuera esse apparet/ siquis penetralia animi ipsius inspexerit. Pauore quinetiam perpetuo territus: & solicitudine angustia que

De uita bona & mala:

Qur pater familias nihil metuat multitudinē seruorum.

uexatus: si modo ciuitatis eius statui cui præest ipse est similis. Similis aūt existit. An non? GLAV. Et maxime quidē. SO. Præter hæc uiro huic illa etiā tribuemus quæ antea memorauimus: qđ necesse est eū: & eē prius & fieri postea multomagis cū tyrannidē est adeptus/inuidū/iniustū/expertē beneuolentiæ/imperiū/omnisq; nequitiæ sentinā ac fomitē: ex hisq; cūctis esse miserrimū: atq; alios etiam qui adhærēt ipsi/similes reddere. GLA. Nullus mētis cōpos his cōtradixerit. SO. Age quē admodū iudex oīa circūspiciens/de singulis iudicat/ita tu in præsentia/proferas qui tuo iudicio primus/beatitudine/q secūdus: ceterosq; gradatim q in nnmero quinq; sunt/enarra. Regiū/honorifici imperii studiosum: paucorū potētię cupidū: popularē/atq; tyrannicū. GLAV. At facile iudiciū istud. Nā quēadmodū sum ingressus istos quasi choros uirtute/prauitate/beatitudine: & huic contrario inter se cōparo: atq; iudico. SO. Nū præconē cōducemus? an ego hæc potius nūciabo? Aristonis filiū iudicasse uirū optimū: & iustissimū: eē beatissimū: eūq; esse dixisse hoīem maxīe oīum regium: seq; ipsum regentē. Pessimū uero & iniquissimū eē miserimū: talēq; eū eē qui maxime tyrannus sit: seq; ipsum & ciuitatē tyrannide premat. GLA. Ita sit ꝓmulgatū. SO. Nunqđ addiiciā/siue lateant sic affecti hoīes/siue nō lateāt/hoīes pariter atq; deos? GLA. Adiice. SO. Esto igiť. Etenim una hæc demōstratio sit: secūdā uero: si uideť/hāc cōuenit intueri. GLAV. Quæ nā ista? SO. Post quā sicuti ciuitas tres in spēs diuisa est: ita & cuiusq; aīa trifariā diuideť: ut arbitror: atq; hinc demōstratio secūda nasceť. GLA. Quæ nā? SO. Hæc. Cū tres aīæ partes sint/tres quoq; uoluptates esse uidenť: sua cuiusq; partis ꝓpria. Cupiditates quoq; totidē & principatus. GLA. Quo pacto? SO. Partē unā dicimus qua homo discit. Alterā/qua irasciť. Tertiā uero pp uarietatē uno nō potuimus proprio ipsius uocabulo noīare: sed ex eo qđ in se continet maximū: uehemētissimūq;: concupiscibile appellauimus: pp uehementiā earū cupiditatū q̄ ad epulas & pocula & uenerea rapiūť: & ad ea que ista sequunť: nec nō auaꝝ cognominauimus: qm̄ ex pecuniis maxīe huiusmodi cupiditates explenť. GLA. Recte. SO. Ac si uoluptatē eius: & affectū lucri eē dixerimus/in unā maxime summā reducemus orationē: ut aliqđ nobis certū ipsi significemus: quotiēs id ipsum partem hanc aīæ dicimus. Atq; si totū hoc pecuniaꝝ: & lucri cupidū/nominemus/recte admodū appellabimus. GLA. Mihi quidē ita uideť. SO. Quid uero? Irascēdi naturā/nōne ad potentiā/uictoriā/gloriā: trahere totam asserimus. GLA. Magnopere. SO. Si igiť eā cōtentiosam ambitiosamq; appellabimus/nunqd recte? GLA. Rectissime. SO. At uero partē illā/qua discimus/cōstat cuiq; omnē ad ueritatē inuestigandā semp anniti: pecuniarūq;: & gloriæ minimā curam habere. GLA. Omnino. SO. Si tertiū hoc discēdi cupidū & phūm nominabimus: haud ab re erit nomē impositū. GLA. Est ut ais. SO. Nonne dicimus in animis quorūdam unā illarū partiū dominari: in aliis aliā/quācūq; contigerit? GLA. Dicimus. SO. Propterea dicimus tria hominū prima gænera eē: philosophū: cōtentiosum auarū. GLA. Prorsus. SO. Voluptatē quoq; species tres: hisce subiectas/ cuiq; suā. GLA. Omnino. SO. Si unumquēq; istorū seorsum interroges: quæ uita istarū dulcissima? suā quisq; cæteris anteponet. Auarus quidē lucri ipsius cōparatione/honorū uel disciplinarū oblectamēta: nullius existimabit nisi quid forsan ad argentū cōferant. GLA. Vera loqueris. SO. Ambitiosus aūt quæstus delectationem molestam putat. Rursusq; eam quæ discendo percipitur/nisi doctrina inanē & umbratilem hominum pariat gloriam. GLAVCO. Ita res se habet. SO. Philosophum quoq; ponamus cæteras uoluptates floccipendentē: dum eas ad continuum disciplinarū gaudiū quo ipse finitur inuestiganda ueritate comparat: uocantemq; alias necessarias: quia illas secuturus non sit: nisi cogat necessitas. GLAV. Bene id nosse oportet. SO. Quando igitur cuiusq; uitæ uoluptates ipsaq; uita in contētionem uenient non de hoc quod est honestius aut turpius uiuere: uel melius: aut deterius: sed de suauiori pacatiorīq; uitæ statu qua ratiōe discernemus: cuius sit sn̄ia uerior? GLA. Haud satis habeo qđ respondeā. SO. Sic autē animaduerte. Qua nā re iudicare oportet: quæcūq; recte diiudicanda sunt? Nonne peritia/prudentia/ratiōe? An habet quisquā alia/qbus melius iudicet? GLA. Nullo mō. SO. Attēde igiť. Cū tres sint: qs maxime exptus est oēs quas uarīauimus uoluptates? Vtrū auarus discendo qualis sit ueritas/magis tibi uideť expertus discendi iocūditatē q̄ philosophus lucri: an potius cōtra? GLA. Permultū interest. Philosophū nāq; necesse est uoluptatem alterius a pueritia degustasse. Auarū aūt: haud q̄q̄ necesse est in ueritatis inuestigatiōe quanta insit oblectatio pcepisse: expertūq; fuisse. Immo uero si nitať/nō facile istud assequr. SO. Lōge igiť præstat auaro philosophus/utrarūq; uoluptatū experiētia. GLA. Lōge. SO. Ambitiosus uero nū quid magis sapientiæ q̄ philosophus honoris gustauit oblectamenta? GLA. Honor qdē oēs eos sequiť: si propositum sibi officium exsequitur. Etenim diues a multitudine honoratur: & fortis: & sapiens. Quapropter omnes quāta ꝓuenit ex honore uoluptas usu ipso intelligunt. Quanta uero sit in ueritatis contemplatione suauitas solus sentit philosophus. SO. Igitur quantum ad experientiā attinet optime phūs præcæteris iudicat. GLAV. Valde. SO. Quinetiā una cum prudentia solus erit expertus. GLAV. Nihil prohibet. SO. Præterea organum illud per quod iudicandum est: non auari aut ambitiosi hominis: sed philosophi est instrumentum. GLAV. Quale istud? SO. Per

Tres aīæ ptes tres uoluptates & cupiditates:

rationes

rationes enim eẽ diximus iudicandum. GLA. Diximus. SO. Rationes autem præcipue philoso-
phi sunt instrumenta. GLA. Patet. SO. Si diuitiis & lucro optime singula iudicarent / quæ lauda-
ret uel improbaret uir quæstui deditus / necesse eẽt / hæc eẽ uerissima. GLAV. Penitus. SO. Si au/
tem honore / uictoria / fortitudine q̃ ambitiosus & ad uictoriã ardentissimus iudicaret. GLA. Con/
stat. SO. Postq̃ uero experientia / prudentia / ratione / necesse est quæ philosophus & rationũ uir stu/
diosus laudat / eẽ uerissima. Quare cũ tres uoluptates sint / uoluptas ptis eius / q̃ discimus / erit: utiq;
suauissima eiusq; dulcissima uita / in quo hæc pars denominat. GLA. Nihil obstat. SO. Nẽpe phi-
losophus apud quẽ uere iudicandi est auctoritas / suã laudat uitam. Quã uero secundã eẽ uitam / aut
quã secundam uoluptatẽ censet iudex? At cõstat quod bellicosi ambitiosiq; hominis. Propinquior
enim illi hæc q̃ auari. Postremã igit lucri cupidi uitã locare uidet. GLA. Quid ni? SO. Duo hæc ita
q; sibi inuicẽ ita succedunt: hisq; iustus iam uicit iniustũ. Tertiũ uero olympicorũ ritu / seruatori: &
olympio Ioui tribuens / contẽplare nullius præterq̃ prudentis uoluptatẽ uerã prorsus existere: neq;
sincerã sed umbratilẽ atq; inanem: ut ego ex sapientũ aliquo audisse mihi uideor: atq; hic erit gra-
uissimus iniusti casus: ac pruina. GLA. Mirũ in modũ. Verũ quo pacto istud ais? SO. Ita certe in-
ueniam / te respondente pquirens. GLA. Quære. SO. Dic obsecro: nõne dolori contrariam dici-
mus uoluptatẽ. GLA. Dicimus. SO. Mediũ quinetiã quoddã ponimus / quod neq; lætari est neque
dolere. GLA. Ponimus. SO. Et cũ mediũ sit / quietẽ uacationẽq; animi ab utroq;. Nõne ita hoc di/
cis? GLA. Ita plane. SO. Recordaris qualia esse solent ęgrotantiũ uerba / dum morbo laborant?

De medio inter uoluptatẽ & dolorem:

GLA. Qualia dicis? SO. Nihil eẽ dulcius sanitate: sed eos latuisse aiunt q̃ dulce id sit / anteq̃ ęgro-
tarent. GLA. Recordor equidẽ. SO. Nec nõ acerbissimis doloribus uexatos hoĩes / exclamantes
audis / nihil eẽ dulcius q̃ ea afflictione uacare. GLA. Audio. SO. Quinetiã aliis pmultis huiusmo-
di afflictionibus cruciatos hoĩes audis / dum cruciant / uociferantes / asserentesq; / dulcissimũ eẽ nul/
lo dolore affici / præsentiq; molestia eẽ liberũ. non autẽ dicentes dulcissimũ eẽ lætari. GLA. Nẽpe
hæc illis quies tũc forte grauissima. SO. At uero cũ lætari quis desinit / uoluptatis cessationẽ illã mo
lestam existimabit. GLA. Forte. SO. Quies igit illa quã pauloante utrorũq; mediam esse diximus
quandoq; utraq; erit / tum dolor scilicet / tũ uoluptas. GLA. Videt. SO. Num fieri põt / ut qđ neu-
trum est / sit utraq;? GLA. Non ut arbitror. SO. Atq qñ in aĩo uoluptas est aut dolor / ambo motus
quidã insunt. GLA. Vtiq;. SO. Tertium uero illud quod neq; dolor est / neq; uoluptas: nõne quies
aliqua & istorũ mediũ eẽ nup apparuit. GLA. Plane. SO. Quo pacto igit rectũ est / qđ non dolere
est iocundũ existimare. Vel qđ nõ lætari / molestũ? GLA. Nullo. SO. Nõ istud igit est: sed apparet
ad molestũ qdẽ iocundũ: ad iocundũ uero molestũ / id tũc qđ mediũ est: & quies. Neq; uisa huius-
modi ueri quicq̃ de uoluptate nobis offerũt: sed ex quadã deceptione pueniũt. GLA. Sic mõstrat
ratio. SO. Vide igit uoluptates / que dolorẽ nullũ sequunt: ne sæpius id in præsenti disputatiõe: ita
natura cõparatũ existimes: ut uoluptas quidẽ doloris / dolor uero uoluptatis priuatio sit. GLAV.
Quorsum aspicis? Vbi nã tales sunt uoluptates? SO. Multæ qdẽ & aliæ sunt / sed præsertĩ / si aĩaduer
tere uis / uoluptates quæ circa olfactũ fiunt: hæ nãq; nullo prius antecedẽte dolore / repente ingen-
tes pueniunt: & cũ cessant dolor eas nullus sequit. GLA. Verissima narras. SO. Ne credamus igi
tur doloris cessationẽ purã uoluptatẽ esse / neq; dolorẽ / uoluptatis absentiam. GLA. Non. SO. At
uero earũ q̃ p corpus ingrediunt in animũ uoluptatesq; dicũtur / ferme maximæ quæq; ac plurimę
tales sunt / ut dolorũ liberationes sint. GLA. Sunt pfecto. SO. Et que circa hæc futura ab expecta
tione nascunt prægustationes quedã uoluptatis / atq; doloris / eodẽ modo se habẽt. GLA. Eodem.
SO. Scis quales hæ uoluptates sunt: & cui maxime similes? GLA. Cui? SO. Putas aliqd in natura
esse supremũ / infimũ / mediũ? GLA. Equidẽ. SO. Censes aliquẽ cũ ab infimo ad medium fert aliud
arbitrari q̃ ad summũ ascendere? & dũ stat in medio / deflectitq; oculos illuc unde uenerat / alibi eẽ
opinari q̃ in supremo: cum id qđ reuera est summũ non suspiciat? GLA. Per Iouẽ non aliter homi
nem talẽ opinaturũ existimo. SO. Si iterũ deferat / deorsum ferri opinabat: ac uere putabit. GLA.
Quid ni? SO. Nonne hæc sibi eam ob cãm cõtingunt oĩa: quia nondũ exptus est quid uere supre-
mum sit / quid mediũ / quidue infimũ? GLA. Manifestũ id quidẽ. SO. Nunquid ergo miraberis / si
ueritatis imperiti homines / cum de multis aliis non recte sentiunt / tum etiã circa uoluptatem & do
lorem / horũq; mediũ sic afficiunt / ut quotiens in dolorẽ ferunt / uere iudicẽt / doleantq; reuera: quo
tiẽs uero a dolore surgũt in mediũ & repletionẽ & uoluptatem assequi arbitrent? Et quẽadmodũ
qui iuxta nigrũ / solũ aspiciũt fuscũ qñ nõ uidẽt albũ / clarissimũ illud existimãt / ita & q doloris uacui
tatẽ cõparãt cũ dolore / uerã aũt exptĩ nõ sunt uoluptatẽ / in iudicãdo decipiant? GLA. Per Iouẽ non
illud mirabor equidẽ! Immo uero si cõtra eueniret / potius admirarer. SO. Sic aũt cõsidera. Nõne
fames ac sitis & cætera generis eiusdẽ uacuitates quædã sunt corporis ipsius habitudinis. GLAV.
Cur nõ? SO. Ignorantia uero & ĩprudẽtia uacuitas quædã est habitus animi. GLA. Maxime? SO.
Implet autẽ & illud dũ alimẽta capit: & hic dum intelligentiam accipit. GLA. Cur non? SO. Quæ
nã repletio uerior? Vtrum que per ea fit quæ magis uerius q; sunt / an que per alia? GLAV. Que per

Vtra maior & minor sit uoluptas animi an corporis.

ea quæ magis sunt. SO. Quæ nam cẽses purioris esse substãtiæ? Nũquid cibi/potus/obsonii alimẽ/
torumq; quorumcunq; genera? An ueræ opinionis species: scientiæq; & mentis: summatimq; uni/
uersæ uirtutis? In hunc autẽ modũ iudica. Quod inhæret semp simili immortaliq; & uero: ac ẽt
tale existit: & in tali quodam fit magis eẽ tibi uidet an illud potius qđ rei nũquã simili atq; mortali:
nec non tale est: & in tali quodã efficit? GLA. Longe præstat quod semp simili est cognatũ. SO. Es
sentia utiq; rei semp similis: nunqd essentiæ magis est q̃ scientiæ particeps? GLAV. Nõ. SO. An
ueritatis? GLA. Neq; hoc. SO. Sin autẽ ueritatis minus/nonne: & essentiæ? GLAV. Necessarium
est. SO. Nonne cõmuniter oĩa circa corporis cultũ genera/minus ueritatẽ essentiamq; participãt
generibus his que circa animi cultũ uersant. GLAV. Minus. SO. Nũquid & corpus similiter mi
nus q̃ animus? GLAV. Et corpus. SO. Nonne qđ replet his rebus q̃ magis/uerius p̃ constant: qđ
ue magis uerius q; existit/magis quoq; repletur? q̃ quod his rebus implet q̃ minus sunt/ipsumq; est
minus. GLA. Quid phibet? SO. Si ergo repleri rebus naturæ consentaneis/est iocundum: ipsum
utiq; quod reuera uerioribusq; rebus implet naturalius ac uerius uera afficit uoluptate. Quod aũt
ea quæ: & minus sunt & minus uera sunt accipit/minus uere firmiterue repletur: fallacioris q; & fal
sioris uoluptatis fit particeps. GLA. Necesse est oĩno. SO. Homines igit prudentiæ uirtutisq; ex
pertes: & epulis rebusq; similibus mancipati/deorsum ferunt/rursusq; ad mediũ usq; perueniunt: &

Vita uulgi.

circa hæc per oẽm uitã oberrãt: sup hæc uero emergunt nunq̃: & qđ uere summũ est: neq; unq̃ suspi
ciunt: neq; ad supera euehunt: neq; uera ulla re quandoq; fruuntur: neq; stabilẽ purãq; gustant uo/
luptatẽ: sed ueluti pecora humũ proni spectant: uentriq; obedientes pascendo coheũdoq; [illegible]
conterunt/proq; his rebus uberius potiũdis calcibus inter se & cornibus ferreis unguibusq; decer
tant/sese inuicẽ ob inexplebilem libidinẽ trucidantes: Vtpote qui neq; ueram: & firmã sui partem:
neq; ueris pabulis implent. GLAV. Omnino o Socrates uulgi uitã quasi quodam pandis oracu/
lo. SO. Necesse est eos uoluptates p̃leq; mistas doloribus: quæ simulachra uoluptatis uere & um/
bræ sunt usq;: adeo inuicẽ doloris cõparatione mutua iniquitatæ: ut & uoluptates: & dolores ex ea
cõparatione uehemẽtiores appareant: amoresq; ipsarũ huiusmodi uoluptates rabidos insipienti/
bus pariant. inflãmentq; ad pugnam. Queadmodũ Stesichorus ait Troianos ueræ ipsius ignares
de Helenę imagine inuicem decertasse. GLAV. Necessarium est oĩno: ita id se habere. SO. Quid

De irascẽtis natura cupi/ditate: & uo/luptate.

uero circa irascendi naturã? Nonne & alia quedã horũ similia cõtingant necesse est: quando quis id
ipsum peragit/uel inuidia p̃pter ambitionẽ: uel uiolentia p̃pter contẽptionis cupiditatẽ: uel ira p̃/
pter morum difficultatẽ absq; ratione ac mente sequẽs honoris/uictoriæ: iræq; expletionẽ. GLA.
Talia necesse est etiã circa id fieri. SO. Asserere igit audeamus quod & circa partẽ quæstus auidã:
& aliam uictoriæ studiosam/quæcũq; appetitiones tales sunt/ut scietiæ rationiq; obtẽperent: easq;

Quod cuiq; optimũ id & maxie p̃priũ.

uoluptates sequantur & capiant: quas ratio ipsa cõcedit/uerissimas utiq; uoluptates quoad earũ na
tura uerarũ uoluptatũ est capax/adipiscẽtur: quippe cum pareant ueritati: ac insuper sibi proprias
uoluptates percipiẽt: siquidẽ quod cuiq; optimũ/id & maxime p̃prium. GLA. Propriũ maxime.
SO. Quando igit totus animus cũ ea parte in qua est philosophia p̃cul ab omni seditione cõsentit:
tunc euenit/ut quæque pars officio suo fungatur: & iusta sit: & sui p̃prias uoluptates atq; optimas
adde: & quoad fieri potest uerissimas consequat. GLA. Valde. SO. At uero cũ partium reliquarũ
aliqua superat: id p̃rinus euenit: ut neq; ipsa sui p̃priam reperiat uoluptatẽ: & p̃tes alias cogat: alie
nam minimeq; ueram uoluptatem sequi. GLA. Sic accidit. SO. Nonne quæ longissime a philoso
phia rationeq; distant/maxime talia quædã efficiunt? GLA. Prorsus. SO. Lõgissime aũt distat a ra
tione: quod & a lege & ordine. GLA. Videlicet. SO. Longissimo autẽ interuallo scientiæ esse uisæ
cupiditates illæ amore ardẽtes atq; tyrannicæ. GLAV. Omnino. SO. Minimo aũt distrepare ap
paruerũt regiæ appetitiones & moderatæ. GLA. Ita. SO. Tyrãnus igit a uera: & p̃pria uoluptate
procul admodũ erit. Rex autẽ illi q̃ p̃ximus. GLA. Necesse. SO. Amarissimam ergo tyrannus ui/
tam aget. Rex uero dulcissimã. GLA. Necesse id prorsus. SO. Scis ne quãto uiuit tristior rege ty/
rannus? GLA. Sciam certe si dixeris. SO. Cũ tres cupiditates sint: & una quidẽ legitima sit: adul/
teræ duæ/adulterarũ tyrannus suprema sortitus fastigia/dum legẽ fugit: & rationẽ seruis quibusdã
& satellitibus uoluptatibus se cõmiscet: & q̃ longissimo interuallo a uoluptate legitima sit seiunctus
haud facile aliter/nisi forsan hunc in modũ exprimi potest. GLA. Quẽadmodũ. SO. Ab homine
paucorũ imperii cupido/tertius apparuit esse tyrannus. Medius nam p̃ illorũ popularis uir extitit.
GLA. Ita est. SO. cum tertio itaq; uoluptatis: quo ad ueritatẽ simulachro post illum congreditur
si uera in superioribus diximus. GLA. Sic est dicendũ. SO. Quin etiam paucorũ potẽtiæ deditus
tertius est a rege/si in eodem locamus optimatem ac regẽ. GLA. Tertius utiq;. SO. Triplo igitur
numero secundũ tripli rationẽ distat a uera uoluptate tyrannus. GLA. Apparet. SO. Planum itaq;
simulachrũ secundũ longitudinis numerũ tyrannicæ uoluptatis extiterit. GLA. Valde. SO. Secun
dum uero potentiam & tertium augmentum/manifestum est quanto distrepat interuallo. GLA.
Manifestum quidem cõputatori. SO. Siquis conuerso ordine q̃ntũ uoluptatis ueritate supat rex

tyrannum

rex tyrãnum quęsiuerit/peracta multiplicariõe inueniet regẽ uitę dulcedine superare tyrãnum /& tyrãnum uitę amaritudine regem/ gradib⁹ uigintinouẽ & septingẽtis. GLA. Mirabile nimiũ inter/ uallum hoc inter iusti & iniusti uiri uitam quo ad uoluptatẽ atq; dolorẽ cumulauisti. SO. Verus hic certe & cõueniens uitis hoĩum numerus: siquidem ipsis conueniunt dies/noctes/ mensesq; & anni. GLA. Conueniunt qdem. SO. Atqui si tantũ uoluptate bonus iustusq; uir malum & iniustũ exsupe rat/ mirũ certe est quãto etiã magis ornamẽto/decore/uirtuteq; uite exsuperabit. GLA. Mirũ cer/ te. SO. At enim postq̃ huc disputãdo deuenimus/repetamus quę a principio dicta sunt/ex qbus ad ista delati sumus. Dictum qñq; fuit iniuste agere/illi pdesse: qui cum oĩno iniustus sit / iustus tamen existimaꝛ: an nõ ita dictũ? GLA. Ita. SO. Ad hęc igiꝛ ita in pręsentia disseramus postq̃ una cõueni/ mus q̃ uim / & iusta & iniusta habeat operatio. GLA. Quo pacto? SO. Imaginẽ animę figuremus: ut qui illa dixit/qualia dixerit/recognoscat. GLA. Qualem. SO. Talem aliquã: quales quodã me/ moranꝛ fuisse nature/chimere ipsius/Scyllę/ & Cerberi/& alię multę: in qbus feruꝛ uarię in eodẽ forme cõgenite. GLA. Feruꝛ qdem. SO. Finge itaq; figurã unã bestie uarie admodũ & capita cir/ cum multa habẽtis: capita inquã partim bestiarũ domesticarũ / partim agrestiũ quę & pmutare & pducere ex se hęc oĩa possit. GLA. Noui fictoris artificiũ narras: tamẽ cũ ad fingendum sermo q̃ cera facilior sit/fingatur. SO. Vnam pterea his adiunge supne leonis formã. Huic unã insup hoĩs. Et amplissimũ qdem primũ sit angustius uero secundũ atq; tertiũ. GLA. Facilia quidẽ ista: quare & formata sunt. SO. Coniunge igiꝛ hęc tria/ut ad unũ conficiẽdum inuicẽ coherescant. GLA. Iuncta sunt. SO. Circũpone extrinsecus ipsis hoĩs unius imaginẽ ut illi qui nequeat interiora inspicere/sed exterius dũtaxat cernat operimentũ / unum aĩal / homo. s. uideaꝛ. GLA. Circũdedi. SO. Dicamus itaq; illi qui asserit pdesse homini huic iniuste agere/ iuste uero uiuere nequaq̃ pdesse/eũ nihil aliud asserere/nisi pdesse illi ut bestiã illam multiplicẽ pascat & leonẽ/& fortiorẽ illam leonẽq; efficiat: ho/ minẽ uero perire fame pmittat atq; eneruet: usq; adeo ut pter imbecillitatẽ trahaꝛ/quocũq; cęte/ ra illa rapiunt: neq; alterũ cum altero mansuefaciat/ inuicemue cõciliet/ ĩmo sinat signacula se inui cem morsibus lacerare: ac pugnãtia se mutuo deuorare. GLA. Omnino hęc diceret/quisqs lauda ret iniuriam. SO. Ergo siquis dicat officia iusta pdesse: hęc agenda dicendaq; monebit / ex quibus homo ille huiusmodi animalis interior/summã potentiam consequatur/fereq; illius pluribus capi/ tibus redimite tanq̃ colonus curam habeat: domestica quidem capita fouens/irrigans / ac nutriẽs/ agrestia ptinus amputans: dum leonis naturã ad hoc adiutricẽ accipit: cõmuniterq; curat oĩa: & inuicem mutua beneuolẽtia sibiq; cõciliat. GLA. Profecto hęc ait: qui iustũ laudat. SO. Omni itaq; ratione qui iusta laudat/uera loquiꝛ: qui uero iniusto mentitur. Nam & quo ad uoluptatẽ & quo ad decus & quo ad emolumentũ/iusti laudator/uera pnũciat. Vituperator aũt neq; ueri quicq̃ affert: neq; nouit quod improbat. GLA. Nullo modo ut mihi qdem uidetur? SO. Mitib⁹ itaq; uerbis illi psuadeamus: neq; enim spõte delinquit. Sic iam interrogemus o beate uir/nõne & honesta uite in/ stituta & turpia: ob talia quędam esse dicimus: honesta qdem: quę partẽ nature ferinã homini/ ĩmo forte diuino subiiciunt. Turpia uero quę agresti domino subigunt mansueta. Consentiet necne? GLA. Consentiet/si mihi crediderit. SO. Estne aliquis cui psit ex hac rõne iniuste aurum usurpa/ re/siquidem accidit ut dum accipit aurum: pręstantissimã sui partẽ ignobilissime seruire cõpellat? Etenim si accipiens aurũ/ filium suũ/uel filiam mancipiũ efficeret agrestium & improboꝝ hoĩum/ haud quaq̃ acceptio ista pdesset: neq; etiã si multũ caperet: sinaũt partẽ sui diuinissimã/parti ppha/ nissime scelestissimeq; seruire cogit: neq; misericordia tangitur/nõne erit miser? ac multo cum gra/ uiori sui pernitie/auri muneribus est corruptus/q̃ eryphile/quę contra uiri sui uitã monile illud ac/ cepit? GLA. Valde qdem: ut ego tibi pro illo rñdeam. SO. Nõne & intẽperantiã olim appellatam tali quadã de causa putas: qm̃ in ea/dira illa/ingensq; & multiplex fera ultra q̃ deceat relaxaꝛ. GLA. Patet. SO. Cõtumacia uero & insolentia improbaꝛ: qñ leoninũ & serpẽtinũ illud genus augeꝛ/adeo ut pter omnẽ modestiã inualescat. GLA. Prorsus. SO. Delitiosa uero mollities in huius ipsius reso/ luta nimiũ remissione: qñ in ipso timiditatẽ & ignauiã pcreat. GLA. Quid ni? SO. Assentatio insu/ per illiberalitasq;/cum aliquis hũc ipsum animositatis uigorẽ turbulẽte multiplicisq; bestie subigit: ac pter quęstum: eiusq; inexplebilem cupiditatẽ/ deiicit illum: atq; ita a primis annis assuefacit/ut ex leone uertaꝛ in simiã. GLA. Magnopere. SO. Mechanicus uero mercẽnariusq; affectus cur infa/ mis habeꝛ. Tunc certe hęc in nobis infamia: qñ quis partis optime speciẽ natura sortitus est imbe/ cillam: adeo ut bestiis quæ in eo sunt dominari nõ possit: ĩmo colere illas queat studeatq; dũtaxat & earũ solum nosse blanditias. GLA. Videtur. SO. Nõne ut hmõi uir a tali quodã duce regaꝛ a quali & optimus quisq; geritur/seruũ ipsum esse debere dicimus optimi uiri/ diuinũ in seipso habẽtis im peratorẽ: neq; ad subiecti iacturã/parere illum debere supiori censemus: queadmodum de subdi/ tis oĩbus existimabat Thrasymachus: sed quia pręstat cuiq; diuino sapientiq; principi subiici: ma/ xime quidẽ/si talem in seipso principem habeat/si non habeat / principi huic saltem exteriori: ut oẽs simus/quoad fieri põt consimiles & amici/eodem principe gubernati? GLA. Recte nimium. SO.

Numerus gra duũ: qbus ui/ ta regis pcel/ lit uitę tyrã/ ni.

Sermo faci/ lior q̃ cęra ad fingendum.

Perspicuū quidem ex lege fit: qđ tale quiddam ipsius est cōsilium: cum oībus ciuibus ęq; pspiciat: & imperiū illud in pueros idem ostendit: quo phibenť sui iuris esse/prius q̃ in ipsis: quēadmodū in ciuitate rem pu. cōstituerimus: optimāq; ipsoꝶ partē colentes ex optima nostri pte exterioris huius principis loco/similem quēdam in ipsis custodem in seipso ac principe creauerimus. Atq; eos tūc demū liberos esse pmittimus. GLA. Constat plane. SO. Qua igiť rōne o Glauco pdesse alicui asseremes iniuste/uel intēperate/uel turpiter aliqd facere? Ex qbus opibus deterior erit: dum pecunias ampliores/aut aliā quāuis potentiā cōsequetur? GLA. Nulla. SO. Quo pacto/iurianti pdesse dicemus/ut & lateat oēs/& nō det pœnas? Nōne qui latet/etiā fit deterior: hoīs aūt deprehensi castigatiq;/pars illa ferina sedať & mansuescit. Domestica uero pars liberať. Et animus totus in naturā optimā restitutus/eo prętiosiorē sumit habitū/temperantiā & iustitiā cum prudentia capiēs/q̃ corpus cū robur & formā cū sanitate cōsequiť/quo aīa est corpe ṗriosior. GLA. Sic est oīno. SO. Quā obrem quicūq; mentis est cōpos ad hoc oēm suā instituet uitam. Nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet/quę talem animū ipsius efficiūt: alias aūt spernet. GLA. Manifestum. SO. Atq neq; corpus colet & nutriet/ut ferinę irratiōaliq; uoluptati īdulgeat: neq; ad sanitatē id referet: neq; studiose id quęret/ut robustus/uel sanus sit/uel formosus/nisi una cū his colat & tēperantiā: ita ut corporis harmoniā pter animi tēperet cōsonantiā. GLA. Ita prsus/siquidem reuera futurus sit musicus. SO. Sed neq; uulgi ęstimatiōe cōmotus/ordinē/& cōcordiā in pecuniis possidendis/earū q; cumulū amirabiť: augebitue eas in infinitū/infinitis malis obnoxius. GLA. Nō certe ut arbitror. SO. Verū ad interiorē sui rem. p. semp aspiciēs cauebit ne qd in ea e suo statu dimoueat pp indigētiam pecuniaꝶ uel copiā. Atq; ita semp & in cōparādis & in erogādis pecuniis/ pro uiribus gubernabit. GLA. Summopere. SO. Quin & honores ad idem referet. Nam eos dūtaxat gustabit: ex qbus meliorē euasurū se sperat: eos aūt & priuatim & publice fugiet / qbus deturbari posse unq̃ pfirē animi sui statū uereť. GLA. Non ergo rem uolet ciuilem administrare/si id curauerit? SO. Immo p canē: sed in ipsa suiipsius ciuitate. Et maxime qdem. Non tñ in patria forsan: nisi sors quędā diuina cōtigerit. GLA. Intelligo eqdē/qđ ea in ciuitate dicis quā nos cōdidimus in pñtia: quę & in uerbis est dūtaxat: interius uero nusq̃/ut arbitror. SO. At forte in cœlo illius extat exēplar. Cōspicuū illi q & intueri uoluerit: & seipm ad illud/cū ītuitus ē/instituere. Nihil aūt refert/siue uspiā sit siue erit. Quę enim illius officia sunt/aget solū: quę alterius sunt/nequaq̃. GLA. Consentaneū est.

FINIS DIALOGI NONI.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DECIMVM DIALOGVM DE IVSTO.

Actenus Socrates diligentissimus humani generis pędagogus ad legalem iustitiā .i. uniuersam uirtutē per ipsam iustitię pulchritudinē genus hoīum puocauit: ab iniustitia uero p iniustitię turpitudinē similiter reuocauit. Deinceps aūt & ad illam p sempiternū eius fructū premiūq; cohortabiť: & ab hac ṗ sempiternū detrimētū eius & supplicium absterrebit: atq; .i. potissimū decimi huius officiū. Sed anteq̃ ṗcipuo hoc fungať offō/phœmio quodā utiť: in quo diligēter absoluit qđ & ī priorib⁹ dialogis attigerat/& in fine noni reliquerat admodū saluti publicę necessariū. Profecto noster hic morboꝶ medicus humanorum in ea morbi specie curāda est diligētior/quā cęteri nō solū negligēter curāt: sed ne curāt qdem unq̃: īmo uero qđ deterius ē/quasi rem saluberrimā diligūt/& omni studio cōplectunť: imitationē inquā poeticā/qua ingeniosi poetę dum pturbatos aīos acrius exprimūt/interim audientiū legentiūq; animis pturbatōes similes uehemētius & pfundius imprimūt. Ac tanto magis oēs inficiunt/q̃to laudanť & placēt. Prohœmiū uero eiusmodi finē noni cōgrue sequiť. ibi enim aīa in rationē distribuiť & in ptes inferiores pturbatiōib⁹ agitatas / quaꝶ imperiū in aīa primū / deinde in ciuitate tyrānicum appellatur. At quoniam poetica imitatio partes eiusmodi suscitat: fouetq; & auget/ irritans iram/titillans libidinem/soluens risum/effundens lachrymas & quęrelas / iccirco rationis quidem regnum labefactare / perturbationis uero tyrannidem uidetur adducere. Quamobrem Socrates pestem eiusmodi alioquin iocundam / sed maxime uenenosam perdit / ne ipsa nos perdat. Ac uide quāta charitate Plato noster ubiq; humano generi cōsultat/ea uidelicet disquirēs circūspiciensq; pericula/quę alius oīno nullus suspicareť: adde insup & naturę educatiōiq; ṗprię .i. poeticę ualde repugnās/ mō strenue pro publica salute ppugnet. Quāobrē nemini mirū uideri debet Platonē hic ob ueritatis amorē uel Homero suo nō pcere: qñ qdē ob iustitię cultū/ neq; genio qdē īdulget suo. Homero aūt ṗcipue derogat: ut p ipm imitatoꝶ principem/cęteros multomagis dānatos existimemus. Et qm̃ dicit ab Homero/neq; diuina/neq; humana doceri/intellige laudes in Philebo a Platone tributas Homero/nō ex platonis sñia/ sed ex cōi opīone deductas. Probat autē imitandi

peritiam

peritiã eẽ/ut narrauimus ualde periculosam. Prẹterea seruilem atq; uilissimã. Siquidẽ imitatores/
neq; res ipsas intelligũt/neq; faciũt:sed apparẽtes sensib⁹ rerꝫ formas sequuti/uulgaresq; de his opi
niones aucupati/& imagines quasdã referũt/& sensib⁹ ꝑturbatõibusq; obsequũtur/nulla rõnis habi
ta rõne. Quãtũ uero poetas ĩprobat ubi ꝑturbãt/tñ ꝓbat si ad uirtutẽ & pietatẽ ꝑ honestas heroũ
laudes diuinosq; hymnos hortenẽ. Verꝫ ut q̃ uilis sit oĩs imitatio exprimat/artiũ gen⁹ in tres diui
dit spẽs/utentẽ/fabricantẽ/imitantẽ. Et utentẽ qdẽ lyra.i.musicã ait supare artẽ lyrẹ fabricatricem/
qm̃ certo sibi ꝑscripto fine/formã illi ꝓponit opis fabricãdi. Fabricantẽ uero supare pictorẽ/lyram
colorib⁹ imitãtẽ. Qualẽ iudicat & poetã/sic ad aures rerũ imagines sicut pictor ad oculos referẽtẽ.
Sed ĩter hẹc theologica q̃dã de ideis mysteria inserunẽ. Quẹ qm̃ in theologia lati⁹ aperuimus/ra
ptim in pñtia ꝑstringem⁹. Ascẽde age platonice cõtẽplator ab iis formis quas in mũdi materia sen
tis ad naturã formarꝫ eiusmodi genitricẽ. Quã & si nõ sentis/cogita tñ infusam mundi materiẹ ceu
uitalẽ spũm/& plenũ seminũ & ꝑ semina artificiose singula disponentẽ. Naturã hãc in mũdo talem
esse scito qualẽ in te scis eẽ potentiã uegetalẽ. Ergo quẽadmodũ in te uegetali naturẹ ĩtelligis ꝑesse
sentiendi uirtutẽ. Ita & in mũdo naturã similẽ sed cõmunissimã in fontẽ redige sentiẽdi quasi similẽ
sed cõmunissimũ. Deinde & in te sensum in rõnẽ/rõnem in ĩtellectũ/& in mũdo similiter sentiendi
genus in rõnalẽ naturã/atq; hãc in gen⁹ ĩtellectuale reducas. Prẹterea cũ ꝑcipias in teipso ĩtellectũ/
id qđ intelligibile ẽ appetere/q̃si ꝑfectius/ab eoq; formari uelut potẽtiore/ꝑpone tã in mundo q̃ in
te naturã ĩtelligibilẽ ĩtellectuali nature. Intelligibile uero idẽ oĩo atq; ĩpm ens appella. Huic deniq;
qđ & ĩtelligibile & ens appellasti/ ĩpm ꝑpone bonũ. Nã & ut bñ sis eẽ cupis/& ĩtelligibile gratia ip
sius boni desideras. Postq̃ huc ascenderis/ꝑcipies uniuersum sacro quodã septẽnario designatũ/ab
infimaq; materia surgẽs ꝑ sensibiles qualitates:ꝑ naturã:ꝑ sensum:rõnẽ:intellectũ:intelligibile ad
ĩpm bonũ. Prẹterea ĩpũm bonũ cuncta sub senario numero:quasi die sexto ꝑfecisse/& in gradu se
ptimo/uelut septimo die.i.in seipso cõquieuisse. Aliorꝫ nãq; omniũ finis ẽ ĩpm bonũ. Boni igiẽ nul
lus extra se finis/uel põt eẽ/uel fingi. Si bonũ quo ꝑficianẽ appetũt oĩa:cõclude a bono effici oĩa. Itẽ
si intrĩseca ꝓpriaq; uirtute oĩa facit/ĩtellige ĩpm uniuersum in seipso cõplecti. At qm̃ prima ideoq;
simplicissima natura ẽ/iccirco formas in eo oĩum/formã ipsi⁹ unã esse memeto: quã Plato boni ip
sius uocat ideã:in qua dixit Timeus deũ/mũdi opificẽ cũ creauisset mundũ requieuisse:dicẽs mũdi
opificẽ incircũspectũ suũ se recepisse. Proinde ipsa idea boni/ideas.i.spãles oĩum formas specie dũ
taxat ĩter se distinctas/in natura ĩtelligibili generat/ qua ens uniuersum mõ quodã ĩtelligibili com
prehẽdiẽ:intelligẽtia quoq; oĩs mira quadã sup ĩtelligentiã rõne. In hãc naturã ĩtelligibilẽ oẽs suspi
ciunt ĩtellectus/ab eaq; suscipiũt stabiles formulas idearꝫ. Suspiciũt & rõnales aĩẹ:unde & formulas
licet quodãmõ mobiles acceperũt. Post has rõnaliũ formulas aĩarꝫ uirtutẽ quoq; sensualem idearꝫ
descẽdũt imagines. Deinceps in uegetalẽ quoq; naturã semina. Perq; qualitates deniq; in materiã.
Q si igiẽ Plato inq̃t deũ ideas facere in natura/intellige in natura mũdoq; ĩtelligibili angelicarꝫ ca
pite mentiũ. Qđ aũt lectũ dixit & mẽsam/exẽpli gratia dictũ sit/ ut ꝑ hẹc artificia ĩtelligas natura
lia.i.ꝑ lectũ & mẽsam/eũ q his utiẽ hoĩem. Prẹterea exẽplũ in arte ꝑpositẹ q̃ñi accõmodatius uide
baẽ. Forte uero & formas regulis artiũ necessarias ab ideis abesse nõ putat. Neq; mirꝫ uideri debet
hominem artium formas habere diuinitus: quum imaginationes artium bestiis quoq; nõ desint.
Ac si eiusmodi formẹ diuinitus in anima fiant/ iccirco dicentur fieri in natura/ quia naturaliter in
serantur. Quod siquis ad artificia quẹdam uideatur ineptior/dicent eum platonici uel per uaria di
stractum fuisse/uel se totum ad opposita conuertisse. Nota Platonis uerba dicẽtis deum nõ intelli
gere solũ/sed & uelle/significãdisq; deũ intra se intelligẽdo cõcipere & extra se fabricare uolẽdo. No
ta rursus deũ naturalis unius spẽi unã tñ specie expressisse ideã in ipso ĩtelligibili mundo/puta spẽi
humanẹ idealẽ humanitatẽ unã. si.n. in materia ubi ĩnumerabilis mobilisq; uarietas est/in singulis
hoĩbus unio q̃dã cõis naturẹ seruaẽ/multomagis in simplici stabiliq; natura/pro una specie natura
li idea unica sufficit. Immo uero diuersa hẹc & instabilia unã in se naturẹ cõionẽ nõ aliunde habere
pñt q̃ ab ipsa sublimis unitate naturẹ. Rursus si ponanẽ humanitates duẹ/certe qua rõne utraq; hu
manitas est/inter se nõ differũt/imo sunt unũ. Ergo si differãt/ ꝑfecto ꝑ additamẽta q̃dã utrisq; sub.
iuncta/inuicẽ discrepabũt. Itaq; neutra erit absoluta humanitas ipsa/sed humanitas quẹdã atq; ta
lis/& humanũ q̃ddã potius q̃ humanitas. Et utrũq; tanq̃ eiusdẽ humanitatis ꝑticeps/humanũ simi
liter appellabiẽ:atq; prer hẹc erit humanitas in seipsa prius una q̃ a subiectis plurib⁹ capiaẽ. Meri
to deus cũ sit simpliciter cã/nõ est dicẽdus auctor q̃dã hoĩs/uel equi cuiusdam/sed auctor hoĩs atq;
equi. Ideo unã absolutãq; pro qualibet rerꝫ specie ꝓcreauit ideã. At qñ apud nos hic hõ generat il
lam/haud quaq̃ hõ hic hoĩs simpliciter dicẽdus est auctor/sed q̃dã hoĩs cuiusdã auctor. Neq;.n.so
lus hõ cã est/sed est in cã/in numero uidelicet cãrꝫ/neq; totũ facit: nõ eni materiã primã/aut animã:
neq; ipsi homini dat principiũ. Ante hũc enim passim erat homo/& sane huius opa fit ubiq; fietq;
homo. Vbi uero Plato dicit deũ ideam unã pergenuisse/quia uidelicet/ uel nolebat plures fore/uel
aliqua necessitas inerat/nõ forte plures/intellige in deo ita necessitatẽ cũ uoluntate cõuerti/ideo ut

necessariũ sit ita esse/qa deus ita uult esse. Siquidẽ in summa diuinitatis simplicitate nõ aliud est ne-
cessitas q̃ uolũtas. Ergo si dixeris necesse ẽ deũ ita uelle uel facere/cõuertã sic/uult de⁹ ita necessariũ
eẽ. Merito ubi sũma bõitas cũ sũma ptãte cõcurrit ibidẽ sũma libertas cũ summa necessitate cõspi-
rat. Cõsiderãda sũt iter hęc diuulsa qdã ualde tñ utilia. Quale illud lectio uel doctrĩa nisi ad optimã
rõnẽ uitę cõducat/ẽ iutilis. Qua qdẽ in re admirãda fuit uita & disciplina Pythagorę. Ac iure mexẽ
apud oẽs auctoritatis/ Platonis etiã tpe. Itẽ poemata si harmonica uerboꝝ cõpositio adimaẽ / mo-
menti nullius euadunt. Pręterea uirtus/aut hoĩs/aut rei in facultate quadã consistit ad finẽ illũ pręͅ-
cipue cõferẽte/cuius gratia & res ipsa facta est/& homo natus. Apparet interea quędã inter sensum
rationẽq; distinctio: qđ sensus plęrũq; circa magnitudinẽ & figurã numerũq; falluntͅ/& pondus: in
terim tñ ratio ꝑ ipsam metiẽdi & numerãdi/librandiq; facultatẽ iudiciũ sensus emẽdat. Cõstat autẽ
animã nõ posse eodem in tpe p eãdẽ sui potentiã eadem de re modo cõtrario iudicare. Appet ẽt
uires appetẽdi nobis inesse diuersas. Quippe cũ rem eandẽ simul appetamus atq; respuam⁹. Ad-
uerte nõ esse exigẽdum a ꝓbo ciue/ut oĩno nihil doleat: sed ut nascentẽ dolorẽ eiusmodi rõnib⁹ cõ-
soletur: ubi appet aliã esse animi partẽ/quę uelut ęgra indiget medicina/ aliã quę tanq̃ sana medeẽ.
Hę uero rõnes aduersus dolorẽ sunt ꝑcipue quattuor. Prima/qa incertũ est/bonũ ne id sit qđ acci-
dit/aut malũ. Secũda/qđ qualecũq; sit/certe paruipendendũ est. Mihil enim inter somnia humana
magnipendendũ. Tertia/qđ nihil oĩno dolendo ꝓficiamus. Quarta/ qa dolor id semp/ qđ subito
nobis ꝑsidio esse põt/impediat. Cõfirmat hęc ex eo qđ & superari turpissimũ est/& supare pulcher-
rimũ. Qui uero dolore uel alia quauis ꝑturbatõe pręmiẽ/iam est turpissime supatus. Ideo ꝑcepit ut
in aduersis/atq; ꝑturbantib⁹ medici dũtaxat utamur officio/qui dolentibus nõ cõdolet/sed medeẽ.
Comparat taloꝝ iactibus quottidianas uitę sortes: quas ita uult rõnibus emẽdari/ queadmodũ ia-
ctus taloꝝ artificio quodã ludi emẽdari uideẽ. Sed supiora ꝑcepta ad ea quę sequũtur / quasi quę-
dam ꝑludia sint. Maximũ quidẽ omniũ id nobis in uita ꝓpositũ sit certamen: quo supemus uitiũ/
uirtutẽq; consequamur: cunctaq; oĩo quę inter hoĩes habenẽ bona/ut ipsi boni simus/pro nihilo ha-
beamus. Siquidẽ ꝓpriũ iustitię premiũ malus est q̃ cuncta quę inter hoĩes possunt premia reporta-
ri: quippe cũ & ipse iustitię splendor supra modũ hęc oĩa superet: & in rebus mobilibus / breuibus/
umbratilibus repiri nequeat premiũ iustitię ĩmobili/sempiterne/uerissimeq; cõueniens. Ex his cõ-
cluditur ĩmobilem iustitię habitũ ꝓpter ĩmobile premiũ exoptari debere. Quod quidẽ post ꝑsen-
tis uitę curricula laboribus iustitię manet. Alioquin iustitia ipsa/quę excellentissimũ iudicaẽ bonũ/
iustis hoĩbus foret mala ob amores iustitię cõtinuę laborãtib⁹/sępeq; affectis iniuria/neq; iniuriam
ulciscẽtibus. Adde & bõa ꝑñtia ęthernoꝝ desiderio cõtẽnentibus: neq; premiũ apud hoĩes iustitię/
ĩmo uero pro iustitia iniustũ sępe supplicium reportantibus. Quãobrem ne bonũ noceat / & iusti-
tia careat premio/& deus uel minus ꝓuideat/uel pro meritis non repẽdat iudicãdum est fore aĩos
ĩmortales. Pręsertim ut tam iniusti/qui uiuẽtes poenas iniustitię nõ dederunt/ saltem defuncti ꝑsol-
uant/q̃ iusti inter mortales oĩo spreti/apud superos coronenẽ. Hinc nobile trãdit ꝑceptũ. Animus
ĩmortalis nõ debet pro breui hoc/sed pro uniuerso tpe esse solicitus. Immortalitatẽ animę Plato in
Phędro a Phędone alibiq; ostendit. Eiusmodi ratione esse certas demonstratiões ostendit in libro
de sciẽtia dicens: uerba eoꝝ qui cõtraria sentiunt examinanti ridicula tandem euadere. Itẽ in Gor-
gia affirmãs mysteria hęc adamãtinis rõnibus eẽ ꝓbata. Pręterea in hoc decimo/ubi post argumẽ-
tationẽ subdit/tum per talem argumentationẽ/tum per alias multas cogi nos ad id confitendum.
Arbitror equidem in Platonis uerbis uim quãdam latere mirabilem a paucissimis intellectã: ut nõ
mirum sit: si per argumẽtationes platonicas alii quidẽ demonstratũ id existiment/ alii uero nondũ
demonstratũ. Demostheni certe auditori Platonis tanta efficacia p uiuam uocẽ persuasum fuit: ut
dixerit/malle se honeste mori q̃ turpiter uiuere/postq̃ Platonẽ atq; Zenocratẽ de aĩoꝝ ĩmortalitate
differentes audiuerat. Eandẽ quoq; in scriptis platonicis uim ꝑcepit Cleombrotus / & apud Cice-
ronem multi Egesis auditores/q sese e corpis carcere ob desideriũ alterius uitę liberauerũt. Eandẽ
Platonicus ꝑcepit Boetius philosophia teste concedens hoc sibi certis rõnibus demonstratũ. Eadẽ
Aurelius Augustinus ꝑsensisse uideẽ/ ubi ait hac de re se nunq̃ dubitasse. Cõfirmanẽ hęc ab Auicẽ-
na/ rõnes quasdam ad hæc demonstratiões esse dicente. Meq; solum demõstrari posse Plato hic in-
quit/sed etiã facile demonstrari/apud illos ut arbitror: qui cũ ipsi purgatã/segregatãq; a corpe men-
tem habeãt/merito nõ diffidunt posse qñq; animã segregata a corpore uiuere. Qñ qdẽ experiunẽ
ipsi mentẽ suã seiunctã a sensibus uiuere melius q̃ cõiunctã. Cõpertũ & hñt alioꝝ aĩas ĩmersas cor-
poris/atq; ideo uitiosas/uitio tñ morboq; ꝓprio nõ interimi. Et iccirco multominus/ alieno. i. cor-
poreo morbo posse corrũpi. Siqdẽ & corpus ipm externo malo nõ prius ꝑdiẽ q̃ intrinsecũ inde in-
feraẽ malum quo ꝓxime perimaẽ. Cęterũ ne qs de aĩę suę diuinitate diffidat/ iubet illam a contra-
ctis ex amore corporeo sordib⁹ penit⁹ expurgare/purgatãq; ꝑspicere/q̃ pura/q̃ simplex/q̃ diuinoꝝ
auida/tanq̃ diuinitati cognata/q̃ cito/q̃ plene luminis diuini sit capax! Qđ aũt dicit aĩas indies nõ
fieri numero plures/intellige nõ ita fieri/ut ex corporib⁹ orianẽ & cõponanẽ. Qđ qdẽ sequẽs ratio

manifestat/

imitatur pulchritudinẽ uel contrarium. GLA. Non uidef. SO. Gratiosus erit in effectione imitator quoad sapientiã in iis quæ facit? GLA. Non multũ. SO. Verũtamen imitabif: haud intelligens quo pacto unũquodq; bene se habeat an male. Sed ut uidetur: quale uidetur multis & ignaris esse pulchrũ hoc imitabif. GLA. Quid enim aliud? SO. Hæc sufficienter nobis asserta uidenf: imitatores. s. nihil æstimatione dignũ intelligere de his rebus / quas imitanf. Sed esse iocũ quendã imitationem potius q̃ rẽ seriam. Omnesq; eos qui tragicã pœsim in iambis heroicisq; carminibus tractãt / imitatores præcæteris esse. GLA. Et maxĩe quidẽ. SO. Per Iouem. Imitatio aũt hæc circa aliquod tertio gradu distans a ueritate uersaf. Nõne? GLA. Est ut dicis. SO. Ad quale igif eorũ quæ in homine sunt / pertinet / quatenus uim habet eiusmodi? GLA. De quo nã interrogas? SO. De tali quodam. Magnitudo eadẽ eminus atq; cominus per aspectũ / non æqua uidetur. GLA. Non. SO. Eadem quoq; obliqua & recta in aqua nobis & extra aquã aspicientibus: cauaq; iterũ & ꝓminentia pp uisus circa colores errorẽ / uidef. Omnisq; huiusmodi in aĩa nostra turbatio inesse compta ẽ. Quã quidẽ naturæ nostræ passionẽ aggressa adumbrationis ipsius facultas / & præstigiorũ ingeniositas / cæteraq; machinamenta / nihil magicæ seductionis intentatũ relinquunt. GLA. Vera loqueris. SO. An non metiendi / numerãdi / librandi peritiæ aduersus hæc oportuna sunt hoĩum adiumenta? ne in nobis id præualeat quod apparet / maius uel minus aut plus aut grauius / sed quod metitur / cõputat / ponderat. GLA. Quid ni? SO. Atqui hoc rationalis animi partis est officiũ. GLA. Huius ipsius. SO. Hoc aũt sæpenumero metiente iudicanteq; maiora esse nonnulla uel minora / aliis alia / uel æqualia / contraria simul circa eadẽ hæc nobis apparent. GLA. Si accidit. SO. An nõ alias diximus fieri nõ posse ut eadem ui aĩæ simul & circa eadem cõtraria opinemur? GLA. Ac merito diximus. SO. Vis igitur aĩæ quæ præter mensuram opinaf / haud eadẽ erit / atq; illa / quæ cum mẽsura. GLA. Non certe. SO. Sed enim quod mensure ratiocinationisq; credit cõputationi / animi pars optima est. GLA. Nihil obstat. SO. Quod ergo repugnat isti / ignobilis aliqua nostri pars erit. GLA. Necesse. SO. Vt hoc assereremus / supra dicebã / quod pictura & oĩs imitandi facultas / procul a ueritate suũ opus exercet: rursusq; cũ aliqua nostri parte prudentiæ prorsus expte congredif & amicitiã contrahit ad sincerũ uerũq; nihil. GLA. Maxime. SO. Vilis ergo imitãdi facultas uili cuidam se cõmiscens / uilia procreat. GLA. Apparet. SO. Vtrũ talis est ea dũtaxat quæ ad uisum spectaf? An ea ẽt quæ ad auditũ? quã pœsim uocamus. GLA. Probabile est hanc insuper esse talẽ. SO. Ne igif ei soli credamus quod ex pictura uerisimile nobis apparet. Sed ad eã ipsam cogitationis naturã: cui sese accõmodat poetica imitatio / ueniamus: uideamusq; num uile quiddã sit / an preciosum. GLA. Sic oportet. SO. Hunc ergo in modũ ꝓponamus. Imitatur quidem pœsis hoĩes aut ui aliquid aut sponte agentes / existimantesq; ex actionibus / uel bonũ sibi aliquod esse uel malũ / ideoq; uel dolore affectos uel uoluptate. An aliud qcq̃? GLA. Nihil aliud. SO. Nunqd in his oĩbus homo secũ ipse consentit? Vel potius queadmodum secundũ uisum dissidet / ut narrauimus / deq; eisdẽ cõtrarias in seipso simul habet opiniones / ita & in agendo secũ ipse dissidet atq; pugnat? At nunc mihi uenit in mentẽ quod nihil est de hoc nobis in præsentia disceptandũ. Nam in superiori disputatione de his satis una cõuenimus: aĩum uidelicet nostrum confessi / multis & uariis huiuscemodi cõtentionibus sibi eodẽ in tpe aduersantibus agitari. GLA. Probe. SO. Probe id quidẽ. Verum quod tunc a nobis est prætermissum / nunc mihi uidef expediendũ. GLA. Quale istud? SO. Vir probus cũ talẽ habeat aĩam / si amiserit aut aliqd aliud sibi charissimũ / facilius q̃ cęteri feret / ut diximus. GLA. Plane. SO. Nunc aũt & id cõsideremus. Vtrũ oĩno nõ dolebit. Vel hoc qdem ĩpossibile. Dolorẽ uero quodãmodo moderabit. GLA. Hoc certe est uerius. SO. Hoc mihi de ipso in pñtia dicas. Vtrum hũc censeas dolori magis repugnaturũ: qñ a similibus spectatur hoĩbus / uel qñ solus est / aliorũ consortio destitutus? GLA. Permultũ interest / si in aliorũ cõspectu sit. SO. Porro cũ solus erit multa ex merore pronunciabit: que emittere coram aliis erubesceret. Multa faciet: quę conspici ab aliis nũquam uellet. GLA. Est ita. SO. Quod obstare iubet / ratio est & lex. Quod aũt ad dolores rapit / perturbatio. GLA. Vera loqueris. SO. cũ homo circa idẽ simul contrariis motibus agitetur / necessario duo quædam illa esse dicimus. GLA. Proculdubio. SO. Alterum quidẽ legi obtẽperare paratum est / utcũq; iniũxerit. GLA. Quo pacto? SO. Lex utiq; dictat optimũ esse in aduersis q̃maxime fieri potest / quietem agere / neq; conqueri: tanq̃ incertum sit / bonũ ne id sit / an malũ / quod accidit. Neq; pp dolorem quicq̃ proficiamus neq; ulla humanarũ rerum magnipendẽda sit. Illudq; quod subito præsidio eẽ potest / dolor ĩpediat. GLA. Quid hoc ais? SO. Consultare inq̃ circa ea quæ acciderunt in primis oportet / & tanq̃ in talorum iactu / secundũ iacta / quomodocũq; ratio melius rẽ habere se dixerit / negocia sua disponere. Neq; uero siquid aduersi inciderit ꝓsternere nos debemus: atq; ut pueri solent cũ offendũt in lapidẽ / ꝓcidentes circa id quod læsit / eiulãdo morã trahere. Sed animũ assuefacere ut ad sanandũ præsto adsit: & qcqd ægrotat / dimissis lamẽtationibus corrigat. GLA. Oportunũ hoc qdẽ est aduersus fortunæ ictus remediũ. SO. Quod sane optimũ est / rationi huic libẽter obtẽperat. GLA. Cõstat. SO. Quod uero ad pturbationis recordationẽ / luctũq; rapit

Imitationem esse iocũ quẽdam.

Tragica pœsis maxĩa imitatrix est.

Visus erroris circa colores & magnitudines.

De uiro ꝓbo ut dolorẽ toleret.

In eisq; diutius detinet/irrationale est languidum/formidolosum.GLA.Ita dicēdum.SO.Quod querulum est/imitationem plurimá ac uariam suscipit.Prudentem uero pacatumq; morem semp sibiipsi similem:neq; facile possumus imitari: neq; si imitemur/facile percipietur a turba ī theatrū uariis ex gentibus confluente.Alieni nāq; affectus ipsis imitatio fit.GLA.Sic est oīno.SO.Imitatio uero poetæ haud ad hoc intendit:ut huic animi naturæ sua sapientia placeat: si uulgo sit placitura:sed querulum animi morem uariumq; obseruat:qui imitatiōe facile possit effingi.GLA.Paret.SO.Merito igitur imitationem poeticam reprehendemus/pictorisq; imitationi alterne rñdere dicemus.Primo qdem in eo similes sunt/quod utrq; quo ad ueritatem uilia operant.Deinde etiam quod parti animæ rationis experti similiter suffragātur:& optimam deserunt. Atq; iccirco iure eá in ciuitate legitime gubernāda nequaq̄ accipiemus:qm̄ hác animi partem suscitat atq; alit:dumq; hanc roborat/rationis compotem uim disperdit.Atq; ut ille qui in ciuitate potentes faciens ipros/proderet ciuitatem/probosq; destrueret. Ita & imitator poeta/peruersam ī animum cuiusq; inducit rempublicá/dum illi animi parti blanditur/quæ sine mente est/ neq; maiora minoraue discernit:sed eadem tum parua tum magna existimat:atq; huic simulachra fingit/longe a ueritate remotus.GLA.Longe quidem.SO.Nondū quod maximum ex ea malum prouenit/enarrauimus. Vehementissimum quidē hoc existimandū est detrimentum/quod probos quoq; uiros paucis admodum exceptis corrūpere possit.GLA.Cur non id possit/siquidē idipsum efficit?SO.Auscultás considera:nōne & optimi quiq; nostrum cum audimus Homerum aut alium quēuis tragicum imitantem heroum aliquē dolore afflictum/uociferantem/ & deflentem querulis fortuná suá modulis/& pectora pugnis percutientē/delectamur quodámodo/inhiantesq; ad illa seqmur ea/unaq; afficimur.ac serio studioseq; illū ut poetam bonum laudamus / qui sic nos maxime moueat. GLA. Animaduerti.SO.Quotiens aūt aliquem nostrū pprius quidam inuadit mœror ex cōtrario nos honestare cōtendimus/siquo pacto quietem agere & tolerare ualeamus:quasi hoc quidem uiri sit/ mulieris illud quod antea laudamus.GLA.Plane.SO.Quá præclara hęc laus? quin absurdū est ut qui talem spectat uirū/qualē esse se minime uelle puderetq; maxie:non tñ abomineť: sed delecteť & laudet.GLA.Præter rōnem id prsus.SO.Certe si & hoc modo istud aīaduerteris.GLA.Quō? SO.Quod uidelicet id quod in ppriis calamitatibus ui cohibeť/phiberturq; in lachrimas fletusq; erumpere & naturæ suæ lachrimarū auidæ indulgere/illud ipsum est/ quod poetæ explent / cui penitus blandiunť.Tunc certe & quod natura in nobis est optimū/utpote nec rōne nec usu sufficienter istructū/querulū istud desinit custodire/quasi alienas spectet pturbationes nihilq; sibi dedecori fit/si dū uir alius q uirtute præstare se pdicat/moderatius defleat/ipse laudet eū & misereať.Quin oblectationē illá lucrari se putat.Neq; ulla rōne ex contemptu poesis illa carere se uellet.Pauci sane aīaduertunt/ut arbitror/quod ex alienis ī ppria traiicere aliqd necesse est.Nēpe cum in alienis erūnis flebile ingenium illud nutrieris uehemētiusq; reddideris/haud facile illud in ppriis coercebis.GLA.Vera nimiū loqueris.SO.Nōne eadem de risu est rō?Quod enim ipse effusiori risu imitari erubesceres/cū in comœdia uel priuata imitatione audis tanq̄ ridiculū libentissime auscultas & imitaris.Ideq; hic facis quod in imitatione flebili fieri diximus.Ná ingeniū illud tuum ad risum pnius quod ipse in te a risu continueris/ueritus scurrilitatis crimen/hic iam resoluis in iocos uehementioréq; sensim reddis risus ipsius affectū:ut & ppriis in gestibus in rusus ultra q̄ deceat ipsius deferri incipias:& scurra ridiculus comœdiæ iocis imbutus euadas.GLA.Vehementer qdē.SO. Idem quoq; de ueneréis & iracundia dicimus:deq; oībus animi cupiditatis ac affectibus de tristibus & iocūdis:quas oēs actiones nos sequi in supioribus diximus:& talia quædá poeticam imitationem in nobis effingere.Nutrit enim ista/dū fouet atq; irrigat/cū potius ariditate extenuanda sint. Efficitq; ut hæc domineť ī nobis/cū subesse potius deceat:ut meliores beatioresq; ex deterioribus & miserioribus euadamus.GLA.Haud aliter dicere possum.SO.Siqñ ita Glauco Homeri laudatores offenderis/audierisq; dicētes Homerū oēm Græciam erudisse:proq; rex humanaru guber natione & disciplina/poetá hunc obseruari monētes/& ad eius instituta oēm uitá instruere: memēto his eē cōgratulandū tanq̄ pro facultate sua optimis uiris:concedēdūq; Homerū apprime poeticū esse:tragicorq; pcipuū.Scito át hymnos in deos/& optimos uiros laudationes dūtaxat ex poesis ī ciuitate admittere oportere.Si aūt uoluptuosam musam ī cáticis & carmibus acceptaueris/ uoluptas ī ciuitate ac dolor/p lege & p illo qđ sp optimū uisum est rōne.s.dominabunť.GLA.Vera loqueris.SO.Hæc ita in eá sniam dicta sint nobis qđ merito e ciuitate poesim:q̄ talis sit expulimus. GLA.Sic.n.rō cogebat.SO.Id quoq; adiiciamus/ne rigiditatis nos rusticitatisq; accuset:qa uetus quædam extat inter poesim philosophiam dissensio.Cuius certe contentionis argumēto nobis dicta hæc esse possunt/quæ subiiciam aliaq; permulta.Nempe canis illa garrula ad aures dominæ latrans/id significat.Et magnus ille in dementium uaniloquiis. Et turba superstitiosorum sapientū exsuperans.Item quod dictum est.Qui minuta & tenuia meditántur:paupertate premitur: Atq; alia innumerabilia signa harum contrarietatis apparent, Verumtamen id quoq; dicatur/quod si

uoluptatis

uoluptaris ministra pœsis imitatioq̧ quicq̃ ad eam rõnem afferre possit/ ut in ciuitate recte institu ta accipi debeat/libenter accipiemus/ut eius fruamur oblectamentis. Ita enim nobis ipsi conscii su mus. Enimuero quod uerum uidetur/prodere nephas ẽ. Nam & tu o amice nõne ab ea mulceris? præsertim homerica. GLA. Valde. SO. An non æquum est eam prodire in medium sese defendẽ tem uel cantilena uel metro quouis alio? GLA. Omnino. SO. Concedamus utiq̧ ipsius defensori bus quicũq̧ poetæ quidẽ non sunt/sed poetarum amici/ut absq̧ carmine eam defendãt/asserentes eã non mõ iucundã sed & utilẽ esse ad rem .p. & hoĩum uitam instituendã. Quam qdem defensio nem æquo animo auscultabimus: lucro enim id nobis fore existimamus: si nõ suauis tñ uerum etiã utilis nobis appear. GLA. Quid obstat? quin lucro id futurũ sit? SO. Alioquin o dulcis amice: quẽ admodum qui qñq̧ aliqd amauerũt: si deinde censeãt amorem sibi illũ inutilẽ fore/licet ægre ama re desistant/desinunt tñ/ita & nos pp ingenitum nobis talis pœsis amorẽ ex pulchrarũ rerũ .p. edu catione/benigne qdem expectabimus ut optima uerissimaq̧ appareat. Quousq̧ tñ rõnem pro se ipsa afferre non poterit/ita eam audiemus: ut oratione supra a nobis exposita nosmetipsos ueluti quadam incantatione aduersus picula iminentia muniamus: cauẽtes ne delitiis amatoriis uulgiq̧ amoribus rursus irretiamur. Illud quoq̧ sentiemus nõ ita esse hmõi pœsi studendum/quasi uera sit aut seria. Verum cauendũ ab ea audienti cuiq̧ est/interioriq̧ animi sui rei .p. metuenti. Et quæ de pœsi narrauimus/de hac prorsus existimanda. GLA. Consentio equidẽ. SO. Ingens porro o ami ce Glauco ingens neq̧ quantũ uidet/est certamen/bonũ effici aut malũ. Quamobrẽ neq̧ pecunia rum gratia/neq̧ honoris/neq̧ potentiæ/neq̧ pœtici ullius oblectamenti iustitiã cæterasq̧ uirtutes negligere decet. GLA. Assentior equidẽ/ex his rationibus quæ narrauimus/arbitror aũt & queuis alium eadẽ cõfessurũ. SO. Atqui ingentia uirtutis præmia mercedesq̧ illi propositas/nequaq̃ nar rauimus. GLA. Immensa dicis premia/siqua maiora sunt/his q̃ rettulimus. SO. Quid magnum breui in tpe esse põt? Nempe omne hoc tps a pueritia ad senectutis extremũ/exiguum quiddã ẽ ad uniuersum. GLA. Immo uero nihil. SO. Immortalẽ uero rẽ cẽses breui hoc pro tpe qdẽ/ꝑ uniuer so uero nequaq̃ debere eẽ solicitam? GLA. Pro omni certe: sed quorsum hæc? SO. An ignoras im mortalem eẽ hoĩs aĩam & ab interitu liberã? Tum repente cõuersus in me Glauco ammiratusq̧ in tulit: p Iouem ignoro equidẽ. Tu uero nunqd ostendere potes? SO. Certe nisi iniurius eẽ uelim/pu to aũt & te id posse. Neq̧ enim difficile. GLA. Mihi quidẽ difficile istud. Te uero libenter audirẽ/ id quod negas eẽ difficile/declarantẽ. SO. Audies iam. GLA. Dic. SO. bonũ aliqd uocas? & malũ aliqd? GLA. Voco. SO. Nunqd de his idem tibi quod & mihi uidet. GLA. Quid? SO. Malũ puto oẽ quod dissoluit atq̧ corrumpit. Quod uero seruat & iuuat/bonũ. GLA. Et ego. SO. Bonum ne cuiq̧ aliquod & aliqd malũ esse dicis? Veluti oculis lippitudinẽ & toti corpori morbum. Frugibus cibisq̧ eruginẽ. Lignis cariem & putredinẽ. Æri ferroq̧ rubiginẽ. Atq̧ ut dico/ferme in oĩbus se cundũ naturam ꝓprium cuiq̧ malũ ac morbũ? GLA. Equidẽ. SO. Quotiens hmõi quicq̃ alicui ac cidit/deterius illud efficit: ac deniq̧ totũ dissoluit & ꝑdit. GLA. Quid ni? SO. Propriũ igit cuiusq̧ malũ/suaq̧ prauitas/quodlibet corrũpit. Ac nisi id corruperit/nihil aliud unq̃ corrũpet. Neq̧ .n. quod bonũ est/aliqd destruit: neq̧ rursus id quod nec bonũ/nec malũ. GLA. Quo .n. pacto? SO. Siquid igit tale est/ut ei malũ aliquod sit/quod ipsum deterius efficit: dissoluere tñ ipsum nõ ualet/ certe ita naturaliter affectæ rei nullus esse põt interitus. GLA. Consentaneũ est. SO. Est ne aliquid quod aĩam prauã faciat? GLA. Et maxĩe quidẽ quæ cõmemorauimus iniustitia/ intẽperantia/timi ditas/& inscitia. SO. An qcq̃ ex his aĩam perdit? Atqui aĩaduerte/ne decipiamur/existimantes ini quum & insanum hoĩem cũ in flagitio deprehensus est/tũc ab iniustitia quæ aĩæ uitiũ est/ corrũpi. Dic age. Nõne corpus ꝓpriũ eius uitium morbus liquefacit/resoluit: atq̧ eo deducit/ut non sit cor pus? & q̃ pauloante diximus oĩa/ex ꝓprio malo quatenus adhæret & inest/inquinãte/esse desinunt? Nõne ita? GLA. Ita ꝓrsus. SO. Nunqd & aĩam eodẽ pacto iniustitia & reliqua prauitas cũ inest sua prẽsentia disperdit & tabefacit? quousq̧ in mortẽ trahẽs a corpore separet? GLA. Nullo mõ istud. SO. At uero absurdũ illud/ut alienũ uitiũ interimat aliqd/cui ꝓprium uitiũ non prebet interitum. GLA. Præter rõnem profecto. SO. Attende Glauco. Ex ipsa ciboꝝ ꝓpria prauitate/qua uel uicta sint/uel marcida/uel quõcũq̧ aliter affecta dicant/corpus perire posse nõ arbitramur. Verũ si cibo rum defectus corpori proprium ipsius defectum intulerit/dicemus per illos corpus/ab eius uitio morbo scilicet perdi. Corpus uero ipsum cum aliud sit ex ciborum quorum alia natura est alieno defectu/nisi proprium defectũ induxerit/dissipari posse nunquam existimabimus. GLA. Recte ni mium loqueris. SO. Eadem ratione/nisi corporis detrimentum ipsi animæ ipsius animæ propriũ intulerit detrimentum/haud quaq̃ existimare debemus/ex alieno malo absq̧ ꝓpria prauitate: ani mã interire: neq̧ alterius malo alterum dissipatur. GLA. Ita ratio monet. SO. Aut igitur hæc re darguamus/quasi non recte dicantur. Aut quoad hæc integra ꝑmanent/neq̧ ex febre aut alio quo uis morbo/neq̧ iugulatione/neq̧ etiam siquis corpus imminutissima quęq̧ ꝑ discerpat/dissipari ani mã concedamus. prius q̃ ostenderit aliquis ꝓpter has corporis passiões animam ipsam/iniquio

Demõstratio de animi im mortalitate.

rem profaniorem\u0026 fieri. Quatenus autem alienum malum adest alteri/nec proprium cuiq; malū adhæret/corrumpi aliquid minime concedamus. GLA. At enim nemo id unq̄ ostendet morientium animas propter mortem iniustiores effici. SO. si quis autem obiicere nobis audeat/quod deterior & iniustior fit qui moritur/ne cogatur immortales esse animas confiteri/oportere dicemus/si uera is dixerit uiro iniusto letiferam iniustitiam eē/ sicuti morbum: & ab hoc ipso perimente sua quadam natura/eos qui suscipiant/perimi: ocius quidē illos qui maxime/serius contra/ qui minus: neq; fieri dūtaxat/quod nunc fit/ut iniusti pp iniustitiam tunc demum moriantur: cum eos alii poenis afficiunt. GLA. Per Iouem haud grauissimum quiddam malum iniustitia esse uidebitur/ si erit uiro iniquo letifera. Malorum siquidem liberatio erit. Arbitror autē contra esse oīno: ut & alios p uiribus interficiat/& hoīem sui participem/uiuacem maxīe faciat: & apprime peruigilem: usq; adeo longe abest ab ea ut sit letifera. SO. Scite loqueris. Quando enim ppria prauitas suumq; malū animam perdere nequit/nunquam malum ex alterius pernitie atq; ad aliud institutum ultra id cui ppric accidit/uel aīam uel aliud quicq̄ dissoluet. GLA. Nunquā: ut probabile est. SO. Cum a nullo prorsus malo siue proprio siue alieno interimatur/patet/eam semper eē necessarium esse. Si semp esse: & imortalem existere. GLA. Necesse. SO. Hoc igif ita se habeat. Ac si ita se habet aīaduertas easdem semper animas fore? Neq; enim pauciores unquā erūt: cum nulla prorsus intereat. Neq; rursus plures. Si enim imortalium quicq̄ plus efficiatur/ex mortali efficietur/eruntq; demū īmortalia omnia. GLA. Vera loqueris. SO. At uero id nequaq̄ existimamus: ratio nāq; prohibet. Neq; iterum arbitramur animā uerissima sui natura talem esse/ut uaria/dissimilis/atq; differens in seipsa sit: GLA. Quomodo istud ais. SO. Haud facile est/sempiternū esse quod ex pluribus cōstitutū est: neq; optimā cōpositionem est sortitū. Vt nobis de aīa nunc apparuit. GLA. Consentaneū est. SO. Animā igitur īmortalem esse & ratio præsens & aliæ cogere possunt. Siquis uero qualis ipsa reuera sit/inspicere cupit/haud q̄q̄ intueri eam debet cōmunione corporis/malisq; aliis inquinatam: quēadmodum ipsi nunc intuemur: sed qualis cum pura fuerit/diligenter rōne discernere. Vbi certe & multo pulchrior apparebit: & clarius cum talis erit quid iustum sit quid nō & reliqua quæ supra diximus iudicabit. Nunc quidem uera de ipsa/qualis uidetur in præsentia/ diximus. Non aliter uera eam spectauimus/q̄ multi marinum inspiciant Glaucū. Illi siquidem nō facile possunt Glauci antiquam considerare naturā/eo quod antiquæ corporis partes partim fractæ/partim contritæ sint: & abundis penitus dissipatæ: aliaq; illi rursus inhæreant conchilia: alga: lapides: ex quibus multo magis fere præse fert imaginem q̄ naturæ prioris aspectum. Ita & animam nos semper aspicimus malis innumeris inquinatam. Sed enim illuc oculos conuertere decet o Glauco. GLA. Quo nā? SO. Ad eius inq̄ phiam/& circa illā oportet aīaduertere: quæ attingit aīus: & quibus cum cōsuetudine inire affectat & nititur: utpote q cognatus sit diuino īmortali & sempiterno. Qualisq; præterea futurus est/siqn̄ eiusmodi totus sequatur naturam/p hunc affectū nixūq; eductus ex pelago quo ad p̄sens submergitur: nudusq; emergens excussis petris & ostreis: quæ sibi nūc tāq̄ ex terra nutrito/terrena lapidosa/& agrestia plurima inhærescunt: pp eam utiq; alimoniā/quam plæriq; beatam existimant. Tunc demum ueram naturā ipsius animi contēplabimur: agnoscemusq; utrum uaria sit/an simplex: qualisue sit omnis eius cōditio. Nunc aūt animi humana in uita affectus ac species satis ut arbitror/declarauimus. GLA. Prorsus qdē. SO. Nōne cætera qdem in hac disputatione exposuimus? premia uero ipsius & honores nequaq̄ attulimus/quēadmodum Homerum uos & Hesiodū adduxisse dicebatis/sed iustitiam ipsam ipsi aīæ optimum premiū esse cōperimus. Iusteq; agendū esse monstrauimus/siue Gygis habeat anulū siue ēt Plutonis galeam. GLA. Vera loqueris. SO. Cęterū nunc quoq; præter hæc nulla inuidia phibet/quo minus iustitiæ & uniuersæ uirtuti ea premia tribuamus: quæ ipsa aīæ comparat & ab hoībus & a diis/tam uiuente hoīe q̄ defuncto. GLA. Magnopere. SO. Nunquid ergo restitutis mihi/quæ in sermone mutuatim estis? GLA. Quid maxīe? SO. Dedi equidē uobis/iustum uirū uideri iniustū/iniustūq; iustū. Vos enim petieratis: licet enim fieri nō posse/ut ista hoīes deosq; laterent/tñ concedi hoc disputatiōis gratia placuit: ut iustitia ipsa ad iniustitiā ipsam cōparata iudicaret. Nō recordaris? GLA. Quid ni recorder? SO. Postq̄ igitur iudicatę sunt/ego iterū postulo a uobis exponi/quā iustitia mercedem a diis & hoībus referat: ut & palmā ab opinione & manifesta existimatiōe reportet/qua iustitia sui particeps decorat: postq̄ aperte uisa est ēt ipsa sui pręsentia bñficia nobis conferre: neq; eos decipere/qui uere eam possidēt. GLA. Debita postulas. SO. Primum qdem hoc mihi reddetis/quod qualis eorꝫ uterq; sit & iustus scilicet & iniustus/deos non latet. GLA. Reddemus. SO. Si deos id nō latet/unus qdē adeo amabif/ alter odio habebif: quēadmodum in principio confessi sumus. GLA. Est ita. SO. Deorū aūt amico oīa quoad fieri pōt a diis optima tribuunf: nisi quid mali ex priori delicto/ei necessitate quadam īmineat. GLA. Omnino. SO. Sic itaq; de iusto uiro existimandum/siue in pauperie/seu morbis siue q bus aliis ex his quæ mala uidenf/fuerit constitutus/huic demum uel uiuenti uel mortuo ad bonum aliquod ista conducere. Neq; enim a diis unq̄ negligitur/quicunq; conari uoluerit iustus euadere/

uirtutisq;

uirtutisq; officiis/quoad homini licet/deo simiis fieri.GLA.Decens est talem uirũ a simili non cõ/
temni.SO.De iniusto autẽ contra omnino est sentiendũ.GLA.Vehementer.SO.Apud deos igi
tur iusto uiro hæc dabitur palma.GLA.Sic arbitror.SO.Apud homines aũt nonne sic euenit?si
uera fateri debemus.Callidi quidẽ homines & iniqui perinde faciũt ac cursores illi/qui ab inferio/
ribus currunt bene/a superioribus minime.Nam primo celeriter exsiliunt.Tandẽ uero risum re/
portant auribus demissis/& sine corona discedentes.Veri autẽ cursores ad finem perueniunt/ade/
ptiq; premiũ coronantur.Viris iustis similiter idem: utplurimum accidit.Nempe in fine cuiusq;
actionis consuetudinisq; & uitę/probantur/muneraq; ab hominibus referunt.GLA.Magnopere. De exitu iu/storũ & iniu/storũ utrorũ.
SO.Substinebis ne ut ego de his que tu de iniustis/adducam?Dicam equidem.Iusti enim cum ad
maturã ętatem peruenerint/ciuitatis muneribus pro arbitrio fungũtur:matrimonia quibus cum
uoluerint:& dando & accipiendo uicissim ineunt:ac summatim quæcũq; de illis tu/ego nũc de his
affirmo.Rursusq; de iniustis hominibus assero/plęriq; enim ipsorũ q̃uis ad tẽpus sua uitia ccelent:
tandẽ in curriculi calce/quales sint deprehendũtur ridiculi prorsus euadunt:& in senio miseri a pe
regrinis & ciuibus obiurgantur:uerberanturq;/caq; omnia patiuntur quæ tu aspera esse reuera di/
cebas.Torquebunt enim & inurentur:porro quæcũq; ipse commemorabas/audire iterum ex me
putato.Sed ut dicebam uide/an sis hæc toleraturus.GLA.Perferam equidẽ.nam decentia loque
ris.SO.Hæc itaq; sunt premia/mercedes/& munera quæ iusto uiro pręter ea bona quę ipsa in se iu
sticia cõtinet/a diis & hominibus tribuunt.GLA.Egregia ualde hęc sunt & stabilia.SO.At.n.hęc
& numero & magnitudine nihil sunt/si ad ea cõparent/que utrũq; defunctũ expectant.Audienda
uero & ista sunt:ut omnia sufficienter quæ utriq; conueniunt:cõprehendant.GLA.Dicas uero nõ
quidem:ut iam nimis multa:sed tanq̃ libentissime audituro.SO.Equidem tibi non Alcini apolo/
gũ/sed præstãtissimi uiri Heri Armenii genere Pamphilii/reserabo.Qui cum obcubuisset in pre/
lio/sublatis aliis decimo die cadaueribus iam corruptis/integer quidẽ incorrupto corpore reptus Narratio He/ri:qui resurre/xit.
fuit/domũq; delatus pro officio sepulturæ.Vbi duodecima a morte die/dum pyrę esset impositus
resurrexit:& q̃ iterim uiderat/rettulit.Inquit ergo:postq̃ eius anima fuisset a corpore separata una
cum pluribus quẽdã in locũ dæmoniũ peruenisse.In quo terrę duos proximos uidit hiatus/duosq;
alios e cõspectu superne in cæli regione conspexit.Inter hiatus uero huiusmodi sedentes iudices/q
postq̃ animos iudicauerunt/iustos quidem ad dexterã superne per cœlum ascendere iubent/in an/
teriori eorũ parte signa eorũ que iudicauerint/suspendentes.Iniustos cõtra ad sinistrã infernis om
nium quæ fecerant in uita post tergum signa ferentes.Cũ uero ad iudices ipse quoq; accessisset/il/
los asseruit respondisse/fore eum hominibus nunciũ de hiis quæ illic uideat/oportere.Iussisseq; illũ
audire & intueri quæcunq; eis in locis fierent diligenter.Viderat igitur illic per utrãq; cœli terręq;
portã animas lata snia abeũtes/per alias item duas/ex terra quidem ascendẽtes aĩas/puluere/squa/
lore/macieq; confectas:E cœlo autẽ alias nitidas descendentes.Viderīq; inquit animas undiq; ue
nientes tanq̃ longa itineratione defatigatas/libẽter in prato qđ ibi est tanq̃ celebri in conuẽtu re/
cũbere:ac se inuicẽ quæcunq; mutuam noticiã habuerint/salutare:easq; oẽs/tam q̃ ex terra q̃ quæ e
cœlo conuenerint/sese ultro citroq; de his quæ suis in locis uiderint ꝑcontari:sibiq; uicissim ad sin
gula respondere:has quidẽ dolentes ac flentes memoria malorũ quæ in præterito sub terris itine/
re & perpesse sunt & uiderunt.Esse autẽ illud mille iter annorũ.Illas uero quæ de cœlo descẽderãt
narrare delitias/pulchritudinisq; ingẽtis spectacula.Multa qdẽ illa referre quæ longo ordine reci/
tabat prolixę nimiũ narrationis/o/glauco.Summã uero hãc eẽ dixit.Quoscũq; aliis iniurias intulisse
cõstaret/pœnas sigillatim pro quolibet decies reddidisse:hoc uero ꝑ quodlibet annorũ cẽtenariũ
eẽ quasi hæc uitæ humanæ sit meta:ut aĩæ decuplã iniuriæ redderẽt pẽsionẽ.Itaq; si qui cædis mul/
torũ cã fuerint/ciuitatesq; & exercitus prodiderint/uel hoĩes in seruitutẽ impegerint/alicuius alte/
rius flagitii & sterilis conscii fuerint in his oĩbus pro quolibet facinore pœnas decuplas pẽderent.
Atq; iterũ siqui bñficia fuerint aliqua elargiri iusticiãq; & pietatẽ coluerint/eadẽ pẽsione premia re
portarent.De his uero q statim ac nati sunt decessere/aut breue tẽpus uixerunt/quædã purũ digna
memoria recẽsebat.Erga deos autẽ & parẽtes pios uel impios & homicidas qui cæde manus pro/
prias polluerũt/maioribus & premiis & pœnis affectos eẽ narrabat.Inqt eni se interfuisse/ubi aliũ
interrogauit quispiã/Vbi nã Ardicus magnus eẽt?hic aũt in quadã pãphyliæ ciuitate tyrãnus fue/
rat:annis iam mille tẽpore ex illo peractis.Qui senẽ patrẽ & maiorẽ natu fratrem occiderat:aliaq;
plura impia scelerã ꝑpetrauerat.Interrogatũq; illũ asseruit respondisse.Non uenit Ardicus/neq;
ueniet.O dirũ spectaculũ.Dũ enim egressuri hiatũ peteremus:cætera oĩa ꝑpessi/illum protinus ui
dimus aliosq; cum eo/oẽs ferme tyrannos:inter quos & priuatos nõnullos/qui magna scelera per/
petrauerunt:quos ascẽsuros se propemodũ cõfidẽtes hiatus ille minime permittebat:sed horride
mugiebat quotiẽs aliquis eorũ qui uel insanabiles eẽnt/uel nondũ purgati egredi niteret.Aderant
igit illic feroces quidã uiri aspectu ignei:qui cũ mugitũ subito ꝑpendissent/hos seorsum rapiebãt/
Ardicum scilicet eiusq; ꝑsimiles:manibusq; & pedibus/& ceruice deuinctis/prosternebant eos ex/

carnificabantq;:& secus uiam quãdam ad exteriorem partẽ raptatos/tribulis lacerabãt:prætereũ-tibus iudicantes/quã illi ob causam talia paterentur:quodue proiiciendi in tartarum deferrentur. Vbi cum multa uariaq; eos terrerent/hic pauor uehementissime uexabat:cum in ascensu mugitus excitabat:quo silente quisq; liberissime ascẽdere uidebat:ac pœnas quidẽ & supplicia hmõi recen-sebat:atq; uice uersa eiuscemodi beneficia. Cũ uero aiæ illæ in superioribus cõmemoratæ in prato dies septẽ requieuerint oportere eas dicebat octauo surgentes die illinc recedere:& quarto demũ die ad locum aliquẽ peruenire. Vnde superne per totũ cœlũ atq; terrã extẽsum uideatur lumen/tã quã colũna erectum iris similimũ/clarius tamen ac purius. In id diurno itinere ꝓcessisse: uidisseq; ibi in medio lumine extrema cœlestiũ ligaminum ex cœlo extensa. Esse enim lumen istud cœli uin culum:quẽadmodum triremiũ subcinturæ. Atq; ita circũferentiam omnẽ esse contentam. Ex api cibus uero suspensum necessitatis deæ fusum:per quẽ oẽs circuitus peragant. Cuius hasta quidem & cuspis ex adamante. Vertigiũ uero ex hoc aliisq; generibus mixtum. Cuius natura huiusmodi sit secundũ figuram quidẽ qualis apud nos cernitur. Animaduertẽdũ tamen ex illius sermone/pinde se habere ac si in uno quodã amplo cõcauoq; uertigio:& per totũ sculpto/minus aliud simileq; in-sertũ iaceat:ita congruẽs/ut plærũq; cadi/qui inuicẽ inserũtur:atq; ita tertium & quartũ:& alia qua tuor:octo enim illa uertigia esse/insertos inuicem circulos/labia superne ostẽdentia : dorsum uero unius uertigii continuũ circa hastam efficentia. Hastam uero illam per mediũ octauũ/perq; totum esse transiectam. Primũ igiẽ extimũq; uertigium labii circulũ habere latissimũ. Sexti autẽ secundũ. Tertium quarti. Quartũ octaui. Quintũ septimi. Quinti sextũ. Tertii septimũ. Octauum uero se-cundi. Primi itẽ atq; maximi circulũ uarium esse. Septimi lucidissimũ. Octaui autẽ uertigii circulũ colorem a septimo irradiante suscipere. Secũdi uero ac quinti similes inuicẽ illis aliquãtulo flauio-res. Tertiũ sane colorem candidissimũ possidere. Quartũ/subrubeum. Secundũ uero sextũ albedi ne superare. Ac fusum quidẽ totũ uolutiõe simili circũferri. Cum uero totũ uoluatur/septẽ interio res circulos motu totius cõtrario tardius circũuerti. Ex his plane octauum motu rapidissimo agi-tari. Secundos uero alterũ alteri cõsequenter:septimũ/sextum & qntum. Tali uero tertiũ motu fer ri/ut quartum circũuoluere uideaẽ. Quartum aũt tertium/& quintum secundũ. Fusum uero in ne/ cessitatis genibus circũuerti. Superne præterea cuilibet circulo herere sirenem cum globo una de latam/uocẽ unã tonum unum uidelicet emittentem. Vnam tamen harmoniam ex omnibus octo concinere. Alias autem tres necessitatis filias ęquali inuicẽ interuallo in throno sedere: parcas ue-stibus albis/capite coronato:Lachesim:Clotho:Atropon. Quæ ad sirenem harmoniam canant. Lachesis quidem præterita. Præsentia Clotho. Atropos uero futura. Et Clotho quidem cũ matre simul intermissione quadam temporis/dextra manu tangentem fusi extimam circũferentiam uer tere. Atropon uero sinistra iteʀ interiores similiter. Lachesim deniq; uicissim utraq; manu utrinq; tangere. Illuc animas ergo cum uenerint/statim oportere ad Lachesim accedere: Vbi illico ꝓphe-ta aliquis primũ singulas disponit in ordinẽ. Postea cum ex genibus Lachesis sortes:& uitarum exẽ pla susceperit/aliquod sublime tribunal ascendẽs sic fatur. Necessitatis filiæ ipsius uirginis Lache-sis/præconium hoc/o/aiæ diurnæ/circuitu alterius initiũ/mortalis ac mortiferi generis/nõ uos de-mon sortieẽ:sed uos demonẽ potius eligetis. Qui uero prior sortẽ cæperit/prior eligat uitam. Cui necessario inhærebit. Virtus autẽ inuiolabilis ac libera. Quã ꝓut honorabit quis/aut negliget:ita plus aut minus ex ea deniq; possidebit. Eligẽtis quidẽ culpa est omnis. Deus autẽ extra culpã. Hæc fatus/sortes sup oẽs fundit:ex quibus quilibet eam rapit/quæ super ipsum ceciderit. Neq; licet cui/ piam quotus ordine sit agnoscere/nisi cũ cæperit. Tũc enim dũtaxat quotus sit/sortitus intelligit. Post hæc itẽ exẽpla uitaʀ corã ipsis in pauimento disponit/multo plura q̃ quæ hic ad præsens appa rent. Esse uero hominũ atq; omnium animaliũ uitas omniformes asseruit. Tyrãnides enim in illis extare:ptim ꝑpetuas/ptim ad tp̃s:q̃ medio in spacio corruãt/i paupertatẽ delapsæ exiliũ & inopiã. Extare & præclaroʀ uiroʀ uitas/partim specie/decore/uiribus/certaminibusq; præstãtiũ : partim maioʀ generositate nobiliũ. Ignobiliũq; rursus uirorũ uitas similiter. Et mulieʀ eodẽ mõ. Animæ uero ordinẽ & cõditionẽ nõ inesse/eo quod necesse sit:ut aliã uitã eligẽs cõditionis alterius efficiaẽ. Cætera uero inuicẽ/ptim diuitiis & pauptatib⁹ ẽẽ cõmixta:ptim morbis uel sanitate:pti istoʀ me-diũ obtinere. Vbi ꝑfecto/o/Glauco oẽ hoĩs ↄsistit periculũ. Quãobrẽ oĩ studio danda opera est: ut quisq; nostrũ obmissis cæteris disciplinis/hãc quærat/asseq̃turq; ꝓ uiribus disciplinã:ꝑ quã & possit & sciat uitã bonã a mala discernere:& quoad fieri põt ex oĩbus eligere meliorẽ. Animaduertẽs quę nunc diximus oĩa/quid coniũcta inuicẽ uel disiũcta ad uirtutẽ uitæ conducãt. Nec non intelligat/ quid pulchritudo cũ paupertate uel diuitiis iũcta : & quali cũ habitu aiæ/malũ operaẽ uel bonum. Quid ue nobilitas uel ignobilitas. Vita priuata & imperiũ: Robur & imbecilitas: Velox ingenii & tardũ:cæteraq; hmõi quæ natura circa aĩam sunt/& quę acqrunẽ/inuicẽ copulata faciunt. Vt ex his omnibus singulorũ natura ualeat cõsiderare ad aiæ naturã respiciẽs meliorẽ uitã a deteriori discer nere/deteriorẽ eã appellans quæ iniustiorẽ animam efficit. Potiorẽ aũt/quæ iustiorẽ. Reliqua uero contemnat.

De tribus ne-cessitatis filia bus Lachesi Clotho & A-tropo.

contemnat. Vidimus enim & uiuenti & mortuo electionem hãc optimam eẽ. Cum hac igitur opinione instar adamãtis firma atq; rata oportet ad inferos proficisci/ne quis illic diuitias malaq; huiusmodi ammiretur: neue in tyrãnides & alias hmõi actiones incidens multa & insanabilia scelera perpetret: ipseq; rursus deteriora ꝑpetiatur. Immo uero sciat mediã semp istorũ omniũ missis extremis uitã eligere: & in hac uita & in futura. Ita enim quisq; fit beatissimus. Enimuero qui tunc rediit illinc nuncius/significauit dixisse prophetã: qđ ẽt ultimo cũ prudentia eligenti uita occurrit expetenda: non mala studiose uiuenti: ne uel primus eligat/negligenter/uel nouissimus propter hoc doleat/atq; torpeat. Cum hæc dixisset/illum qui primo sorte acceperat/inquit illico ꝑperantẽ tyrãnidem maximam elegisse: ac pp inscitiam auiditatẽq; haud sufficienter singula prius examinasse: & icirco latuisse illum/qđ ea in uita fato decretum erat/ut filios suos ederet/aliaq; mala plurima sustineret. Postq̃ uero per ocium electam uitã cõsiderasset/eiulasse illum/electionẽ noxiam deplorantem: neq; seruantẽ quæ propheta prædixerat: neq; seipsum tanq̃ malorum causam criminantẽ: sed fortunam dæmonesq; & reliqua omnia potius q̃ seipsum. Fuisse uero illum ex his qui de cælo descẽderãt: qui sane in superiori uita/in ciuitate aliqua moderata uixerat: uirtutemq; usu quodam/absq; philosophiæ studiis exercuerat. Neq; pauciores ex his/qui ex alto cadũt q̃ ex aliis utpote malorum ignatos decipi eligendo. Eorũ uero qui ex terra uenerunt/plurimos qa & ipsi calamitatibus laborauerint & laborãtes alios uiderint/haud temere uitam eligere. Quã ob causam/ac ẽt pp sortis fortunam bonorũ malorũq; multis animis mutationẽ cõtingere. Porro siqs semp cũ in hanc uitam uenerit/sincere philosophet/neq; electionis sors ultima sibi cõtingat/ex his quæ illinc nũcianẽ apparet eũ nõ hic solũ felicẽ fore: sed & profectionẽ hinc illuc/regressionẽq; huc iterũ haud sane terrenam & asperam agere/sed lenẽ atq; cælestem. Hoc quoq; cõsideratione dignum spectaculũ eẽ dicebat/quomodo singulæ aĩe uitas singulas eligebant. Miserabile qppe istud/ridiculũ/uisuq; mirabile. Electionem uero secundũ uitæ prioris consuetudinẽ/ut plurimũ fieri. Animam enim inqt/quæ olĩ Orphei fuerat uidisse/Cygni uitam/odio muliebris generis eligentẽ: uolentẽ uidelicet ex mulieribus a qbus occisus fuerat/nasci. Thamiris uero philomenæ: Cygnũ ẽt conspexisse ad humanæ uitę electionẽ ꝯuersum. Aliaq; musica animalia/ut consentaneũ est/similiter. Aliquam uero ex sortibus leonis elegisse uitã: hanc uero Aiacis Telamonii fuisse dicebat/fieri hominẽ fugientẽ dum armorũ iudiciũ olim datum mẽte reuolueret. Post hũc Agamẽnonis animam pp ærũnas/odio humani generis uitam aquilæ asciuisse. Atalantes autem animam cui media quędam sors cõtigerat/intuitam dixit q̃ maximis honoribus uir certator afficiaẽ/cõtinere se non potuisse quin uitam certatoris eligeret. Animam deinde Epepanopiensis ad artificiose mulieris naturam ꝓtinus aduẽtasse. Lõge uero inter nouissimas ridiculosi Thersitis animã simiã induisse. Casu uero/ulixis animæ sorte ultimã contigisse. Quo circa & ad eligendũ ultimã aduenisse dicebat. Præteritorꝫ aũt laborũ memoria/ab ambitione cessantẽ/diuq; prius q̃ eligeret circũeuntẽ quæsisse priuati hominis minimeq; curiosi uitam. Eaq; uix tandẽ alicubi iacentẽ & neglectam ab aliis reperisse: dixisseq; nõ aliam se uitam electuram fuisse/ẽt si sorte primam nacta esset. Quare uitam illã libenter fuisse cõplexam. Ex feris itẽ aliis in hoĩes trãsire animas asserebat: & inuicẽ cõmutari. Iniustas quidẽ in feras agrestes. Iustas autem mansuetorũ animalium uitam capessere: atq; oẽs hunc in modũ confici mixtiones. Cum uitas/oẽs animæ gradatim/ut sors dederat/elegissent/longo illas ordine ad Lachesim uidit accedere. Lachesim uero cuiq; dæmonẽ quẽ cæperat quæq;/ipsius uitæ custodẽ præscribere: electorũq; operũ executorem. Dæmonẽ hunc in primis ad clitho animam ducere: & sub illius manu reuolutiõeq; & uertigine fusi/approbare quã sortita fortunã elegerat. Cũ uero ipsam tetigerit/stati ad Atropi filationem ducere/ĩmutabilia stamina facientẽ. Illinc postea ꝑpere necessitatis thronũ adire: p quẽ cum transierint oẽs/sub uehemẽti calore & ęstu in cãpũ Letheũ ꝓficisci arboribus & oĩbus quæcũq; terra nascunẽ/penitus destitutũ. Recũbere igiẽ ipsas aduẽtante nocte iuxta Amelitã flumẽ asseruit: cuius aquã uas nullũ cõtineat. Atq; ipsius aquæ bibere aliquãtũ cuiq; necessariũ. Eos aũt qui prudẽtiã ducẽ nõ habent/ultra q̃ deceat bibere. Semp uero bibentẽ oĩum obliuisci. Cum uero ad mediã noctem dormissent/subito tonitru & terremotu excitos repẽte aliũ alio sursum ad generationẽ cõsurrexisse stellaꝝ instar ꝓsiliẽntes. Se uero flumine ex illo potare ꝓhibitum fuisse narrabat. Quomodo autẽ in corpus redierit/ignorare. Sed subito in diluculo circũspicientẽ ait seipsum pyræ impositum conspexisse. Atq; ita/o/Glauco seruata est fabula: neq; periit. Nosq; seruabit pariter/si ipsi parebimus: & Letheũ.i.obliuionis fluuiũ bene transibimus: nullaq; macula animã inficiemus. Quãobrẽ si meis sermonibus obtẽperabimus: ĩmortalẽ fore aĩam arbitrantes/taleq; ut & mala possit & bona oĩa sustinere: uiã semp ad supiora ducentẽ seqmur. Iusticiãq; cũ prudẽtia omni rõne colemus. Vt & nobis ipsi simus: & diis/amici: dũ hãc ducimus uitã/& postq̃ uirtutis premia reportauerimus tãquã potiti uictoria & triũphis: & hic: & in millenario annoꝝ itinere: qđ enarrauimus/nos feliciter habeamus.

REI .PV. PLATONIS FINIS.

ℂCOMPENDII MARSILII FICINI IN TIMÆVM. DE SVBIECTO LIBRI. CA. I.

q Vemadmodũ in Parmeni de cũcta diuinorũ genera pro uiribus cõprehendit: sic oĩa in Timæo cõplectit̃ naturalia: & utrobiq; plurimũ pythagoricus est/ sub psona pythagorica disputans. Atq; in Parmenide qdẽ/ Parmenidẽ & Cenonẽ Eleates pythagoricos: q de diuinis scripserãt imitat̃. In Timæo aũt/ Timæũ Locrũ pythagoricũ: q librũ de uniuersi natura cõposuit/ sequit̃. Ita tamẽ/ ut his nõ eloquẽtiã solũ adiũgat: sed mysteria. Quoniam uero diuina quidẽ naturaliũ principia & exẽplaria sunt/ naturalia uero diuinorũ effectus/ atq; imagines/ iccirco & in Parmenide dũ de diuinis agit/ interim descẽdit ad naturalia: & in Timæo naturã tractans/ surgit sæpius in diuina. Neq; iniuria diuinitatẽ simul naturãq; copulat. Natura. n. diuinitatis est instrumẽtũ. Atq; ita uel de naturalibus agit diuine/ quẽadmodũ Aristoteles uel de diuinis naturaliter agit. Interserit quoq; mathematica tanq̃ utrorũq; media/ diuinorũ. s. atq; naturalium. Quç uidelicet/ per numeros quidẽ diuina/ per mensuras uero significent naturalia. Sit ergo huius libri subiectũ ipsa uniuersi natura. i. seminaria quędã & uiuifica uirtus toti infusa mũdo/ animæ quidẽ mũdanæ/ subdita/ materiæ uero præsidens/ eodemq; ordine singula pariens/ quo & anima ipsa concæpit/ tam diuinam suspiciens mentem/ q̃ apperens bonum.

ℂDe ordine libri & partibus eius. Cap. II.

p Atebit aũt/ naturã uniuersi ipsumq; uniuersum nõ ex se quidẽ cõsistere/ sed ex superiori diuinaq; causa dependere. Patebit insup quot in gradus natura distribuat̃/ cælestes elementales/ simplices compositos/ rationales/ ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finẽ dominũq; referri. Multa præterea de hoc ipso animali/ tum ad animam/ tũ ad corpus spectãtia tractabunt̃. Multa quoq; de rebus quæ a natura infra rationale animal cõponunt̃. Et ut summatim dicã/ de triplici mundo tractabit̃ scilicet de diuino cælestiq; & humano. Ostendet̃ quoq; omniũ quæ in mũdo cõponunt̃ ipsiusq; mundi/ duo quidẽ præcipua intrinsecus elementa esse. s. materiã atq; formã: tria uero extrinsecus esse principia. s. efficientẽ mũdi causam & exẽplarem atq; finalẽ: & efficientem quidẽ esse diuinã potentiã & intelligẽtiã/ atq; uoluntatẽ: exemplarem uero ideas intelligentia diuina conceptas. Finalem deniq; bonum.

ℂDe introductione ad dialogum. Cap. III.

c Ceterũ ut ad ipsam dispositionẽ dialogi ueniamus Plato qnq; cõtinuos disputatiõibus destinauerat dies: in primo qdem Socrates in Pyræo una cũ Polemarcho/ Glaucone/ Adimãto/ Thrasimacho Sophista de re. pu. disputauit. Secũdo uero die in urbe recẽsuit eadẽ Timæo & Critiæ atq; Hermocrati/ & quarto cuidam/ absq; nomine peregrino forsan Timæi comiti. Tertio die horũ epilogum faciunt. Quo quasi exordio mox facto Timæus disputat de natura/ pręsentibus tribus Socrate/ Critia/ Hermocrate/ Quartus enĩ qui absq; noĩe secundæ interfuit narrationi/ iã abest a tertia/ nõ enim cuiuslibet est/ secretioribus interesse. Quarto aũt die orationẽ habuit Critias. Quintus deniq; nõdum dies illuxit. Cõmode admodũ post diuinæ apud hoĩes rei publicę tum dispositionẽ/ tum epilogũ ad cælestẽ rẽ publicã huius exemplar in Timæo accessit ab ipso deo cõpositã. Deinde ad mũdi generisq; humani antiquitatem/ & res miras a ueteribus strenue gestas.

ℂAllegoria historię que narratur in prologo. Cap. IIII.

n Arrat autẽ inter dialogi huius exordia historiã de bello quondã inter Athenienses Atlãticosq; cõmisso. Hanc utiq; Crantor tẽpore primus Platonis interpres nudã absq; allegoria historiã accipit. Quidã uero cõtra/ tanq̃ solã allegoriã. Sed hos redarguũt ꝓbatissimi quiq; Platonicorũ affirmantes qdem historiã: qa Plato dixerit. Sermo futurus ẽ ualde mirabilis/ sed oĩno uerus. Sensum præterea Platoni nihil usq̃ temere molienti allegoricũ existimant adhibẽdũ. Bellũ igitur illud inter Athenienses atq; Atlãticos imaginẽ præ se ferre putãt oppositionũ quæ in uniuerso sunt oĩum. Bellũ enĩ. i. oppositionẽ apud Heraclitũ eẽ oĩum patrẽ. Amelius qdem oppositionẽ adducit inter firmamẽtũ/ atq; planetas: præsertim qm̃ in Critia dicit̃ Atlanticã insulam in septẽ circulos fuisse diuisam. Origenes uero oppositionẽ supiorũ demonũ ad inferiores/ atq; uictoriã: illis potẽtia/ his numero excedẽtibus. Numenius aũt dissensionẽ excellẽtiũ aĩarũ sequẽtiũ Palladem aduersus alias aĩas/ generationẽ sub Neptũno sequẽtes. Porphyrius pugnã inter demones deducẽtes in generationẽ/ & aĩas ad supa cõtẽdẽtes distinguit tripliciter dæmones/ alios eẽ diuinos/ alios eẽ secundũ habitudinẽ quandã: quorũ numerũ pticulares ipleãt aĩæ sortẽ nactæ dæmonicã/ alios eẽ malos & noxios aĩabus/ hos igit̃ dæmones infimos cõflictare cũ aĩabus in ascẽsu semper/ atq; descẽsu: præserti occidentales dæmones. nã eã ab ęgyptiis plagã noxiis accõmodari dæmonibus. Proinde Iambilichus/ Syrianus/ Proculus his addũt oppositionẽ ipsam in uniuersis uigẽtẽ ppetuo/ iter unũ & multitudinẽ: terminũ & infinitatẽ: idẽ & alterũ: statũ & motũ: ex qbus sub prĩo oĩa cõponunt̃. Irẽ ens/ aut p se/ aut nõ p se. Rursus essentia uel incorporea uel corporea: & incorporea qdẽ uel non de/

clinat

clinat ad corporea/uel declinat. Corporea uero uel nō caduca ut cœlestis: uel caduca ut elemētalis. Deniq; in cœlo qdē oppositi inter se motus/& diuersæ uirtutes. Sub cœlo aūt repugnātes īter se q̄/litates/summatim uero hoꝝ oīum discrepātia p antiquū illud bellū significat: & ubiq; supiora præstantioraq; p Atheniēses/alia p occidentales significant. Eiusmodi uero allegoria disputationi Timæi nō mediocriter conuenit. Confirmat etiā per ea quæ in Critiam commentamur.

Casus Phæthontis/diluuia/incendia/Mineruæ descriptio. Cap. V.

Ic iterū te admoneo/ut memineris nouē annorū milia ab Eudoxo milia mensiū cōputari.
h Itē Phæthontē solis filiū fulminatū exussisse terrā significare apud quosdam uastam cometam natura solarē/tandē dissolutā intollerabiles æstus concitauisse. Forte etiā incendia quę narrat Moyses missa diuinitus. Vbi uero ad diluuia peruenit/memēto ignē quidem omniū efficacissimū esse: aquā uero efficaciorē esse terra/& patibilē minus aere. Itē ignem diuidere potēter atq; penetrare: aquā undiq; ualde percutere. Ideo per duo hæc elementa uastiores calamitates accidere. Adde & finalē causam/quia uidelicet per exitiū factū ab his duobus sequit maius bonū/idest fæcundior rerū generatio/q̄ per aeris pestes terræq; hiatus: ideo prouidentiā ad amplissimū exitium his duobus præcipue uti. Cui sic rotæ cœlestes inde recte obtēperant: ut qbus tēporum interuallis exitiū immo reformationē fore deus instituit/iisdem planetę oēs ad astra uel ignea uel aquea stellis quoq; fixis ad idē conducētibus rite cōcurrant. Memineris præterea Neptunū qdem ꝓuidentiam naturalē/Palladem uero ꝓuidentiā intellectualem significare: atq; hanc ipsam Palladem a platonicis describi/diuinitatē sapienter simul atq; potenter/tum cœlestia exornātem/tū quæ sub cœlo fiunt ędificātem. Inter astra arieti præcipue præsidentē & ęquinoctialis circuli ducem: ubi potissimū uigere putāt/motricem uniuersi uirtutē. Mādabis memoriæ aureum epigramma: quod Proculus in Ægyptiorum historiis legit Mineruæ templis inscriptum. Ego sum que sunt: quæ erunt: & que fuerunt: Velum meum reuelauit nemo. Quem ego fructum peperi/sol est natus.

❡Præcepta de uotis & precibus electissima. Cap. VI.

Bi uero Plato ad deum peruenit suppliciter adorandū: audi Porphyriū diuinas supplica-
u tiones ita ꝓbantem. Cū deus nobis ꝓuideat/ac res nostræ possint aliter se habere/ certe ꝓ rerū nostrarū usu utiliter adoramus/uidelicet si boni simus: sic enī utpote similes facti deo ꝓpius cōiūgemur. In qua qdem cōiūctione adorationis uis tota ꝯsistit. Nēpe cū dei filii simus: sed ab eo quasi in exilio & carcere segregati/suppliciter adorare decet/quo hic liberati reuertamur ad patrē. Alioquin similes eorū erimus/qui parentū patrocinio sunt orbati. Profecto cū uniuersi ptes simus/uniuerso ꝓculdubio indigemus. Ipsa.n. ad totū ꝯuersio ptibus salutē præstat. Siue igit uirtutem sectaris adorādus est tibi q totā uirtutem ꝯtinet. Ipsum nāq; amare bonū/cā erit & tibi eius qd̕ tibi expedit boni/siue corporeū optas bonū/extat in uniuerso uirtus oīa cōtinēs corpa. Inde igit ꝑuenire necesse ē/ptib⁹ qbuscūq; salutē. Cōpertū uero hēmus excellētissimos quosq; apud oēs gētes sapientia uiros diuinis potissimū uotis incubuisse præcipue indorum brachmanas. Parsasq; magos Grecorū theologos. Caldeos āt: & aliud qddā adorauisse. Ipsam.n. supoꝝ uirtutē appellantes deū uno hoc noīe uenerati sunt. Hæc Porphyrius. Post hūc discipulū eius diuinū Iāblicū audiam⁹ hac in re in primis a Proculo cōprobatū. Oīa ex deo ita sunt/ut nuſq̄ uel minima q̄q; deserantur a deo. Vbiq;.n. diuina uiget unitas/p quā res queq; cōsistūt: ac ppetuo quodā itimoq; circulo ad deū ipm a quo & in quo sunt/mirabiliter reuoluunt/Alioqn in nihilū repēte ꝓruerūt. Ab unitate diuina oīa ꝓdeūt/ꝓdeuntiaq; unitatē q̄dā ipsis ipressam retinent diuinæ unitatis imaginē: qua & reuocant in illā & reuocata pficiunt. Hæc ipsa aīas rapit ad uota/qbus unio cū deo nobis penitus ipleat. Quod si natura ex deo manās quasdā rebus qbusdā cōuenientes cū supis ꝓprietates inseruit/p quas quodā mō ad supos sese uertāt/ceu ad solem solaria/ad lunā uero lunaria/multo magis aiarū pater rapientes ad se uires eis ipressit. Quæ qdem in primis in diuina quadā unitate intellectu supiore nec nō ī ipsa intellectuali reflexiōe sitæ uident. Ipsam uero nrām in deū restitutionē adoratio supplex hic orta absolute cōsumat diuinā in nos bñficentiā naturali trahens cōgruitate: copulās adoratores cum adorato: coaptās supoꝝ intelligentiæ uouentiū preces: mouēs uolūtatē eoꝝ q bona in se oīa cōplectunt ad bona nobis ad uotū impertienda/diuinæ psuasiōis effectrix/nostra oīa in supoꝝ stabiliēs firmitate. Ad uoti uero pfectionē qnq; præcipua ptinent. Primū qdem est notio q̄dā eius qd̕ adorādū est/& qua rōne colendū. Secūdū uero assimilatio q̄dā uitæ nostræ ad diuinā uitā puritate/castitate/sanctimonia/disciplina ordine/pficiscēs/diuināq; captās beneuolentiā: & aīas diuinæ largitioni subiiciens. Tertiū est cōtactus aliqs: per quē essentiā diuinā ferme iam attingimus: & in ipsam summitate quadā aīæ uergimus. Quartū ingressio q̄dam in luminis diuini uestibulū. Quintum deniq; unio/unitatē aīæ ꝓpriam diuinæ unitati insinuans penitus & cōnectens, unāq; iam actionē eandēq; aīæ deiq; cōflans: adeo ut nec ultra nostri iuris: sed dei simus: splendore obruti & circūfusi diuino. Huius aūt adorationis q̄ absq; intermissiōe agenda est supremus est finis/ut uidelicet cōuersionē aīæ cū ipsa pmansiōe cōiūgat: & qcqd a diuina unitate ꝓcessit/rursus eidē firmiter restituat unitati/

lumeq; nostrũ superno lumine circũfundat. Sola igiť adoratio recta aĩas beatæ reddit patriæ. Sola sanctimonia est plena uittus/solus uir bonus ut Plato scribit in legibus deũ decẽter feliciterq; pcať. Sola cũ superis cõsuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosi oĩno sunt alieni:& tanq̃ pfani a uotis: & sacrificiis segregãdi. Puri uero decẽter ad supplicãdũ accedũt/ducentes uidelicet secũ tres præcipue comites/fidẽ/ueritatẽ/& charitatẽ:qbus stipati spem bonorũ cõcipiãt firmã/atq; extra cætera seq; ipsos positi diuinæ se ipsos luci prorsus ĩmergant. Frustra enĩ deũ q̃ritat/q nõ adhibet se solũ soli ĩmobileq; stabili & simplicẽ simplicissimo. Quẽadmodũ enĩ nõ possumus enti p nõ ens cõiũgi:sic neq; unitati p multitudinem/& stabilitati p motũ:& simplicitati p mistionẽ. sed relabimur potiꝰ in oppositũ:hæc Iãblichus atq; Proculus. His addit magnus theodorus siqs naturas rerũ diligẽtiꝰ explorauerit/inuẽturũ nõ aĩas tm̃ atq; mẽtes sed quodãmõ oĩa excepto primo adorare atq; uouere.

¶ Mundum habere supra se tres causas:ac dependere a causa incorporea. Cap. VII.

P Ost hæc aũt actis precibus Timæus/qa mundũ existimat eẽ factũ/ideoq; ab alio factũ triplicẽ eius cãm pscrutaẗ. Primo qdem efficientẽ.i. diuinã mentẽ:secũdo exẽplarẽ.i. idearũ seriem diuina mente cõceptã:tertio finalẽ.i. bonũ. Mũdũ uero eẽ ab alio ex eo indicat/ qđ & si p natura corporea pfectissimus eẽ/tñ pro absoluta natura nõ est oĩno pfectius:cũ pp materiã patiaẗ informia uel deformia:pp dimensionẽ subeat uirtutis defectũ diuisiõemq; expectet/si diuisor accesserit:pp cõpositionẽ dissolutiõi sit obnoxius:ob ptiũ repugnãtiã machineẗ malũ. ob motũ indigentiã præse ferat:& priuationẽ patiaẗ ammistã. Deniq; ob ipm ex diuersis cõgressum uno quodam superiore indigeat cõnectente. Qui pfectissime sit/qm̃ ex se ipso sit/quẽadmodũ mũdus quia nõ est pfectissime:cognosciẗ ex seipso nõ esse. Oĩno aũt oĩa rerũ cõpositarũ genera reducunẗ ad aliquid qđ in eo genere nõ est cõpositũ:sicut dimensiões ad signũ/qđ ex dimensiõibus non cõponiẗ: numeri ad unitatẽ/q̃ nõ sit ex numeris:elementa ad id qđ ex elemẽtis nõ misceẗ:ergo & entiũ uniuersus ordo ad ens/qđ nõ cõstat ex entibus. Id aũt erit substãtia accidẽtibus nullis amista. Igiẗ neq; quãta erit neq; qualis:sed tota ĩpartibilisq; substãtia. Neq; ex eo qđ unicũ & simplicissimũ erit solũ/minus habebit/q̃ q̃ præter substantiã subeũt accidentia. Quæ enĩ in sequentibus accidentia sunt/in supremo debẽt esse substãtia:& illa qdẽ optima. Quo uero plura addideris optimo:eo coges longius ab ipsa optimitate discedere. Siqdem ex ammistione noua illic resultat qualitas/atq; degenerans. Nõ solũ ergo hic mundus qa oĩno cõpositus est/sed ẽt siqs est superior:& tñ aliquo pacto cõpositus a supiori simplicitate depẽdet. Quæ ẽt sup æthernitatẽ extat/a qua & in diuinis mẽtibus integra fit æthernitas:& in aĩabus rõnalibus æthernitas mista tpi:& in mundi speris sempiternitas tẽpotalis. In his aũt que sperarũ motu uirtuteq; fiunt/quædã portio tpis. Quæ igiẗ sup aĩam cogitantur semp qdẽ sunt:& nunq̃ fiũt. Ipsa uero & est & fit semp. Mũdus ẽ qdem nunq̃/sed fit semp. Quæ in mũdo gignunẗ:sunt quoq; nunq̃/sed aliqñ fiunt. Fieri qdem dicimus tpe transigi. Quoniã uero perpetuo motu tpeq; pagiẗ mũdus/ideo semp fieri iudicaẗ. Quatenus uero fit:nondũ est. Itaq; diciẗ eẽ nunq̃:pinde ac si in torrẽte iugiter fiat restituaturq; imago montis/semp qdem ĩ ipso fieri ducta/nunq̃ inesse cõsistens. Id uero inter aĩam & mundũ differre Platonici putãt:qđ cœlũ non mõ p actionẽ:sed ẽt p essentiã cõtinue fiat. Anima uero p actionẽ qdem fiat: p essentiam uero sit potius a deo/q̃ fiat a deo:& qm̃ essentia imptibilis est/habeat uim quandã sui ipsius quodãmõ pductricem: per quã edat in se ipsa uitam ppriam atq; motũ. Cœlũ uero undiq; pendeat aliũde. Sũmatim quẽadmodũ ab eodẽ scopulo inter stagnũ torrentẽq; sito assidue in stagno qdem est:in torrẽte uero fit imago:& euanescẽs iugiter recreatur/sic a deo semp pdet utrũq;/sed aliter atq; aliter. Nam ab ipso anima qdem semp est/mundus uero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

¶ Ipm bonũ ẽ oĩum cã magis q̃ sequẽtes causæ:nec ullã hẽt cũ cæteris pportionem. Cap. VIII.

V Niuersum hoc a summo deo habere oĩa & actionẽ & uirtutem pariter: & essentiã platonici oẽs absq; cõtrouersia cõfiteñ. Id enĩ a Platone ex oĩbus eius libris accipiũt. Audiunt & idẽ in epistolis cõfirmantẽ. Vbi pfecto ingenti cũ mysterio tertios effectus in cãm tertiam/secũdos retulit in secũdam. Cũctos uero in unam oĩum cãm. Neq; dixit primos effectus in primam cãm reducendos/ne pnũciando dũtaxat primos/suspicaremur eos solos a deo pendere: neue deũ nominando cãm primam:suspicaremur/ipm: & cũ cæteris causis in quodã genere cõuenire/& cũ effectibus in quadã dñationis pprietate cõgruere. Itaq; cũcta ab ipso pcedere simul ostendit:& ipsum interea ab oĩ pcedentiũ cõmunione esse penitus absolutũ. Idq; ob absolutã simplicitatem noĩnat ipm unũ:ob exuberãtem uero bñficentiã:p quã:& tanq̃ principiũ producendo efficit oĩa:& tanq̃ finis eadem pficit reducendo/noĩat ipm bonũ. Putat aũt quecũq; fiunt magis ab ipso q̃ a cæteris causis dependere. Siqdem ipm in quo uis opere & prius agit:& diutius & uehementius q̃ relique causæ:& relique qcqd sunt/eo faciẽte sunt/& quicquid agũt/eo ducente agunt. Vt aũt ostenderet singula ab ipso magis q̃ ab aliis causis emanare/ter replicauit ipsum oĩum esse principium. Inquit enim circa oĩum regẽ oĩa. Itẽ eius gratia omnia. Rursus ipse oĩum cã:ut intelligeremus & cũcta maxime inde oriri:& deũ esse cunctorũ effectorem & exẽplar & finem. Proinde unum ipm/atq;

bonũ esse

bonũ esse sup essentiã oẽm & intellectũ atq̧ eẽ cãm utriusq̧ in sexto rei pu. atq̧ in Parmenide & sophista euidẽter ostẽdit. Cõstat ãt idem eẽ unũ atq̧ bonũ/ne si diuersa sint/duo cogant̃ eẽ principia summa. Principiũ ꝑfecto & simplicissimũ eẽ debet & optimũ. Nihil autem uel unitate simplicius/ uel melius bonitate. Neq̧ etiã unitas melior bonitate/ neq̧ bonitas unitate simplicior. Vnũ ergo sunt ãbo summusq̧ deus. Idq̧ totũ sup eẽtiã eẽ atq̧ mẽtẽ satis ĩ theologia & alibi confirmauimus.

¶De depẽdentia materiæ ab ipso bono:& de actione mentis & animæ in materiam:& de mundo intelligibili. Cap. IX.

a B hoc utiq̧ uno bonoq̧ sup oẽm essentiã eminente Plato in Parmenide & Sophista omnes entiũ deducit gradus. Tum eoꝝ q̃ uere sunt. i. formarũ sepatarũ/tũ eoꝝ q̃ non uere sunt. i. formarũ materiæ inherẽtiũ:tum infimũ materiæ gradũ. Q ui usq̧ adeo non uere est/ut ꝓximus ei sit/qđ fingit̃ iam uere nõ esse. Hãc utiq̧ materiã in Parmenide ab ipso bono in ultimo rerum gradu deductã/accipit in Timęo quasi iã genitã:& architecto mundi ad effectũ mũdani opis subditam. Sed nũquid deus mũdi auctor/idẽ/& materię est effector? Respõdebit hic Ammonii & Origenis schola eundẽ esse. Et in Parmenide qdem tractari/queãdmodũ materia esse a deo accipit. In Timæo uero/qua rõne ab eodẽ accipit bñ esse/prius aũt quodãmodo eẽ q̃ bñ esse excogitari. Respondebit aliter cõis platonicoꝝ schola nõ eũdem eẽ deum/qui materiã facit:& qui format ꝓxime. Immo materiã a summo qdem bono esse. Ab intellectu uero formari. Ab aĩa postremo moueri. Immo uero oĩa hæc a primo. Sed esse a primo tm̃. Formari a primo p intellectũ:moueri/& mouendo formari mobiliter:a primo p intellectũ simul & aĩam. Perinde ac si fingamus figulũ quẽdam/q manu ꝓpria lutũ faciat/factũ per rotã formet:formãdo ligneo quodã distinguat pectine atq̧ figuret. Nemo utiq̧ dixerit uas a pectine atq̧ rota magis fieri q̃ a figulo:quis a figulo per rotã fiat & pectẽ. Vniuersum hoc similiter ab ipso bono iudicãt per intellectũ quẽdam diuinũ animãq̧ uniuersi procedere. Merito ab ipso uno mundũ ꝓxime fieri maxime unũ/ab ipso bono maxime bonum. At qm̃ uisibilis hic mundus ob multiplicẽ partiũ distantiã qualitatum repugnantiã/effectuũ/diuersitatem materialiũ deformitatẽ:neq̧ maxime unus est/neq̧ maxĩe bonus/ideo ante hũc existimant ab ipsa unitate bonitateq̧ diuina mundũ alterũ ꝓxime emanare:& ꝓut natura patit̃ q̃ simillimũ:nõ uisibilem quidẽ:sed intelligibilẽ/intellectualẽq̧ exẽplaria oĩum que in hoc gignuntur habentẽ. Q uẽ quidem diuinũ intellectũ nominãt/nõ ipsum bonũ/sed optimũ boni filium. Q uẽ si unius cũ prĩo substantie eẽ intelligamus Platonem christianæ theologiæ magis conciliabimus. Sed cæteri Platones interpretes reclamabunt.

¶Sol/lux/lumen/splendor/calor/generatio/similiter unitas/bonitas/intellectus/anima/natura/corpus mundi/imago mundorum superiorum. Cap. X.

m Aneat ergo christiana & Mosaica ueritas. Ac interim/si pluribus placet interpretũ forsan: fuerit hæc uel Platonis opinio uel Pythagoræ. Intelligibilẽ mundũ inter uisibilem/atq̧ ipsum bonũ esse mediũ:imaginem quidẽ boni/exẽplar uero corporei mundi:ita a bono pendentem/sicut lumen extra solem a luce intra solẽ. Præterea producentem ex se ꝓxime mundi aĩam sicut & lumen fundit ex se splendorẽ:perq̧ aĩam singula quotidie generantẽ/sicut splendor per calorem corporea gignit. Q uẽadmodũ igitur sex hi gradus ordine disponunt̃. Primo quidẽ ipsa solis substantia. Deinde lux substãtialis & intima. Tertio lumen inde manãs. Quarto splendor resultans ex lumine. Quinto calor splendore succẽsus. Sexto generatio caloris flagrantia coalescẽs. Ita sex alii digerant̃. Primo quidẽ unitas/deinde bonitas/neq̧ tñ re ipsa duo hæc/sed ratiõe quodãmõ distinguant̃/eadẽ nãq̧ diuinitas:& quia oĩa supereminet:unitas : & qa per oĩa rursus exuberat/bonitas appellet̃. Hanc utiq̧ exuberãdi uirtutẽ Plato in sexto de re. p. ideã appellat boni. In epistolis uero bonorũ:boni quidẽ. i. sui ipsius/bonoꝝ quoq̧ que ab ipso ꝓficiscunt̃. Tertio in gradu ponatur diuina quędã mens quasi lumẽ de luce manãs/multiformesq̧/ut ita loquar/ideas in se cõcipiẽs simplici quodã supne lucis ideæq̧ unius diuinæ fomẽto:nõ aliter q̃ in lumine multi iam radii ex uno lucis radio deriuãtur. Non solũ uero in hac mẽte rerũ cõprehẽduntur ideæ quasi fonte:sed & ad hãc multi mẽtiũ reducunt̃ exercitus quasi ducẽ:ab eadẽ uidelicet diuina luce aqua & ipsa ęque ꝓsilientes. Totũ uero id genus mundus superior nominat̃:sed q̃tum ad mẽtes spectat sequẽtes/itellectualis mũdus. Quãtũ uero ad ducẽ/intelligibilis. Sed ipsa quoq̧ mens dux mẽtiũ/partim qdem intellectus:ptim intelligibile nominat̃. Intellectus qdem/qua rationibus rerũ discernẽdis incũbit. Intelligibile uero qua rationes eiusmodi in suis cõtinent̃ ideis. Idea deniq̧ boni nõ mõ super intellectũ: sed etiã sup intelligibile regnat. Post archetipũ hunc mundũ quarto gradu sequat̃ corporei mũdi anima. Mũdus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus/quasi splẽdor ex lumine. Et sicut splendor iam motui pmiscetur/sic anima ĩmobilium idearũ rationes mobili quodam pacto attingit/atq̧ percurrit. Quintus huic succedat gradus/ipsa uidelicet natura rerum mũdus iam seminarius ex rationali animæ mundo/quasi calor splendore resultans. Sexto tandem gradu mundus hic corporeus collocet̃ ex seminario :ita proxime ductus/sicut rerum generatio ex calore. At si cęteris

obmissis aptius comparare uolueris/cogitabis in architecto quodam sapiẽtissimo uim primo bonitatemq; naturalem. Deinde geometricum contẽplatoremq; intellectum: cõmunes rationes mẽsurarũ habentem. Tertio rationem/ut aiunt/practicam iam per rationes ipsas de artificio consultantem. Quarto imaginationem figuras iam & modos conducentes operi effingientem. Quinto affectum. Sexto mouendi uirtutem. In eiusmodi uero comparationibus uidebis effectus multo magis ab antecedentibus fieri q̃ sequentibus.

¶ Singuli ordines ad singula capita reducũtur: uniuersus ordo ad uniuersale caput: a quo omnia componuntur ex actu & potentia. Cap. XI.

Eque uero latere nos debet propria rerum genera ad capita propria uniuersum genus ad n uniuersum caput oportere referri. Cuncta enim mundi corpora ad corpus unum. Naturæ oẽs ad unã quoq; naturam. Animæ ad aĩam. Mentes ad mentẽ. Ad bonum deniq; bona/& quia bona/ideo cuncta. Sic utiq; omnia conuersione quadã naturali bonũ appetunt tanq̃ finem: quoniã ab ipso bono/cõmuni quadam processione tanq̃ principio prouenerunt: atq; adeo cũcta ipsum appetunt/ut materia infima appetat appetitu non infimo. Perpetuo siquidem in omnibus generandis ad ipsam boni uergit similitudinem: ut appareat hanc a bono pendere. A bono inq̃ potiusq̃ a mente. Quippe cum mentis actio que p formas fit ideales/terminet ad formas. Actio uero boni: utpote amplissima ultra formas descendat etiam in materiã/efficiatq; bonorum auidã & capacẽ. Sed quã nunc uoco materiã/Plato in Philebo latiori noĩe infinitudinẽ nũcupat. Dicens ipsum bonum proxime infinitudinẽ ac terminum peperisse: statimq; inuicẽ miscuisse/atq; ex hac mistione cuncta composuisse. i. ex potentia quadã formabili & accedẽte forma. Potentiã. n. formabilem quasi ex se nõdum definitã nec pfectam uocat infinitudinẽ. Formã uero huic adhibitã nominat terminũ/qđ uidelicet indefinitã potẽtiam definiat & in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus & intelligibilem mundũ prime a deo uolunt esse conflatum: & sensibilẽ deinde ab intelligibili ex eisdẽ uel similibus cõstitutum. Ita ut intellectus ille primus mundi uisibilis architectus materiam acceperit ab ipso bono quodãmodo spiritalẽ/sed iam iã sub se in dimẽsionem molis degenerantẽ informẽq; & uacuã: ac si forsan ex se moueat/absq; ordine nutaturã. Sed per ideam ordinẽ ab eodẽ bono susceptum/formauerit eam/redegeritq; in ordinẽ/anteq̃ extra ordinẽ uagaret. Præsertim cũ aĩam ipsi rõnalẽ in primis infuderit/motionis ordinatissime dominũ. Nõ solũ uero materiã p se informẽ fore: sed aĩam quoq; fore informẽ inquit/nisi deus utrãq; formet. Quod uero est in materia corporalis spẽs/id rõ est intelligẽtiaq; in aĩa: qua si caruerit/materiã inordinate mouebit. Quo aũt id exprimeret/materiã cõsiderauit in formã & aĩam irationalẽ/uiditq; motũ inde sine ordine puentum.

¶ Materiã nõ fuisse iordinatã. ante mũdũ tẽp. sed q̃dã ordinis rõne. Cap. XII.

X his oĩbus colligere possumus materiã nõ esse ęqualẽ mũdi fabro/nõ esse ante mũdũ ullo e tpis interuallo/licet origine quadã: & ordine: nõ iactari inordinate añ ordinẽ: sed erraturã fuisse pcul ab ordine/quãtum in se est/nisi statim desup ordinata fuisset. At ne quis hũc loquẽdi modũ iprobet in Platone fingẽte materiã añ mũdũ inordinate iactatã/audiat & Moisem añ mundi distinctionẽ dicentẽ terrã fuisse inanẽ & incõpositã/& super faciem abyssi tenebras extitisse. Mitto in pręsentia poeticũ chaos. Adducere iuuat i mediũ Philonem iudęũ similibus uerbis Moisis genesim exponentem. Siquis cãm/quare uniuersum hoc creatum sit uelit exquirere/non errabit meo iudicio si id existimabit: quod quidam ex ueteribus protulit: bonum esse creatorem ipsum: & genitorem/& auctorem uniuersi: & bonitatis suæ gratia nulli substãtiæ inuidisse: quæ sua natura nihil boni haberet: & tamen fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata/informis inanimata/omnino uaria/incõgrua/incõcinna/incõstans apta que in cõtraria mutaretur: & optimarum rerũ rationẽ susciperet/formæ uidelicet animationis/similitudinis ɔgruitatis cõcinnitatis: omniũ deniq; rerũ ideæ melioris. Item in secundo eiusdem libri uolumine. Cum inquit creator substantiam inordinatam & natura sua confusam in ordinem ex inordinatione: & in discretionem/ex confusione traductam formare cæpisset. Terram atq; aquã medio loco firmauit. Hæc Philo: proinde si gradus rerũ sex in superioribus adductos cõsideraueris/perspicies forte q̃ similis sit Plato Moisi/sex diebus mundi genesim absoluenti: q̃ similis & Pythagoras probans senarium numerum genesi nuptiisq; prorsus accõmodari/unde & gamon appellat: propterea quod partes suæ iuxta positæ ipsum gignant/similemq; reddant genitum genitori.

¶ Duplex opinio de origine mundi. Cap. XIII.

I quis interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus. Respondeo equi s dem interpretibus Seuero/& Attico: & Plutarcho/aliisq; ut Proculus narrat multis non fuisse semper. Sed interpretantibus Crantore Plotino: Porphyrio: Iamblicho: Proculo & plærisq; aliis: semper quidem fuisse: & fuisse semper adeo/immo fluxisse. Deum enim semper esse aiunt. Mundum uero fieri semper: & fluere. Ac si initio temporis carentem consideraueris: ingenitum: dici mundum: sin autem perpetuum a deo eius effluxum: assidue genitum.

Neq;

Neq; minus ex deo pendere:si dependerit pẽdeatq; semper/q̃ si aliquando cœperit depẽdere:uel desinat. Quemadmodum lumen non minus a sole ducit originẽ neq; minus seruit soli:si semper q̃ si aliquando profluxerit/effluatq; a sole.

¶ Triplex cõiectura platõicę opiniõis de mũdo:& q̃ sit certitudo snię platõicę demũdo. Ca. XIIII.

c Æterum in rebus Platonicis/uel cõiectura incedimus/uel sententia. Quantũ ad cõiecturã spectat/ita & ipse loquitur:& sui disputant/ut opinionem eius de origine mũdi in tria capita colligere liceat. Aut enim:putauit materiam aliquando ex nihilo a deo creatam simulq; formatam tempore. Quamuis in hoc opere quod componitur ex materia/secundum quendã ꝓductionis ordinẽ materia ipsa prius cogitetur fieri q̃ formari:& esse materiã prius q̃ esse formatã: atq; ante opus ex materia factũ:materia quęri soleat ex qua fuerat opus conficiendũ. Aut deũ materiam non aliquando nouam perperisse sed ab ętherno/similiterq; hornasse: quamuis inhornata prius q̃ hornata:fingatur:siquidem natura sua caret ordine:quem expectat ab alio cunq; res quælibet prius cogitetur secũdum id quod est q̃ secundũ id quod accipit/merito seorsum ab ordine potest ipsa in se ordinis expers excogitari. Aut ut dixi materiam semper a deo fuisse. Atq; continuet sed non continue ordinatam immo per temporum interualla. Ita ut dei sit stabiliter ordinare. Materię uero ordinari mobiliter accipiatq; temporalem ordinis sui temperationem nõ aliter q̃ a fabro accipit horologium:peractisq; pro natura sua certis temporũ interuallis amittat ordinẽ paulatim ac deniq; totum. Redeatq; in chaos:sed deus subito extremam confusionẽ minime tollerãs in priorem dispositionẽ unico nutu retemperet. Idq; fiat infinite uicissim:nunq̃ mutato deo in finite reformata materia. Hactenus humana in platonicis præcesserit coniectura. Quantum uero habemus scientia/affirmamus Platonẽ nostrũ affirmauisse. Mundũ non ex se existere:sed ex causa:nõ ex cã fortuita:sed ex certa:non ex naturali dũtaxat cã:sed intellectuali:nõ ex intellectu per modum naturæ determinato:sed potius uoluntario. Non uoluntate ex naturali quodam instinctu compulsa:sed libera. Nihil.n.magis liberum q̃ quod per se est:& per se agit oĩno:neq; tam cõtingente aliqua uoluntate. Nihil.n.contingens ubi idem est uoluntas:atq; necessitas. Nihil iterũ uiolentũ ubi idem est uicissim necessitas:& uoluntas:ut autem id aperiret nõ minus replicauit in fabricãdo mũdo uoluntatis diuinæ q̃ intelligentiæ nomen. Atq; addidit ipsam uoluntatẽ boni esse summam causam:& certissimã causarum. Quam ex eo ostendit liberam esse quod sępe ait deum architecti more consultauisse:atq; deliberauisse de opere construendo/quibus in uerbis non ambigentẽ intelligi deũ uult:sed libere eligentem. Proinde mundanũ opus non semel tãtum processisse inquit:a deo/sed procedere seruariq; assidue. Quinetiã suppresma mundi numina una cũ mundo ex seipsis dissolubilia fore nisi diuina uoluntate regantur. Satis ergo fuerit:& id quidem q̃ maximum talia de affirmante philosopho affirmasse:his.n.concessis facile poteris deum dicere qñ ꝓuidente: & libera efficit uolũtate/mũdũ absq; nouitate sui nouũ cõposuisse. Ac si audiueris nõ aliqñ nouũ:sed ab ęuo potius edidisse:poteris maiestatẽ simul suã seruare deo cuius uoluntate:& hac quidem libera mundus non minus eget:& pendet si eget pendetq; semper/q̃ si quandoq; processerit. Quoniam uero Plato sæpe ait/eatenus de diuinis asseuerandum/quatenus diuinis oraculis comprobetur:& nos sacris litteris potius q̃ coniecturis nostris assentire debemus.

¶ Mũdus boni gratia ꝓcreatus ad diuinæ rõnis uerbiq; diuini similitudĩe. Cap. XV.

m Vndum ergo fecit uoluntate idest bonitate sua/tam uoluntarie q̃ naturaliter ob immensam fœcunditatem exhuberante:quæ primum quidẽ se ipsa gaudet:ob idq; deinde sua hac delectatur imagine:ita tamen/ut non in hac imagine/sed inipso exemplari: atq; principio delectationis huius constituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum:icciro boni gratia fecit ipsum:non enim/ut esset/uiueret intelligeret simpliciter/procreauit:sed ut/& bene esset uiueretq;:& bonum/intelligeret atq; compararet. Id illi mosaico ualde cõsonat. Vidit de hoc/& illud eẽ bonũ:& cũcta ualde bona. Et qa pulchritudo splẽdor est bonitatis/ideo subdit/ab optĩo deo mũdũ eẽ pulcherimũ ꝓcreatũ:tpalẽ qdẽ sed ad ętherni exẽplaris imaginẽ dicet:& sæpe/ quot species sunt in archetipo.idest principali mundo.i.intelligibiles atq; imitabiles / totidem rerũ formas in hoc mũdo disposuisse:atq; ita sibi similẽ effecisse:utpote q intelligat ideas rerũ nõ iternubes:ut maledici qdã callũniant sed in mũdani architecti mente cõsistere. Vbi uero ait in ipsa uita ideas esse: uaticinari uidetur euangelicum illud quod factũ est/in ipsorũ uita erat:& ubi ait repetitq; sæpe mũdum diuina prouidẽtia constitutũ:totam confirmat religionẽ. Quod qdem cũ obseruasset Theophrastus tanq̃ in philosopho mirũ:ait. Plato solus uel certe maxime oĩum:a diuina ꝓuidentia reꝝ causas assignauit. Sed o Theophraste quacũq; id mente de Platone dicas: ꝓculdubio cõfiteberis, Platonem solum uel oĩum maxime ꝓuidentẽ esse atq; diuinum.

¶ Cur mũdus sit unius/& spericus:& moueaẽ in sperã. Cap. XVI.

● Stendit uero deinceps diuinum ipsum mundi exemplar:quod euangelista: sed diuiniore sensu diuinum appellat uerbum:esse unicũ:quia quod contineat oĩa: nihil relinquat extra

seipsum ideoq; sit necessario unicum. Sed de hoc ipso ī theologia diffusius. Cum aūt mūdus hic in cæteris quod fieri potuit/mundū intellectūq; diuinū referat: adeo/ut qui formas ī hac materia cōspicit/quasi diuinū uultū cōtueatur in speculo/certe in ipsa etiam unitate oīum effectrice atq; seruatrice repræsentat illū/ut architecti unius unum sit opus. Vnus igitur dei unius est mundus: profecto si posset architectus humanus/dominari materiæ: postq̄ plura ędificia efficisset/quorū quodlibet in se sit unū/cūcta uno quodā tandē circumuallere: deus aūt pōt oīno/cū sit materiæ dn̄s: neq; somniare licet mundos plures quasi pilas alios extra alios. Sic. n. diuinū opus dissipatū foret: atq; inter mundos spatia/uacua forent. Probabilibus existimabis si quot orbes fingis p uacuū sparsos/tot excogites spęras potius intra spęras/ut quęlibet spęra sit mūdus in mundo. Vniuersumq; opus unum sit: atq; inuicē ordinatū: nihilq;/uel uacuum/uel ordinis unionisq; exps repiatur sit aūt figura mūdi spærica. Sic. n. est maxime uniformis: capax: indissipabilis: agilis: atq; ita nec aliter pōt moles in mole: & sine uacuo collocari: & sine offensione moueri: idest si nō quadrata quadratis: aut circulis: sed orbes orbibus inserantur. Deniq; præcipua mundanę huius spæræ causa est: quod: & orbicularis est diuini mūdi natura: quæ in seipsam intelligēdo: & amando reflectitur. Motionis uero spęricę ratio est tum figura ipsa quæ motum recipit: tum mundanę ipsius animæ quæ mouet/intima per intellectuales species reuolutio.

¶ Cur mūdus diuidaẗ/uel in qnq;/uel in sex plagas: & q̄ro ei cōueniat septenarius: & numerus circularis: & quomō distribuaẗ ad intelligibilis mūdi similitudinē. Cap. XVII.

q Vamobrē mūdanæ diuisioni nō iniuria accōmodātur numeri/inquibꝰ radices primæ sunt circularium numerorū. Quinarius uidelicet ex imparibus: ex paribus uero senarius. Dicimus aūt numerū uiginti quinq; ex quinario in circuli morē multiplicari: quoniā ab eodem quodāmodo redeatur in idem/dum qnquies quinq; cōputatur uiginti quinq;. Item simili circulo numerū centū uigintiquinq;. Quinquies. n. uigintiquinq; tot cōficiunt. Eadē ē ad triginta sex/itēq; ad ducentos sexdecim/circularis senarii ratio. Septies. n. sex implet sex atq; triginta. Item sexies triginta sex ducētos implet: & sexdecim. Et si superiores numeros rōne ortus sui alios quadratos alios oblōgos nominār: tū rōne casus atq; finis nuncupāt circulares. Itaq; p quinariuꝫ & senarium radices primas circulariū numerorum mūdi corpus circulare diuidimus. Primo quidē in partes quinq;. s. ignem cœlestem. Ignem ęthereum sub luna. Aerem. Aquam. Terrā. Quæ quidē diuisio in epinomide cōprobatur. Deinde distribuimus per senarium: ubi cœlestē ignem ī nō erraticū diuidimus: & erraticū. Quę partitio a Platone frequētius usurpatur. Verum sensibilis mundi distributionē ab ipsa exemplaris sui distributione cōmodius hunc in modū more Platonico deducemꝰ excogitat quidē deus in mundo penes ipsum intelligibili alterā quidem uim formabilem/alteram formatricem. Illā/ut dixi infinitudinem. Hāc terminū pythagorici: & platonici nominant. Excogitat & mutuam harū uirium mistionem. Intelligitq; tertiam quandā ex hac mistione formam protinus coalescere. Sed & hāc ipsam formā quasi triplicē animaduertit: habere. n. non nihil infinitudinis: nō nihil: & termini/nō nihil: & proprii. Quo fit/ut post binarium numerū: infinitatis. s. atq; termini: ternarius e uestigio surgat: addita his tertia forma. Surgat quoq; quinarius/eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarius deniq; nascitur/ubi mundi illius munus ad inferiora ꝑducēda porrigitur. Nascitur & septennarius/ubi mūdus ille uelut imago refertur ad patrē. In quo quidē gradu septimo/quasi die septimo conquiescat. Si uero reddideris singula singulis: animaduertes corporeum hunc mundū ab ipso superni mundi termino ceu formam habere ignē: ab infinitudine uero ceu materiam habere terram. A media uero illius forma humorem ignis terręq; conciliatorem. Qui & cōglutinet terrā/natura propria dissipabilem: & nutriat ignem ex se facile resolubilem & tria quædam in seipso possideat. Hinc quidem igneū: inde uero terreum: sed non nihil ī medio proprium purūq;: aereum. Cum aliunde per sublime uergat ad ignem aliunde per infinitum uergat ad terram. Post hunc mundi quinarium/fit senarius si comunem cūctorum excogitaueris formam. Fit iterum septenarius: si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari. In quo quidem die septimo conquiescat.

¶ Quare sint in mūdo partes distinctę: & quare cōtrarię: & de quattuor elemētis. Cap. XVIII.

n On solum uero distinctionem formarum: sed etiam repugnantiam uidemus in mundo: pcedit enim a/primo: & procedendo degenerat: processio quidem distinctionem facit: degeneratio repugnantiam. Quinimo diuisionis ipsius origo est fœcunditas causæ: foras exhuberantis/seq; propagantis in amplum: procedente uero per gradus multos diuisione: in repugnantiam deniq; peruenitur: præsertim cum mundi materia ob imbecilitatem: nequeat ita inuicem formas conciliare/ut mūdus ille superior in seipso conciliat. Quo factum est: ut deus materiā dimensione protēderit: ut repugnaturas iter se formas hospitiis diuersis exciperet. Deniq; cum: & illa dicamus inter se contraria: quæ in eodem genere maxime distant: & illa diuersa: q̄ inter se generibus separanẗ: ex eo quidē quod cōtraria sunt in mundo/apparet genus quodlibet: spēs habere: q̄ plurimas

plurimas: ex eo aũt quod diuersa cõstat uniuersum genera possidere p multa: Quoniã uero: & spẽs omnes ad genera: & genera ad uniuersum/cõmunemq; eius formã deniq; reducũtur/cõcluditur/ sicut superior mundus uniformis est atq; omniformis/ita hunc omniformẽ esse atq; uniformem. Conducit aũt cõtraria elementorũ cœlorũq; qualitas: & figura ad nouas formas quotidie generandas: cõferente uidelicet motione. Siue.n. unicũ fuerit elementũ/nihil utiq; generabit quod: & Hippocrates asserit. Siue plura inter se similia/noui nihil efficiet quod probat Heraclitus. Oportet tñ hunc mundũ ppetua nouarũ generatione formarũ/æthernam superioris oĩformisq; mũdi actionẽ p uiribus imitari. Esto itaq;: ut poesis canit Empedoclis/contraria inter se elemẽta. Esto & inter cõtraria medium: qñ cõtraria & maxime distant/& absq; medio minime cõgruũt. At mediũ hoc indiuisibile esse nequit. Alioqn per ipsum cõtraria nõ distabũt: habet ergo dimensionẽ. Sed qua parte alterũ tangit nõ tangit alterũ. Et habet insup partẽ necessario mediã/per quã æque discrepet ab extremis. Propterea Plato inter cõtraria semp media saltẽ interserit duo: quemadmodũ ex uerbis eius euidenter apparet. Interserit: & tertiũ/ubi ait mediũ uim habere/per quã non solũ extremorũ sed una quoq; custodiat unionem. Sed ponat manifeste duo neq;.n. nunc id cõtendimus: ceu iter Ignẽ & terrã/duo quædã. Aerem.s. atq; aquam. Opus aũt esse duobus saltẽ mediis inter contraria oĩno corpora: ostendit ex numeris: atq; dimensiõibus/q̃ naturalia corpora quodãmõ antecedunt.

¶ Numeri. Lineares. Plani. Solidi: & quare inter planos unũ sufficit mediũ. Sed inter solidos non satisfacit: & quomõ mathematicæ rõnes ad physicas referant. Cap. XIX.

TRiplices esse numeros apud pythagoricos alibi declarauimus. Lineares. Planos. Solidos. Lineares quidẽ quos sola metitur unitas quasi punctũ: ut Binarius Ternarius Quinarius Septennarius atq; similes. Planos autẽ qui multiplicant ex numeris quasi lateribus. Ceu senatius ex bis tribus fit terue duobus. Atqui ex planorũ numero eos quadrangulos: & equilateres appellamus: qui ex numeri alicuius in seipsum ductu cõficiunt. Ceu quaternarius ex bis duobus/& nouenarius ex ter tribus: & sexdecim ex quater quattuor. Inæquilateres: aũt q ex ductu minoris numeri in maiorẽ: qualis fit senarius ex duorũ in tria deductione. Dicimus & oblõgos: q ex ductu numeri admodũ minoris ĩ numerũ longe maiorẽ cõficiunt: qualis est denarius ex deductione duorũ in quinq; resultãs. Siquidem ex bis quinq; fit decẽ. Hũc si in decimo de re.pu. appellauimus quodã mõ linearẽ: intelligi uolebamus oblongũ. Præter hos aũt: eos solidos dicebamus: qui ex deductione atq; reductiõe numeri alicuius in seipsum efficiuntur/instar molis solidæ in trinã quasi producti dimensionẽ: ut bis duo/bis/octo. Ter tria ter/uigintiseptẽ. Quater quattuor quater. Sexaginta q̃ttuor. Accipe duos planorũ primos: qui uidelicet a primis linearibus pcreant: ut puta hic quidem quaternarium a binario. Inde uero nouenariũ a ternario procreatũ. Hos sane planos duos nouenarium.s. atq; quaternariũ poteris/unico competenti medio inuicẽ deuincere. Hoc est senario. Que.n. pportio est nouem ad sex/eadem sex erit ad quattuor/utrobiq;.n. est proportio sexquialtera: siquidem nouem cõtinet sex: & insuper alterã eius partẽ.i. ternariũ. Similiter sex cõprehendit quattuor atq; insuper binarium/alterã.i. dimidiam quaternarii partem. Senarium uero esse competens medium inde patet quod ex utrisq; componitur. Latus enim quaternarii quidem est binarius: nouenarii uero ternarius. Ex multiplicatione aũt binarii in ternarium fit senarius. Similiter si acceperis ultra nouem alium quadratum.s. sexdecim: medius erit duodecim: qui ex lateribus horum nascitur. Latus enim nouenarii quidem tria: sexdecim uero quattuor. At si tria ducas in quattuor: duodecim reportabis: qui horum medius pari utrũq; ratione cõnectit: sexquitertia uidelicet ratione. Nam sexdecim comprehendit duodecim ac tertiã insuper eius partem. Similiter duodecim ultra nouem includit tertiam nouenarii portionẽ. Cernis itaq; quod inquit Plato: planos numeros unico posse medio colligari. Accipe præterea numeros solidorum primos: eos inquam qui primi ex primis efficiuntur linearibus in se ductis atq; reductis. Hinc quidẽ octo a binario. Inde uero uigintiseptem a ternario procreatum. Hos utiq; nõ poteris unico inuicem medio copulare: sed cogeris duo saltẽ accipere media.s. duodecim atq; decẽ: & octo. Accipies enim duodecim ex bis duo ter: decem uero: & octo ex ter tria bis. Perq; hos numeros conciliabis extremos sexqualtera ratione. Nempe uigintiseptem numerus: decem: & octo complectitur: & alteram rursus eius partem idest nouem: similiter decem: & octo exuperat duodecim. Item duodecim æqualiter excedit octo. Per hæc perspicuum est: solidos numeros: pluribus semper quibus cõgrue copulentur: mediis indigere. Quod autem exposuimus in numeris: idem possumus in dimensionibus/tum planis/tum solidis demonstrare: ostendentes inter plana comparabilia inuicem unum sæpe sufficere medium. Inter solida uero comparabilia: plura uera media esse ponenda. Quod quidem: & prolixũ nimis foret: & satis a Iamblicho: & Proculo/& Chalcidio est ostẽsum. Quoniã uero Plato mathematica hæc non ppter seipsa qdẽ: sed ppter naturalia hic accepit: his prætermissis cõsideremus breuiter quæ potissimũ naturæ mysteria p mathematicas imagines subintelligat. Principio quod ĩ sacris litteris legit: deũ oĩa ĩ numero: mẽsura: pondere pfecisse: manifeste tangit a Platone numeros mensuras:

solida in medium adducente. Per solida enim comprehendit/& pondera: quę etiam significat ubi post dimensiones/cômemorat uires inclinationũ quasi ponderũ causas. Per numeros quidem intelligi uult ipsas rerum naturalium spẽs formasq; substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparauit. Per mensuras aũt certas instrumentalesq; figuras/uel magnitudines speciebus certis accõmodatas. Per solida deniq; atq; uires/significat qualitates/quę & cum molibus penitus ꝑtendunt/ & pręstant motionibus actionibusq; momentum. Iudicãt aũt oẽs in uniuerso/tum rerũ spẽs/tũ specierum figuras magnitudinesq;/tum qualitates/geometrica inuicẽ/& musica proportione cõpositas/ut qua rõne infimæ a mediis/eadẽ mediæ a superioribus excedant. Itẽ p numeros designat medium arithmetricum/quod numerorum paritate cõsistit. Per dimensiones atq; mẽsuras medium geometricum/quod in rõnis proportionisq; identitate locat. Per pondera/& uires/mediũ musicũ quod in portionis ęqualitate/uel similitudine situm uelocitatem tarditatemq; motionum/& acumen grauitatemq; uocum uirtute comprehenditur.

❡Prima discursio/quare quaternarius elemẽtorũ numerus mũdo cõueniat. Cap. XX.

Sed de his alibi latius. Iam uero ad partitionem mũdanarũ partiũ reuertamur/quo harmonicam ipsarũ cõpositionẽ cõspicere ualeamus. In superioribus qdẽ gnariũ/& senariũ circulari mũdi figuræ cõgruere dicebamus. Nũc insup q̃ternariũ eiusdẽ plenitudini dicim⁹ cõuenire. Profecto q̃ternarius prim⁹ iplet oẽm differentiã numerorũ: primũ parem ac primũ ĩparẽ in se circũplectens. Implet/& simplicẽ numerorum ꝑgressionẽ: qñ terminis quattuor explet denarium/uno duobus tribus/quattuor denariũ pfecte cõsumãs. Implet ꝑcessum quoq; dimẽsionũ terminis uidelicet q̃ttuor assequẽs/ signo lõgitudĩe latitudĩe atq; ꝓfundo. Implet musicã cõsonantiã. Nẽpe ĩtra q̃ternarii limites dupla/tripla/q̃drupla/sexquialtera/sexquitertia/diapason/disdiapason/ diapente/diatesseron/cohercentur. Implet naturã ad quattuor usq; terminos ꝑcedentẽ/ substãtia/ quantitate/qualitate/motu. Implet deniq; uniuersum/siue quod in natura /siue quod supra naturã essentia/eẽ uirtute atq; actione. Merito igitur pythagorici quatrinitate plenitudinẽ mũdani/tũ corporis/tum animi designabãt: eamq; iureiurando testabantur naturæ perpetuo fluentis fontem eẽ quatruplicẽ. Ex hoc nimirũ fonte manat quaternarius elementorũ numerus. Hinc quatruplicitas in cœlo quatruplex. Hinc sub cœlo tpa quattuor. Hinc sub tpe/quattuor humores/cõplexiones/affectus. Hinc sup tp̃s quattuor uirtutes surgũt. Hinc ĩ ęthernitate quattuor exempla uirtutũ.

❡Secunda ad idem ꝓbandum discursio. Cap. XXI.

Præterea nisi uererer partim ꝓlixitatẽ partim etiã nouitatẽ/recenserem mira quædã. Iamblichi/& syriani Proculiq; cõmenta/gradus quattuor sup mundũ supernũ cõstituentiũ. s. unũ terminum/infinitudinẽ/mixtionẽ. Proĩde supernũ mundũ. i. primã intelligibilemq; mẽtem. Post eã ponentiũ mentẽ mundũq; partim intelligibilẽ/partim quoq; intellectualẽ: post hanc intellectualẽ simpliciter mentẽ atq; mundũ. Quarto uero loco mentẽ iã mũdũq; animalẽ/sensibilis mũdi ducẽ. Itẽ supremã mentẽ: & suspicere quattuor illa/unũ. s. terminũq;: & infinitatẽ atq; mixtiõem: & habere suapte natura quattuor: uidelicet hinc quidẽ unitatẽ: inde uero essentiam. Rursus unitatem essentialẽ: & essentiã uniformẽ: atq; oẽs oĩno rerũ ideas quatruplicis similiter naturæ pticipes. Itẽ mentẽ ipsam intellectualẽ iouialemq; mundi opificẽ in fabricando mundo suspicere in mentẽ intelligibilẽ atq; suppremã uelut exemplar: & ĩ bonũ ueluti finẽ. Et qua rõne in mundo ĩtelligibili qđ & ipsum ens ipsumq; uiuens nominant: principia: & ideas suspicit naturæ quatruplicis/ĩ quattuor similiter plagas digerere mundũ/quatũ prima a primo cœlo postq; cœlũ per ignis speram usq; ad aeris principiũ protendatur/secunda ad aerem usq; mediũ. Tertia inde ad terram. Quarta uero sit terra: atq; huiusmodi partitioni quattuor in qualibet plaga respondeant exercitus rõnaliũ habitantium: deorũ. s. mundanorũ. Item angelorũ: deinde dęmonũ: postremo particulariũ animarũ. Sed his obmissis ad institutũ nostrum regrediamur.

❡Tertia ad idem confirmandũ discursio. Cap. XXII.

Quattuor apud methaphysicũ sunt elemẽta: essentia: eẽ: uirtus: & actio. Quattuor apud mathematicũ: signũ: linea: planũ: atq; profundũ. Quattuor apud physicũ: seminaria naturæ uirtus: pululatio naturalis: & adulta forma: atq; compositũ. Redde uero singula singulis. Essentiæ quidẽ signũ atq; semen. Ipsi uero esse lineã: pululationẽq;: uirtuti planũ atq; formã: actiõi profundum atq; compositũ: & ubiq; extrema uelut solida duobus concilia mediis. Manifeste uero qđ ĩ mathematicis signũ ẽ Plato ĩ physicis uirtutẽ seminariã ĩdiuiduãq;: & stabilẽ eẽ putat. Qđ aũt ĩ mathematicis linearis ĩ lõgũ ꝓductio: id ĩ physicis germinãtis formę pululationẽ: ut ita loq̃r: existimat. Itẽ qđ ibi planũ: hic ꝓprie formã: ut. n. planities corp⁹ termĩat: ita forma materiã: deniq; qđ ibi ꝓfundũ: hic ẽ cõpositũ: cõpositũ inq̃ duplex: tũ formale. i. ex plurib⁹ formis cõplexio quędã spęrę solidæ similis: tum materiale. i. ex forma atq; materia: cubo similior. Quod ergo ait ĩter duo plana unũ sufficere mediũ/intellige ĩter duas formas mediũ unicũ satisfacere. i. formale. Formę. n. cũ formis deinceps ubi p extrema sui sese cõtingũt: uno quodã formali medio cõgruũt/utriq; partim

tim quidē conueniēte/partim etiam differente. At uero quod inqt solida solidis medio duplici copulari/significat inter cōposita naturalia duo diuersæ naturæ gemina media interponi. Quorū alterum qdem formale sit/alterū uero materiale. In quolibet.n.composito: hinc principalis formæ: inde accōmodatum formę subiectū cōsideratur. Hinc efficitur: ut inter diuersa cōposita cōsurgat discrepātia duplex/altera qdē magis rōne formę/altera uero magis ratione subiecti.

¶ Quarta ad idē discursio: & de uiribus/pportiōibusq; elemētorū. Cap. . XXIII.

e Adem hęc alia insuper rōne cōroboranť: si a quatrinitatibus modo descriptis/ad quatrinitatem spęrę descendas. In hac utiq; considerať natura medii cōsiderať: & natura circūferentiæ longissime inter se distantes tam pprietate q̄ situ. Cōsideratur insuper hic quidem spatium quatenus ppria uirtus centri porrigiť. Inde uero spatium/quatenus ppria magis circūferentiæ uis protenditur: hinc quattuor computantur plagę mundi/& quattuor similiter elementa.

A substantia:	a uirtute:	ab actione.	Alia: positio:	earundē.		
Ignis: subtilis:	acutus:	mobilis.	Ignis: acutus:	subtilis:	mobilis.	
Aer: subtilis:	obtusus:	mobilis.	Aer: obtusus:	subtilis:	mobilis.	
Aqua: crassa:	obtusa:	mobilis.	Aqua: obtusa:	crassa:	mobilis.	
Terra: crassa:	obtusa:	īmobilis.	Terra: obtusa:	crassa:	īmobilis.	

Quoq; qd ī circūferētia poniť/naturā eius sequēs amplissimū est/ideoq; oīum subtilissimū p substātiam: per uirtutem uero acutissimū: penetrationiq; aptissimū: p actionem deniq; prōptissimū ē ad motum. Quod aūt situm est in medio/naturam quoq; sequēs medii: angustissimū est/& densissimū per substātiam: p uirtutem uero obtusum: p actionē deniq; ad motum est ineptissimū. Media uero duo medio in his modo se habēt. Proinde sicut maxime distāt in spęra ambitus atq; centrum/ita p situm/& naturam ignis terraq; plurimū discrepant. Ille.n.ita petit ambitū/ut nunq̄ naturaliter medium: hæc ita cētrum/ut nunq̄ naturaliter ambitum. Aer uero interdū descēdit/si uidelicet in sublimi ignis regione ponať. Aqua etiā ascendit/si sub terrā cohibeať. Quemadmodū uero in igne: & terra tria cōsiderātur.s. substātia/uirtus/actio: sic & tres potissimū pprietates/uidelicet in igne qdē p substātiam subtilitas: p uirtutem acumē: p actionem mobilitas. In terra uero opposita/per substātiam crassitudo: per uirtutem obtusitas: p actionem īmobilitas. Dicunť aūt horū naturæ apud Platonem solidæ/quia instar dimēsionis trinę/trinas possidēt qualitates: quod si duas dūtaxat haberēt planorū instar/unū sufficeret mediū: quod uidelicet in qualitate qdē una congrueret cū extremis/in altera uero differret. At quoniaam tres inuicem oppositas habent/duobus/ut uinciantur/ opus est mediis: quorum utrunq; cum pximo quidem/tum extremo/tum medio ī duplici cōueniat qualitate/in unica discrepet: cum remoto uero extremo/in una quidē congruat; sed differat in duabus. Sic utiq; ignem sequitur aer/ī subtilitate: & mobilitate igni persimilis: sed quadam uirtutis obtusitate dissimilis: in qua etiam unica quodāmodo cum terra consentit: cum aqua uero duabus.s. obtusitate atq; mobilitate. Aqua sequitur aęrem in duabus his aeri similis: sed una similis igni.s. mobilitate dūtaxat. At dissimilis igni duabus/crassitudine obtusitateq; simul: dissimilis terrę mobilitate quadam: sed crassitudine: obtusitateq; similis. Profecto quod ignis ad terrā analogia quadā.i. rationis similitudine: atq; pportione comparabilis sit/apparet. Quēadmodū.n.se habet subtilitas ignis ad terram crassitudinē: sic ignis acumen ad obtusitatem terræ/sic iterum ad īmobilitate terræ mobilitas ignis: quod etiā comparabilis sit: sed potiori aliqua rōne ignis ad aerem: aer ad aquā aqua ad terrā: ex consensione qualitatum est manifestū. Videtur autē elemēti proximi quidem ad proximum cōuenientia ad descrepantiā esse dupla; ad remotū uero contra/dupla esse ad conuenientiam discrepantia. Videtur ignis aere duplo subtilior/triplo mobilior/quatruplo uero acutior. Item aer/aqua acutior duplo/triplo mobilior/quatruplo esse subtilior. Rursus aqua q̄ terra acutior duplo/triplo subtilior/quatruplo ad motum esse paratior. Procedere uero iter cognata ad quatruplam usq; proportionem dūtaxat apud musicos est concessum. Longiori.n. progressione aures offenduntur: quinetiam in his perfecte rationes musicæ continentur. In his utiq; per tres qualitates quasi per trinas dimensiones: & solida quædam/ter quoq; solideq; ad solida usq; procedimus. Nā per duplam quarto gradu ad octo peruenimus: qui primus est solidus. Item per triplas quarto similiter gradu ad uigintiseptē: q solidus est secūdus. Rursus per quatruplas rationes/ quarto deniq; loco ad sexagintaquattuor/q tertium iter solidos numeros obtinet locū octo enim a binario solide idest ter accepto/siue ducto: uigintiseptem a ternario ducto ter. sexagintaquattuor a quaternario similiter in seipsum ter multiplicato creatur. Coeterum ut notius sit quanta apud Platonem cōgruitas mathematicis inest ad physica repetenda sunt duo illa priuatorū media solidorū. Posuimus.n. iter octo atq; uigintiseptē/cōpetentia media duo/uidelicet duodecim atq; decē/& octo. Duodecim qdē numerus/tū ex octo/tum ex uigintiseptē nasciť. Latus siquidē ex quo multiplicanť octo/binari⁹

Dixissem: aer aqua mobilior duplo: triplo acutior. Nam aqua p mobilitatem magis conuenit cū igne: p obtusū uero magis cum terra.

est. Latus aût ex quo uigintiseptem est ternarius: sed ex binario atq; ternario ita fit duodenarius si egeris bis duo ter. ubi duodenarius oriēs duo ab octonario accipit latera: unū uero a uigintiseptē. Item ex binario atq; ternario ita fit decem: & octo/si egeris ter tria bis: ubi decem: & octo numerus nascens: ab octonario quidem remoto latus accipit unum/ubi dicit bis: sed a numero uigintiseptē latera duo: ubi ter tria: similiter elementa duo inter ignem terrāq; media: dum ex extremis cōtem perant: interim a proximo qdē naturas reportāt geminas a remoto uero unicā mutuant.

Quod totus mundus ex quattuor componitur elementis: & quomodo hæc alia rōne sunt ī cœlo: aliter infra lunam. Cap. XXIIII.

Ex his quattuor elementis geometrica: & musica inuicē rōe coniunctis uniuersum mundū esse compositum pythagorici platoniciq; oēs existimant: ita tamen: ut cōsonantia horum in cœlo nullam unq̄ dissonantiā patiatur: sub cœlo aūt: dissonantia quędam alicubi oriri uideatur interdū: sed statim per superiorē concentū in formā cōsonantem mirabiliter redigantur. Esse utiq; elementa hæc sub luna/nemo negabit. Esse uero in cœlo/physici nōnulli negabunt. Sed isti audiāt methaphysicos precor/ꝓbantes elementa per ideas suas esse in ipso mundi opifice: esse inde in aīa mundi per rōnes suas. Esse in natura per semina. Ergo & in cœlo per uirtutes: & sub cœlo per formas. Quo enim pacto a causis cœlo superioribus elementorū naturæ transeunt infra cœlum: & ibi quidem protinus nutaturæ: nisi uirtutes horum moderatrices cœlo interim īfundant? Quinimmo sic agricola qdem nō regit architectum: quoniā architecturæ nullas continet rationes geometra uero has possidens: regit illū: sic & cœlum nisi elementorum elemētaliumq; cōprehendat uires/hæc gubernabit nūq̄: gubernans uero cōplectitur: īmo cōplectendo gubernat. Audiant & astronomos tam in signis q̄ in planetis naturas designantes elementorū: & effectu probātes. Audiant deniq; sacras litteras ponentes sæpe ī cœlis aquas: ponentes terram quoq; uiuētium. Quod si duo hęc ibi cœlestium dissimiliora ponunt: multomagis ignis: & aer cœlestiū similiores ibidem a sacris litteris collocant. Respondebūt: ut arbitror aliqui uires illic quidē elementorū excellentissimas p modū causæ ponendas esse: in speris aūt elementorum sub luna naturas eorū secundū formam: in compositis tādem participatione quadā: sed naturas ipsas elementorū in cœlo esse uagabunt. Ad hęc adducent platonici uirtutes ubiq; ꝓprias ī propria natura fundari. Itaq; si sunt horū uirtutes ī cœlo/esse quoq; naturas: sed quēadmodū uirtutes illic ī genere quodā lōge his excellētiore cōsistūt: ita naturas ī excellentiore: īmo: ut rectius loquar/excellentissimo. Et naturam illā ignis eminentissimam prebere cœlo sensibile lumen: uiuificum calorem: motūq; ꝓmptissimum. Naturam terrę largiri solidā firmāq; stabilitatē. Item: & stellis densitudinē qua uideri possit: & lunæ qua radios repellat sola res. Naturam aeris pstare perspicuā qualitatem/quā nominant translucētem. Naturā aquę afferre delicatissimam: & equabilissimā lenitatē. Et quod maximū est/ipsis spærarum labiis quibus sese cōtingūt inserere uirtutem illā frigoris: & humoris: p quā fiat: ut quāuis ex uelocissimo motu rapidissimę: & uehemētissimę se cōtingāt: ęstus tñ illic resolutioq; nō accidat. Has qdem ī cœlis aquas ebrei ualde ꝓbabūt. Probabūt etiā/ut arbitror/si audiuerint p naturā illic terræ uiuentiū fieri: ut materiæ alioquin tenuissime ex tāto motu nō dissipētur. Meminisse uero oportet/tantam eē ī cœlesti substātia uirtutē tanq̄ ad conciliandū efficacem/ut qualitates/& motiones quæ apud nos sunt īter se repugnātes/ibi nō pugnēt. Itē ut reliqua illic elemēta statim a prima genitura mūdi ī formam præstātissimi idest ignis redacta fuerint: quemadmodū per motū cœlestē elementa quattuor apud nos in quauis genitura ad unā reducūtur mixti formā. Neq; miraberis ī unū illic elemēta cōflari: si cogitabis etiā infra lunā ī unā molem esse compacta: & ignem esse soliditatis terrenę participē/ne ob tenuissimā mobilissimāq; naturā cōtinuo dispergat: terram quoq; per se torpentē/ignis consortio actionē uitamq; nō nācisci. Quod si extrema miscētur/nimirū: & media mediis extremisq; misceri. Itē si tanta est īfra lunā unio/sup lunā esse multo maiorē: sed terræ soliditatē siue stabilitatē illic absq; crassitudine in uaporea quasi forma regnare. Rursus ęquabilitatem lenitatemq; aquę pcul a lapsu: agilitatē aeris ab effluxu seorsum: efficaciā ignis ī lumine salubriq; calore ītelligētiæ uitæq; persimili dominari/seorsum ab ea cōbustiōe: ad quā efficiēdam apud nos cogitur tum lumē īter cōcaua repercussum/tum calor igneus aspera quadā materia: & mordaci conclusus q̄ certe quatenus a terrena crassitudine soluit/eatenus lucet purius caletq; salubrius. Ergo una cū Heraclito/& Empedocle/dicemus ignis ipsius/q ī idea est intellectuale lumē: in cœlo quidem uisibile lumē ad oculos emicare: sub cœlo aūt in ęthere purā ipsius & īnoxiam uigere flāmam in terra uero carbonē ī aspera materia cōburentē. Dicemus postremo cū Orpheo esse insuper apud inferos quattuor elemēta: pyriphlegetontē/acherontē: & occeanū: & cocytum. Dicemus cū Platone: quēadmodū ī archetipo mūdo oīa sunt in oibus/ita in hoc imaginario mūdo oīa ī oibus esse: sed ꝑ natura suscipientium ubiq; singula suscipi: ut cœlestia ī elemētis elemētalia sint: elemēta in cœlo cœlestia: atq; tātā eē cœlestis regiōis sup alias excellentiā: ut cœlestis ignis pter elemētalē ignē triaq; reliqua elemēta dici qntū ualeat elemētū. Hinc mūdos qnq; apellari posse ait. Sīqdē oīa rerū genera

in quolibet horum quinq; sint pro sua cuiusq; natura. Concludemus deniq; cõcordiam inter Moisem & Platonem: quem Numenius alterum cognominat Moisem. Quod enim Moises ait: in principio fecit deus cœlũ: & terrã. Plato ait/ deus primo ignẽ fecit ac terrã: ignẽ intelligẽs præcipue cœlum. Principio enim in spera mundi cẽtrum cõsiderauit: & ambitũ. Reliq̃ horũ gratia iteriecit.

¶ Circularis motus omnis spæræ semper mobili proprius est. Item ignis maxime proprium est lumen. Cap. XXV.

s Ed neq; nos turbent qui cœlum iccirco igneum esse diffidunt: quia cœli q̃dẽ motus sit circularis: ignis uero sit rectus. Nam etiã cœli portio qualibet si forte ponat in medio/ repẽte ascendet in rectũ/ breuiori uidelicet tramite patriã petitura: & tñ cœli motus ꝓprius est circuitus: & terra si separetur a cẽtro/ descendet: & tñ eius proprium est quiescere. Profecto qualibet spa mobilis tam elemẽtalis q̃ cœlestis ꝑ figura sua naturaliter mouetur in orbem: sic loco suo plenius fruitura. Motus aũt rectus ubicũq; est: nõ tam naturalis est: q̃ reditus in naturam. Sicut uero corpori circuitus conuenit/ maxime conuenit igni. Cum enim a terra distantissimus sit etiã per naturã/ sicut terra est semper imobilis: ita ille semper est mobilis. Si semp mobilis/ ergo in orbem. Quod enim mouetur in rectum/ pacto spatio quod finitum est/ finit: & motũ. Moueri uero ĩ circulum tam ignem q̃ aerem/ ostendit circuitus cometarũ. Circuitũ quoq; aquæ testatur ĩfluxus ꝑpetuus & effluxus. Manere uero oportuit terrã/ ut in diuisibili: & stabili centro foret similior: eoq; cõmodius frueretur. Moueri autẽ superiora: ut uaria semper ꝑ motionis uarietate producerent. Neq; negẽt aliqui cœlum esse calidũ: sed negent potius esse urens. Neq; dicant solis lumen sola repercussione calefacere: sed sola comburere. Nam lunæ radii repcussi nihil calefaciunt: cum in ea uirtus aquea dominetur. Calefaciunt autem solis radii salubriter pro ignea solis uiuificaq; natura. Neq; obiiciant ex tardiori lunæ motu contingere: ne lunæ radii calefaciant. Nam & si ponitur esse tardior/ tñ tanto ꝓpinquior est q̃ sol hominibus/ ut debeat si non tantũ/ aliquantũ tamẽ calefacere: si repercussione dũtaxat ꝓueniat calefactio. Neq; adducant æstum esse ignis propriũ. Siquidẽ quo minus alienæ miscetur materiæ/ minus urit. Sed dicant lumen ignis ꝓprium. Quo enim purius/ eo lucidius/ licet oculis quibusdã nõ manifestius: & lucet longius q̃ calefaciat: & prius illuminat: & momẽto: & calorem largit̃ calefacto post ignẽ ad tempus seruante calorẽ: lumẽ uero largit̃ nulli/ utpote sibi ꝓprium. Siquidem abeunte igne/ simul abit: & lumen.


¶ De spiritu mundi. i. de itellectu: & aĩa/ & intelligẽtia: & natura. Cap. XXVI.

p Ostq̃ uero tractauit queadmodũ deus corpus cõstruxit mũdanũ/ deinceps queadmodum mundanã aĩm tẽperauit/ aggredit̃ disputãdũ. Ostẽdit interea se ante oculos posuisse prius & informẽ molẽ q̃ formatã: & mox formatã quodãmõ priusq̃ aĩatam/ nõ q̃a uel informitas ante formationẽ fuerit: uel formatio corporalis añ aĩam: sed/ ut cognosceremus/ tam formabilem naturã formatiõis corporeæ gratia/ q̃ corporeã formationẽ gratia aĩæ tanq̃ finis/ eẽ diuinitus istitutam. Volẽs itaq; deus opus ꝑfectũ facere/ uiuũ: & intellectualẽ effecit mũdũ: atq;/ ut ex ipso spiritu/ & materia mũdi cõmodius aĩal unũ cõnecteret: materiã distixit ĩ quattuor/ ut diximus/ elemẽta/ q̃si aĩalis huius humores: q̃a/ & spiritũ eius ĩ q̃ttuor uoluerat eẽ distinctũ. Quattuor. n. ad mũdi spiritũ ptinẽt. Primũ q̃dẽ ĩtellectus ĩ se manẽs ĩmobilis spæræ motor/ siue rector ita regẽdis spis ab auctore retũ oĩum ĩstitutus. Secũdũ spæræ aĩa/ motor mobilis q̃dẽ: sed mobilis ꝑ seipsum. Tertiũ intelligentia quædã huic aĩæ a deo/ & intellectu supiore diuinitus insita. Quartũ natura. i. seminaria uita hisq; uirtus ab aĩa passim infusa materiæ. Intellectus q̃dẽ: & aĩa substãtiæ sunt. Intelligẽtia uero: atq; natura sunt qualitates. Illa q̃dẽ aĩæ: hæc uero materię. Horũ q̃ttuor imagines sunt quattuor elemẽta. Ignis enim ĩtellectũ refert. Terra naturã. Intelligẽtiã aer. Aqua deniq; aĩam. Et sicut igni tria ꝓpria sunt/ tria quoq; opposita terrę/ mediisq; media quadã rõe cõueniũt: sic tria ĩtellectui ꝓpria eorũq; opposita ꝓpria sunt naturę mediis quoq; media. Intellectus enim indiuiduus est/ uniformis/ æthernꝰ. Natura diuidua: & multiformis/ & tẽporalis. Aĩa uero ĩter hæc media ꝑ ĩtelligẽtiã q̃dẽ magis ĩtellectꝰ ipsius particeps euadit q̃ naturę: ꝑ aĩalẽ uero potẽtiã/ cũ natura potius q̃ cũ ĩtellectu cõsentit. Quãobrẽ pti ĩdiuidua dr̃ pti quoq; diuidua. Itẽ uniformis siľr: & multiformis. Rursꝰ æterna partim: & tẽporalis. Proinde q̃ttuor uitę secundũ quatruplicem mundi spiritũ numerant̃. Saturnia q̃dẽ uita in ĩtellectu suspiciẽte patrẽ suũ cœlũ. i. deũ cœli fabrũ. Iouialis aũt in ĩtelligẽtia ad actionẽ iã mobilẽ declinãte. Venerea ĩ aĩali uirtute iã amãte materiã. Dionysiaca ĩ natura q̃si ebria. i. ĩmersa materię. Prętereа sensus simili rõe quattuor ĩ uniuerso cõnumerant̃. Priꝰ utiq; sensus ĩ aĩa mundi: cõmunis inq̃ sensus: & unus. i. imaginaria quędam uirtus intelligẽtiam eius comitãs: & formas retũ particulares attingẽs/ ut illa uniuersales: attingẽs inq̃ ĩtrinsecꝰ: ideoq; nullis ĩdiget instrumentis neq; extra procedit usq̃ neq; patitur. Secundus uero sensus in animabus sperarum est atq; stellarum: cõmunis certe impatibilisq; similiter: sed extra procedens. Tertius ĩ particularibus animabus/ ultra uim cõmunem: iam per instrumẽta singula distributus: & extra se porrigẽs: atq; a passione exoriens: sed desinẽs in iudicium. Quartum deniq; sensum pythagorici concedunt plantis:

inimo sensus simulacrum:& id quidē stupidum:nullū iam habens iudicium qualitatis : sed in sola positum passione/uoluptatis cuiusdam atq; doloris. Sēsus primus intellectū repræsentat. Secūdus intelligētiā. Tertius uim animalem. Quartus deniq; naturalē. Meminisse uero oportet ipsam mūdi materiā neq; aliter suscipere aīam q̄ p naturā:neq; aliter itelligētiā q̄ p aīam:neq; aliter itellectū q̄ p intelligentiam. Queādmodū p terram accipit aquā per hāc aerem:per hūc:& ignē. Cæterum quod deinceps his simile sequitur/animaduerte. Ait.n.deus animam i medio posuit : eamq; inde extendit p totū:ac demū per ipsam extrinseca mundi protexit. Primo quidem significat animam/ & implere totā mundi molem/aliis.s.uirtutibus alias mundi partes moderantē:& suprema sui circa mundū uirtute.i.intellectuali prouidētia mundū exsuperare. Quod aūt uirtus aīæ ab ipso medio porrigaṫ p uniuersum bis per quattuor gradus expōitur. Primo quidem a media terra passim uirtutē cōnectendi protendit/a media aqua diffundit uim uitalem:ab aere similiter sensualem: ab igne rōnalem. Deinde a media mundi spera uim/ut diximus cōnectendi:a spera lunæ generabiliū igenerabiliūq; media uim uitalē:a sole mūdi corde sensualē:a zodiaco medio firmamēti rōalē. Cū uero duplex sit ad deū ordo rerū:alter quo ab eo ꝓcedūt alter quo ꝓcedētes conuertunṫ ad ipsum Plato processionis ordinē secutus est:ubi ait. Deus intellectū in anima:aīam locauit i corpore. Cōuersionis quoq; ordinē cogitās ait. Deus aīam i medio positā/ꝓtēdit eā inde p totū:& iterim aliqd eius eduxit extra mundū:quo uidelicet/dum ꝓuideret mūdo/cōuerteret ad deum.

¶ De cōpositione aīę:& quod p quinariū in ea cōponēda oportune ꝓcedit. Cap. XXVII.

Quoniam multa quæ ptinent ad sperarū aīas/mentes/motiones/compositionē aīæ/in theologia planius exposuim⁹/iccirco in illis exponendis hic:& fuimus:& erimus breuiores. Nā ad nōnulla magis propria iam ꝓperamus. Principio quinarium numerū cōpositioni partitioniq; aīæ conuenire tribus de causis arbitramur. Prima: quia sicut quinarius ex primo pari primoq; impari cōstat/sic anima ex diuidua indiuiduaq; natura. Scis autem parem numerum appellari diuiduū:imparem uero indiuisibilem:qm̄ in partes ęquales diuidi nequit. Secunda: quoniā genera etiā qb⁹ a deo cōponunṫ oīa/p qnq; distribuunṫ. Sūt.n.essentia/idē/alterū/status/mot⁹. Aīam uero uelut oīum mediā pręcipua quadā rōne ex ipsis qnq; oīum generibus compositā arbitrātur. Tertia:quia cū aīa sit medium uniuersi naturaliter quinariū suscipit:uniuersi numeri medium. Est enim quinarius perfectū denarii medium. Nā cum quinquies rite denariū diuidamus/medium est ęque distans in qualibet diuisiōe quinarius. Primo quidem si decē:i nouem diuiseris atq; unum uidebis quinariū inter unum nouemq; esse mediū pariter utrinq; distans. Si secūdo in octo atq; duo partiri decē uolueris/rursus quinariū ęquale inter hęc mediū reportabis. Si tertio i septē atq; tria/uel quarto in sex & quattuor/iterū medium uerū accipies inter extrema quinariū mediū ubiq; dicimus arithmeticū. Quod aūt quinto decē partitus in quinq; atq; quinq;/mediū quinariū habeas/dictu superuacuū est. Quasobres Plato in distributiōe uniuersi/tum corporis/ut ita dixerim/animabilis/tum animi:quinq; potissimū capita adducit i mediū. Nā utrobiq; primū agit de ipsa rei ipsius/ut ita dixerim/subsistētia atq; fundamēto/siue corporis inq̄/siue animæ. Secundo de partium utriusq; cōcordia. Tertio de specie ex partium cōcordia resultante. Quarto de uirtutibus speciei. Quīto de actionibus/quæ a uirtutibus oriunṫ. Volūt uero platonici ad essentiā aīæ tria illa.s.substātiā/cōcordiā/speciem pertinere: per hæc sequi uirtutē:& actionē. Concordiā iniquam.i.congruā cōtemperantiā/& hāc quinariā.s.generū/partium/rōnum/uirium/actionum. Constat enim aīa ex illis rerū quinq; generibus:per q̄/& partes eius proprię assignanṫ. Suscipit rursus a deo rerū oium rationes. Habet hinc uires multas propriasq;:per quas edit:& actiones. Vbi uero animā appellat concordiā/uel concētum:memineris Platonē in Phædone quidē negare animam eē harmoniam s.partium corporalium:ex ipsis confectā:in eisq; iacētē. In Timæo aūt affirmare aīam harmoniam eē.s.partium suarū/in se manētē:& ex se corpus contēperantē. Præterea ubi ait. Cōposuit deus ex indiuisibili sempq; eodē se modo habēte eēntia/itēq; ex illa quæ circa corpora fit diuisibilis: mediam essentiæ spēm.i.animam:expone hæc p illa quæ dicit alibi: fecit deus mundū uiuētē:animatū:itellectualē. Vbi enim dicit uiuētē:designat uitā quandam naturalē p mundi corpora sparsam:una cū corpore mundi extēsam:mobiliter agētē. Vbi uero ait intellectualē:intelligit intellectus angelicos qui ꝓprie regēdis sperīs præfecti:& indiuisibiles sunt secundū locū:& immutabiles secūdū tēpus



oppofito

oppoſito ſe modo habentes atq; naturalis uita formaq; corporea diuiſibilis atq; mutabilis. At ubi ait/animatum/ſignificat ipſam animæ mundanæ ſubſtantiam: cuius eſſentia quidem/& indiuiſibilis eſt/& ĩmutabilis/ut ĩtellectus: dici tñ poteſt quodam modo diuiſibilis atq; mobilis: quia fons ꝑprius eſt uirium quarundã ad diuiſibilia/& mobilia declinantium. Virtus autem actioq; partim indiuidua/& immobilis/quatenus congruit cum diuinis: & ſtabiliter agit: partim uero/ & diuiſibilis eſt quodãmodo/tum quia multiplex/tum qa ad corpus multiplex diuiſumq; declinat: & mobilis: qa temporaliter operatur: hanc itaq; animã appellat eſſentiæ ſpeciem tertiam inter indiuidua ęternaq; ac rurſus diuidua atq; temporalia mediam. Quod aũt ubi mundũ denominat ĩtellectualem ſignificare uelit intellectus angelicos/ex eo ꝓbatur: quod mundi corpus ꝑ uitam paratur ad intellectũ: ergo queadmodũ ſe habet ad uitam/ſimiliter ad intellectũ. Itaq; ſicut nõ ſolum habet naturalem uitã in materia mũdi iacentẽ: ſed uitam etiã animalem. i. animã in ſe exiſtentem/ita nõ modo habet intellectualem qualitatẽ infuſam animæ/uerũ etiã intellectualem ſubſtantiã in ſeipſa manentem. Vbiq; enim qualitates certæ ad certas ſubſtantias reducũtur/ut queadmodũ uitalis qualitas ad uitalẽ ſubſtantiã: ita intellectualis quoq; qualitas ad intellectualem ſubſtãtiã referatur. Cõponit autẽ animã quinq; potiſſimũ modis. Primũ. ſ. ex ipſis quinq; reꝝ generibus. Item ex numeris. Tertio ex concentibus numeroſis. Quarto ex initiis figurarũ. Quinto ex prĩcipiis motionũ/uidelicet ut poſſidens methaphyſicorũ mathematicorũq; rõnes ita cuncta cognoſcat. ſ. eſſentias/numeros/cõcentus/figuraſq;/& motus. Itẽ quatenus aĩa diuinis cognata eſt: ex rerum generibus quæ primo diuinis inſunt/dicit eſſe compoſitam. Quatenus cognata eſt naturalibus/miſcet eã figuris/& motibus. Quatenus aũt inter utraq; medium obtinet numeroſis eam concentibus rõnibuſq; contemperat. Quinq; uero illa. ſ. eſſentiã/idem/alterũ/ſtatum/motũ genera rerum nominat: quod ex illis præter primũ oĩa componantur. Eſſentia quidẽ manifeſte ſignificat rõnem rei cuiuſq; formalem innuit quoq; eſſe/tanq̃ actum eſſentiæ propriũ. Idem uero dicit: quoniam quodlibet/& ſecũ in primis/& cum aliis cõgruit. Rurſus additur alterũ: qa quandam/tum intra ſeipſum/tum ad alia differentiam habet: ꝑterea ſtatus. Quippe cũ aliquandiu ſuã quandam retineat unitatẽ: deniq; motus hoc ĩ loco exitũ q̃ndã ex potẽtia actũ/ſiue eſſendo/ſiue ĩ quomodolibet ĩtrinſecꝰ extrĩſecuſue agẽdo ſignificat. At ſuper hæc quinq; genera ponunt tria: terminus/ĩfinitudo/mixtio. Super tria: hæc ponitur ipſum unũ. Eſſentia quidẽ diuinũ ipſam unũ ſequitur. Idem uero ſtatuſq; terminum. Sed alterum atq; motus infinitudinẽ comitatur. Deniq; ſicut ipſa mundi quattuor elementa per ſummũ gradũ locauimus in cœleſtibus: per medium ſub luna: per infimũ uero ſub terra: ſic genera quinq; ſumma quadã rõne ponimus ĩ diuinis. Media in anima: infima uero ſub aĩa. In diuinis enim: & unitas multitudinem: & terminus infinitudinẽ ſuperat: & idẽ excedit alterũ: & ſtatus præualet motioni. In rebus aũt inferioribus aĩa cõtra fit: & quæ ibi ſuperabant/hic uiciſſim iam ſuperantur. In aĩa potiſſimũ ęqualis euadit ſingulorũ ad ſingula temperatio: ut nõ ĩmerito hanc præcipue/tum rerũ mediã/tum muſicis rationibus temperatã eſſe uelint. Congruũt aĩæ mathematica: utraq; enim inter diuina/& naturalia media iudicantur. Congruũt muſici numeri animę plurimũ. Mobiles enim ſunt: proptereaq; aĩam/quæ eſt principium motionis/rite ſignificãt. Non ſolũ uero per numeros/ſed etiã per figuras deſcribitur anima: ut per numeros quidẽ incorporea cogitetur: per figuras autem cognoſcatur ad corpora naturaliter declinare. Conuenit triangulus animæ. Quia ſicut triangulus ab uno angulo ĩ duos protẽditur/ſic aĩa ab indiuidua diuinaq; ſubſtãtia profluẽs/in naturam corporis labitur penitus diuiſibilẽ: ac ſi cũ diuinis conferatur/diuiſa uidetur. Quæ enim illa ꝑ unã & ſtabilẽ uirtutẽ agunt/atq; ſubito: hæc per plures mutabileſq; uires actioneſq; peragit: ac temporis interuallis. Sin aũt cõferatur cũ naturalibus/indiuiſa cenſetur. Nõ enim alibi habet partes alias loco diſiunctas/ut illa: ſed in q̃libet totius parte tota: neq; oĩa mobiliter tẽporeq; perſequitur/ſicut illa: ſed nõ nihil etiã ſubito cõſequitur: ęterneq; poſſidet. Licet in hoc ĩſuper aĩam cũ triangulo cõparare: quod triangulus prima figura eſt: earũq; pluribus cõſtantes lineis producũtur in rectum. Anima ſimiliter prima oĩum in plures diſtribuitur uires/quæ ĩ ipſa intelligentiæ ſubigũtur: ac produci uidetur in rectũ/dum a diuinitate labitur in naturã: in quo quidẽ deſcenſu ab intelligẽtia ſumma in tres profluit uires inferiores. i. in diſcurſum quendã rationalẽ/in ſenſum/in uegetandi uirtutem. Queadmodũ/& triangulus a ſigno productus ĩ tres deducitur angulos. Dico aũt animam ex oĩum genere primã/& ex pluribus quodãmodo uiribus cõmiſceri: & ĩ rectũ/ut ita dixerim/cadere. Mens enĩ angelica ſuper aĩam inferioribus intra ſe nullis indiget uiribus: ſed pura mens eſt/ totaq; mens atq; ſufficiens. Itẽ ad inferiora nõ uergit/ſed in diuinitatem ſolã/unde eſt/circuli more cõuertitur. Ideoq; eius actio circulo cõparat. Vna enim actio eſt/& ęqualis/ſicut ex una/& ęquali linea circulus: & mira quædã utriuſq; capacitas. Præterea circulus prima eſt/& ultima figurarũ. Prima quidem/qa una circũ cõtentus eſt linea. Vltima/qa figuræ ex pluribꝰ lineis cõſtitutæ/quo plures ſubeũt facies: eo ꝓpinquius paulatim ad circuli formã quaſi finẽ uident accedere. Similiter & intellectus oĩum primus ꝓcreatur a deo/& intellectualis uultus. i. abſolutus ordo rerũ ultimus omnium ĩ ſpe/

culo naturæ refulget. Ad quē naturales formæ quasi finē magis gradatim magisq; accedunt. Sed de intellectu alias. Nunc ad animā reuertamur.

¶Cur aīa rei compositæ comparatur. Cur cōsonantiæ musicæ. Cap. XXVIII.

TRia potissimum de aīa in præsentia quærimus. Primū/quāobrem Plato aīam fingit rei cōpositæ similem. Secūdum quā ob causam rei concordia quadam cōpositæ. Tertiū/cur cōsonantiæ musicæ. Principio aīa:& si indissolubiliter composita est/tñ tanta est multiplicitate composita/ut naturali quadā inclinatione ad ea uergat quæ sunt oīno composita. Iccirco compositis/quibus cū naturali quadam non dico consanguinitate/sed affinitate cōsentit/ quodāmodo similis figuratur. Deinde quia media rerū est/merito:& ex omnibus componitr/& concorditer cuncta deuincit:ideoq; cuidam/uel cōcordiæ/uel cōcorditer composito comparatr:præsertim quoniā que in natura inter se pugnant/aīa conciliat inuicē/conciliata cōnectit/cōnexa cōseruat. Itaq; nō iniuria concordia quedā substantialis/siue substantia maxime concors indissolubilisq; aīa iudicatr. At cum illa etiā quę cęteris sensibus apprehendūtur/sepissime cōcorditer composita sint:querebatur tertio cur Plato concordię potissimū musicę similem expresserit animam. Respōdetur ad hec:musicam consonantiā in elemento fieri oīum medio:perq; motū/& hūc qdē orbicularē ad aures puenire:ut nō mirum sit eā aīe cōuenire/tum medie rerū/tum motionis principio in circuitum reuolubili. Adde quod cōtentus potissimū inter illa q̄ sentiunt quasi animatus affectū sēsum cogitationē animæ/siue canentis/siue sonantis perfert in animos audientes. Ideoq; in primis cū aīo congruit. Præterea quæ ad uisum quidē spectant/& si pura quodāmodo sunt tñ absq; motionis efficacia/& p imaginē solam absq; rei natura sæpius apprehendunt:ideo parum admodum mouere animos solent. Quæ uero ad olfactū/gustū /tactum/quasi ualde materialia potius instrumenta sensuum titillant/q̄ animi intima penetrent. Concentus aūt per aeream naturā in motu positam mouet corpus per purificatum aerem/cōcitat spiritum aereum aīę corporisq; modū:per affectum/afficit sensum simul/& animum:per significationem/agit in mentē:deniq; per ipsum subtilis aeris motum/penetrat uehemēter:per cōtēperationē lambit suauiter:per conformē qualitatē mira quadā uoluptate perfundit:per naturam/tam spiritalē q̄ materialē/totū simul rapit/& sibi uendicat hominē. Et profecto siquis tanta musarū arte diligentiaq;/cōcentus offerret auditui/quāta naturæ artisue cura/uel sapores gustui/uel molia tactui offeruntur/pculdubio cognosceremus Apollinē multomagis animum rapere melodia q̄/uel Bacchus uino gustum/uel Venus pruritu tactū/soleat occupare. Accedit ad hęc quod ubi Plato mundi fabrū inducit loquētem/tum secum ipso raciocinādo/tum ad reliqua imperando:eloquium ipsum quasi Apollineū cantum apprime musicū:originē mundani tā animi q̄ corporis esse putat:& aīam inde natā musica similiter rōne citharā pulsare cœlestē. Et pfecto quod in cœlesti melodia est:tum ex tardiori motu ueIociori tonus acutus:idē sub cœlo est grauitas:& leuitas. Itē frigus:& calor. Rursus humor siccitasq; elemētorū. Idē in generatione reꝝ materia est:& forma. Idē ī humanis ingeniis/māsuetudo:& magnanimitas:temperantia atq; fortitudo:& quēadmodū ex graui acutaq; uoce: sic ex geminis cunctis quas narrauimus naturis ubiq; fit unum. Cum igitur cōsonātia musica quasi uiua sit:& rōnalis:& efficax. Itē utpote q̄ simillima :aīo q̄ gratissima. Rursus totū sibi hoīem uēdicet:& quod maius est:p ipsam factus sit aīus:facta sint oīa: per ipsam cōseruētur:per ipsam :& moueātur:haud ab re Plato noster aīam effectricem: seruatricē:motricē oīum naturalium musicis præcipue numeris rationibusq; descripsit :numeris inq̄ non mathematicis accidentibus:ut quidam callumniantur:sed idealibus numerorū methaphysicisq; rationibus constitutam.

¶Propositiōes & pportiōes ad musicā pythagoricā:& platonicā ptinentes. Cap. XXIX.

PHthongū.i.sonū melodiis aptū uocāt:quo & grauiorē & acutiorē facile qs edere possit:ut neq; tā pfundus remissusq; sit:ut silentio similis:neq; tam altus:& intētus:ut pstrepat. Grauem sonū motu remiso:& tardo:acutū itētiore:& uelociore creari putāt. Quēadmodū uero remissus admodū:& tardissimus motus:ad quietē quasi uidetur accidere:sic sonus grauissimus ad silentiū. Rursus sicut uehementissimus celerimusq; motus ad uiolentiā:sic ad offensionē sonit? acutissimus. Interualla uero sonorū appellāt certos excessus īter eos ī acumine grauitateq; mutuos Cōpositiones aūt cōgruētiū sonoꝝ ex oportunis pportionibus cōsonantiū cōiunctiones. Coaptationes quoq; fidiū in musicis instrumentis:siue in unico tetrachordo:qualē:& inuenit Mercurius: & Orpheus cōfirmauit:siue in duobus tetrachordis p chordas septē una coniunctis:qualia Terpāder dicitur effecisse:siue in geminis tetrachordis p chordas octo dispositis atq; disiunctis:quorum Lycaonē Samiū fuisse asserūt auctorē:siue ī tetrachordis quattuor coniunctis:atq; ex fidibus quindecim græcorū tandē oīum approbatiōe cōstantibus. In his oībus tetrachordis gradatim diatessaron resonat cōsonātia. Iam uero post sonorū:interuallorū cōpositionū mētionē ad pportiōes ex quibus fiūt cōsonātiæ: pcedamus. Proportionē ęqualitatis nominār:q̄ fit īter termīos oīno īter se pares:& ęquales:ut īter unū hoc atq; unū illud:& cubitū atq; cubitū. Inęqualitatis aūt:q̄ inter impares

pares/uel inęquales:ut inter unũ atq; duo:& cubitũ atq; bicubitũ. Et hæc qdem altera maioris inęqualitatis:ut dupla/altera uero minoris:ut subdupla. Præterea ꝓportionẽ inęqualitatis triplicem in præsentia considerare debemus. Primã quidẽ/quã multiplicẽ nominant/ut duplã/triplã/quattruplã/q̃ per maiorẽ numeꝝ nõ diuidit minorẽ:sed resũmit multiplicatq; totũ/siue bis/siue ter:atq; ita p modũ numeri ĩfinite multiplicabilis ĩfinite ꝓcedit. Secũdã uero/quã suppaticularẽ nuncupant: in qua maior numerus præter id quod minorẽ cõprehẽdit semel totũ:diuidit ipsum deinde:ptẽq; diuisam supponit toti:sed ptẽ quã uocamus aliquotã.i.ex qua aliquotiẽs replicata fit totũ. Hاꝝ prima est sexquialtera:ĩter binariũ:& ternariũ. Ternarius enim binariũ cõprehẽdens:addit insup unitatẽ:q̃ bis resũpta binariũ efficit. Secũda sexqtertia inter quattuor:atq; tria:atq; ita ĩ infinitũ p modum cõtinui diuisibilis infinite ꝓcedit. Tertia est sup partiẽs:q̃ toti supaddit ptẽ:q̃ aliquotiẽs accepta totũ ꝓprie creare nõ ualeat: qualis ẽ inter quinariũ:& ternariũ. Nã qnarius ultra ternariũ adiũgit binariũ:q & semel sumptus nõ ĩplet ternariũ:& bis acceptus:excedit. Proportio hæc qa totũ diuidit in ptẽ restitutioni totius ineptã/inepta uidetur ad cõsonãtiam:in qua oĩs diuisio ĩ totũ:& multiplicatio in unũ necessario restituitur. Secũda uero apta cẽsetur:qm̃ & si diuidit:tñ ab ipsa restitutionis facilitate nõ errat:& in ipsa termini eẽ inuicẽ cõmẽsurabiles iudicãtur. Differentia enim ĩter duo atq; tria est unitas:hæc uero cõis est utriusq; mẽsura. Accepta enim bis metit̃ binariũ:ter accepta/ternariũ. Sed ĩter quinariũ:& ternariũ differẽtia est binarius:hic aũt nõ põt aliquotiẽs accept⁹ uel ternariũ/uel quinariũ ullo pacto metiri. Proportio uero prima cõcentib⁹ accõmodatissima ẽ. Nõ enim diuidit:sed & multiplicãdo restituit:& restituendo multiplicat. Neq; quærit aliũde mẽsurã/ut suparticularis:sed minor terminus maiorẽ metit̃:in dupla bis/in tripla ter replicatus. Neq; ab integritate/neq; a simplicitate cadit. Supparticularis aũt ab integritate qdẽ labit̃:diuidit enim: sed seruat simplicitatem:p unam enĩ quãdã diuidit ptẽ. Suppatiẽs uero nõ modo amittit ĩtegritatẽ:sed etiã simplicitatẽ/ubi plures cõmiscet ptes/in unũ qddã restitutiõi totius ineptũ. Iccirco hæc a cõsonãtia dissonat:duæ uero supiores cõsonãt. Magis aũt multiplex maxime dupla. Nempe in hac nõ uidet̃ aliud ꝓprie aliud superare:sed supari quodlibet a seipso. Nã ĩ dupla binarius superat unũ uno. Quaternarius binariũ binario:similiterq; deinceps. Adde quod prima est inter primos numerorũ terminos/unitatẽ scilicet binariũq; progenita. Progenita inquã sola/absq; aliarũ cõmertio quasi libera/& ab oĩbus absoluta. Tripla uero/dum inter unum oritur atq; tria/sociã habet sexqualterã simul inter duo tria q; nascẽtẽ. Quadrupla quoq; uidetur sesquitertiæ cõmisceri. Nã cum primũ quadrupla nascitur quattuor inter/& unũ:oritur simul:& sesquitertia quattuor inter:& tria ĩtẽ dupla proxime oritur:ab ipsa ęqualitatis ꝓportiõe:ab hac tripla:& sexqualtera. Ĩtẽ a tripla quadrupla & sesquitertia nascitur:aliæq; similiter. Quod quidẽ/nisi prolixitatẽ uererer:pspicue demõstrarẽ. Ad duplũ igitur tanquã ad principiũ atq; finẽ oẽs aliæ redigunt̃:eamq;/uel diuidũt/uel multiplicant. Dupla enim prima:integra/simplex/absoluta/& ęqualissima est/ut non mirũ sit consonantiam ex hac ipsa nascẽtẽ esse oĩum perfectissimã:& appellari diapason:quia & ipsa per oĩa protẽdatur:& oẽs proportiones reducant̃ ad ipsam. Verũ anteq̃ consonantias ꝓsequar/ãmonendi sumus quẽ Græci logon nominant: nos rõnẽ proportionẽq; nominare:& quã illi analogiã/nos rõnis cõparationẽ siue similitudinẽ rationis. Et ꝓportionalitatẽ rursus:appellatione uere tam eleganti q̃ ꝓpria. Et ꝓportionẽ qdẽ inter duos fieri termines:& qñ rite fit cõducens:uidelicet ad melodias definiri mutuã duarũ quãtitatũ inter se cõmensurabiliũ habitudinẽ/ut dupla inter unũ atq; duo:& sesqualtera ĩter duo atq; tria:similesq; deinceps. Proportionalitatẽ uero definiri mutuã duarũ ꝓportionũ cõparationẽ. Ceu qñ dicimus. Quẽadmodũ se habent duo ad quattuor:ita quattuor se habent ad octo:p rõnẽ uidelicet utrobiq; duplã. Quæ quidẽ cõparatio:qa inter tres fit terminos:cõtinua nominat̃. Discreta uero est:quotiẽs ĩter plures efficit̃:ceu qñ ita cõferimus. Sicut duo ad qttuor:ita octo ad sexdecim sese habet. Ĩtẽ cõparationẽ eiusmodi esse triplicẽ:scilicet: arithmeticam geometricã:& harmonicã. Arithmeticã ĩ numeri paritate cõsistere. Sic ĩter tria:& septem medius est quinarius:numero eodẽ:scilicet binario:alterũ terminũ superans:ab altero superatus: p ꝓportionẽ utriq; bipartiẽtẽ. Geometricã uero ĩ rõnis ęqualitate sitam eẽ:ĩ qua sunt multiplex atq; supparticularis. Qñ uel ita cõparam⁹:sicut se habẽt tria ad nouẽ:ita nouẽ ad septẽ atq; uiginti:nã utrobiq; tripla. Ĩtẽ quod est nouenarius iuxta senariũ:idẽ est senarius iuxta quaternariũ. Nã & hic: & ibi est ꝓportio sexquialtera. Deniq; ꝓportionẽ harmonicã ĩ qua dã similitudine collocant:p quã trib⁹ terminis ĩ ordinẽ positis sicut maximus terminus aspicit minimũ:similiter differentia inter terminos maior minorẽ respicit differẽtiã. Si enim ponas:tria:quattuor:sex:differẽtia ĩter sex:& quattuor est binarius:differẽtia ĩter quattuor:& tria:unitas:sicut aũt inter sex:& tria dupla rõ est:ita inter duo:& unũ est rõ dupla. Viget hic altera quoq; similitudo:scilicet:portionũ. Simili nãq; extremoꝝ portione medius terminus excedit:atq; excedit̃. Quaternarius.n.superat̃ a senario p tertiã senarii partẽ:superat quoq; ternariũ tertia ternarii parte. In hac utiq; artificiũ uersat̃ harmonicum:quod ꝓportiones qdẽ suppartientes quasi disgregatas dissonasq; deuitat. Multiplices aũt:& supparticu

lares admittit/cōponens duplas ex sesqualtera atq; sesquitertia:per harmonicā qualē diximus rōnem concordi uarietate gaudentē. Amat uero quēadmodū dicebamus cōparationes multiplices necnō superparticulares ea insuper rōne/quod in his tāta est ad idē restituendū pcliuitas:ut quando plures rōnis eiusdē inuicem cōponunť/medium in se ductū tantumdem multiplicet/quātum/extrema si inuicē perducantur. Pone/duo/quattuor/octo:sicut aūt bis octo/sic & quater quattuor/sexdecim procreant. Itē pone/quattuor/sex/nouē:sicut ergo quater nouem/sic etiā sexies sex multiplicant sex atq; triginta. Similiter si duo inter extrema/media iterieceris:puta inter duo atq; sexdecim posueris/quattuor atq; octo. Oēs enim hi deinceps numeri dupla proximū rōne cōspiciūt. Si ergo duo in sexdecim ducas/tantūdem reportabis/ac si quattuor in octo perduxeris. Idem contingit in cæteris tam superparticularibus q̄ multiplicibus. In superpartientibus aūt nō fit idē. Dispōe tria/quinq;/septē. Sicut a septennario ad quinarium est habitudo supbipartiens: sic a quinario ad ternariū. Vtrobiq; enim duę quædā ptes toti insup apponunť si ducas ternariū in septennarium/non eundem numerum procreabis/ac si quinarium in seipsum. Primo itaq; gradu sunt multiplices/quoniam præter id quod modo dicebamus:per eas numeri oēs respiciūt etiā unitatem /dum aspiciunt numeros. Secundo gradu super particulares:quia & si unitatē ipsam non spectant/semp tñ unam quandā spectant partem ad integrū unū accōmodatam. Tertio superpartiētes:quia horum neutrū uidentur aspicere. Quāobrem hanc odit habitudinē facultas harmonica:tanq̄ cōcordiæ reluctantem. Optat enī/uel ex ipsa ęqualitatis ꝓportione uniuocū unisonūq; conficere : uel ex rationali.i.multiplici:& superparticulari inęqualitatis proportione ęquiuocum ęquisonumq; conflare. Talem uero ęquisonum conflat ex dupla/qualis unisono fit q̄ ꝓximus: quia ī dupla: & minor terminus maiorē metitur:metiendoq; adęquat:& maior ubi minorē superat:non alio numero q̄ ipsomet minore:ut ita dixerim /exsuperare uidetur.

¶Quod in musicis cōsonātiis unū ex multis efficiť:p qđ cōsonantia definiť. Cap. XXX.

Q Vemadmodū medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam rōne cōmiscent:p quam in unā nouamq; formā plures atq; diuersæ materiæ coeant:& ultra uim elementalē/ uirtutē quoq; cœlestē mirifice nanciscanť:quod in Mithridatis cōfectiōe:& Andromachi theriaca est manifestū:similiter artificiosissimi musici grauissimas uoces quasi materias frigidas: uoces item acutissimas quasi calidas:rursus mediocriter graues/ut humidas mediocriter: & acutas/ut siccas tanta rōne cōtemperant:ut una quædā forma fiat ex pluribus: quæ ultra uocalē uirtutem consequať insup:& cœlestē. Quod quidem ex eo quod Democritus Theophrastusq; aiunt:& Pythagoras effectu probauit:euidenter apparet. Nā certis concentibus morbi quidā tam corporis q̄ animi mirabiliter curati dicūtur:ut nō mirum sit ueteres sapientes in idem.i.apollineum numerum tam medicinæ q̄ musicæ originē retulisse. Vtraq; enim medicina est. Sed altera quidem ex corpore aīam: altera uero ex anima curat corpus. Accōmodatissime etiam Apollini melodię fontē uaticinium tribuerūt. Sola enim melodia ab oībus quotcunq; distrahunt aīum retrahens cōtrahit in seipsum:in auditū quendam/ut ita loquať/interiorē/quo nō uoces solū:sed & rōnes uocū percipiuntur:sedatisq; perturbationibus cœlesti contēperat harmoniæ:diuinaq; cœlitus effundit oracula. Sed ne qs forsan neget ex acuta grauiq; uoce tertiā fieri cōmunemq; uocalem formā:cogitandum est graues uoces acutis pfectius cōmisceri posse q̄ succis succi pmisceri dicantur. Primo quia uocales materiæ ob subtilitatem suā cōtinuūq; motum uniformemq; in cunctis corporis aerei qlitatem facilius consumatiusq; q̄ succi:& crassi:& ad motū ineptiores:& qualitatibꝰ admodū discrepantes conflantur in unū:quod si in unū:ergo & ad unā nouamq; formā aptius parantur concipiendam. Deinde qm̄ instrumētum uocis naturale:intrinsecū:uirtuti uitali:animali:rōnali q̄ ꝓximū atq; obedientissimū facilius pfectiusq; arti obtemperat musicæ:ad unū ipsum quo spectat:cōficiēdum q̄ extrinseca medicis instrumēta:atq; etiam si pulsetur cithara digitis:fidelius obsequenť musici uoto fides q̄ medicis herbæ. Ac si in herbarū congestam molem ultra industriam: & operam medicorū agit deinde natura:& tpe quidē certo:multomagis in uocalē materiā tractabilē admodum:& formabilem agit natura subito:natura inquā ubiq; uiuens uiribusq; munita cœlestibus in materiā cœlo similiorē:& quasi uiuā:cui quidē repēte nouā/uiuā/mirificā/adhibet formā: p quam occulta uirtute uires suas ī corpus experiať:& aīum. Proinde quēadmodū ī corpore ex elementis quattuor naturaliter cōstituto/qualitates elemētorū quattuor/unā:& ut qdā nominant:quintā cōficiunt/cōplexionē uidelicet subiectā uirtuti speciali occultis modis cœlitus ꝓuēturæ/sic & uoces plures rite cōmixtæ unū quēdā inuicē resonāt reboatū uirtutis noue atq; mirabilis fundamentū. Nā si e sonante cithara ī citharā similiter tēperatā/resonat repēte nō nihil:& ex chorda uibrata / statī in chordā ęque tentā trāsit uibratio similis:cui nā dubiū sit ex pluribus uocibus una quadā rōne cōflatis unā subito nasci q̄si formā cōem cūctis:p quā plura sint unū/ideoq;/ut unū pcipianť a sensu:& in unū quēdā cōgrediant effectū. Cōstat idē ex uoluptate sensus:ī quo cū una forma fit ex multis:oblectatio plena ꝓuēit ex una simiľr forma q̄ cōgrue cōficiať ex multis. Hic fit /ut audire diutiꝰ unisonū

tedeat

tedeat:ĩ quo sine ulla ĩęqualitate sentiat̃ ęq̃litas. Fit ĩsup/ut disson⁹ offẽdat sonus ĩ quo ĩ unũ differẽtia nõ cõspirãt:ideoq̧ multa pspicue discernunt̃ a sensu:& ab ipo q̃si gustant̃/ut multa. Gustant̃ inq̃ qa sic ferme ad uocẽ/ut gust⁹ ad sapoꝝ afficit̃ mixtionẽ. Hic ꝓpheticum illud. Dulciora melle ori meo eloq̃a tua dñe. Deniq̧ siue graues soni acutos absorbeãt/siue acuti graues occupẽt:nõ ꝓuenit delectatio:& tñ unio q̃dã ubiq̧ reqrit̃. Cũ uero unio:uel ex absorbẽte/uel ex occupãte nõ placeat/reliquũ ẽ/ut sola placeat/q̃ noua:& efficax ex moderata q̃dã cõflatiõe resultat. Hic igit̃ cõsonãtia definit̃. Soni grauis:& acuti mixtura uniformiter ad aures suauiterq̧ accedẽs. Est aũt mixtura hęc ei similis/q̃ ĩ saporib⁹ gustui satisfacit:ĩ qbus sapor dulcis nimiũ atq̧ pĩguis uoci remissiori admodum grauioriq̧ similis iudicat̃. Sapor aũt acutissim⁹ acutissimæ. Sed dulcis sapor acrimonię mistus:uocẽ refert moderate grauẽ. Mistus uero salsedini/uel acumini mediocriter acutã rep̄sentare uidet̃. Ac tũ demũ pmistio multiplex ĩplet sensũ cũ nõ discernit̃/ut multiformis:sed seipsã ĩsinuat uniformẽ. Tradũt physici sonũ ĩ orbicularẽ figurã multis gradatĩ ãplificatã circulis ad aures ꝓuenire/nõ aliter q̃ q ĩ stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multiplicant̃ ad litus. Cõcẽtũ uero ex grauibus acutisq̧ cõflatũ/uelut unã formã:& hãc rotũdã q̃dã:sed oualẽ illabi auribus arbitramur. In q̃ qdẽ octaua uox quasi p acutiorẽ uerticẽ/uocis primę latitudinẽ sibi cõtinuãs:ex seipsa atq̧ prima unã iã conflat uocẽ:atq̧ sicut oculus oualẽ rotũditatẽ tãq̃ unã uidet figurã/quãuis hic latã magis/inde minus/sic auditus uocẽ ex graui octauaq̧ resultãtẽ haurit/tanq̃ unã ab ãplo quodã pfundo q̃si ĩ acutã sublimitatẽ oui istar gradatĩ sese ac suauiter attollẽtẽ. Hic fieri arbitramur/ut & natura eiusmodi q̃si figurã audiendi instrumẽto tribuerit:similemq̧ ĩstrumento loquẽdi:& ars prꝫterea similẽ quoad fieri potuit musicis instrumẽtis. Ea certe cõsonantiora sunt/quę ouali figurę propinquiora.

Quæ consonãtiæ ex quibus ꝓportionibus oriantur. Cap. XXXI.


PYthagorã ferũt/cũ apud Ærarios fabros annotauisset:ex malleorũ ictibus cõsonantiã lege põderũ ꝓuenire:collegisse numeros/qbus sibi cõsentiẽs diuersitas põdeꝝ cõtinebat̃:deinde tetendisse neruos tã uariis põderibus alligatis/q̃ uaria ĩ malleis fuisse didicerat: atq̧ hic manifeste cõsiderauisse:ex neruo/q sup aliũ sesq̃octaua rõe p̃tendebat̃ aduersus aliũ discerni tonũ.i. plenũ integrũq̧ sonũ:q̃lis erat nouẽ ad octo ꝓportio. Neq̧ potuisse tonũ in duo hemitonia ĩter se ęqualia distribuere/qñ neq̧ nouenarius ĩ partes duas secaret̃ ęquales. Sed ĩuenisse hemitoniũ alterũ qdẽ eẽ paulo maius dimidio:alteꝝ uero paulo dimidio minus quod ille diesim Plato limma uocauit. Quãtũ uero deficiat hemitoniũ minus ab ĩtegro tono:& a uero hemitonio plato ĩ interuallo horũ indicat numerorũ.s.inter ducẽta quadragĩta tria:atq̧ ducẽta qnquaginta sex. Cũ enĩ octaua ps minoris illi⁹ numeri sit trigĩta:& ꝓpe semis:hic uero maior numerus/sup minorẽ illũ addat dũtaxat tresdecim:neq̧ tonũ reddit neq̧ ĩtegrũ hemitoniũ. Aĩaduertit deĩde Pythagoras ĩtegrã plenãq̧ toni/ut ita dixerĩ latitudinẽ:duobus sonis:& uno ĩteruallo cõstare: atq̧ ita prima consonãtiæ adeptus ẽ elemẽta. Quaꝝ prima diapason extitit ex p̃ria uidelicet ꝓportõe.i.dupla resultãs:ubi.s. chorda hæc sup illã ex duplo põdere/duplo magis tẽta/dũ pulsarent̃ ambę/duplo uehemẽtius citi/usq̧ ĩ suã sese recipiẽs rectitudinẽ uocẽ lõge acutiorẽ uicissim lõge grauiori reddebat:adeo tñ amicẽ/ut q̃si unicus appereret son⁹ seipso hic angustior/inde amplior. Sonũ hũc ubi occurebat acutiori modulãdo metitus ẽ ĩ octauo altitudinis gradu a graui cõnumerato uidelicet graui/esse locatũ. Itẽ octo qdẽ sonis:& ĩteruallis septẽ/tonis ãt sex ferme cõstare. Prꝫterea ubi ĩter fides rõ ĩtentionis remissiõisq̧ sesq̃tertia erat/ĩuenit cõsonãtiã diatessaron:tonos qdẽ duos:& hemitoniũ min⁹:sonos ãt q̃ttuor:& ĩterualla tria cõprehẽdẽtẽ. In sesqualtera uero repperit diapẽte:& ĩ hac tonos tres:& hẽmitoniũ minus/sonos uero qnq̧:& q̃ttuor ĩterualla pcepit. Aĩaduertit deĩde diapason: ex diatessaron:& diapẽte cõponi:qa rõ dupla q̃ gignit diapason/ubi habet mediũ/ex sesq̃tertia:& sesqualtera/ex qbus ille fiũt/cõstituat̃. Prima enĩ dupla mediũ habẽs duoꝝ ẽ ad q̃ttuor: cõposita ex sesqualtera ĩter tria atq̧ duo:& ex sesq̃tertia/ĩter quattuor atq̧ tria. Sed ĩ habitudine tripla diapason diapente cõsiderauit:habẽtem sonos qdẽ duodecĩ:sed undecim ĩterualla. Nã diapason qdẽ ĩ dupla/diapẽte uero ĩ sesqualtera sedẽ habet. At sesqualtera duplæ cõtinuata efficit triplã. Sex enĩ aduersus tria dupla ẽ. Adde nouẽ/uñ ad sex nascit̃ sesqualtera/statĩ triplã a nouẽ habebis ad tria: neq̧ tñ fit tripla/si duplæ adieceris sesq̃tertiã:utpote si illi senario adiunxeris octonariũ:deest enim sesq̃octaua.i.nouem ad octo. Et qm̃ sesq̃tertia duplæ addita:fit suppartiẽs:ut octo ad tria:est enĩ hic habitudo dupla supbipartiẽs p bisesq̃tertiã:ideo Pythagoras ꝓhibuit ultra duplã.i.diapason repẽte cõtinuarę p sesq̃tertiã diatessaron:quãuis Ptolæmeus alicubi subiunctionẽ hãc admittat:cõmode uero adiungit̃ sesq̃tertia triplæ hic enĩ fit ꝓportio quatrupla:& p quatruplã cõsonãtiã disdiapason habens sonos qndecĩ:& quattuordecĩ ĩterualla:puta si posita tripla ĩter nouẽ atq̧ tria/subiũxeris duodenariũ/q ẽ aduersus nouenariũ sesq̃terti⁹/acqres subito quadruplã ex duodecĩ ad tria nascẽtẽ. Vltra uero q̃druplã pgredi uetat gr̃a melodię:nõ solũ qa ex uehemẽtiori motu fractiõeq̧ ĩ sensum ꝓuenit uiolẽtia:sed etiã qa cũ primũ ultra primã q̃druplã qnculpa nascit̃ ĩter qnq̧ atq̧ q̃ttuor:orit̃ simul supbipartiẽs ĩter qnq̧ atq̧ tria/q̃ dissonãtiã ĩtermiscet. Sed ut circa quatruplã redeamus:uetat etiã ul

randi torporis gratia infra sesquitertiã sæpe descẽdere. Vetat sesquitertias sæpe duas continuare/ tum qa alioqn displicent/tum qa non implent duplam atq; diapason. Si disponas nouẽ/duodecim sexdecim/sesquitertias quidẽ duas habes: duplã uero nequaq̃: deest enim sesquioctaua. s. decem/& octo ad sexdecim: ut dupla a decẽ/& octo nascaẽ ad nouẽ. Neq; libẽter geminas cõtinuat sesqualteras: hę nãq; cõtinuę duplã superant sesquioctaua. Quodqdẽ/si quattuor/sex/nouẽ descripseris/ deprehẽdere poteris. Hic enim duæ sunt ꝓximæ sesqualteræ a quattuor usq; ad nouẽ. Nouenarius ãt octonariũ/q duplus est ad quattuor sesquioctaua superat portiõe. Ex hoc appet potentiã sesqualteræ uero duplæ dimidio esse maiorẽ: ex quo etiã patet potẽtiam sesquitertiæ tantũdem dimidio esse minorẽ: qñquidẽ ex ambabus dupla creatur. Superaẽ qdẽ sesquitertia a sesqualtera per octauã unicam portionẽ. Ab octo enim ad sex habes sesquitertiã: sed a nouẽ ad sex habes sesqualterã. At uero ad nouem ad octo sesquioctauam: & hac ipsa sesquioctaua partẽ cõprehendis sesquitertiã sesqualtera superari. Meminisse uero oportet diatessaron. i. comparationẽ sonorũ quattuor ad quartã altitudinem ascendentiũ per se qdẽ auditã nõ approbari: recipi tñ ex eo libẽter/qa facile tono addito fit diapente gratissima uocis quintæ cõcordia. Item qa si cum diapente cõnectitur/diapason conficit oĩum perfectissimã. Neq; uero turbare quẽquã debet: quod cũ dixerimus diatessaron quidẽ quattuor: diapẽte uero qnq; sonos habere: tñ diapason ex utrisq; compositã sonos nõ plures dicam⁹ habere q̃ octo. Nam ubi de cõpositis agimus cõsonantiis: ita in quatricordis inuicẽ cõiugatis fides ipsas disponimus/sonosq; cõtinuamus: ut ultimus primæ cõsonantiæ sonus/sit primus secundæ in ipsa compositiõe sequentis. Hinc ergo res admonet: ut ad septichordũ Terpandri regrediamur: in quo quarta chorda bis pulsatur/ut quodãmodo euadat octachordiũ. Quã qdẽ cõiugationẽ ꝑpterea secutus/ut arbitror/est Terpander: qa multiplicatio uocũ manifeste inter se discrepantiũ ad sonũ usq; septimũ augeẽ. Octau⁹ aũt iam mira quadã similitudine redit ad primũ/queãdmodũ: & rõ dupla per quã creatur/restituit minorẽ quẽ superat numerũ: dum eundẽ excedit eodẽ. Nonus reuertitur ad secũdum: & dissonat: ut secũdus. Decimus ad tertiũ: & consonat sicut tertius. Vndecimus ad quartũ. Duodecimus ad quintũ. Ad sextũ tertiusdecimus. Sed quartusdecimus redit ad septimum. Deniq; quintusdecimus ad octauũ & cũ octauo simul ad primũ. Primũ uero grauissimumq; sonum hypaten nominãt. Sequentẽ/parhypaten. Tertiũ lycanon. Quartũ mesen. Quintũ paramesen. Quintum triten. Sextũ paraneten. Septimũ uero/neten. Præterea si ĩ qualitate motuq; diuturno comparatio fiat: hypaten cum Saturno sequentesq; sequẽtibus planetis ordine cõferemus. Sinautem in motu diurno eiusq; celeritate/uel tarditate/uicissim hypaten cũ luna: sequentesq; deinceps cũ planetis superioribus comparabimus. Inueniemusq; graues in cœlo sonos mistos acutis eosdemq; orbes altero quidẽ motu acutũ tonũ edere altero uero grauẽ. Itẽ ingẽtibus globis ĩgentes: ex diuinis diuinos: ex multiplicib⁹ reuolutiõib⁹ pari rõe multiplices. Et queãdmodũ ultra septimum sonũ reuolutio fit in idẽ: sic super planetarũ septẽ distinctos orbes: oĩa reuolui in unũ orbẽ: in seipso cuiusmodi septẽnariũ mirabiliter complectentẽ. Sed de his alias. Redeamus ad cõsonãtias easq; iam fine quodam ꝓprio cõcludamus. Hę quidẽ tres apud ueteres numerantur. Prima diatonica: in qua quodlibet quadrichordũ per hemitoniũ minus procedit: & tonũ atq; tonũ: quam tum sapientes alii/tum Plato uel maxime ante alias comprobant: tanq̃ maxime oĩum naturalem quãdo quidẽ ab hemitonio minore quasi molli materia ritu naturæ procedit ad ualidiorem toni materiã formamq; habet simplicẽ: & mansuetam simul atq; robustam. Adde quod potissimũ cõuenit quadrichordo: in quo diatessaron ex geminis tonis: & hemitonio procreatur. Secũda cõsonantia/cromatica nuncupatur: quæ ꝑ hemitoniũ minus atq; hemitoniũ maius: & triemitoniũ: discurrere cõsueuit: sed hanc utpote molliorẽ philosophi reprobant. Tertia nominatur harmonica/progrediẽs per quartã ferme toni partem/rursusq; per quartã similẽ atq; ditonum. Hãc quoq; nõ ꝓbant ob ꝑceptionis: & usus superstitiosam difficultatẽ. Multa uero quæ in præsentia ad eadẽ spectantia prætermittimus: in octauo epistolarũ nostrarũ libro diligentius pertractamus.

De harmonica animæ compositione. Cap. XXXII.

Deus aĩam mundi procreaturus/eam ex indiuidua atq; diuidua cõflauit essentia. Prima hæc apud Platonẽ diuisio in essentiam. s. & indiuisibilẽ ꝓprietatem atq; diuisibilẽ est cõmunissima. Nã quod indiuiduũ dicit/continet in se quod neq; secundũ locũ secatur in partẽ extra partem. Neq; secundũ tps a priori diffluit in posterius. Per primum quidẽ appellaẽ idẽ: per secundum status: & stabile. Similiter quod diuiduũ nuncupaẽ: in seipso cõplectitur: & quod loco diffunditur/& quod tempore labitur. Per primũ quidẽ appellatur alterũ: per secundũ motus: & mobile: motus inq̃ in naturalibus. Quapropter sub illa diuisione quæ dicebat aĩam ex essentia indiuidua/& diuidua glomerari. Quinq; rerũ genera quodãmodo cõtinentur essentia/idẽ/alterũ/status/ motus. Plato uero breuitatis gratia nõ replicat quinq; sed tria. Repetit enim essentiã/idẽ/alterũ: quasi sufficiant. Nã ad idẽ quidẽ sequitur status: ad alterũ uero motus. Atq; uicissim ad statum sequitur idẽ: ad motum similiter alterũ. Inquit autẽ deũ ex essentia: & eodem: & altero unã conflauisse naturam

tam exacta cõmiſtione/ut in eſſentia eius ubiq; idem ineſſet:& alterum:atq; uiciſſim in ipſo eius eodem ineſſet:& alterum:& eſſentia:rurſus in ipſo eius altero:& eſſentia lateret:& idem. Nam eſſentia per idem habet:ut & ſecum ipſa aliiſq; congruat:per alterũ:& quodãmodo in ſe diſtinguitur:& multomagis a cęteris. Idẽ uero:& alterũ ambo/ut exiſtant ab eſſentia ſortiuntur. Sed idem a ſeipſo conuenientiã poſſidet:ab altero differentiã. Ipſum uero alterum a ſe quidem differentiam: ſed ab eodem cõgruitatem ſimul:& ordinẽ. Horum uero congeriem generũ. Plato conducere putat aïæ ad res oẽs/tum iudicandas/tum etiã peragendas. Nempe/qm̃ ex eſſentia conſtat/qd ſit unũquodq; definit:qa ex eodẽ/cognoſcit qd ſimplex:& ſi cõpoſitum qua unione cõiunctũ:& quomodo ſecum ipſo aliiſq; cõſentiat:qa ex altero:qd ſi diuerſitatis in quolibet:& qua cõditiõe/ uel in ſe digerat/uel ſecernat a cęteris:qm̃ ex ſtatu quale:& quo pacto:quod uis in ſeipſo permaneat:qa ex motu cõſtat: agnoſcit a quali res quęq;:& quali rõne dependeat. Itẽ qualia & quomodo faciat. Præterea p eſſentiam/dat eſſe rebus:p idem res ſibi cõiungit:& aliis per alterũ uero ſeiungit:per ſtatum ĩ natura ꝓpria cõfirmat:& ordine:per motũ mouet:& efficit/ut moueatur:& agant. Quamobrẽ nõ ĩmerito Plato in aïa fabricanda:rerum oĩum genera certa quadam rõne cõmiſcet. Miſta uero hæc ĩuicem ait harmonica rõne/nõ arithmetica:alioquin iniuſta foret alicubi diſtributio:neq; geometrica tantum proportione:alioquin tanta foret ęqualitas in miſtura/ut cum extrema corpoꝝ diuerſitate ꝓxime conſpirare non poſſet. At harmonica rõ uariorum ſimilitudine conſtans/& diſſimilia facit ſimilia:& inęqualia cõmuni quadã ęqualitate cõnectit. Eiuſmodi aũt eſt aïæ/tum ad ſeipſam/tum ad corpora qualitas:& officiũ. Siue enim agat ſecũ ipſa/tã intelligentiæ/ut ita loquar/ identitati quãdã miſcet alteritatem/q̃ rõnis alteritati quandam identitatem. Similiter in imaginatione facit:& ſenſu. Siue agat in corpus/in ordine quodam ſtabili quaſi identitate ꝓducit motionis alteritatẽ. Qđ apparet in cœlo. Itẽ ſub cœlo in ipſa generationis alteritate ꝑ continuatũ ordinẽ ſeruat identitatẽ: & utrobiq; cõſeruat eſſentiam:atq; reſtituit. Quamobrẽ deus aïam mundi cõponẽs utitur harmonica rõne/tum in rerũ generibus inuicem cõmiſcendis / tum inportionibus ipſis/quas ab eis accipiebat ad aïam cõponendã:tum in aïæ uiribus ortum eius e ueſtigio comitantibus:tum in mundi ſpęris aïæ congruentibus. Talẽ uero miſturã aïæ cõuenire. Plato nõ ſolum rõnibus ꝑſcrutatus eſt: ſed etiã coniecturis acceptis a mundo diligenter auſpicatus. Cum enĩ mũdi corpus:& ſub aïa poſitum/& eius gratia factũ/& ab ea rectum/motum reformatum cõtemplaretur/naturæ conſentaneũ iudicauit:ut a figura mundi uelut imagine/formã quandã eius aïæ tãq̃ exẽplar cõiectaremus. Quibus itaq; ꝓportionibus ſpæras mũdi cõpoſitas/diſpoſitas/agitatas/ſuſpiciebat/eiſdem ferme.i.harmonicis rõnibus eius aïam auguratus eſt eſſe contemperatã:ut quemadmodũ apud muſicos a cõcentu artificioſe mentis profluit/& cõcentus in uocẽ/ſic ab harmonia cœleſtis aïæ in mundũ tranſeat harmonia. Sed Platonẽ ipſum iam audiamus. Vnam principio accepit portionẽ uniuerſo. Secundum uero primę partis duplã. Deinde tertiã:que ſecundæ quidẽ:ſeſquialtera eſſet:primæ uero tripla. Poſtea quartam/ſecundæ duplã. Quintam deinceps/tertie triplã. Sextã primæ octuplã. Poſtremo ſeptimã/q̃ partibus ſex:& uigiti primã excederet. Hęc ille. Cõſtituamus ergo triangulũ: in cuius apice locata ſit unitas:aqua terni utrinq; numeri ꝓfluãt:hic pares ĩde ſimiliter ĩpares:hac uidelicet rõne:ut a parte altera poſt unitatẽ primũ duo/deĩde quattuor:demũ octo. Altera ex parte ſub unitate ſimiliter primũ tria/deinde nouẽ:poſtremo ſeptẽ atq; uigiti. Prima itaq; portio q̃ accipit de⁹ ex ipſo geneꝝ/ut ita loq̃r/fermẽto ad aïam effingẽdã/ẽ unitas. Secũda binari⁹/prię dupl⁹.



Tertia uero ternarius:cuius rõ tripla eſt primæ:hoc eſt unitatis: ſeſqualtera uero ſecũdæ.i.binarii. Quarta portio quaternarius duplus ſecundæ/hoc eſt binarii. Quita nouenarius :cuius tripla ratio tertiæ.i.ternarii. Sexta octonarius:cui⁹ octupla ad primã.i.unitatẽ ꝓportio. Septima uiginti ſeptẽ/rõ quidẽ ad nouenariũ tripla:unitatẽ uero excedẽs partibus ſex atq; uiginti. In his utiq; numeris rões oẽs ɔphẽdit harmõicas. Nã ĩ ſeſqoctaua ĩter nouẽ & octo ꝓportiõe/ꝓgenuit tonũ muſis nouẽ obtẽperãtẽ. In ſeſq̃lterа ĩter tria:& duo diapẽte ꝑſam uocis qntę ueneream. In ſeſqtertia ĩter q̃ttuor atq; tria diateſſarõ mercurialẽ uocis q̃rtæ naturã /ſeſe cõſonãtiis accõmodãtẽ. In dupla ĩter duo:& unũ. Itẽ ĩter q̃ttuor/& duo/rurſus inter octo:& q̃ttuor diapaſon.i.uniuerſam:& abſolutã octauę uocis peperit melodiã Apollini dedicatã. In tripla inter tria:& unum. Item nouẽ inter:& tria:rurſus uigentiſeptẽ atq; nouem/diapaſon diapente.i.octauæ ſimul:& quintæ Iouialẽ compoſuit ſymphoniã. In quadrupla inter quattuor:& unũ:& octo atq; duo ſymphoniã contexuit diſdiapaſon:iterũ per ſonos quindecim Apollini concinentem. Venuſtatem uero/tum uocis tertiæ principiis inſeruit diateſſeron:tum uocis ſextæ/finibus ſubnexuit diapente:ut delicatiori uocis utriuſq; mollitie/hic quidem ſecũdæ uocis/inde uero ſeptimæ aſperitas

lenirctur. Ita enim tertia uox:& sexta sunt mollitie similes/sicut secúda cadens a prima/ item septia degenerans ab octaua sunt asperitate persimiles. Principio ubi deum ait accepisse portiones septẽ mysterium tetigit/tum in musica/tum etiá in natura. In musica qdẽ/ qm̃ ad septimũ usq; gradũ oĩs uocũ progreditur discrepátia:post quẽ fit ad eadẽ reuolutio:in natura uero/tum qa multa p septẽnariũ in naturalibus transigunt. Quadere cæteri platonici satis multa dixerũt:tum qa septẽnarius unitatẽ habet/ut copulam geminæ trinitatis:atq; ex his geminis:& seipsa rursus explicat trinitatẽ. Eiusmodi uero est uniuersi similitudo. Quodquidẽ ĩ tria principio distribuit:unde Plato hic ternarium cõmendauit. Distribuit inq̃ in ęthernã:& temporalia horumq; media. Æthérna sub trinitatis ꝓprietate possident/in essentia qdẽ simplicitatẽ. In uirtute uero stabilitatẽ. In actiõe reflexionẽ. Temporalia uicissim in trina dimensione cõpositionem habẽt essentiæ. Item uirtutis mobilitatem. Actionis deniq; trãsitum. Inter has uero trinitates ęthernorũ atq; tẽporaliũ aĩa mediũ obtinẽs gradum efficit septimũ. Efficit quoq; nonũ:hic etiam a Platone laudatũ. Nonum inq̃/qm̃ ipsa tres habet uultus. Nã & ad seipsam:& ad superiora inferioraq; conuertit. Iuuat hic anteq̃ reuertar ad septẽnarium/parum ꝑ adhuc ternariũ una cũ nouenario cõmendare. Trinitas numerorũ prima/principium:& mediũ/finẽq; rerũ cõtinere uidet:atq; sola inter numeros rõne quadá indiuidua cõtinere. Siquidem singula hæc singulis significat unitatibus. Præterea siue causas rerũ ꝑcurrere libeat/triplicẽ in causis inuenies proprietatẽ. Sunt enim causæ in seipsis. Efficiunt effectus:& factos reducendo ꝑficiunt:siue ad effectus descẽdas cõsiderandos/deprehẽdens similiter trinitatẽ. Nã & effectus sunt in causis:ꝓcedunt ab illis:cõuertuntur ad illas. Siue ad aĩam te cõtuleris/q̃ sublimes causas cum infimis cõnectit effectibus/aspicies eam in seipsa manentẽ:& declinantẽ ad effectus:& ad causas ascendẽtem. Atq hæc aĩa triplici septẽnario regit mũdũ. Primo quidẽ occultis quibusdam septẽ uiribus planetarũ in firmamento ꝑ causas dominantiũ. Secũdo septem planetarũ formis/in globis septẽ firmamento subiectis. Tertio septẽ muneribus planetarũ/generationem sub luna regentibus. Quippe cũ sub luna/in igne uiuificum qdẽ lumẽ Soli calor aũt urens Marti subiciatur. In terra supficies uaria Mercurio. Moles aũt tota Saturno. At in mediis regnat humor:& aereus qdẽ obtemperat Ioui. Aqueus uero Lunæ. Mistus deniq; Veneri. Itẽ agentes causę sequit Solẽ: Materię Lunã. Fœcũditas cãtum agẽtium Iouẽ. Materiarũ fœcunditas Venerẽ. Expeditio ad effectũ uelox Martẽ atq; Mercuriũ. Illũ quidẽ pp uehementiã:hunc aũt ob ipsam dexteritatẽ multiformẽq; uirtutem. Cunctorũ uero cõnuatio pmanens Saturno potissimũ dedicat. Cæterũ hic p tres septenarios ordo ꝓgreditur a septẽnariis:q secũdum tres aĩæ mũdanæ uires distribuunt. In hac enim intelligentia est circulus stabilis. Circulus qdẽ:qa illuc unde est/reflectit. Stabilis:quia subito. Sub intelligẽtia quasi sub firmamẽto tres sunt uires. Ratio uniuersalis/imaginatio/uegetatio. In ratione sunt tres circuli quodãmodo mobiles:atq; temporales. Prim⁹ ab aĩa ad cãm amandã atq; uicissim naturali quodã instinctu clam ita ferẽte. Secũdus a rerũ causis ad effectus considerandos atq; cõuerso. Tertius a formis ideisq; magis uniuersalibus ad minus uniuersales decursus uicissimq; recursus. In reliquis duabus aĩæ uiribus bino sunt circuli quattuor similiter tẽporales:in utraq; bini. Primus ad cãm suã reflexio naturalis. Secundus ab eisdẽ formis ad easdem certa qdã itervallis certis:& ꝑpetua reuolutio:ꝑ quã:& in cœlo cõfigurationũ:& sub cœlo transformationum temporalis:& certa reuolutio ꝓuenit. Itaq; circuitus generationis necessario cœli circuitũ seqtur:hic uero circuitũ aĩæ. Reuolutio aĩæ orbem intelligentiæ comitat. Motus quidẽ aĩæ/si ab intelligentia penitus deseratur/statim tam in ꝑcipiendo q̃ in agendo:solum transibit in rectũ. Quod aũt repetat se/metipsam/similesq; per aliã giros glomeret/sortitur ab intellectu quodã superiore:qui & manens in se:& subito conuersus in cãm/largitur intelligentiã aĩæ:ꝑ quã quasi porrectam manũ sistit aĩam natura ꝓpria uagabundam:motũq; eius inrequietũ:& ad rectã extra se lineã naturaliter ꝓniorem:retorquet in orbem:mediũ inter motũ rectũ atq; quietẽ. Hinc aĩa ĩ semet reditura meat:mentẽq; ꝓfundã circuit:& simili cõuertit imagĩe cœlũ. Sed de iis ĩ theologia diffusi⁹. Redeam⁹ ad nũeros.

¶ Summa numerorũ harmonicorũ ad cõpositionẽ aĩæ conducentium. Cap. XXXIII.

VNitas in superiori figura significat ipsam aĩæ unitatẽ simplicitatẽq; sublimẽ:& propriã diuinæ unitatis imaginẽ/& in ipsa manentem. Dualitas ꝓcessum aĩæ in ꝓprietatẽ suã unitate inferiorẽ:& quadã iam rõne multiplicẽ. Trinitas regressum eius ad unitatẽ/tũ ꝓpriã/tũ diuinã. Quatrinitas ꝓgressionẽ aĩæ a se in materiã quattuor elementorũ gradibus digerẽdã. Septennarius uirtutẽ eius ꝑ septẽ planetarũ speras elemẽta recturã. Octonarius uim ꝑ octauã spæram planetas gubernaturã. Nouenarius munus aĩę octo spas ĩ unã formũ cõciliaturũ. Vigintiseptẽ numeri summa/plenitudinẽ ejus oĩa ĩ oĩbus collecturã. Nã uigintiseptẽ summa supradictos numeros continet:atq; ex illis deinceps ordine positus/ut cõputãti patet implet. Neq; abre partes ĩ figura:& impares numeri describunt. Quo ꝑ pares qdẽ natura aĩæ diuisibilis:ꝑ impares aũt indiuisibilis cogitetur:& fœminea simul uirtus:& mascula. Colligunt quoq; numeri/lineares/& supficiales/& solidi/ut cognoscam⁹ aĩam penetrare ꝑ oĩa/& amplificari passim/penitusq; iplere. Descẽdit utriq; figurę

latus

latus ad solidum utrinq; numerum. Hinc qdē ad octo īter pares: inde uero inter impares ad septē atq; uiginti. Vt cogitemus aīam utraq; solida. s. tam cōposita q̄ simplicia prsus implere. Interualla uero numerorū dupla & tripla & reliq̄ q̄ prediximus/qd proprie in aīa sibi uelint: & si apud platonicos adhuc est ignotū/licet tū in præsentia forsan hunc in modū/ut ita dicā/uaticinari. Describatur itaq; triāgulus iterū: in cuius summitate sit eēntia. In latere uero ubi nūeri īpares describebant/designetur infinitudo/& deinceps alteritas atq; motus. At in latere/ubi disponebantur pares/sit terminus: deīde identitas per ordinem statusq; sequatur. Hic quidem septem similiter habebimus limites: quorum anima sub eadem ad se inuicem ratione forsitā particeps singi pōt/sub qua ab initio descripti limites numerorū inuicē se respiciunt: ut aīa eiusmodi pportiōe tā gnq;/rerū genera/q̄ duo generū elementa .i. terminū infinitudinemq;/participet. Sit igit exēpli gratia cōparatio essentiæ/ad cūcta simul cōiuncta/sexquioctaua. Forma enī totius cōis uno saltē excedit gradu quasi tono/proprias partiū qualitates. Sit sub essentia infinitudo .i. formabilis aptitudo. Comitet hāc terminus: uelut ipsius forma. Sitq; termini ad infinitudinē pportio dupla. Superari enī oportet ab actu potētiā patiēdi. Infinitudinē sequat alteritas. Sed terminū cōmittet idētitas. Atq; hæc ipsa idētitas alteritatē supet sexquialtera rōne. Post hæc sequat motus alteritatē. Status aūt idētitatē. Superetq; status motū pportiōe sexqtertia. Quod Plato significauit dicens. hæc ab illis uix supari. Quod si pportiōes hic explicatas cōsideraueris/inuenies insup triplas & quadruplas. Sicut ab initio patuit in figura. Nā motū qdē ad infinitudinē/inuenies eē triplū. Statum uero ad eandē quatruplū. Cæterū ut excogitare possimus harmonicā pricipādi pportionē in aīa/nō solū secundū quinq; rerū genera & elemēta duo/uerū ēt secundū uires proprias: septē gradibus distributas/reddamus iā singulas aīæ uires/singulis uel generibus uel elementis. Sūt aūt hæ uires/unitas/intelligētia/uolūtas/ratio/imaginatio/uis cōnectendi/uis generādi. Postremas uero has duas uires sub una uel naturæ uel uegetatiōis appellatiōe/cōplectimur. Cōferamus igit hoc pacto: scilicet. Animæ unitatē/essentiæ. Voluntatē infinitudini. Intelligentiā termino. Imaginationem alteritati. Rationē idētitati. Generādi uim/motui. Cōnectendi uirtutem/statui. Similesq; superiorū inter has uires/proportiōes excogitemus. At si æquales in aīa proportiones rerū alibi esse diximus. Non arithmeticam paritatem/sed æqualitatem harmonicam intelligi uolebamus.

sexqui 9 octaua
8
essentia
1. infinitudo
terminus. 2.
du
pla
alteritas
sexqaltera
identitas. 3.
3. motus
sexqtertia
status. 4.

¶ Per interualla spærarū Plato interualla tōnum inter aīæ partes aucupat. Cap. XXXIIII.

Vemadmodū ex imaginis liniamētis sæpe uiuētis formæ liniamēta coniicimus/ sic ex hoc imaginario cœlestis aīæ uultu/quē ī speculari materia mūdi ōspicim⁹/uerā eius faciē p uiribus cōiectamus. Dupla igit & tripla & cætera iteualla ī prima numerorū figura descripta/ Plato īueniri arbitrat⁹ ī spæris/ad aīæ ptes & uires/uñ ī spas trāslata sunt/retulit. Putauit.n. q̄tū spatii a terra usq; ad lunā extat/duplū a terra ad Solē usq; ptendi. Quātūq; ab ipsa usq; ad solē/triplū ab eadē eē ad uenerē. Rursus q̄tū a terra ad uenerē/q̄ter tm̄ ab eadē ad Mercuriū. Itē q̄tū ad Mercurii stellā ab ipsa terra/nouies tm̄ a terra ad martē. Et q̄tū a terra ad Martē/octies tātum a terra ad Iouē. Quātūq; a terra ē usq; ad Iouē/septies & uicies tm̄ a terra usq; ad Saturini circū. Hic inter cætera uides grauiores planetas Iouē atq; Saturnū utriq; p solidos nūeros designari. Et si alibi ex nō nullorū pythagoricorū opiniōe/alias interuallorū mēsuras recensui/platonicas tū pbabiliores existimo. Per hæc āt forsan itelligi pōt q̄ ī decio de re. p. de spæris obscuri⁹ īuoluunt. Itē p illa q̄ de numerorū pportionūq; uirtute tractauimus coiectari pōt quę in octauo de re. p. de cœlesti circuitu & numeris & proportiōibus implicantur.

¶ Quomodo repleantur duplorum triplorumq; numerorum interualla. Cap. XXXV.

Lato postq̄ primā excogitauit figurā septē limites ōtinētē: ī q̄ duplę atq; triplę rōes cōprehēdūt/deinceps alterā effingi iubet figurā adeo maiores nūeros ōplectētē: ut ubi duplę sexqtertiis sexqalterisq; replēt hę quoq; medię sexqoctauis sic ipleāt: ut sexqtertiarū spatia tonū capiāt. Describam⁹ ergo figurā priḝ silē: sed senariū ponamus ī apice: post quē lōgo spatio subdamus eius duplum .i. duodenarium: idq; spatium occupemus octonario simul & nouenario. Deīde similiter

6
8 9
9 12
12 18
16 27
18 36
24 54
32 81
36 108
48 162

longo spatio uigintiquatuor post duodeci describamus:& in hoc ipso spatio sexdecim decemq & octo ponamus:eodē ordine īter uigintiquatuor & q̄draginta octo/uelut media trigintaduo & trigintasex inserētes. Hactenus duploꝝ latus absoluimus. Deinceps uero triploꝝ spatia consumemus/ꝓcul a senario secernētes decē & octo senarii triplū:atq; inter eos nouē & duodecim designemus. Similiter inter decē & octo & quinquagintaquatuor eius triplū/uigintiseptē & trigintasex/collocemus:postremo a quinquagintaquatuor ad eius triplū/cētū sexagintaduo:p gemina similiter media.s.octogīta unū cētūq; & octo ꝓgrediamur. Vt ergo ad primā figuræ huius duplā habitudinē reuertamur: cōsideremus īter sex & duodecī medietates duas/octo.s.atq; nouē. Et octonariū q̄dē īter sex & duodecī rōne harmonica se hēre. Nā & excedit senariū/tertia senarii portiōe/& excedit a duodenario portiōe similiter duodenarii tertia. Itē ad senariū sexq̄tertius est:sed duodenarius ad ipm ē sexq̄alter. Præterea differētia inter duodecī atq; octo q̄ternarius ē. Differētia uero inter octo atq; sex/binarius. Sic igit quatuor ad duo/sicut duodecī ad sex duplicē cōtinēt rōnē. In his uero quæ diximus artificiū uersat harmonicū:cōparemus quoq; nouē & ad sex p sexquialterā:& ad duodecī p sexq̄tertiā q̄litatē:& ad octo p sexq̄octauā ꝓprietatē:qua resonet tonus. Intelligemus ꝑfecto hac ipsa sexq̄octaua duos sexq̄tertios colligari.i.octo ad sex/nouēq; ad duodecī:neq; deest medietas his numeris arithmetrica. Siq̄dē nouenarius senariū q̄dē excedit ternario/& a duodenario pariter ternario superat. Similiter p rōnes easdē in duplis sequētibꝰ ꝓcedemus/colligātes duplas q̄dē p sexq̄tertias & sexq̄alteras. Itē sexq̄octaua ꝓportiōe sexq̄tertias geminas cōnectentes. Similiter ferme excepto tono p triplas discurrere licet. Q̄m uero sexq̄tertiæ rōnes non solū ex duobus tonis fiūt/uerū ēt ex hemitonio:& hoc q̄dē minore/cui deest ad plenū hemitoniū ꝑticula quædā/iccirco Plato inquit/in sexq̄tertiis portiunculā quādā eē relictā. Cæterū q̄dnā sibi uelit in aīa figura hæc p ampliores numeros explicata/nōdū satis uī a platonicis explicatū:neq; nos in præsentia explicabimus: nisi forsan dū plura ac saltē duo media inter extremos terminos collocat/subintelligi uelit generā rerū elemētaq; ī aīa:q̄ oppositio se inuicē mō respiciūt/q̄litates duas inter se inuicē reddere. Velut si ubi terminus tāgit īfinitudinē/īdefinitā reportet termini q̄litatē. Atq uicissim. Vbi infinitudo tāgit terminū/determinatā īfinitudinis subeat passionē. Preterea & ī termino fit infinitudo quodāmō terminalis. Et uicissim in ipsa īfinitudine terminꝰ indefinite ꝓgrediēs. Accedit ad hæc q̄ & īter ipsas aīæ uires talia quædā cogitari media pñt:& aīa ad sui ipsius exēplar/in mūdo īter ea quæ lōge distāt/duo saltē media inserere consueuit. Tonus āt plenū significat motū pulsumq; aīæ tā in seipsa q̄ in cœlo. At hemitoniū remissiorē in elemētis. Et usq; adeo a prio deficiētē:ut ꝑfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionē:totus deniq; supior de harmonia tractatus triplicē concordiam significare uidet.s.inter animam atq; corpus:& inter aīæ partes inuicem:atq; inter partes corporis inuicem.

¶Diuisio animæ/motus/& tempus. Cap. XXXVI.

q Vod uero ait ipsam generū cōmistionē in ꝯsummatiōe aīæ fuisse cōsumptā: ītellige animā a deo ꝓcessisse ꝑfectā/ut suā ferme ideā īpleuerit. Diuisio præterea in lōgū/ostēdit ꝓprium aīæ motū naturaliter eē rectū.s.in sensum/& uegetādi siue mouēdi naturā. Itē ob id secat ī duo:ut ostēdat tū in aīa duplicē eē rectū motū.s.ad sentiēdū atq; mouendū:tū ab aīa in corpore similiter eē geminū.s.uniformē atq; multiformē. Intersecat uero lineas duas ad aīam figurandā:deinde eas reflectit in gyrū:iudicās naturā aīæ ex se ad rectū motū ꝓcliuiorē/ab ipso deo p ītelligētiæ munus circulari motui ꝓrsus accōmodari/geminis inq̄ circulis:firmamētē.s.nō errāti:ac post firmamētū orbibꝰ ꝑuagātiū planetaꝝ. Firmamēti q̄dē circuitꝰ ipsam idētitatis intelligētiæq; naturā ꝓprie refert. Anfractꝰ āt multiplices/planetaꝝ ꝓprie naturā alteritatis īferiorūq; aīæ ꝑtiū repræsentāt. Sed ex ipso īteriori animi motu simul & tpe/tps in mūdo una cū motu cōsequit. Tāgit inter hæc pauca quædā atq; cōia/quæ ad astronomiā ptinēt:sed hæc facile quis uel mediocriter eruditus intelligit:& de his nimis multa platonici q̄dā/tū græci/tū latini ptractāt. Surgit mox q̄stio de ideis ac de generibꝰ aīaliū mūdanoꝝ/de q̄bꝰ ī theologia latissime ptractauimꝰ. præterea q̄ de ipsa deorū quorūdā demonūq; geneologia recēset/q̄dnā hēat uerisimilis:in theologia sīr & alibi declarat.

¶Quæ a deo proxime/& quæ per media fiant. Cap. XXXVII.

h Actenus patere cuiq; pōt:ab intellectu diuino mūdi opifice aīos deosq; mundanos & dæmones:& oēs mūdi spæras/spēsq; ipsas rerū absq; mediis causis ꝓcessisse. Quæ āt de materia prima sit īter platonicos ambiguitas/narrauimus ab initio. Mādat ergo post hac architectus mūdi filiis suis.i.aīabus spæraꝝ stellarūq; & dæmonū:uel ēt īferioribꝰ āgelis/ut ad imitationē sui/mixtionē sub luna reꝝ aggrediant:hominiq; subiiciāt oīa:rōnalēq; eiꝰ aīam ab ipso acceptā/corpi caduco cōciliēt p uitā quādā irrōnalē ꝑtī ab ipsis/ꝑtē ab aīa hoīs dependētē. Notabis āt ī ipsis dei uerbis:q̄cq̄d ꝓxime fit a deo/sempiternū eē. Et quicq̄d ulla rōne cōponit/quatenus cōpositū ē: esse etiā dissolubile. Sed q̄tenus p diuinā uolūtatē cōpositā q̄dā ita conflant:ut in eis unitas superet multitudinem/indissoluta seruari. Notabis insuper:ubi ait deum in suo habitu permanere dū mādat/ministros autē sequi nihil mutabilitatis in deo eē dum mobilia regit & mouet. In ministris autem eius

tem eius

tem eius prouidentiam esse mutationi cuidam propinquiorem. Denię in his omnibus Mosaicũ illud. Ego sum qui sum/cognosces mirifice confirmatum.

¶De homine quoad pertinet ad animam atq; corpus. Cap. XXXVIII.

Rationalem hoís aíam ait a deo ex eisdẽ rerũ generibus eodẽ in cratere cõmixtis/atq; mundi aíam fuisse cõflatã. Crater significat ipsam uitæ rõnalis ideã: sed adiungit ex reliquis superioris cõmistionis fuisse confectã/significans particulares uitas/uniuersali uita/inferiores esse. Tum uero deus aías.i. singulos ordines animaꝝ/singulis stellis accõmodat. Adhibet & uehicula.i. ętherea corpora. Docet & fatales leges: dum aíabus infundit formulas idearũ: ꝑ quas aię in se quãdoq; cõuersæ/rõnes rerũ agnoscere possint. Quod aũt de aíæ descẽsu fatali atq; circuitu inquit/alibi est expositũ. Post hæc ministri dei fabricũ humani corporis ꝓsequunt/occultis eã uinculis cõnectentes. Per uincula hæc occulta intellige cõplexionẽ hoís eẽ adeo tẽperatã cœloq; persimilem: ut uix in ea elemẽtaliũ qualitatũ excessus appareat. Subdit deinde circuitus aíæ in mole corporis ĩpediri. Hic quasi alia memẽto aíam nostrã simili rõne/atq; mũdi aíam contextã fuisse: similesq; circuitus possidere. Circuitũ ergo intelligentiæ impediri ait/rõnis uero circuitũ distrahi. Duabus præcipue rõnibus: tum qa prius q̃ adultũ sit corpus/aía tota in fabrica corpis occupať: tũ qa q̃ extrinsecus sensus mouent/in teneriori ętate offendũt uehemẽtius: & pp nouitatẽ rerum aíum circa corporea reddũt amirabundũ. His ergo de causis: & intelligẽtia a diuino uacat officio: & rationalis ipse discursus circa inferiora distractus/quasi demens/turbať & fallitur. Sic igiť totus aíus puerssam figurã subit/uitãq; ducit laboriosam: dũ rõ cedit sensibus: ꝑinde ac siqs caput pro pedibus humi figat: pedes uero ꝓ capite tollat in altũ. Iam uero q̃ de mẽbrorũ corporis dispositione adducit in mediũ/satis a medicis ptractanť. In qbus id potissimũ obseruabis: caput dici non principale solum/sed ẽt totũ in corpe: reliqua enim solũ ut capiti seruiãt/adiuncta fuisse. Ex quo colliges hominẽ contẽplationis gratia eẽ natũ. Sequiť de sensuũ instrumẽtis. Quę uero in his de uisu dicunť/a Calcidio satis: & quæ de somniis/alibi satis exponunť a nobis. Cõsiderabis mox firmã de causis Platonis nři sñiam: res q̃litatesq; corporeas quæ nõ ex se/imo ab incoporea quadã eã mouenť: & diriguntur ad finẽ: nõ eẽ reuera cãs appellãdas: sed latẽtis ꝓuidẽtiæ instrumẽta. Causam uero præcipuã eẽ uoluntatẽ ꝓuidentiæ/ad exẽplar sui sic oĩa disponentis: ut optime se habere iudicat & decernit. Itaq; finalẽ cãm præscriptã in ꝓuidentia/summã Plato asserit causarũ. Tũ cõfirmat iteꝝ hoiem eẽ natum ad cælestia contẽplãda: imo uero ad ipsum cœli motorẽ ꝓ uiribus imitandũ. Et queãdmodum dixerat uisum/sic & auditum contẽplationis & disciplinæ gratia nobis esse tributum: item ut per sensibilem harmoniam: animi quoq; motus harmonice componamus. Cæteros autem pręter uisum auditumq; sensus/quasi minus conducant ad speculandum/nihilipendit.


¶Quomodo mundus ex mente & necessitate compositus sit. Cap. XXXIX.

Postquã tractauit de formali mũdi ordine: quẽ ideo uocat intellectũ: qm̃ est intelligentię diuinæ simulachrũ: tractat iã de materia mũdi: quã ideo necessitatẽ noiat: qa nõ pp seipsam: sed tanq̃ formis ultimas necessaria/est introducta. Itẽ qa mũdus ob eius amistionem deforme non nihil necessario patiť. Hinc illud. Mundus est ex intellectu & necessitate cõpositus.i. ex ipso formaꝝ ordine atq; materia. Possumus quinetiã sub necessitatis noie/intelligere non materiã solũ: sed aíam quoq; eius in primo ꝓcessiõis suæ signo: uelut informẽ materię instar consideratã. Vtraq; enim tã aía q̃ materia in primo originis suæ signo informis qdẽ est: sed facile est formabilis ꝑ intelligẽtiæ munus: unde & ipsi aíæ rõnes seminaq; formaꝝ naturaliũ infunduntť: & materiæ qualitates atq; formæ. Quod aũt ait añ mũdi dispositionẽ/elemẽta quodãmõ extitisse/intellige quasdã elemẽtoꝝ uires tũ formatrices in aía: tũ formabiles in materia. Itẽ quod inqt materiã añ mũdũ absq; ordine fuisse iactatã: expone/potẽtiã aíæ motricẽ etiã ante intelligẽtiæ munera potuisse: materiã agitare: sed ꝓcul ab ordine. Præterea ubi ait mũdũ a deo exhornatũ fuisse ꝑsuala prius necessitate: sic accipe: ut prima illa materiæ aíæq; natura q̃uis cogiteť ĩformis/tñ præparationẽ a deo ad formas adeo formabilẽ suscepit ab initio: ut nõ potuerit eẽ paratior. Obseruãda iter hæc ẽ illa distinctio: q̃ dř uniuersum in exordio libri: in duo fuisse diuisum.i. exẽplar atq; simulachrũ: nũc uero distinguẽdũ esse in tria.i. exẽplar & simulachrũ & materiã. Hic prio qdẽ uideri põt re ipsa idẽ eẽ/ipm̃ exẽplar mũdi & efficiẽtẽ ei⁹ cãm & finalẽ. Deĩde totũ mũdi ordinẽ nõ tã substãtiale qddã eẽ q̃ inuisibilis mũdi simulachrũ. Pręterea qđ materiã & supra secreuit a mẽte: & hic a mẽds secernit simulachro: cõiectare possumus materiã non tam per ideam propriã q̃ per ideã formæ a deo ꝓcedere/neq; antecedenti ꝓposito sed quodãmõ consequenti/ab intelligentia/ut ita dixerim adinuentã. Tum uero & materiã esse & quid sit & quo pacto se habeat/ex ꝑpetua transmutatione formarũ: diligenter ostendit: ex qua etiã materiales formas eẽ quodãmõ falsas argumentatur. Deinde per eas ad ueras idealesq; formas ascendit: quæ oĩa in theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materiæ nomina.s. spẽm inuisibilem. Sinum informẽ omniumq; capacem formarũ. Naturam. Potentiam. Matrẽ mũdi. Nutricẽ formaꝝ. Subiectũ. Receptaculũ. Locũ. Sed ex hoc loci noie uidere li-


cet pipateticũ adeo ineptũ/siue maleuolum potius:ut dementiæ Platonẽ insimulet / quasi materiã uoluerit locũ esse ppriẽ mathematicũ. Quodqdem per cætera materiæ noĩa euidentissime confutatur. Deniq; ex eo qđ materia propriã sibi uẽdicat informitatẽ. Argumentare unitatẽ sibi pariter uendicare. Si enĩ informis/ergo & indistincta. Si ita/ergo & unũ. At ex eadẽ informitate nõ sibi uẽdicat esse:sed per ipsam potius cadit ab eẽ. Cum igiť unũ/atq; ens nõ ęque materię cõgruant:eadẽ inter se eẽ nõ possunt. Est aũt unũ superius ente:qm̃ latius sese fundit:præsertim cũ priuationi insuper cui non conuenit ens/tamen cõueniat unum. Ex hoc rursus argumẽtamur materiam a summo tantum principio rerum posse produci.

ℭ Quomodo physica cõstent ex mathematicis. Ac de elementis & mistis. Cap. XL.

Deinceps physica p mathematica pbaturus/in primis mathematicorũ doctrinã laudat tãq̃ oĩs eruditionis ingenue uiam. Lõgũ Laurenti foret in præsentia recensere quot nostris tẽporibus mathematicã ingressi uiam/ad finẽ puenerint exoptatũ. Petrũ leonẽ spoletinũ nouimus mathematicorũ maxime beneficio/non aristotelicos tantũ/uerũ etiã platonicos iam sensus penetrauisse. Florentiæ uero Baptistã leonẽ Albertum ab eisdẽ disciplinis exorsum/opus in Archi tectura pulcherrimum edidisse. Quid dicã de Francisco Berlingherio nostro Nicolai filio? nonne hic mathematicorũ beneficio fretus de cosmographia uersibus scripsit egregie? Nemĩnẽ uero turbet/quod Plato pythagoreorũ more ex mathematicis/physica cõponere uideatur. Non enĩ intelligi uult naturalia corpora ex figuris & numeris tanq̃ ex elementis & partibus:sed tanq̃ ex terminis/quadã resolutione cõponi:quod uidelicet naturalia in illa quasi priora/ac ueluti terminos resoluantur. Nonne termini corporũ dimensiones sunt atq; figuræ. Numeri etiã termini figurarũ? Prętera spẽs naturales subiecto non solũ cõmuni:sed proprio indigẽt. Figuris autẽ satisfacit cõmune subiectũ. At numeri/neq; proprio/neq; cõmuni/neq; ullo prorsus corporeo indigent fundamẽto. Ex quo patet figuras quidẽ naturalibus speciebus:numeros aũt figuris esse priores. Triplicẽ ergo in rebus ordinẽ Pythagoras Platoq; cogitabant/specierũ/figurarũ/& numerorũ. Triplicẽ similiter inter ideas:adeo ut & in rebus & in ideis/species in figuras/figuræ resoluãtur in numeros. Atq; certæ spẽs/figuris certis/certæ figuræ/certis numeris quodãmodo cõgruant:rerũ ordine oĩno sic exigente. Quãobrẽ ubi aiunt speciẽ ignis ex pyramidali figura : & pyramidẽ solidã/ex triangulis quatuor:& hos ex quaternario ternarioue constitui/significare uolunt proprietatẽ quandã in his cunctis cõmuniter esse persimilẽ. Et cõparanda hæc inter se potius q̃ cõponenda. Hac utiq; ratione figurã igni Pyramidalẽ tribuit. Aeri figurã facies habentẽ octo quã nominat octaedrã. Aquæ facies habentem uiginti:quã icosædram uocat. Terræ facies sex habentẽ/nomine cubũ atq; talum. Vniuerso deniq; duodecim facies possidentem. Et pyramidalẽ quidẽ figurã ideo conuenire uult igni: quia tenuis:& ad incisionẽ præcæteris apta/ex paucioribusq; triangulis constituta:ideoq; omnium leuissima figurarũ. Figuram uero cubicam terræ/quia solidissima atq; stabilissima sit. Figuras alias mediis elementis/quoniã ad motũ atq; statũ inter ignem & terrã/medio modo se habent. Duodecædram/quæ duodecim facies habet/ congruere putat mundo ppter spæras duodecim : ac signa duodecim in codiaco. Resoluit autẽ solida in plana. Plana uero in triangulos:præcipue in eos qui rectanguli nominantur. Quorũ unus scalenus sit.i.scalaris latera omnia inęqualia possidens. Alter isosceles.i.ęquicrurus duo habẽs ęqualia latera. Nã triangulum ęquilaterũ in quo neq; rectus angulus neq; linea in ppendiculũ recta sit/minus cõponendis planis aptũ existimat. Cõstituit ex scalenis pyramidalẽ:& octædrã icosædrãq; molẽ:cũ pyramis ex triãgulis q̃tuor ęqlateribus cõstituať:quoq; qlibet in sex triãgulos scalenos diuidiť. Octædra figura ex octo similibus:quoq; qsq; in sex triangulos scalenos similiter distribuiť. Icosædra figura ex uiginti similibus: quoq; quilibet similiter in sex scalenos euadit. Isosceles aũt triangulus figuræ cubicæ dicitur elementum. Quatuor enim isosceles triangulum cõcurrentes quadrãgulum cõplent. Ex huiusmodi uero quadrangulis sex cubus efficitur. Deniq; dodecædram figurã mũdo/ut dicebã/accõmodauit : qm̃ syderũ formæ duodecim suspiciunť in codiaco: quorũ qualibet in partes triginta secať. Similiter in figura dodecædra intueri licet pẽtagonos duodecim/sigillatim in triãgulos ęquilateros qnq; diuisos:ita ut unusqsq; rursum ex triãgulis sex scalenis cõficiať. Et in oĩ mole dodecædra trecẽti sexaginta reperiantur trianguli:quot etiam in codiaco portiones existunt. Tractat uero deinceps de motibus passionibusq; elementoꝝ. Itẽ quo pacto distinguanť in ptes/& inuicẽ misceantur: & quos effectus mixtione cõficiãt. Præterea q̃lis sit tũ elemẽtoꝝ tũ mixtorũ inuicẽ cõmutatio. Inter hæc de mixtis ipfectis agiť/& de pfectis:de liquoribus/& lapidib⁹ & metallis:sed hæc ferme oĩa pythagorico more sub obscuris metaphoris inuoluũtur. Apertioribus autẽ uerbis Platonẽ auditoribus suis tradidisse putamus : & Aristotelẽ præcæteris manifestius eadem litteris cõmendasse. Horũ itaq; omnium



Hæc pyramis ẽ ũ intellexeris pũctũ qđ est ĩ medio eẽ pyramidis uerticẽ



Triãgulũ pyramidis.

omniū a libris Aristotelis de generatiōe/atq; meteoris interpretatio requirat. Tractat insuper de passionibus quę ab elemētis animaliū sensibus inferūtur. De passionibus inq̄: & occultis & manifestis. De uoluptatis dolorisq; speciebus. Quæ in Philebo & nostro de uoluptate libro perspicue declarāt. Agit p̄terea de sensib⁹ ipsis eorūq; obiectis. Distīguit sapores/odores/& uoces/atq; colores.

¶ Ceterum de homine quantum ad animam spectat & corpus. Cap. XLI

Onsideratione dignū est quātum nos admoneat Plato noster/dandā eē operā/ut nos ipsos pro uiribus cognoscamus: meminerimusq; oīa infra lunā fuisse nobis a deo subiecta: neq̄ ipsi cōtra dignitatē nostram inferioribus nos uicissim subiiciamus. In ipso enim totius disputationis exordio decretū est de uniuerso tractari: usq; ad ipsam hominis geniturā. Rursus ī medio disputationis cursu diis a patre præcipit exhornare hominē/dominū animaliū: quē ad imaginem & similitudinē suā esse uelit atq; præesse. Deinde paucis interiectis reditur ad hominē. Demū prope finem resumit/quod primo fuerat institutū/uidelicet de uniuerso usq; ad geniturā hominis fuisse tractādum. Atq; in cūctis Mosaico more ꝓbatur hominē in diuino hoc opificio: & in primis proponi: & postremū fieri quasi finē. Ergo nūc & obmittēs alia/repetit diuinum in hoīe generādo mandatū: & in hoc absoluēdo diuinoꝝ obsequiū ministrorū/neq; id quidē iniuria. Prædixerat enī solū in terris hoīem iusticiā & superos eē culturū: ut maxime rōni sit cōsentaneū/deos geniturā hominis diligēter excoluisse/Sed his obmissis/quæ sequūt̄ expediamus. Iteꝝ de aīa irrationali tractat̄ nō a deo p̄rime/sed p sequētes mobilesq; cās constituta. Quæ rōnali subiecta sit cœlitus/a deo demisse. Irrōnalē uero aīam platonici nō tā substātiale aliquid/q̄ accidētale quiddā eē putāt quasi rōnaliū uestigiū aīarū. In quo sensus q̄dem sint/sed p diuersa corp̄is instrumenta diuisi/atq; patibiles. Sensum aūt in ipsa aīæ rōnalis substātia ponunt cōem simplicē impatibilem: qui nō ꝓprie accipiat illatas a corporibus passiōes: quēadmodū sensus alter: sed alterius sensus p̄cipiat/siue potius iudicet passiones. Proinde rōnalis aīæ substātiā indiuisam: & in se cōsistentē eē probāt: neq; capiti uelut substētaculo/cōmendatā: sed quasi uel instrumēto ipsius accōmodatā: uel cuidā in suo genere similī cōparatam. Irrationalē uero in mēbris quodāmō residere: & partē q̄dem eius audaciæ & iracundiæ cōpotē cordi/p̄tem uero cōcupiscētiæ deditā iecori cōmendatā. Verū de hoc ipso iecore mirā pythagoricoꝝ notabis opinionē: uidelicet/id mēbrū ex certa soliditate & clara pariter lenitate: sic esse contēperatū: ut speculi mō imagines rerū accipiat/facile admodū/ atq; reddat. Profecto quēadmodū imaginatio uehemens grauidæ mulieris in fœtu tenerrimo sæpe exprimit reī desideratæ notas. Ita uehemens siue mētis notio/siue sensus imaginatio naturā iecoris speculare facillime format. In hoc ipso speculo dæmones sup̄iq; futuroꝝ effingūt imagines/quotiēs pacato p̄rsus aīo aliūde illic imagines nō pingunt. Itaq; futuroꝝ notæ speculo huic infusæ in mentē p̄tinus imaginatio/nemq; resultāt: sed illic sæpe imaginibus aliis adeo cōfundunt/ut futura portēdere nequeāt. Quādo uidelicet uel mēs prudētiæ officiis occupata circa gubernāda distrahit̄/uel imaginatio similib⁹ negociis occupat̄. Vbi uero rōnis imaginationisq; uacat prudēs: & cōtinuata & laboriosa discursio sæpe imagines futuroꝝ a superis In speculū nostrū ꝓsiliētes/inde in iudiciū manifeste resiliūt. Veꝝ quidnā portēdāt discernere illius est officiū/q ab antecedētibus in cōsequētia prudēter sagaciterq; discurrere cōsueuit. At uero discursio talis impedit uaticiniū: ut merito alii sint q præuidēt: alii qui præuisa interpretant̄/& explicāt. Post hæc ꝓsequit̄ materiā latissime a medicis explicatā de humoribus cōplexionibusq; & mirabili humani corp̄is artificio. Atq elegātiā Platonis in hoīs corp̄e describēdo adeo admiratus ē Bartholomeus Fontius noster rhetor egregius: ut præclara oratiōe ꝓbauerit/neq; lactātiū/neq; Corneliū Celsum/neq; Ciceronē ip̄m eadē in re describēda ad mirā Platonis eloquētiā accedere potuisse. Inter hæc præceptū religiosum cōsiderabimus: nō eē de diuinis ulterius affirmādū/q̄ diuinū cōfirmet oraculū. Itē p̄uidētiā in hoīe cōponēdo nullā oīno aliam habuisse rōnē/nisi ut cōtēplationi foret aptissimus. Rursum res naturales in effectibus ꝓducēdis non eē ꝓprie cās/sed diuinæ p̄uidētiæ instrumēta. Principalē nāq; cām singuloꝝ in ea intelligētia sitam eē: q̄ boni rōnē habens/singula futuræ cōmoditatis gr̄a fabricat. Definit deinceps q̄d sanitas corporis sit/q̄d morbus. Distīguit quoq; morboꝝ/tū aliorū/tū febriū sp̄es: singulorūq; rōnes assignat. Quales eē potissimū rōnes/q̄s apud Galienū platonicū legi iādiu existimaui/ac nup a Georgio Cyprio insigni medico sum in sn̄ia cōfirmatus. Hic.n. his diebus cū ad me curādæ m̄ris meæ gr̄a frequenter accederet: meq; rep̄iret hæc ipsa legentē/miro quodā ordine Galieni mentē cū Platonica mēte cōiūxit. Post hæc aūt p̄fectā hoīs ualitudinē definit cōem corp̄is animiq; cōcordiā. Quā tunc demū possideri putat: q̄n tā corpus q̄ aīa in se ipsis disponunt̄ bene: deinde simul optime cōponuntur. Optime inq̄.i. ęquali quadā mēsura: ut neq; robur animi nimis excedat modū corp̄is: neq; robur corporis sup̄et animi modum. Sed anteq̄ perfectā hanc definiat sanitatem/animi morbum distinguit in duos. s. ignorantiam & insaniam. Insaniā uero duplicē eē ait. Vnam q̄dem occultā: q̄ in continua pronaq; ad insaniam affectione consistit. Puta habitum quendam ad perturbationem aliquam propensissimū. Alteram uero manifestam. s. quam uel aliqua perturbatio supramodū adau

cta detegit/ut in gradu summo cupiditatis:& uoluptatis timorisq; & doloris & iræ:uel uapores hu
morum inclusi mẽbris inducunt/ut atra bilis ex sanguinis/uel bilis uel salsæ pituitæ adustione pro
ueniens interea ubi ait/neminem sponte esse malũ:sed ꝓpter naturam consuetudinẽq; deprauatũ.
Intellige naturalẽ procliuitatem non mediocriter per oppositam consuetudinẽ cohiberi ab initio
potuisse.Sed procliuitatẽ illam diuturna cõsuetudine confirmatam:extirpari quidem omnino nõ
posse/exacta nihilominus doctrina exhortationibusq; amputari. Docet post hæc colere corpus si
mul:& animũ/perpetuo quodam exercitationis motu.Exercitationis inq̃ moderatæ.Motu inq̃ p
prio:& ad bonum proprium rite directo:quo utrũq; exercitatum/atq; nutritum tantum uiriũ con
sequatur:ut alteri nõ succũbat.Optat quidem Plato corpus animo cedere:sed nominata succũbe
re:ut motus animi sustinere non possit.Optat corpus ualidum/atq; firmum:sed sub animo lon
ge ualidiore.Mox quãtum exercitationem laudet/attende: quantum temerarium pharmacorum
uituperet usum.Proinde quemadmodum/tam corpus q̃ animam propriis exercere & confirma
re motibus iusserat:sic tres animæ uires:idest rationalem/animosam/cupidam:suis quãlibet moti
bus præcipit conseruare. Verum tamen rationalem alimentis frequentioribus enutrire:ne cæte
ris succumbere compellatur. Ait intellectum homini pro dæmone datum scilicet intimo. Alterũ
enim dæmonem habet externum. Item rectum corporis habitum quasi cælesti tributum. Rursus
eum qui uires irrationales supra modum nutrit/mortalẽ euadere:quasi doceat quomodo accipiẽ
dum sit/ubi ait hominem fieri brutum:idest bruto persimilem.Addit eum qui præcipue alit men
tem sic immortalẽ fieri/ut immortalitatis nulla pars desit.Imperfecta enim immortalitas est/quæ
motum egit perpetuum.Perfecta uero/ qua manet: qualis utiq; est in eo qui sola iam intelligentia
uiuit:euaditq; ex homine dæmon.Ex quo intelligitur etiam q̃ñ ait hoĩem effici brutũ/id nõ ꝓprie/
sed quadã similitudine dici.Præterea ex eo q̃d subdit fœminas ortas ex masculis/si placet/obscure
nobis referat mosaicũ illud Euã ex uiro fuisse ꝓductã.At uero gradus brutoꝝ oẽs paulatim ex gra
uiori rõnalis aĩæ lapsu multiplicari.Intellige aĩam nr̃am ob quãdã liberi motus infinitatẽ/posse: &
intra se in brutoꝝ oium affectus habitusq; proruere:& extra se supplicii loco inter similia bruta:uel
brutoꝝ loca diuino quodã trãsferri iudicio.Itẽ oẽs inferioꝝ uiuẽtiũ dotes in hoĩs aĩa tanq̃ pfectissi
ma cõtineri:atq; brutoꝝ aĩas in ipso rerũ generationisq; ordine:ad nr̃am referri/q̃si finẽ.Si hũc in
modum progressionem animæ rationalis in alias:atq; uicissim in hanc aliarum regressionem acce
peris:forsan a platonico sensu non aberrabis.Ipse enim hic sub persona pythagorica loquẽs/fabu
lam oportune confingit pythagoricarum similem fabularum:atq; ne hæc quasi sub historica ueri
tate forsan admitteremus/non aliter q̃ poetæ soleant animalium transformationes/adducit. Hæc
igitur sic accipito.Atqui Timæus Locrus in libro de mundo fabulosa hæc esse fatetur Timæiq; li
brum eo fine concludito:qui doceat nos/deum ante omnia colere:qui bona omnia sola benignita
te prouidentiæ procreauit.Decreueram magnanime Laurenti breuiora hic quemadmodum ar
gumentum decere uidebatur/afferre:multaq; amplioribus cõmentariis quæ in Timæum iam de
signauimus/reseruare.Sed Philippus ualor platonicorum studiosissimus penes quẽ uniuerso pla
tonico operi in Agro Maiano extremam manũ imposui/plura me hic coegit effundere. Philippus
ualor/ualoriæ uirtutis generosissimus hæres.Cui ego plurimum debere me fateor/tum quia plato
nica egregiaq; omnia magnopere colit/tum quia singulari amore erga te tuosq; omnes afficitur.

¶FINIS COMPENDII.

¶TIMÆVS PLATONIS.
PERSONÆ DIALOGI.

SOCRATES .TIMÆVS. CRITIAS. HERMOCRATES.

SO.
Nus/duo/tres.Quartus autem o amice Timæe ubi nã est? Vt qui heri a me conuiuio
accepti estis/ hodie me uicissim accipiatis. TI. Aduersa ualetudine laborat o Socra
V tes.Nõ enim sponte ab hoc cetu & disputatione abstinuisset.SO.Ergo tui o Timæe:
& horũ erit officii:quod quarti illius absentia deest/ implere.TI.Ita prorsus. Quare
nihil quoad fieri poterit/prætermittemus.Nam cum laute abs te hesterno epulo ac
cepti fuerimus/nefas eẽt/si epulas tibi pro uiribus similes libenter non redderemus.SO.Num re
cordamini/quæ uobis & q̃ multa tractanda proposui? TI.Partim quidem tenemus memoria:par
tim uero tu/si exciderint/suggeres.Immo uero nisi molestum sit/breuiter illa ab exordio repete:ut
nobis iterum cõfirmẽtur.SO.Faciã equidẽ.Sũma disputationis hesternæ erat res pu. qualis mihi:
& ex qualibus uiris optima posse fieri uideref.TI.Nobis certe oĩbus ualde ꝓbata sunt o Socrates
quæ dixisti.SO.Principio agricolas cæterosq; artifices a militibus separauimus. TI.Certe. SO.
Cum uero cuiq; quod pro naturæ instinctu præcipue suum est:& singula tãtum singulis artibus of
ficia

ficia tribueremus/illis quoq; quos præcæteris bella gerere oporteret id unũ dũtaxat ꝓtegẽde.f.ciuitatis munus iniũximus:& aduersus externos hostes:& aduersus ciues rei.p.euersores:ita ut erga subiectos tanq̃ natura amicos mites sint:cõtra hostes uero in prelio ferocissimi.TI.Ita prsus.SO. Duplicẽ sane naturam in custodũ animis eẽ debere tractauimus:& iracundã & philosophico ingenio p̃cipue accõmodatam/ut recte in suos mansueti sint:in alienos uero feroces.TI.Proculdubio. SO.Quid autẽ de educatione dicemus? Nõne gymnicis exercitationibus: & musica cæterisq; decẽtibus disciplinis:eos a nobis institutos fuisse? TI.Valde quidẽ.SO.Ita educatos hoĩes neq; aurũ neq; argẽtũ neq; aliud quicq̃ ꝓpriũ/aut habere aut putare statuimus:sed tãq̃ adiutores publicosq; ministros sola mercede cõtẽtos eẽ/tãta ab hiis quos tuent̃ exhibita quãta moderate uiuẽtibus sufficere uideat̃:stipendio præterea publico in cõmune uti uoluimus:& ad cõem inter se uictũ impẽdere/ut cæteris post habitis oĩbus solius uirtutis & custodiæ curam habeant.TI.Hæc quoq; ita abs te dicta fuerunt.SO.Naturã præterea mulierũ nõ aliter q̃ uirorũ effingi precepimus:studiaq; oĩa tã belli q̃ pacis mulieribus cũ uiris esse cõia.TI.Id quoq; dictũ.SO.An tenetis memoria quæ de procreandis liberis diximus? Forte uero ob rei ipsius nouitatẽ firmiter tenuistis? Cõmunes quippe nuptias liberosq; statuimus:ut nemo natos suos discernat/sed oẽs ab oĩbus cõsanguinei existimẽtur/dum ęquales ferme natu fratres sororesq; uicissim se iudicant:maioribus uero patrũ uel auorũ reuerentiã exhibent:erga minores autẽ tanq̃ filios & nepotes afficiunt̃.TI.Hæc quoq; memoratu facilia sunt.SO.Vt autẽ q̃ optimi ab ipso initio pro uiribus gignerent̃/magistratus utriusq; sexus nuptiis ꝑposuimus.Qui clã sortibus q̃busdã operã darẽt:ut praui prauis boni contra bonis mulieribus miscerẽtur:neq; ulla ob hoc discordia oriret̃:cũ in cõgressu minus ꝓspero quisq; fortunam potius sit q̃ cõsiliũ principũ culpaturus.TI.Recordamur.SO.Præterea sanximus bonorum fętus in patria alendos eẽ/aliorũ uero alios alio clã mittẽdos.Adultos demũ utrosq; diligẽter cõsiderãdos ut siqui inter relegatos bonæ indolis sint/in patriã reuocent̃:siq uero inter domesticos cõtra uideãtur affecti/similiter relegent̃.TI.Ita statutũ est.SO.Nũ satis iam hesternã disputationẽ quãtũ cõpẽdio licet/narrauimus? an aliqd ẽt a me ꝑtermissum o amice Timæe recẽseri desideras? TI.Nihil sane:hæc enim ferme sunt quæ tractaueras.SO.Audite deinceps quo pacto erga hãc quã descripsimus rẽ.p.sim affectus.Cõparatione plane uobis aperiã.Quẽadmodũ siqs aĩalia eximiæ pulchritudinis intuitus seu picta/seu uiua quidẽ sed torpẽtia/ motus gestusq; uiuẽtium & certamẽ aliquod eorum expectare desideret/sic ego nũc libẽter aliquẽ narrãtẽ audirem/quo pacto supra descripta ciuitas cũ finitimis ciuitatibus decertaret:qdue tãta eius educatione disciplinaq; dignũ in bello uel pace/tam dicẽdo q̃ agẽdo erga ciuitates singulas demõstraret.Equidẽ o Critia & Hermocrates mihi cõscius sum nõ posse me eã urbem uirosq; pro dignitate laudare.Me qdem nõ posse nihil mirũ:sed de ueteribus quoq; & huius seculi poetis idẽ existimo:nõ quo poeticũ genus cõtẽnam: sed qd̃ euidens unicuiq; sit imitatiõis studiosos ea facile & optime imitari:in q̃bus fuerint educati: aliena uero lõgeq; ab eoꝝ educatione remota opibus quidẽ difficile/uerbis etiã difficilius posse ꝓut cõuenit ęmulari.Sophistas utiq; & dicẽdi & aliarũ ferme præclarissimarum artium peritos eẽ arbitror:sed quia multas quotidie ciuitates pererrãt/nec ꝓprias sedes ullas habẽt/ueręor ne cõiectura quidẽ assequi nequeãt/q̃ multa & qualia uiri philosophi/atq; ciuiles/tã bello q̃ pace erga singulos uerbis:& operibus agãt.Sola igit̃ uestra ꝓfessio supest:tum natura/tum disciplina philosophiæ:& rerũ gerẽdarũ studio pollens.Timæus qdẽ hic ex Locris quæ urbs in Italia iustissime gubernat̃/nobilitate:& opibus præstãtissimus summis magistratibus & honoribus functus est:& ad summa totius p̃hiæ fastigia/ut opinor/ascẽdit.Critiã quoq; scimus hæc utraq; cõsecutũ.Hermocratis ẽt naturã educatioñeq; his oĩbus quæ diximus tractãdis eẽ accõmodatã: cũ multis testimoniis moneamur/dubitare nõ licet.Quapp rogãtibus uobis heri de re pu.disputari/ libẽtissime parui: cũ cogitarẽ qd̃ deinde instituto operi superforet/a nemine cõmodius q̃ a uobis mõ uelitis/posse tractari.Cũ enim ciuitatẽ ad bellũ idoneã cõstitueritis soli oĩum uos/quæ eã decẽt/uicissim oĩa tribuetis.Cũ uero in superioribus quæ mihi iniũcta fuerãt ꝑfecissem/quæ mõ retuli uobis tractãda cõmisi.Vos autẽ cõi cõsensu impatũ munus mutuo mihi parãdi nũc sermonũ ↄuiuii recepistis.Ego igit̃ adsum ad ꝓmissas epulas paratissimus.HER.Nos quoq; oẽs o Socrates ut pollicit⁹ est mõ Timæus/ qd̃ iubes ꝓ uiribus exeq̃mur/ꝓserti cũ nulla excusandi sit rõ/quo minus id facere debeamus.Nã ꝑterito die cũ disputatiõe pacta mox ad hospitiũ quo apud Critiã suscepti sumus redirem⁹/& itereũdũ p̃rio & domi rursus de his reb⁹ uerba fecim⁹.Hic igit̃ nobis ueterẽ narrauit historiã:quã uelĩ o Critia Socrati mõ recẽseas:ut cũ audierit/iudicet:nũqd ad eã rẽ quã nos exequi iussit/ↄducere uideat̃? CRI.Faciẽdũ ẽ:si ita Timæo quoq; uĩ/tertio disputatiõis hui⁹ p̃cipi.TI.Videt̃ sane.CRI.Audi Socrates mirã quidẽ:sed plenã ueritatis historiã/quã Solo septẽ sapiẽtũ sapiẽtissimus recẽsebat.Erat.n.domestic⁹ admodũ amicusq; Dropidis ꝓaui nr̃i:qd̃ ĩ suis carminib⁹ ipsemet sæpe testat̃. Auo ãt nr̃o Critiæ: ut ipse nobis senex postea referebat/ q̃nq; narrauit res gestas huius urbis memorabiles diuturnitate tẽpis hoĩumq; ĩteritu oblĩtatas.Vnũ uero præcæteris facin⁹ ĩsigne recẽsuit:qd̃ uobis nũc narrandũ

censeo: ut & tibi morē geramus/ & deā cui hodierna pōpa dicata est/ hac narratione quasi quodam hymnorꝫ cantu/ ut par est/ honoremus. SO. Recte loqueris: sed qd istud tādē est? qd Critias nō qñ uerbis descriptū/ sed quasi ab hac ciuitate quōdā gestū ex Solonis narratiōe uobis apuit? CRI. Referā priscā mihi puero traditā ab auo historiā. Cū ageret Critias annos/ ut ipse dicebat/ circiter nonaginta: ego uero decē/ celebrareturqꝫ solēnis ille dies: in quo ad cātū carminū pueri cōuocabanť: cōgregati sumus & nos una cū ꝓximis notisqꝫ pueris: nobisqꝫ a parētibus carminū canēdorꝫ certamen est iniūctū. Vbi multorꝫ poetarū carmina nō pauca memoriter ꝓnūciata sunt: & Solonis uersus a plurimis puerorꝫ utpote nouitatē poematis admirātibus decātati. Tū contribulis quedā/ seu quod ita iudicaret/ siue qd Critiæ blādiri uellet/ uideri sibi inqt cū in cæteris sapiētissimū fuisse Solonē/ tū in carminibus poetarū oīum generosissimū. His uerbis/ ut recte memini/ ualde lætatus est senex. atqꝫ ita ridēs inqt. Si Solo Amināder nō tm̄ relaxandi animi gratia: sed dedita opa seriorꝫ sicut alii poesim eēt secutus/ uel historiā quā ab Egypto reuersus instituerat absoluisset: a qua quidem seditionibus cæterisqꝫ ciuitatis fluctibus deturbatus medio in cursum destitit: nec Homero Hesiodoqꝫ nec alio quoqꝫ poetarū/ ut opinor/ īferior extitisset. Ad hæc illæ. Qua de re o Critia tractare Solo instituit? SO. De maximis inqt rebus ab hac ciuitate quondam gestis/ quarū memoria apud nos tēporis diuturnitate & interitu hoīum extincta est. Dic quæso inqt o Critia: quid illud opus: & qūo actū: & a qbus habitū tanqꝫ uerū Solo narrabat? CRI. Est inquit Egypti regio Delta cuius e uertice scīdunť nili fluēta. Eius cāpi/ Saitica pascua noīanť. In qbus maxīa ciuitas est: quam Saim uocāt. Vñ Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit/ quā Egyptii ueithē/ Græci Athenā noīant. Ipsi porro hoīes atheniēsium amici sunt/ eisqꝫ genere quodā cōiūctos eē se predicāt. Quo Solo profectū se honorifice acceptū fuisse referebat. Et cū de uetustatis memoria ab illis sacerdotibus qui in hac re cæterorꝫ pitissimi erāt/ qsiuiset/ exptū se eē dicebat: neqꝫ seipm neqꝫ aliū grecorꝫ queqꝫ cognitionē antiquitatis ullā hēre. Qñqꝫ uero corā sacerdotibus/ ut eos ad sua narrāda ꝓuocaret/ de antiquissimis illis Athenarū historiis uerba fecisse: Photoneo primo & niobe/ postqꝫ inundationē mundi de Pyrrha & Deucalione/ eorūqꝫ posteritate: & de tpibus qbus singula cōtigerūt. Tūc ex sacerdotib⁹ quēdam grādē natu dixisse. O Solo solo: Græci pueri semp estis: nec qsqꝫ e græcia senex. Cur istud diceret pcōtāte Solone rñdisse sacerdotē. Quia iuuenis semp uobis est aīus: in quo nulla est ex uetustatis cōmemoratione/ prisca opinio: nulla cana scīa. Quod ideo uobis cōtigit: qa multa: & uaria hominū exitia fuerūt/ erūtqꝫ. Maxima quidē aut ignis cōflagratiōe/ aut aquæ inundationibus ꝓuenire necesse. est minora uero aliis qbuslibet calamitatibus fieri. Nā qd apud uos ferť/ Phæthontē quondam Solis filiū currus ascēdisse paternos: nec patris aurigatione seruata/ exussisse terrena/ ipsumqꝫ flāmis cælestibus cōflagrasse: qꝫuis fabulosum uideať/ uerū quodāmodo eē putādū est. Fit enim longo tēporꝫ interuallo cælestis circuitus ꝑmutatio quædā: quā inflāmationis uastitas necessario sequitur. Tunc hi qui edita & arida incolūt loca magis pereūt/ qꝫ mari fluuiisqꝫ uicini. Nobis porro nilus cū in plærisqꝫ rebus salutaris est/ tū huiusmodi a nobis arcet exitiū. Quādo uero dii aquarum colluuione terræ sordes diluunt/ pastores ouiū/ atqꝫ bubulci qui iuga mōtiū habitāt periculum illud euadunt. Vestræ aūt ciuitates in planitie sitæ impetu fluminū ad maria rapiūtur. Sed in hac nostra regione neqꝫ tūc/ neqꝫ alias unqꝫ aqua in agros supne descēdit. Contra uero sursum e terræ uisceribus scaturit. Quāobrē antiquissimarū rerū apud nos monimēta seruanť. Proinde ubicūqꝫ nec imbriū tēpestas nimia nec incēdiū ingēs contingit/ licet alias pauciores/ alias plures semper tū hoīes sunt. Quæcunqꝫ uero a nostris siue a uestris siue aliis nationibus gesta sunt memoratu digna: modo ad aures nostrorū peruenerint/ nostris in templis descripta seruanť. Apud uos quidem: & alias gētes res gestæ nuper/ litteris monimentisqꝫ traduntť: sed certis tēporū curriculis illuuies immissa cælitus omnia populať. Ideo qui succedūt: & litteris & musis orbati sunt. Quo fit ut quasi iuuenes iterū sitis & rudes/ præteritarū rerū oīum prorsus ignari. Nā & ea ipsa quæ modo ex uestris historiis recēsebas a fabulis puerilibus o Solo parū distāt. Primo qd unius tātum inūdatiōis memineritis/ cum multæ præcesserint. Deinde quod genus maiorū uestrorum in regione uestra clarissimum & optimum ignoretis: ex quo tu & athenienses cæteri nati estis/ exiguo semine quondam publicæ cladi superstite. Quod propterea uos latuit: quia superstites illi eorumqꝫ posteri litterarum usu multis sæculis caruerunt. Fuit enim ante exitialem illam terræ illuuionem o Solo atheniensium ciuitas/ tam belli qꝫ pacis officiis præstantissima: eiusqꝫ opera legesqꝫ omnibus quorum memoria ad nos peruenit/ excelluerunt. Tunc admiratum Solonem obnixe sacerdotes obsecrauisse ait: ut omnia diligenter priscorum ciuiū opera reuelarent. Atqꝫ illi sic a sacerdote quodam fuisse respōsum. Nulla hoc inuidia prohibet Solo. Dicam equidem libenter tui & ciuitatis uestræ gratia. Maxime uero gratia deæ/ quæ & uestram illam & hanc nostram cōdidit: educauit: instituit: priorem uestram annis mille/ ex terra & uulcano accipiens semina: posterioris autem huius nostræ urbis res octo annorū milibus gestæ in sacris litteris continētur. Illorum ergo ciuium qui in hoc nouem milium annorum tempore ante nos fuerūt/ instituta & præclara facinora/ breuiter Solo in presentia tibi perstringā.

Vide ut Solo & poeta fuit.

Deinceps

Deinceps uero cum plus dabitur ocii accepto historiarum libro/latius exponemus. Ac primũ leges illorum considera quo pacto cum his nostris conueniant. Multa enim hic similia illis reperies. Principio quod sacerdotes separati ab omni turba uitam agũt. Deinde uaria opificum genera ita inter se discreta sunt: ut suum quisq; agat. promiscue uero nullus. Similiter pastorum uenatorum: agricolarum inter se distincta sunt opera. milites quoq; hic/ut nostri/ab aliis omnibus segregati/bellica dũtaxat tractare a lege iubētur. Armatura etiam: ut clippeorum iaculorũq; usus/apud utrosq; persimilis. his primi nos in asia usi sumus. Et dea ut illis in locis sic uobis primis hæc tradidit. Prudentiæ quoq; & modestiæ magna sicut uides nostris legibus ab initio cura fuit: diuinationis insup & medicinæ/& sanitas nobis per hæc diuinitus procurata. Demum quęcũq; ad hæc attinent disciplinæ/diligenter institutæ a lege reperiuntur. Huiusmodi institutione & ordine priorem uestram urbem dea a primordiis exhornauit: cum in urbe condenda eam regionem elegisset quæ ob aeris temperiem prudentissima ingenia procrearet. Vtpote enim bellicosa & sapiens dea regionem eligendam censuit talē/quæ esset sui similes homines editura. His itaq; legibus uel etiam honestioribus institutionibus formati ueteres athenienses omni uirtutum genere cæteris omnibus excelluerunt: ut decebat eos: qui diis geniti eruditiq; eēnt. Multa quidem & mirabilia uestræ ciuitatis opera in monimentis nostris leguntur. sed unum magnitudine & uirtute præcipuum facinus. Traditur enim uestra ciuitas restitisse olim innumeris hostium copiis: quæ ex atlantico mari profectę pene iam cunctam Europam Asiamq; obsederant. Tunc enim erat fretum illud nauigabile: habens in ore & quasi uestibulo eius insulā: quas Herculis columnas cognominatis. ferturq; insula illa Lybya simul & Asia maior fuisse: per quam ad alias proximas insulas patebat aditus: atq; ex insulis ad omnem continentem e conspectu iacentem uero mari uicinam. Sed intra os ipsum portus angusto sinu fuisse traditur. Pelagus illud uerum mare: terra quoq; illa uere erat continens. In hac Atlātide insula maxima & admirabilis potentia extitit regum: qui toti insulæ illi multisq; aliis: & maxime terræ continentis parti/præterea & his quæ penes nos sunt/dominabantur. Siquidē tertiæ mũdi parti quę libya dicitur usq; ad Egyptum imperauerunt: Europæ uero usq; ad tyrrhenum mare. Horum uis omnis una collecta nostram o Solo uestramq; regionem/& quicqd intra colũnas Herculis continebatur/inuasit. Tunc uestræ ciuitatis uirtus in omnes gētes enituit. Quæ cum omnes magnanimitate bellicisq; artibus antecelleret/partim una cum aliis græcis/ partim sola cæteris deserētibus/extrema discrimina subiit hostesq; expugnauit/amicis seruata uel reddita libertate. Post hæc ingenti terremotu iugiq; diei unius & noctis illuuione factum est/ut terra dehiscens uestros illos una omnes bellicosos homines absorberet: & Atlantis insula sub uasto gurgite mergeret. Quā ob cām innauigabile pelagus illud propter absortæ insulæ limum relictum fuit. Hęc o Socrates eorum quæ Critias maior a Solone accepta narrabat summa ē. Sed dũ pterito die de re. p. ciuibusq; suis dissereres/subiit mihi quædam ex recordatione admiratio/cogitanti uidelicet diuina quadam sorte factum esse/ut simillima quædam haud ab re Solonis historiæ traderes. ob eam uero causam nihil tunc protuli/quoniam ex diuturna negligentia nō satis reminiscebar. Satius igitur ipse cēsui/ ut priusq̄ referre uobis inciperem/mecum esse repeterem. Ideo uero statim imperio tuo consensi: quia confidebam ut in rebus huiusmodi maxime decet/aliquid me quod propositę rei congrueret reperturum. Ita heri/ut iste ait/post discessum protinus his prout tunc recordabar/recensui. A nocturnis deinde uigiliis pene omnia recuperaui. Profecto quæ ī pueritia discimus diutius firmiusq; ut fertur/meminisse solemus. Atq; haud scio/an quæ heri audiui/referre nunc omnia memoriter possim: quæ uero puer accępi/mirabor equidem siquid eorum e memoria mihi exciderit. Ea quippe cum uoluptate & ioco audiebam: cum & senex ille libenter me doceret/& ego ab illo sedulo sciscitarer. Quapropter quasi quædam litterarum inustæ indelebiliter notæ / ea mihi omnia infixa memoriæ permanserunt. Atq; his etiam ante solis ortum ipsa narraui: ut una mecũ essent ad hanc orationem paratiores. Verum ut ad id quo hæc omnia spectant/me conferam: paratus sum o Socrates/non modo summatim sed sigillatim sicut audiui omnia enarrare. Ciuitatem utiq; & ciues quos quasi per fabulam hesterna disputatione finxisti/rem ueram esse ponemus. Ciuitatem quidē illam/atheniensem hanc urbem esse. Ciues quoq; quos ipse excogitabas nostros illos maiores a sacerdote narratos fuisse censebimus. Nempe omnino hæc congruēt: neq; abre fuerit/si ciues tuos reuera priscos illos extitisse dixerimus. Quare communiter rem ipsam inter nos partientes conabimur omnes muneri abs te nobis imposito pro uiribus satisfacere. Sed uide o Socrates nunquid sermonem hunc probemus/an alium exigamus? SO. At enim quem o Critia sermonem magis q̄ istum probabimus? qui præsentibus deæ sacris propter propinquitatem quandam mirifice congruit. Maximum uero illud est non fictam a nobis fabulam/sed ueram historiam recenseri. Quonam igitur pacto & unde/hac spreta/disputationem aliam exordiemur? Certe non licet. Ideo bonis fortunæ auspiciis oportet iam tū uos disserere/q̄ me pro hesterna narratione/ hodie silētio uos

Prouerbium Quę in pueritia discimus diutius seruamus.

audire. CRI. Considera Socrates/an cōmode mutuum tibi conuiuium disposuerimus. Visum nobis est/ut Timæus tanq̄ in astronomia nostrorum omnium peritissimus/maximeq; in rerum natura cognoscenda uersatus/primus edissereat/ita ut a mundi generatione exordiēs usq; ad generis humani naturam deueniat. Atq; ego deinde suscipiens homines a Timæo quidē genitos a critia uero ut plurimum institutos/fm Solonis sermonem legemq; in iudicium uestrum adducam: ciuitatisq; istius ciues efficiam eos qui prisci illi athenienses fuerunt: quos iam extinctos sacræ ægyptiorum litteræ in lucem e tenebris eruerunt/adeo ut de illis deinceps tanq̄ de ueteribus atheniēsibus uerba fiant. SO. Copiosam & splendidā disputationis mensam apparuisse mihi uideris. Tua ergo interest o Timæe inuocatis secundum legem diis/disputationem iam exordiri. TI. Probe consulis Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo compotes sunt/in operis cuiuslibet uel magni uel parui principio inuocare deum soleant/quanto nos equius est de uniuerso siue genitum sit siue ingenitum disputaturos/nisi forte desipimus/inuocare diuinam opem? Ergo deos oēs deasq; precamur/in primis quidem ut ea dicantur a nobis/quæ illis placeant: deinde ut nobis ipsi constemus. Quantum ad deos attinet/sic a nobis oratum sit. Sed quod ad nos spectat/poscendum est/ut & uos facile assequamini: & ego fm mentis propositum rem ipsam qua de agitur transigam. Principium ita mihi distinguendum esse uidetur: quid sit, quod semper est carens generatione: quid uero quod gignitur quidem/neq; est unq̄. Illud intellectu per rationis indaginem percipi potest: cū semper sit idem. hoc opinione per irrationalem sensum attingi: cum gignatur: & intereat: neq; uere unq̄ sit. Quicquid autem gignitur/ex aliqua causa necessario gignitur. Sine causa uero oriri qcq̄ impossibile est. Quādo igitur opifex in operis alicuius constructione ad id quod eodem modo se habet semper aspicit: & huiusmodi quodam usus exemplo ideam uimq; in opus educit/pulchrū fieri tunc opus omne necessarium est. Quando uero ad id quod factum est/respicit/minime pulchrum. Vniuersum igitur hoc/cœlum siue mundum siue quo alio uocabulo gaudet/cognominemus. De quo primum consideremus: quod in quæstione de uniuerso ante omnia inuestigari debet. Verum ne semper fuerit sine ullo generationis principio, an genitum sit ab aliquo principio sumens exordium: id profecto cernitur tangiturq; & corpus habet. Omnia uero huiusmodi sensus mouent. Quæ sensus mouent/opinione per sensum percipiuntur. Hæc uero talia esse cōstat/ut gignantur & genita sint. Quicquid autem gignitur ab aliqua causa necessario gigni asseruimus. Opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile/& cum iam inueneris prædicare eloqui uulgo impossibile est. Rursus considerandum est utrum mundi faber sit imitatus exemplar. Id ne qd idem semper & simile est: an id quod genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mundus & opifex mūdi bonus/sempiternum certe exemplum maluit imitari. Sin secus/quod ne dictu quidē fas est/generatum exemplar est pro æterno secutus. Cum uero & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit/& eius auctor causarum omnium optimus/dubium non est/quin sempiternum sit secutus exemplum. Sic igitur generatus/ad id est effectus/quod ratione & sapientia sola comprehendi potest/& immutabile permanet. Ex quo efficitur/ut necesse sit hunc mundum alicuius simulachrum esse. Rationem uero originis naturaliter explicare difficillimum est. Ideo de simulachro & exemplo sic distinguamus. Rationes utiq; cum his rebus quas exprimunt/cognationem quandam habere uidentur. Ergo cum de re firma & stabili & mente comprehendenda disseritur/stabiles similiter immutabilesq; & q̄maxime fieri potest inexpugnabiles rationes esse oportet. Cum uero de ipsius rei firmæ stabilisq; simulachro disputatur/uerisimiles rationes sufficiunt: quæ ita se ad superiores habeant rationes/ut simulachrum ad exemplum. Nempe quod est ad generationem essentia/id ad fidem est ueritas. Cū ergo o Socrates multa de diis mundiq; generatione a multis dicta sint/ne mireris obsecro/si rationes de iis probatissimas exactissimasq; afferre non possim. Satis enim factum putare debebis/si non minus probabiles q̄ quiuis alius rationes attulerim. Equum est meminisse/& me qui dixeram & uos qui iudicabitis: homines esse: ut si probabilia dicentur/nihil ulterius requiratis. SO. Scite loqueris o Timæe. Quare uós ut iubes agendum putamus. Exordium quidem hoc oratiōis mirifice approbauimus. Sed age deinceps disputationem perage. TI. Dicamus igitur quam ob causam ille rerum auctor generationem & hoc uniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autē nulla unq̄ aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alienissimus esset/oīa sibi quantum fieri poterant simillima fieri uoluit. Siquis hanc gignendi mundi causam præcipuam a prudentibus uiris acceperit/rectissime profecto accipiet. Itaq; cum uellet deus bona omnia fore/nihil uero quoad natura pateretur malum quicquid erat quod in cernēdi sensum cadere posset/assumpsit. non tranquillum & quietum/sed temere agitatum & fluitans: idq; ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autem neq; erat neq; est qui eq̄ nisi pulcherrimum facere eum/qui est optimus. Cum igitur excogitasset/inuenit nihil eorum/quæ secundum naturam aspectui subiecta sunt si expers intelligentie sit intelligente alio totum toto pulchrius

In principio oīum opationum exordiū a deo sumendum est.

Petitiones.

Nomen rei de qua est disputandū tenendum.

Secunda quæstio.

Solutio cum ratione.

De ui sōnum

Maxīa propō

Maxīa propō ordinem esse meliorem in ordinato.

Petitio. ordinem & pulcritu. eē ab intellectu.

chrius unq̃ fore. Intellectum uero alicui sine anima dari non posse. Hac ratione mentem quidem animæ/animam uero corpori dedit: totumq; ita mundum constituit/ut pulcherrimũ natura opus optimumq; foret. Quo circa sicut ratio nobis hæc probabilis persuadet/dicendum est/hunc mundum animal esse/idq; intelligens, reuera diuina prouidentia constitutum. Hoc posito/quod sequitur/uideamus ad cuius animalis similitudinem deus mundum constituit. Vni cuidam proprieq; animalium speciei similem fecisse/ne arbitremur. Nam si imperfecto animali similis esset factus pulcher certe non esset. Immo uero illius animalis eum simillimum esse ducamus: cuius animalia cætera & singulatim/& generatim partes sunt. Illud siquidem uiuentia omnia/quæ sola mente percipiuntur/in seipso complectitur/quemadmodum mundus hic nos & cætera quæ cernuntur animalia continetur. Volens itaq; deus omnium quæ intelligi possunt pulcherrimo & undiq; absoluto mundum hunc simillimum reddere/animal unum ipsum effecit/aspectui subiectum: animalia cuncta naturæ suæ conuenientia intra suum limitem continens. Proinde recte ne mundum unum diximus? an rectius plures innumerabilesue dici oportuit? Vnum profecto: si modo ad unius similitudinem sit formatus. Quod enim uiuentia omnia quæcũq; intelliguntur continet socium alterum habere non potest. Alioquin aliud animal/quod hæc duo contineat/esse oporteret: cuius duo hæc partes sint nec illorum/sed tertii huius/mundus hic simulachrum rectius diceretur. Vt igitur hic mundus esset animali absoluto simillimus/ex eo quod solus atq; unus eẽt/iccirco neq; duo neq; innumerabiles procreati sunt: sed unus mundus unigenitusq; factus est & erit. Quoniam uero corporeus/spectabilisq; & tractabilis erat futurus/ac sine igni uideri nihil potest: nihilq; sine solido tangi/& solidum absq; terra nihil/ideo in operis huius exordio deus ignem primo terramq; creauit. Sed duo sola absq; tertio quodam cõmode cohærere non possunt: mediumq; aliquod uinculum utrorũq; desiderant. Vinculorum uero id est aptissimum atq; pulcherrimũ/quod ex se & ex iis quæ astringit/q̃maxime unum efficit. Hoc maxime proportio ratioq; alternæ comparationis assequit. Quando enim in tribus numeris aut molibus aut uiribus medium ita se habet ad postremum/ut primum ad medium uicissimq; ut postremum cum medio/ita medium cũ primo congruit. Tunc quod medium est & primum fit & postremum. Postremũ quoq; & primũ media fiunt. Ita necessitas cogit/ut omnia quæ sic deuincta fuerint/eadem inter se sint. Eadem uero cum facta sint/efficitur: ut omnia sint unum. Quod si uniuersi corpus latitudinem habere debuisset/nullam uero profunditatem unum sane tum ad seipsum tum ad extrema uincienda interiectum medium suffecisset. Sed cum soliditatem mundus requireret/solida uero non uno sed duobus semper mediis copulentur inter ignem & terram/deus aerem aquamq; locauit: eaq; ita inter se inuicem quoad fieri poterat/comparauit: ut quemadmodum ignis ad aerem/ita aer ad aquam: ut aer ad aquã/sic aqua ad terram congrue conferatur. Qua ex coniunctione ita constitutus est mundus ut aspici tangiq; possit. Propterea ex huiusmodi rebus numero quatuor mundi corpus conflatum est: ea cõnexum comparatione qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concordi complectitur: atq; ita apte coheret/ut nequeat dissolui ullo modo/nisi ab eodem a quo est colligatum. Quatuor igitur earum rerum quãlibet integram mundus accepit. Ex omni quippe igni/aere/aqua/terra ipsius faber ita ipsum composuit/ut nullam cuiusq̃ istorum partem aut uim extra relinqueret. Idq; ea ratione fecit, primum quidem ut totum hoc animal q̃ maxime perfectum ex perfectis partibus esset. Deinde ut esset unũ cum nihil extra relictum fuerit: ex quo alterum generetur. Postremo nequis ipsum morbus aut senectus attingeret. Videbat enim eam esse naturam corporis ut importuna caloris uel frigoris aliarumq; rerum nimis uehementium accessione ledatur: & in morbos/seniumq; impulsum deficiat. Quam ob causam rationemq; unum totum ex omnibus totis: & perfectis perfectum/morbi/& senectutis expertem/deus mundum constituit. Cui & figuram maxime cõgruam & decoram dedit. Animal quippe hoc/quod intra suum ambitum erat animalia omnia contenturum/eam figuram præcipue requirebat: in qua figuræ omnes continerentur. Quapropter spæricũ fecit: in quo omnes extremitas paribus a medio radiis attingitur, quæ quidem figura omnium perfectissima sibiq; ipsi simillima iudicatur. Putabat enim simile dissimili multo pulchrius esse. Lenem præterea hunc globum extrinsecus undiq; expoliuit. Nec immerito summa cum equalitate tornauit. Nec enim oculis indigebat quia nihil extra quod cerni posset/relictum erat. Nec auribus/cum nihil superesset foris quod audiretur. Nec erant aere circũfusa externa mundi/ut respirationem requireret. Nec membris quidem talibus opus erat. Per quæ noua alimenta susciperet: aut decocti cibi excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat/nulla accessio. Nec enim erat aut quo aut unde talia fierẽt. Ipsum enim se consumptione & senio sui ipsius alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus/ut omnia in seipso & a seipso patiatur/& agat. Ratus enim est ille auctor/mundũ si sibi ipse sufficiat præstantiorem fore/q̃ si aliorum adminiculis egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit: quia neq; capiendum quicq̃ erat neq; repellendum. Nec pedibus aut aliis ad progressum statũue membris

Petitio.

Diffinitio mundi.

Quæstio de cã formali uel exemplari.

De unitate mundi intelligibilis.

Quæstio unone an plures mundi.

Solutio quæstionis.

Vis terræ & ignis.

De medio ac proportione primi medii & extremi.

Mũdus ex tota materia cõstat.

Perfectum extra qđ nihil ẽ sumere.

Seniũ & morbus ab externis cãis: ex q̃b⁹ uide mundum eẽ æthernum a defectu cãæ nõ a materia.

Cur spærica figura pfectissima.

Petitio: simile pulchrius q̃ dissimile.

Cur mundus nõ sit organico corpore.

Maxĩa quod sufficiens id præstantius.


Motus localis septē species: circulatio: dextrorsum: sinistrorsum sursum deorsum: antrorsū: retrorsum. Nam introrsū: & extrorsum sunt motus sursū: & deorsum.

opus erat. Motum enim illi congruum suo corpori tribuit: qui ex semptem motibus unus ad mentem maxime/& intelligentiam pertinet. Ideoq; cum illum per eodem/& in seipso circūduxisset/effecit: ut circulari conuersione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit ab eo: & ab eoq; errore & peruagatione/penitus liberauit. Ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus non egebat/crura pedesq; non dedit. Cum hæc igitur deus ille qui semper est: de aliquando futuro deo cogitaret/lenem eum effecit æqualemq;: & a medio ad summum undiq; parem. Corpusq; ex corporibus totis & perfectis/totum atq; perfectum. Animam autem in eius medio collocauit: perq; totum tetēdit: atq; ea corpus ipsum etiam extrinsecus circūtexit: mundumq; hunc unum & solum solitariūq; & circularem uolui in circulum statuit. Qui propter uirtutem secum ipse facile coercere possit nullius alterius indigens satisq; ipse sibi notus atq; amicus. Itaq; omnibus his de causis mundum opifex eius beatum deum effecit: sed animam haud ita ut modo dicere cæpimus/tum deniq; cum corpus ei effecisset/procreauit neq; enim qui hæc coniunxit/parere iunior antiquius permisisset. Sed nos multa utpote fortune participes incōsiderate & temere loquimur. Ille uero tam generatione q̄ uirtute priorem antiquioremq; animam corpore constituit. utpote quæ obedienti corpori esset imperatura. Ex his uidelicet atq; hoc pacto. Ex ea substantia quæ indiuidua & semper eadem similisq; est/& ex ea rursus quæ circa corpora diuidua fit. tertiam substantiæ speciem cōmiscuit mediā: quæ rursus eēt naturę ipsius eiusdē/& naturę ipsius alterius pticeps eāq; p hęc mediā cōstituit īter ī diuiduā substantiā: & ea q̄ circa corpus diuidit. Ea cū tria sumpsisset in unā spēm oīa tēperauit. Vbi naturā ei⁹ qđ alterū diuersūq; uocamus cōmistioni repugnātē cū eo qđ idē dicit ui q̄dā cōciliauit.


Vide trinitatem ī diuinis patris filii & amoris utriusq;.


Petitio: mundum circulo uolui.

Partes substātiæ animę:



Postq̄ uero duo illa cum substantia cōmiscuit: & ex tribus unum fecit/rursus id totum in ea quę decuit membra partitus est: quorum quodlibet ex tribus/eodem altero substantiaq; constaret. Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio accepit ex uniuerso portionem. Secūdam autem primę partis duplam. Deinde tertiam/ quæ secūdæ sesquialtera esset/primæ tripla. postea quartam/secundæ duplam. Quintam deinceps tertiæ triplā. Sextam primæ. Postremo septimam/quæ partibus sex & uiginti primam excederet. Post hæc dupla & tripla interualla repleuit: partes rursus ex toto desecans/quas interuallis ita locauit/ut bina essent in singulis media siue ut ita dixerim/medietates: quarum una eadem parte excedit alterum extremorum/eadem ab altero superatur. Altera medietas pari numero extremum unum superat: pari superatur ab altero. Cum uero sesquialtera interualla/sesquitertia/ & sesquioctaua sumpsisset/ ex his nexibus in primis spatiis/sesquioctauo iteruallo/ sesquitertia omnia explebat: particula singulorum relicta. Huius autem particule interuallo assumpto ea inde habebatur numeri ad numerum in terminis comparatio/ que est inter ducentos quinquagintasex: & ducentos quatragintatres. Iam uero commixtum illud unde ista secernebat totum/huiusmodi partium sectione consumptum erat. Tunc seriem hanc uniuersum in longum secuit & ex una duas fecit: mediāq; mediæ in speciem X græcæ litteræ accomodauit. Deinde in orbem intorsit/quoad ita coirent inter se capita/ut lineæ ipsæ & secum & inter se inuicem eregione interfectionis ipsius coniungerētur: atq; eo motu qui in eodem & similiter semper reuoluitur undiq; est eas circūplexus: & circulorum alterum exteriorem/interiorē alterum fecit. Exteriorem quidem lationem eiusdem naturæ. Interiorē uero alterius nominauit atq; illam que erat ipsius eiusdē nature cognata/in latus ad dexteram ptē. eam uero que alterius/ p diametrū ad leuam flexit. Sed principatum dedit eiusdem ipsius similisq; agitationi. Eam nāq; solam indiuisam reliquit. Interiorem uero cum sexies diuisisset septē orbes inequales dupli/ & tripli interuallis effecisset singula cum tria sint utriusq; cōtrariis inter se cursibus orbes peragere iussit. Et ex septem īterioribus tres quidem pari celeritate quatuor uero & ad se & ad reliquos tres celeritate quidem impari debita tamen ratione conuerti.





Postq̄ igitur secundum creatoris illius mentem tota animæ constitutio absoluta fuit / moxomne corporeum intra ipsam effinxit: mediūq; mediæ accōmodans apto modulamine copulauit. At illa a medio per omne usq; ad cœli extrema se porrigens/eiq; extrinsecus circūfusa seq; in seipsa conuertens ita sempiternæ sapientisq; uitę in uniuersum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem cœli spectabile factum ē. Anima uero

oculorum

oculorum effugit obtutum: rationis & modulaminis compos: ab auctore suo omnium quæ semper sunt & ad intelligentia pertinent optimo ipsa quoq; optima omnium quæ genita sunt effecta. Quoniam igitur ex tribus partibus/eodem scilicet & altero & essentia conflata est. ratione proportionis distincta atq; compacta: necnon in seipsam orbe reflectitur / quotiens aliquid attingit quod essentiam diuiduam habet & quod indiuiduam / in seipsam omnino conuersa quid sit utrumq; discernit/& cui quid idem sit a quo alterum & diuersum. Ad quid queq; & ubi/quomodo/& quando esse huiusmodi aliquid uel pati contingat / tam in iis quæ gignuntur/q̃ in illis quæ semper sunt eadem. Ratio porro ad ipsum quod idem est uergens atq; ueridica tam circa alterum q̃ circa idem uersata & sine sono strepituq; omni in eo quod seipso mouetur reuoluta quãdo ad sensibile aliquid se conuertit/si tunc etiam alterius diuersæq; naturæ circulus recte per omnem ipsius animam rem ipsam nunciet/opiniones fideiq; assensiones firmas uerasq; producit. Quando rursus circa rationale se uersat/& ipsius quod idem est circulus se apte reuoluens rem denunciat / intellectus necessario scientiaq; perficitur. Hæc quisquis in alio q̃ in anima fieri dixerit a uero penitus aberrabit. Cũ igitur hoc a se factum sempiternorum deorum pulcrum simulachrum moueri & uidere pater ille qui genuit animaduerteret/delectatus est opere/& hac ductus lætitia opus suum multo etiam magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit. Itaq; quemadmodum illud sempiternum animal est: ita uniuersum hoc pro uiribus tale facere statuit. Illius quidem animalis æterna natura est. Quod genito operi congruere omnino non potest. Iccirco imaginem æui mobilem effingere decreuit: ac dum cœlum exhornaret. fecit æternitatis in unitate manentis/æternam quandam in numero fluentem imaginem: quam nos tempus uocamus. Dies porro & noctes & menses & annos qui ante cœlum non erant/tunc nascente mundo nasci iussit: quæ omnia temporis partes sunt. At qui erat & erit quæ nati temporis species sunt/non recte æternæ substantiæ assignamus. Dicimus enim de illa est/erat/& erit. Sed illi reuera solum esse competit. Fuisse uero & fore deinceps/ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa sunt. Eterna autem substantia cum eadem semper & imobilis perseueret: neq; senior seipsa fit unq̃ neq; iunior: neq; fuit hactenus neq; erit in posterum/neq; recipit eorum quicq̃: quibus res corporeę mobilesq; ex ipsa generationis conditione subiiciuntur. Nempe hæc omnia temporis imitantes æuum seq; numero reuoluentis species sunt. Sæpe etiam dicimus quod factum est/esse factum: quod fit in generatione esse: quod fiet/esse faciendũ: & quod non est/non esse. Quorum nihil recte & exacta rõne dicimus. Sed exquisitam de iis discussionem pręsens disputatio non requirit. Tempus uero una cũ cœlo factum est: ut una orta/una etiam dissoluantur: siqua his dissolutio unq̃ contigerit: & ad exemplar æternæ naturę ideo factũ est: ut mundus hic illi præstãtiori quoad põt similimus sit. Ille. n. mũdus huius exemplar/omne per æuum est. Hic uero perpetuo per omne tẽpus fuit fitq; solus & erit. Hac ratione consilioq; dei tempus creare uolentis sol & luna/& aliæ quinq; stellæ quæ uocantur erraticæ factæ sunt: quo temporis numerus distinguatur atq; obseruetur. Cum uero stellarum huiusmodi corpora septem fecisset deus/septem orbibus qui alterius ipsius diuersæq; naturæ circuitu uoluuntur/adhibuit. Lunam in primo supra terram circuitu posuit. In secundo Solem. Luciferi deinde globum & Mercurii sacrum ut dicitur orbem circulis affixit: Soli uelocitate æqualibus: potentia uero illi contrariis. Quo fit ut apprehendant se inuicem & a se uicissim apprehendantur similiter hæ stellæ. Sol/Lucifer/& Mercurius. Cæterarum stellarum ordines progressusq; & rationes siqs omnino percurrere uelit/plus erit opere ipso: quod operis gratia sumetur. Hæc enim forte a nobis pro dignitate rei alias si dabitur ocium tractabuntur. Postq̃ uero singula quę ad seriem temporis pertinebant conuenietem sibi progressum sortita sunt: corporaq; nexibus compacta uitalibus animalia euaserunt/pręscriptum tenorem & institutum ordinem tenuerunt. Vt uidelicet secundũ alterius diuersæq; naturæ obliquam agitationem eiusdem ipsius agitationi subiectã/orbes illi partim ampliorem partim angustiorem circulum peragant. Et quæ minorem/uelocius: quæ maiorẽ tardius reuoluantur. Secundum uero ipsam eiusdem naturæ lationem quæ uelocissime percurrũt comprehendentia a tardioribus comprehendi uidentur. Omnes quidem eorum circulos superna illa uertigo uaria circuitione reuoluens/propterea quod isti duobus simul contrariis motibus agitantur id quod tardissime ab ipsa quæ uelocissima est recedit: proximum declarauit. Vt autem esset quædam uelocitatis illorum tarditatisq; mensura certissima/omniumq; octo motuum prodiret in lucem chorea: accendit lucem clarissimam deus in secundo a terra circulo. quam modo Solem uocamus. Cuius splendore cœlum omne illustraretur: & animantes omnes quæcunq; natura numeri capaces sunt/ipsius participes efficerentur: usum numerandi discentes ab illo eiusdem similisq; naturæ circuitu. Hinc quoq; noctis dieiq; uarietas orta est. Propter hæc etiam unius sapientissimiq; circuitus reuolutio. Mensis uero prouentus quando luna lustrato circulo suo solem consecuta est. Anni/ubi Sol suum peragrauit orbem. Cæterorum autem syderum ambitus ignorãtes

De genitura temporis.

homines prçter admodum paucos/neq; nomine certo illos appellant:neq; numeris inter se distinctis commetiuntur. Itaq; /ut ita dixerim/nesciunt horum peruagationes idipsum esse quod rite dicitur tempus multitudine infinita & uarietate mirabili præditas. Est tamen intellectu facile quod perfectus numerus temporis/perfectum tunc demum compleat annum/cum octo ambitus confectis suis cursibus quos orbis ille semper idem similiterq; procedens metitur/ad idem se caput retulerint. Has ob causas nata sunt ea astra quæ per cœlum meantia conuersiones habent:ut hoc oē animal quod uidemus esset perfectissimo animali illi quod mente perspicitur harmoniæ imitatione simillimum. Iam uero cætera usq; ad temporis ortum ad imaginem propositi exemplaris effinxerat. Sed quia mundus hic nondum animalia omnia intra suum ambitum continebat/ex ea parte deficiebat ad illud exemplar imaginis huius similitudo. Hoc igitur quod deerat/superni illius exēplo deus explebat. Quot igitur & quales mens ideas in eo quod est animal inspicit/totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitauit. Sunt autem quatuor. Vna quidem deorum cœlestium genus continet: alia uolatile & aeriuagum. Tertia aquæ liquoribus accommodatum. Quarta terrenorum animantium genus. Diuini quidem animalis speciem ex igni maxima ex parte cōponebat:ut splendidissimum esset uisuq; pulcherrimum. Cūq; illud uniuersi figura simile uellet fore/rotundum fecit:posuitq; in ipsius optimi sapientia. atq; illud sequi iussit: circūq; omne cœlum distribuit:ut uerus illi ubiq; ex hac uarietate hornatus accederet. Dedit autem diuinis duo genera motus. Alterum quo in eodem semper & similiter uoluerentur/cum de eisdem semper secum ipsi us eadem cogitent. Alterum quo in anteriorem partem ab eiusdem ipsius similisq; uertigine ducerentur. Reliquos autem quinq; motus ab his esse uoluit alienos:ut unumquodq; illorū quoad fieri potest/optimū esset. Qua ex causa facta sunt astra illa erroris expertia: quæ diuina animalia sunt: proptereaq; in eodem semper circuitu perseuerant. Quæ uero uaga sunt/& mutabili ratione labūtur: ita deinceps/ut supra diximus dispositа sunt. Terram autem altricem nostram circa polum p uniuersum extensum alligatam diei noctisq; effectricem & custodem esse uoluit: nec non primam antiquissimamq; deorum omnium qui intra cœlum sunt geniti. Horum uero deorum choreas & inter ipsos concursiones circulorumq; ipsorum reuolutiones uarias & accessus: quales præterea fiant coniuncti sibi inuicem uel oppositi siue ante inter se/siue retro: quidue ex illorum serie nobis proueniat:quibus temporibus & quo pacto delitescant singuli/uel emergant: quidue portendant quando orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiunt. Hæc inq̄ omnia absq; diligenti simulachrorum ipsorum inspectione explicare uelle/inanis est labor. Sed de his satis. & iam quæ de natura deorum illorum qui tales geniti sunt ut cernantur dicenda erant: finem habeant. Cæterorum uero qui dæmones appellantur & cognoscere & enūciare ortum/maius est opus q̄ ferre nostrum ualeat ingenium. Priscis itaq; uiris hac in re credendum est qui diis geniti ut ipsi dicebant/parentes suos optime nouerant. Impossibile sane deorum filiis fidem nō habere/licet nec necessariis nec uerisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Verum quia de domesticis rebus loqui se affirmabant:nos legem secuti fidem præstabimus. Sic igitur ut ab his est traditum/horum deorum generatio habeatur atq; dicatur. Terræ cœliq; filii Oceanus & Tethis fuisse traduntur. Ab iis Phorcys Saturnus & Rhea geniti:& reliqui horum fratres. Ex Saturno & Rhea Iuppiter & Iuno & reliqui quos eorum fratres quotidie memorari audimus:nati dicuntur. Ex his deinceps ut traditur alii. Postq̄ orati sunt omnes & qui cœlo uoluuntur dii nostris oculis manifesti/& qui eatenus nobis conspicui fiunt quatenus ipsi uolūt/tum ad eos mundi genitor ita fatur. Dii deorum: quorum opifex ego & pater sum hæc attendite. Quæ a me facta sunt/me ita uolente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod uinctum est/solui potest. Sed mali est quod pulchre compositum est/seq; habet bene/uelle dissoluere. Quapropter quia generati estis/immortales quidem & indissolubiles omnino non estis. Nec tamen unq̄ dissoluemini/ nec mortis fatum subibitis. Nam uoluntas mea maius præstantiusq; uobis est uinculum ad uitæ custodiam q̄ nexus illi/quibus estis tunc cum gignebamini/colligati. Sed nunc iam quid iubeam/cognoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant: absq; horum generatiōe cœlum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet/si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc uero si a me fiant solo uitaq; donentur/diis adæquabuntur. Quapropter accedite uos secundum naturam ad animalium generationem: ita ut uim imitemini meam/qua in ortu uestro sum usus. atq; eius quidem animalis quod in ipsis tale futurum est ut cum immortalibus appellatione conueniat diuinumq; uocetur principatumq; teneat/& iustitiam simul ac uos ultro colat/ego uobis semen & initium tradam. Vos cætera exequi par est: ut īmortali naturæ mortalem attexētes: faciatis generetisq; animalia subministrantesq; alimenta augeatis & consumpta rursum recipiatis. Hæc fatus/in eodem rursus cratere/in quo mundi totius animam permiscens temperauerat/superioris temperationis reliquias miscendo perfudit. Modo quodam eodem: nō

tamen

Genera animalium.

Quatuor ideç aialium.

Terram antiquissimā deorum: q intra cœlum.

tamen perfectas similiter. Sed & secundo/& tertio gradu a primis deficientes. Deniq; cum uniuersum constituisset astris parem numerum distribuit animarum: singulis singulas adhibēs. Eisq; tāq̄ uehiculo impositis monstrauit: uniuersi naturam: ac leges fatales edixit. Ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quodam una fore ne quis ab eo minus aliquid sortiatur. Satis autem & quasi sparsis animis per singula singulis conuenientia temporum instrumenta fore ut animal nasceretur/quod omnium animalium maxime esset diuino cultui deditum. Esse autem naturam hominis geminam. Cuius id genus fore præstantius quod uiri nomine sit appellādum. Cū uero animę corporibus necessitate quadam insertę fuerint & corporibus earum accesserit aliquid uicissimq; abscesserit primum utiq; necessario sensum unum omnibus intimum/ & naturæ coniunctum illic a uiolentis passionibus excitari. Deinde uoluptate & dolore mistum amorem. Post hæc metum & iram: & quæcunq; uel ista sequuntur: uel ab istis/ut contraria dissident. Hæc qui superauerint/eos iuste uicturos. Iniuste uero qui ab his fuerint superati. Atq; illum qui recte curriculum uiuendi a natura datum confecerit/ad illud astrum cui accōmodatus fuerit/ reuersum beatam uitam acturum. Contra uero agentes cogi in ortu secundo/sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tū quidem finem peccandi faciet quatenus deprauatur eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutari: nec prius a mutationibus laboribusq; cessare / q̄ illam sibi insitam eiusdem ipsius similisq; naturę conuersionem secutus ipse eiq; subiiciens turbulentos multiplicesq; affectus/postea ex igni/aqua/aere & terra contractos ratione sedauerit: & ad primum optimumq; sui habitum iam redierit. Quæ cum illis ita designauisset: nequa penes se futurę prauitatis causa esset: alios ī terram, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta spergens quasi serebat. Post huiusmodi sementem quod reliquum erat/diis iunioribus agendum mandauit: ut corpora mortalia fingerent quantumq; esset humanæ animæ quod reliquum huic deberet accedere id omne & quæ consequētia essent/adiungerent regerentq;: & q̄ optime & pulcherrime fieri posset mortalis animalis naturam gubernarent: nisi ipsum sibimet malorum causa esset. Atq; is quidem qui hæc cuncta disposuit: rite in suo habitu permanebat. Quo quidem permanēte: eius filii: cum parentis ordinem cognouissent/eum protinus sequebantur. Itaq; accepto ab illo mortalis animantis immortali principio sui effectorem imitati/ignis/aeris/aquæ/terræ particulas: quas rursus redderent a mundo mutuabantur/easq; inter se copulabant: haud iisdem illis indissolubilibus uinculis/quibus ipsi fuerant colligati. sed talibus quæ propter paruitatem cerni non possent: crebrisq; huiusmodi clauis coniūctis unum ex omnibus corpus efficiebant: atq; in hoc ipsum tum influente corpore animæ diuinæ circuitus illigabant. Itaq; hi circuitus in profundum flumen immersi/neq; tenebant neq; tenebantur. Sed ui ferebantur: atq; ferebant. Ex quo factum est: ut totum animal moueretur: sine ordine tamen/& fortuita quadam iactatione. Cui quidem sex peruagari motibus contingit undiq; per sex loci differentias progrediēdo/ uidelicet ante & retro/ad dexteram & leuam sursum atq; deorsum. Cum uero plurimus inundaret fluctus atq; deflueret unde animal nutriretur/ multo etiam maior a passionibus extrinsecus illatis turba sequebatur: cum corpus aliquod ignis exterioris incurrisset offensionem uel a terræ soliditate aut aquæ humore: aut aeris flatu læsum esset. Porro ab iis omnibus per corpus motus usq; ad animam transeunt: qui propterea & initio & nunc sensus cognominati sunt. Hi quidem ab initio continue multos & maximos motus cient/ riuo illo iugiter fluente atq; his fluctibus uehementer animæ circuitus quatiunt. Et circuitum quidem illum eiusdem similisq; naturæ in ipso cursu prorsus impeditum. Alterius uero circuitum distrahunt usq; adeo ut dupla illa & tripla utrinq; disposita interualla tria medietatesq; & colligationes sexquitertia sexquialtera sexquioctaua rōne interiectas quæ dissolui a nullo nisi ab eo q̄ coniunxit: p̄sit omni reuolutiōis genere torqueant: oēsq; anfractus & uarietates orbiū/quotcūq; contingere queūt/inducant: ita ut ambitus ipsi uix sibi inuicē connexi/ferant̄ q̄dē sed sine rōne ferant̄/tum contra/tū ex obliquo/tū re supina quadam dispositione: ceu siquis caput propedibus humi figat: pedes uero pro capite tollat in altum tunc arbitror tam eius qui sic affectus est/q̄ eorum qui spectant/dexteræ partes sinistræ & contra sinistræ/dexteræ sibi inuicem esse uidentur. Itaq; cum hoc ipsum cæteraue huiusmodi animi quoq; ambitus maxime patiuntur: si tunc extrinsecum aliquid eiusdem ipsius uel alterius generis inciderint: falso quid idem alicui sit/quidue alterum ab aliquo iudicant. Ideoq; mendaces tunc dementesq; sunt: nec ullus princeps & dux in eis tunc est circuitus. Cūq; extra positi sensus pulsauerint animam uehementius totamq; eam possederint/tunc illi subiugati quidem & seruientes: dominari uidētur. Quas ob res ab initio anima cum mortalis corporis uinculis includitur amens efficitur. At postq̄ nutritionis & augumenti riuus lenius minusq; fluit/animæq; circuitus tranquilliore motu inter suum peragunt/processuq; temporis sedatiores fiunt: & in figuram naturæ suæ con-

Cuiq; generi aīarum unum tributum esse astrum.

Amor mistus uoluptate & dolore.

Cur seniores prudentes.

gruam restituuntur/tunc singulorum circulorum directe conuersiones/eiusdem & alterius naturā probe discernunt/hominemq; sic institutum prudētem efficiunt. Quod siquis educationi recteq; nutritioni disciplinam quoq; & eruditionem conuenientem adiunxerit/morbo grauissimo deuitato sanus & integer prorsus euadet:sinautem neglexerit/claudum uitæ iter ingressus tanq̄ mancus/& omnino inutilis rursus ad inferos decidit. Sed hæc quidem post ortum contingunt. Nunc uero de prima hominis compositione exactius disserendū ac probabili ratione monstrandum: qua causa & prouidentia deorum singula membra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Principio dii figuram capitis ad rotunditatem mūdi finxere:in eoq; duos illos animæ diuinos circuitus statuerunt.

Caput membrum diuinissimum.

Est autem caput membrum corporis diuinissimum: reliquorumq; membrorū princeps. cui totum corpus connexum dii subesse & parere iusserunt. Excogitauerunt enim motuum omnium quotcunq; esse queant/compos id fore. Cum uero inæqualis & aspera/& ac partim quidem accliuis/partim decliuis terra sit/si humi caput serperet/perq; terræ superficiem uolueretur/hos anfractus sine offensione transire non posset.

Proceritas:

Quod sane malum ut uitaret/procerum hūc habitum corporis ad faciliorem progressum dii pro uehiculo capiti subiecerunt. Corpori præterea quatuor in longum porrecta & flexibilia membra annexuerunt:quibus facile diuina prouidentia moueretur. Apprehenderet/uidelicet obiecta quæq; staret & sisteret:perq; omnia graderetur: caput superne subsistens diuinissimi sacratissimiq; habitaculum. Hanc igitur ob causam nobis crura manusq; dedere. Anteriores autem partem posterioribus præstantiores & ad imperandū aptiores arbitrati/in anteriorem quoq; partem moueri nos ut plurimum uoluerunt. Oportebat porro anteriora discreta & dissimilia esse. Quapropter primum globo capitis faciem adiecere: facieiq; instrumenta quæ adminicularentur omni animæ prouidentiæ assignauerunt decreueruntq; naturale hominis imperium in hac parte anteriori priorīq; consistere.

De oculis multa.

Sed ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruscant:hac de causa dati. Ignis certe illius qui non urit quidem sed illuminando suauiter diem inuehit mūdo/participes oculorum orbes dii fecerunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem huius ignis germanum sincerumq; per oculos emanare uoluerunt. in quibus lenis congestusq; ubiq; ignis huiusmodi sit.sed per eorum dēsitatē solidiorem angustamq; medietatem ignis purior euolet crassior uero cohibeatur. Itaq; cum diurnum lumen applicat se uisus radio tunc ea duo inter se similia concurrentia atq; commista/quo oculorum acies diriguntur ibi in unius iam domestici corporis cohærent speciem.ubicunq; uidelicet tam intimi q̄ externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandem sortitum cum quid aliud tangit uel ipsum ab alio tangitur/motum huiusmodi ad corpus omne perq; id ad animam usq; diffundens sensum efficit/qui uisus uocatur. At postq̄ in noctem discesserit cognatus ignis/uisionis radius euanescit. Nam in aerem sibi dissimilem erumpens permutatur/atq; extinguitur:cum nullam habeat cum proximo aere utpote ignis splendore carente/nature cōmunionem. Iccirco uidere desinit:somnumq; inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dii oculis machinati sunt. Quibus obductis uis illa ignis intimi conniuentia tegminis coercetur: compressaq; interiores motus perfundit & mulcet: quibus relaxatis atq; mollitis quies oritur. Si profundus ob multam quietē motuum nos occupat sopor/exigua sequuntur in somnia. Sin uehementiores aliqui motus quasi uigiliarū reliquie relicti sint/quales quidem & qualibus ex locis haustæ reliquiæ sunt/talia somniorū simulachra nascūtur: eorūq; nobis expergefactis restat memoria. At uero simulachrorum quæ uel in speculis oboriunt/uel in perspicua leniq; cernunt superficie/facillis assecutio est. Nam ex utriusq; ignis tam intimi q̄ extra positi cōmunione/eiusq; rursus cōcursu & cōgruentia qui passim terso leniq; corpori accōmodatus est/necessario hæc omnia oriuntur: cum ignis oculorum cum eo igne qui est e conspectu effusus circa lene nitidūq; corpus sese confudit. Dextera uero uident/quę leua sunt/quia contrariis ptibus oculorū insolito more cōtrarias ptes attingimus. Rńdent autē dextera dextris/leua leuis/quando cōmixtum lumen cum eo cui pmiscetur/trāsilit. Id fit/cum speculorū lenitas hinc illincq; altitudinem assumpsit/& ita dextram oculorū partē in leuam speculi. leuāq; in dextram detorsit.

Visus & qualitates esse cō causas: & sp philosophiā.

Quod si speculum ad uultus longitudinem conuertatur/uultum reddidit resupinū. Cum superior luminis pars ad iferiora. inferior uero ad supiora uertatur. Atq; hæc oīa ex eorum genere sunt/quæ principales rerum adiuuant causas:quibus ut ministris utitur deus ad optimi quoad fieri potest ideam pficiendam. Sed existimant plærīq; non

Vt oportrat philosophū principales causas naturę quærere.

adminicula hæc principalium causarum/sed has ipsas esse omnium causas:quæ frigoris & caloris/rari & densi cęterorumq; similium naturam habeant:rationem uero mentemq; nequaq̄. Mentem enim a nulla re alia nisi ab aīa possideri conuenit. hæc uero aspectum effugit oculorum. Sed ignis aqua/aer/ac terra corpora sunt/atq; cernuntur. Oportet autem mentis & scientię amatorem:prin

cipales

cipales sapientis naturę causas quęrere atq; eas quæ necessario ab aliis quidem mouentur/alia uero mouent/ secundas causas arbitrari. Quocirca a nobis sic censeo faciendum: ut de utroq; causarum genere disseramus. Separatim autem de his/ quæ cum intelligentia effectrices sunt pulchrarum rerum atq; bonarum. Et de iis rursus quæ uacantes prudẽtia quodlibet passim sine ordine faciunt. Ac de secundis quidem causis oculorum ad eam uim quam habent conducẽtibus satis esse dictum puto. Maximum uero opus cuius gratia utiliter nobis a deo donati sunt deinceps explicandum censeo. Rerum enim optimarum/ut arbitror/ cognitionem nobis oculi attulerunt. Nã hæc quę de mũdo disputant/nunq̃ inuẽta essent: si neq; sydera/neq; sol/neq; cœlũ suspici potuissent. Cognitio uero diei ac noctis ab oculis orta fecit/ ut dinumeratione quadam mensium annorũq; ambitus metiremur/ tempus cognosceremus/ uniuersę naturę ordinem scrutaremur. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nihil unq̃ maius mortalium generi datum est deorum munere/ neq; dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium eẽ dico. Minora alia prętereo. Quibus qui a philosophia alieni sunt/ orbati si quęrantur/frustra quęrẽtur. Nobis uero asserendum est ob hanc potissimum rationem deum oculos genuisse ut mentis circuitus qui in cœlo peraguntur/ intuiti in usum redigamus nostrę mentis: cogitationisq; nostrę discursiones illis cognatas/ sed perturbatas quodãmodo ad illorum temperiem reuocemus. Et cum illos agnouerimus/& recta ratione s̃m naturam prędíti singulorũ ordinem perceperimus/conuersiones dei quę sine ullo errore aguntur/imitemur: atq; ad earum exemplum discursiones nostrę cogitationis uagas & erraticas componamus. Vocem quoq; auditumq; eiusdem rei gratia deos dedisse nobis existimo. Nam ad hæc ipsa sermo pertinet: plurimũq; conducit. Omnisq; musicę uocis usus harmonię gratia est tributus. Atqui & harmonia quæ motiones habet animę nostrę discursionibus congruas atq; cognatas homini prudenter musis utenti non ad uoluptatem rationis expertem ut nũc uidetur/est utilis/ sed a musis ideo data est/ ut per eam dissonantem circuitũ animę componamus: & ad concentum sibi congruum redigamus. Rhythmus quoq; ad hoc uidetur esse tributus/ ut habitum in nobis imoderatum gratiaq; carẽtem aptissime temperemus. Hactenus opera mẽtis paucis exceptis tractauimus. Oportet autem de hiis quoq; quę necessitas inuehit/dicere. Mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisq; coitu mixta est. Nam cum mens necessitati dominaretur/ propterea quod persuadendo eam ad optimos utplurimum rerum euentus induceret/ipsaq; hac ratione cedens sapienti persuasioni pareret/ mundi huius exordia constiterunt. Oportet igit eum qui mundi constitutionem uere narraturus erit/ erraticę quoq; causę speciem pro naturę ipsius instinctu miscere. Quod ita cõmode fiet / si horum ipsorum cõuenienti principio sumpto sic de his quemadmodum de superioribus ab ipsa rursus origine disseramus. Naturam ergo & passiones ignis aquę/aeris/atq; terrę generationẽ cœli præcedentes consideremus. Nullus profecto ad hoc usq; tempus eorum generationem ostendit. Sed quasi notum sit quid sit ignis & reliqua / sic de illis uerba facimus: eaq; mundi primordia constituimus: cum nec syllabarum quidem ne dum elementorum uicem tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant. Nos uero in præsenti nihil de principio uniuersorum siue principiis siue quomodocunq; aliter id appelletur dicendum putamus. Cui quidem disputationi nihil aliud impedimento est: nisi quod difficile sit pręsenti disputandi modo quæ de his uidentur exprimere. Neq; igitur uos id expectabitis / neq; ego mihi persuadebo recte me tantum opus aggredi posse. Quod autem ab initio dixi uerisimilitudinis uim seruabimus: studebimusq; in rationibus uerisimilibus circa hæc assignandis nulli cedere. Atq; ita & singula & uniuersa a principio exponemus. Deum igitur etiam nunc disputationis seruatorem in primis oremus / ut nos ex admirabili & insolita expositione ad uerisimilem doctrinam traducat: atq; ita instituti disputationem exordiamur. Sed hanc de uniuerso disputationẽ ab ampliori diuisione q̃ supra ducamus. Tunc enim duas in species facta diuisio est. Nunc tertium genus addendum. Duo enim in superioribus sufficiebant. Vnũ quidẽ exẽplaris loco: semp idem: solaq; intelligẽtia cõprehendendũ. Alterũ simulachrũ ab hoc exẽplari deductũ/generatiõi oculisq; subiectũ. Cũ uero duo hæc sufficere putaremus/tertiũ nõ adiunximus. Nunc aũt cogere nos ratio uidetur/ut difficilẽ & obscurã speciẽ declarare conemur. Quã igitur uim/ quãue naturã habere putandum? Hanc utiq;. Generationis hoꝝ omniũ receptaculum: & quasi nutricẽ esse. Quod q̃uis uere dicatur/paulo tñ apertius est dicendũ. Arduũ id quidẽ: eo maxime/quod ad huius rei demõstrationẽ dubitare prius necesse est & inquirere de igni & reliquis quæ elemẽta uocant: qd istoꝝ aquã potius q̃ ignẽ aut aerẽ poti⁹ q̃ terrã: aut certũ aliqd unũ magis q̃ cuncta uocare oporteat. Difficile sane certum aliquid & firmum de istis asserere. Quo nam igitur pacto/ & qua ratione? & quid probabile in huiusmodi inquisitione dicemus? Principio id corpus quod modo aquã nominauimus

Philosophiã donũ deorũ maximũ.

Qur oculos genitos esse.

De uoce & auditu.

Mũdi generatio ex necessitatis & mẽtis

Vide quęstionẽ an uniuersoꝝ sit unum principium uel plura.

Repetitur disputatio de eisdẽ ac prio de materia & necessitate.

Q ꝺ ignis & alia non ſunt uere hoc aliqd ſed tale.

quando in ſolidam concreſcit materiam/lapis & terra fieri uidetur: quando uero liqueſcit & diffluit, ſpiritus atq; aer. Item aer exuſtus ignis efficitur. Ignis extinctus & corpulentior factus aerem creat. Rurſus craſſior factus aer, in nebulas nubeſq; concreſcit: his etiam magis compreſſis pluuię defluunt. Ex aqua rurſus terra lapideſq; gignũtur. Atq; ita uidemus hæc omnia circuitu quodam ſibi inuicem uires fomentaq; generationis uiciſſim tribuere. Quæ cum nunquã eadem appareant permanere/ quis nam ſine rubore redargutioniſq; ſuſpitiõe poterit iſtorum aliquid, unum potius q̃ aliud certe & firmiter appellare? nemo certe. Quare tutiſſimus in his hic erit loquendi modus. Hoc quod ſemper alias aliter formatum uidetur: & plerũq; iuxta ignis effigiem/ non eſt utiq; ignis hoc aliquid/ſed tale/ideſt igneum quiddam: nec aqua hoc aliquid/ ſed tale quid/ideſt aqueum: nec

Vide ut q̃ elemẽta uocãtur ne pnoĩbus q̃dẽ monſtrari.

aliud quicq̃ uelut ullam habens ſtabilitatem. Deniq; nec pronominibus quidem ullis hæc ſignanda ſunt: quibus in rei cuiuſlibet demonſtratione/ cum hoc uel illud dicimus/ uti ſolemus: fugiunt enim nec expectant/uel eam demonſtrationem/ quæ hoc & huius & huic deſignat/ uel appellationem/quæ de his tanq̃ de exiſtentibus & ſtabilibus habeatur. Igiẽ huiuſmodi omnia/ neq; hoc/ neq; illud ſed tale potius/ aut tale propter ſimilitudinem aliquam appellare debemus: & ignẽ quidem ubiq; tale. Ac de cæteris quæ gignuntur eodẽ pacto. At uero illud in quo fieri ſingula hæc uidẽtur ac deinde diſſolui/ ſolum iis pronominibus quibus hoc uel illud ſignamus/ appellandum puto. Quale uero quodãmodo/ calidum ſcilicet uel album/ uel aliquid tale contrariorum/ uel ex cõtrariis illud minime appellandum. Sed apertius quod uolumus/ exponamus. Siquis enim cunctas figuras ex una eademq; auri materia fictas continue in alias & alias reformet: deq; una quadam illarum pręſens aliqs qd ſit quęrat: uere admodum & tutiſſime reſpõdere poſſumus aurum illud eſſe: triangulum uero eſſe aut aliam figuram earum quæ impreſſę in eo ſunt & continuo permutantur/

Vide ut materia analogia mõſtratur.

quaſi reuera ſint non licet dicere. Sola quippe illa reſponſione tanq̃ tutiſſima cõtenti eſſe debem⁹. Eadem de illa natura quæ cuncta recipit corpora/ratio eſt. Idem ſemper eſſe dicẽda eſt. Siquidem ex propria potentia recedit nunq̃. Suſcipit enim ſemper omnia: nec ullam unq̃ iis ſimilem ullo pacto ſibi formam contrahit. Omnis ſane naturę fictioni ſubiecta eſt: agitataq; ab ingredientibus &

Materia nũq̃ recedit a potẽtia.

figurata quodãmodo alias aliter ſe habere uidetur. Quę uero ingrediuntur & exeunt/uere ac ſemper exiſtentium rerum ſimulachra ſunt: miro & uix explicabili modo ab ipſis rebus quę uere ſunt/ figurata: queẽadmodum deinceps narrabimus. Tria in præſenti genera ſumenda ſunt. Vnum qꝺ

Quę in materia fiunt ſunt ſimulachra rerum uerarũ.

gignitur. Aliud in quo gignitur. Aliud a quo ſimilitudinem trahit quod naſcitur. Iccirco comparare hæc ita decet. Quod recipit matri. Vnde recipit patri. Naturam iſtorum mediam proli. Sed ita intelligendum eſt/ quod cum eſſe debeat effigies rerum omniformarũ uarietate diſtincta: nũq̃

Vide ut materia eſt informis: & ut receptura caret recipiendo.

illud ipſum formationis huius gremium bene erit pręparatum/ niſi informe ſit/ & ſuapte natura omnibus formis quas recepturum eſt/ careat. Nam ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile/ cum contrariam eius cuius ſimile eſt naturam aut aliam prorſus ſuſcipiet/ nequaq̃ eius ſimilitudinem & effigem exprimet/cum prę ſe tulerit ſuam. Quo fit ut nullam ſibi propriam habeat ſpeciẽ/ quod eſt omnia genera ſuſcepturum. Vt qui unguenta ſuauiter redolentia confecturi ſunt/ humidam materiam quam certo condire odore uolunt/ ita pręparãt/ut odorem nullum proprium habeat. Et qui materiis mollibus impreſſioniq; cedẽtibus figuras imprimere aliquas uolunt/ nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur: ſed exactiſſima quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud quod in omnibus paſſim ęternorum omnium ſimulachris recte figurandum eſt/his omnibus formis natura ſua carere neceſſe eſt. Quãobrem uniuerſi quod & genitum eſt/& ſenſibus omnibus manifeſtum/ matrem ipſam receptaculumq;/neq; terram/neq; aerem/neq; ignem/ neq; aquam eſſe dicamus/neq; rurſus ex his aliquid conſtitutum/ aut aliqua ex quibus proprie hæc ipſa ſubſiſtunt. Sed inuiſibilem potius ſpeciem quãdam & infotmẽ ſinum omniũ capacem: qui modo quodam ambiguo & uix explicabili diuinę & intelligibilis naturę ſit particeps. Ipſe quidem cõprehendi per ſe nullo pacto poteſt. Sed quãtum ex ſupradictis naturam eius attingere licet/ſic utiq; recte poſſumus dicere. Ignem quidem/ partem eius ignitam uideri: humefactam uero partẽ/ aquã. Terram quoq; aeremq; ſimiliter/quatenus ipſorum ſimulachra ſuſcipit. Sed de his ita diſtinguẽtes ratione conſiderare debemus. Sit ne ignis aliquis ſeorſum a materia ipſe permanens in ſeipſo: & cætera quæ ſæpe dicimus per ſeipſa manere? An hæc ſola ſunt/ quæ corporis ſenſu percipimus/ & talem in ſe continent ueritatẽ? nec ullo pacto præter hæc ulla ſunt uſpiã. Sed fruſtra intelligibilẽ uniuſcuiuſq; ſpẽm aliquã ponere ſolemus: nec aliud hęc ſunt q̃ uerba. Qꝺ qdẽ neq; ita uel aliter ſe hẽre temere & ſine examinatõe afferẽdum: neq; ad pñtem diſputationẽ natura ſua ꝓlixã/alia quoq;

Probat arctĩ ideas eſſe:

ꝓlixa/& ad rem minime ptinẽs addẽda uideẽ. Ea uero circũſcriptio quę breuib⁹ magna cõprehendat/admodũ oportuna uidebiẽ. Ita igitur ipſe meã hac de re ſniam ferã. Si intellectus & uera opio

duo

duo genera sunt/necesse est huiusmodi species esse/quæ per seipsę sint/ & intelligentia potius q̃ sen/
sibus cōprehendantur. Sin aūt ut quibusdam uidet/uera opinio ab intellectu nihilo differt/omnia
quę corporis sensus attingit/certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda: quia seorsum sunt
facta/& dissimilia sunt. Quippe quorum alterum doctrina nobis insinuat:alterum persuasio: & illud
quidem semper cum ratione uera:hoc autem sine ratiōe. Illud nulla persuasione mutabile:hoc cō/
tra huic mutationi subiectum. Vere quidem opinionis uir quilibet particeps. Intelligētię uero dii/
quidem omnes. Hoīes uero pauci admodum participes sunt. Quę cum ita se habeant/fateri opor
tet esse speciē quæ semp eadem sit sine ortu atq interitu/ quæ nec in se accipiat quicq̃ aliud aliūde:
nec ipsa procedat ad aliud quicq̃:sensuq corporis nullo percipiatur:atq hoc est q ad solam intel/
ligentiam pertinet:eiusq intentionis est proprium. Sed est aliquid post hoc q cum ipso non rōne
sed nomine conuenit:eiusq similitudinē gerit:genitum sensibus manifestum:quod fertur & sustē
tatur ab alio semper & in aliquo loco gignitur:rursusq inde recedit:opinione per sensus cōprehē/
dendum. Tertium genus locus est:qui interit quidem nunq̃/sed omnibus quę gignuntur/sedem
exhibet:hic sine tangentis sensu tangitur:adulterina quadam ratione uix opinabilis. Deniq cum
ad hunc animo respicimus/somniamus quodāmodo/necessariūq putamus/ut quicquid est/in ali/
quo sit loco positum:regionēq obtineat aliquam:& quod neq in terra/neq in cœlo sit/minime eē
credimus: atq has omnes & similes passiones a puigili uereq existente natura ipsi huiusmodi so/
mniis occupati secernere non ualemus. Ideoq nec discernere id etiam possumus/quod imagini
quidem postq̃ idipsum in quo facta est non ipsius est:sed ea semper alterius fertur simulachrū/nō
iniuria conuenit ut in alio quodam fiat:atq ita quodāmodo essentię fiat particeps/aliter uero esse
nullo modo possit. Ei autem quod uere est uera hæc & exquisita ratio suffragatur/docens q dū res
ita se habet/ut hoc quidem aliud sit/& illud aliud/neutrum in neutro unq̃ factum unum simul idem
& duo fient. Hæc tandem meę mentis summatim sententia sit; esse & ante cœli ortum rōne triplici
fuisse tria hæc/existens/locum & generationem. Generationis uero nutricem/ignitam & humefa/
ctam: terrę item & aeris formas suscipientem/passionesq horum pedissequas perpetientē/oī for/
mem aspectu uideri. Verum quia nec similibus neq ad pondus exęquatis uiribus referta est:nulla
ex parte ęquilibrem esse:sed inęqualiter undiq uergentem declinantēq ab illis quidem quæ dixi/
mus agitari:rursusq ipsam cōmotam eadem agitare. Quo pulsu concita in diuersa raptari atq di
scerni:perinde ut quę in frumenti purgatione pistoriis instrumētis iactata atq excussa discerni ui/
demus: atq alio solida grauiaq/alio rara & leuia ferri. Sic illa tunc quattuor genera ab ipso eorū
receptaculo instrumenti illius pistorii instar tumultuante & discernēte cōmota/dissimillima quęq
a dissimillimis longe separabantur: simillima uero rursus coibant: atq iccirco etiam ante mundi
exhornationē sedibus diuisa erant: sed neq his ratio inerat/neq modus. At uero ubi cuncta redi/
gi admodum placuit/deus ignem primo ac terram/aeremq & aquam quæ quidem elementorū
præferebant uestigia/sed ita erant affecta/ut par est illa a quibus deus abest/distinctis figuris/spe/
ciebus & numeris exhornauit. Ea uero apud nos sententia semper rata indubiaq prę cæteris ha/
beatur/q deus illa cum talia non essent/q̃ pulcherrime optimeq fieri poterat/ordinauit. Nūc iam
dispositionem genituramq ipsorum sigillatim demonstrari conuenit/nouo quidem & inusitato
demonstrationis genere: sed uobis qui omnes eruditionis ingenue uias peragrauistis/plano atq
perspicuo. Principio quod ignis & terra aqua & aer corpora sint/nemo utiq dubitabit. Omnis
autem corporis species profunditatem habet. Profunditatem uero planis constare necessariū est.
Rectitudo porro planę basis ex triangulis constituitur: atq trianguli omnes ex duobus initiū ha/
bent/habentibus utrisq rectum angulum unum acutos duos. Quorum alter utrinq anguli recti
partem obtinet/ęqualibus distincti lateribus:sed in altero inęqualibus inęqualia distribuūtur. Igi/
tur per rationes probabiles necessitati coniunctas incedentes ignis cæterorumq corporum hu/
iusmodi ponamus exordium. Superiora uero his horum principia deo nota sunt: atq ei qui dei
sit amicus. Videamus igitur qua potissimum ratione quattuor corpora pulcherrima fiant: dissi/
milia quidem inter se/sed quæ in se inuicem dissoluantur/ & ex se inuicem generentur. Si id com/
prehenderimus/ueritatem ipsam de generatione ignis terręq & eorū quæ competenti rōne ser/
uata horū media fiunt/tenebimus. Tunc enim nemini concedemus dicenti alicubi eē oculis patē/
tia pulchriora his corpora:quorum quodlibet secūdū unū sit genus. Conādū igit quattuor corporum
genera pulchritudine pcellētia cōstituere:atq ita asserere horum nos naturā sufficiēter cōprehēdisse.
E duobus qdē triāgulis qui isosceles. i. qui cruribus cōstat equalib[9] unicā hēt naturā. Qui uero alte
ra pte est oblongior/infinitas. Ergo si recte exordiri uolum[9]/i finitorum quoq pulcherrimū pēligere
nos oportet. Ac siquis pulchriorem a se electum ad horum constitutionem afferre uoluerit/eius
non tanq̃ aduersarii sed tanq̃ amici sit sententia potior. Vnum itaq reliquis post habitis/triangu/
lorum multorum pulcherrimū ponimus: a quo ęqualiter triangulus ex tertio constitit. Ratio ue/

Hoīes paucos eē intelligentię pticipes:

Vt materia & locus.

Dispositiōne & geniturę elemētorum.

ro cur ita sit prolixior esset. At eum qui diligenti discussione ita esse comperiet/ dulce manet uicto-riç premium. Propositi sane nobis sint duo e multis trianguli: ex quibus ignis cçterorũq; corpora composita sunt. Horum unus isosceles sit çqualibus cruribus cõstans triangulus. Alter uero sit ille qui longius latus semper breuiore latere potentia triplo maius habet. Verum q; securi nimium in superioribus diximus/ nunc magis est distinguẽdum. Videbantur quidem nobis / neq; id quidem satis recte/ omnia quattuor genera ex se inuicem generari. Profecto quattuor genera ex tri angulis quos elegimus generantur. Tria quidem ex uno / inçqualia habente latera. Quartum uero unicũ ex triangulo isoscele componitur. Non igitur possunt omnia ita in se inuicem resolui & cõmutari: ut ex multis paruis pauca ingentia uel conuerso efficiantur. Tria certe' possunt. Cum enim ex uno hçc facta sunt omnia/ quãdo maiora soluũtur: multa exigua ex eisdẽ cõstituũtur: paruas cõgruasq; sibi figuras adepta. Rursus qñ multa per triangulos dispargunt amplificata unũ unius molis fa-ciunt numerũ: magnãq; aliam speciẽ unã perficiunt. Hæc utiq; de mutua ipsorũ generatione dicta sint hactenus. Reliquũ est ut qualis quęq; eorũ facta sit spẽs/ & ex qbus cõcurrẽtib⁹ numeris coacer-uata dicam⁹. Erit utiq; pria spẽs/ quç ex paucissimis cõposita fuerit. Elemẽtũ ei⁹/ q; latus oblongius breuiori latere duplo maius hẽt. Cũ uero bini hmõi fm diametrũ cõponant/ terq; id fiat/ & diame-tri lateraq; breuiora in idẽ quasi cẽtrũ ducant/ un⁹ triãgulus çqlater ex triangulis nũero sex cõficit.

Trianguli autem çquilateres quattuor compositi fm ternos planos angulos/ unum solidum faciunt angulum: qui angulum planorum omniũ obtusissimum deinceps ortu subsequitur. Atqui triangulus huiusmodi quattuor natis prima solida species totius circũferentis distributiua in partes çquales ac similes oritur. Secunda uero ex eisdem quidem triangulis / sed fm çquilateres triangulos octo constitutis unum facientibus solidum angulum ex planis quattuor. Factisq; ex huiusmodi corpus se-cundum absoluitur. At tertium ex elementis bis sexaginta copulatis: & angulis soli-dis duodecim: quorum quilibet quinq; planis triangulis çquilateribus continetur/ habens uiginti çquilateres bases nascitur. Iam igitur elementum alterum sic hacte-nus ista genuerit. Verum isosceles triangulus quarti generauit naturam / secundum quattuor constitutus: & ad centrum rectos congregans angulos unumq; quadran-gulum çquilatere faciens. Sex uero huiusmodi copulati angulos octo solidos/ quorũ quilibet per tres planos rectos coaptatus est effecerunt. Corporisq; ita constituti fi-gura cubica facta est / sex planos quadrangulos çquilateres bases adepta. Est & quin ta quedam compositio: qua deus ad uniuersi cõstitutionem est usus. Eaq; descripsit & figurauit: quæ contemplatus aliquis nõ absurde dubitauerit / utrum infinitos esse mundos an finitos existimandum sit. Infinitos quidem dicere illius putabit esse pro-prium qui nullam rerum cognitiõe dignarum peritiam habeat. Sed utrum unus mundus an quinq; reuera nati sint inquirere / minus utiq; putabit absurdum. Ratio quidem nostra unum ipsum uerisimili probatiõe asserit esse natum. Alius uero quis ad alia respiciens aliter opinabit. Sed hæc dimittenda sunt. Etiam genera quattuor a nobis pauloante digesta in ignem: terram: aquam: aeremq; distribuamus. Terrç cubicam speciem assignemus. Nam omniũ quattuor maxime imobilis terra est / & corporalium omniũ compacta maxime. Tale uero illud præcipue factum esse necessarium est: quod firmissimas tutissimasq; possidet bases. In triangulis porro a principio positis qui çquilateres sunt firmiorem tutioremq; q̃ in çquilateres basem possident. Et quod ex utroq; compositum est planum çquilate-re çquilateri quadrangulum certe triangulo/ tam quo ad totum q̃ quo ad ptes stabilius necessario pũenit. Quãobrẽ si cõuenieẽtẽ pbabileq; seq rõnẽ uelimus/ terrç id tribuam⁹. Aquç deĩde q; trib⁹ reliqs ẽ imobilius. Igni qđ mobilissimũ: aeri mediũ. Et corp⁹ qdẽ minimũ igni: aquç maximũ: aeri mediũ: acutissimũ quoq; igni/ secũdũ ab hoc aeri: aquç tertiũ. Ex his oĩb⁹ q; bases paucissimas hẽt/ uelocissimũ ẽẽ necessariũ est. Est.n. ad penetrãdũ pmptissimũ/ qppe cũ prsus sit oĩum acutissimũ. Leuissimũ quoq; cum ex paucissimis ptibus eisdẽ constet. Quod secũdum est secũdo loco hẽat hçc oportet. Tertio tertiũ. Igitur fm rectã pbabilemq; rationẽ pyramidis species solida elementum semẽq; sit ignis. Secũdam uero generatione speciẽ aeri: aquç tertiã tribuamus. De his oĩbus adeo paruis ita putãdum est q; si singula dũtaxat singulorũ generum capiant / nullum eorũ ppter parui-tatem cerni a nobis poterit: sin multa inuicẽ congregentur eorũ moles magnitudinesq; cernentur. Quinetiam hçc oĩa/ adeo tanta ubiq; quoad multitudines motus atq; potẽtias pportiõe exacte ab-soluta cõnexaq; sunt/ quãtam necessitatis natura libẽs & psuasa capere poterat. Ex oĩbus sane quorũ genera supra narrauimus/ ita merito se res habere uidet. Terra cum in ignẽ inciderit / eius acumi-ne dissoluta fertur resoluta in ignẽ/ aut aerem/ aut aquã: quousq; ptes ipsius cõgresse iterũ sibiq; in-uicẽ copulatç terrã reficiãt. Nõ enim in aliã unq̃ spẽm transmigraret. Aqua pterea ab igni uel aere

diuisa

diuisa in partes/unum partibus suis reconciliatis. Ignis corpus/ aeris duo facit: portões uero aeris ex una dissoluta parte duo ignis corpora faciunt. Rursus quando ignis ab aere uel aqua uel terra aliqua occupatur: & ipse quidem paucus in multis mouetur/ atq; in agitatis pugnat/ iactatusq; distrahitur/ duo corpora ignis in speciem aeris unam concrescunt: deinde superato aere atq; dispersso ex totis duobus atq; dimidio una aquę tota species coalescit: deniq; sic ea rursus consideremus. quotiens ab igne comprehensum aliorũ genus aliquod angulorũ laterũq; ipsius acumine scindit/ tum demũ discerpi desinit/cum in ignis naturam transierit. Simile enim ideq; genus quodlibet a simili eodeq; minime patitur: quousq; uero in aliud permutatur/ imbecilliusq; cum potentiore luctatur/ dissolui non desinit. Rursus quãdo minora a multis maioribus circũuenta sunt/& pauca lacerata extinguũtur/ cum in uincentis ideam cõstitui uelint/ cessant extingui: fitq; ex igni aer: ex aere aqua. Quod si in hæc transitus fuerit: & aliorum aliquod genus impugnet/non cessant agitata dissolui/ priusq̃ aut omnino cum dissolubilia sint depulsa ad cognatũ refugiant/aut expugnata in unũ quiddam ex multis superanti simile tandem euadant/ familiariterq; cum uictorię permaneant. Enimuero per has passiones sedes uicissim cuncta cõmutãt. Generis nãq; cuiuslibet multitudines per locum proprium distinguũtur/ob sedis ipsius agitationem. Quę uero dissimilia inuicem facta sunt/ propter fluctum concussioneq; ad locum eorũ quibus similia euasere/ feruntur. Corpora igitur imixta ac prima ex causis huiusmodi fabricata sunt. Quod autẽ in eorum speciebus alia quoq; inata sunt genera causa est elementi utriusq; constitutio: quæ nõ solum ab initio unum cum magnitudine triangulum peperit: sed etiam maiora & minora tot quidem numero/ quot in specieb⁹ sunt genera. Quapropter mixta hæc in seipsis atq; inuicem/ infinitam habent uarietatẽ. Cuius peritos esse eos oportet qui de natura sunt rationẽ probabilem reddituri. Igitur nisi quis quo pacto & cũ quibus una motus & constitutio fiat certe comprehenderit/ multa disputationi quę manet atergo impedimento futura uidentur. De his partim quidem dictũ est/ partim uero restat dicendum. In ipsa leni planaq; natura motus esse nunq̃ solet. Nam agitandum absq; agitaturo/ uel agitaturum absq; agitando difficile est/ imo impossibile reperiri. Motus autem horum omniũ minime est: hęc uero lenia planaq; esse nunq̃ possunt. Sic itaq; statũ quidem in planitie lenitateq;/motũ uero in contraria semper natura ponemus. Inęqualitas porro nature huius est causa/ quæ leni planoq; cõtraria est. Inęqualitatis uero generationẽ iam tractauimus. Sed quo nã modo singula sm genera non diuisa moueri inuicem ferriq; desinunt/ nequaq̃ exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersę naturę circuitus cum circulari ambitu suo genera complexus sit/& secum ipso congredi studeat/ constringit omnia locũq; uacuum relinqui nusq̃ patitur. Quocirca ignis per omnia maxime penetrauit: deinde aer/ utpote qui ipsi tenuitate est proximus: & alia simili ratione deinceps. Quę enim ex maximis partibus sunt composita/ uacuitatẽ quoq; in sua constitutione maximã relinquere/ minima contra minimã. Coarctationis autem ipsius angustia/parua in magnorũ contrudit inania. Quare cum parua magnis insinuata sint/ & ipsa quidem parua quę magna sunt discernant/maiora uero minora coerceant: omnia sursum deorsumue in sua loca feruntur. Nam quodlibet mutata magnitudine sedem mutat. Sic utiq; & has ob causas nature lenitati contrarię semper generatio conseruata/horũ motum & in præsenti & in futuro perpetuũ exhibet: post hæc sciendũ est multa esse ignis genera: flãmam uidelicet: & quod ab ea est accensum: quod urit quidem/lumẽ uero nullum oculis affert: quodue extincta flãma intra illa quę accensa fuerant/ remanet. Similiter aeris genus aliud purissimũ agilissimũq; quem ętherẽ nuncupant: aliud turbulentissimũ/ caligine nubibusq; obscurum: aliasq; species sine noĩe esse putandũ est/ ꝑpter ipsam triãgulorũ inęqualitatẽ. Aquę genera duo sunt præcipua. Vnum humidũ: alterum fusile: humidum quidem quia generibus aquę paruis & inęqualibus constat facile a seipso & ab alio propter inęqualitatis conditionẽ & figurę speciẽ moueri solet. Quod autem ex grandioribus ęqualibusq; & lenibus est compositũ/stabilius illo & graue propter lenem ęqualitatẽ compactũ est. Sed propter ignis penetrantis dissoluẽtisq; impetum ęqualitate amissa motus fit particeps/ factũq; agile mobileq; a primo aere pulsum extensumq; per terram duo quędam patitur: nam & liquescit & in terram decidit: primũ illud mollis purgatio/ hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante/quippe cum non fiat in uacuũ exitus/ proximus aer pulsus mobilem adhuc molem humidam in ignis sedes impellit ipsiq; ipsam cõmiscet. Moles deniq; cõpulsa iterũq; lenẽ ęqualitatẽ adepta cũ ignis ĩęqualitatis artifex iã abierit in idẽ secũ coaceruaf: atq; ignis abscessum frigefactionẽ/ copulã uero cõgressumq; igni abeũte factũ/cõglutinationẽ gelidãq; rigiditatẽ uocamus. Ex his uero quas aquas fusiles appellauim⁹/qđ ex tenuissimis lenissimisq; fit densissimũ: uniforme: splendidũ: flauũq;: ꝑciosissima res est/aurũ flo/ rescens per petrã cõpactũ est. Auri autẽ ramus ꝑpter densitatẽ durissimus & nigro ꝑterea colore suffusus addamas appellatur. Sed quod auro proximas habet partes plures una species continet/ auro quoq; densius & terrenę partis paucę tenuisq; particeps/adeo ut asperius duriusq; sit/ uerum

Ignis multa genera.

Aeris multa genera: quorũ unus ẽ ęther.

Generationes metallorũ & adamante.

Ignis artifex inęqualitatis

ex eo quod interualla intrinsecus habet magna leuius est/hoc genus nitentium cõcretarũq; aquarum unum est/atq; ęs nominatur. At quando terrena pars huic imista propter uetustatem/a cęteris partibus eius secernitur/ad extremãq; emissa superficiem per seipsa aspectui patet/ rubigo iam nascitur. Cętera generis eiusdem uerisimilibus rationibus assequi haud quaq̃ laboriosum est. Q đ siquis remittendi studii gratia rationibus eorum quæ semper sunt intermissis cõsiderauerit uerisimiles de generatione probationes/atq; eiusmodi consideratione sine penitentię accessione delectetur/ moderatum in uita prudentẽq; ludum consequetur. His utiq; nunc ita concessis / deinceps quæ de iisdem probabilia uidebuntur / itapercurrenda uidentur. Igni sæpe miscetur aquę pars tenuis/atq; humida fluidaq; sic: ideo nominata / quia lubrica terra circũfluit: mollis quoq; ob eam causam: quia eius bases minus firmę / stabilesq; q̃ terrę facile cedunt atq; labuntur: hæc quando ab igni destituta/ab aere quoq; deseritur/ fit lenior & alienis expressis cogitur in seipsam: atq; ita compacta si supra terram id contigerit/ grando fit: si in terra glacies: quę quidem tunc fiunt cum riget cohærescitq; maxime gelu: cum uero minus congelatur / si supra terram accidit / nix. sin in terra ex rore crassior facta pruina. Verum quando plurimę aquę species inuicem cõmiscentur/uniuersum illud genus a terra per arbores stillans / liquor humorq; uocatur. Liquores uero singuli ꝑpter mistiones dissimilitudinẽ nacti multa quidem alia sine nomine faciunt genera: sed quattuor igneę species euidentes & perspicuę maxime / sortitę sunt nomina. Q uod enim animã simul cum corpore calefacit uinum dicitur. Q uod uero lene est discernitq; uisum ideoq; aspectu splendidum/ atq; nitens/& pingue nobis apparet/uncta & olearia species est: pix: gũmi: & oleum: cęteraq; id genus. At quod oris angustos meatus ad penetralia usq; naturę perfundit/ hac ui dulcedinem adhibens mel cõmuniter nuncupatur. Deniq; quod carnem dissoluit: uritq; & spumeũ est ex omnibus secretum liquoribus / succus uocatur. Terrę uero species per aquam emergens hoc modo fit lapis. Congelata enim aqua quando in cõmistione deficit / in aeris speciem transit: hic aer suum in locũ recurrit. Vacuũ autem ipsorum nihil: proximũ ergo aerem pulsat. Iste si grauis fit pulsus circunfususq; terrenę moli uehementer illidit: seq; ipsum in eas sedes unde nouus ascenderat aer cõducit. Terra deniq; ab aere indissolubiliter cum aqua cocta lapides concreat: pulchriores quidem illos / qui perspicue ex ęqualibus planisq; partibus emicant: deformiores uero qui contra. Vbi uero ignis acumine humor omnis resoluitur / corpusq; illo aridius redditur /ea restat species / quæ solida uocatur futilisq; tellus. Q uandoq; etiam humore relicto terraq; fusili per ignem facta / ac deinde accedente gelu/ niger fit lapis. Quando uero idipsum similiter ex cõmistione / multo priuatur humore/ sed tenuioribus terrę partibus constat / salsumq; est / & semiglaciale fit / perq; aquam emergit/ partim quidem olei terręq; purgatorium genus nitrum dicitur: partim uero quotidiano uictui cõmodissimũ legidme / sal deo amicum corpus. At enim cõmunia ex utrisq; / aqua quidem non solubilia. Igni uero propter tale aliquid ita conglutinantur. Ipsas terrę moles/ignis & aer non liquefacit. Cum enim duo hæc tenuissima sint & uacuitatibus terrę minutiora ita per capacissimos eius meatus sine ulla uiolentia permanant / ut neq; eam dissoluant/neq; liquefaciant. Aquę uero partes quia maiores sunt / uiolento fluxu liquefaciunt. Terram itaq; male compactam sic sola aqua ui soluit. Compactã uero dũtaxat ignis: nihil enim præter ignem hanc penetrat. Aquę rursus cõcretionem/ uiolentissimã quidem solus ignis: debiliorẽ uero utraq; & ignis & aer diffundunt: aer inquã per uacua: ignis etiam per triangulos. Aerem uero ui constrictum/nihil nisi per elementum soluit/ sine ui cohęrentem solus resoluit ignis. Corpora ex aqua terraq; ita composita ut aqua terrę inania ui coarctata obstruat / sic prorsus se habent/ ut aqua exterior influere per ea non possit/ ideoq; minime liquefaciat / sed ignis aquę meatus penetrãs quẽadmodum & aqua terrę inania atq; ita aquã afficiens ut ignis aerem / cõmuni corpori liquefactionis causam prebeat. Hæc uero partim aquę minus habent q̃ terrę/ quẽadmodum uitri genus: & lapides illi qui fusiles appellantur: partim contra plus aquę qualia sunt omnia quæ conglutinata sunt cęreaq; euadunt & uapores emittũt: hactenus eas species quæ figuris: cõmunionibus: cõmutationibusq; inuicem uariantur pene iam demõstrauimus: quas uero ob causas passiones earum nanscantur/ deinceps demonstrare conabimur. Principio sensum his quæ dicta sunt/adesse semper oportet. Carnis uero & eorum quę ad carnem attinent/generationẽ/aię quoq; quantũ mortale est/nondũ declarauimus. Sunt enim hęc a passionibus quęcunq; cũ sensu sunt minime separata & illę sine his exponi sufficiẽter non possunt. Simul uero expleri ferme nequeũt: primo igiẗ alia ponẽda sunt: deinde quę sequũtur/expediẽda. Vt ergo deinceps in disputãdo in genera passiones ipsę sequãtur/pría nobis extent quę ad corpus & animã ptinent. In primis qua rõne ignis/calidus dicit/ uideamus ꝙ ita demũ/perspiciemus/si discretionẽ diuisionẽq; ab eo in nostro corpore factã cõsideremus. Quod enim acumẽ quoddã ea passio ẽ/ferme est oĩb⁹ manifestũ. Tenuitatẽ uero angulorũ lateribusq; subtilitatẽ, paruitatẽ particularũ/mot⁹ uelocitatem/quibus omnibus uehemens & penetrans est/ uelociterq; quod occurrit/ diuidit semper & dissipat/

De grandine: glacie: niue: pruina.

Ignei liquores nominati quattuor: uinum: olearia: mel: succus.

Vinũ calefacit corpus & animam.

De lapide: nitro: sale: uitro & cęteris

Sal deo amicũ corpus.

Hactenus đ figuris.
De cõmunionibus.
De cõmutationibus.
Nũc de passionibus.

Q ur ignis calidus: & de caliditate.

& dissipat / considerare debemus/figurę ipsius generationem memoria repetentes : ea quippe/nõ
alia natura corpora nostra diuidens & in partes exiguas partiens merito passionem illam quæ le/
gitime calor nominatur / inducit. Contraria uero huic passio licet cuiq; manifesta/ sua tamen expla
natione non careat: humidę nãq; partes corporum / partibus nostris humidis grandiores cum in
corpus influunr nostrum/ minores quidem partes extrudunt/sed in earum sedes sese insinuare nõ
possunt: humorem autem nostrum coagulant: atq; ex inęquali & agitato ĩmobilem ꝑpter ęquali/
tatem coagulumq; faciunt: inq; angustum cogunt. Quod autem præter naturam coactum est/ sm
naturam renititur / seq; reuocat in contrarium . In hac reluctatione quassationeq; tremor rigorq;
consistit: omnisq; huiusmodi passio/frigus/quodue eam infert/frigidum nominatur. Durũ autem
dicimus illud cui caro nostra cedit: molle quod carni. Resq; ipsas inuicem & duras & molles/ eadẽ
ratione uocamus/ cedit autem quicquid paruo nititur. Quod uero ex triangularibus basibus fir/
mamentisq; est/ utpote plano uehementer inixum / renitiẽ maxime atq; resistit: quodue summope
densum est contra uenienda uehementer repercutit. Graue præterea & leue cum ea natura simul
quæ sursum deorsumue dicitur/cõmodissime declarabitur. Sed illud dictu absurdum est / esse duo
quędam natura loca a se inuicem longo interuallo distincta/ & unum quidem deorsum uocari / ad
quem locum ea deferantur omnia/ quecunq; molem quãdam corporis habent. Alterum uero sur
sum ad quem ui omnia moueantur. Cũ enim cœlum omne rotundum sit/ quęcunq; a medio ęque
distantia extrema facta sunt/ similiter esse oportet extrema. Medium quoq; ęqualibus lineis / ab ex/
tremis undiq; distans e regione ęque omnia respicit. Quoniam igitur ita mundus dispositus est/
siquis dictorum quicq̃ sursum esse dixerit uel deorsum/non iniuria errare uidebitur. Medius enim
locus in ipso/neq; sursum/neq; deorsum dici debet: sed medius. Quod rursus undiq; circuit/ neq;
medium est / neq; partem in se habet aliam ab alia differentem / quo ad ipsum medium & omnino
quicquid sit e regione locatum. Ei uero quod suiipsius simillimũ est contraria nomina iure nullus
attribuet. Siquid enim solidum ęquilibratũq; in uniuersi medio sit / ad nullam extremorum par/
tem propter perfectam ipsorum similitudinem declinabit : at siquis circa illud obambulet : sæpe
sibimet plantis stabit oppositis : eandemq; illius partem tum sursum/ tum deorsum uocabit. Itaq;
uniuersum quẽadmodum pauloante diximus / cum sit rotundum / locum habere superiorem aut
inferiorem uir prudens minime affirmabit. Sed unde nominata sunt ista & in quibus ea intuiti ex
illis ad mundum totum transtulimus / huiusmodi quędam in primis ponentes / inuestigemus. Si/
quis in ea mundi regione quã utplurimũ sortitus est ignis & ad quam undiq; fertur insideat/uimq;
aliquam nanciscatur/ per quam ignis partes arripiat libretq;/aut ubi in statere lancibus collocauit/
ut deorsum in dissimilem detorqueat aerem/ constat plane minorem ignis portionem maiori fa/
cilius coactam iri. Vbi enim duo simul/ uno robore suspenduntur/ minus quidem magis/plus au/
tem minus inferenti uim cedit. Et unum quidem graue deorsumq; ferri dicitur: alterum uero sur/
sum ac leue. Idem nobis terram habitãtibus accidit. Nam terrę innixi perq; eam gradientes / ter/
rena genera inuicem separamus atq; distinguimus & sæpe terram in dissimilem aerẽ iacimus uio/
lenter / præterq; naturam sæpe partes utrasq; cognatę naturę participes hic portio minor facilius
q̃ maior ad dissimilem locum iacta/ prius uiolentię cedit: eamq; leuem cognominauimus : & locũ
ad quem compellimus / sursum. Contrariam his affectionem graue quiddam/ atq; deorsum. Hęc
utiq; differre inuicem necessarium est. Propterea quod generum multitudines locũ aliis cõtrariũ
obtinẽt. Qđ.n. in alio loco leui ẽ: leui ꝙ ĩ loco ẽ cõtrario & graue similiter graui. Et ei qđ deorsum
dicitur id quod deorsum : eiq; quod sursum/ id quod dicitur sursum: omnia enim hæc transuersa
inuicem & contraria ac penitus differentia esse fieriq; reperirentur : unum tamen id de his omni/
bus cogitandum : quod uia gressioq; singulorum ad simile atq; cognatum ferens / graue facit id
quod fertur : locum uero in quem tale quid fertur / deorsum. Quæ aliter se habent / aliter officit:
harum igitur passionũ huiusmodi quędam dicte sint causæ. Lenis item & asperę passionis causam
quilibet intuitus aperire aliis poterit. Duricies enim hanc inęqualitati permista: illa uero ęqualitas
exhibet densitati. Sed carũ passionũ quæ circa totũ corpus cõmuniter accidunt/ ea restat maxima
quæ uoluptatis dolorisq; est causa in his quę diximus. Similiter quęcunq; per corporis partes sen/
sibus patent doloresq; & uoluptates cient. Ita igitur omnis tã sensibilis q̃ insensibilis passionis cau/
sas capiamus in primis memoria repetentes quod de ea natura quæ facile mouetur / deq; ea quæ
mouetur difficile / supra distinximus : hoc enim pacto ea persequi debemus omnia que cõpręhen
dere cupimus. Quando in id quod facile moueri solet/aliqua uel breuis incidit passio / partes eius
quęlibet sequentibus partibus undiq; passionẽ ipsam transfundit/ quousq; ad prudentię sedẽ per/
ueniaẽ: ubi per hos quasi nuncios potentia illius quod passionẽ intulit nosciẽ. Quod uero cõtra est
affectũ & ĩmobile/quodãmodo ꝑmanet/circularẽ illã transfusionẽ nõ habet/ & ipm qdẽ patiẽ solũ/
proxime uero minime mouet. Quapropter cũ partes alię aliis passionẽ primã non impertiant / totiq;

De frigore.

Vide motum natura & prę ter naturã.

Vide cãm tremoris quã secutus est Galenus.

De duro & molli.

Densum & rarum sunt i cã duri & molli.

Graue

Leue

De eo qđ dicitur sursum & deorsũ ut sunt & non sunt.

Qđ in mũdo est medius locus non qui deorsum.

Vnde mundo tributa sint noĩa sursum & deorsum.

De leni & aspero.

De uoluptate & dolore.

animal hinc minime agitetur/sensus expers/Id quod patitur extat. Id profecto circa ossa capillosq; & reliquas partes quæ terrenę utplurimnm in nobis sunt/accidit. Visus uero & auditus instrumēta aliter omnino efficiūt/quia illis ignis aerisq; uis maxima inest. Quod prętcrea ad uoluptatē attinet & dolorem ita consideretur passio uiolenter prętcrq; naturam abunde simulq; nobis illata/molesta fit. Rursus quæ in naturam abunde simulq; reuertitur/dulcis/quæ contra fit/contra: passio uero magna cum facilitate illata sentitur quidem maxime/uoluptatis autem & doloris minime particeps huiusmodi sunt quę ex aspectu proueniunt. Cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die supra narrauimus huic adustiones sectionesue & quęcunq; passienes huiusmodi/dolorem non inferunt: nec etiam quando in suam speciem fit restitutio / uoluptatem. Sensus tamē uehementes clarissimiq; ipsi competunt/quatenus aliquid patitur/incurritq; in aliquid & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretioniue nulla penitus inest. Corpora uero ex partibus grandioribus constituta & uix agenti cedentia/ quando motiones illatas in totum corpus traiiciunt: uoluptates doloresq; continent: quando uidelicet e suo statu mouentur/dolores/quando redeunt/uoluptates: quęcūq; paulatim abscessus euacuationesq; sui perpetiuntur/ repletiones uero simul atq; abūde/ cum euacuationis quidem sensum habeant nullum / repletionis autem habeāt mortalitate ipsius potentię dolores nullos/uoluptates uero maximas afferunt. Quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. Atq; e sua natura simul & abunde pelluntur / paulatim uero uix in eam restituuntur contra q̄ superiora affici solent: hoc plane in secandis urendisq; membris apparet. Iam cōmunes toti corpori passiones/ easq; inferentium cognomen attractauimus. Nunc igitur eas quæ certis nostri corporis partibus accidunt/& unde proueniunt/quibusue causis inferuntur / pro uiribus exponamus: principio quę supra quando de humoribus agebamus relinquimus / cum linguę passiones sint/ siquo modo possumus declaremus. Videntur autem hæc quēadmodum & alia multa discretionibus quibusdam & concretionibus fieri: ac prętereá lenitate asperitateq; magis q̄ cętera uti. Tenduntur a lingua uenę ad cordis sedem / saporum nuncię: in quas siqua ita inciderint ut humidam carnis mollitiem penetrantia terrestri sua natura modice liquefacta / uenas ipsas cōtrahant arefaciantq;/ sapores huiusmodi pariunt. Videlicet si asperiora sunt acerbos acresq; : sin aspera minus austeros & ponticos. Quę & illas purgant/& siqua linguę inherescunt/abluūt/ si ultra modum id faciant/naturęq; ipsius non nihil liquefaciant/qualis est in nitro potentia / amara omnia nominantur. Sinautem uim nitro temperatiorē habent / leni usq; abstergunt / salsa sine amaritudinis asperitate/ magisq; amica nobis apparent. Quę autem applicata oris caliditati / ab eoq; mollita & feruefacta/ipsum uicissim feruefaciunt/ suaq; leuitate sursum ad sensus capitis eleuantur/suoq; attactu singula diuidunt propter huiusmodi uires/acuta uocantur. Quandoq; uero hæc eadem ex putredine attenuata angustas uenas ingrediuntur / coguntq; partes interiores tam terrenas q̄ quodadmodo aereas iactatas inuicem cōmisceri/ permistasq; circunlabi alias/& alias ingredi/ingressuq; suo penetratas concauas tensasq; efficere. Vbi cōcauus & ampullosus humor aeri circūfundit: isq; humor alias terreus quoquo modo est/alias purus: fitq; ex aqua cōcaua uasculum aeris humidum atq; clarum. Sed quod ex pura nascitur aqua/perlucet undiq;/ampullaq; uocatur. Quod autem ex lutulento magis humore simul agitato quidem elatoq; & circūtenso conficitur/ebullitio/ bulla/fermentumq; dicitur: harum omniū passionum causa acida qualitas appellatur. His omnibus quę de his dicta sunt contraria passio a contraria causa proficiscitur. Quando uero ingredientiū qualitas humida est linguę qualitati naturaliter concors & consentanea ac lenit mollitq; eam/ cōtractamq; demulcet asperitatem/& quæ in nobis præter naturam/contracta uel sparsa fuerīt/relaxat uel colligit/ ac summatim naturalem singulis restituit habitum. Suaue huiusmodi omne amicūq; est omnibus uiolentarum quoq; passionum medicina atq; remedium/ dulceq; uocatur. Circa nariū uim species non sunt. Semigenia enim odorum natura. Speciei uero nulli competit odorem ullum habere. Sed nostrę circa hæc uenę ad terrę & aquę genera angustiores sunt / ad ignis uero aerisq; genera latiores. Quocirca nemo unq̄ istorum aliquem sensit odorem. Sed in madefactione quorūdam/ uel putredine / uel liquefactione / uel euaporatione gignuntur odores. Cum enim in aerem aqua / uel aer in aquam transit / in medio istorum odores fiunt: omnisq; odor aut fumus est aut caligo. Sed horum quod ex aere mutatur in aquam caligo: quod uero ex aqua in aerem fumus: hinc fit ut aqua odores tenuiores sint / aere crassiores. Quod maxime perspicuum fit / quando certa quadam re naribus occurrente aliquis in seipsum uehementer spiritum retrahit. Tunc sane nullus simul influit odor / spiritus autem ab odore nudus solus sequitur. Duæ igitur hę in his uarietates absq; nomine sunt / nec ex pluribus / nec ex simplicibus speciebus. Sed duo ibi nomina tantum manifeste sunt/ suaue scilicet & molestum: hoc quidem disturbat uiolatq; omnem eam capacitatem quæ a summo capitis uertice ad umbilicū protenditur. Illud uero eandē mulcet / & amico quodā ingressu naturalē eius seruat habitū. Tertiā pterea uim sentiēdi / auditum uidelicet ita considerare

Marginalia: Linguę passiones. — Videt ī corde est iudiciū de sapore. Sapores. — Quę amara sint. q̄ salsa. — Quę acuta sapore. — De ampulla. — Acida qualitas. — De dulci. De odore. — Quō nō olfaciamus elemēta. — Odor aut fumus aut caligo. — Species odoris.

fiderare debemus:ut qbus ex causis passiones eius ꝓueniant/exponamus. Oino igitur uocem po namus pulsationẽ quandã ab aere/per aures cerebrũq; & sanguinẽ usq; ad aĩam penetrantem. Na tam quoq; ex ea motionem incipientẽ a capite & in sedem iecoris desinẽtẽ auditum uocemus. Mo tio quidẽ uelox/acuta ꝓuenit/tarda grauis. Vna æqualis atq; lenis. cõtraria uero aspera. Magna/q multa parua quæ pauca. harum uocũ cõcordiã consonantiasq; in sequẽtibus declarabimus. Sequi tur quartũ sentiendi genus exponẽdũ: quod uarietatẽ in se plurimã cõtinet. & quæ sub eo sunt oĩa/ colores uocanť. Est aũt color ueluti flãmula quædam fulgorq; a singulis corporibus emanãs/ ptes habens uisui ad sentiendũ accõmodatas. Causas uero ex quibus uisus gignitur supra tractauimus. Nunc de coloribus potissimũ hoc pacto probabilia dicenda uidenť. Quæ ab aliis delata ptibus in aspectũ cadunt/partim minora/partim maiora/partim uisus ipsius partibus æqualia sunt. Æqua lia qdem sentiri non pñt: quæ diaphana idest utrinq; perspicua noĩantur. Minora uero aut maiora partim discernere partim cõtrahere uisum dicimus/instar eoꝝ quæ caliditate uel frigiditate car nem aut eoꝝ quæ acrimonia uel acumine caliditateue linguã cõtrahunt uel discernũt. Atq; ea quę uisum sic afficiunt alba nigraue uocamus. quæ quidẽ passiones eoꝝ sunt quæ modo narrabã & illo rum qdem germana eadẽq; quodãmodo: sed in genere alio. diuersa tñ pp has causas esse uidenť. Sic utiq; appellanda sunt ista quod uisum disgregat/albũ/nigrũ uero quod cõgregat. Motionẽ ꝑfe cto acutiorẽ alteriusq; generis ignis/incidentẽ dispergentemq; uisum usq; ad oculos orbesq; ipsos oculoꝝ meatusq; ui diuerberantẽ liquefacientẽq; ignem esse dicimus ex opposito obuiantẽ cuius occursu lachryma corpus ex igni & aqua mixtum effundiť. Et uno qdem igne uelut e corruscatiõe quadam exiliente/altero uero penetrante & ab humore extincto/uarii creanť ex hmõi mixtione co lores. atq; ipsam passionẽ fulgorẽ corruscationẽq; uocamus: quodue id facit/splendidũ atq; corru scum. hoꝝ medium ignis genus ad oculoꝝ humorem perueniens/illiq; se miscens minime quidẽ corruscũ sed ex ipsa ignei radii ad humorem admistione/sanguineũ creante colorẽ/rubeum noĩa uimus. Splendidũ albũq; rubeo mixtum flauum procreat. Quo aũt mensuræ modo singula singu lis misceanť/ẽt siquis nouerit/narrare prudentis non est. præsertim cum neq; necessariã neq; uerisi milem de his rõnem afferre ullo modo possit. Rubeũ cum albo nigroq;/purpureũ generat. paulo obscurior. moreus luteolusq; fit color/qñ hiis inuicem cõflatis adustisq; magis est adiuncta nigre do. Fuluum flaui fusciq; tẽperatiõe ꝓduciť. fuscum uero albi & nigri cõfusione. pallorẽ albi flauiq; copula generat. Splendidũ albo adiunctũ plurimaq; obfusum nigredine ceruleũ efficit. Cœruleũ cũ albo glaucũ creat. Fului nigriq; temperie color uiridis nasciť. Cætera ferme ex his oĩa manife sta fiunt. Siquis. n. superiores mistiones imitatus reliquos colores exequiť/ ꝓbabilibus rõnibus di sputabit. At siquis hoꝝ discussionem ꝓbationẽq; opere ipso aggredieť/ quid inter humanam diui nãq; naturam intersit/ignorare uidebiť. Nẽpe deus multa in unũ colligere/rursusq; unũ in multa ꝓducere sufficiens est: scit enim simul ac põt. Homo aũt nullus qui alterutrũ ualeat/aut est nunc/ aut unq̃ erit. Hec sane oĩa ita tũc naturaliter affecta ex necessitate ille pulcherrimi optimiq; opis fa bricator in his quæ gignebanť assumebat/qñ deũ seipso sufficiẽtẽ & ꝑfectissimũ generabat. Vtens qdem causis ad hæc ministris: quod aũt bñ se habebat ipse in singulis agens. Duas enim causarum species distinguere decet. Vnã qdem necessariã: alterã uero diuinã. Ac diuinam in oĩbus quærere ut beatam uitã quo ad naturæ nostrę possibile est/adipiscamur. Necessariã quoq; causam illoꝝ gra tia ꝑscrutari. Cogitare enim oportet absq; his illa in qbus studiũ ponimus nõ posse intelligi uel cõ prehendi uel quõcũq; aliter percipi. Quoniam uero nobis in pñtia ueluti fabris materia subiacet/ causarũ uidelicet genera/uicẽ ferme iam ꝑparatæ materiæ obtinẽtia ex qbus est sequẽs disputatio cõtexenda/rursus ad principium breuiter redeamus: citoq; illuc regrediamur/unde hucusq; ꝓcessimus: atq; ita demũ finem apicẽq; disputationi qualẽ superiora exigunt imponamus. Quẽadmo dum ab initio diximus/cũ hæc ordine carerent singulis deus & ad se se & ad alia inuicem eatenus modũ rõnemq; ꝓportionis indidit/quatenus suscipe singula poterãt. Tunc ꝑfecto nihil erat ordi nis nisi forte casu aliquo particeps. nec qcq̃ tũc aqua uel ignis uel aliud aliqd eoꝝ quæ modo apud nos noĩanť iure uocandũ erat. Verũ hæc primũ oĩa exhornauit/deinde ex iis hoc uniuersum cõsti tuit/aĩal unũ/aĩalia in se oĩa mortalia & ĩmortalia cõtinẽs. Et diuinoꝝ qdẽ ipse est auctor. Mortaliũ uero generationem natis suis tradidit absoluendam. Illi igiť suum imitari parentẽ/principiũq; aĩę ĩmortale suscipiẽtes/aĩam ipsam mortali corpore clauserũt: totũq; corpus aĩæ quasi uehiculũ sub didere. atq; in eo aliã aĩæ spẽm mortalem fabricauerunt: quæ grauibus necessariisq; ꝑturbationi bus afficereť. quarum prima foret uoluptas/esca maxima mali. Dolor deinde fuga ĩpedimentũq; bonoꝝ. Audacia ꝑterea metusq; cõsultores amentes. accederet & ĩplacabilis iracũdia. Spes ẽt blã da cõciliatrixq; cũ irrationali sensu/amoreq; oĩum inuasore. Illi ergo hæc miscẽtes necessario mor tale genus cõposuerunt. Cæterum ne diuinũ ulla mortaliũ cõtagione/nisi quãtum summa necessi tas cogeret/pollcereť/seorsum ab illo in alia corporis sede mortale collocauerũt: atq; a pectore ca put ceruice & collo iteriecto separauere. In pectore igitur & thorace mortale genus aĩæ posuerũt.

De auditu.

Auditus ter minatur ĩ ie core.

De coloribus

Albũ desgre gat nigrũ cõ gregat.

De mistioni bus colorũ.

Duas causarũ spẽs & quo modo quærẽ de:

uoluptas esca malorum.

Dolor bonoꝝ fuga & ĩpedi mentum.

Audacia & metus consul tores amẽtes.

Ira ĩplacabi lis spes blan da.

Sensus irrõna lis amor inua sor.

Diaphragma chartilago.

cūq; id naturaliter partim melius/partim deterius esset/disposuerunt rursus thoracis capacitatē/ discernentesq; sedem tanq̄ uirorum alteram/alteram fœminarum. Cartilaginem enim quandam nomine diaphragma quod etiam phrenas uocant inter hęc mediam interiecerunt. partem igitur animæ fortitudinis iracundięq; participē contentiosamq; capiti propinquiorem fecere inter diaphragma ceruicemq; mediam: ut hæc obediens rationi/una cum ipsa cupiditatum genus ui illata coerceat: siquando rationis in arce capitis habitantis iussa cupiditas respuat. Cor uero uenarū originem fontemq; sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in stipatorum regione suspendere uoluerunt/ut quando ire uis exardescit ratione nunciante/siquid extrinsecus iniuste fiat/ uel intrinsecus aliqua concupiscentia turbet/tunc celeriter per augustos quoslibet meatus quicqd in corpore sensus est particeps iussa minasq; persentiat/atq; ita obediat obsequaturq; omnino/tole retq; in omnibus præstantissimi illius imperium. Cum uero cognoscerent cor rerum terribilium obiectu trepidaturum & ira sæpius flagraturum/idq; opus omne per ignem fore/ęstus huiusmodi temperandi gratia/pulmonum tegmē cordi adhibuerūt/molle primum atq; exangue/ deinde cauis intrinsecus fistulis spongiæ instar distinctum: ut spiritu potuq; hausto cordis ardorē huiusmodi respiratione & refrigerio tepefaciat. Quam ob causam arterias tanq̄ aquęductus per pulmonū substantiam deriuarunt. eamq; cordi/quasi mollē saltum circūdedere: ut quando nimia feruet ira inde ad faciliorem obedientiam temperatum deferueat/sedatoq; tumultu rationi facilius cum ira ministrare & obsequi ualeat. Postremo eam animæ partem quæ esculenta & poculenta cupit/& reliqua omnino quibus corpus indiget concupiscit/medię regioni inter diaphragma & umbilicum applicauere. ubi quoddam quasi præsepe ad totius corporis alimoniam extare uolebant. & ibidē illam uim animæ tanq̄ agreste animal alligauerunt. hic sane illam corpus suum alere necessarium est: siquidem mortale quandoq; futurum est genus. Vt ergo ad præsepe semper illa pascatur/habitetq; procul a consultore/ideoq; illum clamore & strepitu suo minime turbet/sed permittat præcipuum nostri ducem tranquillo in ocio/cōmuni omnium utilitati consulere/regionem icicirco inferiorem ipsi habitandam dii dedisse uidentur. Quoniam uero uidebat deus partem illam animæ talem fore/ut rationem non exaudiret/& siquo sensu pulsaretur/nullo modo rationibus obtemperaret/sed simulachris uisisq; nocte dieq; maxime raperetur/iccirco naturam iecoris procreauit: & in eius habitationem disposuit: densam inq̄ naturam. leuem. claram. dulcem. & amaritudinis nō expertem. ut cogitationum ex mente descēdens potentia in ipso iecore uelut in speculo figuras suscipiente aspectuiq; simulachra reddente/quandoq; recepta terreat ipsum: quandocunq; cognata amaritudinis parte usa/minasq; intendens & toti repente suffusa iecori felleos terribilesq; colores ostentat: contrahens prętera ipsum rugosum & asperum totum reddat. Ac fibras eius. bilē eiusq; uentriculum/& uenas quæ portæ uocantur sic afficiat/ut partim ex habitu recto deflectens atq; cōtorquens/partim obstruens & concludens/dolores detrimentaq; prebeat. Ac rursus quando mansuetudinis ex mente inspiratio contraria uisa effingit/amaritudinem quidem sedās ex eo quod ad uersam sibi naturam neq; ciere neq; attingere uelit/dulcedine uero illi ingenita utens/& omnia recta. lenia. libera in ipso digerens/tunc sane pacatam mansuetamq; partem animæ in iecore habitātem facit: adeo ut etiam in somno moderate affecta sit/uaticinioq; utatur: quando rationis prudētiæq; est expers. Qui enim nos composuerūt paterni illius mandati memores/quo mortale genus præceperat q̄ optimum pro uiribus fieri/ita deteriorem nostri partem instituerunt / ut ipsa quoq; ueritatis foret quodāmodo particeps: siquidem in ea expleri uaticinium statuerunt. Quod autem demētiæ humane deus diuinandi uim dederit/illud argumento esse nobis potest / quod nemo dū sanæ mētis est/diuinum & uerum uaticinium ullum assequitur sed cum uel somno prudētiæ uis p̄pedita est/uel oppressa morbo uel diuino aliquo raptu e suo statu dimota/fieri diuinatio solet. Prudētis uero dūtaxat officium est/quæ a fatidico furenteq; ingenio dormiendo uel uigilando pronūciata sunt/intelligere. & quæcūq; uisa illuxerint/ratiocinatione ita discernere/ ut qua quidq; ratione & cui/futurum aliquid uel præteritum/præsensue bonum uel malum protēdere uideatur/explanet. Illius autem qui māsit manetq; adhuc in furore non est officium/que uiderit aut protulerit/iudicare. Scitum profecto priscum id dictum. Agere sua seq; ipsum cognoscere/solius prudentię est opus. Hinc lex iubet diuinis uaticiniis iudices præesse prophetas. quos uates quidam nominanr. Ignorātes prorsus eos oraculorum uisorumq;/quæ obscuris uelaminibus inuoluūtur interpretes esse/nō uates. Quare qui uaticīa iudicant/non uates illi quidem sed p̄phete/idest uaticiniorū interpretes pronunciatoresq; uocandi. Atq; iecoris quidem natura ob hanc causam talis facta est & in ea sede qua diximus collocata/diuinationis. s. gratia. Ac etiam uiuente uno quoq; talium signa clariora exprimi solent. Vita uero priuato/cęcitas accidit/nec euidens quicq̄ fit uaticinii signum. proximum huic ad sinistram locatum est huius gratia membrum/ut purum hoc semper clariusq; reddat/& instar speculi nitens atq; perspicuum ad imaginesq; exprimendas/accōmodatum. Quapropter quando propter corporis morbum sordibus iecur abundat/lenis raritas id purgans/ eas cōbibit/

Cor uenarum origo & sanguinis fons.

Demētiæ humanæ datum esse diuinandi munus.

Prudentiæ opus.

Qui p̄phetę: qui uates apud Timæum.

Iecur gratia diuinandi.

De liene.

bibit cum membrum hoc concauum sit & exangue. Vnde purgamētis impletū/excrescit tumetq; sanie. Ac rursus cum mūdatum corpus est, restrictū in seipsum consider. Quid igitur anima mor/tale, quid diuinum habeat/& ubi/& quibuscū: & quare hæc inter se disiuncta sint/diximus. At quod reuera ita sit ut diximus ita demum assereremus/si diuinum confirmaret oraculum. quod uero ue/risimile sit ita esse & nunc & deinceps diligentius etiā inuestigando asseuerare non dubitamus: atq; in præsentia ita sit nobis assertum. Quod autem hæc sequitur/similiter est tractandum. Reliquum est enim qua ratione cætera corporis membra digesta sunt/enarrare. Itaq; hac potissimum ratiōe constare hæc decet. Cognoscebāt illi profecto nostri generis fabricatores nos ad cibum potumq; intemperatos fore. ac propter ingluuiē pluſq̄ modus aut necessitas postularit / ex his sumpturos. Igitur ne subitus propter morbos interitus proueniret/atq; ita imperfectum mox genus mortale desineret/inferiorē uentrē fabricauerūt ad esculentorū poculentorūue superabundātiā capiendā. Eum præterea spiris intestinorum circūplicauere: ne subito alimenta nobis assumpta defluerent: ac rursus noui alimenti confestim necessitas īmineret. Ob illā enim inexplebilem perpetuāq; uoraginem genus nostrum philosophiæ musicæq; & moderationis omnis expers relictū fuisset/illi par/ti quæ in nobis diuinissima est/minime obsecutum. Ossium uero & carnis cęterorumq; huiusmodi ita est natura composita. His nempe omnibus medullæ generatio initium prebuit. Vincula enim uitæ illius quā omnia corpori iuncta ducit applicata medullæ / ex eaq; per omne diducta uinciunt fulciuntq; corporis nostri constructionem. Ipsa uero medulla est ex aliis generata. Sunt quidē triāguli primi quidam & indeflexi lenesq; ad ignis/aeris/aquæ/terræ exactissimam generationem accōmodatissimi/e quorum generibus singulis deus secernens singulos & inuicem contemperatos permiscens totius generationis mortalium sementem fomitemq; constituit/dum medullæ ex his substantiam procrearet. Postea uero serens in ea/animarum genera alligauit. Figuras præterea quotcunq; & qualescunq; ex singulis speciebus adesse medullæ oportuit tot penitus atq; tales statim in prima illa distributione distinxit. Et illam quidem medullæ partem in quam uelut agrum quendā diuinum semen iaciundum erat/globosam & undiq; teretem finxit: atq; encephalum: id est cerebrum idcirco uoluit nominari: quia uno quoq; animali deniq; absoluto uasculum cerebri capax/cephalum. i. caput uocandum erat. Quod autem reliquas mortalesq; animæ uires/comprehēsurum erat rotundis simul oblongisq; figuris hornauit. totumq; medullam uoluit nominari atq; ex his quasi quibusdam ancoris iaciens totius animæ uincula circa illas iam uniuersum nostrum corpus absoluit: ossiumq; textura extrinsecus eas fulciuit. Os uero ipsum ita composuit. Terram atterens puram lenēq; miscuit madefecitq; medulla. Id postea in ignem iecit. deinde in aquam mersit. Rursus in ignem. Iterum & in aquam. Atq; ita sæpe transferens in utrumq;/tale reddidit ut a neutro liquefieri posset. Hoc igitur usus sphæra ossea quasi torno facta cerebrum circunsepsit. Huic angustos reliquit meatus. Et circa ceruicis simul dorsiq; medullā ex ipso rotulas uertiginesq; effingens/quasi cardines subdidit: ita ut a capite p totū ptēderit. Sic utiq; semē omne seruauit/dū lapideo ambitu circūuallauit. Articulos insup addidit/ alterius ipsius natura usus in ipsis tanq̄ media quadam existēte potentia motus flexionisq; gratia. Arbitratus uero ossium naturā aridiorem rigidiorēq; q̄ oporteat fore: & cum ignita euaserit atq; etiam frigefacta: illisuram corrupturāq; cito semē in ternum/ neruorum carnisq; genus effinxit/ut neruis quidem membra reliqua uinciētibus/intensis re/missisq; circa cardines ipsos/corpus omnem ad flexionem tēsionemue promptum & agile redderet. caro uero tegmen foret aduersus frigus atq; calorem/& quemadmodum externa corporis fulcimenta solent/ad casus uarios munimentū: præsertim quia talis erat futura / ut molliter leniterq; corporibus cederet. Cui calidum idcirco humorem indidit/ut ęstate quidem roscida madidaq; extrinsecus/toti corpori domesticum prebeat refrigeriū/hieme uero rursus proprio igni exteriorem glaciem moderate repellat. Hæc cum fictor ille nostri corporis cogitaret / mistione quadam ex aqua/igne/& terra contemperata/& acuto illis salsoq; fermento adhibito / succiplenam ac mollē carnem conflauit/naturam uero neruorum ex osse & carne non fermentata unam ex utrisq; poten/tia mediam temperauit: flauoq; infecit colore. Hinc fit ut carne quidem tensior: & aridior/ossibus autem agilior molliorq; sit neruorum substantia. His deus medullam simul & ossa deuinxit: & hæc omnia carnibus cooperuit. Quæ igitur ossa animata maxime erant / paucissimis carnibus adopuit. quæ uero minime: contra plurimis atq; crassissimis. Iuncturis insuper ossium/præterq̄ ubi necessitatis ratio aliter postulabat/paucas carnes adiecit/ne flexionibus impedimento forent/ tardaq; ad motum corpora facerent neue sua quadam solida crassitudine obtusiorīq; mole sensuum aciē hebetarent. memoriam impedirent/ingenii acumē obtunderēt. Quamobrem inguinum / tibiarum illorum/brachiorum/lacertorum/ossa & cætera omnia quæ articulis carent / quæue intus latentia ossa propter animæ paucitatem in medullis/prudentiæ uacua sunt/multis sunt carnibus adoperta. Paucioribus uero quæ prudentiam habent: nisi forte carnosa quædam moles proprie ad sensum

De intestinis atq; eorū spiris.

De ossib' & carne.

Vidē ut medulla ē mēbris fundamētū & initium.

Vt in medulla primū aīa insita est.

De cerebro.

De neruis

aliquem aptata sit, qualis est lingua. In cæteris ẽ/ſũt diximus. Natura enim ex necessitate genita atq; nutrita nullo modo os compactum carnemq; multam simul & acutum sensum admittit. Maxime namq; omnium ea capitis compositio habuisset si una concurrere potuissent. Genusq; hominum pingue, neruosum robustumq; habens caput/uitam duplam/ac etiam multo diuturniorem, ualidiorem, placidiorem q̃ nos possedisset. Cæterum nostris illis fabricatoribus de nostro genere consultantibus utrum diuturnius quidem/sed deterius: an breuioris quidem uitæ: sed melioris/efficerent/uisum fuit uitam breuem melioremq; diutunę & deteriori esse omnino anteponendam. Itaq; caput osse raro stabiliuerunt sed carnibus neruisq;/quia flexiones non erat habiturum non fulciuerunt. his omnibus de causis caput membris omnibus acutius ad sentiendum prudẽtiusq;/ sed imbecilius est constitutum. Neruos autem ob hanc rationem atq; hoc pacto deus extreme parti capitis circũponens/spinæ dorsi eos quadam similitudine circumplicauit/summasq; illis maxillas sub uultu deuinxit/reliquos per omnia membra disseminauit: articulum connectens articulo. Nostri ꝑterea illi exhortatores/oris naturam dentibus/lingua/labiis ita ut nunc uidemus necessariorum simul & optimorum gratia hornauerũt. Nam ingressum quidem necessariorum/egressum uero optimorum gratia excogitauere. Nempe necessarium est quicquid ad alimoniam in corpus admittitur. Verborum autem effluxio ministra prudẽtiæ/effluxionum omnium optima est atq; pulcherrima. Caput præterea nudo esse relinqui omni alio tegmine destitutum non poterat/ propter caloris frigorisq; excessum: neq; rursus carnium pondere prægrauatum/sensus expers obtusumq; reddendum erat. Carne igitur nõ penitus desiccata residuum quod maius superat segregatum est cutisq; ipsa circa cerebri humorem sibiipsi iuncta & germinans caput circũuestiuit. Humiditas autẽ sub iuncturas scaturiens irrigauit compegitq; ipsam ad uerticem. Iuncturarũ uero species uaria ꝑpter circuitionum alimoniæq; potentiam facta est. Et his quidem magis inuicem pugnãtibus plures/minus uero pauciores. Hanc omnem cutem undiq; igne pupugnit percussit deus. Per cutis inde quasi sauciæ rimulas humor effluxit/quodue illic humidũ calidumq; sincerum erat/abiit. quod uero ex iisdem quibus & cutis/erat permistum/emanationis impetu extra productum/in longũ extensum est: tenuitatem punctioni penetrationiq; illi ęqualem habẽs. Sed propter tarditatem a spiritu circunstante retusum rursusq; sub cutem reuolutum radices egit. his utiq; causis capilli in cute sunt nati: secundum pellis coriiq; similitudinem cuti q̃ proximi: sed propter coagulationem frigiditate factam duriores cute atq; densiores. Nempe capillus extra cutem productus frigore riguit. Hoc pacto constipatum irsutumq; caput nobis deus instituit/causis quidem usus illis quas diximus. tegmen uero ipsum ad cerebri tutelam non carnibus põderosum/sed leue esse uoluit. quod ad frigoris calorisue intemperiem repellendam sufficeret: & sensus acumẽ minime impediret. Ea uero quæ in digitis est nerui pellis & ossis complexio. aridior facta/communi quodam uno duriorique cutis tegmine est adoperta. Cuius quidem accessoria ministraq; causa in iis quæ diximus constitit/principalis autẽ causa in ea intelligentia quæ id futuræ cõmoditatis gratia fabricauit. Quod enim ex uiris quandoq; mulieres & cæteræ animantes erant futuræ nostri illi opifices non ignorabant. quinetiam quod unguium usum bestiæ quoq; multe ad opera multa. erant habituræ/ intelligebant. Quapropter homines statim genitos unguibus armauerunt. Hac utiq; ratione/& his de causis pelle/capillis/unguibus extrema mẽbra operuere. Quoniã uero partes & mẽbra oĩa mortalis animantis in mutua quadam cognatione genita erant: uitamq; necessario in igne ac spiritu possidebant/ne animal ipsum ab his resolutum exhaustumq; cito deficeret/hoc dii cõsilio prodidere. Quippe humani generis naturam quandam cognatam aliis formis sensibusq; miscẽtes/quasi animal quoddam aliud plantauerunt. Talia sunt domesticæ arbores/plantæ/semina/ quæ consita nũc cultaq; ab arte mitia nobis sunt: quondam uero sine cultura/agrestia. Quicquid enim uitæ est particeps/ iure animal nominabitur. Quod autem nunc dicimus tertiæ animæ speciei est particeps/ quam inter diaphragma & umbilicum locauimus. Cui opinio/ratio/mens nulla penitus inest. Sensus uero suauis & tristis una cum cupiditatibus conuenit. Omnia siquidem continue patitur. Cum uero in seipso ad semet conuertatur/externumq; respuat motũ/& proprio motu domesticoq; utatur/iccirco huic natura non tribuit ut quicq̃ pensi habens: suorum aliquid consideraret. Quapropter uita quidem fungitur/nec est ab animali diuersum: quia uero illa ui qua quid seipsum trãsfert orbatum fuit stetit rigens: & fixum radicibus hæsit. Cum hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent/in nostro corpore quasi quodam horto meatus uelutí aquæductus uarios diduxerunt / ut liquoris deriuatione irrigaretur. principio meatus occultos sub conflatione cutis & carnis/duas. s. uenas in tergo diuiserunt/secundum geminam corporis ipsius figuram ad dexteram & sinistram. has utiq; ad spinam demiserunt mediamq; medullam genitalem comprehendere. ut & hæc q̃ maxime uigeat pulluletq;. & huberior hinc ad alia quasi decliuis effusio/irrigationem ęquabilem prebeat. Post hæc partientes circa caput uenas / easq; inuicem

ex opposito

Quod caput sit carne nudatũ: est acutius ad sentiendum.

Verborũ effluxio ministra prudentiæ.

De capillis

ex opposito implicantes/partim a dextris ad sinistra/partim a sinistris ad dextera corporis disptierunt: ut capiti ad reliquũ corpus una cum cute connexio foret: postq̃ neruis quidem non erat circulo quodam secundum comprehensum uerticem atq; distinctum. atq; etiam ut sentiendi uis ab utrisq; partibus per totum corpus undiq; demanaret. hinc uero aquæductum hoc ordine deduxerunt: quem plane perspiciemus si hoc inter nos primum asseuerabimus. Quæcũq; ex minutioribus componuntur maiora detinent quæ uero ex grandioribus/minutiora cohibere non possunt. Ignis autem præcæteris generibus/minutissimis constat particulis. Ideoq; aquam/aerem/terram/ & quæ ex his componuntur/omnia penetrat/transilit/quia usq; adeo ut nihil ipsum ualeat cohibere. Idem quoq; de nostro utero/cogitandum. Nempe cibos & potus ingestos retinet. Spiritum uero & ignem quia eius compositione tenuiores sunt demorari nõ potest. His igitur usus est deus ad irrigationem ab utero in uenas proficiendam. Rete enim quoddam ex aere atq; igne instar gibbosæ sagene contexuit. Vbi duo sunt ad ipsum introitum gybbi conuexa. quorum alterum bifariam bino pulsu iterum implicauit. & ab ipsis gybbi conuexis ueluti funes per totum corpus usq; ad texturæ illius extrema circumtendit. Interiora igitur ipsius tricæ omnia ex igne composuit. conuexa uero & receptaculum ipsum ex aere. Demum hæc assumens in animali formato hoc pacto disposuit. Cõuexa quidem in os demisit. Cum uero conuexum gybbosumq; sit duplex per arterias alterum in pulmonem usq; traiecit. Alterum circa arterias in uterum. Alterum uero partitus utrãq; illius partem ad fistulas uarium cõmuniter duxit. Ita ut quando alterum ad os non peruenit ex hoc ipso omnes illius fluxus meatusq; repleãtur. Alteram uero gybbi retisq; capacitatem circa omnes partes corporis concauas esse uoluit. Idq; omne alias quidem in conuexa incuruaq; confluere molliter quasi aer illic sit/effecit. alias autem conuexa incuruaq; ipsa refluere. Recte uero quoniam rarum sit corpus/penetrare per ipsum rursusq; emergere. Radios autem ignis interiores successione continua subsequi: in utramq; partem aere transeunte. Idq; donec mortale consistit animal fieri nunq̃ cessat. Huiusmodi agitationem/merito expirationem respirationemq; nominatam esse cẽsemus. Omne autem hoc opus omnisq; nostra hæc passio in corpore fit irrigatione quadam & refrigerio ad uitam & nutrimentum. Quando enim expirante & respirante alitu/ignis simul interior sequitur/perq; uterum diffusus poculenta esculentaq; offendit. Liquefacit protinus ipsa. partitur in minima. per exitus qua progressio patet tanq̃ ex fonte quodam educit. in meatus uidelicet uenarum traiicit quæcũq; exhausit. atq; per corpus quasi uallem uenarum fluenta diducit. Sed uideamus iterum quibus causis respiratio hũc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam uacuum nusq̃ est/quo quicq̃ eorum quæ perferũtur ingredi queat/spiritus autẽ e nobis euolat: cuius constat non in uacuum quidẽ hunc spiritum euolare/sed proximum sibi e sua sede depellere/depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere. Ac secundum necessitatem huiusmodi quicquid in sedem illam repercutitur atq; impellitur/unde exclusus est alitus: ingressum illuc replensq; alitum ipsum subsequi. Idq; totum simul reuolutione quadã qa nusq̃ sit uacuum fieri. Quamobrem cum pectus pulmonesq; spiritum efflauerint/mox aere corpori circũfuso/meatus corporis penetrante replentur. Ac rursus euolans a corpore aer & emissus anhelitus inspirationem intro retrahi cogi per oris nariumq; meatus. Causam uero quæ his principium dat huiusmodi ponimus. Omne uniuersi huius animal in uenis & sanguine calorem quasi fontem ignis aliquem possidet. Idq; reti sagenæ comparauimus/per medium extensum/totumq; ex igne contextum: cum exteriora omnia ex aere sint. Calorem sane putandum ẽ natura sua in regionem suam extra ad id quod sibi cognatum est emanare. Cum uero discursiones duæ sint/una per corpus extra altera rursus per os ac nares/cũ anhelitus ad alia impetum facit detruditq;/alias contra retrahit atq; repercutit. Quod autem retractum est/in ignem incurrens calescit. quod exhalauit friget. Dum ergo caliditas permutatur/& quæ alio transitu utuntur calescunt ac rursus quod feruet ad naturam suã emigrat/& hac emigratione alia in aliud iter repercutit/rursusq; hæc idem perpetiuntur aguntq; semper certe anhelitus hic circulo quodam hinc & illuc iugiter fluctuans expirationem & inspirationem continet. Quinetiam causæ passionum quæ ex attractu ampullarum. ex corpore a medicis fiunt: atq; etiam potionis: & eorum insuper quæ iaciuntur/siue emittantur sublimia/seu deferantur humi/hac utiq; ratione tractandæ uidentur. Voces præterea/quæcunq; ueloces & tardæ acutæ & graues audiri solent. alias dissonæ propter motus eius qui in nobis ab ipsis fit/dissimilitudinem alias propter similitudinem consonę. Priorum enim uelociorumq; cessantes motus/iamq; ad simile quiddam progressos tardiores ipsæ uoces succedentes illis/eosq; mouentes/occupant comprehendendo ac superant. Comprehendentes uero non alium quidem motum iniiciendo perturbant/sed tardioris lationis initium secundum principium uelocioris inducunt. dum uero desinentis motionis similitudinem sibi quandam accõmodant / unum

ex acuta & graui concentum contemperant. Vnde insipientibus uoluptatem sapiētibus gaudium propter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortalibus repertam/tribuunt. Eadem ratio est de aquarum fluxibus, de fulminum impetu, de electri mirabili illo attractu/lapidisue illius q̄ heraclius nominatur. Reuera nullius horum attractio fit. Sed cum nusq̄ sit uacuum/& hæc se inuicem pulsent atq; repulsent/concretaq; & discreta suum locum singula poscant/ diligenti harum rerum inuestigatori ex his mutuis passionibus euentus illi mirabiles contingere uidebuntur. Atqui respiratio/unde huc digressi sumus/ab his causis & hūc in modum ut supra diximus peruenit. Dū uidelicet ignis cibos diuidit/eleuaturq; intrinsecus assecutus spiritum/uenas a uentre cōmuni eleuatione huiusmodi replet: ex eo quod attrita inde haurit & ob hanc rationem per totum animaliū omnium corpus alimentorum liquores penitus diffundunt. Statim uero attrita & a cognatis suis ablata partim fructibus partim graminibus quæ deus ad alimoniam corporis nostri produxit/colores propter mistionem omnino uarios habent. sed plurimus in his rubeus preualet color/ cuius natura ex ignis portione & abstersione in humido facta prouenit. propterea eius quod in totū corpus permanat/color/talis aspectu est qualem diximus. Id sanguinem nominauimus carniū & uniuersi corporis pabulum. Vnde irrigatio distributa passim exhausta cuncta replet. Modus autē impletionis euacuationisue talis ē/qualis in uniuerso cuiuslibet latio: per quam cognatum quodlibet ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circūfusa sunt/resoluunt nos assidue & singulas nostri portiones ad species suas foras emittunt. Sanguinea uero in nobis attrita inclusaq; uisceribus/ut par est in quolibet animali fieri sub cœlo cōstituto/totius lationem imitari cogunt. Cum igitur attrita quælibet in nobis cognatum poscant/exhausta quælibet implent. Porro quando abscedit plus q̄ accesserit/decrescit animal. quando contra fit augetur. Recens igitur animalis cuiuslibet composito cum nouos uelut ex ligneo quodam cōtextu triangulos habeat/ ualidam quidem eorum structuram possidet/moles autem eius tenerior tota colauit. quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper/& lacte nutrita est. Susceptos ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potusq; conflantur/triāgulis propriis antiquiores imbecillioresq;/iuniorum ui peruincit & conterit. & grande animal ipsum reddit. dum ex multis similibus alit. At cum triangulorum suorum radicem compagemq; relaxat ex eo quod magnis laboribus longo tēpore aduersus multa certando fatigata & domita sit/tunc sane alimenta suscepta in similitudinem suam nō potest cōminuendo redigere: sua uero membra ab ingredientibus facile dissipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal/cum superatur. detrimentūq; istud senectus appellatur. Finis uero tūc obuenit/quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur olim coaptata uincula/nihil amplius nectunt. sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima uero clam secundum naturam cum uoluptate protinus euolat; Quicquid enim cōtra naturā fit/molestum. quod autem pro rei natura/iocundum. Similiter & mors quam morbi & uulnera intulerunt / uiolenta ē atq; molesta: quæ uero senio paulatim ad finem deducente naturaliter subrepit inter omnia mortis genera leuissima est/& cum uoluptate potius q̄ dolore contingit. Morbi autem unde nascantur quis dubitet? Nam cum quatuor illa sint ex quibus compactum est corpus. Terra/ignis/aqua/aer/ horum non naturalis excessus defectusq; & ex loco proprio in alienum translato per quam quod sibi conueniens est/non tenent/intestinam quandā seditionem & morbos inferunt. Quando. n. preter naturam unumquodq; fit aut transfertur/calescunt utiq; quæ ante frigebant. arida madent. grauescunt leuia & cætera omnia similiter permutantur. Solummodo uero idem aliquid sibimet secundum idem atq; similiter & debita proportione seruata accedens uel decedens / permittet se idem sibiipsi sospes integrumq; manere. Quod autem aberrat/siue accedendo seu decedēdo mutationes uarias: morbos: corruptiones infinitas inducit. Ex secundis quoq; compositionibus secūdum naturam constitutis secunda bonæ uel male ualitudinis coniectura/id quærenti cuiq; dabit. Cū enim medulla ex illis & os & caro & nerui constiterint/sanguis præterea ex iisdem q̄uis alio modo concreuerit/cæteri quidem euentus plurimi quemadmodū superiora contingunt: maximi uero morbi atq; grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando uidelicet ordine conuerso ista ex se inuicē fiunt/proculdubio corrumpuntur. Nempe secundum naturam carnes & nerui ex sanguine generantur. nerui quidem a uillis & ligamentis propter cognationem. carnes autē a coagulatione quadam eius quod secretum a uillis & ligamentis concreuit. Quod rursus a neruis & carnibus emanat glutinosum & pingue simul quidem carnem ut plurimū ad ossium natura ac etiam os ipsum medullam circūdans nutriendo exauget. Quod rursus per ossium crassitudinem stillat purissimū genus triangulorum lenissimumq; & pinguedine abundātissimum/dum defluit ex ossibus atq; delabitur/medullam irrigat. Quatenus igitur singula hunc in modum fiunt/bona ualetudo seruat. Mala uero sequitur ualetudo/quando fit contra. Nam quotiens eliquata caro tabem rursus transmittit

mittit in uenas/sanguis una cum spiritu multus ac uarius in uenis coloribus diuersis amaritudineq; & accidis salsisq; infectus saporibus/bilem/cruorem/pituitam gignit q̃ plurimam. Quæ quidem omnia rursus sic genita & corrupta sanguinem ipsum in primis inficiunt/& ipsa nullum nutrimentum adhibentia corpori/ferũtur passim per uenas nullo prorsus naturalis circuitus ordine obseruato. Inimica sane inter sese ista sunt/propterea quod nullum sui sibi inuicem prebent usum. Naturali præterea corporis habitudini suoq; in statu peresseuerandi dissoluendo & liquefaciendo plurimum aduersantur. Portio namq; carnis uetustissima cum liquescit ad digestionem concoctioneq; ineptissima/propter ueterem exustionem nigrescit. quia uero contabuit penitusq; exesa est/ amaritudinem contrahit/cæteris omnibus corporis partibus nondũ contaminatis aduersam. & tamen quidem pro amaritudine niger ipse color acerbitatem & acrimoniam habet: eo iam quod amarũ fuerat magis attenuato. tum uero amaritudo rursus sanguine tincta colorem habet rubeum: sed nigro huic admisto felleum. Præterea flauus color cum amaritudine coit: quando ob ignis flammam noua caro liquescit. Et nomen quidem omnibus his cõmunem bilem imposuit uel medicus aliquis uel certe eo ingenio preditus quispiam quo multa & dissimilia dispicere posset/ac rursus genus in multis unum uno cognomento dignum inspicere. Quæ uero bilis species appellantur/pro colorum uarietate rationem singulis propriam acceperũt. Cruor præterea/qui sanguinis residuũ & defluxus est/lenis est ac mitis: qui uero bilis atræ/acrisq; agrestis: quando propter caliditatẽ falso sapori miscetur. huiusmodi quiddam acida pituita nuncupatur. Sæpe uero tenerioris recẽtisq; carnis portio quædam una cum aere conliquescit/deinde uento inflatur incluso/humiditate prodinus circũfusa: fiuntq; ex hoc ampullæ. quæ sigillatim propter paruitatem uideri non possunt. Iunctæ uero simul & in grandiorem tumefactæ molem/conspiciuntur: coloremq; propter spumæ generationem habent album. Omnem hãc tenerioris carnis eliquationem una cum spiritu factam/ quæ ex humiditate uento circumfusa tumescit/albam pituita appellamus. Recentis item pituitæ residuum defluxumq;/lachrymas atq; sudorẽ: & quotcũq; alia in quæ quotidiæ corpus resoluitur. Atq; hæc omnia instrumenta morborum: quando scilicet sanguis non cibis & potibus secundum naturam/sed ex contrariis præter naturæ leges excrescit. Quando igitur caro qualibet circũcidiʼtur/eiusq; radix permanet/dimidia quędam est calamitatis potentia. Facile enim restauraẽ. Quando uero quod carnes ossibus alligat/ægrotat: & sanguis ex illis ac neruis defluens haud amplius nutrit ossa carnemue reuincit/sed expingui & glutinoso asper/salsus/siccus & squalidus iniquitate uictus est factus/tũc certe/quod omnia ista perpetitur/abscissum ab ossibus sub carne neruisq; riget. Caro etiam a radicibus decidẽs nudos relinquit neruos & salso obductos humore/& in fluenta sanguinis permanens/morbis quos supra diximus numero etiam plures reddit. Graues quidem hæ corporibus passiones: quæ uero has præcedunt/admodum grauiores. Quãdo uidelicet os ob carnis crassitudinem respirationem non habet sufficientẽ: ideoq; putredinis calore uexatum atq; restrictum/alimenta non suscipit/rursusq; ipsum in illam contra decidit frigefactum. illa uero in carnem. caro in sanguinem rursus delabitur. Vnde acriores superioribus morbi nascũtur. Extremũ uero omnium est/quando medullæ natura propter defectum aliquem aut excessum ægrotat. hinc enim omniũ uehementissimi & ad mortem periculosissimi morbi proueniũt: tunc.n. omnis compago corporis necessario dissipatur. Tertiam post hęc morborum speciem tripartito diuidimus. Alius enim spiritu. alius pituita. alius bile creatur. Nam cum spiritus ipsius custos & quasi penuarius pulmo distillatione occlusus libera & expedita spiracula nobis non exhibet/& hinc quidẽ nullus mittitur spiritus illuc uero plusq̃ oportet accipitur/tunc quæ respiratione & refrigerio carent/ marcescunt. Quod uero accipitur nimiũ per uenas traductũ eas contorquet liquefacitq; corpus eius in medio diaphragma medium scilicet interpositum occupãs. hinc morbis admodum molesti multo cum sudore innumerabiles oriuntur. Sæpe etiam intra corpus discreta & rarefacta carne innascitur spiritus. qui cum foras egredi nequeat/iisdem quibus & ingressi aliunde spiritus/doloribus afficit. Sed ingentibus tunc affligit doloribus/quando neruis proximisq; uenulis circumfusus hæc inflat. & ligamenta continuosq; neruos atergo intendit atq; detorquet. Qui sane morbi ab ipsa intendente & inflante passione tensiones & atergo contortiones cognominantur. Quorum difficile remedium est. Subortæ enim febres hos maxime soluunt. Alba uero pituita propter ampullarum spiritum intus inclusa difficilis. ad exteriorem cutem delapsa/mitior/sed corpus uariis sordibus aspergit: albisq; inficit maculis atq; morbos alios eiusmodi generat Atræ uero bili p mista cum diuinissimos capitis meatus illabitur dissipare eos solet atq; turbare. Si dormientibus id contingat/mitior. sin uigilantibus ex pulsu difficilior. Cũ uero sacræ naturæ langor hic sit/ haud ab re sacer morbus est appellatus proinde pituita acida atq; item salsa langorum omnium qui distillatione fiũt origo est: quoniam uero plurima loca illabitur/malas gignit ualitudines plurimas.

Morbus triplex:

Quæcunq; autem partes corporis tumescere dicuntur a bilis incendio & combustionem uexantur. Quæ cum expirat extrinsecus uasios æstu suo tumores producit. Intrinsecus uero cohibita: urentes edacesq; morbos plurimos procreat. Tunc autem pessima est: quando per sanguini mixta & uillorum ligaminumq; fila suo ex ordine dimouet. quæ ideo in sanguinem diductæ & sparsæ sunt/ut mediocrem tenuitatis & crassitudinis habitum consequatur: neq; propter caliditatem cũ ipse sit lubricus raro ex corpore defluat. neq; si crassior sit/ad motum fiat ineptior atq; ægre per uenas fluat & refluat. At hanc utiq; naturæ cõmoditatem/huiusmodi per oportuna sunt ligamenta. Quas siquis etiam mortuo & ob frigus rigente sanguine inuicem conducat & cõtrahat / reliquus sanguis omnis diffunditur. Cum uero missæ fuerint illico cum præcedente frigore restringuntur. Quoniam uero hanc uim uilli huiusmodi in sanguinem habent / cum bilis natura sanguis uetus euaserit/ac rursus ex carnibus in hunc fuerit resoluta/calida & humida paulatim primam incidens uillorum illorum ui compressa restringitur. Compressa uero extinctaq; uiolenter/procellam intus tremoremq; ciet. Cæterum quando uberior affluit calore proprio ligamenta exsuperãs præterq; modum exæstuans/feruat quidem. Ac si continue ad finem usq; idonea uictoriæ sit/penetrat in medullas adustisq; radicibus inde animæ uincula quasi nauis funes resoluit & amputat: liberamq; dimittit. Sed cum inferior adest/corpusq; liquefcens ei resistit ipsa deuincta aut per totum corpus excidit/aut per uenas in uentrem inferiorem superioremue compulsa tanquam transfuga ex seditiosa ciuitate/sic effugit e corpore. morbosq; eos inducit/quos diarrias uocant & dysinterias idest fluxus uentris lubricos/fluxusq; mordaces. Necnon multas generis eiusdem alias molestias infert.

Diarria & dysenteria.

De febribus.

Quando igitur corpus ignis potissimum excessu languet/continua febre laborat. Quando uero aeris quottidiana discreta. Aquæ tertiana. propterea quod aqua segnior est q̃ ignis & aer. Terræ demum excessu/quartana. Terra siquidem omnium tardissima / quarto gradu cum sit / temporis circuitu quarto feruet/deferuetq; hinc quartanas inuehit febres: quę uix seroq; sanantur. Atq; hoc quidem pacto corporis morbi contingunt. Animæ uero morbi propter corporis habitum ita nascuntur. Morbum animæ dementiam esse censemus. Eius genera duo ponimus. Insaniam & imperitiam. Quæcunq; igitur passio alterutrum istorum infert/animi ægritudo est nuncupanda. Iccirco uoluptates doloresq; admodum uehementes/morborum animæ omnium grauissimi iudicandi. Quisquis enim uel nimia gestit letitia uel nimio dolore deprimitur/ dum illam auidius importuniusq; adsciscere/hunc uitare obnixe conatur/neq; cernere neq; audire recte quicq̃ potest: sed rabie furit: & in eo habitu constitutus/minime rationis est cõpos. Qui uero fluido studioq; circa medullam abundat seminæ. atq; ut arbor pluribus q̃ conueniat fructibus grauida nimia ubertate luxuriat/is profecto multis passim doloribus/multis item uoluptatibus in libidinibus ipsis earumq; fœtibus fructibusq; affectus/per omnem fermeuitam ob ingentes uoluptates doloresq; insanit: ac furit: cumq; huius animus ꝑpter corpus nõ æger sit/atq; insipiens/uulgo tñ nõ æger/sed pro uoluntate sua ut liber affectus falso putatur. Veritas autem sic habet. Nempe uenereorum intemperantia maxima ex parte propter generis unius habitum per ossium raritatem incorporeæ lubricum madidumq; animi infirmitas est. Ac ferme omnis uoluptatum incontinentia quæ perinde ac si sponte improbissimus uituperari solet: non recte ita uituperatur. Nemo enim sponte malus: sed propter prauum quendam corporis habitum rudemq; educationem / malus omnis / fit malus. Omnibus autem aduersa inimicaq; hæc sunt / & mala noxiaq; contingunt. Rursus dolore afflictus animus similiter propter corpus / in prauitatem plurimam incidit. Acris enim & infesta pituita: amari item felleiq; humores quando oberrantes per corpus non exalant/ sed per uiscera reuoluti uaporem suum penetralibus animæ ipsius infundunt / langores animæ uarios & magis & minus/ tum plures / tum pauciores efficiunt. Perferuntur sane ad tres animæ sedes humores uaporesq; huiusmodi: ac pro loci diuersitate unusquisq; / uarias species generat/ difficultatis/atq; molestie. audaciæ rursus timiditatisq;. Obliuionis præterea/atq; hebetudinis. Sæpe etiam ad prauuum hunc corporaturæ & affectionis habitum accedunt mores ciuitatis iniqui sermonesq; & priuati & publici non narum omnino norii. nec ullæ doctrinæ ad tantorum malorum remedia a tenera ætate discuntur. Atq; ita quicunq; nostrum praui sunt / duabus ex causis præter uoluntatem maxime contingentibus/ praui fiunt. huiusmodi quidem malorum causæ ferentibus potius q̃ satis educantibus q̃ educatis attribuendæ. Conandum tamen pro uiribus / educationis/ studiorum/ doctrinarum diligentia improbitatem reiicere / assequi probitatem. Sed horum quidem tractatio alio constat differendi modo. Nunc iam conuerso quo cultu quibusue causis corporis animiq; salutem adipiscamur decet exponere. Iustius enim est de bonis q̃ de malis uerba facere. Omne bonum pulchrum: pulchrum uero sine mensura & moderatione esse non potest. Ideoq; animal quod tale futurum est conuenienti mensura moderatum esse oportet.

Voluptas & dolor uehementes morbi aĩæ grauissimi.

Nemo sponte malus: sed a malo malus.

esse oportet. Ex eorum autem numero quæ cõmensurata moderataq; dicuntur: exigua quędam persentimus & iudicamus: præcipua uero & maxima ignoramus: porro ad bonam & malã ualitudinẽ/ad uirtutes & uitia nulla moderatio uel ĩmoderatio maioris momenti q̃ aĩę ad ip̃m corp⁹ eẽ uidetur. Horũ nihil consideramus: neq; animaduertimus quod quando robustam magnãq; animam imbecilior inferiorq; uehit species/uel quando contra ista iunguntur totum ipsum animal pulchrum esse non potest: maxima enim mensura & moderatione caret. Quod autem contra affectum est/spectaculorum omnium ei qui id ualeat intueri pulcherrimum amabilissimũq; apparet. corpus quidem quod grandioribus uel inęqualibus cruribus/aut quouis alio modum excedentę membro secum ipso dissentit/& deforme est/& in ferendis laboribus contorquetur uacillat/lassatur/& concidit/innumerabiliumq; malorum sibi causam prebet. Idem quoq; iudicandum de eo ex anima & corpore composito/quod animal appellamus. Quando enim anima corpore admodum potentior est exultat in eo atq; effertur/totum ipsum intrinsecus quatiens langoribus implet. Quando etiam ad discendum inuestigandumq; collectis in unum uiribus uehementer incumbit/liquefacit protinus corpus & labefactat: deniq; cum ad docendum differendumq; priuatim & publice ambitiosa quadam concertatione contendit/inflãmat corpus atq; resoluit. Nonnunq̃ etiam destillationes fluxusq; commouens medicorum plurimos decipit cogitq; illos contrarias causas iudicare. Rursus quando corpus grande & pigriori mole superexcedens pusillę exiliq; cogitationi animi copulatur/cum geminę sint in homine secundum naturam cupiditates/una quidẽ per corpus alimentorum/altera uero per id quod diuinissimum nobis inest/prudentię/tunc sane potentioris illius preuallentes agitationes quod suum est/adaugent/quod uero animi: hebes: indocile: obliuiosum reddũt: atq; ita infirmitatẽ maximã uidelicet ĩperitiã generãt. Vna demũ est ad utrunq; salus & conseruatio: ut neq; aĩa sine corpe: neq; corp⁹ absq; aĩa moueamus: ut in mutua cõtentõe exęquatis inuicẽ uiribus insurgentia bonã totius ualitudinẽ tueanť. Quapropter quicũq; mathematicis doctrinis operam dat/aut cui uis mentis indagationi uehementius studet/debet etiam motũ corporis adhibere/& in gymnastica exercitatione uersari. Ac rursus qui summa corpus diligentia firmat & roborat animę quoq; uicissim motus adiungere: musica & omnibus philosophię studiis usus: si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellãdus. Similiter quoq; partes curare debemus totius speciem imitati. Cum enim corpus ab ingredientibus incẽdatur intus frigidumue fiat/& iterum ab extremis aridum madidumue reddatur & quæ deinceps hæc sequũtur perpetiatur/quando quis ocium agens corpus motionibus his cõmittit/superatum ab his dissoluitur. At siquis in curando corpore illam imitetur naturam quã altricem uniuersi uocauimus: ita ut nunq̃ torpere permittat/sed moueat semper iugiq; agitatione internis externisq; motibus secundum naturam ubiq; resistat: & moderata quadam cõmotione oberrantes passiones corporis partesq; cognationis ratione seruata uicissim in ordinem redigat & exhortet secundum sermonẽ illum superiorem quem de uniuerso habuimus nequaquam sinet inimicum inimico ad motum prelia in corpore morbosq; ciere/sed efficiet potius ut amicum adhęrens amico sanitatem corporis tueatur. Omnium uero motuum/optimus ille ẽ/q in semet ex seipso fit. Nam & mentis & totius ipsius motioni cognatissimus est. Qui uero ab alio fit/deterior. Deterrimus autem motus q̃ iacens & quietem agens corpus ab aliis secundum partes mouetur. Quapropter purgationũ constitutionumq; omniũ corporis/quę exercitatione gymnastica fit saluberrima est: proxime ad hãc accedit uectio facilis siue naui seu quouis alio uehiculo peragatur. Tertia cõmotionis species tunc demum cum summa cogit necessitas utilis/aliter uero nullo modo sane mentis homini suscipienda: medicorum illa purgatio est quæ pharmacis idest solutiuis medelis fieri solet. Morbi enim nisi periculosissimi sint pharmacis irritandi non sunt. Omnis nãq; morborum constitutio animalium nature quodãmodo similis est. Sane animalium compositio ab ipso generationis exordio certis temporum curriculis terminatur. Idq; & genus uniuersum patitur: & animal unum quodq; ab ortu fatale uiuendi spatium in seipso exceptis necessariis passionibus/continet. Etenim trianguli ab ipso initio singulorum uim possidentes usq; ad certum tempus sufficienter ad usum uitę cohęrent: ultra id uita nemini prorogatur. Idem quoq; constitutionis modus langoribus conuenit. Quos siquis circa fatalem temporis cursum pharmacis amputare contenderit/ex paruis ingẽtes/ex paucis multi euadere consueuerunt. Quapropter diligẽtia uictus corrigendi & gubernãdi sunt morbi: prout cuiq; datur ociũ neq; difficile infestũq; malum pharmacis instigãdũ. Ac de cõmuni quidẽ animali & parte illius corporea/quã diligentia regenda & gubernãda sint/ut ratio uiuendi seruetur/satis sit dictũ. Ipsum uero qđ gubernaturũ ẽ multomagis ac prius ita pro uiribus instruẽdum est/ut q̃optime atq; pulcherrime ad regẽdum sit preparatũ. Exacta quidẽ huius rei discussio propriã sibi & integram disputationem exigeret. Quantũ uero forte ad id quo de agimus attinet/

Quędã ęgritudines medicũ decipiẽtes

Remedium: neq; aĩam sine corpe: neq; corpus sine aĩa mouẽdũ.

Quis optimus motuũ.

De purgationibus.

Morboꝝ constitutio naturę aĩaliũ quodãmodo similis.

Vide in diligentia uictus corrigendi sunt morbi.

siquis per superiorꝫ uestigia gradiatur non absurde sic maxime ꝓcedẽdo ad cõmodũ istorꝫ finẽ ꝑ ueniet. Sæpe in superioribus diximus tres esse animę species in nobis trifariam distributas singulasq; suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus/ quęcunq; illarum torpet & a suis motibus ocium agit/ imbecillissimã necessario reddi: quæ uero agit assidue/ robustissimã. Quapropter danda est opera/ ut species singulę motus suos inter se moderatos conuenienti tenore conseruent: de pręstantissima igitur animę nostrę specie ita est sentiendum. Nempe hanc deus ut dęmonem nostrum cuiq; tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus: atq; ad cœli cognationẽ a terra nos tollere: tanq̃ animalia cœlesti potius q̃ terreno semine nata. Quod quidem recte admodum dicitur. Vnde enim primus animę datus est ortus/ inde diuina uis caput radicemq; & originem nostram pendentem suspendens/ totum dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscẽtię & ambitiosę iracundię affectibus: explendis incumbit/ necesse est opiniones omnes mortales fieri: atq; eum q̃ maxime fieri potest mortalem prorsus euadere cum mortalem naturam pro uiribus auxerit. At eum qui totus discendę ueritatis cupiditate flagrauerit/ atq; omnẽ eius operam pręcipue in hoc uno impenderit/ necesse est omnino siquidem ueritatem attingat/ ĩmortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura ĩmortalitatem assequi potest/ eatenus hunc penitus immortalem euadere nulla uidelicet ĩmortalitatis parte dimissa: quinetiã cum semper diuinum colat/ ipsumq; familiarem dęmonẽ in se habeat hornatissimũ/ præcipue beatum fore. Cultura autẽ cuiusq; omnino una est: proprium cuiq; pabulum motũq; tribuere. Ei uero quod in nobis diuinũ est/ motus cognati sunt/ uniuersi ipsius cogitationes atq; circuitus: hos itaq; secutum unũquenq; nostrum oportet discursiones illas nostras in capite olim a prima generatiõe corruptas per ipsam mundanę harmonię reuolutionisq; intelligentiam ita corrigere/ ut intellectę rei intelligentẽ uim secundum pristinam naturam similem reddat: per quam similitudinem uitę a deo optimę nobis propositę & in præsenti tempore & in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatio illa de uniuerso usq; ad generationem hominum nobis proposita finem pene suum adepta uidetur. Cæterarum uero animantium generationẽ quatenus dũtaxat necessitas postulat/ paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatione tenere sibi quisq; uidebitur. Verum de his iam ita dicamus.

De generatione fœminę: Quicunq; uirorum iniusti timidiq; uixerunt quẽadmodum probabilis ratio nobis ostendit in generatione secunda in fœminas sunt conuersi. Quo quidem tẽpore hanc ob causam dii coitus amorem machinati sunt. Igitur in uiris unum quiddam/ in fœminis alterum uitę & animę compos ita composuerunt.

Potus cursus & trãsitus. Ipsum potus discursum/ quo per pulmones sub renes in uesicam defluens & spiritui mixtus elisusq; depromitur/ dii in fistulę modum in compactam medullam a capite per ceruicem & spinam deriuauerunt/ quod quidem sperma idest semen in superioribus nũcupauimus.

De spermate. hoc autem utpote animatum ac respirans/ qua parte spirat/ per eandem uitale effluendi desiderium gigni: atq; ita generandi amorem nobis inseruit.

Generãdi cupiditas. Quocirca pudendorum naturę in uiris insita uis/ inobediens atq; imperitiosa & quasi animal non exaudiens rationem furiosarum libidinũ uiolentia subiicere sibi cũcta conatur. Vulua quoq; matrixq; in fœminis eadẽ ratione animal auidum generandi/ quando procul a fœtu per ętatis florẽ/ aut ultra diutius detinetur ęgre fert moram ac plurimum idignatur: passimq; per corpus oberrans/ meatus spiritus intercludit/ respirare non sinit/ extremis uexat angustiis/ morbis deniq; omnibus premit: quousq; utrorũq; cupido amorq; quasi ex arboribus fœtum fructumue producunt: Ipsum deinde decerpunt/ & in matricẽ uelut agrum inspargunt: hinc animalia primũ talia ut nec propter paruitatem uideãtur/ nec dum appareant formata/ cõcipiunt mox quæ conflauerant/ explicant: ingentia intus enutriunt: demũ educunt in lucem: animaliũq; generationem perficiunt. Mulieres hũc in modum & fœminę omnes sunt genitę.

De generatione Auium. Auium autem genus ex nostro ita est apte formatum ut pro pilis pennas acciperet: in hoc illi homines transeunt/ qui simplices & ĩnocentes cum sint/ leues tamen sunt/ & frustra in rebus/ sublimibus curiosi: quiue adeo fatui sunt/ ut oculorũ iudicio confisi/ hoc altissima quęq; firmiter demonstrari posse non dubitent.

De generatione ferarũ. Gressibilium uero ferarum genus ex his natum hominibus qui a philosophia penitus alieni ad cœlestia nunq̃ oculos erexerunt: ex eo quod uolutionibus illis quæ in capite peragi solet usi nunq̃ sunt/ sed illas animę partes secuti quæ in uentre & pectore dominantur. Ex his utiq; studiis anteriora mẽbra & capita ob ipsam cognitionẽ humi penitus defixerunt: in longum productũ ac diuersum corporis uerticem tenuere: quandoquidem ibi propter desidiã singulorꝫ collisi sunt & confracti circuitus/ & ideo quod quattuor pedũ ac etiã plurium est instituta figura: ut insipẽntioribus deus maiorẽ ex pedibus multis atq; ꝓgressu occasionẽ pręstet: per quã magis etiã deflectanẽ ad terrã. Eos autẽ qui horꝫ insipientissimi erant/ corpusq; in terram penitus prosternebant quasi nihil ultra pedibus opus foret/ in corpora carentia pedibus &

De generatione aquatiliũ. humi serpentia permutarunt. Quartum genus aquaticum est/ ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi

peritissimi fuerant: quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos iccirco non iudicaverunt/ qa propter extremę transgressionis iniquitatem animã impurissimam prorsus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respiratione/ in aquę respirationem profundam turbidamq; merserunt. Vnde piscium & ostrearum ac deniq; aquatilium omniũ orta est multitudo: in qua certe mutatione illi ex sedium extremarum habitatione inscitię quoq; extreme dant pœnas. Hunc in modũ & olim & nunc in seinuicem animalia migrant: dum mentis & dementię iactura uel adeptiõe mutantur. Iam igitur nostra hæc de universo disputatio finem habeat. Mortalia enim & ĩmortalia uiventia mundus hic sortitus: atq; inde completus/ ita deniq; factus est uisibile uisibilia comprehendens animal. Intelligibilis dei imago: sensibilis: maximus: interminatus: pulcherrimus: perfectissimus cœlum unum hoc atq; unigenitum.

TIMÆI FINIS.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN CRITIAM VEL ATLANTICVM.

PLato noster officiosissimus patrię suę filius lauduauit eam in Menẽxeno ex rebus contra orientales/ laudat rursus in Critia ex rebus contra occidentales strenue gestis. Atq; utrobiq; cõmendat ex multis/ tum dei/ tum naturę artisq; muneribus: simulq; cõmonefacit omnes ne patrię sint ingrati: ac dum uirtutem Atticam tam orientem q̃ occidentem plagam superasse cõmemorat. Interea docet & omnia domari uirtute: & uiros uirtute præditos/ tum in occidentibus: idest rebus aduersis/ tum in orientibus/ hoc est secundis recte feliciterq; se gerere. Nec iniuria post Timęum de mundi generatione/ legi uult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autem neq; huic historię finem imposuisse: neq; sequentẽ historiam sub Hermocratis titulo promissam composuisse. Hanc autem non fictam quidem, sed ue/ram historiam extitisse. Constat primo quidem/ quia ubicunq; fingit aliquid solet fabulam nominare. Hic uero tanq̃ historiam audet asseuerare. Deinde idem omnino asserit in Timęo appellans rem miram quidem/ sed omnino ueram. Et a quibus accepta sit diligenter utrobiq; recenset: scilicet a maioribus suis atq; gẽtilibus. Critias enim hic ab auo Critia. Ille uero a Solone patruo suo: qui litteris quoq; mandauit. Solo ab Egyptiis sacerdotibus. Præterea Procullus Marcelli cuiusdã de rebus Ethyopum adducit historias: in quibus hæc manifestissime confirmantur/ Ethyopum rebus gestis inserta. Et si Platonicorum nullus historiam negat. Porphyrius tamen & Proculus. & ante hos Origenes allegoriam insuper uolunt physicam continere. Quos equidem uereor ne si conentur singula allegorię ad unguem accõmodare ab ipso Platone derideantur/ in exordio Phędri curiosas nimium in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridente. Verum ne anagogicum sensum/ quo prorsus neglecto/ nemo sit Platonicus/ omnino negligere uideamur. Pallas quidem sit numẽ/ intellectuali uitę præsidens. Neptũnus uero numẽ fouens generationẽ atq; gubernans. Athenienses figurę sint animarũ intellectu solo uiuentium numinumq; similium. Atlantici uero figurę numinum generationi fauentium: animarũq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusq; hornatum. Conuenientissime uero per occidens per mare/ per insulas/ per uarias locorum partitiones ipsa generationis materia mobilitasq; diuersa significatur. Bellum præterea sit studiosa contentio: per quã superiora numina: inferiora assidue in se conuertunt: & animas quasi ferro & igni a materia motuq; segregant. Proinde quod Neptũnus ex muliere filios procreauerit: intellige uel ex terra generauisse/ uel afflatu quodam ex priori uiuendi forma in alteram formam regenerasse. Quinq; uero partus: quinq; sunt formę corporum/ quas in hoc materię mari perpetua agitatione componit: scilicet lapides/ metalla/ plantę animalia partim ratione carentia/ partim prædita ratione. Decem uero filii sunt quolibet enim partu gemini concreantur. Nempe in quouis composito elementalis coalescit uirtus simulq; uirtus quędam cœlestis infunditur/ quã medici uirtutem nominant specialem & geminis autem quinq; partubus decẽ filii computantur. At quinq; zonę siue spirę arcem neptuneam circundantes. Quinq; sunt spęrarũ naturę/ cœlestis/ ignea/ aerea/ aquea/ terrea. Partim uero terrenas ait/ partim aqueas/ ut statum in rebus significaret & motũ. Cõmunis uero per oẽs meatus mutuã iter se rerũ significat genituram. Cõmemorat & metalla: ut per septẽ planetarũ influxus intelligamus generationẽ oĩum moderantes. Aurũ quidẽ soli. Argentũ lunę. Plumbũ saturno. Electrũ ioui. Ferum & es marti. Veneri aurichalcũ. Mercurio stannũ Platonici tribuunt. Mensurę uero earũq; numeri partim ex historia/ partim ex architecturę rõne ducantur. Non nihil tũ operis/ tũ eloquii gratię decorisq; attribuẽdũ. Sed Metalla planetis dicata.

de allegoria ferme iam satis. Iam uero sic libri huius mysteria confirmemus: Platonici deos quidem alios ut eorum uerbis utar supercœlestes alios: alios uero cœlestes & alios subcœlestes/ esse putāt. Et primos quidem filios dei. Sequentes uero omnes deorum filios nominant: Rursus in primis amplissimā prouidentiam. In secundis minus amplam in tertiis ad angustiora redactā collocant: utpote qui iam certis terrę plagis rerumq; generibus diuina distributione pręsint/ quēadmodum & cœlestes alii/ aliis cœli partibus stellisq; proponuntur: hi ergo sub cœlestes dii certo quodam ordine/ alii gentes/ alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam uel geniti mūdi: uel generis humani regeniti. Siquidem post ingentes terreni orbis illuuiones Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra ueluti matre diuinitus generari. Posse enim illos gignere per ideam uidelicet humanam quasi semen. Posse & terram parere/ nouo abundanteq; humore perfusam/ accedente calore fœcundam: siue post aquarū colluuiones sequantur tepidi soles: siue post uasta quædam incendia pluuię uberius affluant: homines uero a diis e terra progenitos/ heroes nominant/ qui a parentibus occulta quadam/ mentis ad mentem persuasione recti ab initio multa per sæcula fuerint. Quoniam uero longo temporum tractu tam diuina uirtus ingeniis insita q̄ terrę fœcunditas minuitur paulatim: unde & animi diuinitatis omnino expertes & corpora antiquę fœcunditatis uacua prorsus euaderent: deus iterum terram/ uel diluit/ uel incendit: genusq; nostrum in antiquā restituit dignitatem: cœlestibus uidelicet motionibus/ sic a motore cōtemperatis/ ut cœleste fatum semper cum prouidentia diuina concurrat. Profecto quēadmodum medici de quolibet humano corpore/ ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt/ uitam in naturali quodam humore: & tanto & tali consistere: posseq; perpetuo prorogari si modo & quantus ille instauretur & qualis. Non prorogari uero ubi non talis refluit/ qualis effluxerat: & si tantus. Perinde ac si quis ex dolio uini pleno īpleret quotidie pateram: statimq; dolio/ aquę tantūdem infunderet. Sic enim continue ęqualis in dolio esset humor: sed non similis/ dissimiliorq; quottidie: donec tandem ex mero iam non aqueum uinum tantum/ sed aqua prorsus euaserit. Similiter Platonici diuinam fœcundamq; qualitatē & ingenio a diis humano & corpori a cœlo quōdam infusam paulatim putant in qualitatem humanam uerti/ humano hoc subiecto eam naturaliter ita trahente: donec sensim ad ferinam usq; degeneret. Sed degenerationem tantam nō posse a deo rerum ordinatore perpetuo tolerari: quod autem Plato deos diuersas sortes fuisse nactos & hic & alibi sæpe ait/ intellige illos uni summo sortes distribuenti parere: atq; necessario assignatam prouinciam gubernare. Sed necessitatem in diuinis esse penitus uoluntariam. Siquidem apud eos una est patris summi filiorumq; uoluntas: Atqui sicut elementorum partes ea necessitate ad loca propria perferuntur/ quæ & uoluntas futura est/ si modo cognouerit: sic apud superos ipsa gubernationis assignatę naturalisq; effectę necessitas idem est atq; uolūtas. Præterea quod & hic & in Timęo & Menexeno Atticam regionem esse ingeniis inquit in primis accōmodatā/ meminisse oportet in rationibus hac de re assignandis inter se Platonicos dissidere. Panetius enim temperiē aeris inter ęstum atq; gelu causam arbitratur. Idq; ex ipsis Platonis uerbis in quinto legum epinomide probat. Panetium Longinus arguit. Quia regio illa sæpe gelu atq; ęstu pulsetur: assignatq; in causa qualitatem loci cōmistam ex multis atq; occultam. Quem reprobat Porphyrius quod propriā ingenii causam esse putet corpoream. Origenes in cōmentariis in Timęum cœlestes aspectus influxusq; assignat id ipsum ex octauo de re publica asserens: ubi dicitur/ cœlestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis/ tum coporum/ tum etiam animarū. At Origenē Proculus ibidem ait/ ueram equidem ex parte causam assignasse. sed nondum integram perfecisse. Ipse uero una cum Porphyrio rem altius repetens ait. Intellectum opificem mundi intellectuale esse mūdum/ ideoq; quasi multiplicem. Animam uero mundi esse animalem rationalemq; mundum magisq; multiplicē. Atq; proxime adesse uniuerso mundi spatio continuo prorsus atq; īmobili ex materia prima & dimensione cōstanti. Rursus in ipso spatio ante omnes quæ generandę sunt formas animā ex rationibus suis ideas sequentibus. Alibi alias uires imprimere quasi animę mentis plenę uestigia: ac peculiaria quędā receptacula formas alibi alias familiariter suscepturas. Tum deos uarios uarias sortitos prouincias: eiusmodi hospitia illustrare/ alia quidem alios atq; formare. Animas ergo rationales/ postq̄ elementalem uitam/ propriamq; elegerint/ si forte reuolutione cœlesti ad ea loca pręcæteris dirigantur/ quæ electę iam uiuendi formę potissime congruant/ uitę ipsius officium prorsus implere. Itaq; quando ad martiā uel apollineam uergentes uitā/ mox plaga a Marte uel Apolline illustratā nāciscunt/ pfecte uel fortitudinis/ uel uaticinii opus absoluere. Quę uero philosophicā uitā elegerint/ si regionē afflatā Pallade/ sapiētia magnanimitateq; simul excellere. Itaq; hic & in Timęo inqt Atticā regionē rectā a Pallade sapiētię atq; militię cōuenire: & in qnto legū ait īspirationē localiū deoꝝ atq; dęmonū circa loca/ maximi ad ingenia & mores eē momēti.

Requirit

Requirit uero nõnullam aeris temperantiã. Non ut causam: sed ne causae ipsius opus impediatur. Quãobrem loci huius diuersitas nõ tam efficit diuersitatem ingenii apud Platonicos q̃ suscipit & declarat: tria enim esse putant ad id potiora elementali loco: scilicet tum animę ipsius affectionem siue naturalem/siue electã/tum inspirationẽ numinũ ꝓpriorũ: tum coelestes influxus: posse uero id impediri/uel elementali mixtione / uel planetarũ noua coniunctione/uel ab ipsis hominibus illata calamitate: & quae bona desuper infunduntur/inferiorum obstaculo reddi nõ bona. Qua de re in legibus disputauimus. Sed de his iam satis. Ex omnibus autẽ huius libri mysteriis collige una cum prouidentia concurrere humani arbitrii libertatem. Collige & sententiã mosaico mysterio similẽ: homines quondam q̃diu in eis diuina quaedam gratia iustitiaq; innata uigebat: beatos in quodam ut aiunt/delitiarum paradiso uixisse. Postq̃ uero per intemperantiam & superbiam gratia illa euanuit in scelera simul & calamitates grauissimas incidisse. Deum autẽ aquarum diluuio peccata hominũ diluisse. Quod uero huic historiae deest potest summatim ex Timęi prohoemio resarciri. Est autem historia de rebus gestis ante diluuiũ. Post uero diluuiũ narraturus/ut arbitror/erat Hermocrates. Neq; te turbabunt nouẽ illa annorũ milia/si Eudoxum audiueris dicentẽ annos illos Egyptiorum non solares fuisse/sed lunares. Vltima tandẽ huius libri sentẽtia docet Iouẽ: idest deũ architectum mundi e sua sede: idest ex suiipsius intuitu remotissima quaeq; minimaq; prospicere. Atq; ad eandẽ sedem. i. diuinã contẽplationẽ deos omnes subditos sibi conuertere. Vnde instructi inferiora gubernent. Neq; uicissim duo haec illos agere: immo uero assidue contẽplando diuina / per illa simul temporalia dispensare: hanc ipsam sedẽ ideo mediũ mundi appellat thronũ: quia & inde tanq̃ a cẽtro effluunt omnia/& illuc refluunt: & illinc facile cuncta circũspiciuntur atq; reuoluuntur.

¶CRITIAS PLATONIS VEL ATLANTICVS.

TIMÆVS CRITIAS SOCRATES HERMOCRATES.

TIM.

Vam grata longum post iter defesso requies o Socrates tam mihi post longas disputationis ambages/dulce silentium. Hunc autẽ scilicet mundum re quidem ipsa iãdiu/ sermone uero nuper deum effectum obsecro/ut siquid decẽter dictum est seruet ipse nobis atq; custodiat. Sin autẽ indecens quicq̃ in superioribus non sponte protulimus meritas a nobis exigat poenas. Debita uero eius qui per ignorantiã negligentiamue aberrauit/poena est/ut sciens efficiatur & diligens. Quãobrem ut post hac rectius de deorum generatione loquamur/medicinã nobis a deo medicinarũ omniũ perfectissimã saluberrimãq; dari sciẽtiam exoptamus. Actis deniq; uotis sequentẽ disputationẽ Critiae ut inter nos conuenerat/iam cõcedimus. CRI. Accipio equidem o Timaee: & quã tu supra ueniam petisti tanq̃ de rebus magnis disputaturus/eandem ego nunc peto. Immo uero maiorẽ quoq; ueniam in iis quae restant tribuendam existimo: q̃q̃ scio procacẽ quodãmodo rusticãq; petitionem hanc meam uideri posse. Dicendum tamen. Quod quidem non recte abs te superiora dicta sint/nemo sane mentis obiecerit: q̃d autem quae restat dicenda utpote difficiliora/maiorẽ exigant indulgentiam conabor ostendere. Facilius enim est ut qui de diis disserit/satisfacere hominibus uideatur q̃ qui mortalium retexit historiã. Imperia namq; & ignoratio audientiũ licentiam plurimã ad ea quae ignota sunt/effingẽda/ praestare dicentibus consueuit. Quomodo uero simus circa deos affecti/ non ignoramus. Vt autẽ q̃d sentio planius uobis aperiam sic attendite. Quaecunq; a nobis dicuntur/tanq̃ imitationẽ quãdam similitudinisq; expressionẽ existimare debemus. Neq; nos lateat quae in pictorũ cõfiguratiõe circa diuina humanaue corpora uel facilitas sit/uel difficultas ad hoc ut sufficienter ea repraesentasse spectantibus uideantur: profecto cum terrã pingunt & montes/flumina/siluas / coelũq; omne: quaeue circa coelum consistunt & quae uagantur/primũ quidem satis putamus effectum: siquis illorum uel exiguam quandam referre possit imaginem: deinde utpote talium prorsus ignari/neq; examinamus pictorum opera/neq; etiam redarguimus. Sed confusa quadam adumbratione fallaciq; utimur. Cum uero quis fingere aggreditur nostrorũ corporũ similitudinem / tunc propter familiarem ipsam rerum nostrarum animaduersionem acutius errata persentimus/seueriq; & acres iudices exactoresq; sumus aduersus eum qui non singula lineamenta coloresq; expresserit. Idem quoq; in sermonibus intueri licet. Nam satis agi putamus si de coelestibus diuinisq; rebus quicquam/uel parum quid conueniens est afferatur. Mortalia uero humanaq; opera exacte nimium examinare solemus. Quamobrem si minus pro dignitate quae statim sunt dicenda tractabimus/ignoscere decet. Neq; enim facile / immo certe difficile mortalia ad opinionem imitatione ipsa exprimi posse putanda sunt. Haec itaq; omnia dixi o Socrates/cupiens & uos admonere/& maiorem a uobis ueniam ad ea quae restant/expetere. Vos autem si iusta petere uideor, ultro hanc ueniam largiamini.

SOCRA. Nihil obstat o Critia/quo minus tibi quod postulas tribuatur. Quinetiā Hermocra-
ti hoc idem a nobis tertio detur. Constat enim hunc paulopost cum dicturus erit:/eadem preca-
tutum. Vt igitur aliter exordiatur/neq; eadē cogatur repetere sciat ueniā sibi eē tributā:& quasi id
constet/ad dicendum protinus, accingatur prędico autem tibi o amice Critia thearri senrenriam
quod pœta prior in eo mirifice est ꝓbatus. Quapropter plurima tibi uenia opus erit si ea sufficien
ter es comprehensurus. HER. Idem mihi o Socrates quod & hinc nuncias. Cæterū segnes pusil-
lanimesq; nunq̄ palmā cōsecuti sunt Critia. Sermonē igit aggredi forti animo decet:ac Phœbo
musisq; uocatis:antiquos ciues excellentes uiros summis laudibus illustrare. CRI. O amice Her-
mocrates cū postera tibi dies assignata sit dicentē alium es secuturus ideoq; confidis. Quale uero
id sit ipse tibi forsitan declarabit. Exhortanti itaq; tibi & ad rem ipsam penitus inflāmanti paren-
dum. Et ultra deos quos tu memorabas/alios insuper inuocare decet:pręcipueq; mnemosynem:
idest memoriā. Fermenāq; maxima queq; sermonu nostrorꝫ in hac dea consistunt. Nempe si suffi
cienter meminerimus recensuerimusq; nunc uobis: quę quōdam a sacerdotibus tradita a Solone
hucaducecta fuerunt uidebimur theatro huic ut arbitror/satis quæ cōueniunt peregisse. Hoc itaq;
iam agendum/neq; ultra cunctandū:primū autē cōmemoremus quod summa erat annorꝫ nouē-
miliū ex quo bellum extitisse traditū est inter eos omnes qui ultra & eos est citra colūnas Herculis
habitabant:quod in præsentia enarraturi sumus. Horꝫ quidem dux fuit hæc ciuitas:bellūq; omne
ut dicitur confecit. Illorꝫ autē insulę atlanticę reges:quā insulam Libya Asiaq; maiorem fuisse ꝗq;
perhibuimus. postea uero cœnum ibi in unum submersa insula ex terrę cōcussione relictū. Quod
quidē hinc illuc altum in mare nauigantibus obstat/ne ultra enauigare liceat. Gentes quidē barba
ras quæ tunc erant græcasq; generatim orationis ipsius progressus passim prout occasio dabitur/
enarrabit. Atheniensiū aūt qui tunc erant aduersariorūq; uires in primis res publicasq; belli or-
dinem atq; successum exponere dicet. Horꝫ uero ipsorꝫ/nostra primū narrabimus. Dii quondam
uniuersum terrę orbem sigillatim sortiti sunt/in regiones singulas distributū. Neq; partitionem
hanc contentio fecit. Nam procul a ratione id esset quod dii uel quæ unicuiq; ipsorū conueniunt
ignorarent:uel congnoscentes quę potius aliis competunt/aliena iura uicissim usurpare cōtende-
rent. Cæterū iudicii iurisq; sortibus sua quiq; ad uotum suscipientes curantesq; amicorū singula re
giones habitandas disposuerunt. Hosq; ueluti gręges ipsorꝫ/ possessionesq; & armenta nutriuere.
Hoc tamen excepto quod corporibus corpora cogere noluerunt quēadmodum plagis pecora iu/
mentaq; pastores. At uero tanq̄ docile & obediens animal quasi ex puppe ratem agilem dirigen-
tes persuasione pro gubernaculis utebantur/eaq; animā attingebant: & ad mentē ipsorū ita du-
centes mortale genus omnes gubernabant:& alii quidem dii aliorꝫ locorꝫ gubernationē sortiti ea
instituebant. Vulcanus autē mineruaq; natura habentes cōmunē:tum quia eodem ex patre sunt:
tum quia per sapientię studiū perq; artium diligētia ad eadē tendunt ita cōmunē sortē hanc nacti
sunt regionē, utpote uirtuti prudentięq; natura propriā atq; congruā:procreātesq; in ea uiros in-
digenas admodum generosos eorꝫ mentibus rei publicę ordinē infuderunt. Quorꝫ dūtaxat nomi
na restiterunt. Opera uero ꝑpter eorꝫ qui acceperunt interitū & longa tēporꝫ interualla e memo-
ria hominū delata sunt. Semper enim superstes hominū genus ut in superioribus diximus/ mon-
tiuagū atq; rude/cui potentū in regione uirorꝫ nomina:solum audita. At præter hæc ex rebus ge-
stis exigue quędā notę fuerunt. Quapropter filiis suis posteri quodā amoris affectu noīa priscorꝫ
imposuerunt. Virtutū legūq; superiorū ignari:nihil enim de his habebant præter auditū: & hunc
non satis certū. Cum uero multa per sęcula rebus ad uictū necessariis indigerent:ipsiq; & filii men
tem his adhiberent/ quorꝫ penuria premebātur deq; his uerba facerent/rerum antiquarū memo-
riam neglexerūt. Confabulatio enim priscarūq; rerum inuestigatio in ciuitatibus cum ocio simul
oriri consueuerunt/cum necessaria uitę parata iam sunt/prius uero nequaq̄. Atq; ita priscorū no-
mina sunt absq; operibus reseruata. Dico autem hæc ita coniectans/quoniā inquit Solo sacerdotes
illos in ueteris belli narratione plurima iusetuisse nomina posteris persimilia/ut Cecropem: Tre-
chiheum: Triclęthoniū:Erisichthonē aliaq;:ex his quę supra Theseum memorantur. Mulierum
quoq; nomina similiter/atq; opera eadem:deęq; Palladis figurā & statuam/ita ut belli studia uiris
tunc essent mulieribusq; cōmunia. Nempe ea tempestate armatā deam palam elatā extitisse/ exem
plum daturā omnibus/quod in singulis animaliū gregibus/mas fœminaq; sortis eiusdem/pro ge-
neris cuiusq; uirtute ita natura instituta sunt/ut aggredi omnia cōmuniter ualeāt: habitabant pro
fecto tūc in hac regione alia genera ciuiū qui in artiū opibus & agricultura uersabant. Milites aūt
a diuinis uiris principio segregati seorsum uiuebant:habentes oia tum ad alimenta tum ad educa
tionē cōferentia. Quorꝫ nullus ꝓpriū aliquid possidebat. Nam cōmunia inter se cūcta existimabāt.
Vltra uero uict⁹ ipsi⁹ sufficiētiā nihil ab aliis ciuib⁹ exigebāt: exercebātq; ea oia q̄ heri de custodib⁹
quos descripsim⁹/exposita sunt. Quinetiā uere illud & ꝓbabiliter de regione nr̄a ē dictū:primū q-
dem

dem illis temporibus fines suos uersus Isthmũ habuisse distictos: quodq; uergebat in partem alteram continentis usq; ad summũ Cithęronẽ atq; parnaethem. Qui fines ipso descensu ad dexteram Oropiam habuerint: ad sinistrã uersus mare Asopum distinguentes. Virtute uero uniuersam terram ab hac exsuperatã fuisse traditur. Quapp potius se tunc regionẽ hanc / uniuersum circa garũ exercitũ alere. Argumentũ plane uirtutis eius euidẽtissimũ: qa qđ ex ea reliquũ est / cũ quauis alia hoc ipso certare potest quod & fert omnia & fructus profert optimos pascuisq; abundat aĩali cuiq; accõmodatis. Tunc uero non modo speciosa hæc oĩa / sed etiã huberrima producebant. Qua nam ratione id ꝓbabile? Quiue inditiis has esse reliquias illius terrę coniectari potest? Omnis ab alia cõtinenti in pelagus longe porrecta / extrema quodãmodo iacet. Quã latitudo maris prima passim profunditate circũdat. Cũ itaq; multa ingentiaq; diluuia in annoꝝ nouẽmiliũ interuallo pręcesserint / tot enim ex illo tẽpore ad præsens anni fluxere / tellus his tẽporibus colluuionibusq; ex altis defluens & tumulos ferme nullos / ut alibi solet / exaggerat: & semper circũ decidens in profundum occulitur. Quapropter relicta sunt queadmodũ in angustiis insulis pręsentia hæc ad illa quasi corpore per morbũ extenuato: ossa deterfa nudataq; terra molli quondã & pingui: solum uero tenue corpus atq; aridũ restitit. Olim integra terra altissimos montium colles habebat. Et agri qui nunc Phellei noĩantur solo pingui fertiles erant. Silua in montiũ uertice frequens. Cuius nunc etiã coniecturę quædã apparent. Sunt enĩ montes nõnulli / qui solas nunc apes pascunt: olim uero nec multo tamen anteacto tẽpore ingentes inde incisę arbores operimentis & trabibus conficiendis aptissimę: ex quibus ędium amplissimarũ confectę texturę adhuc extant. Erãt & alię multę arbores domesticę mites atq; procerę. Quinetiã pascua pecorũ huberrima. Præterea regia hęc quotannis / ab Ioue frugiferã pluuiã hauriebat. Neq; ut nunc per decliue pręruptũq; diluta ex terra in mare aquã fundebat: sed hanc ex altis abunde absortã tenaci quadã concauitate recondens cõbibensq; in uiscera demittebat. Vnde passim iuges fluuioꝝ fontiũq; liquuores scaturiebant: quorũ etiã nunc in ueteribus fontibus sacra quędã signa / relicta conspiciuntur. Quapropter in præsentia de his uera narrantur. Atq; hęc erat regionis huius conditio. Excolebatur præterea tunc ab agricultoribus ut consentaneũ est & ueris & ad eadem hęc intentis. Ingeniosis profecto uiris & honestoꝝ admodum studiosis: solum fertile nactis. Aquã copiosissimã. Temperiẽ aeris singulis anni tẽporibus saluberrimã. Vrbs autẽ eo tẽpore sic instituta. Primo quidem arcis tunc alia q̃ nunc erat dispositio. Hunc enim unius noctis illuuio terra nudatã ipsam diluit & terrę concussione collisit: & ante illud tẽpore Deucalionis exitium / post tertiam inundationẽ factum similiter traditur accidisse. Superiori uero tempore magnitudo eius usq; ad Eridanũ Elissumq; protensa Pnycem intus & Lycabetũ cõprehẽdebat terminũ e regione Pnycis habens. Terrena erat omnis / paucisq; exceptis plana superne. Colebantur exteriora eius sub transuersis ipsius partibus ab artificibus agricolisq; qui proxime agros colebant. Superna milites soli prope Mineruę Vulcaniq; templum inhabitabant / ueluti ędis unius uiridarium uno ambitu circundati. Loca eius ad Boream uersa colebant / cõmunes ędes habentes / atq; coenacula quibus hieme cõmunia parabant conuiuia: & quęcunq; cõmuni ciuitatis uitę cõueniebant per domorum institutionẽ tam in his q̃ in sacris sine auro & argento seruabant. Nulla siquidem in re unq̃ his utebantur. Verum medium inter superbiam illiberalitatẽq; secuti honestas habitationes struebant / in quibus & ipsi consenescentes & nati natorum eas posteris sibi similibus relinquebant. Ortis uero gymnasiisq; & coenaculis austrum uersus expositis utebantur ęstate. Erat fons unus ubi nunc arcis est locus. Quo ob terrę motum exhausto / riuuli circũ exigui relicti sunt. Tunc autem affatim omnibus humorem suggerebat irriguum. Cuius erat ad ęstatem atq; hiemẽ temperies salutaris: hac illi ratione loca hæc habitabant: ciuium quidem suorum custodes / cæterorum uero gręcorum uolentium duces / obseruantes in primis ut semper idem illorum esset numerus uirorum: uidelicet foeminarũq; iam in re bellica fortium: neq; minor erat unq̃ uiginti milibꝰ numerus militum. Cum igitur tales illi essent semperq; ratione huiusmodi patriã suam & uniuersam gręciam iuste disponerent / per omnẽ Europam & Asiam tam egregio corporis habitu q̃ innumeris animi dotibus omniũ qui tunc erant / probatissimi & clarissimi habebantur. Deinceps uero quales aduersarioꝝ ab initio res essent / nisi forte queadmodum pueri audiuimus e memoria exciderunt / uobiscum / tanq̃ amicis cõmunicabimus. Sed anteq̃ referam / admonendi estis ne miremini si plurima barbaroꝝ nomina græce nunc audieritis. Id enim ex eo contigit / quia Solo cũ cogitaret illa carminibus suis inserere / uim ipsam est nominum perscrutatus. Inuenitq; primos illos Ęgyptios harum rerum scriptores / in eorum uocem ea nomina transtulisse. Quare & ipse rursus uniuscuiusq; nominis sensum accipiens / in uocem nostram conuertit. Atq; hæc scripta apud auũ meum erant / & nunc apud me sunt: quæ a pueritia meditatus sum. Si ergo talia nunc audieritis nomina qualia apud nos sunt / ne miremini. Nam huius rei causam intelligitis / prolixe autem orationis tunc exordium illud quod & in superioribus de deorum sortibus est inductum: partiti quidem sunt uniuersam terram: partim in ampliores portiones: partim angustiores: templaq;

& sacra sibi instituerunt. Tunc sane Neptunus insulam sortitus atlanticam filios ex mortali fœmina in tali quodam insulę loco progenuit. Secus mare qdem plana īsula erat/sed in media insula planities erat: quę omniū speciosissima feracissimaq; dicit extitisse: prope planitiem rursus in medio mons erat breuis / stadiis qnquaginta distans: hic uero ab aliquo eoꝝ qui a principio ex terra nati sunt noie Euenor colebatur. Qui ex Leucippe uxore Clitonem unicā filiam genuit. Parentibus uero mortuis & matura uiro puella Neptunus eius desiderio captus illi se miscuit: circūsepsitq; collē quē habitabat spiris aquę circūfluis terręq; zonis alterne/partim amplioribus/ partim angustioribus. Ex qbus duo qdē terre/tres uero maris fuere circuitus/ qui ueluti torno descripti pari undiq; interuallo insulam per mediam distabant: inaccessibilemq; hoībus collem ipsum reddebāt. Neq; enim tunc naues erant: neq; nauigādi peritia. Ipse uero utpote deus facile mediā insulam exhornauit: humoreq; duplicis aquę ex terrę abditis per fontes exteriores iussit erumpere: partim ue calidum/partim frigidum scaturire: alimēta item uaria per terras & abundantia pululare. Quinq; pręterea masculoꝝ filioꝝ geminos partus ꝓgenuit & nutriuit. Atq; omnē atlanticam insulam decem in plagas partitus / primogenito maternā habitationē & plagam quę circum erat tribuit / maximā profecto sortem atq; potissimā. Regēq; illum statuit reliquoꝝ: cæteros uero multarū gentium regionūq; principes. Singulis imposuit nomina primogenitū quidem uocauit Atlantē totius insulę regem. Vnde & pelagus cognominat atlanticū. Eum uero qui gemino partu statim post illū est natus/patria uoce Gadirum/ quē grece dicimus Eumelum. Qui extremas insulę partes ad colūnas Herculis est sortitus: suoq; locū nomine Gadiricū nuncupauit. Secundi partus unū Ampherem. Alterū Eudęmonē nominauit. Tertii/ primū natum Mnesēum. Secūdum Autochthonē. Quarti aūt Elasippum priorē/ Mestorē uero posteriorē. Quinti demū/primū Azaem/Diaprepem uero secundum. Hi oēs posteriq; ipsoꝝ multa ibi sęcula habitarunt: aliis multis per mare insulis dominātes: & Egyptū usq; tyrrheniāq; his qui citra habitant/ut ꝑdiximus. In maxima certe ueneratōe uniuersum Atlantis erat genus. Sempq; rex antiquior regnū primogenito relinquebat: quod īperiū multa per sęcula conseruarūt. Tanta uero illis diuitiarū copia/quāta nullis antea regum supiorum fuerat/nec ullis unq̄ posteroꝝ facile cōparabit. Structa ordinataq; illis erant in ciuitate totoq; regno omnia quoꝝ usus expetitur. Multa quidē ad eos extrinsecus ꝑpter imperiū accedebāt ꝑmulta quoq; insula ipsa ad sufficientē uitę usum ptinentia ꝓducebat. Primū quidem omnia quęcūq; ex terrę uisceribus eruūtur/& quę solida ꝑmanent & quę funduntur: quodue nunc nominatur solum tunc certe plurimū effodiebat aurichalcū multis ex insulę locis insigne metallum: tūc apud eos cęteroꝝ excepto auro pręciosissimū. Et quęcūq; silua producit ad fabroꝝ artificiū / ferebat abunde. Pascua quinetiā animantibus tam feris q̄ domesticis suggerebat. Elephantum prætera ingens ibi copia. Alebat nempe sufficienter/ quęcūq; p paludes/lacus & flumina/siue montes agrosue pascūtur: pascebat quoq; uastū aīalium genus & uoracissimū ferebat & quęcūq; tellus nunc odorifera nutrit radices gramina: ligna: liquētes succos: flores ac fructus. Suauē prætera uitis humorē & solidum alimentū: qbus ipsi nutrimur. Illa item qbus pro cibo utimur & obsonii gratia: quę legumina uocitamus. Nec non liquores ex arboribus/atq; escas ad sitim famēq; extinguendā/neq; deerāt his unguenta. Accedebant & delitiarū gratia fructus uariarū arboꝝ copiosissimi. Aderāt quoq; sacietatis solatia bellaria/fastidientibus reqsita. Hæc oīa insula quæ condā extabat/sacra/speciosa / mirāda/huberrima ꝓducebat. Atq; hæc colligētes ex terra/tēpla/& regias ędes/ port⁹ naualia & uniuersam regionē struebant: profecto hoc pacto spiras illas maris disposuerūt/ quæ antiquā circūdabāt metropolim hoc est matris eorū patriā sedem. primo quidē constructis pontibus transitū ad exteriora & ad sedem regiā prebuere. Vbi in dei ipsius maiorūq; suoꝝ sedibus statim ab initio regias ędes ędificaruut. Alterq; ab altero hornata suscipientes cōtinua successione supiores in exornādo pro uiribus supabant quo ad machinas magnitudine decoreq; mirandas fabricauerunt. Foueam porro a mari ad extimū circulū deduxerunt/quæ tria iugera in latitudinē ꝑtendebat/centū pedes in altum/in longū stadia quinquaginta. Atq; ut ex hoc mari ad circulum illū uelut ad portū applicare naues possent/effecerunt/patefacto illius ore: ut naues ingentissimas caperet. Zonas itē terrę quibus spirę maris distinguebant/ pontibus secuerūt: ut una triremi enauigare inter se inuicē possent. Supra uero texerunt/ut subnauigare liceret. Terrenarū nāq; zonarū labra ꝓfunda/ mare supeminebant. Maximus plane circuitus per quē inundabat mare/ latitudine stadia cōplebat tria: primus huic orbis terre ꝓrsus ęqualis: sequentiū uero duorū humidus qdē orbis/stadia duo. Aridus autē humido prcecedēti rursus ęqualis. Stadium deniq; unū: qui ipsam insulam in medio positam circūdabat. Insulę uero in qua regia erant/ diametrus/ stadia quinq;: & hanc circū orbesq; & pontem latū ad plectri mensurā hinc atq; in muro quodā lapideo clauserunt: turres portasq; in singulis sup pontes fm maris pertransitus fabricantes. Lapidē sub insula q̄ iacebat in medio / inciderūt circū: & sub ipsis orbibus intus pariter atq; extra: ꝑti albū: ꝑtim nigrū: ꝑtim rubeū. Nauiū receptacula duo moliti sunt concaua geminaq; intrinsecus: quorū fornices hac ipsa sunt petra contexte.

In insula quę fuit extra colūnas Herculis fuisse elephantos.

edificia

ædificia uero partim simplicia partim uaria mixtis ex lapidibus effecerũt/ipsa uarietate ludum delectationemq; secuti. Eius insuper muri qui exteriorẽ orbem claudebãt/superficiẽ omnẽ ęre tenui uestierunt. Eius uero qui interiorem/stãno. Eius deniq; qui circũdabat arcem/aurichalco igneo furore corusco. Regia uero ipsa intra arcem/ita constructa. In medio sacrũ: & inaccessibile Clitonis Neptũniq; tẽplum: aureo ambitu circũdatum. Illuc a principio conueniens genuerunt decẽ regũ genus: atq; ibidem quotannis ex decẽ regionibus congregati unicuiq; illorũ sacta solẽnia peragebant. Erat Neptũne templum stadiũ unum logum iugera latum tria: altũ uero quãtum lõgitudo eius latitudoq; exigere uidebantur: figura eius speciesq; barbarica. Faciem exteriorẽ præter supre ma fastigia argento omnẽ exhornauerunt. Nam culmina ipsa & apices/auro. Intus autẽ laquearia tota eburnea/auro/argento/aurichalco uarie cœlata suspiciebant. Verum parietes: colũnas: paui menta aurichalco exhornauerunt. Statuas quinetiam ex auro erexerunt. Deum quidem curru insistentem: tenentẽq; equorum alatorũ habenas: laquęaria alta ceruice tangentẽ. Circa hunc delphinis insidentes nereides cẽtum. Tot enim eẽ tunc existimabantur. Aderant & statuæ donariaq; cõplurima priuatorũ. Extrinsecus extabant imagines aureæ mulierũ omnium regiarũ uirorũq; quicunq; ex regibus decem descenderãt multaq; & ingẽtia simulachra donariaq; alia regum & priuatorũ tum ea ex urbe tum ex aliis eorũ imperio subditis: aderat item altare magnitudine & artificio quoad reliquũ appatatũ spectabat decentibus. Eadem ratione & regia tã amplitudini regni q̃ hornamentis sacris conuenientia. Vtebanť autem fontibus tam calidi liquoris q̃ frigidi: iugi humore exuberãtibus quibus inerat ad utrũq; usum mirifica cum iocũditate salubritas. Porro circa fontes habitationes cõstructæ erant & aquaticæ arbores consitæ: receptacula quoq; aquarũ circũposita/partim quidem sub diuo patentia: partim uero sub tecto calidis lauacris hiberno tempore accõmodata: regia seorsum: seorsumq; priuata atq; alia mulieribus. Alia item equis: cæterisue iumentis. Decens plane & conferens unicuiq; seruabať. Defluũ uero irriguumq; humorẽ in Neptũni deduxere lucum ob fecunditatẽ soli/arboribus uariis & altitudine specieq; mirandis refertum. Atq; inde in exteriorẽ circuitũ p aquæductus iuxta põtes deriuauerunt. Vbi tẽpla multa delubraq; deorum uiridaria atq; gymnasia: partim hominũ: partim equorũ: seorsum in utraq; orbiũ insula. Sed circa mediã insulã oĩum maximã pręcipuus erat hippodromus. i. cursus equorum. Cuius latitudo stadium/lõgitudo per oẽm circulũ porrigebatur ad equestre certamẽ. Circa hippodromũ utrinq; erant stipatorũ custodũq; dispositæ domus. Fidis quidẽ militibus intra ipsum angustiorem circuitum arci q̃ ptoximũ/cõmissa custodia his autẽ qui cæteris fide prestabãt in arce ipsa circa reges habitationes cõcessæ. Naualia præterea triremibus/omnibusq; ad eas pertinẽtibus instrumentis/referctã. Singulaq; sufficiẽter exposita. Atq; hic erat regiarũ ędium apparatus: trãseũti uero tres portus exteriores. Apparebat murus a mari incipiẽs ualli instar & stadiis quĩquaginta ab amplissimo circulo ac portu undiq; distans: qui ad os foueę uersus mare in idem concludebatur. Totum uero id colebatur: & reliquũ quidẽ spatium multis & frequentibus ędificiis abũdabat. Sinus autem ipse portusq; latissimus plenus erat nauibus/mercatoribusq; undiq; confluẽtibus. Vbi ob frequentem turbam die nocteq; clamor continuus ac strepitus ingens sentiebať. Atq; ita de urbis & antiquæ sedis dispositione ut olim traditũ est in præsentia iam retulimus. Deinceps uero cõmemorare conabimur quæ natura quiue cultus reliquæ regionis extiterit: principio locus omnis editus admodũ: & a mari abscisus memorabatur. Regio uero circa urbẽ cãpestris omnis/ambiens quidem urbẽ/& ambitu exteriori cõprehensa. Montes enim hanc secus mare claudebant: ipsa uero illuc usq; ęqualis ac plana: & altera quidẽ ex parte ad tria stadiorũ milia protẽdebatur: ad mediũ uero a mari superne stadiorũ milia duo. Situs autem insulæ ad Austrum uergebat a septẽtriõe Boreæ expositus. Montes eius frequẽtia/altitudine/pulchritudine oẽs qui nunc extant/exsuperabant. In eis uici com plurimi accolarũ: atq; ditissimi. Neq; deerant amnes: lacus: prata: quibus animalia omnia tum fera tum domestica abũde nutriebantur. Silua itẽ crebra ac uaria singulis operibus materiẽ affatim suppeditabat: atq; ita locus ille tam natura dispositus/q̃ multorum regũ diligentia opibusq; longo tempore erat excultus. Quadrata regio fuit plurimũ recte in longũ uergens: sed propter foueã circum erutã recta amissa figura. Cuius profunditas longitudo & amplitudo incredibiles dictu. Impossibile nãq; uideť tam uastũ opus cum aliis collatũ operibus manibus hominũ esse factum. Dicẽdum tñ quod audiuimus. Iugeris unius erat profunditas. Latitudo omnium stadiũ: cũq; eẽt circa omnẽ agrũ effosa/longitudo eius stadia decẽ milia/hæc sane fluenta ex montibus demanãtia suscipiebat perq; agros reuoluta ad urbẽ hinc atq; illinc perueniens: hac tãdem erũpebat in mare. Desuper autẽ ab ipsa late pedes centum foueæ rectæq; excisæ per agrum rursus in foueam mari proximam demittebantur. Altera uero ab altera stadiis centum seiũgebatur. Deducebãt ex siluis ligna in urbem: & alia suis quæq; collecta tẽporibus duplicibus per foueas nanibus: fouearum enim tractus obliquæ sese usq; ad urbem intersecabant. Geminos ex terra fructus ac fruges annis singulis colligebant: hieme quidem Iouis beneficio pluuiis tellus madebat: ęstate riuis ex aquæductibus ir/

Equos currũ Neptũni trahentes alatos esse.

rigabatur. Circa numerũ uero uirorũ in cãpestri regione ad rẽ militarẽ utiliũ hic erat ordo: ut suũ quæq; ducem sors eligeret preberetq;. Sortis autẽ magnitudo decies stadia decẽ. Cũctarum uero sortiũ/milia sexaginta. Sed eorũ qui montes & alia loca colebant/numerus infinitus: per loca uero & pagos in huiusmodi sortes ſm duces distributi erant cũcti. Igiť institutũ erat/ducẽ in bellum inferre sextã currus bellicosam partẽ ad milia curruũ decẽ. Equos duos/& equites/rursusq; iugales equos absq; bigis. Vbi eẽt & qui paruo clipeo munitus descenderet/& qui ambos habenis uicissim regeret equos. Armigeros Itẽ duos: & sagittarios & funditores utrosq; duos: leuis armaturæ milites: iactores lapidũ: iaculatoresq; tres utrosq;. Nautas quatuor ad ducẽtarũ miliũq; nauiũ cõplementũ: hac itaq; rõne in regia ciuitate erant res bellicæ præparatæ. Reliquarũ uero nouẽ urbiũ apparatus alibi alius erat: quarũ rerũ prolixior foret narratio. Magisttatus autẽ honoresq; sic erant a principio instituti. Vnusquisq; decẽ regũ iurisdictione sua in ꝓpria ciuitate hominibus plurimisq; legibus dominabať puniebatq; pro arbitrio unũquenq̃ ac morte dãnabat. Imperiũ profecto & cõmunio inter illos ſm Neptũni mãdata dirigebanť: queadmodum leges illis: & litterę nũciabant a maioribus in colũna quadã ex aurichalco circa mediũ insulæ/in tẽplo Neptũni ipsius inscriptæ. Illi igiť quinto quoq; anno interdũ & sexto alterne trãsacto cõgregabanť: tam pari q̃ impari ęquã ptẽ distribuẽtes. Congregati uero de publicis rebus deliberabant/diligẽtiq; examine iudicantes/siqua in re præuaricatus quis esset dãnabant. Cum igiť foret iudiciũ ineũdum tali se fide inuicem abstringebant. Nam cũ essent in tẽplo Neptũni dimissi solutiq; tauri/seorsum ab aliis ipsi decẽ uouebant deo gratã illi uictimã se sine ferro capturos. Vnde lignis & laqueis uenabanť. Et quæcũq; cæperãt taurũ ad colũnam tractũ in eius uertice/ubi scriptis erat mandatũ/ꝓtinus iugulabant. Extabat aũt in colũna præter leges iuramentũ execratioq; terribilia his qui nõ parerẽt/imprecãs. Quãdo itaq; sacrificiis de more paratis/expiaturi iam crematuriq; erant singula tauri mẽbra/ex impleto cratere guttã sanguinis per singulos diffundebant. Reliqua dabãt igni: lustrãtes colũnã: his deniq; actis phialis aureis haurientes ex cratere & super ignẽ libantes iureiurãdo interposito ꝓmittebant/iudicaturos se ſm inscriptas colũnæ leges/punituros; eos qui antea deliquissent. præterea litterarũ illarũ normã sponte nunq̃ se trãsgressuros. Addebãt neq; prẹter patris ipsius leges uel imperaturos se unq̃/uel imperãti obedituros. Hæc unusquisq; illorũ sibiipsi posterisq; precatus/bibensq; & offerens deo phialã ad cænã se & necessaria cõuertebat. Et aduẽtante nocte igneq; uictimarũ ferme extincto singuli cœlestẽ colore & q̃ pulcherrimã induti uestẽ ac penes hostias ambustas humi sedentes/totũq; per noctẽ ignem in sacris accensum extinguentes/iudicabanť simul & iudicabant/ siquis eorũ quẽpiam tanq̃ legũ trãsgressorẽ accusauisset. Postq̃ uero iudicauerãt diesq; illuxerat/in aurea tabula sentẽtias insculpentes/eas una cũ uestibus monumẽta futura posteris/suspẽdebãt. Leges autem & aliæ multæ circa sacra regũ ꝓprie singulorũ: sed hæ precipuę. Ne unq̃ sibi inter se bellum inferrent: immo succurrerent oẽs/siquis aliqua in ciuitate ipsorũ genus regiũ extirpare aggrederet. Tunc demũ cõiter queadmodũ superiores deliberauissent de bello deq; cæteris actiõibus/imperii ius atlantico generi tribuebant. Cædis autẽ auctoritatẽ aduersus aliquẽ cognatorũ/regi non concedebant/nisi plures ex decẽ q̃ quinq; in eandẽ sentẽtiam cõuenissent. Talẽ itaq; tantãq; potentiã quę in illis tunc erat locis/deus certo quodã ordine ad hæc rursus loca deduxit/tali quadã/ut ferť/occasione. Multa sane per sæcula/quoad natura illis diuina perseuerauit legibus obediebant: & erga diuinũ genus ipsis cognatũ benigne affecti erant. Magnifice nãq; illorũ animis: & uere cogitationes inerant. Vnde & modestia utebanť prudẽtiaq; & ad ea quæ accidebant & inuicem. Quocirca spernentes præter uirtutẽ omnia paruifaciebant præsentia: neq; efferebantur: sed tanq̃ onus quoddã existimabant/auri cæterorumq; copiam. Neq; uelut ebrii gemino ex alimẽto facti in aliquo per incontinentiam aberrabant. Immo uero utpote sobrii acute cernebant. hæc omnia cõmuni ex amicitia una cum uirtute incremẽtum suscipere. Horum uero studio & admiratione/disperdi hæc: & uirtutem amicitiãq; deficere. Quoad in eis mens talis/& natura diuina uiguit/creuerunt que supra narrauimus omnia: postq̃ uero diuina sors in eis longo abusu crebrisq; mortaliũ rerum affectibus inquinata euanuit mosq; humanus præualuit: tunc primũ quia nõ possent ferre præsentia/dedecori succubuerunt. Nam apud eos qui cernere poterant/turpiter affecti existimabãtur: cum pulcherrima ex preciosissimis perdidissent. Qui autem/ rectam ad beatitudinẽ uitam inspicere non ualebant/tunc eos præclaros beatosq; putabant maxime/cũ maxime iniqua plus habendi cupiditate/& uiolentia replerentur. Tunc sane deus deorum Iuppiter qui regit omnia legibus: qui ue potest hęc talia cernere: cum deprauari generosam stirpem animaduerteret: hominesq; eos punire uellet/ut adepti temperantiam modestiores concinnioresq; euaderent: deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit. Vnde tanquã ex medio mundi throno quæcunq; generationis subiecta sunt conspiciuntur. Vocatoq; concilio sic est exorsus.

¶DEFICIT FINIS DIALOGI.

¶ARGVMEN.

ℭARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM PRIMVM DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE AD LAVRENTIVM MEDICEM.

ÆCulũ apud priſcos pene idem magnanime Laurenti/tria potiſſimũ habuit ſapiẽtiæ
lumina/Pythagorã/Socratẽ/& Platonẽ cõpertũ aũt habemus. Sapientiã quidẽ Pytha
goræ magis in cõtẽplando/Socratis uero in agendo magis/Platonis deniq͂ in contẽ-
plando pariter atq͂ agendo conſiſtere. Præterea diſciplinam tã Pythagoræ ſpeculati
uam/q̃ Socratis moralẽ a cõmuni hominũ cõſuetudine uideri remotiorẽ. Platonis ue
ro doctrinã ſpeculatiuã pariter & moralẽ: ubiq͂ ita diuinũ cũ humano cõtẽperare/ut & cõmuni ho/
minũ cõſuetudini facile poſſit accõmodari: & ſimul hoĩes ad diuina ęthernaq͂ cõuertere. Neq͂ ue/
rũ putãdũ eſt ꝑpea Platonẽ a Pythagora & Socrate/quos quaſi numina colit/eẽ diuerſum/ſed miſtũ
potius: atq͂ utriuſq͂ ingenii q̃ſi quẽdã/ut ita loquar/diuini ad humanũ moderatorẽ ut quodãmodo
dici poſſit/in illis q̃dẽ ingeniũ dũtaxat diuinũ fuiſſe: in Ariſtotele uero & cæteris poſt Platonẽ philo
ſophis humanũ tñ: ſed in Platone diuinũ pariter & humanũ. Quorſum hæc? Vt meminerimus p̃-
ſentẽ legũ diſpoſitionẽ/q̃m ab ipſo Platone nõ per pythagoricã ꝑſonã uel ſocraticã/ut ſolet cætera:
immo uero p ꝓpriã Platonis ipſius ꝑſonã nobis tradiť/nõ iniuria uiã quãdã inter diuina & humana
mediã obtinere: neq͂ nos ꝑ abdita & inuia quædã trahere neq͂ tñ ad inferiora deducere. Quãobrẽ
decẽ illi de re. pu. libri pythagorici magis ſint atq͂ ſocratici. Præſentes uero leges magis platonicæ
iudiceť. Illa res. p. uouẽtis fuerit & optãtis. Diſpoſitio p̃ſis ſit eligẽtis: ut qui in arduũ illud aſcẽde/
re nequeũt: ad hos ſaltẽ clemẽtiores colles nõ dedigneť accedere. Cõſidera quãta diligẽtia huma
næ ſaluti noſter Plato ꝓſpiciat: q nõ ſolũ ꝑ ardua uult uideri hoĩbus admirãdus: uerũetiã ꝑ decliuia
quædã facilis & ꝓpitius eẽ oĩbus atq͂ ſalutaris: hic ergo non coget hoĩes ſi noluerint inter ſe facere
cũcta cõia/ꝑmittet ut fieri ſolet ꝓpria ſingulos poſſidere. Neq͂ tñ cautiſſimus auriga noſter oĩno la
xabit habenas. Nã preter ſummã aliarũ diligẽtiã legũ/prudentiſſime ſanciet: ne cui liceat ultra cer/
tũ & illũ q̃dẽ mediocrẽ terminũ cẽſus amplificare: ne aliq̃s q̃dem copia nimia/aliis obſit inopia: ne
ue cogaň id/q̃d miſerabile eẽ putat/multi inter patriæ ſuæ ulnas eſſe mẽdici. Quod aũt ꝑſona hic
Platonis ſub ipſo atheniẽſis hoſpitis noĩe & id q̃dẽ modeſtię gratia lateat: legẽti deinceps ex multis
ꝑſpicue apparebit: ex eo p̃cipue/quod affirmabit ſe geminas tractauiſſe res. p. Cõditurus aũt leges
græcis/iure a tribus græcarũ legum optimis cõditoribus leges accipit/Minoẽ Lycurgo Solone/adi
mens addẽs/mutans/inueniẽs/atq͂ ita optimã ex cũctis cõponit formã: & q̃uis ab initio cõſtituat ci
uitatẽ & regulã gubernãdi/tñ legũ poſitionẽ noĩat potius q̃ rẽ. p. Q̃m in ea ciuitate in qua poſſeſſio
nes ſunt ꝓpriæ ſingulorũ/ꝑp uarias cõtrouerſias/lites/iniurias/multis opus eſt legibus. In q̃bus cõ/
ſtituẽdis admirãdũ ſimul & clemẽtiſſimũ notabis diuini Platonis ingeniũ: excogitat enĩ inſignis be
nignitate uir ſingulis legibus ꝓhæmia quædã exhortatoria q̃bus humaniſſime ciues adducti/liben
ter parere uelint/ac ſpõte uelut filii legũ illis obtẽperẽt/q̃bus alii ſolẽt q̃ſi tyrãnis inuiti parere: ac ꝑ
uiribus uel fraude uel uiolẽtia earũ imperiũ ſubterfugere. Addit uero poſt multa ẽt minas: addit
& pœnas: ꝑp illos/qui patriã ſuã/nõ matrẽ iudicant/ſed nouercã. Deſcendemus iam ad primi legũ
dialogi ꝓpriũ argumẽtũ/ſi prius oẽs admonuerimus: ut dialogũ/minoẽ/argumẽtumq͂ illius legãt
anteq̃ ad has leges accedãt. Accedant inq̃ tanq̃ & lectionibus eas diligẽter obſeruaturi/ & actiõib⁹
penitus ſeruaturi. Alioq̃n niſi his obediuerint/intelligãt ſe poſt tã exactã iuſticiæ iniuſticiæq͂ noti-
tiã & minori excuſatiõe & maiori crimine peccaturos. Atheniẽſis hoſpes. i. Plato ꝓfectus in Cretã
prope Cnoſum offendit Megillũ/Lacædemoniũ: & Cliniã Cretẽſem quẽ una cũ nouem aliis Cnoſii
accerſiuerãt/ut coloniã inde deducerẽt: urbẽ cõderẽt: eiq͂ leges darẽt. Hi ergo duo ad ſacrũ iouis
antrũ cõſulturi de hoc accedebãt: his factus obuius Atheniẽſis hoſpes/q̃d nã acturi irẽt interroga/
uit. Illi leges excogitaturos eẽ ſe r̃nderunt. Verũ cũ multa de legibus interrogati ab hoſpite/quæ-
ſtionẽ haud ſatis abſoluerẽt/& hoſpes illis ad leges aptiſſimus uidereť: obſecrauerũt eũ/ut ad ciui-
tatẽ legibus inſtituẽdã una cũ ipſis adiutor accederet. Obtẽperat ergo hoſpes: & añ oĩa principiũ a
quo: & per q̃d leges ad hoĩes ꝓuenerũt/exponit/deũ. ſ. atq͂ ꝓhm. Deinde legũ perquirit finem do
cens eiuſmodi finẽ fore trãquillã aĩorum ciuiliũ puritatẽ ueritatis cõtẽplationi/quoad fieri põt ſuf
ficientẽ. Tertio ad ipſam legũ formã materiãq͂ deſcẽdit. Leges aũt a deo hoĩbus inſpirari/teſtis eſt
oĩs antiq̃tas: teſtes & multi Platonis libri: teſtes & rõnes noſtræ in multis dialogoꝝ argumẽtis ad-
ductæ. Atq͂ in theologia noſtra/ubi de religione agiť cõfirmatæ. Profecto ſi natura quæ nihil aliud
eſt q̃ infimũ diuinæ ꝓuidẽtiæ inſtrumẽtũ/atq͂ ubicũq͂ ꝓuide uideť icedere/nõ ducit ipſa ſe ipſam.
Sed ab ipſa ꝓuidẽtia duciť/fines oĩum ordineſq͂ & in ſeipſa preſcribẽte/& naturæ ꝓut uult inſcribẽ/
te: ſi inq̃ natura talis neq͂ abũdat ſuperfluis/neq͂ in rebus deficit neceſſariis certe diuina ꝓuidentia
in rebus neceſſariis nunq̃ deficit. Neceſſaria uero eſt hominũ generi aliter nõ potẽti uiuere cõgre/
gatio mutua. Neceſſaria quoq͂ lex congregationi ſimiliter ꝓcul a lege ſubito perituræ. Neceſſaria
rurſum legibus diuina eſt auctoritas/ne uel negligẽtia obſoleſcant/uel fraude & uiolentia confrin-

gantur. Necessaria tādem cōparandæ auctoritati diuinæ/tum sanctimonia uitæ/tum pœna sup hu manas uires oībus admiranda. Quáobrem ꝓuidentia dei quę singulis elemētorū/plantarū/bruto rum/mēbrorū speciebus & usibus necessaria ꝓspicit: multo diligentius pfectissime aīalium speciei colēti diuinitatē/in sanciēdis legibus apprime saluti hoīum necessariis deesse non debet. Adde qđ neq; potest princeps ullus uastā ciuitatis nauem quolibet momento/pcellis & periculis innumeris agitatam/absq; cœlesti flamine ad portum usq; perducere. Ergo deus tum occultis inspiratiōibus animorū/tum miraculis manifestis/quotiēs necessitas exigit/& reuelat mysteria legum & sancit pa/ lam atq; promulgat. Propterea exordiū Plato legum adeo iustis felicibusq; inchoat auspiciis: deū uon ab re ter statim in principio nominans. Tres enim hic disputant fundatores legum/ singuliq; diuino indigent patrocinio/tres quoq; imitanť auctores legū/Minoē & Lycurgum atq; Solonem. Qui & leges in tria numina retulerūt Iouē & Apollinē & Mineruā. Neq; id quidē iniuria. Sol enim planetarū dn̄s potentiā: Iupiter clemētiā/Minerua sapientiam cōtinet. Quæ quidē tria totam legis naturā perfectionēq; cōplectunť. Quid enim aliud eē dicimus legē pręter rōnalē quandam regulā certo quodā ordine ad bonū subditos pducentē? Vt autē ratio & regula & ordo insit necessaria oīo sapientia est. Præterea ut pducat ad finē atq; seruet: in primis potentia efficit: deniq; ut ad bonū idest ut ad cuiusq; cōmodū/& cōmode benigneq; conducat magnopere clementia prouidet. Tria itaq; apud priscos numina/diuinā referētia trinitatē legibus necessario cōsulūt. Atq; iccirco tres si/ miles dotes in principe afferēdas leges necessariæ iudicanť. At qm̄ pfectas inuicē has oportet con/ currerę ad pfectas leges cōstituēdas: id uero humana facultas p̄stare nō pōt/nimirū ad legū exacti/ simā sanctionē diuino est opus auxilio. Quod autē nouenariū annoꝝ numerū Plato & in Minoe: & hic sæpe repetit q̄si necessariū ad leges ab ipso Ioue discēdas hoībusq; tradēdas/forte significat no/ uē anglicarū mētiū ordines/p quos uelut interp̄tes ipsa legis sanciēdæ rō ad hoīes usq; trāsferť: oēs uero hos ordines legū interp̄tes sub uno mercurii noīe significat in Protagora. Neq; uero te lateat nouenario hoc in angelis numero nō xp̄ianos solū uti: sed & platonicos/pcipue Proculū atq; Syria/ nū/qđ in theologia satis ostēdimus. Quid uero? si nouenarius hic significet trinū potētiæ usum tri nūq; sapiētiæ/triplicē quoq; clemētiæ/uidelicet ut triū quodlibet tū in lege ipsa sit/tū in iudicio ma/ gistratus tū in ministris & ipsa executiōe iudicii. Præterea in ipsis reꝝ actionūq; principiis mediisq; & finibus. Tria uero ter repetita nouenariū manifeste pficiūt. Sed cur nā in re.p. ab ipsis Mineruæ sacris/hic uero a sacris Iouis disputatiōis fundať exordiū? An forte/qm̄ disputatio illa Athenis ha/ beť & de antiq̄ Athenarū urbe Mineruæ dicata tractať: Hic uero in Creta de cretēsi urbe edificāda cōsulit/ppe ip̄m Iouis tēplū/deq; legibus Minois iouis filii in principio uerba fiūt. An poti⁹ forma illa rei.p. prior castior erat/atq; seuerior palladi maxime cōgrua: hæc uero paulo indulgētior & sua quadā humanitate Ioui cōueniēs. Sūmatim & hic & ibi a uotis sacrificiisq; ciuitatis nascētis felicita/ tem auspicamur. Mitto descriptionē lōgi huius itineris/& sacros lucos/& arbores tēplo dicatas: & alia multa/quæ cōmētū desiderarēt/potius q̄ argumētū. Post uero nōnulla quæ allegorice docent res humanas p̄sertim publicas nō posse absq; diuino quodā patrocinio recte cōponi: ideoq; ab ip/ so deo q & legū principiū est & finis/eē legū exordiū faciēdū/incipit iā paulatī de legū fine pquirere significās harū finē eē diuinū cultum: qm̄ quidē eiusmodi legū disputatiōe ad tēplū Iouis pficiscunť. Cum igiť legū finis ultimus sit iouis illius cultus q fecit mundū deditq; & mundo leges & nobis/nō immerito statī negat finē legū eē Martis cultū. Interim modeste Minois & Lycurgi leges emendās/ qđ nō tā ad uirtutē ipsam simpliciter respexerint q̄ ad bellicā declinauerint. Profecto leges debēt illud potissimū in ciuitate habere pro fine ad quē quasi ad signū oīa dirigāt/qđ a cūctis ciuibus/ ma xime oīum est expetēdū. Pugna uero atq; uictoria cū laborū malorūq; plena sit/nō pp se qdē optā/ da est sed eligēda potius pp pacē tutāq; uitæ trāquillitatē/quēadmodū nemo ita exoptat uiuere: ut in ppetua cōtra morbos pugna/uictoriaq; uerseť. Cōcludit tādē nō debere studia pacis ad bellica: sed cōtra: bellica potius ad pacis studia officiaq; referre: pacē uero ad expeditū liberumq; ueritatis deiq; cultū. In his uero ꝓbādis ip̄m bonoꝝ genus in multas distribuit sp̄es dicēs alia qdē eē huma/ na/alia uero diuina: & a diuinis humana pēdere: humanorū aūt/quæ lōge diuinis inferiora iudicat primū eē sanitatē/secundū formā/tertium uires/q̄rtum diuitias: hoꝝ uero bonoꝝ ducē uult eē pru dentiā/duce insup diuinoꝝ: post prudentiā seq existimat tēperantiā: post hanc iusticiā. Post iusticiā fortitudinē. Profecto & hic significat & in quarto de re.p. explicat tres aīæ partes/rōnalem. s. irasci bilē/cōcupiscibilē/& prudentiā qdē in sola rōnali/fortitudinē in sola irascibili eē. Tu quoq; pone in sola cōcupiscibili cōtinētiā. Ponit uero in cunctis simul partibus tēperantiā atq; iusticiā: & utranq; noīat totius aīæ consonantiā. Sed tēperantia qdem in affectibus/iusticia uero in actibus cōsonātia fit. Et illa sit aīæ sanitas/hæc aīæ pulchritudo. At prudentia/oculus: fortitudo uero manus. Si sub/ stantia animæ puritatēq; cōtēplationi necessariam spectas iusticiæ tēperantiā antepone: si humana spectas consuetudinē/præpone iusticiā. Omnino uero prudentiam cunctis quasi oculum pedibus atq; ducem. At fortitudinem cōtinētię antepone. Nam fortitudo & circa difficilius uersatur dole

Finis belli debet esse pax. finis pacis cultus dei ac ueritatis.

Bona diuina/ & humana:
Humana bōa
Sanitas
Forma
Vires.
Diuitiæ
Diuina bona
Prudentia
Temperantia
Iusticia
Fortitudo

ris. f.

ris .ſ. tolerantiã: & cõtinentiæ officiũ quod eſt uincere uoluptates/in ſeipſa cõplectiť. Vtrãq; uero
iudicato tẽperantia iuſticiaq; inferiorẽ. Hæc enim duo integrũ aĩæ totius ordinẽ magis poſſident
duce prudentia cõſtitutũ. Ex his colligit oportere latorẽ legũ & ipſum referre/& referri iubere/hu
mana quidẽ ad diuina/diuina uero .i. uirtutes ad mẽtem ueritati diuinitatiq; deditã. Dum uero de
fine legũ diſputat/officiũ quoq; ipſarũ cõditoris exponit/idq; ſummatim eſſe uult/ſumma cũ dili-
gentia totã ciuitatẽ colere quaſi agrũ/ut exquiſitã de eligendis ſerendiſq; ſeminibus habeat ratio-
nem. Deinde de oportuna plantæ cuiuſq; cultura. Itẽ de extirpandis ſtatim ab initio noxiis herbis
& ſentibus. Deniq; de oĩbus ad maturitatẽ ſuo ordine perducẽdis. Tu uero inter hæc aduerte tur/
piorẽ haberi: qui uoluptatibus cedit/q̃ qui ſuccũbit doloribus. Itẽ fortis uiri officiũ eẽ/nõ ſolũ me-
tus & pericula ſupare/ſed cupiditates ẽt coercere. Præterea neminẽ ſecure iudicari poſſe fortẽ/niſi
diu inter labores & pericula uerſatus ſtrenue fuerit: adde & niſi in ipſa licentia & illecebris uolupta
tum. In qbus ꝓbanť ꝓprie cõtinẽtes/ipſe quoq; fuerit cõprobatus. Aduerte nõ eſſe tutũ uel homi/
nem q fortis ſit futurus/ꝓcul a timoribus/uel eũ q futurus ſit tẽperatus ſeorſum ab oĩbus uolupta/
tum illecebris educare. Præterea totũ cõditoris legũ ſtudiũ circa uoluptates: & dolores oportere
uerſari: ut duo hæc quaſi bruta freno nõ careant. Si enĩ freno cohibeanť/facile felixq; uitæ iter eua-
dit. Si nullo coerceanť freno/difficile admodũ & infelix. Notabis & illud de athenienſibus dictũ: ꝓ-
bos athenienſes eẽ ꝓcipue ꝓbos: ꝓpea quod ſoli ſuapte natura: & diuina quadã ſorte: nullo cogente
uel pterrente/ſint probi. In his Plato ſignificat in ciuitate male inſtituta/raros qdem fore ciues bo-
nos: ſed illos fore oĩum pſtantiſſimos. Quoniã cũ nulla diſciplina tales euaſerit/pfecto diuina qua
dam ſorte & pfecta natura facti ſint tales. Quoꝝ ẽt tãta ſit excellentia/ut cõi cõtagione nõ inquinen
tur. Poſt hæc ſingulare ad cuiuſq; artis totiuſq; uitæ præceptũ cõſiderabis. Oportere eos qui pſtan
tes uiri quouis in ſtudio euaſuri ſunt/ſtatim a teneris annis id ipſum tã ludẽdo q̃ ſtudendo in ſingu
lis ad id cõducẽtibus meditari: adeo ut uiriliũ ſtudiorũ accõmodatiſſima pueris pludia pponãtur.
Atq; ita ludentiũ animi in amorẽ illius potiſſimũ adducanť/qđ in uirili ętate/ſerio ſunt acturi. In-
ter hæc diſciplinã ſic definiť. Diſciplina eſt/ea uitæ ſtatim a pueritia inſtitutio: quæ in amorẽ uirtu-
tis paulatĩ adducit aĩum puerilẽ. Illius inq̃ uirtutis præcipue/p quã uir factus iperare ſciat atq; pa-
rere/hoĩem uero oportere & inſup poſſe/diſciplinã eiuſmodi a teneris annis habere/p illã quæ ſeqť
humanæ naturæ deſcriptionẽ apte cõfirmat: inqt. n. hoĩem & ſi unũ qddã ſit/hẽre tñ multa ĩ ſe atq;
diuerſa. Inter quæ ſint tyrãni duo amentes qdẽ & inter ſe cõtrarii/aĩum diſtrahẽtes/dolor atq; uo-
luptas. Præterea opiniões futuroꝝ bonoꝝ atq; malorũ/ex qbus appetitus ꝯfidentiaq; ad bona: ti-
mor aũt ad mala nobis ſuboriť: pturbationeſq; animi ſimiles. Pręter hæc adeſt iudiciũ rõnis diſtãs
quid horũ melius ſit qd peius. Iudicium uero eiuſmodi in uno quoq; lex priuata eſt & in ciuitate lex
publica. Quoniã uero aĩal unũ ex rebus tã diuerſis dixerat eẽ cõpoſitũ/haud ab re ſubiũgit/hoĩem
inter aĩalia miraculũ eẽ diuinũ. Mercuriũ imitãs/dicentẽ/miraculũ ingens hoĩem eẽ. Aĩalium tria
ſunt genera. Aut enim tã ex corpore q̃ ex aĩo immortalia ſunt: aut ex utroq; mortalia: aut ex aĩo qui
dem immortalia/ex corpore uero caduca. In primo qdem genere cœleſtia & ęthera: & aerea ſunt/
ſiue dii ſiue dæmones nominenť. In ultimo uero ſunt bruta. Sed in medio hoĩes dæmoneſq; aquei
atq; terreni. Cũ enim hoꝝ quoq; dæmonum corpora ſicut humana ex cõtrariis cõponanť/diſſolui
quãdoq; pñt pturbationeſq; aliquas afferũt. Sed cæteris iam omiſſis cur nã homo miraculũ? Quia
& cũ diuinus ſit mirum eſt eũ a mortalibus infici: & cũ ſit mortalis/mirũ quoq; affici ad diuina. Sed
cur diuinum miraculũ appellať? Quoniam ita eſt diuina ꝓuidentia inſtitutũ: & ut Timæus docet a
deo qdem opifice mundi rõnalis animæ ſubſtantiã ipſam accepimus: a diis aũt cæteris naturã quã
dam uitalẽ rõne inferiorẽ/a dæmonibus deniq; corpora. Quod aũt addit hoĩem a diis fuiſſe uel lu
do uel ſtudio quodã effectũ ſic intellige ludo qdem factũ eẽ/ſi aĩa ſemp a cœleſtibus ad terrena atq;
uiciſſim quaſi ludendo trãſmigrans nunq̃ immutabili apud deum ſede quieſcat? factũ uero ſtudio
ſi modo penes effectores deos effectorẽ deum animus qñq; ſit immobiliter permanſurus. Vtrã ue
ro diſiunctionis huius partẽ eligere debeamus affirmare hic Plato nõ audet. Probabile tamen ha-
bet/ut hic alibiq; ſignificat/hominẽ ſtudio quodã potius q̃ ludo fuiſſe diuinitus cõſtitutum. Siqs au
tem ambiguũ hunc Platonis textũ legere ita uelit/ut ſignificet uel hoĩem eſſe a diuinis aĩalibus con
ſtitutum/ab aſtris intelligat: uel eſſe ex aĩalibus multis cõpoſitum intelligat partes affectuſq; animę
nominari a Platone poetice aĩalia. Quod qdem apparet in nono de re. p. & in principio Phædri.
Sed iſta tu uideris. Deſcendit poſt hæc ad quædam/quę & ſi leuiora uidentur/ad perfectam tamen
diſciplinæ traditionẽ moruq; probationem neceſſaria ſunt. Qualia ſunt ſtudia muſicæ cõſuetudi-
neſq; pſimiles. Muſica uero cõmuniſſima quadã ſignificatione cõprehendit proportionis cuiuſli-
bet ordinem: nõ ſolum in ſermone/cantu/ſono/ſaltu/ſed gymnaſtico quoq; ludo gratiæq; cõuiuii.
Hæc quidem oĩa ita in ciuitate cõpoſita eẽ debent/ut omni pturbationũ uitiorũq; incitamẽto ſub-
lato/corpus & ſpiritũ animũq; cõtẽperent. Exorditur autẽ diſputationis oportunitate quadã a cõ-
uiuiis/atq; uino: dicens primo cauendum eſſe ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoq;

Diſciplina quid ſit.

Dolor & uoluptas aĩum ad pturbationes impellãt

A deo accepta ẽ rõnalis aĩæ ſubſtãtia.

A cęteris diis natura uitalis a dæmonibus corpus.

ebrietas. Hæc enim si temere accesserit & rõnis officia minuit: & ptur batiõis ĩpetus auget. Probat tñ cõuiuiũ atq; meri usum/ea uidelicet cautiõe adhibita/quã in libro sequẽti planius explicabit. Hic uero ad id potissimũ cõferre iudicat ut ex liberiori interdũ usu meri mores hoĩum in cõuiuiis detegant: solet enĩ impudẽtiores audacesq; reddere. Illic ergo prudens iuuẽtutis custos deprehẽsis iuuenũ/pͤsertim uitiis: ĩpudẽtia: & mederi facilius poterit & assuefacere iuuenes ẽt in ebrietate oĩum impudẽtissima seruare pudorẽ. Quãtũ uero sit pudor. i. dedecoris & infamiæ timor/ex eo ɔstat/ qđ ob eiusmodi metũ iuuenes/& turpia in primis metuũt: & honesta q̃uis ardua audacter aggrediuntur: quæ quidẽ duo rei. p. maxime omniũ tam pace q̃ bello necessaria iudicantur. Ideoq; ad hæc ciuium animis infundenda legum lator diligenti studio debet intendere.

PLATONIS DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE VT LIBRI VNIVS DIALOGVS PRIMVS.

PERSONÆ DIALOGI.

ATHENIENSIS HOSPES. CLINIA CRETENSIS. MEGILLVS LACEDÆMONIVS.

Occasio dialogi tacita est unde. ut leges in deũ auctorẽ referãtur.

ATHE. Eum ne an aliquẽ hoĩum o hospites cõdendarũ legũ causam existimatis? CLI. Deum o hospes/deũ inq̃ ut decet asserere. Apud nos q̃dẽ Iouẽ. Apud Lacedemonios aũt ũ hic est/Apollinẽ dicturos istos existimo. Nõne? ME. Certe. ATHE. An Homerũ secutus ita dicis q̃si Minos semp per nouẽniũ patris collocutionẽ petierit: eiusq; monitis ciuitatibus uestris leges posuerit? CLI. Sic nostri ferũt/Fratrẽ quoq; eius Rhadamãthũ iustissimũ fuisse audistis. Eũq; nos Cretẽses/qa tũc recte ius unicuiq; distribuerit/hanc laudẽ cõsecutũ fuisse cẽsemus. ATHE. Egregia pͤfecto laus: maxĩeq; filio Iouis cõueniẽs. Verũ q̃a in huiusmodi moribus: atq; legibus ambo educati estis: tu. s. atq; hic/spo nobis nõ iniocundũ fore/si intereũdũ de cõstituẽdis ciuitatibus ac legibus disseramus. Est aũt a Cnoso in antrũ tẽpluq; iouis uia satis ut audiuimus lõga diuersoriaq; p ipsam sub altis arboribus/ut in ęstu conuenit/umbrosa sunt. Nostræ igit̃ ętati cõueniẽs erit/frequẽter in his requiescere: mutuoq; oratiõis solamine fine molestia iter hoc oẽ trãsigere. CLI. Atq cũ pgressi fuerimus hospes/cupsssos offendemus in lucis pceritate speciẽq; mirabili/prata quoq; amena in q̃bus requiescẽtes/libẽter cõmorabimur. ATHE. Recte nimiũ loq̃ris: ueꝝ hæc magis affirmabimus/cũ uiderimus. Sed eamus iã bona fortuna comite. CLI. Fiat. ATHE. Sed dic mihi oro: quãobrẽ cõuiuia exercitãtes armorũq; artẽ lex uobis ĩstituit. CLI. Arbitror eq̃dẽ o hospes nr̃a hæc eẽ facilima cognitu. Naturã enĩ regiõis huius uniuersam uidetis: nõ eẽ ut Thessaliæ/planã. Idcirco eq̃s illi magis/nos cur sib⁹ utimur. Inęqualitas hæc locoꝝ ad pedestrẽ exercitationẽ cursumq; ẽ aptior. Quapp armaturã quoq; leuiorem eẽ necesse est/ne põdere suo cursum ĩpediat: Arcuũ ergo sagittarũq; leuitas maxime cõgruit. Hæc igit̃ oĩa ad bellũ nobis accõmodata sunt. Ad idq; respiciẽs legis lator/cũcta/ut mihi uidet̃/ĩstituit. Quippe huius gratia ipsam etiã cõuiuẽdi legẽ sanxisse uidet̃: cũ oẽs uideret in militia/re ipsa coactos/custodiæ suæ gratia/conuiuia habere cõia. In quo sane arbitror cũ stultitiæ crimine cæteros cõdẽnasse: qđ minime intelligãt bellũ semp inesse ciuitatibus/oĩbus ad oẽs iuge atq; ppetuũ. Nã si dum est bellũ/custodiæ cã conuiuia celebrare pͤfectosq; aliquos/una cũ subiectis suis armatos tueri urbes oportet/ idipsum ẽ pacis etiã tpe faciundũ. Q uã enĩ plerĩq; pacẽ noiant/id eẽ nomen solũmõ existimandũ. Ratio uero ipsa/ oĩbus ciuitatibus ad oẽs bellũ eẽ natura: ne indictũ quidẽ. Repeties utiq; si ita ɔsideres/cretẽsiũ legum latorẽ oẽs ferme legũ tã priuatim q̃ publice ita nobis cõscripsisse/quasi ad bellum respiceret. Atq; ita illis parere iussisse/quasi cæterarũ rerũ nulla eẽt utilitas/non possessionũ/non artiũ/nisi quis bello superet. Cum oĩa bona eorũ qui inuicti sunt/ad uictores illico trãseant. ATHE. Probe o hospes ad pficiendas cretẽsiũ leges exercitatus mihi uideris. Sed id planius dicas. Recte dispositã ciuitatẽ/tunc demum dicere uisus es/cum sic instituta est/ut cæteras bello uincere possit. Nonne ita? CLI. Ita prorsus: hunc etiam arbitror cõsensurũ. ME. Haud aliter o diuine uir Lacedęmoniorum quispiã responderet. ATHE. Vtrum ciuitas ad ciuitatẽ ita se habet? Victus autẽ ad uicum aliter? CLI. Non aliter. ATHE. Similiter ergo se habẽt. CLI. Similiter. ATHE. Nunquid: & domus ad domum quæ eodẽ in uico sunt: & singuli uiri ad singulos? CLI. Similiter & ista. ATHE. Quid porro de uiro quolibet ad seipsum est dicendum? Vtrum quẽlibet ad seipsum quasi hostem ad hostem affici dicemus. An aliter? CLI. O atheniensis hospes. Non enim ego te atticũ nominare uolo. Videris namq; deæ ipsius Athenas. i. Palladis cognomento dignior esse. Nẽpe uniuersam hãc rationem ad principiũ reductã ita planam fecisti: ut facilius inueniri quæat/modo probe fuisse dictum/ hostes uidelicet omnes omnibus esse tam publice q̃ priuatim: & singulos sibiipsis. ATHE.

Egregia est laus a iusticia

Nobilitas expressoꝝ cretẽsium.

Thessalia campestris: creta mõtuosa.

Vt pax est nomen solum.

Confutatur opinio dicẽs leges latas eẽ ad bellum.

Quomodo

Quomodo id ais o uir mirifice. CLI. Primã o hospes & optimã eẽ dico uictoriã ut seipm quis uincat. Turpissimũ uero qddã & pessimũ/ut a seipso uincaᵗ. Atq; hæc oĩa bellũ eẽ singulis ad seipsos significãt. A T H E. Orationẽ illã iterũ resumamus. Nã cũ quisq; nr̃m/aut supior seipso sit aut iferior dicẽdũ ne est eodẽ se mõ domũ: uicũ: & ciuitatẽ habere? An aliter? CLI. Sit ne supior aliq̃ seipsa/aliqua inferior/dicis? A T H E. Id ipm. C L I. Id quoq; recte quæsisti. Nõ enĩ minus ciuitatibus id cõtingit: ĩmo maxime hoc in eis pspicuũ. Nã ubi meliores multitudinẽ peioresq; supant/recte pfecto ciuitas illa supior seipsa diceᵗ: & hac uictoria nõ iniuria laudabitur. Cõtra uero ubi contrarium fit. A T H E. Sed utrũ quod peius est/meliore aliquãdo superius & potẽtius fit ad pñs pᵗermittaᵗ: longiore nãq; oratiõe indiget. Quod aũt abs te dictũ est/sic intelligo. Quod ciues qñq; cognati & ciuitatis eiusdẽ multi & ĩprobi aduersus iustos qui pauci cõspirabũt: uimq; inferẽt ut eos subiiciãt. Ac si uicerint/ciuitas illa seipsa inferior/prauaq; diceᵗ: sinaũt uicti fuerint: superior atq; pba. CLI. Mirum est hospes qd̃ dicit sic tñ fateri necesse est. A T H E. Age iã & hoc rursus consideremus. Multi ab uno patre matreq; eadẽ fratres nasci pñt. Nec mirũ si plures eoꝝ iniusti erũt. Iusti uero pauciores. C L I. Nihil mirũ. A T H E. Nec mihi mõ neq; uobis decorũ est in hoc uerba aucupari/in quo diciᵗ/domus & cognatio uniuersa inferior seipsa uideri si praui supent/supior si uincanᵗ. Neq; enĩ de his disputamus/elegantiã uel ruditatẽ uerboꝝ obseruaturi/qd̃ multi facere solẽt/sed quæ recta rõ f̃m naturã in legibus sit/qs error/indagaturi. CLI. Vera loqris hospes. M E. Probe profecto hucusq; mihi quoq; dictũ uideᵗ. A THE. Hoc pᵗerea cõsideremus. Vtrũ dictis mõ fratribus iudex qspiã præesse poterit? C L I. Proculdubio. A T H E. Vter igiᵗ melior erit iudex? Nũ qui ĩprobos perdet: efficietq; ut pbi sibiipsi iperent? An q pbos qdem faciet iperare: iprobos aũt/cũ sponte subire Imperiũ psuaserit/uiuere patieᵗ? Tertiũ uirtute iudicẽ his addamus/siquis talis reperieᵗ/qui dissidẽtem cognationẽ ita cõmendatã habeat ut neminẽ pdat. Sed recõciliatis leges cõscribat: qbus inter se ppetuo amici futuri sint. C L I. Longe melior talis iudex legumq; cõditor erit. A T H E. Atq contra q̃ si ad bellũ respiceret ipsis leges conscribet. C L I. Vera loqueris. A T H E. Quid aũt? Qui ad bellũ respiciẽs/ciuitatẽ cõstituit/utrũ externa bella respiciet/& ad illa uitã ciuiũ referet? An intestina/quæ seditiões appellanᵗ? Quæ minime oĩum eẽ in ciuitate sua quiuis eligat: & si accidãt q̃ ocius fieri põt/sedari cupiat? C L I. Ad hęc plane. A T H E. Vtrũ uero pdita ciuiũ parte pacẽ ex seditione cõseq/cũ altera pars potita uictoria sit/malit quispiã/an potius per recõciliationẽ facta pace amicitiaq; firmata ad externa bella totius aĩum ciuitatis cõuerti? C L I. Hoc pfecto potius q̃ illud ciuitati suæ accidere qsq; optabit. A T H E. Nonne & legũ lator similiter? C L I. Similiter. A T H E. An nõ ipsius optimi gratia leges oẽs ferẽdę sunt? C L I. Ipsius nẽpe. A T H E. Atq optimũ nec bellũ nec seditio est. Oẽs enĩ deprecanᵗ/nẽqd horũ sibi incũdũ fit: sed pax/mutuaq; beneuolentia. Sed neq; uictoria illa qua ciuitas ipsa seipsam supat/optimũ qddã est sed necessariũ potius: putare aũt optimũ ciuitatis statũ in pugnãdo & uincẽdo cõsistere: simile est ac siqs optime cũ ęgrotãte agi putet dũ curaᵗ/nec de illo oĩno quicq̃ cogitet/qui nunq̃ ęgrotauerit. Et siqs simil'r de ciuitatis uel priuati hoĩs felicitate existimet nec ciuilis reuera unq̃ uir erit/dũ externa solũ atq; in primis bella respiciet: nec exqsitus legũ cõditor: nisi gratia pacis de bello potius q̃ belli gratia de pace leges conscribat. CLI. Recte hæc hospes dicta eẽ uidenᵗ. Ego uero mirarer/siqs forte tã nostras q̃ Lacedæmoniorũ leges nõ belli gratia sedulo positas eẽ cõtendaᵗ. A T H E. Fortasse ita sit. Oportet aũt non cõtentiose sed quiete rẽ inquirere: studio q̃ maxime tã a uobis q̃ ab illis huiusmodi rebus adhibito. Attẽdatis igiᵗ oro. Incipiamus a Tyrtæo/natura quidẽ atheniense/Lacedæmoniorũ postea ciue: qui præcæteris hominibus maxime huiusmodi rebus incubuit. Nullã inqt illius ipse facio mẽtionẽ/nec oĩno ullius precii existimandũ cẽseo ẽt si ditissimus omniũ sit/etiã si multa bona possideat/oĩbusq; fere numeratis infert/qui nõ semp optime se gerat in bello: hæc tu quoq; forsan carmina audiuisti. Nam hũc obtusum iã esse audiendo arbitror. M E. Vulgatissima hæc apud nos sunt. C L I. Ad nos quoq; hæc aduecta de Lacedæmone puenerũt. A T H E. Cõiter igiᵗ hoc mõ hũc poetã interrogemus o diuine poeta Tyrtæe/sapiẽs certe ac bonus nobis eẽ uideris/qa excellẽtibus eos extulisti laudibus: q in bello excelluerũt. De quo iã ego & hic & Clinias Gnosius ualde tibi assentire uidemur. Vtrũ autem eisdem de uiris dicimus/an non plane scire uellemus? Quare nobis explanamum tu quoq; sicuti/& nos/duo belli genera arbitreris? An aliter? Ad hæc arbitror non Tyrtæũ solũ/sed & quẽuis illo longe deiectiorẽ: duo protinus responsurũ. Alterum quod seditionẽ appellamus/omniumq; grauissimum esse modo concessimus. Alterum uero belli genus quod oẽs ponimus multo mitius illo/quo aduersus externos & alienigenas utimur. CLI. Cui dubium? A T H E. Dic igiᵗ nobis quos uiros in quo belli genere ita ualde laudasti: & quos usq; adeo uituperasti? Videris enim eos laudasse qui externa magno aĩo bella gerunt. Sic enim in carminibus dixisti. Eos quidẽ prorsus despicio: qui sanguino letans cædes spectare/cominusq; cum hoste pugnare/non audeant. Hinc nos o Tyrtæe/eos te laudare colligimus qui in externis bellis gerendis præcæteris clareant. Concedet ista Tyrtæus? C L I. Quid ni? A T H E. Nos autem/cum hi clari sint/lõge clariores eos existimamus qui maximo

Duo belli genera.

In bello præstant? Testemq; & nos poetam habemus Theognim megarensem ciuem ex Scicilia: qui ait fidelem uirum omni argento atq; auro in seditione meliorem. Hunc itaq; dicimus in grauissimo bello/tanto illo esse meliorem/quanto sola fortitudine melior est/Iusticia/Temperantia/Sapientia fortitudini coniuncta. Nemo enim integer: & fidelis sine omnium uirtutum numero in seditionibus reperiri poterit. Multi autem etiam mercennarii/quod non negabit Tyrtæus reperiuntur qui externo in bello intrepide pugnant quorum plurimi feroces: iniurii: contumeliosi/paucissimisq; exceptis/omnium amentissimi. Quorsum hæc? Quidq; ex his declarandum? Quod uidelicet omnino tam ille qui leges hic ab ioue dedit/q̄ alius omnis legum lator/siquid modo profuturus est/ita leges cōdet/ut non ad aliud q̄ ad amplissimam semper uirtutē respiciat. Est autem ut inquit Theognis fides illa quæ maxime in periculis lucet. Quā iusticiā pfectā quis noīabit. Ea uero quā summopere Tyrtæus laudauit/& si pulchra est/& a poeta oportune laudata/uirtute tamen & numero quarto loco rectissime honoranda est. CLI. Ergo hospes legum nostrarum conditorem/inter ultimos legum conditores proiiciemus? ATHE. Non illum o uir optime/sed ipsi nos ipsos: siquidem putemus: & hic: & apud lacedæmonios Licurgum & Minoem/ad bellum respicientes leges condidisse. CLI. Quomodo igitur de hoc dicere nos oportebat? ATHE. Vt ueritas: & iusticia postulat eos dicere/qui de diuina re publica disserunt: non ad particulam uirtutis/& præsertim ad deiectiorem: sed ad uniuersam ipsos uirtutem respexisse putandum: & per singulas earum species/leges quæsisse: nec eas species inuestigisse/quas multi modo proponentes quærunt. Id enim quisq; maxime quærere solet: quo maxime indiget. Alius de hereditate. Alius de iniuria. Alius de cæteris huiusmodi multis. Nos autem tunc de legibus bene quæri putamus/cum ita ut nos modo incepimus/quæritur. Ac tuum equidem ingressum ad exponendas leges ualde probo. Quod enim a uirtute fecisti principium/dicens leges uirtutis gratia conditas/recte quidem aggressus esse uideris: quod autem ad particulam uirtutis: & eam minimam respexisse cōditorē legū æstimasti: haud recte mihi uisus es dicere: atq; iccirco longiore postea oratione usus sum. Quomodo autē te nobis distinguere uoluissem/si uis tibi dicā. CLI. Volo equidē. ATHE. Hunc in modū dicere oportebat o hospes. Cretensium leges nō temere oībus græcis in primis probantur. Recte enim positæ sunt: cum utentes eis beatos efficiāt. Omnia enim bona his porrigunt. Duplicia uero bona sunt. Alia humana: diuina alia: depēdentq; a diuinis humana. Siqua uero ciuitas maiora susceperit/minora quoq; possidet: sin āt illis caret/utrisq; priuaē. Minorū/primū est sanitas: forma secundū. Tertiū uires ad cursum cæterosq; corporis motus. Quartū diuitiæ/quæ cæcæ nō sunt/sed acute cernūt/si prudentiā sequūtur. Quæ qdem prudētia diuinorum bonorū dux primus existit. Deinde post mentē tēperatus animi habitus. Ex his duobus cū fortitudine mixtis iusticia tertio emergit. Fortitudo quartū tenet locum. Quæ oīa humanis illis natura prçponunē. Quare oportet ut legū quoq; lator & ipse hūc ordinē sequaē: & mandet oībus ut semper ad hæc ipsa respiciētes in singulis operenē: humana enī ad diuina: diuina uero ad mētē principē referenda. Curet pterea oportet nuptias inter ciues: & generationes educationesq; liberorū/masculorum pariter & fœminarū tam iuuenū q̄ ętate puectorum & eos qui recte in hisce se gerunt/ut decet honoret: cōtra uero dolores/uoluptates: & cupiditates in oī cōuersatione uituperet. Considerabit etiā diligenter ad quæ studia queq; raptat amor/rectaq; officia per leges laudabit: uituperabit contraria. Docebit itē atq; definiet quid in cuiusq; affectu honestū sit/quid turpe/circa irā uidelicet atq; metū & alias quæcunq; uel aduersis in rebus accidunt pturbationes/uel secūdis delitias atq; circa oēs deniq; motus quæ ex morbo: bello: paupertate uel horū cōtrariis hoīes uexant. Post hæc necesse est/ut legis lator quæstus impēsasq; ciuiū diligenter obseruet/& qūo fiant agnoscat. Cōmercia itē in his oībus ac solutiones/quas uel sponte uel coacte faciant quicquid horum mirum se contraxerint ubi iusticia adsit: ubi absit: animaduertat & parentibus quidem honores: non parentibus debitas pœnas constituat. Demum omnibus ad finem usq; rei pu. pertractatis animaduertat statuatq; necesse est/quomodo monumenta mortuis extruisquiue defunctis singulis honores impendi debeant. His deniq; declaratis/legis lator omnibus istis custodes præficiet/alios prudentia: alios uera opinione agentes. Vt mens in unum hęc omnia colligens eo deducat: ut temperantiam & iusticiam potius q̄ diuitias ambitionemue sequantur. Ita equidem hospites uoluissem: atq; etiam uolo a uobis exponi. Quo pacto in legibus Iouis: & Apollinis/Pythii/quas Minos & Lycurgus scripserunt: insint hæc omnia: & quo nam ordine posita pateant illi qui artificio uel usu quodam legum peritiam habet: nobis aliis nullo modo pateant. CLI. Quo pacto igitur hospes sequuntur tractāda sunt? ATHE. Ab initio rursus ut supra coepimus

Latores leg. ñ ad aliud q̄ ad amplitudinē virtutis ꝓspicere.

THEOGENIS.

Fides illa: q̄ maxīe in periculis lucet.

Id q̄ maxīe q̄rit quo maxime īdiget.

ORDO BONORVM

BONA

Diuina	Humana
Prudentia	Sanitas
Temperantia	Forma
Iusticia	Vires
Fortitudo	Diuiciæ

cœpimus

cœpimus tractāda in primis ea mihi uidentur/quæ ad fortitudiēm pertinēt. deinde aliam atq; aliā uirtutis spēm trāsigemus/si uobis etiam ita placet. Verum iam primum pertractemus ad eiusq; exemplar cætera/ut confabulatio leuamen nobis itineris afferat. postremo uero cum de uniuersa uirtute tractauerimus/ea quæ modo retulimus/illuc respicere/si deus uoluerit/ostendemus. CLI. Recte dicis/conareq; primo nobis iouis hunc laudatorem comprobare. ATHE. Conabor & te simul/& meipsum. Communis enim hæc nobis oratio. Dicite igitur. Num conuiuia exercitiaq;/ad bellum a legum latore inuenta fuisse diximus? CLI. Vtiq;. ATHE. An & tertium uel quartū ad idē inuentum fuisse dicendum? Forte enim ita dinumerare oportet tū in hoc uirtutis genere tum in cæterarum uirtutū siue parte/siue quomōcunq; aliter declaratiōis dumtaxat gratia nominare deceat. ME. Tertium uero ipse dicerem/nec lacedæmoniorum quisq̄ negaret/ uenationē excogitatā fuisse. Quartum autem & quintum inuenire cōemur. Quartum itaq; pono apud meos præcipuū scilicet doloris tolerātiā/quæ res pugnis inter se/ac rapinis quibusdam multis cū uulneribus quotidie adhibet. Ad hæc occultatio quædam mirabilis & ad tolerantiam ualida: nudis in hieme pedibus nudo etiam sæpe reliquo corpore/sine ministris die nocteq; per oēm regiōem errantū enarratur. præterea in nudorum exercitationibus adolescentum mirabilis apud nos tolerantia/cū intēsi caloris potētię resistēdum sit. Multa huiusmodi apud nos alia sunt/quę non facile quispiam enumeraret. ATHE. Probe loqueris hospes lacedæmonie/sed utrum ad timores solum atq; dolores fortitudini pugna est dumtaxat: an etiam ad cupiditates uoluptatesq;: ac uehementes quasdā blāditias? Quæ eorum etiam qui honesti uidentur animos flectunt & quasi cæreos faciūt. ME. Aduersus hæc omnia. ATHE. Si recte dictorum meminimus/hic ciuitatem aliquā seipsa inferiorē & uirum aliquem inferiorem seipso esse dicebat. Ita ne hospes Gnosie? CLI. Ita prorsus. ATHE. Vtrū igitur eum qui dolore frangitur an eum qui uoluptate superatur/deteriorē uocare oportet? CLI. Eum arbitror qui superatur a uoluptate omnesq; uoluptate illaqueatū hoīem/inferiorē seipso magis & quidem cum obprobrio q̄ dolore demollitum putant. ATHE. Quare Iouis & Apollinis legum latores claudam fortitudinem non posuerint quæ ad sinistram quidē aduersis resistere possit ad dextram uero/rebus secundis/& lætis/blandientibusq; succumbat. Immo ad utrunq; sufficientem. CLI. Ad utrunq; arbitror. ATHE. Exponamus itaq; similiter quæ nam officia uestris in ciuitatibus sunt/quæ gustent quodāmodo uoluptates/non fugiant oīno quēadmodum nec dolores refugiunt. Sed perinde ut de doloribus agunt ducant in medias uoluptates: ad easq; superandas cōpellant & honoribus persuadeant. Vbi nam uestris in legibus id conspicitur quod ęque cōtra uoluptates sicuti contra dolores homines/fortes efficiat? uictoresq; quorum oportet ostendat: nec ullo modo patiatur a proximis cuiq; intra se & grauissimis hostibus superari? Dicite obsecro quid apud uos tale? ME. Non ita facile hospes/quemadmodum multas dolori oppositas leges/ita etiam uoluptati possem ꝑducere: nec magnas perspicuasq; partes aduersus uoluptates habeo. paruas uero forsan reperiam. CLI. Nec ego in cretēsium legibus similiter id ostēdere possem. ATHE. Nec mirum est optimi hospites. Verum siquis inter nos ueri & optimi diligens inuestigator non nihil in patriis cuiusq; nostrum legibus reprehendat/non graui quidem sed ęquo animo uicissim ferre debemus. CLI. Probe loqueris atheniēsis hospes. Quare tibi parendū censeo? ATHE. Profecto non aliter Clinia huius ętatis & conditionis hoīes facere decet. CLI. Non certe. ATHE. Vtrum recte necne Laconicā & cretēsem rem. p. quis reprehendere possit/alia quæstio est. Quę uero a multis dicunt/forsitan ego magis q̄ uos referre possum. Vobis quidē si recte cōstitutæ sunt leges/una certe lex erit præclarissima: quæ iubeat ne quis iuuenū quærere audeat/recte ne an cōtra se leges habeāt: sed uno oīum ore unaq; uoce recte tanq̄ a diis positas concedi præcipiat: nec ullo modo aliter pati quicq̄ a iuuenibus cogitari. Senem autē siqd excogitarit/principibus & ęqualibus/nemine iuuenum audiente referre. CLI. Recte loqueris hospes. ac licite tunc a mente conditoris abfueris tū tanq̄ uates scire ista nunc coniecisse uideris: ueraq; penitus dicere. ATHE. Itaq; nobis ad pn̄s iuuenes nulli adsunt. Ipsi uero ꝓpter senectutē/sine peccato soli de his inter nos disserere a legis latore permittimur. CLI. Est ut dicis. Quare nec parcas/sed libere leges nostras rephēde. Neq; enim turpe est discere si quid nō ꝓbe se habet in quo delinqt. Nā hinc si qs nō cū inuidia sed cū beneuolētia accipiat/remediū inuenit. ATHE. Præclare tu qdē. Ego tn̄ nō rephēdendo anteq̄ pro uiribus diligēter cōsiderē. sed dubitando potius uerba faciā. Solis enī uobis græcorū barbarorūq; oīum quorū notitiā hēmus/legis lator ꝓcepit a maximis uoluptatibus iocūdissimisq; ludis cauere. nec ex his quicq̄ gustare. De doloribus aūt & timoribus qd mō tractauimus cēsuit: qd uidelicet siquis a primis annis eos declinare assuetus fuerit/quotiēs necessarios dolores metus atq; labores subire oportebit/fugiet quidē illos qui ī his exercitati sunt eisq; seruiet. Hoc ipsum ut ego arbitror oportuit etiā de uoluptate etiam cogitare: ac secum dicere. Quod si ineunte ętate maximarum ciues uoluptatū expertes erunt/nec præmeditati continere se in uoluptatibus nihilq; turpe iocunditatis uoluptariæ gratia facere/ita succūbent quēadmodū qui timore uincuntur. & mō quodam alio ac turpiore

Conuiuia & exercitia fuenta ad bellum.

Fortitudo aduersus quid.

Peior: q uoluptate q̄ q do/lore frāgitur.

Lex nemo iuuenū audeat uituperare legem necq̄rere utrum bona uel mala sit.

illis seruient: qui mediis in uoluptatibus sese cõtinere assueti sunt: & illis qui inter uoluptates conuersantes oblectamenta sibi suppeditare possint/pessimus forsan hoĩb?. Atq; ita aĩum partim seruum partim liberũ habebunt. Nec oĩno fortes ac liberi appellari debebunt. Considerate igit̃ siqd ex dictis/probe uobis dici uidet̃. CLI. Videt̃ quidẽ. ATHE. Sed iuuenũ immo uero amentiũ penitus esset/de tantis rebus statim ac facile assentiri. Verũ si queadmodũ proposuimus ita nunc prosequamur o clinia hospesq; lacedæmonie moderationẽ nãq; post fortitudinẽ ponebamus/ quã differẽtiã inueniemus inter has & cæteras res.p. quæ casu nõ lege gubernari uident̃/queadmodũ nũc in bello. ME. Non est ferme id facile. CLI. Vident̃ tñ cõmunia conuiuia certaminaq; gymnastica commode utrisq; adinuẽta fuisse. ATHE. Videt̃ aũt o hospites arduũ esse in rebus.p. ut uerbis ita & re ipsa/undiq; tutũ aliquid certũq; inducere. Nã queadmodũ in corporibus fieri nõ põt ut aliqd unũ uni corpori studiũ accõmodet̃/qd̃ aliis prodesse/aliis obesse eidẽ corpori nõ uideat̃/sic & in ciuitate. Nempe exercitationes hæ cõmessationesq; ad alia quidẽ ciuitatibus conferũt ad seditiones autem obsunt oĩno. Cuius rei milesii & Boeotii & thurii nobis exẽplo sunt. Atqui studia hæc prisca ex lege uobis cõsueta sunt: uidenturq; naturales uenereorũ uoluptates/nõ in hoĩbus solũ/sed in bestiis peruertisse. Qua in re primę ciuitates uestrę possent accusari: & alię oẽs quibus maxime cura gymnasticarum exercitationum est. Ac seu ioco siue serio intelligere oportet/intelligendũ est / qd̃ cum fæmina & masculus ad generandũ cõueniunt/conuentus huiuscemodi uoluptas ẜm naturam his tributa uidet̃. Quotiens aũt mares maribus aut fæminæ fæminis cõmiscẽtur/uoluptas ea præter naturam. Et qui primum tale facinus ausi sunt/uoluptatis icõtinẽtia/id fecerũt. Oẽs porro cretensiũ fabulã de Ganymede uehemẽter culpamus/qd̃ aduersus iouẽ ficta sit ut cũ ab eo leges ipsorum originem habuisse credant̃/cũ deũ imitãtes qui leges tradidit/hac etiã uoluptate fruant̃. Sed fabula quidẽ ualeat. Eoꝝ aũt qui de legibus cõsiderãt/cogitatio pene oĩs de uoluptatibus & doloribus tam circa publicos q̃ circa priuatos cuiusq; mores eẽ debet. Duo nãq; hi fontes natura scaturiunt/a quibus qui haurit/unde/qñ/quantũq; oportet/felix est/priuat? scilicet & ciuitas omneq; animal/qui aũt insipiẽter & preter oportunitatẽ contra uiuit infelix. ME. Recte ista dicuntur o hospes. Nec quid aduersus hæc dici possit/uidemus. Videtur aũt mihi lacedæmoniariũ legũ conditor recte fugiẽdas esse uoluptates iussisse. Genosiis autẽ legibus clinia hic si uolet/opitulabit̃. Nã apd̃ spartiatas/quæ ad uoluptates pertinẽt/optime oĩum disposita esse arbitror. Quo enim oẽs hoĩes summopere in uoluptates uehemẽtissimas/petulãtiãq; & insaniã incidũt/id ab uniuersa regione lex nostra exterminauit: nec in agris nec in urbibus/quas spartiatæ gubernant/cõpotationes uidebis sed nec compotationibus coniuncta/quibus ad oẽs uoluptates mouemur. Nec ullus ẽ/qui cuidã ebrietate lasciuiẽti obuiã factus/nõ maximo ipsum supplicio statim afficiat. Neq; bachanaliũ occasio ipsum liberet. Queadmodum apud uos ĩ curribus uidi: & apud Tarẽtinos qui nostri coloni sunt omnẽ in bachanalibus ebriã ciuitatẽ. Apud nos aũt nihil tale cõspicit̃. ATHE. Laudãda hæc oĩa sunt o hospes lacedæmõie/ubi cõtinẽtia quædã ẽ. Vbi autẽ oĩno pmittunt̃ emolliũt. Cito enĩ qspiã nr̃a defendẽs/te rephẽdat si mulieꝝ apd̃ uos licẽtiã apierit. Vna certe ĩ oĩbus his & Tarẽtinos & nos/imo uero & nos rñsio liberat: qd̃ hæc pbe/nõ ĩprobe se hẽant. Quisq; enĩ pegrĩo admirãti qd̃ ĩsolita uideat respondere poterit. Noli mirari o hospes. hæc apud nos extat lex. Apud uos autem isdem de rebus forsan alia lex est. Nobis uero in presentia o amantissimi uiri: non de hoĩbus aliis sermo est/sed de conditoꝝ ipsorum uirtute ac uitio. Verum latius de uniuersa ebrietate dicamus. Non enim exigua res est/neq; ad abiectum queq; eius spectat iudicium. Nõ dico utrũ bibendũ sit uinum necne: sed de ebrietate quærendum inq;: utrũ ita utẽdũ sit/queadmodũ scythæ ac persæ utunt̃/carthaginẽ se preterea & celtiberi & Thraces quæ oẽs gentes bellicosissimæ sunt: uel queadmodũ uos qui ut ais bino abstinetis. Scythæ uero ac Thraces mero penitus utunt̃ tã uiri q̃ mulieres. ac mero uestes pfundũt/preclarũ hoc & beatũ uitæ genus existimãtes: per se uero aliis quoq; delitiis: quas uos spernitis/ualde utunt̃ q̃uis moderatius q̃ isti. ME. Sed omnes istos nos tũ cum arma cæperimus: fundimus atq; fugamus. ATHE. Noli hæc o uir optime dicere. Permulti nãq; & fugarũt alios & ab aliis fugati sunt de quibus certa quædã eiusmodi causa reddi nõ põt: fietq; id sæpius. Quare nõ certum: sed ambiguum argumentum signũq; de honestis officiis & contrariis in uita sumemus si ad uictoriam belli fugãq; respexerimus: præsertim cũ iuniores ciuitates a maioribus in seruitutem pugnãdo rediganṫ. ut a syracusanis locrenses/qui optimis ĩter eas gẽtes legibus usi sunt: & ab atheniẽsib? Cii. similiaq; huiusmodi multa liceat intueri. Igitur uictoria & offensione belli pretermissa: conemur de uno quoq; officio ẜm se considerantes/quod in quoq; uerum ẽ/nobis persuadere. Dicamus autẽ queadmodũ hoc quidẽ tale: bonum est/illud autem tale non bonũ. Sed in primis me audiatis quomodo in huiuscemodi rebus/bonũ malumq; considerari debet. ME. Quo pacto id ais. ATHE. Quicũq; rẽ aliquã statim in disputatiõe ꝓpositã uituperãt aut laudãt delinquere mihi uidẽtur. Idẽq; facere ac si quis cerealẽ cibũ ab aliquo laudatum ut bonum statim uituperet priusq̃ eius effectus percipiat: & qua ratione. quibus: cum quibus: quomodo preparantes & quomodo affectis

Fabula de ganymede cretensium est.

Duo fõtes dolor & uoluptas a qbus felix & miser haurit.

Carpuntur athenæ & Tarẽtum ebrietate ĩ bacchanalibus.
Tarentini coloni spartiatarum.

De uniuersæ ciuitatis ebrietate.

affectis corporibus offerri debeat. Q đ nos modo facere in disputando uidemur. Qui cũ primũ
ebrietatis facta mẽtio est statim alii uitupamus/alii uero laudamus: & ualde qdẽ id absurde. Testi
bus enim assertoribusq; utẽtes/id facimus. Et alii qa plures habemus aliquid fide dignũ afferre pu
tamus. Alii qa uino abstinẽtes/uincãt in pugnã: qđ tñ ambiguũ nobis ẽ. Si ergo hoc modo etiam
in aliis procedemus/nihil mea snĩa faciemus. Quomodo aũt mihi uideť/conabor ipsi⁊ ebrietatis
exẽplo/uiam nobis pro uiribus ac rõnem rectã iu huiusmodi oĩbus apire pſertim cũ gentes inume
rabiles de eisdẽ dubitãtes/duabus cũ ciuitatibus uestris cõtendant. ME. Audiẽdũ est oĩno siqua de
his recta cõsideratio inueniť. ATHE. Consideremus itaq; sic. Si quis capratum cultũ/ & genus id
animantis. hñdum ac possidendum probe: alius uero uituperet/cum absq; pastore eas per sata pa
sci dãnũq; facere uiderit: & omne adeo pecus uel sine pastore uel malis pastoribus gubernatũ coni
spexerit/nunquid iustam eius uitupatiõem cẽsebimus? ME. Nullo mõ. ATHE. Gubernator uero
utrum gubernãdę nauis probus erit princeps si gubernandi solũmõ artẽ habeat/siue nausea exagi
tetur siue nõ? Vnde quomõ aliter dicimus? ME. Nequaq̃/si ad artẽ hæc accedit turbatio. ATHE.
Quid aũt ductor exercitus? Si bellandi probe teneat artẽ/nunquid ex hoc sufficiens dux putandus
est/etiam si timidus sit/& in periculis ebrietate quadam metus ipsius nauscet? ME. Quo nã modo?
ATHE. Quid porro? Si neq; artẽ habeat/& sit timidus? ME. Ignauum & inutilẽ narras oĩno/neq;
uirorũ/sed uilium quarũdam mulierum principem. ATHE. Qui uero laudat aut uitupat societa
tem aliquã/cuius esse dux aliquis possit/sitq; utilis societas quotiens suum nacta est gubernatorem/
ille uero nunq̃ eã recte uiderit gubernatã: sed semp aut absq; principibus/aut cũ improbis/nunqd
recte unq̃ uituperare eam/aut laudare poterit? ME. Quo pacto id faciet qui nunq̃ societatẽ recte
gubernatam prospexerit? ATHE. Age iam attendite. Cõpotatores cõpotatiõesq; nõne de multis
cõmunionibus unã ponemus. ME. Summopere. ATHE. Hanc uero nũquid unq̃ recte guberna
tam aspexit quisq̃: sed uobis respõdere facilimũ/nũq̃ id perspexisse. Neq; enim id uobis ex patriis
legibus consuetum. Ego aũt multis passim interfui diligenterq; de oĩbus ut breuiter dicã quæsiui.
Nullamq; ferme recte uniuersam administrari aut uidi unq̃ aut audiui. sed particulas quodãmo
do paruas quasdam & paucas. Multas aũt ut sic dixerim penitus aberrare cognoui. CLI. Qua rõ
ne hæc dicis o hospes. Apertius enodato. Nos enim ut aiebas/cum nullam huius rei peritiã habea
mus non illico quid recte/quid nõ in ea fiat/cognoscere possumus? ATHE. Consentaneũ id qdem
sed conare me dicente perdiscere. In omni cõuentu atq; cõmunitate quarũcunq; rerũ gerendarũ
principẽ esse oportere fateris. CLI. Proculdubio. ATHE. Atq paulo ante dicebamus fortẽ esse pu
gnantiũ principem oportere. CLI. Dicebamus. ATHE. Fortis aũt uir a timore minus q̃ timidus
perturbať. CLI. Est ita. ATHE. Siquis modus inueniri posset ut exercitui ducem prorsus intrepi
dum perficeremus nonne ad id omni studio niteremur. CLI. Maxime. ATHE. Nunc aũt non de
exercitu nec impẽraturo aduersus hostes in bello/ sed de gubernaturo in pace iocundam inimico
rum inter se consuetudinem dicimus. CLI. Sic est. ATHE. Qua in societate/si ebrietas aderit/nõ
ne turbatio quoq; aderit. CLI. Aderit prorsus. ATHE. Primũ igiť etiam his opus est duce. CLI.
Maxime olum. ATHE. Vtrum igiť principem qui nõ perturbeť: si fieri possit/ deligere oporteat.
CLI. Oportet sane. ATHE. Societatis cõciliande peritũ hũc principẽ esse oportet. Eius enim offi
cium esse debet/ut & pñtem amicitiã illis conseruet/& maiorẽ insuper ex eo contubernio fieri pro
curet. CLI. Vera loqueris. ATHE. Nonne igiť sobrius & sapiens ebriorũ princeps/nõ cõtra cõsti
tuẽdus est. Nã si iuuenis/nec sapiens sed ebrius/ipse etiã erit ebriorum princeps/bona secum ageť
fortuna/si temeritate sua omnia nõ euerterit. CLI. Optima certe. ATHE. Siquis ergo compotatio
nes/dum quoad fieri posset/recte in ciuitate dispositæ sint/accusaret/rẽ ipsam accusans/ recte qñq;
id forsan faceret. Si aũt compotationem nullo ordine gubernatã inspexerit/proptereaq; oẽm cõ
potationẽ uituperet/primum quidem patet ignorare eũ eam non recte disponi/ deinde cõstat oĩa
hoc modo cum absq; sobrio dño ac principe fient/improba uisum iri. An nõ aĩaduertis qđ ebrius
nauis aut cuiusuis rei alterius gubernator/euertit oĩa/siue naues/siue curr⁹/seu exercitus/seu quod
uis aliud ab eo regatur. CLI. Vere oĩno id dixisti hospes sed & hoc pro nobis expone. Quid nobis
computatiões hæ si recte aguntť/ cõferẽt? ut quod mõ dicebamus/ recte ductus exercitus uictoria
in bello afferet/bonum profecto non paruum. Idẽq; de cæteris iudicandũ. Cõputatione uero recte
gubernata/quid magni uel ciuitati uel priuatis accedet. ATHE. Quid autem puero unio / uel uno
quodam cetu recte instituto/magni ciuitas adipiscetur? At enim ita de hoc interrogati responde
bimus/paruam ex unius dumtaxat educatione ciuitati utilitatem accedere. Si autem uniuersaliter
de iuuenum bene institutorum eruditione/quid potissimum conferat rei.p. quæras haud difficile
dictu erit/bñ enim eruditi/uiri probi euadẽt. probi aũt facti tũ cætera bñ agẽt/tũ etiã hostes pugnã
do uincent. Disciplina uiq; uictoria nonnunquam negligentiam & ruditatem gignit. Multi enim
in uictoria elati alia quoq; uitia multa per insolentiam contraxerunt. Et disciplina quidem nulla
unquam Cadmea fuit. Victorię uero multę huiusmodi & fuerunt & erunt. CLI. Videris amice

Disciplina ui ctoriã prestat uictoria rudi tatem.

Athene elo-quẽtes & uer-bosæ.

Lacedæmo breuiloqua.

Creta intelli-gẽtię studẽs.

quasi magnam disciplinæ partẽ cõm... ẽ in uini potu consuetudinẽ si recte fiat/laudare? ATHE. Profecto. CLI. poteris ergo deinceps uerũ id eẽ ostendere? ATHE. Vera hæc ita esse o hospes approbare cum multi de his ambigant/solius dei est. Si tñ qđ sentio ducturus sum nulla obstabit inuidia: postq̃ de legibus & de re.p. uerba facere in pñtia statuimus. CLI. Age conemur qđ tibi de his ambiguitatibus uidet/perdiscere. ATHE. Oportet aũt cum & uos discere & ego declarare cupiamus/quodãmõ orationẽ ꝑtrahere. Sed primum illud audiatis. Græci oẽs ciuitatem nostram & eloquentiæ studiosam iudicant & uerbosam. Lacedæmonẽ uero atq; cretã/alterã breuiloquã/alteram intelligẽtiæ magis q̃ uerbositati studentem. Vereor itaq; ne uobis tanq̃ uerbosus parua de re loqui multa uidear/dum de ebrietate re qdem parua nimis longa utor oratione. Cõpotatiõis aũt ipsius recta ſm naturã constitutio nunq̃ poterit sine recta musicæ regula/aperte & sufficienter oratione tractari. nec musica sine uniuersa disciplina. Quæ oĩa perfecto multis indigent uerbis. Videte igitur quid agendum sit. An his in pñtia pretermissis/ad aliam quãdã legũ quæstionẽ iam trãseũdum. ME. Ignoras forsan atheniẽsis hospes domũ nostrã cõmunem ciuitatis uestræ hospitem eẽ? Atqui forte oĩbus etiam pueris accidit/ut cum audiũt maiores suos ciuitatis alicuius hospites fuisse/beneuolentia quædã erga illam quasi secundam patriam confestim a teneris usq; annis eorum animas illabat. Quod quidem mihi quoq; contigit. Audiebam equidem a pueritia lacedæmonia quotiens aliquid uel succenserent atheniẽsibus uel laudi darent/ita dicere/uestra megille urbis nobis id mali intulit aut boni. Atq; hæc audiẽs/pugnabam aduersus eos qui uos uituperabãt/magna erga uos affectus beneuolentia. Ac mihi quidem nunc uestra uox ualde iocunda est. Quodq; uulgo fertur/probos atheniẽses/præcipue ꝓbos eẽ/uere prorsus mihi dictũ uidetur. Soli enim suapte natura diuina quadã sorte/nõ coacti neq; ficti/sed uere probi sunt. Quare mea quidẽ causa libere/quotcunq; uelis enarrato. CLI. Si me quoq; audies hospes quæcunq; in mẽtẽ tibi ueniant/summa fiducia proferes. Fortasse namq; audisti Epimenidẽ uirũ fuisse diuinũ. Qui ex familia nostra fuit: ac decem annis ante persicũ bellũ dei oraculo monitus ad uos peruenit/& sacrificia quædam dei oraculo edita fecit: atheniẽsibusq; persicã formidãtibus classem prædixit/decennio persas nequaq̃ uenturos. Sed & postq̃ uenerint infecta re discursos/pluraq; ꝑpessos mala q̃ fecerint. Tunc quidã maiores nostri uestros hospitali affectu cõplexi sunt: & ex illo tempore parentes nostri egoq; uobis beneuoli sumus. ATHE. Parati ergo uos quidẽ estis audire ut uidemini. Ego aũt ad dicendũ uoluntate promptus sum potius q̃ facultate paratus. Conabor tñ ut potero. primũ uero quo ad hũc sermonẽ quid disciplina sit quãq; uim habeat/definiamus. per hanc enim eundũ est disputatiõi nobis in pñtia institutæ/quousq; ad deũ ipm ꝑueniãt. CLI. Ita certe faciẽdũ est/si tibi placet. ATHE. Dum ego quid disciplina sit dico considerate nunquid mea uobis sententia placeat. CLI. Dicas. ATHE. Assero equidem eos qui ꝓstantes uiri in aliquo euasuri sunt/ab ineũte statim pueritia oportere idipsum tam ludendo q̃ studendo in singulis id conuenientibus meditari. Nempe siquis peritus agricola aut ędificator futurus est/ludentem oportet a prima ętate uel colere terram/uel puerilles quasdam domos ędifficare. Atq; eum qui educat utrumq; utriq; instrumenta quædam parua/uerorum insteumentorum imagines preparare. Ex doctrinis quoq; eas perdiscere debẽt/ quæ ad rem suam faciunt. Quippe futurus faber mensurare ac regula uti: Eques futurus equitare ludẽdo aut aliquid huiusmodi facere. In oĩbus enim ludendo conari debemus ut eo uoluptates & cupiditates puerorum uertamus/quo eos tandẽ peruenire desideramus. Caput aũt disciplinæ rectã educationẽ dicimus: quæ ludentis aĩum in amorem præcipue illius perducit: quod in uirili ętate perfecte comparata uirtute operis est acturus. Sed considerate nunc ut dicebã si quæ dicta sunt hactenus uobis probantur. CLI. Quid prohibet? ATHE. Neq; tñ indeterminatũ relinqui debet qd potissimum disciplinã esse dicamus. Cũ enim uituperamus aut laudamus singulorũ educationes/dicere solemus disciplina ĩstructum hũc eẽ/illũ disciplinę exptem/q̃uis cauponariã & nauigãdi artẽ cæteraq; huiusmodi optime calleat. Quippe nõ hãc disciplinã putamus/sed eam quæ a peritia desiderari amariq; uirtutẽ facit & quidẽ illã qua perfectus quispiã ciuis effectus/iure imperare sciat/atq; parere/hanc educationẽ hic sermo solam disciplinam appellandam eẽ determinat. Illam uero quæ ad colligendã pecuniam/uel ad corporis robur augendum uel ad peritiam quandã aliã absq; mẽte & iustitia conquirẽdam tendit/mechanicã atq; illiberalẽ/& disciplinæ appellatione ducit indignam. Sed nos de uerbo quidẽ nõ cõtẽdamus. Hoc aũt nuꝑ assertũ/inter nos cõueniat qđ q rectã nacti sunt disciplinã oẽs ferme ꝓbi euadũt: qui cõtra/ĩprobi. Quare nulla ĩ re disciplina negligẽda est quæ ꝓclarissimarũ rerũ prima ꝓstãtibus hoĩbus adest. Et si quis in re aliqua excidit/potestq; corrigi/seipm emẽdet: Idq; ꝑ totã uitã ꝓ uiribus faciat. CLI. Recte loq̃ris. Iccirco quæ dicis concedẽda sunt. ATHE. Atqui olim iã concessimus/bonos esse illos qui sibimet imꝑare pñt/malos aũt qui nequeunt. CLI. Scite admodũ. ATHE. Resumamus igit id ipm ut clarius innotescat/qđ dicim⁹. Ac uos per imaginem id ut liqueat accipiatis: siquo modo possim rem uobis hanc aperire. CLI. Dic iam. ATHE. Nonne quẽlibet nostrum unum putamus? CLI. Vnum. ATHE. Hũc uidelicet

In se

in se cōsiliarios duos/cōtrarios atq; amentes: quos uoluptatē ac dolorē appellamus. CLI. Et hoc. ATHE. Ad hos futuroꝝ opiniōes accedūt: qbus cōe nomē spes ē: ppriē uero q̄ an dolorem spes est timor: quæ ante cōtrariū/cōfidentia. Ad hæc oīa rōnis iudicium/dictas quid istoꝝ melius sit/qd peius. Hoc si cōmune decretū ciuitatis efficit/lex nominat. CLI. Vix ego te sequor. Dic tñ quæ restant/perinde ac si sequerer. ME. Idē mihi quoq; accidit. ATHE. Sic aūt de his cogitemus: ut miraculum quoddam diuinū in aīantiū genere unū quenq; nostrū existimemus/siue ludo seu studio quodam nō enim id nouimus a superis cōstitutū. Illud aūt nō ignoramus/quod hi affectus in nobis q̄si nerui aut funes ingenīti trahunt nos/cōtraq; inuicē retrahūt ad cōtrarias actiōes. Vbi uirtus: & uitium discreta uersant. Ratio enim tractionē unā sequēdam semper neq; unq̄ relinquēdā/sed ad illā cęteros quoq; neruos retrahēdos aperte dictat. Eamq; iudicii rōalis esse perductionē aureā atq; sacram: quę ciuitatis lex cōmunis uocat. Et cæteras qdē duras ac ferreas esse: hāc mollē/ quod aurea sit: & uniformem p̄terea/cęteras multiformes. Oportere itaq; pulcherrimā legis ductionē seq semper: eiq; fauere. Nā cum rōnis iudicium honesta res sit: & mitis quidē potius q̄ uiolenta / ministris ductionē ipsius egere: ut aureū in nobis genus alia genera superet. Et sic illis fabula: qua mira res homo esse narratur uirtute seruabit: & qua rōne superior quis: & inferior quodāmodo seipso dicat planius cognoscetur. Et quod oporteat priuatū quenq; uera in seipso de his tractibus rōne pcepta ad eam uitam suā dirigere. Ciuitatē uero/uel a deorum aliquo/uel ab hoc ipso: qui hæc cognouit: rōne accepta eā habere p lege: ad eiusq; normā officia sua secū: & cū aliis ciuitatibus īstituere. Atq; ita uirtus: & uitium clarius nobis distincta patebūt: qbus plane pceptis/& disciplina: & reliqua studia magis forsan clarescent. Consuetudo præterea/quæ in uino habetur de qua lōgiorem habere sermonē/uile fortassis putabit. CLI. Forte uero nō uidebitur plixa oratiōne indigna. ATHE. Probe loqueris. Quare dicamus quid in ea sit dignum. CLI. Prosequere iam. ATHE. Si miræ huic rei ebrietatē afferamus/qualē ipsam reddemus. CLI. Ad quid modo istud rogitas? ATHE. Nondum dico ad quid. Sed si mira hæc res uino se misceat qualis reddit. Verum apertius etiā quod uolo dicere conabor. Tale quiddā interrogo. An uini usus/uoluptates/dolores/iras/amores/ uehemētius concitet? CLI. Maxime quidem. ATHE. Vtrum etiam sensus memoriam opininionem intelligentiam similiter uehementiora efficiat? An prorsus extinguat/siquis ebrietate fuerit occupatus. CLI. Omnino certe exstinguit. ATHE. Ad eum igitur animi habitum redit/quem puer primis ab ānis habebat. CLI. Profecto. ATHE. Quare minime tunc sui ipsius cōpos erit? CLI. Minime. ATHE. Erit itaq; pessimus? CLI. Valde. ATHE. Non solum igit senex. ut uidetur bis erit puer: sed ipse etiā temulentus. CLI. Optime id hospes est dictum. ATHE. Poterit ne ratio nobis aliqua suadere hanc rem aliquo pacto gustandam esse: neq; esse totis uiribus fugiendam? CLI. Poterit forsitan: ut tu ais & modo paratum te dicere ostendebas. ATHE. Optime meministi. Nempe & nunc paratus sum quandoquidem utriq; libenter auditores uos promisistis. CLI. Quidni audiamus: & si nō ob aliud tamen quia mirum absurdūq; uidet si oportebit quandoq; hoīem sponte seipsum in oēm prauitatem īmittere. ATHE. Animi ne dicis. CLI. Animi. ATHE. Nunqd aūt mirabimur o amice: siqs ī corporis prauitatē/maciē dico deformitatē imbecilitatē sponte deueniat? CLI. Quidni? ATHE. An igit putamus eos qui ultro medicorū pharmaca accipiunt/ignorare se paulopost ita corpus p aliquot dies affectum habituros/ut si affectum similiter perpetuo sint habituri uiuere nolit. An etiā ignoramus eos qui gymnasia: & labores subeūt/imbeciles lassitudine confestim fieri? CLI. Hæc oīa nouimus. ATHE. Atqui & istud: quod cuncti futuræ utilitatis gratia ad hęc ultro pficiscunt. CLI. Præclare. ATHE. Nōne eodē modo de cęteris rebus existimandū? CLI. Eodē prsus. ATHE. Nō aliter quoq; de compotatiōe uini est cogitandū: si datur hoc in istis recte considerari. CLI. Sic certe. ATHE. Si utilitatē aliquā habere pspicieť nihilo inferiorem q̄ quæ in corporali exercitationem inest bene quidē/principio tamen in hoc exercitationem corporis superat/quod hæc dolorem habeat/illa non habeat. CLI. Recte id quidem. Sed mirarer equidem: siquid tale in eo possemus percipere. ATHE. Hoc ipsum iam explanare conandū. Quare mihi dicas; An duas timoris species/ inuicem pene contrarias possumus cogitare? CLI. Quas dicis? ATHE. Has inq̄. Timemus profecto mala: cum futura expectamus. CLI. Timemus. ATHE. Metuimus quoq; sępenumero existimationem: cum formidamus ne dicendo aut faciendo aliquid minus honestum/ mali uideamur. Quem quidem timorem nos/immo omnes ut arbitror/pudorem appellamus. CLI. Cui dubium ATHE. Hos equidem timores duos dicebam: quorum alter contrarius quidem est doloribus cęterisq; timoribus/contrarius est: & plurimis ingentibusq; uoluptatibus. CLI. Recte admodum. ATHE. Nonne igitur: & legis lator: & quiuis alius qui prodesse hominibus quoquo modo possit hunc timorem maximo honore colat: uocetq; pudorem? confidentiam uero huius contrariam impudentiam nominet: ac maximum priuatim: & publice malum hominibus arbitretur? CLI. Recte dictum. ATHENIEN. Is utiq; timor: & in aliis multis ingentibusq; nos maxime seruat: & ī bello / si unum uni comparetur: hic certe maxime omnium uictoriam nobis salutem largitur. Duo

Homo in animantiū genere ut miraculum.

Ratio ad unū intendit.

perductio aurea & sacra.

De re ad hanc ebrietatē ptinēte ac similibus rebus cōtemnentibus utilis ē oratio nec habēda:

Nocumenta a uino.

Temulētus ēt bis puer.

enim sunt quæ uictoriam pariunt. Aduersus hostes quidem audacia: aduersus amicos autem tur-
pis infamiæ timor? CLI. Est ita. ATHENI. Intrepidum itaq; unumquemq; nostrũ: & timidũ fieri
oportet. Quãobrem uero ita utrũq; oporteat: iã distinximus. CLI. Oĩno. ATHE. Atqui quotiens
intrepidũ aliquem reddere uolumus/in multarũ terrorem formidinũ lege impulsiũ/talẽ efficim⁹.
CLI. Ita uidemur. ATHE. Cũ uero pertimescentia recto iudicio aliquẽ efficere uolumus eũ profe
cto debemus rebus ad impudentiã declinãtibus tentare exercẽtes/ipm in pugna cõtra uoluptates
suas aut institutũ anteactę uitę: & ad uictoriã cohortantes: atq; ita uincẽtem perfectum ad fortitu/
dinem reddere? Qui uero nec periculũ sui fecerit ullũ/neq; in his certaminibus exercitatus fuerit:
nec mediam qdẽ suarũ uitium partẽ ad uirtutẽ habebit. Temperatus aũt quomodo erit perfecte/
nisi uoluptatibus: atq; cupiditatibus plurimis ad impudentia: & iniuriã compellentibus fortiter re
pugnauerint/ac rõne opereq;: & arte tã iocosis q̃ seriis ĩ rebus deuicerit? An temperãs erit inq̃ qui
nihil huiusmodi sit perpessus? CLI. Haud quaq̃ uerisimile est. ATHE. Sed dic oro aliquod ne ad in
ducendũ timorẽ pharmacũ aliqs deus dedit hoĩbus? ut quanto plus ex eo quispiã bibat/tãto ex qli-
bet potione infelicicorẽ se fieri putet cũ oĩa tam pñtia q̃ futura sibi metuat: atq; ad oẽm formidinẽ
etiam si fortissimus oĩum sit/tandẽ deueniat? cũq; dormierit: & a potione huiusmodi liberatus fue
rit/rursus sibi idẽ quotidie accidat. CLI. Et quã o amice huiusmodi potionẽ ĩ hoĩum uita fuisse unq̃
dicemus? ATHE. Nullã utiq;. Tñ si reperiref hæc potio/esset ne fortitudinẽ cõditori legũ idonea:
ut tale qd de ipsa dicere ad latorẽ legis possemus. Age primũ dic legũ cõditor/siue cretẽsibus siue
quibuscũq; aliis leges conscribis. Vtrũ uelles de ciuibus tuis posse fortitudinis: & ignauię periculũ
facere? CLI. Velle se pfecto quilibet rñderet. ATHE. Deinde utrũ id tuto: neq; magno imminẽte
periculo/an contra. CLI. Tuto scilicet atq; secure qlibet cõfitebitur. ATHE. Num igif potiõe hac
uteris ita eos ad terrores cõpellens/& in ipsis pturbationibus arguẽs: monitu tuo ac iussu/ ut ciues
tuos imperteritos facias: alios honorãs: alios aũt uituperans si tuis monitis non paruerint. Atq; eos
qui strenue exercendo se gesserint impunes relinquas: at eos q contra dãno afficias? An nullo mõ
uteris: q̃uis nihil habeas in eo aliud quod accuses? CLI. Cur nõ utaf hospes? ATHE. Exercitatio q/
dem o amice præter cõsuetas miræ facilitatis est/qua unus: & pauci pñt & quotcũq; uolueris exer-
ceri. Ac siue quis in deserto solus pudorem plurimifaciens/quod antea q̃ fortior sit uideri ab aliis
nolit/ita aduersus formidinẽ se exerceat/potione hac sola præ multis rebus aliis præparata/ probe
aliquid profecto efficiet/seu quis cõfidẽs natura se: & usu satis instructũ/non formidet cum multis
cõpotatoribus exercitatus/potentiãq; in necessaria differentia potionis ostẽdere/usq; adeo preua-
lens: & exsuperans/ut in nulla re magna per impudẽtiam erret: & pp uirtutẽ e suo statu nõ moueaf:
ac iuxta ultimam potionem añ ebrietatẽ discedat apprime cauens meri in oẽs hoĩes uiolẽtiã. CLI.
Certe & hic o hospes ita se gerẽs/moderatus euadet. ATHE. Rursus ad cõditorem legũ ita dica-
mus. O legis conditor. Neq; deus tale/adhuc hoĩbus timoris dedit pharmacum: neq; ipsi excogi-
Gradus ebrietatis. tauimus. Ipsos nãq; ueneficos in cõuiuio nequaq̃ dico. Cõfidendi aũt ualde: & intrepide præter q̃
oportet audendi in quibuscũq;/utrum est potio quædam an nulla? CLI. Vinum esse dicet. ATHE.
Porro contra id facit q̃ ea potio de qua modo facta est mentio. Nam cũ biberit qs/ primo alacrior
fit q̃ prius erat: deinde quo plus biberit/eo maiore: & meliore spe atq; insuper potentia ꝓ sua opi-
nione replef. Tandem quasi sapiens ea homo confidentia/libertate audaciaq; replef/ut intrepide/
& dicat: & faciat qcqd placet. CLI. Arbitror equidẽ oẽs id cõcessuros. ME. Certe oẽs. ATHE. Re
cordemur itaq; nunc duo quædã esse quę in nostris aĩs curãda superius diximus. Alterum ut maxi
me cõfidamus. Alterum ut maxime formidemus. CLI. De pudore dicta hęc existimam⁹. ATHE.
Recte tenetis. Sed qm̃ fortitudinẽ imperteritiq; animi habitũ ĩ timoribus præmeditari oportet: cõ
siderandũ nunqd cõtrariũ in cõtrariis pręmeditari cõueniat? CLI. Cõsequens id est. ATHE. In iis
igif quę perpessi cõfitẽtes audacesq; maxime fieri natura solemus: cogitãdũ uidef ut quã minime ĩ
pudẽtes & audaces simus: sed cõtra formidolosi ad dicendũ aut patiendũ aut agẽdũ quicq̃ turpe.
CLI. Ita uidetur. ATHE. None hęc ita sunt/in quibus tales sumus. Ira. amor. petulantia. inscitia.
auaritia. secordia. & ad hec illa. diuitię. forma. uires? & quecunq; uoluptatis ebrietate quadam ho-
mines amentes faciunt? Ad horum hominum facile; & innocuum periculum faciendum inducẽ
damq; exercitationem nullam habemus uoluptatem cõmodiorem ea quę in uini ludo mores exa-
minat: si modo prudens quędam cautio adhibeatur: Cõsideramus autem utrum difficilis & agre-
stis animi unde plurimę perpetrantur iniurię / in ipsis cõmerciis summo cum rerum discrimine/
an potius dionisii spectaculo faciendum periculum sit: An uero animi ad uenerea proni affectũ cõ
siderare ita debemus ut summo cũ piculo cõiũctissimos sibi/filias uidelicet ac filios cõmittam⁹ p/
multa ĩsup afferre qs poterit/neq; uerbis cõsequef/q̃tũ pstet cũ ioco simpliciter/sine dãno hominũ
mores exqref. Qua de re neq; Cretẽses/neq; alios hoĩum ullos dubitaturos unq̃ putam⁹ q ĩ hmõi
morũ examĩatio cõueniẽs sit: ac pcęteris facilis: tuta breuis. CLI. Verũ id qdẽ. ATHE. Hoc igitur
utilissimũ quiddam erit/naturas; & habitus animorum arte illa cognoscere qua ista curanda sunt.

Est autem

Est autem hoc/ut arbitror ciuilis facultatis officium. An non? CLI. Sic est omnino.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM .II. DE LEGIBVS.

P Lato noster mirifica in genus hoium charitate:nihil in disputationibus suis intentatū relinquit quod ad humanam salutem quauis rõe cōducere uideaẽ. Atq; dum id studiose cõtendit/mauult uel prolixi nimium:uel etiam curiosissimi crimẽ subire q̃ negligentis. Ergo exquisitam in secũdo etiam libro ętatis tenere prosequiẽ disciplinam. Aĩaduertens enim pueros ferme:ut bestias quasi nihil pensi habere. Sed & quocũq; uoluptas trahit prorũpere:& undecũq; retrahit dolor:protinus aufugere: non iniuria priusq̃ male/uel prosequendi/uel fugiendi procliuitas ĩ habitũ inolescat:aurigã pueritiæ ęquis imponit:uoluptatis:uidelicet:& doloris habenas manu tenẽtem. Quẽ quidẽ aurigam noĩat disciplinam:uirtutem scilicet quæ primo pueris aduenit qua uoluptas:& amor :dolorq;: & odium p alienam rõnem recte in aĩos influũt anteq̃ rõne propria moueanẽ:rõne deinde pñte proprie insuper rõni cõsentiant: ꝓpter superiorẽ bonorũ morũ cõsuetudinem. Hãc ipsam cõsensionẽ: uniuersam uult esse uirtutẽ. Ipsam uero decentẽ circa uoluptates:& dolores assuetudinẽ/per quam ab initio usq; ad extemũ uitæ hoĩes oderint quæ odisse oportet/& ament quæ amando sunt/q̃ diu sub alterius regiẽ rõe/noĩat disciplinã. Deinde uero/cũ rõni ꝓpriæ iã expergefactæ cõsentit:noĩe uirtutis appellat. Eiusmodi uero uitæ moralis fundamẽtũ maximi esse momẽti/uel Aristoteles ipse in ethicis magnopere cõprobat. Cũ uero inquieta sit puerorũ natura oblectamentorũq; per oĩa cupida:& icirco seuerã nõ suscipiat disciplinã:merito sub honesta musicæ illius cõmunissimæ uoluptate uirtutis uestigia pferente iubet pueros educari. Immo uero:& seniores interdũ:qbus ad laboriosę uitæ solamẽ oblectamẽta quędã honesta sunt adhibẽda:hanc utiq; ob cãm inquit deos laboriosam uitã hominum miseratos/haud ab re in laborũ remissionem solẽnia illis sacra festaq; instituisse. Musas quinetiam:& Apollinẽ & Bacchum ad hæc cõcelebranda duces adhibuisse qui morũ lasciuiã emẽdarent:& natutam auidam motionis p musicã motionũ rõnem moderarentur/honesteq; delectarent. Hæc autem uerba nõ solũ musicę usum laudãt diuinitus cõmendatũ atq; cõcessum. Verũetiã allegorice docent hoĩem multis de causis brutis fore miseriorẽ:nisi diuina ꝓuidentia atq; cognatione diuinũ cultũ religioneq; susceperit. In qua quidẽ musę diuinã significant ueritatis inuẽtionẽ religiosis a deo cõcessam. Apollo aũt inuentionis eius gratã expressionẽ atq; uaticiniũ. Bacchus deniq;/tum mẽtis abstractionẽ/tũ opera religiosorũ hoĩum admirãda. Aĩaduerte harmonicã rõnem nobis præcipue a diuina prouidentia esse tributã/per quã oẽs inquietæ naturæ motus q suapte natura inconcinni forẽt/cõcinnaremus. Sed a musis quidẽ habemus motionis animi cõsonantiã ab appolline præterea cõcentum in sermonis cantusq; motu:a baccho deniq; festinã in motu mẽbrorum cõcinnitatẽ. Dum uero de hac p musicam disciplina:& ad pueros oĩno/ & ad seniores etiam ptinente diligentissime disputat eadẽ quæ:& in re.p. posuit repetit instituta/per quę poetis/ musicis/pictoribus/nunq̃ licentia concedaẽ/quodcunq; uoluerint imitandi:sed honesta dũtaxat: & grauia pro salute spectantiũ:& audientiũ imitenẽ. Imitationis aũt iudices esse uult peritos hoĩes: atq; grauissimos. Iubetq; ut p honestã imitationẽ quotidie frequẽtatã adolescẽtes assuefiant in ludis oĩbus pariter atq; studiis semp rebus eisdẽ qbus:& leges senioresq; gaudere atq; dolere. Quã qdem assuefactionẽ totũ uirtutis fundamẽtũ iudicat cõtinere. Inter hæc nõnulla memoriæ cõmẽdato ad pcepta morũ plurimũ cõducẽtia. Iniustus etiã si cũcta quæ inter hoĩes habenẽ bona/possideat/ẽ infelix/& q̃diu ita uiuit pstare ei dicendũ est mori q̃ uiuere. Itẽ qcunq; honestũ/utile/ iocundũ/ inuicẽ loquẽdo discreuerit nõ est audiendus. Et q̃uis honesta iustaq; uita possit interdũ uideri laboriosa: nunq̃ tñ id pueris est dicẽdum. Immo uero iustissimã uitã fore oĩum iocũdissimã. Quod tandẽ fore necessarium Plato asserit. Quãuis forte iis qbus cũ disputat aliter uideaẽ. Idq; tacere iubet. Veritas tñ pulchrũ qddã est:& stabile. Descẽdit post hæc ad uini usum:quẽ uult a iuuenibus añ annũ ętatis decimũ:& octauũ penitus ignorari. Alioquin in ignẽ inquit ad ignẽ tam in aĩam/ q̃ ĩ corpus infundi:post hanc ętatem uinum moderate bibi permittit. Post quadragesimum uero annum in conuiuiis inter deorum hymnos concedit uinum liberius bibere: quasi remedium aduersus duritiam senectutis:p quod reiuuenescere uideamur:& mestitiæ nos obliuio capiat:ipsaq; affectio animi/sicuti ferrum in igne ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat. Quo effici uult: ut seniores qui alioquin cantare nollent/facti hilariores in conuiuiis ad iuniorum aures cãtare uelint: atq; una eorum animis/ut ita dixerim/incantare. Qua quidem incantatione per melodiam grauiter concinnantem iuniorum animi temperentur. In his legendis notabis gratiam ipsam ĩ rebus quidem pulchritudinem:in cognitione uero uoluptatem cognominari. Notabis nullum animal præter hominem rhytmi:& harmoniæ sensum habere. Atq; rhythmum esse ordinem ĩ tempore atq; motu. Harmoniam uero esse ordinem in ipsa uocũ per acutũ:& graue cõtemperantia. Qđ sępe harmoniã dicimus concentũ latine ꝓprie dicimus. Qđ aũt rhythmũ/cõmode numerum dicere pos

sumus:modo intelligas numerũ in tẽpore atq; motu. Notabis qua in re uini cõsistat utilitas:& qua cautione sit bibedũ: pñtibus uidelicet cõuiuio cõditoribus legũ siue custodibus sobriis qdẽ/& mores bibẽtiũ obseruãtibus;corrigẽtibusq;:& tũc oportune qñ p uinũ molliores facti fuerint/ reformãtibus/cõcludit deniq; si eiusmodi cautionibus ciues in cõuiuiis utant mero/ tãq̃ ad ea quæ dicta sunt utile cõcedendũ. Vsum uero eius ad suã cuiusq; libidinẽ a ciuibus suis ꝓcul arcendũ. Quippe cũ sacras Palladis arces/quæ ante oĩa colendę sunt impudentissime pulset.

¶DIALOGVS .II. DE LEGIBVS VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

d Einceps aũt de his cõsiderãdũ est utrũ id solũ bonũ habeãt/ut pspiciamus/ quomodo naturę nostræ se habent:an magna etiã utilitas multo studio digna in uini compotatiõe/si recte regit/insit:qd igit dicimus. In est utiq;:ut sermo significare uidet. Vbi aũt:& quomodo /attente obsecro audiamus ne ab eo prepediamur. CLI. Dic igitur. ATHE. Repetere itaq; memoria cupio qd esse rectã dicimus disciplinam. Huius enim/ut in pñtia coniicio:est in hoc officio qñ recte institutũ est salus. CLI. Magnum dicis. ATHE. Primũ profecto puerorũ:sensum esse dico uoluptatis atq; doloris:atq; hæc duo esse ĩ quibus primũ uirtus:& uitiũ aĩo innascunt. Sicui aũt prudẽtia:& uera opinio:ac stabilis/uel in senectute affuerint/felix est perfectus porro uir est:qui hæc:& quæ in his sunt oĩa possidet bona :disciplinã appello uirtutẽ quæ primo pueris aduenit si uoluptas:& amor dolorq;:& odium recte in aĩos influant/anteq̃ rõne moueant/& rõne deinde pñte/rõni cõsentiant pp superiorẽ bonorũ morũ cõsuetudinem/hæc ipsa cõsensio uniuersa quidẽ uirtus est. Ipsam uero decentẽ circa uoluptates:& dolores assuetudinẽ/per quam ab initio usq; ad extremũ uitę hoĩes oderint quę odisse oportet/& amẽt quę amanda sunt/si per seipsam seorsum rõne cõsideratã disciplinam uocaueris recte:ut ego arbitror: appellabis. CLI. Etenim quæ antea hospes:& quæ nũc de disciplina disseruisti/probe dicta uident. ATHE. Bene igit est. Huiusmodi uero uoluptatũ atq; dolorũ rectã educationẽ quæ disciplina dicitur/transgrediunt hoĩes in uita:ac sæpe peruertunt. Dii aũt genus hoĩum laboribus natura pressum miserati/remissiones laborũ ipsis statuerũt:solemnia uidelicet festa uicissim in ipsorũ deorum honorẽ instituta prebẽtes. Musas quinetiam:& Apollinẽ musarũ ducẽ:& Baochũ cõcelebratores: deorũq; cõsilio emẽdatores inter solẽnia morũ adhibuere. Cõsiderãdũ igit utrũ hic sermo ꝫm naturã nobis ac uerus est qui dicit:tenerioris ętatis oẽs:ut uno uerbo cõplectar nõ posse nec corpore nec uoce qescere:sed moueri semp:& loqui uelle:alios exultantes:ac gestiẽtes:& ueluti cũ uoluptate saltantes ludentesq;/alios uariis uocibus cõclamãtes. Ac cætera quidẽ aĩalia ordinẽ ordinisue defectum:q sane ordo in motibus ĩspicit:& rhythmus harmoniaq; uocat/nequaq̃ aduertere. Nobis aũt ab his diis quos cõcelebratores datos esse nobis diximus/rhythmi:& harmoniæ participẽ sensum esse tributũ:eosq; mouere nos cũ uoluptate:chorisq; nobis ducere cãtibus:& saltationibꝰ nos inuicẽ copulãtes:quẽ qdẽ chorũ a chara:idest lætitia noĩauerint. Primũ uero cõsiderãdũ/num concedamus/disciplinã/primã p musas:& Apollinẽ esse. An quomodo? CLI. Ita prsus. ATHE. Disciplinę igit expers dicẽdus est/q nunq̃ chorea usus est. Disciplinæ uero compos cõtra/q satis id fecit? CLI. Sic ponimus. ATHE. Chorea uero oĩs tripudiũ simul est:& cõcetus. CLI. Necesse ẽ. ATHE. Quisq; ergo bñ disciplina ĩstructus est:& saltare:& cantare bñ põt. CLI. Videt. ATHE. Sed uideamus qd est quod modo diximus. CLI. Quid istud? ATHE. Cũ bñ cantare:& bñ saltare quẽpiã dicimꝰ/utrũ etiã bona cantare:& bona saltare/addẽdũ est an nõ? CLI. Addẽdũ. ATHE. Quid porro? Siquis honesta/ut sunt:ita honesta eẽ arbitrat:& turpia similiter turpia/atq; ita his utit/melius choream musicamq; tenebit q̃ ille qui corpore atq; uoce quod honestũ putat sufficiẽter exequi passim ualet/nec honestis tñ gaudet/nec odit turpia:an ille qui q̃uis uoce corporeq; nõ põt/ut decet assequi/uoluptate tñ:& dolore assequit/ut bonis qdem gaudeat/praua aũt oderit? CLI. Magnũ uero disciplinæ discrimẽ o hospes narras. ATHE. Si ergo cantus tripudiis bonũ nos tres nõ ignoramus/cognoscimus utiq;:& qui disciplina recte potitus est/& qui cõtra. Sinaũt hoc ignoramus neq; siqua disciplinę cõseruatio est:& ubi est/scire unq̃ poterimus. Nõne ita? CLI. Ita prsus. ATHE. Deinceps igitur sicuti canes per uestigia decentem figurã/melodiã/cantũ:& saltationẽ inuestigemus. Nam si ista nos fugiant/frustra de recta disciplina siue gręca seu barbara disputabimus. CLI. Sic arbitror. ATHE. Quam igitur figuram:& melodiam bonam uocare decet. Num fortis animi:& timidi similes figurę uocesq; in eiusdem equisq; laboribus sunt? CLI. Quomodo similes/quando neq; colores? ATHE. Scite o amice:sed in musica:& figuræ sunt:& concentus/cum circa rhythmum: & harmoniam uersetur. Quare boni rhythmi harmonięq; figuram:& cantum licet dicere : boni autem coloris non possumus recte dicere:perinde imaginantes/ut magistri choreæ solent. Ignaui autem: & fortis uiri figura quædam est:& cantus:atq; hæc recte in uiris fortibus honesta:in ignauis turpia nominantur. Sed ne in his longior sim / omnes simpliciter uirtuti animi/uel corporis/aut uirtutis

Primus sensus puerorũ ẽ uoluptas & dolor q̃ disciplina.

Quę uerbis.

Oĩs tenere ętatis nõ posse quiescere.

In nobis non in cęteris aĩalibus eẽ sensũ Rhythmi & harmoniæ Qui Rhythmꝰ & harmonia. chorus a chara.

Quæ chorea.

imagini adherentes figuræ atq; concentus/honesti.cõtrarii uero turpes.CLI.Recte tu quidẽ: atq; ista sic se habere in pñtia iudicamus.ATHE.Præterea & hoc aĩaduertamus utrum oẽs oibus choreis similiter delectemur.An multũ interest?CLI.Multũ oĩno.ATHE.Quid igitur esse dicemus/ quod in errorem nos impulit? Vtrũ non eadẽ sunt honesta bonaq; nobis oibus. An ipsa qdẽ eadẽ sunt:non tñ eadẽ esse uident. Neq; uero dicere quisq̃ audebit uitiosam choreã/uirtutis participẽ/ meliorẽ esse.Neq; fatebit unq̃ aliquis se qdem figuris prauis lætari/alios aũt cõtraria quadã musa. Quãq̃ plæriq; prædicant rectã musicæ rõnẽ in ui quadã cõsistere quæ uoluptatẽ aĩs afferat. Quod neq; ferendũ est:neq; dicendũ oĩno:nephas enim/hæc autẽ potius erroris cã est.CLI.Quæ nam. ATHE.Quoniam in chorea uarioꝝ morum/uariarũq; rerum uariis in fortunis moribusq; gestarum imitationes fiunt/qbus illa quæ dicunt/aut decantant/aut sub specie saltationis exprimuntur/ uel natura uel consuetudine uel utrisq; pbant atq; aĩo eoꝝ cõueniũt/hos gaudere illis/laudareq; & honesta mancipare necesse est.Quibus aũt prĉter naturã uel morẽ uel consuetudinẽ aliquã/hi neq; gaudere ipsis pñt/neq; ea laudare.imo turpia appellare necesse.At uero qbus hæc natura recte cõtingunt/cõsuetudine aũt cõtra/uel consuetudine quidẽ recte/cõtra uero natura/isti laudes uoluptatibus cõtrarias pferunt.Singula.n.hoꝝ iocũda asserunt esse:sed & praua eẽ concedũt. Atq; iccirco corã aliis/quos mẽtis cõpotes putent uerent corpus eo pacto mouere/uerent quoq; ea cantare: honestaq; & studio digna asserere.Ipsi uero secum iis oibus delectantur.CLI. Verissima loqueris. ATHE.Nunqd dãnum aliquod infert illi/qui prauis figuris aut cantibus delectat? Vel utilitas eis qui uoluptates in cõtrariis capiunt?CLI.Verisimile id quidẽ.ATHE. Vtrũ uerisimile tm̃:an ẽt necessarium fit ita id se habere sicuti cũ quispiã cũ hoibus improbis conflictat neq; mores eoꝝ odit: sed delectat his potius & indulget. Et tñ ioci loco uituperat quasi per somnum ipse in se eoꝝ pcipiens prauitatẽ. Tunc quippe necesse est ut similis efficiat illis qbus gaudet:ẽt si laudare uereatur. Qua quidẽ re quid nã maius aut bonũ aut malũ ex omni necessitate accedere nobis existimemus? CLI.Nihil puto.ATHE.Nunqd arbitramur ubi leges bñ cõstitutæ sunt/aut & in posterũ ita erũt/ in disciplinis iocisq; musarũ/eã poeticis fore licentiã:ut quicqd poetã delectet uel rhythmo uel cantu/uel uerbo poetico/idẽ & docere ei liceat?& bñ institutoꝝ ciuiũ pueros adolescentesq; in choreis quacũq; contingit uel ad uirtutẽ uel ad uitiũ flectere?CLI.Præter rõnẽ id est.ME.Certe.ATHE. Id modo/ut breuiter dicã/ubiq; præterq̃ in Egypto agere licet.CLI. Quo aũt pacto id in Egypto hanc legẽ sancitũ esse dicis.ATHE.Mirum hoc qdem auditu est. Nã id olim ut mihi uidet/illi cognouerunt oportere quod nũc nos diximus/ut in ciuitate iuuenes bonis figuris & bonis cantibus assuescant.Quæ uero & qualia sint hmõi in sacris ab eis est institutũ.Ac prĉter illa neq; pictoribus neq; aliis figurarũ uel quorũcũq; artificioꝝ fabris noua ulla licebat inducere. Neq; ẽt excogitare alia præter patria.Neq; hodie licet aut i his aut in uniuersa musica.Itaq; si curiose rimeris/ iuenies ibi quæ iam decem annoꝝ milibus depicta uel aliter figurata fuerũt/quasi non adeo uetera sint ut ita dicã/nec pulchriora neq; turpiora his quæ hodie depingunt/eadẽ arte confecta.CLI.Mirabile auditu est quod dicis.ATHE.Immo ciuile nimiũ/maximeq; legum positioni cõueniens.Inuenies ibi alia quædã leuia.Sed hoc circa musicã uerũ est dignũ aĩaduersione: quod uidelicet poterat de rebus huiusmodi certa stabiliq; lege caueri atq; licebat adducere summa cũ fiducia cõcentus tales qui natura rectitudinẽ exhiberẽt.Quod qdẽ aut dei aut diuini alicuius uiri opus est. Quẽadmodum & ibi ferũt antiqssimos illos apud eos cõcẽtus.Isidis esse poemata.Quãobrẽ ut diceba/siquis quoquo modo istoꝝ possit rectitudinẽ intelligere/illũ oportet bona cũ spe hæc ad ordinẽ legẽq; reducere. Nam noua semper circa uoluptatẽ & dolorem appetitus ipsius affectio/ quæ quidẽ tentat ut noua semp musica uti quĉramus/haud magnam fortasse uim habet ad eas choreas uetustatis incusatione corrũpendas/quæ sunt sacris legibus institutæ. Nempe Egyptioꝝ choreas nequaq̃ tanto tpe corrũpere potuisse uidet:sed contra oĩno. CLI. Ita si res habet/ut ex tuis uerbis colligitur. ATHE.Dicamus igitur confidẽter/usum ludoꝝ musicæq; cũ chorea hoc pacto rectum esse. Lætamur quotiens feliciter uiuere nos opinamur: quotiensq; lætamur/rursus feliciter uiuere ducimus nõne ita?CLI.Ita prorsus.ATHE. Atq; etiam dũ ita lætamur/quiescere nõ ualemus.CLI.Est ut dicis.ATHE.Nonne igit iuuenes nostri choreas celebrare parati sunt? Nos aũt seniores in his spectandis decenter uersari putamus:dum eoꝝ ludis & celebritate gaudemus: qñquidem nos corporis leuitas dereliquit:quã desiderantes/certamina his imponimus qui q̃maxime queãt adiuuan te nos memoria reuocare.CLI.Vera narras.ATHE.An igitur frustra nimiũ illud a multis de celebratoribus dictũ esse putamus?quod eum sapientissimũ & uictoriæ cõpotem iudicare oporteat: qui nos lætari atq; gaudere q̃maxime faciat? Nam postq̃ ludere in istis permittit cõueniens esse uidet/ut eum qui q̃plurimos & q̃maxime ad gaudium puocet/præcipue honoremus: & ut modo dicebam uictorẽ eẽ dicamus. Recte ne id ita dicit?recteq; fieret si ita fieret?CLI.Forte.ATHE.Sed o beate ne adeo citã feramus sñiam/sed hoc ipsum in ptes distinguẽtes hoc modo consideremus. Siquis ad certamen plurimos cõcitet/nec gymnicũ/aut musicũ/aut ĉquestre determinet. Sed om-

Figuræ & cõcentus cũ uirtute: honesti: cõtrarii ueri turpes.

nibus ciuibus cõgregatis uoluptatis gratia certamen dũtaxat instituat premiaq; ei ꝓponat/ q spe-
ctatores maxime delectabit/iudicatusq; fuerit id optime oĩum effecisse/cũ nullus delectãdi modus
expressus sit: quid nã ex prę̨conio euenturũ putamus? CLI. Qua de re dicis? ATHE. Par est ut alius
sicut Homerus rhapsodiã ostendat. alius citharœdiã. Tragœdiã alius. Alius uero comœdiã. Neq;
deerit qui miraculo ostendẽdo uictoriam se opinet consecutũ. Cum tales/& alii generis eiusdem
certatores multi confluxerint/possumus ne dicere quis non iniuria uictor euadet. CLI. Absurdum
quid petis? Quis enim scite ad id rñdere poterit/priusq̃ ipse ibi pñs singulos certatores audiuerit?
ATHE. Vultis ne igit ut ipse ad absurdũ istud rñdeam? CLI. Quid ni? ATHE. Si pueri admodũ
parui sñiam dicãt/eum qui miracula ostentet/uicisse alios iudicabunt. An non? CLI. Quid obstat?
ATHE. Pueri uero masculi comœdum cæteris anteponent. Sed mulieres eruditę atq; adolescen
tuli & ferme oĩum multitudo/tragœdiam fortasse laudabunt. CLI. Fortassis ita cõtinget. ATHE.
Seniores autem nos iocũdissime rhapsodũ forsitan audiemus/qui Homericum aliquid Iliada uel
Odissea/aut aliquid Hesiodicũ bñ cecinerit: uictorẽq; oĩum predicabimus. Quis ergo iure uictor

Vsus ab ætate

sit declarandũ nonne restat? CLI. Sane. ATHE. Perspicuũ quidẽ est ut & mihi uidet & uos necessa
rio cõcedetis/eũ reuera esse uictorẽ qui uicisse a nostris ęqualibus iudicabitur. Vsus enim rerũ quẽ
ab ętate habemus/oĩum quidem ciuilium magnum quiddam ubiq; est & optimũ? CLI. Proculdu

Quæ musa iudicatur optima.

bio. ATHE. Concedo igit ipse hoc multis uoluptate musicã iudicandã: nõ tñ quoi ũuis hoĩum uo
luptate/sed illã ferme musam esse dico pulcherrimã: quæ optimos satisq; eruditos delectet: ꝑcipue
uero quæ uirũ uirtute & disciplina ꝑstantẽ. Quapp uirtute egere hoꝝ rerum iudices affirmamus.

Iudices opórtere esse prudentes & fortes.

Nã & prudẽtię eos & fortitudinis oportet esse participes. prudẽtię qdẽ. quia nõ debet uerus iudex
quæ determinanda iudicio sunt/ab alio discere: & quasi stupefactus tã clamore multoꝝ q̃ ignoran
tia sua ita ferre sñiam: fortitudinis aũt, quia nec ẽt si per seipsum intelligit/debet pp ignauiã & for-
midinẽ ex eodẽ ore quo iudicaturus deos inuocauit desidiose iniquũ iudiciũ ꝓmulgare. Non. n.
ut discipulus/sed ut magister spectatoꝝ sicut par est iudex sedet pro tribunali/ineptus spectantium
uoluptatibus aduersaturus. Licebat prisca græcaq; lege. quẽadmodũ nũc sicula & italica quæ mul-
titudini spectatoꝝ rem pmittẽs/& manibus tensis uictorẽ declarans/deprauauit qdẽ poetas ipsos:
qui ad iudicũ uulgariũ prauã uoluptatem cõponunt oĩa: ita ut ipsi spectatores poetas & seipsos eru
diant. Corrupit & ipsius spectaculi uoluptates. Nã cũ eos oporteat qui ĩtersunt meliora semp mo-
ribus suis audire/atq; ita meliorẽ cõsequi uoluptatẽ/nũc eis ex theatro contrariũ accidit. Quid igit
hæc ita dicta sibi uolũt? Aĩaduertite num hoc sit quod uolunt? CLI. Quid nã? ATHE. Ter iam aut
quater ad idẽ circũuoluta oratio mihi uidet disciplinã educationem esse pueroꝝ: quæ ad eã uiuen
di rõnẽ pducit quã lex rectam esse dictat: & uiri æquitate ꝑstantes senioresq; usu rerũ sicuti rectam
uere cõprobarunt. Vt igit pueroꝝ aĩus legẽ ita sequat: ut nõ cõtrariis sed iis qbus lex & senior do-
leat atq; gaudeat: ꝓbus legum conditor suadebit: & si opus fuerit coget poeticũ hoĩem honestis in
uerbis tẽperatoꝝ & fortiũ & oĩno bonoꝝ hoĩum gesta describere tam figuras eorũ in rhythmis q̃
accentus in harmoniis ut decet effingentẽ per eos cantus quas odas uocamus quæ reuera epodæ
.i. incãtationes circa aĩos sunt/de industria ad id cõpositæ ut hoĩum animi in dolẽdo & gaudẽdo le
gibus obsequant. Quia uero teneriores animi seria studia nõ suscipiũt/ioci & cãtus ista dicantur &
fiãt/idẽq; in his efficit/quod agere solẽt qui hoĩes corpore ægrotãtes curãt. hi nãq; alimẽta conue-
nientia qdẽ iocũdis cõdimẽtis illiniunt/noxia uero amaris inficiũt: ut asciscere altera/altera reiice
re cõsuescant. CLI. An igit in aliis ciuitatibus nũc hospes seruari hæc censes? Nam quãtũ ego scio
quæ tu præcipis/nusq̃ nisi apud nos & lacedæmonios fiunt. Noua enim semp & in saltationibus &
ĩ alia musica excogitant/nõ a legibus mutata/sed a uoluptatibus qbusdã uagis quæ nullo pacto aut
eædem sunt/aut eodẽ mõ pmanent/sed uariæ semp fiunt cõtra mores illos Egyptioꝝ quos narra-
sti. ATHE. Probe o clinia. Si aũt uisus sum tibi quæ mõ dicis quasi ubiq; nũc fiant supra dixisse. nõ
mirarer si minus clare quæ sentio exposuerim. Dixi eqdem quę i musica fieri uellem & ea tibi quasi
fiant dicere uisus sum. Vituperare enim rẽ insanabilẽ & errore longe ꝓuectã/ nullo mõ iocũdũ/in-
terdũ uero necessariũ est. Verũ postq̃ in his cõsentimus nõne quæso apud uos & apud istos hęc ma

Cinyras & midas ditissimi.

gis q̃ apud alios græcos fieri asseris? CLI. Cur non asseramus? ATHE. Si & apud cæteros silr fierẽt
nõne melius q̃ nũc agerent? CLI. Multo certe ꝑstãtius: si ita disposita eẽnt / quẽadmodũ apud istos
& apud nos: & ut pauloante tu ꝑcepisti. ATHE. Age uideamus nunqd hæc sint quę apud uos in oĩ

Quæ debent cantare poetę.

disciplina & musica ꝑdicant. Poetas carminibus dicere cogitis/bonũ uirũ quia tẽperatus iustusq;
sit/felicẽ essem atq; beatũ. siue magnus atq; robustus/siue paruus ac debilis. siue paup sit/seu diues.
Iniustũ aũt hoĩem ẽt si ditior sit q̃ Cinyras aut Midas/miserũ eẽ & in merore uitã ducere. Itaq; poe-

Quæ uulgo sunt dicta bona non bona esse.

ta nobis si recte loquat/inget. Nunq̃ ego de illo mẽtionẽ faciã neq; uirũ appellabo/qui non oĩa quę
bona dicunt cum iustitia possideat atq; disponat. Is igitur iustitia exhornatus / cominus pugnare
cum hostibus delectet. Iniustus aũt sanguinolẽtam cædẽ uidere nõ audeat/neq; currendo/thraicũ
queat Boream superare: nec ei qcq̃ eoꝝ quæ bona dicunt/unq̃ affuerit. Quę. n. uulgo appellantur
bona/

bona non recte bona dicunt. Aiunt nempe optimum esse sanitatem, ei primum bonum formam, uires tertium, quartum uero diuitias. Innumerabilia ferme caetera huiusmodi bona narrant. Nam & acute cernere atque audire aliisque sensibus integre uti/bona uidentur: & ad haec omnia posse tyrannica licentia/facere quaecunque cupias. Summamque totius beatitudinis esse ferunt si cum istorum omnium possessione fueris quam citissime immortalis. Ego autem ac uos una conuenimus iustis sanctisque uiris optimam esse istorum omnium possessionem. Iniustis autem omnium pessimam: ab ipsa sanitate incipientium. Sanum namque esse/& uidere atque audire ac omnia facile sentire & omnino uiuere uel immortalem/pessimum est si cum horum omnium possessione semper uixeris/expers iustitiae caeterarumque uirtutum. Minus autem malum/si quam breuissimo tempore sic affectus uitam finieri. Haec utique quae & ipse uestros inuitabitis & cogetis poetas dicere: proque his consentaneos numeros & concentus adolescentiam erudire. Num ipsi hoc animaduertistis? Ego enim assero quae uulgo mala dicuntur/iniustis bona esse iustis autem mala. Quae uero dicuntur bona/bonis quidem uere bona/malis autem mala. Conuenimus ne igitur adhuc an non? CLI. Partim quidem consentire uidemur/partim minime. ATHE. Forte uobis non persuadeo non esse beatum illum sed miserum, qui iniustus & contumeliosus est/etiam si sanitatem habeat & diuitias perpetuaque tyrannidem/inuictas praeterea corporis uires & animositatem/immortalitatemque possideat, nihilque ex his patiatur quae uulgo mala dicuntur. CLI. Vera loqueris. ATHE. Esto sed quid deinde dicendum? Et si uiribus pollet/formosusque est & diues/cunctaque per omnem uitam facit quae concupiscit/nonne nobis uidetur si iniustus contumeliosusque sit ex hoc duntaxat necessario turpiter uiuere? An turpiter quidem conceditis? CLI. Prorsus. ATHE. Quid autem nonne & male? CLI. Haud similiter istud. ATHE. Iniocunde uero atque incommode sibi non conceditis? CLI. Quo pacto haec concedemus? ATHE. Vtinam deus quispiam o amici consensum nobis animi tribuat, fere namque inter nos dissentimus. Mihi .n. ista magis necessaria uidentur esse o amice Clinia quam Cretam esse insulam. Ac si cretensibus ipse leges conderem/tam poetas quam caeteros omnes ciues sic loqui compellerem ac poenam pene omnium maximam intentarem/siquis ea in regione assereret esse aliquos quandoque homines prauos qui iocunde uiuant. Vel alia esse utilia & condecentia. Alias iustiora. Multaque eadem contra ea quae nunc a cretensibus & lacedaemoniis dici uidentur/immo uero a caeteris quoque hominibus/dicere ciuibus meis persuaderem. Agite igitur per Iouem atque Apollinem optimi uiri si hos ipsos deos qui leges nobis dederunt interrogemus sit ne iocundissima uita iustissima/an duae quaedam uitae sint altera iocundissima/iustissima altera/nobisque ita querentibus ipsi duas esse respondeant/ab eis forsan iterum percontabimur/si recte sciscitari uoluerimus/utros beatiores oporteat dicere iustissime/an iocundissime uiuentes. Ac si iocundissime uiuentes responderit turpis erit responsio. Vellem autem de patribus legumque latoribus uiris potius quam de diis tale aliquid esse dictum. Quare quae petii a patre legisque latore me petiisse existimetis. Responsumque mihi esse/beatissimum esse illum/qui iocundissime uiuat. Ego autem ita deinde opponam o pater nonne quam beatissime uolebas me uiuere? Certe. At nunquam cessabas iubere ut quam iustissime uiuerem. Quisquis autem haec una concedit siue legum lator siue pater: & absurde loquitur/& sibiipsi non constat. Quod si iustissimam uitam/beatissimam esse respondeat/quaeret ut arbitror: quicumque id audiet/quid nam ea in uita bonum & pulchrum tanquam uoluptate melius lex ipsa laudat? Quid .n. a uoluptate separatum/iusto boni adesse potest? Dic obsecro an laus & gloria tam apud homines quam apud deos bonum quidem est atque honestum? In iocundum autem. Infamia uero contra? Minime dicemus o legis lator. Sed iniuriam neque inferre neque pati/num iocundum quidem sit/bonum uero atque honestum. Caetera autem iocunda quidem/turpia uero & mala? Quo pacto id? Ratio igitur/quae neque iucundum a iusto/neque bonum separat ab honesto/probabilis est: & si non ad aliud/attamen ad hoc/ ut sancte ac iuste quis uiuere uelit: multum conducit. Quo circa legis latori turpissima & admodum contraria oratio est/si haec ita habere se neget. Nemo .n. sponte id aget cui non plus laetitiae quam doloris inest. Quod uero procul aspicitur, omnibus ut ita dicam uel ipsis pueris caliginosam affert uertiginem. Quare uertigine tenebrisque ablatis in contrarium legislator opiniones ciuium ducet. Et tum laudibus tum consuetudine/tum rationibus quodammodo ipsis persuadebit, tum iusta quam iniusta esse obumbrata. Atque iniusta quidem contra apparere quam iusta. Nempe iniusto ac prauo iocunda uideri, cui iusta uidentur iniocundissima. Iusto autem utraque contra omnino uideri. CLI. Sic apparet. ATHE. Reuera autem utram sententiam potiorem existimabimus? melioris ne an deterioris animi? CLI. Melioris necessario. ATHE. Necesse est igitur iniustam uitam non turpiorem solum ac peiorem iusta sancta uita esse/uerum etiam iniucundiorem. CLI. Ita certe ex hac ratione o amice uidetur. ATHE. Legis itaque lator ex quo exigua sit peruentura utilitas/etiam si non ita id se haberet ut modo diximus/non alienum tamen sua grauitate putaret ad iuuentutis utilitatem falso aliquid si modo quid unquam aliud falso dicendum sit dicere. Maxime cum nullum mendacium hac falsitate utilius excogitare possit/quod uidelicet ita trahere audientes ualeat/ut non ui sed sponte iustitiam uelint suscipere. CLI. Pulchrum certe o hospes & stabile quiddam est ueritas. Videtur autem plaerumque non facile persuadere. ATHE. Esto .n. Sidonii fabula illa & si nihil uerisimilitudinis habuit/facile nihilominus persuasit/aliaque permultae similes. CLI. Quae nam? ATHE. Quod a dentibus quondam satis armati milites nati sint. Magnum .n. id legislatori exemplum est/posse animis iuuenum quodcunque uelit persuadere. Quapropter nihil aliud scrutari debet/quam quibus rebus persuasione acceptis maximum bonum conferat ciuitati: ad idque omni incumbere studio/ut ciuitas uniuersa de his rebus unum atque idem quam maxime ac semper in cantibus/fabulis & omni sermone decan

Vt sanitas absque uirtute non est bona.

Quod neque iocundum a iusto neque iustum a iocundo separatur.

Sidonii fabula.

tet. Equidem ita sentio. Si uero uos aliter/nulla inuidia sit cõtradicere. CLI. Neuter nostrum posse unq̃ de his dubitare uidet. ATHE. Prosequar igit asserens choros oẽs qui tres sunt/teneris adhuc & mollibus puerorũ aĩs/& alia bona quæ diximus & quæcũq; narrare possimus quasi icãtationẽ quadam insinuare oportere. Caput aũt illud sit quod uidelicet si uitã eandẽ optimã & iucũdissimã iudicari a diis asseruerimus & uera loquemur: & magis illis qbus opus est/psuadebimus q̃ si aliter diceremus. CLI. Concedẽda sunt quæ dicis. ATHE. Primus itaq; puerilis musarũ chorus hæc studio se toti ciuitati decãtaturus ingrediat. Secũdus illorũ chorus qui ad triginta usq; annos puecti sunt/peana testẽ ueritatis dictorũ inuocet/& iunioribus ppitium suppliciter eẽ pcet. Tertius eorũ sit chorus q triginta annos inter & sexaginta ætatẽ agunt. his aũt seniores/quia nõ amplius de eisdẽ moribus fabulas poterũt decãtare/dimittendos diuino oraculo censemus. CLI. Quos nam hospes tertios hos choros dicis? nõ.n. clare qd de his dicere uelis cõprehendimus. ATHE. Hi pfecto sunt/quorũ gratia plurima in supioribus sunt inducta. CLI. Nondũ intelligimus. Quãobrẽ aptius dicito. ATHE. Dictum est in disputationis principio si recordamur/ita ardentẽ iuuenũ oium naturã esse/ut neq; corpore neq; uoce/quiescere possit sed sine ordine sp clamet & saltet atq; ordinis utrorũq; istorũ nullũ aliud aial pter solam hoĩs naturã sensum hre. Ordinis aũt qui in motu cõspicit/nomen rhythmus.i. numerus esse põt. sed eius qui in uoce/acuto & graui simul cõtemperato/ harmonia.i. concẽtus. Vtrumq; uero simul chorea nõabat. Deos quoq; diximus nostri misertos choreæ cõcelebratores ac duces dedisse nobis Apollinẽ & musas. Tertiũq; si recordamur Dionysium numerauimus. CLI. Cur non recordari debeamus? ATHE. Atqui Apollinis & musarũ chori dicti iã sunt. Tertius aũt qui reliquus est Dionysio necessario tribuet. CLI. Quo pacto? latius expone. Nã primo auditu ualde absurdus dionysiacus seniorũ chorus eẽ uidet. si ultra trigesimũ annũ & ad qnquagesimũ iã puecti & usq; ad sexagesimũ/eo utant. ATHE. Vera loqueris. Sed rõne ad hæc opus eẽ arbitror ut appareat quo pacto oportune id fieri possit. CLI. Cur non? ATHE. Nunqd supiora illa inter uos constat. CLI. Quę nã? ATHE. Quod oporteat uiros oẽs & pueros/liberos & seruos, mares & fœminas & uniuersam ciuitatẽ toti ciuitati quotidie quæ diximus uariis modis & carminibus decãtare/ut ex innumerabili hymnorũ uarietate/iexplebili quodamodo uoluptate cõcinnentes afficiant. CLI. Nihil obstat quo minus cõcedat ita fieri oportere. ATHE. Sed quo optima hęc ciuitatis pars/cui pp ætatem atq; prudentiã summa inest ad psuadendũ auctoritas optima canẽdo maximorũ bonorũ cã erit? An id ita stulte omittemus in quo optimorũ & utilissimorũ cãtuũ uis inest pcipua? CLI. Haud omittere licet/ut mõ apparet. ATHE. Quõ igit decẽter id fiet? Videte quæso an ita? CLI. Quo pacto? ATHE. Vnusqsq; senior circa cãtus iam facietate affectus / his minime delectat. & cũ res postulat canere quãto senior atq; modestior est tanto magis cãtare ueret. An nõ ita? CLI. Ita prorsus. ATHE. Sed multo ẽt magis in theatro coram multitudine rectus cãtare præ pudore non tolerabit. Præsertim si seniorũ chori/quẽadmodũ qui de uictoria cõtendũt & ii qdem clarificãdæ uocis gratia tenues atq; ieiuni cãtare cogant. sic.n. nõ sine molestia & pudore cãtabunt & ad ista tardiores accedẽt. CLI. Necessaria narras. ATHE. Quo igit pacto paratos eos ad cantũ reddemus? principio lege sanciemus/ut pueri usq; ad duodeuigesimũ annũ uini usum prius ignorent. Nẽpe eos monebimus nõ oportere ignẽ igni in corpus atq; aiam suggerere anteq̃ uiri effecti subire labores incipiant. Furiosum nãq; habitũ iuuentutis cauere oportet. Deinde uino moderate utant usq; ad unũ ætatis trigesimũ/ab ebrietate uero & uini repletione iuuenes oĩno abstineãt. Sed cũ ad quadragesimũ puenerint/tũc in conuiuiis liberius discũbentes cum alios deos tum Dionysium ad sacra senũ & ludos inuocent: q hoĩbus uinũ/quasi remediũ aduersus senectutis duritiã est largitus: ut reiuuenescere uideamur: & mœstitiæ nos obliuio capiat. Ipsaq; affectio animi sicuti ferrum in igne ex duritie in mollitiẽ deducta/flexibilior fiat. primũ qdem sic affectus qsq; sumpta fiducia minus uerebit inter aliquos ac suos nõ tñ multos & alienos canere: & una quod iã sæpius repetiuimus in cãtare. CLI. Et maxĩe qdẽ. ATHE. Ad eos igit inducẽdos ut cantibus iteresse uelint/modus hic haud indecẽs erit. CLI. Nõ certe. ATHE. Qua aũt uoce & qua musa hi uiri cãtabũt? An ea uidelicet quæ ipsis cõueniat? CLI. Ea dũtaxat. ATHE. Quæ nã igit diuinis uiris cõueniens erit. Nõne ea qua chori decantãt? CLI. Nos qdẽ hospes & ii nõ possumus aliud canere q̃ quod in choro didicimus. in hoc.n. cãtu assueti sumus. ATHE. Par est. Optimũ enim cantũ nõ didicistis. Quasi enim castrensem rẽ.p. habetis potius q̃ urbanã. Propterea iuuenes pfecto tanq̃ pullos gregatim pascẽtes habetis. Vnde nemo uestrũ arripit suũ & ad cohibẽdã eius ferocitatẽ cuidam quasi equorũ magistro cõmittit/qui erudiat ipsum leniter tractans & mansuefaciens & cætera quæ educationi cõueniunt pagens. ex quo nõ modo pbus miles efficiat/sed ciuitatũ quoq; & urbiũ idoneus gubernator quem qdem in principio diximus Tyrtei militibus fore bellicosiorem quarto uirtutis loco non primo semp & ubiq; priuatim & publice fortitudinis munera colentem. CLI. Nescio qũo rursus hospes legũ latoribus nostris derogas. ATHE. Non ex aĩo id facio bone uir/ siqdem facio/ sed pficiscamur quo rõ ducit/si uultis. Nam si musam habemus chororũ & theatri cõi musa pstantiorem

Pueri iter dicuntur uino.

Vinum remediũ aduersus senectutis duritiam.

riorem hanc illis exhibere conemur/quos diximus illā quidē uereri/& aliā quærere meliorem. CLI.
Oīno. ATHE. Cibus igitur quæcūq; gratia quædā sequit/inesse id oportet/ut uel ea ipsa gratia so-
la in his alliciat sitq; precipuū/uel rectitudo/uel utilitas. Exēplo quod dico/exponā. Cibus ac potus
& alimentum omne gratiā habet/quā uoluptatē dicimus. Rectitudinē uero & utilitatē/si cōfert ad
sanitatē. CLI. Prorsus. ATHE. Sic & in discendo gratia inest quæ uoluptas noīat. Rectitudo etiā
atq; utilitas & bonus habitus atq; pulcher: quę ab ipsa ueritate efficiunt. CLI. Ita est. ATHE. Quid
porro in artibus/qbus silia effingunt/nōne idipsum inspicimus? Voluptas pfecto/ex illis qsiq; pue
nit: quā par ē gratiā noīare. CLI. Certe. ATHE. Rectitudinē uero taliū ut uniuersaliter dicā ęqua-
litas ipsa tanti talisq; efficit/potius q̄ uoluptas. CLI. Præclare. ATHE. Voluptate igit sola id meri
to iudicabitur quod neq; utilitatē neq; ueritatē neq; similitudinē: neq; rursus dānum efficit: sed so-
lum cā gratiæ illius fit/quæ cōcomitat alia quā uoluptatē recte possumus noīare: qn̄ uidelicet nihil
istoꝝ ipsam sequit. CLI. Voluptatē dicis solā/quæ minime noceat. ATHE. Nēpe & iocū ac ludum
rursus eā ipsam appello/qn̄ nec nocumēti neq; utilitatis aliqd affert æstimatione dignū. CLI. Vera
loqueris. ATHE. Sequit ex his quæ diximus/nullā imitationē uoluptate & opione nō uera/iudicā-
dam esse similiter ēt æqualitatē nullā. Non. n. quia huic uideat aut qm̄ hic gaudeat/iccirco æquale
ipsum æquale est. aut cōmēsurabile ipsum est cōmensurabile: sed nullo alio q̄ ueritate sola. CLI. Sic
est oīno. ATHE. Atqui musicam oēm imitatricē & similiū effectricē eē dicimus. CLI. Cui dubiū?
ATHE. Cū ergo quis sola uoluptate musicā asserit iudicari minime audiēdus est: minimeq; hmōi
musica/si alicubi colit quærenda est: sed illa quæ per imitationē boni similitudinē possidet. CLI. Ve
ra hæc sunt. ATHE. Qui ergo cantus speciem & musam quærūt optimā/nō eam quæ iucūda/sed
quæ recta est/quærere debent. Rectitudo. n. imitationis in hoc consistit/ut dicebamus/si tm̄ & tale
fiat quod imitatione exprimit/quātū & quale in seipso est. CLI. Cui dubiū? ATHE. Atqui illud de
musica oēs cōcederent/oīa uidelicet poemata eius imitationē eē atq; assimilationē. Quod & poetæ
oēs/& auditores histrionesq; cōcederēt. CLI. Magnopere. ATHE. Oportet igit circa unūquodq;
poema. & figmentū ut uidet qd sit quod effingit cognoscere illum q in ipso non sit erraturus. Nam
qui nec nouit qd essentia ipsius uelit nec cuius imago sit/nunq̄ rectitudinē eius & errorē intelliget?
CLI. Nunq̄ certe. ATHE. Qui aūt rectitudinē opis nō intelligit/num bn̄ an male factū sit cogno-
scet? Obscurius equidē loquor. Forte uero planius ita mihi dicet. CLI. Quo pacto? ATHE. Multæ
ad aspectū ptinentes similitudines fiunt. CLI. Certe. ATHE. Siquis corporis depicti modū nō te-
neat/cognoscet ne unq̄ utrū recte sit pictū? Vtputa utrū articulos corporis & singulas pticulas ha-
beat/& numerū & qualitatē & locationē singuloꝝ put decet ad singula/colores ꝑterea atq; figuras/
uel contra utrū pturbate hæc oīa picta sint? An censes hæc aliquē cogniturū/qui aīal quod pingit
minime nouerit? CLI. Nullo modo. ATHE. Sin aūt cognoscat aliquis hoīem esse id quod pictum
uel quoquo modo formatū est/suasq; ptes oēs & figuras & colores ab arte accæpisse/num idē neces
sario sicubi defectus aliquis pulchritudinis in eo sit continuo agnoscet? CLI. Oēs ferme hoc modo
hospes quæ in aīalibus pulchre se habent/cognosceremus? ATHE. Recte loqueris. Nōne igitur ī
imagine omni per picturam siue p musicam siue quōcūq; aliter fiat/tria hæc prudentē iudicē habe
re oportet? primū ut cognoscat quid sit quod in imitationem cadit. secundū/ut recte. tertiū ut be
ne quælibet similitudo uerbis concentibus numeris effecta sit/nouerit. CLI. Videt. ATHE. Ne pi
geat igitur difficultatem quæ in musica est/exponere. Porro qm̄ magis hæc q̄ aliæ similitudines/ce
lebratur/maiore q̄ in cæteris opus est diligentia. Nam qui in hac aberrat/maxime læditur/cum sub
eius suauitate malos imbibat mores. Difficile aūt id cognitu est/qm̄ poetæ non ita ut musæ artem
poeticā tenent. Nunq̄. n. illæ tm̄ errare possent/ut in effingendis uiroꝝ uerbis/colorem mulierū cō
centusq; redderent. Vel in concentibus figurisq; liberoꝝ/seruoꝝ & illiberaliū numeros. Vel in nu
meris figurisq; liberis/concentū uel sermonem numeris cōtrariū. Nunq̄ insup ferarum uoces atq;
hoīum pulsandorūq; instrumentorum & strepitus oēs quasi unū aliqd imitarent/in unū cōfunde-
rent. humani uero poetæ hmōi multa pturbate & sine rōne cōmiscent/risumq; hoībus cōmouent:
quos Orpheus delectationis gratiā secutos ait. Oīa enim hæc & cōfusa cernūt & ipsi quoq; distra-
hunt poetę numerū qdem atq; figuras: a concētu seorsum/orationes nudas absq; cōcentu metrice
cōponentes. atq; ēt concentus/& numeros absq; uerbis/nude citharę pulsationi & tybiæ sono accō
modantes. Qua in re difficillimū est/cognoscere qd numerus & cōcentus sine uerbis factus sibi ue
lit/& cui imitationi similis sit earū quæ rōne sunt dignæ. Intelligere aūt oportet multa ruditate esse
refertū id omne/quodcunq; siue uelocitatē seu tarditatē uocēq; ferarū pxime sequit/ut aliter tybia
citharaq; utaris q̄ ad tripudium opus sit atq; cantū. Nudo aūt utroq; uti/abusus est miraculorum
ostentationi psimilis & a musis admodū alienius. Sed horum quidē hæc rō est. Nos autē hec nō cō
sideramus/q̄ triginta qnquagintaq; annos & ultra nati musis nr̄is uti nō debeant/sed ut qn̄ debeāt
uideamus. Ex istis āt oratio hęc nobis id significare uidet/quod ad quinquagesimū ānū puectos q-
buscūq; canere opus ē melius cæteris chori musam tenere oporteat. Necesse nāq; est ut acute con-

Omne gratū allicere. uel gratia. i. uo luptate uel re ctitudie: uel utilitate.

Quæ spectāt ad iudicē pru dentem.

centus & numeros sentiant atq; cognoscant. Quomodo enim aliter qspiam rectitudinem cantus cognoscet cui conuenit uel non cōuenit: circa doricū & numerum/quē illi pœta adiunxit/ utrū recte iunxerit nec ne? CLI. Nullo certe pacto. ATHE. Vulgus aūt deridendū est/cum se putet quod boni concentus numeriq; cōpos est/& quod cōtra/satis cognoscere. quotcūq; uidelicet ipsoꝝ cantum & numerū sequi coacti sunt quidē/qm̄ uero qd in singulis istoꝝ fiat ignorant/qūo ēt recte fiant hæc nesciunt. Quilibet enim cantus si oīa sibi cōuenientia cōtinet/recte se habet/si non continet/cōtra. CLI. Sic oīno necesse. ATHE. Quid porro? Siquis rōnē eius quidue habeat nō intelligit/nunquid quod diximus/quo pacto recte se habeat ī aliquo unq̄ cognoscet? CLI. Quo pacto id fieri posset? ATHE. Hoc itaq; nūc in his inuenisse uidemur/quod cantores eos seniores quos prius quidē nolentes ita ꝓuocamus ut libenter quodāmodo canāt/usq; adeo hæc didicisse necesse est/ut eorum quilibet tam numeroꝝ ꝑgressus & pondera/q̄ sonos fidiū harmonicos cōsequat/ut cōcentus & numeros intelligentes illos eligere possint quos tantis ac talibus decantari oporteat. atq; ita canētes & ipsi uoluptates innocuas cōfestim ꝑcipiant/& iuuenes ad ꝓbos mores decātibus ꝑducāt/& oblectamentis. Eatenus aūt docti/exqsitiorē q̄ uulgus & pœtæ ipsi disciplinā habebūt. Tertiū qdē illud siue bona siue mala imitatio sit/nō ē necesse ut pœta cognoscat/ cōcētū uero numerūq; necesse. Isti aūt oīa tria cognoscere debēt/ut optimū & secundū eligere queant. Aliter aūt nunq̄ sufficienter ueluti in cantationibus qbusdā poterunt iuuenū aīos ad uirtutem allicere. Enimuero quod ab initio uoluimus ut uidelicet dionysii choro rectā opē sermo noster afferret/pro uiribus dictū est. Verum cōsideremus an hoc ita sit factū. Talis utiq; cōuentus hoīum necessario/cōpotatione ꝑgrediēte turbulentior redditur. Quod & a principio supposuimus in his quæ fiunt hodie/necessario fieri. CLI. Necesse. ATHE. Vbi certe unusqsq; seipso leuior factus/extollit & exultat/audaciaq; repletur: neq; audit primū. sed tam suiipsius q̄ cæterorum oīum ducē se sufficientē existimat. CLI. Absq; dubio. ATHE. An nō diximus/quotiens ista fiunt/bibentiū aīos/sicut in igne ferrū ita uino feruētes molliores iunioresq; fieri? & iccirco facilius deduci ueluti qn̄ iuuenes erant/siquis & possit & sciat erudire eos ac fingere. Fictorē uero eundē eē qui & tunc ꝓbus legis lator dicebat. Cuius in legibus compotationi modus est p̄scribēdus ut possint hæ leges cōfidentē illū audacēq; & impudentiorē q̄ deceat/factū qui ordinē uicissim in silentio sermone/cōpotatione & musica seruare non uult/cohibere atq; ita instruere/ut cōtra in oībus facere uelit q̄ faciat: cōtra insurgentē ac turpē confidentiā admouētes timorē optimū cū iustitia: quē qdem timorē diuinū/pudorē & uerecūdiā nominauimus. CLI. Est ut ais. ATHE. Harum legū auctores atq; custodes a ꝑturbatione & ebrietate remotos eē oportet/uinolētoꝝ duces. Sine qbus cōtra ebrietatē pugnare durius est q̄ sine ducibus sobriis cum hostibus dimicare. Siquis aūt neq; obtēperare uelit his neq; ducibus dionysii ultra annos sexaginta natis/æquale uel ēt maius dedecus ferat/q̄ qui ducibus martis non paret. CLI. Recte. ATHE. Nonne si talis ebrietas talisq; ludus adhiberet/cōpotatores magnā inde utilitatē cōsecuti/& maiori q̄ prius inuicem beniuolentia iuncti/nō aūt sicuti nunc inimici discederent? cū legitime inuicē cōuersati eēnt & ducentibus sobriis temulenti quoq; legibus obtēperassent. CLI. Sic certe/si talis eēt ebrietas qualē mō narrabas. ATHE. Ne igit liberi patris munus simpliciter ita uitupemus / quasi malū sit neq; dignum ut in ciuitate recipiat. Atqui plura ēt in hanc sniam referri possent. q̄uis maximum illud bonū quod largit Dionysius/efferre in multos uereat/qm̄ hoīes cum audierint nō recte accipiant nec intelligant. CLI. Quid istud? ATHE. Rumor quidā & fama defluxit ad nos/hūc deum a nouerca iunone ex animi snia olim deturbatū fuisse. Atq; iccirco ulciscendi gratia bacchationis chorēā omnēq; insaniā induxisse. Et uinū ad hoc ipsum tribuisse. Ego aūt hęc illis dimitto: q tutum arbitrant talia de diis dicere. Illud tn̄ scio quod nullum aīal cū tanta ac tali nascit intelligentia: quanta & qualis sibi cū ꝑfectū fuerit/cōuenit. hoc porro in tpe quo prudentiā suam nōdū possidet/furit omne & sine ordine clamat/& fastu elatum lasciuiensq; fallit. Recordemur aūt quod musicæ & gymnasticæ hæc esse principia diximus? CLI. Recordamur. ATHE. Nōne ēt quod numeri & concentus sensum nobis solis dedisse hoc principium diximus? Apollinem uero & musas & Dionysium duces ad hæc nobis esse tributos? CLI. Vtrūq;. ATHE. Vinū uero ut ferunt multi ad ultionem hoībus datum est ut insaniant. Vt aūt sermo habet noster remedium & medicina in cōtrariū ut aīus quidē pudorem/corpus aūt sanitatem & uires adipiscat. CLI. Egregie hospes supiorē orationem cōmemorasti. ATHE. Sed iam media pars eoꝝ quæ ad choream pertinent dicta est. Reliquam uero ut uidet perficiemus ne? An p̄termittemus? CLI. Quas nam dicis ꝑtes? & qūo partiris utrasq;? ATHE. Tota quippe chorea uniuersa nobis dicta est disciplina. choreæ uero pars una in uoce est per numeros & concentus. CLI. Ita est. ATHE. Altera in corporis motu per numerū atq; figuram. Sed numerū qdē habet cum motu uocis cōem: figuram uero ꝓpriam. In prima autē illa parte cantus ipse uocis est motus. CLI. Vera narras. ATHE. Sed uocis quidē habitum/qui ad disciplinam uirtutis animi peruenit/nescio quomodo musicā nominauimus. CLI. Recte admodū. ATHE. Si autē corporis motus in ludo quē saltationem appellauimus/ad corporis usq; uirtutem

Sicut igne ferrum ita uino corpora senū molliri.

Cur uinū datum hoībus.

Tota chorea & choreæ ps.

attingit

attingit artificiosam hanc ad id ipsius deductionem gymnasticam nominemus. CLI. Rectissime. ATHE. De musica qdem/quã mediã choreæ partem diximus satis actum putauimus/atq; ita de ea sit dictum. Quare de reliqua iam dicamus/uel quid agendũ? CLI. O uir optime/qui cũ cretensibus & lacedæmoniis differis qñ iam satis tractatum de musica est/sed de gymnastica hactenus minime/qd nam rñsurum tibi ad interrogationẽ hmõi utrum uis nostrum existimas? ATHE. Affirmabo equidẽ tecũ hæc interrogaueris aperte iam rñdisse. Intelligo.n. quod hæc tua interrogatio rñsio quædam est ut dixi ac iussio simul ut transigant/quæ ad gymnastica pertinẽt. CLI. Optime intellexisti/& sic facias. ATHE. Faciundũ est. neq; enim difficile est quæ uobis utrisq; notissima sunt transigere. Nẽpe huius artis utriq; multo magis q̃ illius piti estis. CLI. Vera ferme dicis. ATHE. Nõne huius quoq; ludi principium est: quia unũ quodq; aĩal natura saltare cõsueuit. Homo aũt ut tetigimus cũ numeri sensum acceperit/saltationem pepit. Cantus itẽ numerũ excitat. Quæ ambo inuicem copulata choream & ludũ pepererũt. CLI. Ita est. ATHE. Huius partẽ alterã iã pegimus. Alteram deinceps aggrediemur. CLI. Prorsus. ATHE. Sermonẽ igiť de ebrietatis chorea primũ hac si placet snia concludamus. CLI. Quo nã pacto? ATHE. Si ciuitas aliqua tanq̃ re seria cõpotationibus cũ legum & ordine utať/exercitationis cuiusdã ad tẽperantiam gratia/ & alias uoluptates non fugiat/sed eadem rõne ut ipsas superet exerceateť/hoc utiq; pacto oĩbus his utẽdũ. Sin uero tãq̃ ludo utať cõpotationibus ciuitas: & liceat cuiq; qñ uelit & quibuscum uelit cõbibere & alia quæq; p libidine exercere: non essem huius sententiæ/quod deceat ciuitatẽ istã aut hunc uirũ ebrietati aliqũ indulgere. Sed multo magis q̃ Cretensium lacedæmoniorũq; usum Carthaginẽsiũ legẽ probarẽ. Vt nunq̃ in castris quisq̃ gustare uinũ audeat: sed toto illo tpe aqua bibatur: & in ciuitate nunq̃ uini usum seruo uel seruæ cõcederẽ. Sed nec magistratibus toto eo tpe quo magistratu funguntur. Gubernatores ẽt atq; iudices munus suum subituros a uino penitus phiberem. Deliberaturos quoq; de rebus non oĩno negligendis. Ac nulli penitus interdiu uinũ concederem nisi exercitationis corporeæ morborũq; causa hoc potu opus fuerit. neq; ẽt nocte uiro uel mulieri qñ liberis operam dare uolunt. plura ẽt referri possent in qbus hoĩes legis recte mentisq; cõpotes uino abstinerẽt. Quapropter ſm hanc rõnem nec multis ciuitati uineis opus esset. Atqui & reliqua agricultura omnisq; uiuendi norma ordinẽ suum teneret. Ac uini usus ferme oĩum moderatissimus & parcissimus eẽt. Hic itaq; sermoni de uino hospites/si uobis quoq; uidetur/apex allatus sit. CLI. Probe dictũ. Quare & nobis ita uidetur.

Mos cartaginẽsium circa uinum.

ARGVMEN. MARSILII FICINI IN DIALOGVM TERTIVM DE LEGIBVS.

Quemadmodũ medicus sanitatem corporis ita legum auctor spectat animi sanitatẽ. Quoniam uero oĩbus optabilius est ualetudinẽ prosperam retinere ne peat/q̃ recipe pereuntẽ/iccirco pcipuum utriusq; tam ciuilis q̃ medici institutũ est/seruare siue corporis siue animi sanitatẽ: sequens uero utriusq; cõsiliũ esse uideť optimum/siue corpori siue aĩo habitum siqñ amissus fuerit restituere. Quãobrem & apud Platonẽ & apud ueritatem scriptores illi legum contẽnendi censenť/ qui subito qua censura scelera perpetrata sint punienda/decernunt. Qua uero rõne hoĩes ita orianť/nutrianť/erudianť/ ut scelera ppetrare nolint non puident. Nemo igiť admireť Platonem nostrum firmissime sanitatis animi studiosum/tã in libris legũ q̃ de re.p. diu per multa quæ uidenť lenia/& ad educandos pueros adolescentesq; ptinent accuratius diuersari. Si.n. decet diligentissimũ aĩo medicũ facere: eosq; statim natos ita cõponere/ut uel quasi una cũ firma sanitate geniti uideanť/uel saltem ætate adolescente/ sanitas animi pariter coalescat. Hinc itaq; precedens illa libri legũ primi secundiq; diligentia in oĩ musicæ ludiq; genere atq; conuiuiis. Dum.n. de auctoris legũ officio disputat/pcipuũ eius.i. circa pueros & adolescentes studium añ oĩa iudicat declarandũ. Vbi meminisse te uolo quãta cautione ad potum uini iudicauerint accedendũ/ut nõ liceat quotidie bibere/neq; cuilibet neq; ad cuiusq; libidinem. Sed in solẽnibus dũtaxat cõuiuiis: & tũc qdẽ uiris & moderate/raro uero merũ/sub arbitro tñ & iudice. Alioqn memineris & quãtũ pbet/ut nõ liceat in castris militibus gustare uinũ: neq; ĩ ciuitate seruis/neq; magistratibus neq; gubernatorib⁹ & iudicibus/ipso iudicii tpe. Neq; uiris mox de reb⁹ magnis deliberaturis/postremo neq; uiro uel mulieri ea hora q̃ liberis opam dare cõstituunt. Hæc opepcium fuerit diligenter cõmemorasse. Pergamus iam ad ppriũ libri tertii argumẽtũ. Cũ igiť lex ipsa ciuilitatis.i. disciplinæ ciuilis forma sit/ciuilitas ãt forma sit ciuitatis/haud ab re de legibus tractaturus multa de ciuitatis ciuilitatisq; initio disputat. Ambigit autem utrũ genus humanũ fuerit ab æterno nec ne/similiterq; de mundo. Et quod alicubi tps nominat infinitum haud quaq̃ sine principio proprie atq; fine significat. Sed nostris potius computationibus infinitũ: ideoq; dicit sæpe tempus inextimabile potius q̃ imensum. Atqui & in sexto similiter ambigẽs sniam ita disiungit. hoĩum generatio aut nunq̃ incepit/aut inextimabili ante nos temporis longitudine cœpit. Inertia

mabile uero forſan dicit/ſiquis non ſolũ annos ſolares/ſed ẽt lunares/& dies & horas numerare cõ-
tenderit. Satis aũt chriſtiano furit: philoſophum mundi æternitatem non affirmaſſe. Sed quid nã
de mille annorum milibus his moſaici dicẽt? Forte Platonem Egyptiorum more breuiuſculos an
nos cõputauiſſe. At uero & de his & de mundi illuuionibus oportunius agitur in Timęo. Iam uero
ad ipſam materiam legum .i. ciuitatem ciuilitatẽq; reuertamur. Quatuor ciuilitatis figuræ pcipuę
numerantur. Prima quidem ſtatim poſt generis humani calamitatẽ in ſuperſtite quodã eius ſemi-
ne ſeruato uel altiſſimorũ montium bñficio/uel diuina potius prouidentia. Tunc enim pbabile eſt
filios nepoteſq; patris familias imperio paruiſſe. Quod quidẽ imperiũ ſola conſtat lege naturę. Se
cunda figura inter familias plures iam inter ſe uel oppido uel uallo quodã ſimili cõgregatas. Con-
gregatas inq̃ tum indigentia mutua/tũ metu ferarũ. Sed ab ipſo cetus huius exordio ueriſimile eſt
tot gubernandi formas: quot & domicilia extitiſſe opinionibus inter ſe moribuſq; longe diuerſas.
Ob quam diuerſitatẽ mutuis ſubortis iniuriis coacti ſunt cões quoſdam arbitros & iudices recto-
reſq; conſtituere. Vnde tertiam iam orta eſt ciuilis diſciplinæ figura a pcedente uidelicet iniuſtitia
ducens originẽ. Probabile uero eſt eiuſmodi rectores urbis/cões preſcripſiſſe ciuitati leges/poſtq̃
honeſtiſſimas quaſq; domiciliorum leges conſiderauerunt per eaſq; rei familiaris diſciplinã ad diſci
plinam rei.p. tranſtulerunt. Quarta deniq; figura eſt in quodam gentiũ regno. Vbi plures inter
ſe urbes in eandẽ uoluntatẽ cõemq; legem ita cõueniũt/quẽadmodũ in urbẽ unam familiæ plures.
Prima qdem figura extra urbẽ eſt per leges ſingulas/natura/rõne/uolũtate cõſiſtens. Secunda uero
iam in urbe/ſed per ſingulas adhuc domiciliorum leges/indigentia quadã metuq; cõgregata. Tertia
in ciuitate per leges iam cões/occaſione iniuſtitiæ/iuſtitiam colens. Quarta ex pluribus ciuitatibus
per eandẽ uoluntatẽ legemq; ſimilẽ cõgregatur. Inter hæc admonent poete ad canẽda diuina/ubi
dicit pœtarũ genus diuinum eſſe/agiq; deo. Admonent quoq; auctores legũ ut neq; arduas neq;
uiolentas ferant leges/ſed leues quoad fieri poteſt atq; ſuaues. Præterea exemplo quodã hiſtorico/
principale proſequitur diſputationis huius conſiliũ: de precipua cõdendarũ legum & optima ra-
tione. Quæ quidẽ hinc maxime ſumit exordium ſi auctor in his ferendis uniuerſam quidem ciuiũ
uirtutem ſpectet/maxime uero maximã oĩum atq; ducem. Nemo uero dubitat uirtutes alias a pru
dentia tanq̃ inferiora membra a capite duci. Hanc utiq; tam neceſſariam nobis eſſe q̃ nobilẽ ex eo
confirmat/quod omnes cõmuni uoto id optant in primis/ut humana oĩa pro ſui deſiderio ſucce-
dant atq; gerantur: eũq; cui ad uotũ cuncta ſuccedunt beatiſſimum fore oĩum arbitrant. Plato ue-
ro contra infert miſerrimum fore illum/cuius cupiditates quotidie ſequantur euentus. Niſi tãta ſit
prudentia preditus/tantaq; per prudentiã aĩum moderatione regat/ut uera diſcernat bona & quę
rõne ſecreuit neglectis aliis appetat. In his admonet non eſſe optandum uel orandũ ut oĩa cupidi-
tatem noſtram ſequant/imo & cupiditas rõnem. Tangit & cõgruam filii ad patrem/patris ad deũ
cõparationem. Cupit certe & pcatur ſibi puer euenire q̃plurima quaſi bona/quæ pater interea ne
accidant depcatur tanq̃ mala. Similiter uana & noxia uota hoĩum cæleſtis pater quotidie deteſtat.
Neq; refugium ad euitanda fallacia uota/ullum nobis eſt excepta prudẽtia. huic ergo per ciuium
animos propagandæ legifer in primis incumbent publicæ ſtudens felicitati. Tanta enim pruden
tiæ perfectio eſt ut & optanda doceat exoptare atq; comparare & comparatis ea potiſſimum uti ra
tione qua proſint. In his autem felicitas ciuitatis tota conſiſtit. Quẽadmodum uero ciuitatem ſer
uat prudentia/ita deſtruit imprudentia: quam nominat ignorantiam. Non ignorãtiam inq̃ uel lit-
teratum propriæ uel artis cuiuſdam uel externorum quorũdam a nobis alienorum: ſed ignorãtiã
boni/ut alibi ſæpe dicit/atq; hic ſignificat. Sed addit eam eſſe & priuatim & publice pernitioſiſſimã
ignorantiam per quam quis neſciat ita ſuum aĩum temperare/ut rationis ſuæ tanq̃ regine legibus
ſenſus quaſi populus legitime educatus obediat/adeo ut nõ alia proſequat & fugiat/nec aliis aliter
ue gaudeat atq; doleat q̃ rõnis inſtituta præſcribãt. Quicũq; ignorãtia eiuſmodi obcæcant/ẽt ſi in
genioſiſſimi atq; litteratiſſimi ſint ignorantes a Platone cenſent. Qui uero tẽperati ſunt/prudentes
ab eo iudicant atq; ſciẽtes/ẽt ſi litteras neſciant. Prohibet deinde magiſtratũ illi tribui gubernãdũ
qui pp incontinentiã gubernare ſe neſciat. Neq; cõfidit ciuitatẽ ſub eo recte feliciterq; cõponi/i cu
ius animo ciuitas quædam eſt incõpoſita ſimul & miſera. Quãuis aũt ſeptem numeret deinceps ra
tiones quæ ad dignitatem/imperandi conducere apud plurimos iudicantur .ſ. Paternitas. Nobili
tas. Dominatio. Potẽtia. Senectus. Prudẽtia. Sors tñ unicã ipſe præcæteris eligit .i. prudentiam. di
cens hãc eſſe ppriam dignitatis imparatoriæ rõnem .ſ. ut prudẽtiores ubiq; iperent: imprudẽtiores
obtẽperent. Quẽadmodũ & oculorum officiũ eſt ducere. pedũ uero miniſteriũ pgere. Item ſicut in
qualibet arte pſertim nauigatoria & militari & medicina eius qdẽ qui plus intelligit/eſt pcipe, eius
uero/qui minus ea in re cognoſcit/eſt exequi. Ita & in arte ciuili/partim uniuſcuiuſq;/partim fami-
liæ/partim ciuitatis gubernatrice illi apprime oẽs parere debent qui præcæteris quid potiſſimum
humanæ ſaluti cõducat intelligit. Lex ergo cõem optãs prudentiã/puidebit: ut præter puerilẽ eru-
ditionem ad prudẽtiã conferẽtem/numerum quoq; publicorum gradus p ipſius prudẽtiæ gradibus

ubiq;

ubiq; distribuant. Ac ne imprudenter hoc gubernacula cōmittant: sanciet ne mera & ingēs ipera di auctoritas cōcedat. Sed oēs qdē subiiciet legib⁹/ reges aūt cū senatu cōiunget / senatū cū cōsilio populari. Cauebit in primis ne unq̄ supba lasciuia cupiēs plus posse q̄ leges / dissensionem pariat & ruinā. Studebit ut totū ciuitatis corpus quoad fieri pōt liberū sit prudens & amicū liberū qdem ut possit quilibet patriç suç cōsulere: prudēs aūt: ut sciat: amicū rursum ut uelit. Meminerit tria hęc in ciuitate facilius cōuenire/ quę inter unius ac populi potentiā obtinet mediū: ut neq; unus se totam subdat impantis arbitrio uel potētię paucoꝝ/ neq; quēlibet absq; delectu recipiat cōsultorem: sed plurimū qdem optimatū constet gubernatiōe: nō nihil quoq; hēat regii / nō nihil insup popularis. Circūspiciet mores fortunasq; principū: quo pcipiat ciuitatū regnorūq; exitium maxime oīum ex delitioso luxuriosoq; adolescentū uirorūq; uictu pcedere. Quippe cū nemo ex hmōi uita uirtute prçstans euadere possit. Sed çger necessario fiat/ fragilis & inflatus & cecus. Mandabit ppterea tēperantiā ab oībus maxime coli. Sanciens eos potissimū honorari/ qui temperatissimi oīum iudicio cōprobent. Neq; patief fortitudinē ab ullo absq; temperātia possideri: quasi rem ciuitati ualde periculosam. Quinimo neq; multarū rerum peritiā absq; iustitia tāq̄ grauiter nociturā. Summatim uero in primo honoris gradu/ dotes animi si cum temperātia mistę fuerint collocabit: his corporis subiiciet bōa bonis corporis simul & animi externa seruire mandabit. Prohibebit quoq; nimiā libertatē/ uetabit & nimiam seruitutē. Nam nimia qdem seruitus amicitiā .i. & beneuolentiā populi erga principem & charitatē erga patriā e medio tollit/ adeo ut leui de causa uel princeps uel patria pereat. Libertas uero nimia lasciuiā primo parit/ deinde cōtemptū legum / post hæc frequētes seditiones & extremā deniq; seruitutē. Nemo uero miref Platonē & hic & sæpe alibi ludos/ siue potius studia musicę magnifacere: quasi ad pmutādos in utrāq; partē mores tam publice q̄ priuatim possint q̄plurimū. Nam ea tēpestate & familiare oībus & palam frequentissimū erat eiusmodi studium: quod aūt ab oībus fit atq; cōtinue non minorē ferme iam animū uim habet q̄ aer in corpus. Prçterea quę apud medicos parū cautos habent leuia/ apud Platonē obseruātissimū humani generis medicū haud contēnenda censentur. Descēdit post hæc ad superioꝝ epilogum. In quo epilogo posset quispiā clausulam illam: si uero quicq̄ & quę sequūtur ita forsitan legere. An uero quicq̄ cōtulerimus nec ne? Quis redarguet? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed ista tu uideris.

¶DIALOGVS TERTIVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

Hæc quidem ita se habeant. Ciuilis autē disciplinę initium quod nam fuisse dicemus? An nō hinc facillime ipsum quis optimeq; inspiciet? CLI. Vnde nam. ATHE. Vnde ciuitatū quoq; incrementū & ad uirtutē & ad uitium licet inspicere. CLI. Vnde dicis? ATHE. Reor equidē a longitudine infinitateq; tpis / rerūq; in eo mutatiōibus. CLI. Quo pacto id ais? ATHE. Age dic si habes ex quo urbes ciuilesq; hoīum institutiōes cœperūt/ quāta tēporis pcesserit multitudo. CLI. Nequaq̄ id facile. ATHE. Inexplebile utiq; hoc & impbssibile cogitatu. CLI. Sic est omnino. ATHE. Nōne inumerę in hoc tempore conditę sunt ciuitates? Totidemq; destructę? quę omni ciuilis uitę conditiōe passim usę sint. Factęq; modo e minoribus/ modo minores e maioribus/ peiores quoq; ex melioribus/ & cōtra ex peioribus meliores? CLI. Necessarium id quidem est. ATHE. Huius igitur mutationis causam excogitemus si possumus. Fortassis enim primā uitę ciuilis causam mutationēq; nobis ostendet. CLI. Probe loqueris. Quare & te oportet quid hac de re sentias diligenter exponere: & nos attente auscultare? ATHE. Num igitur prisci sermonis ueritatem aliquam habere uidentur. CLI. Qui nam? ATHE. Multos uidelicet hominū interitus ex diluuiis morbis aliisq; pestibus olim accidisse ex quibus pauci homines superstites fuerint. CLI. Valde id cui uerisimile. ATHE. Age iam de multis unum hoc exitiū quod illuuione factum ē perspiciamus. CLI. Quid ī hoc cogitare nos iubes? ATHE. Nempe eos qui cladem tunc euaserunt / montanos quosdam & pastores fuisse in montium cacuminibus pauca semina ad propagandum genus hominum conseruata. CLI. Patet. ATHE. Atqui necesse ē eos & aliarum artium fuisse expertes / & auaritię contentionisq; studia inter ciues / cæterasq; aduersus alios astutias ignorasse. CLI. Consentaneum id quidem. ATHE. Ponamus etiā campestres & maritimas urbes subito illo tempore periisse. CLI. Ponamus. ATHE. Instrumenta igit omnia & quęcunq; artium siue ad disciplinam ciuilem/ siue ad facultatem aliam pertinentium / extabant inuenta / concidisse illis temporibus asseremus. Quomodo enim o uir optime si hæc in sempiternū ita se ut modo habentia permansissent/ nouum quicq̄ alicui esset inuētum. CLI. Nempe quia inumerabilis quędam multitudo annoꝝ ignorabatur ab illis. Mille autem anni uel duo milia ex quo qcq̄ dicebatur inuentum/ partim Dedalo / partim Orpheo / partim Palamedi patebant. Sicut quæ ad musicā pertinent/ Marsię & Olympo quę ad lyrā/ Amphioni attribuūtur: aliaq; aliis multa/ ut ita dicam/ heri & nudiustertius adinuēta. ATHE. Vides ne Clinia ptermissum abs te esse amicū: qui ue/

De initio ciuilis disciplinę:

Generatio & corruptio ciuitatū īfinita

re heri fuit?CLI.An Epimenidē dicis?ATHE.Hunc equidem. Longe enim hic in nouarū rerum excogitatiōe oībus apud uos excelluit o amice.Quod sane uerbis olim Hesiodus diuinauit: re aūt Epimenides ipse pfecit ut uos asseritis.CLI.Asserimus plane.ATHE.Ex ea utiq; deuastatiōe magnam terribilemq; humanis in rebus desolationē accidisse tunc arbitramur.Fertilium agroꝝ magnitudinē desertā:cæterisq; aīalibus corruptis uix boum caprarūq; genus & illud qdem rarū relictum fuisse:qbus pascendis tunc hoīes uitam agebant.CLI.Cui dubiū? ATHE.Ciuitatis uero & disciplinç ciuilis & legum de qbus prçsens a nobis sermo habet/nunqd memoriā quidē ullam ut ita loquar/fuisse putamus?CLI.Nullam prsus.ATHE.An non ex illis ita dispositis nobis hac oīa pueneruntːciuitates disciplinçq; ciuiles/artes/leges/& uitioꝝ atq; uirtutis non parua copia.CLI.Quo pacto id ais?ATHE.Nunqd arbitramur o uir mirifice eos hoīes/cū multoꝝ quç inter ciues honesta habent/uel turpia ignari essent/summos/uel in uirtute uel in uitio extitisse?CLI.Probe dixisti:& quoduis intelligimus.ATHE.Tempore igit pgrediēte ac genere hoīum multiplicato/ad eum quē nunc uidemus habitū/pueċta oīa sunt.CLI.Recte admodum.ATHE.Neq; tamē subito ut uerisimile est/sed paulatim longoq; in tpe.CLI.Valde sic decet.ATHE.In campos enim ex cacuminibus montiū recens formido descēdere phibebat.CLI.Certe.ATHE.Nōne & ppter paucitatem illis tpibus mutuo inter se aspectu cōgratulabant:prçsertim cū neq; terra/neq; mari transitus ad alios facilis fuerit/oībus ferme ad transitū instrumētis deletis una cū artibus.Quapropter inuicē cōuenire nō poterant.Ferrum nāq; & çs & metalla oīa cōfusa perierant:ut inueniri & in lucē erui nō possent:unde & lignoꝝ fabri nō erant.Nam & si aliqd instrumentū/relictū qñq; in montibus supfuerit/cito tñ cōtritū euanuit/nec alia fieri poterāt/anteq̄ ars metallica hoībus iterū inueniretur.CLI.Quo enim pacto aliter fieri potuisset?ATHE.Quot aūt generatiōibus postea id factū esse putamus?CLI.Profecto multis.ATHE.Igitur artes quçcūq; ferro utunt & çre cçterisq; huiusmodi oībus eodē tpe/imo etiā maiore ignortiçā tenebris obsitç ignorabant.CLI.Certū id est.ATHE.Quinetiā neq; seditio illo tpe/neq; bellum erat.CLI.Qua rōne?ATHE.Primo q; pter desolationē ardenti se inuicē beneuolentia cōplectebant.Deinde q; cibus bellum nō cōcitabat.Pascuoꝝ enim nulla erat inopia/nisi forte qbusdam paucis ab initio.Pascuis aūt plurimū illis tpibus uitam agebāt.Lactis item & carniū copia nō deerat.Ac uenatio facile alimēta/nec illa qdem mala suppeditabat.Vestitus pterea stramētoꝝ/habitaculoꝝ uasculorūq; tā igneoꝝ q̄ nō igneoꝝ copiā habebant.Artes quippe fingēdi atq; texendi ferro nō indigēt:qbus hæc oīa dei nutu cōsequimur: ut siquādo hoīes in talem calamitatē deciderint: ppagari genus humanum possint.Hac de causa nō ualde inopes erant:neq; inopia cōpellebant ad bella.Diuites ēt fieri minime poterāt:cū neq; aurum neq; argētū haberēt.in quocūq; uero hoīum cetu nec inopia/neq; diuitiç sunt:huic iustissimi mores aderūt.Neq; enī ibi cōtumelia neq; iniuria/locū hēt.Emulatio quoq; & inuidia pcul abest.His igit de causis boni erant:ac maxime pter simplicitatē.Quçcūq; enim audiebant honesta esse uel turpia/pter simplicitatē credētes esse uera monitis obtēperabant.Nec ullus pter sapientiç opinionē/ut mō fit/demēdacio suspicabat:sed quç de diis & hoībus dicebant uera putātes/quiete ad hçc uitā suā instituebāt.Quāobrē tales erāt oīo/quales pauloañ narrauim⁹.CLI.Ego qdē & hic tibi in his cōsentim⁹.ATHE.Dixim⁹ porro generatiōes multas ita uiuētes/tam illis q ante diluuiū fuerūt q̄ hodiernis hoīb⁹ minorē peritiā habuisse cū cçteraꝝ artiū/tum bellicaꝝ/quç uel terra uel mari hodie exercent.Iudiciorū quoq; & seditionū q̄ in ciuitate & uerbis & opib⁹ sedulo cōtendunt ad iniuriā aliis inferēdā.Simpliciores aūt fuisse & fortiores/ac simul modestiores/& in oīb⁹ iustiores.Horū uero cām iam dixim⁹.CLI.Recte loqueris.ATHE.Dicta igit ita hçc nobis sint:& quæ sequūtur/iccirco exponant oīa/ut intelligamus/cur illis opus legibus fuerit:& qs leges eis cōdiderit.CLI.Probe dixisti.ATHE.An igit illi nec legū latorib⁹ indigebāt/neq; dū illis tpib⁹ id fieri cōsueuerat.Litteras.n.nōdū hēbant/illius tpis hoīes:sed cōsuetudinē & mores maiorū sequētes uiuebant?CLI.Verisimile ē.Sed ciuilis disciplinç qs modus fuit?ATHE.Hic.CLI.Quis?ATHE.Cēs mihi uident disciplinā uiuēdi ciuilē illius tpis/imperiū appellare:qd etiā nūc multis ī locis & apud grçcos & apud barbaros uiget:qd qdē in habitatiōe ciclopū extitisse ita testat Homerus.His cōsiliariç nullç sunt cōciones:neq; rostra iudicioꝝ.Sed in altis montib⁹ caua antra inhabitāt: spretisq; publicis priuatim quiq; uxorib⁹ filiisq; dant iura.CLI.Iucūdus hic poeta uobis fuisse uidet.Atqui & alia nōnulla ipsius pcurrimus ualde illa qdem urbana:non multa tñ.Nos quippe Cretēses alieno poemate parū utimur.ME.Nos aūt utimur.Videturq; nobis poetas hmōi supasse:q̄uis nō Laconicā sed Ionicā uitā poti⁹ ubiq; doceat.Bene aūt mō uerbis tuis attestari uř:cū antiqtate hoīum per fabulas ad siluestrē uiuēdi modū reduxerit.ATHE.Attestat nimirū.Quapropter testimonio illius inducti credamus gubernationes hmōi aliquādo fieri.ME.Recte.ATHE.Nōne gubernationes hç fiūt ex hoībus ipsis qui per habitatōes singulas singulaq; genera pter egestatē ex uastationib⁹ factā dispersi uiuūt?in qb⁹ semp antiqor dominat:ex eo qd pricipiū ex patre matreq; sumpserūt:quos qdē q̄si aues secuti gregē unū cōficiūt/patris uolūtate/p lege utētes/& regno oīum iustissime

stissime

ftissime gubernati. ME. Ita prorsus. ATHE. Postea uero cōmuniter pluresq; confluentes maiores ciuitates constituūt: atq; ad agriculturas primū in montiū radicibus cōuersi maceriosos ambitus quasi muros urbium ferarū causa condunt. Vnā domū amplam cōmunēq; cōdentes. ME. Verisimile id qdem uidet. ATHE. Quid aūt hoc? nōne etiā uerisimile. ME. Quid nam. ATHE. Cū habitationes hę maiores e minoribus primisq; sunt factę/ cōueniens est a deise paruarū singulas generatim/ hñtes sigillatim seniores pricipes ppriosq; mores: ex eo qd' seorsum uixerint & iccirco alios ab aliis parētibus educatioribusq; mores susceperint/ quibus assueti sunt singuli ad deos colendos seq; ipsos curādos: modestiores qdem a modestis/ a fortibus fortiores: & in cęteris oībus put singuli filios aut nepotes erudierūt: quoq; ritus quasi leges pprias ad maiorē habitationē ferūt. ME. Quid phibet? ATHE. Atqui necesse est leges suas cuiq; in primis placere. Alioq; uero leges loco secūdo. ME. Ita est. ATHE. Sed uidemur iam in ipsam quasi legū lationē clam icidisse? ME. Vtiq; ATHE. Post hæc necesse est/ ut qui cōueniunt/ aliquos ex seipsis cōiter eligant / qui omniū instituta nouerint: & quę maxime ex his probauerint/ ad cōes quosdam populi duces quasi reges deferant. Eaq; uero legum quę cōprobatę fuerint/ ipsi latores nominabunt: constituētesq; optimatū gubernationē ex imperiis aūt regnū aliquod/ in hac ciuilis disciplinę mutatione cōuiuent. ME. Ita certe conuenięti successione cōtinget. ATHE. Tertiā itaq; disciplinę ciuilis figurā iam dicamus: in qua species oēs & affectus reę. p. & ciuitatū reperiunt. ME. Quę nam ista est? ATHE. Ea certe est/ quā Homerus post secundā tertio factam ita significauit. Dardaniā uero tūc terrā ille ędificauit. Nōdū enim sacra illi mœnia erecta in campis stabant: multaq; gentiū ciuitas. Sed ad radices montis idę fontifluę habitabāt. Profecto carmina hæc & superiora illa de ciclopibus diuinitus & fm naturam ipsam cōscripta sunt. Diuinū enim poetaq; genus est: diis agit/ & sacros cōcinnit hymnos. Vnde uera passim cum musis atq; gratiis tangere solent. ME. Summopere. ATHE. Pręstantē igit fabulam psequamur. Forte enim aliqd ex ea patebit ex iis quę uolumus. An non sic oportet? ME. Sic prsus. ATHE. Conditum igit ex altioribus in magno pulchroq; campo illum accepimus/ in colle quodā non alto quo multi desup ex ida fluuii defluebant. ME. Sic traditū est. ATHE. An non longo post diluuiū tēpore id factum putamus? ME. Quis nō ita putarit. ATHE. Magna igitur eos deuastationis illius cœpisse uidet obliuio: quādo iuxta multos fluuios: & ab altioribus locis fluentes urbem condiderunt: seq; ipsos collibus exiguis credidere. Vnde pspicuū est multis sęculis eos post illuuionis uastitatē fuisse. Alię pręterea multę urbes iam tunc longius ppagato genere hoīum colebantur. ME. Quid ni? ATHE. Quę. s. & aduersus ilion militarūt. Atq; per mare/ forsan quasi iam bēs eo intrepide uterentur? ME. Apparet. ATHE. Decēnio aūt archiui Troiam oppugnātes euerterunt. ME. Plane. ATHE. In eo igit decēnio quo Troia obsidebat/ multa mala domi obsidentibus achiuis ppter seditiones iuuenū acciderunt: qui nec honeste nec iuste in sua redeuntes milites recepere: sed ita ut multi morte/ multi exilio afficerent. Qui rursus expulsi deducti fūt dori pro achiuis mutato nomine appellati: ppter doricum quēdam a quo exules congregati & restituti fuerūt. Atq; hæc omnia uos o Lacedęmonii hinc enarratis. ME. Proculdubio. ATHE. Cum sermo nobis de legibus institutus esset/ in disputationē de musica & ebrietate digressi sumus. Nunc tandē quasi diuinitus ad idem nobis oratio reuoluta est: nobisq; quodāmodo ansas prebuit. Ad eam enim ciuilem disciplinā delapsa est/ quā & in Lacedęmonia & in Creta recte quasi fraternis legibus institutam asseritis. Tantū uero ex hac oratiōis digressione lucrati sumus ut dum p disciplinas ciuiles urbiūq; habitationes transueheremur/ primā & secūdam & tertiā ciuitatē pspexerimus / alterā ab altera in tractu quodam longissimo tpis/ ut nostra fert opinio/ dependentē. Nunc uero quarta hęc nobis ciuitas uenit/ aut si uultis quartū hoc hoīum genus/ quod & quādoq; alicubi habitabit / & nūc iā habitat. Ex quibus oībus si intelligere potuerimus/ quid bene uel contra in habitatione sit institutū & quę nam leges ipsoq; conseruant ea quę conseruant/ & quæ corrupta corrūpunt/ & qualis institutionum ciuiliū cōmutatio/ beatam o Megille & Clinia efficit ciuitatē/ satis nobis factū putabimus: hæc omnia inquā rursus tanq̄ ab initio nobis tractanda sunt/ nisi forte aliquo pacto quę dicta sunt/ respuamus. ME. Siqs nobis hospes deus polliceret / quod si disputationē rursus delatione legum aggrederemur/ neq; pauciora/ neq; peiora his quę dicta sunt / audiremus longū ipse hac decā iter facerē: & breuis mihi hęc dies uideret q̄uis ab ęstiuali solstitio ad hiemalia deus modo uertatur. ATHE. Considerāda igit ista uident. ME. Maxime. ATHE. Illa deniq; tēpora cogitatione cōplectamur/ in qbus Lacedęmon/ Argi/ Messeneq; & eis coniuncta oīa maioribus uestris Megille subiecta fuerunt. Tunc enim illud fabulę ipsis/ ut dicit / placuit: ut tripartito exercitu diuiso/ urbes tres habitarent Argos / Messenem/ Lacedęmonē. ME. Sic factum. ATHE. Et Argoq; quidem rex Temenus factus est. Messenes uero Cresphōtes. Lacedęmonis aūt Eurysthenes simul atq; Patrocles. ME. Sic utiq;. ATHE. Iurarunt item omnes se illi repugnaturos/ qui cuiuspiam regnum deuastare aggrederetur. ME. Plane. ATHE. Dic uero per Iouem nunquid regnū uel principatus aliqs deponatur/ uel depositus quādoq; ab aliis sit q̄ a seipsis? An paulo ante cum in hunc sermonē incide-

Comendātur poetę.

Vnde Dori.

remus/id ita esse putabamus:nunc aũt obliti oĩno sumus? ME. Minime. ATHE. Nõne idẽ magis nunc cõfirmabimus? ab historia enim rerum gestaꝝ/ in quã incidimus/ad hoc affirmandũ admonemur. Quare nõ circa uanum aliqd/ orationẽ reuoluemus/cũ rem gestã ac ueram dicamus. Facta uero hæc sunt. Tria regna & tres gubernatę regno ciuitates legibus cõmuniter de imperãdo parẽdoq; positis iurarunt inuicẽ:reges qdem ne gerere ac tẽpore ꝓgrediente uiolentius regnarẽt:populi aũt si reges iusiurãdum cõseruarent:ne unq̃ regno deponerent: imo uero defenderent siquis unq̃ aggrederet. Reges quoq; regibus & populis:atq; etiã populi populis & regibus se mutuo ꝓpulsaturos illatas iniurias coniurarũt. Nõne ita? ME. Ita prorsus. ATHE. Quod autẽ in cõstituẽda disciplina ciuili maximũ est/id siue reges siue alii leges tulerint / tribus illis ciuitatibus adfuit. ME. Quid illud? ATHE. Vt duę simul contra unam insurgerent quę positas leges transgrederet. ME. Manifestũ id qdem. ATHE. illud etiam legislatorib? multi pręcipiũt/ ut leges hmõi ferant:quales multitudo & populus libenter suscipiant:pinde ac siquis gymnasii magistris medicisue pręciperet ut cum uoluptate corporea curent:eisq; iocunde medeant. ME. Sic oĩno. ATHE. Satis tñ sæpius est/siquis parua cũ molestia bonã habitudinẽ & sanitatẽ corporib? reddat. ME. Quid ni? ATHE. Hoc pręterea ipsis aderat non paruũ ad ferendarũ legum facilitatẽ. ME. Quid nam? ATHE. Nõ erat illa ꝓ legum latoribus bonoꝝ ęqualitatẽ efficiẽtibus maxima illa difficultas quę cõueniẽtibus in unam legẽ ciuitatibus multis solet accidere:si agroꝝ quęrant possessionẽ turbare/ & nouas tabulas introducere:quoniã uideant nõ satis posse absq; his ęqualitatẽ fieri. Nam aduersus eũ qui mouere ex his aliqd tentat/ oẽs reclamant/ne moueat non mouẽda. Agros quippe diuidenti & nouas tabulas introducenti aperte oẽs maledicunt:ut quisq; quo se uertat ignoret. Doris aũt hęc difficultas turbatioq; nõ fuit. Nam agros abunde sine controuersia possidebant: debitaq; ipsis ęris alieni prisca & magna nõ erant. ME. Vera narras. ATHE. Quo nam igiẽ optimi uiri ita male cõstitutio illa & legislatio ipsis abiuit? ME. Quo id pacto? Quidue culpas? ATHE. Quod ex tribus ciuitatũ cõstitutionibus/ duę cito & disciplinã ciuilem & leges pdiderunt:& uestra ciuitas una relicta ẽ. ME. Haud facile est/qđ interrogas. ATHE. Atqui opus est ut id modo cõsiderantes/ differẽtesq; de legibus senili quodam modestoq; ioco/ iter hoc queãdmodũ a principio diximus sine molestia conficiamus. ME. Proculdubio faciẽdum est/ut dicis. ATHE. An igiẽ pulchriorẽ de legibus cõsiderationẽ habere possumus/q̃ de his legibus quę ciuitates hmõi exornarunt? aut etiã ciuitates ullas institutionesq; honestiores ac maiores his cogitare? ME. Non facile quispiam his alias anteponat. ATHE. Nemo aũt ambiget quin illi ita cõiuncti nõ Pelopõnessum tantũ:uerũetiã uniuersam Gręciam/ si barbarus quispiam iniuriã intentaret defendere posse crediderint. Troianoꝝ exemplo cõmonitus qui Assyrioꝝ potentia freti quæ a Nino traxit originẽ/bellum contra se concitarunt. Erat enim adhuc principatus illius nõ contẽnenda potẽtia. Quare queãdmodum nunc regem nos magnũ formidamus/ita gentiũ illarum cõspirantiũ in unũ potentiã tunc oẽs expauescebant. Magnã uero aduersus eos criminationẽ secũda Troię euersio prebuit. Assyrioꝝ enim principatus particula quędam/ Troię potentia fuit. Aduersus igiẽ eam potentiã in tres diuisus ciuitates exercitus a fratribus/ Herculis filiis tunc regnãtibus optime atq; hornatissime factus uidebaẽ:& multomelius instructus/q̃ qui Troiam obsedit. Primũ enim herculidas excellentiores principes q̃ pelopidas habere arbitrabantur. Deinde hunc exercitum illi qui Troiam petiit/ uirtute prestare. Hos enim uicisse:illos ab istis fuisse superatos/ a Doris Achiuos. Nõne sic illos cogitasse:eaq; de causa sic se pręparasse credimus? ME. Omnino. ATHE. Verisimile igitur illos firmã quoq; constitutionem hanc suam fore putasse/ longũq; tẽpus duraturã/ pręsertim quia multa pericula & labores una subierũt: & a fratribus regibus gubernabanẽ. Necnon multis usi fuerant uatibus/tum aliis/ tũ Apolline Delphico. ME. Verisimile admodum. ATHE. Hæc uero quæ maxima fore existimabanẽ / breui tunc ut uideẽ euanuerunt:pręter paruam ut modo diximus partẽ / quę uestram habitat regionem. Hęc uero nunq̃ ad hunc usq; diem a bello contra duas partes suscepto cessauit. Nam si facta tunc constitutio concors mansisset:inuicta profecto in bello fuisset. ME. Cur non? ATHE. Quomodo igiẽ & qua ratione dissoluta est? Nõne consideratione dignum est: quę nam fortuna tantã ac talem cõstitutionẽ euertit? ME. Nunq̃ profecto aliud considerans quispiam/uel leges uel res publicas alias intelligere poterit:qbus pulchrę magnęq; res seruenẽ/uel contra perdanẽ/si ista neglexerit. ATHE. Feliciter ergo insufficientẽ hanc cõsiderationẽ incidisse uidemur. ME. Summopere. ATHE. Nũquid ergo noster nos omnes latet error & in pręsentia maxime / dum putamus singularẽ quãdam perspicere rem/quã mirabiles sequentur euentus/ siquis bene illa uti modo debito non ignorabit. Nos autẽ modo neq; recte forsan/ neq; ẽm naturã de hoc ipso sentimus. Et alii omnes in omnibus errant/de quibus similiter cogitant. ME. Quid ais? Et qua de re istud maxime dicis. ATHE. Ipse me o bone uir nunc certe derisi. Cum enim illum exercitum de quo modo sermo habitus est/ cõsiderassem/egregius profecto atq; mirandus mihi uisus est/& pclara quędã facinora gręcis gesturus siqs tũc ipso bñ usus fuisset. ME. An nõ prudẽter & tu cũcta dixisti? & nos pbe laudauim? ? ATHE.

Fortasse

Fortasse/puto tamē oēs qui magnū aliquid & ingenti potētia ꝑditū uiderint/statim sic affici/ut opinentur/si sciret qui ipsum possidet tāta re taliꝗ uti/ multis pręclarisꝗ inde rebus gestis felicē fore. ME. Nōne & hoc rectum?uel qūo dicis? ATHE. Considera iam quorsum respiciens qui sic laudat singula recte dicat. Ac primū de quo dicebamus quo pacto si recte sciuissent exercitū ordiare'/ qui tunc prefuerunt/ feliciter usi occasione fuissent?nōne si tutiorē illo tpe constituissent / semp seruassent:ita ut & ipsi liberi essent/ & alios quos uellent/subiugarent ? atꝗ oīno & ipsi & eoꝝ posteri tam apud grecos q̄ aud barbaros/quicqd cuperent cōsequerenť? An nō omnia huius gratia cupiebāt? ME. Immo etiā ualde A THE. Quicūꝗ igiť cum diuitias ingētes ꝓspexerit:aut honores generis excellentes:aut aliqd eiusmodi/eadem ipsa dixerit / ad hoc respiciens dicet : quasi per hoc ipsi futura sint oīa quę desiderat/uel plurima atꝗ potissima. ME. Ita uideť. ATHE. Vna certe omniū hoīum cōmunis quędam cupiditas est:quā pńs sermo significauit. ME. Quęnam? ATHE. Vt ſm animi sui desideriū oīa/uel saltem humana gerātur? ME. Cui dubium? ATHE. Quādo oēs semp hoc uolumus/ & in pueritia & adulta ętate & senio sedulo id ꝓculdubio hēre ꝓcamur. ME. Vtiꝗ. ATHE. Amicis etiā hæc ꝓcamur quę ipsi quoꝗ sib precarenť? ME. Et hoc. ATHE. Amicus autē filius patri/ cum puer sit/uiro. ME. Profecto. ATHE. Atqui eoꝝ quę puer cōtingere sibi precať/ multa pater/ne accidant/depre cať. ME. An id fieri dicis/ quādo iuuenis est & amēs filius q precať ? ATHE. Immo etiā qñ pater siue senex siue admodum iuuenis cum nec honestoꝝ neꝗ iustoꝝ quicq̄ cognoscat/ sic affectus ut Theseus ad infelicē Hippolytū impensius imprecať / filius aūt cognoscit : putas ne tunc filium cū patre eadem oraturū? ME. Intelligo qđ dicis. Dicere enim mihi uideris/non esse ꝓcandum conandūꝗ ut uoluntatē nostrā cuncta sequanť/sed ut prudentiā nostrā uoluntas. Idꝗ tā ciuitati q̄ singulis/precib⁹ petendū/studendūꝗ/ut mentē habeāt. ATHE. Idꝗ prsus inquā. Quin/ etiā qđ ciuilis uir legūꝗ lator ad hęc semp respiciēs/ leges ferre debet/& ipse recordat⁹ sum/ & uos nunc recordari uolo. Nēpe uos in disputationis principio dicebatis / ꝓbum legū latorē ad bellum oīa referre debere. Ego autē dicebā ad unam solūmodo uirtutē cum tū sint quattuor/id respicere: respiciendūꝗ nō ad unā tantū sed oēs:maxime uero ad primā:quę & cæteraꝝ oīum dux est:hæc uero prudētia est/& intellectus/& opinio/una cū amore & cupiditate ista sequēte. Eodē iam oratio nostra reuertiť. Et ego qui tunc ea dicebā/eadē nunc etiā dico siue ioco uultis / siue serio. Assero equidem nō esse tutū/ uoto uti & ad uotū consequi/si mentē nō habeas sed cōtraria eoꝝ euenire quę petis satius esse. Si serio dicta hęc existimare uultis existimate. Spero enim nūc uobis ꝑsuadere quod pauloante ꝓposuimus/ ꝑditionis regum/totiusꝗ cōstitutionis illius dissoluendę cām nō timiditatē fuisse:nec rei militaris ignorantiā seu pricipū siue subditoꝝ:sed uniuersam reliquā prauitatē & pręsertim circa humanaꝝ rerum maximā ignorantiā. Quod hæc tunc ita cōtigerint/& nūc sicubi fiāt/ aut futura qñꝗ sint/nō aliter eueniant/si uultis conabor:ut ratio deinceps ostendet adinuenire:uobisꝗ tanq̄ amicis/pro uiribus explanare. CLI. Verbis te hospes laudare molestū. Re aūt ualde laudabimus. Libenter enim tua dicta suscipiemus:qua in re/liberalis quędam laus est/quę nō maxime patet. ATHE. Optime tu qdem Clinia. Quare quod ais efficiamus? CLI. Erit ita si deus uoluerit. Tu modo dic. ATHE. Censemus ergo/per sequentē disputationis huius uiam deinceps progredientes/maxima tunc ignorantia potentiā illam fuisse ꝑditam: similesꝗ rerū euentus/& nunc eadē ex causa ꝓficisci. Quapropter si hoc ita se habet/ legislator conari debet prudentiā quoad fieri pōt ciuibus dare:ignorantiā q̄maxime auferre. CLI. Manifestum id qdem. ATHE. Quęnam igiť maxima inscitia iure diceť? Considerate si mihi assentimini. Ego enim hāc censeo. CLI. Quā. ATHE. Quādo aliquis qđ honestū sibi aut bonū uidetur/ nō amet/sed oderit:qđ autē malum atꝗ iniustū/ id diligat atꝗ amplectať:hāc uoluptatis dolorisꝗ dissensionē aduersus eam quę rationē sequi opinionē/extremā eē inscitiā assero:quā etiam maximā dico / quia in multitudine animi est. Qđ enim in eo doloribus uoluptatibusꝗ mancipatū est/ quasi plebs ciuitatis est atꝗ multitudo. Quādo igiť scientię/uel opinioni/uel rationi quę natura domināťur/animus aduersať / hoc ego ignorantiā appello:& ciuitatis quidem'/ quādo principibus legibusꝗ multitudo non paret : & unius etiam uiri/ quādo licet bonę in animo rōnes sint / nihilo tamē magis secūdū ipsas agitur:sed cōtra oīa pagun/tur. Has equidem ignorātias pnitiosissimas esse assero ciuitatis cuiuslibetꝗ ciuis : nō aūt opificum ignorātias:si modo qđ dico hospites intelligitis. CLI. Et intelligimus o amice hæc & cōcedimus. ATHE. Hoc itaꝗ ratum habeatur/ quod ciuibus qui hoc modo ignorant / nihil ad pincipatū pertinens cōmittendum sit. Immo uero ut ignorantes importandi / etiam si acutissimi & disertissimi sint:& quę ad hornamentū & acumē ingenii spectāt cuncta cōplexi. Qui uero cōtra affecti sunt sapiētes hñdi/etiā si neꝗ litteras ut diciť nouerint/neꝗ natare sciant:magistrat⁹ quoꝗ istis quasi prudentibus cōmittendi. Quomodo enim o amici uel minima prudētię spēs sine consensu consistere poterit? CLI. Nullo modo. ATHE. At uero pulcherrimus maximusꝗ cōsensuū oīum : maxia iure sapientia esse diceť. Cuius qdem particeps sit necesse est qui secundū rōnem uiuere debet. Quisqs aūt expers est/& suę domus euersor & ciuitatis nunq̄ seruator:sed contra oio ad hæc semp ignarus

Nō ꝓcādū ut uoluntatē nostrā cuncta sequantur: sed ut prudentiā nostrā uoluntas.

Prudētia cęterarū dux.

Quę maxima inscitia ciuiū.

Prouerb. Neꝗ litteras scit: neꝗ natare.

esse uidebit. Hæc igitur/ut pauloante diximus/ita se habeant. CLI. Ita Prorsus. ATHE. Imperantes uero & parentes nõne in ciuitatibus esse debent. CLI. Vtiq. ATHE. Esto: rõnes aũt pro dignitate imperandi atq; parẽdi/quales sunt/& quot tam in ciuitatib⁹ magnis & paruis q̃ priuatim in domib⁹ similiter sunt? Nõne prima dignitatis recta rõ erit/ut pater ac mater & simpliciter genitores ubiq; natis imperẽt? CLI. Maxime. ATHE. Secũda ut ignobilibus generosi. Tertia/ut iuniorib⁹ seniores? CLI. Et hoc. ATHE. Quarta ut domini seruis. CLI. Proculdubio. ATHE. Quinta ut potẽtiores dominent: imbeciliores seruiãt. CLI. Principatũ modo dixisti admodũ necessariũ. ATHE. Immo uero q plurimus & sm naturã ut Thebanus Pindarus ait/in oĩbus aĩalib⁹ repit. Maxima uero dignitas sexto collocanda est: qua ignorãtes quidẽ sequi iubent: prudẽtes aũt ducere atq; dominari. Qd ego qdẽ ĩperiũ o sapiẽtissime Pindare/nõ p̃ter naturã: sed sm naturã legis & spõte susceptũ nõ uiolẽter/fieri affirmarẽ. CLI. Probe dictũ. ATHE. Septimũ pricipatũ ad sorte aliquã pducamus/eũ dei gratia & felicitate quadã obtingere asserẽtes & iustissimũ eẽ ducamus/ut is quẽ sors delegerit impet: ille uero quem reppulerit pareat. CLI. Vera narras. ATHE. Dicemus ergo ioco quodã ad aliquẽ eoꝝ qui facile ferẽdaꝝ legũ munus aggrediunt. An uides o legũ lator quot circa imperãtes dignitates cõsiderãtur? & qũo inter se opposite sunt? Profecto nũc fontẽ aliquẽ seditionum inuenimus: a quo tibi cauẽdũ est. Primũ igit nobiscũ diligẽter cõsidera/qd nã & qũo p̃ter hęc male agẽtes agroꝝ messę/neq; reges seipsos simul & Gręcoꝝ potẽtiã quę tũc mira erat/euerterũt? Nõne qa rectissime dictũ ab Hesiodo ignorarũt. Dimidiũ nõnunq̃ plus esse q̃ totũ. Quãdo uidelicet totũ cõprehẽdere noxiũ est: dimidiũ uero moderate se hẽt/tũc sane moderatũ ĩmoderato plus eẽ censuit: utpote deteriore melius. CLI. Rectissime. ATHE. Vtrũ regibus hoc pnitiosum inesse priusq̃ plebi credimus? CLI. Probabile est regũ maxime hũc morbũ esse/qui supbe ppter delitias uiuũt. ATHE. Perspicuũ igit hoc primũ reges eos habuisse: qd plus q̃ positę leges posse uoluerũt/ nec in eo cõcorditer pmanserũt: qd uerbis & iureiurãdo laudauerãt. Verũ dissensio/ut nobis uidetur/quę cũ maxima ignorãtia sit/sapiẽtia tñ appet/ea oĩa ppter errorẽ & amarã incõcinnitatẽ/euertit. CLI. Videt. ATHE. Quid igit hoc de morbo timentẽ oportuit legis latorẽ cauisse? An p deos neq; sapiẽtię laudẽ habet nũc huius agnitio/neq; difficile dictu? Siqs aũt id tunc puidisset/certe his nobis sapiẽtior extitisset. ME. Quid illud dicis? ATHE. Licet nũc Megille qd olim a uobis factum est aĩaduertere/atq; idem rem ipsam cognoscere: faciliusq; ita qd tũc fieri oportuit/dicere? ME. Dic planius. ATHE. Ita certe apertissimũ fiet. ME. Quo nã pacto? ATHE. Siqs minoribus maiorẽ potentiã neglecta mediocritate pbuerit/uela nauibus/cibũ corporibus/animis principatus/oĩa puertunt. Nam supra modũ elata lasciuiũt/& alia quidẽ in morbos incidũt: alia in iniuriã elatioris lasciuię filiam. Quid itaq; dicimus? Nõne hoc? Quod nulla est o dilecti uiri animę humanę natura: quę ĩ iunior fit & nulli referendę rõnis iure subiecta: possit principatũ inter hoĩes maximũ ita ferre: qn ignorãtia morbo extremo mentẽ occupãte a primis amicis odium cõsequat. Quod ita factũ cito ipsum corrũpit: oẽsq; uires eius deponit. Hoc aũt cauere/mediocritatis ipsius obseruatõe/excellẽtium legũ latoꝝ opus. Quod igit tũc factũ/facile modo pspectu est: hoc esse uidet. ME. Quid nã? ATHE. Deus quispiã ut arbitror uestri curã habuit: qui cũ futura pręsciret/geminã uobis ex unica regũ generationẽ constituit: atq; ita ad mediocritatẽ magis cõtraxit. Prętera natura quędam humana uiribus diuinis cõiuncta tumentẽ uestrũ pspiciẽs principatũ/moderatas uires eoꝝ qui in iudiciali foro uersant/supbę nobilitatis potẽrię iunxit/uiginti & octo senũ sñia/in reb⁹ maximis regũ potentię adęquata. Ad hęc tertius seruator affuit: qui luxuriantẽ adhuc & frementẽ cõsiderãs principatum/ephoroꝝ censura prime ad potentiam sorte electam conducta quasi frenum ipsi ĩmisit. Hac igitur ratione regnũ uestrum/ex quibus decebat compositũ/& moderate constitutũ/& ipsum quidem seruatũ est/& salutis alioꝝ causa fuit. Alioquin Themeno & Cresphõte cæterisq; qui leges eis condiderunt/quicũq; fuerint/nec factio quidem ipsa Aristodemi seruata esset. Neq; enim satis erant ferẽdarum legum periti. Quoniã si fuissent/nunq̃ iuuenilem animũ accepto pricipatu unde tyrãnis fieri poterat/iureiurando se moderaturos existimassent. Nunc autẽ deus ostendit/qualem oportebat oporterq; potissimũ/constitui principatũ. Quod quidem a nobis intelligi postq̃ factum est/ut dixi antea nihil mirum. Non enim arduũ est uidere/si exemplo cõmoueris. At siquis id tunc pspexisset/moderariq; principatus & unum ex tribus perficere potuisset: magnificas omnes eorũ cogitationes/seruasset: nec psica classis/nec alia ulla unq̃ cõtemptis nobis ut nulla re dignis in Grę/ciam nauigasset. CLI. Vera narras. ATHE. Turpiter ergo illis repugnarunt o Clinia. Turpiter autem dico/non quia qui tunc terra mariq; uicerunt minus q̃ deceret fortiter in pugnando se gesserint. Sed turpe illud inquã quod una de tribus illis ciuitatibus pro Grecia decertauit. Duę autẽ ita deprauatę fuerunt: ut altera Lacedęmonẽ quoq; ne succurreret/phiberet/non paruo ipsi bello illato. Altera Argiuoꝝ quãuis prima illis distributionis temporibus in Grecia esset, tamẽ ad depellendum barbarum accersita/nec orantes audire uoluit/neq; defendit. Multa referre possem quæ ea tempestate in Grecia facta/ut turpia possunt accusari. Neq; qui Grecia se defendisse dicunt uere dicunt.

Septẽ dignitates imperãdi.

Qũo audiendũ dimidiũ plus esse q̃ totum.

re dicunt. Nisi enim Atheniensium Lacedęmoniorũq; cõmune consiliũ atq; potẽtia iminentẽ seruitutẽ ꝓpulisset: ferme iam oĩa confusa essent / & Gręca cũ Gręcis inuicẽ cũ Gręcis item barbara: Gręcaq; cũ barbaris. Quẽadmodũ Gręca illa quę nunc ꝑsarum tyrãnidi subiecta sunt: sine ordine ullo cõfusa sunt inuicẽ: ac male etiã dissipata. Hæc habemus o Clinia & Megille: quę tam priscis uiris ciuilibus legũq; latoribus q̃ iunioribus opponamus: ut causas eoꝝ rimãtes / quid ꝑter hęc aliud fuerit agẽdum inueniamus. Quale est qđ nunc exposuimus / quod uidelicet non oporteat magnos merosq; principatus cõstituere. Illud semp memoria tenẽtes qđ liberã ciuitatẽ & prudentẽ & sibi ipsi amicã esse oportet. Ad quę respiciẽdũ est illi qui leges laturus est. Ne miremini aũt / si sæpe iam alia quędã ꝓposuimus: ad quę sit legũ latori respiciẽdum: quę quidẽ nõ eadẽ eẽ atq; hæc appareãt. sed meminisse oportet / qñ ad temperantiã uel prudentiã uel amicitiã respiciẽdum dicimus / nõ aliã atq; aliã / sed eandẽ nobis esse intentionẽ: ac si multis etiã aliis huiuscemodi uerbis utemur / ne turbemini. CLI. Conabimur ita facere / uerba ordine repetẽtes. Sed nũc expone qđ dicturus eras: qñ amicitiã / libertatẽ / prudẽtiãq; spectare legũ latorẽ debere dicebas. ATHE. Audiatis modo. Duę gubernationũ ciuiliũ quasi matres quędã sunt: ex qbus siquis alias dixerit originẽ ducere / rẽte utiq; dicet. Quaꝝ alterã principatũ unius / alterã populi appellare decet. Alterius quoq; summũ tenere persarũ genus alterius nos putãdum. Cętetę uero ferme oẽs hinc / ut dixi / uarie cõponunẽ. Necesse est aũt haꝝ utrarũq; participẽ fore ciuitatẽ: si libertas in ea atq; amicitia cũ prudẽtia futura sit. Qđ quidem ratio ꝑcipere nobis uult cũ dicit / ciuitatem hoꝝ expertẽ bene gubernari nunq̃ posse. CLI. Quo enim pacto? ATHE. Cum igiẽ altera monarchiã unius scilicet pricipatũ / altera libertatẽ dũtaxat magis q̃ oportuerit / complexa sit / neutra mediocritatẽ seruitutis libertatisq; seruauit. Vestrę aũt / laconica dico & cretica / magis. Sed Atheniẽses ac Persę / quõdam hoc fere pacto: nũc uero minus. Sed cãs quoq; dicemus / an non? CLI. Omnino: si modo qđ ꝓpositum est / absoluere cupimus. ATHE. Audiamus ergo: Persę qdem quando Cyri tpe seruitutis libertatisq; mediocritatẽ magis habeant / primũ ipsi liberi fuerũt / deinde multos alios subiecerunt. Nam cũ principes ipsi libertatẽ subditis impẽtirent / & rem ad ęqualitatẽ magis reducerẽt / milites ducibus magis erant amici: paratosq; se in periculis exhibebant. Ac siqs inter eos prudẽtior erat / consilioq; ualebat / cũ rerũ inuidus nõ esset sed libere dicendi facultatẽ oĩbus daret / honoraretq; cõsilii cõpotes / facultatẽ prudẽtię cõmunẽ in mediũ deducebat. Cuncta igiẽ tunc illis / libertate / amicitia / mẽtisq; cõmunione facile reddit. CLI. Videnẽ hæc ut dicũtur / ita gesta fuisse. ATHE. Quo pacto igiẽ Cambisę tpe regnũ id fere cecidit: & rursus Darii tpe restitutũ est? Vultis ne ut quasi diuinatiõe usi dicamus? CLI. Quid ni uelimus? Confert enim hoc ad illud quo tẽdimus. Ita igiẽ de Cyro uaticinor: in cæteris quidẽ ipm & ducẽ bonũ & ciuilis uitę amicũ fuisse. Rectã uero disciplinã nullo pacto attigisse: nec ad rei familiaris administrationẽ animũ unq̃ applicuisse. CLI. Cur ita. ATHE. A iuuenta per totã uitã militia occupatus / mulieribus filios tradidit educãdos: quæ ipsos ut felices statim pueros atq; beatos nullius indigẽtes rei sic educabant / ut ꝓhiberent ne quis eis utpote beatis aliqua in re aduersareẽ: cogentes oẽs quicqd ipsi dicerẽt aut facerẽt / laudare. Ita ipsos tales quosdã educauerũt. CLI. Bellam certe educationẽ narrasse uideris. ATHE. Fœminã nempe: quã induxerunt regię mulieres nouis elatę diuitiis: desertęq; a uiris bello & ꝑiculis occupatis. CLI. Cõsentaneũ id qdem. ATHE. Pater uero ipsoꝝ / ouium / hoĩum multorũq; alioꝝ quoꝝ ad eos spectabat possessio / greges multos habebat: sed ignorauit qđ filii qbus hæc relicturus erat / paternã ipsam persicãq; artẽ nõ docebanẽ: cum per se pastores essent in regione aspera geniti: & ipsa ars ꝑsica dura esset sufficiẽsq; / robustos eos pastores efficere: qui & custodias agere & uigilare possent: & militare si res postularet. Permisit aũt ut mulieres & eunuchi medoꝝ ritu filios eius nutrirẽt: quoꝝ educatio ab ea quę uulgo existimaẽ felicitas corrupta est. Vnde tales euaserũt / quales fieri cõueniebat eos: qui in summa rerũ licẽtia nutriti fuissent. Cum igiẽ mortuo Cyro / rerũ potiti sunt utpote qui resolutis deliciis nutriti essent primũ alter ęqualitatẽ nõ ferens / alterũ interfecit. Deinde ipse ignorãtia ebrietateq; furẽs principatũ pdidit. Medi enim ac qdam Eunuchus tunc dictus / ipsum quasi amentẽ cõtempserunt. CLI. Sic ferẽ: atq; sic ferme cõtigisse uideẽ. ATHE. Atqui & hoc ferẽ / per Dariũ septẽq; illos uiros principatum in ꝑsas iterũ rediisse. CLI. Plane. ATHE. Inspiciamus igiẽ rõnes sequentes. Darius nec regis erat filius: nec in deliciis enutritus. Is cum ad principatũ peruenisset / septimusq; ipsum accepisset / septẽ in partes ipsum partitus est: quorum hodie adhuc parua quędam somnia restant: censuitq; uiuendum esse sub legibus ad cõmunẽ quãdam conferentibus ęqualitatẽ: atq; id ita sanxit: distributionem q; illam quam Cyrus persis pollicitus fuerat / lege complexus est: amicitiã cõmunitatẽq; persis omnibus prebẽs: ac persarum populum pecuniis & muneribus attrahẽs. Ita dilectus a militibus / non paucioresq̃ Cyrus reliquit regiones ipse subiugauit. Post Darium Xerxes: qui regiis ẽ deliciis quidem educatus. Sed te nunc iure appello Dari / qui Cyri malo cõmonitus non fuisti: sed in eisdẽ Xerxẽ moribus educasti: in qbus Cambisem cyrus nutriuerat. Ipse igiẽ utpote imbutus alimonia / similia quoq; ꝑpessus est. Ex illo tpe nullus unq̃ ferme persarum rex magnus / nisi nomine fuit.

Oportere ciuitatẽ & liberã & prudentẽ ac sibi amicã esse.

Duę matres ciuiliũ gubernationũ.

Multa de gubernatiõe Cyri: Cambisę & Darii.

Neq; fortunā fuisse causam arbitror: sed uitam malam: qua filii ualde diuitū tyrānorūq; utplurimū uiuunt. Nunq̄ enim puer & uir & senex ex huiusmodi uita uirtute pręstans euadere poterit. Quę q/dem & legū latori consideranda & nobis in pñtia aīaduertenda censemus. Atqui & uobis par est o Lacedęmonii id tribuere: qđ pauptati/diuitiis/regno priuatis/nullos excellētes honores muneraue prebetis: quę uobis ab initio dei alicuius oraculo dicta non sint. Neq; oportet in ciuitate excellētes cuiq̄ cōferre honores/ qa diuitiis pręstet: aut qa uelox: aut formosus: aut robustus sit/ si uirtute careat. Sed neq; etiā si uirtutē aliam habeat quādam/temperantiā uero nō habeat. ME. Quo pacto id hospes ais? ATHE. Nōne fortitudo una quędā pars uirtutis est? ME. Est. ATHE. Tu ipse igiť cū audieris/iudicato. Velles ne uicinū aut domesticū quēpiam habere/ fortē quidē maxime: minime uero tēperatū: quinetiā impudicū? ME. Dii meliora. ATHE. An uero/ artiū quidē multarū peritū/ & in his sapientē: sed iniustū. ME. Nullo modo. ATHE. At uero iustitia sine tēperantia originē habere nullā pōt? ME. Quomodo enim aliter? ATHE. Sed neq; etiā ille/qui modo sapiens a nobis dictus est: qđ uoluptates atq; dolores recte rationi concordes & obsequētes habeat. ME. Non certe. ATHE. Id pterea consideremus/ut qūo inter ciues honores recte uel nō recte distribuātur / inspiciamus. ME. Quid nam. ATHE. Temperantia si ab omni alterius uirtutis genere in alicuius aīo destituta sit honorāda ne iure est/an cōtra? ME. Non habeo qd respondeā. ATHE. Modeste satisq; responsum est. Alterutro enim illorū cōcesso/ incōcinne ut arbitror respondisses. ME. Bene igiť factum est. ATHE. Esto. Nēpe accessio ipsa & honores & obprobria nō dictu sed silentio potius irrationabili digna erunt. ME. Temperantiā dicere mihi uideris. ATHE. Hāc ipsam dico. Quod igiť ex aliis nobis pdest plurimū/si cū additione maxime honoretur / rectissime honorabiť: & qđ secūdo loco pdest / secūdo honorādum. Atq; ita secundū successionis rationē si quodlibet honores qui deinceps ordine sequūtur nanciscať/ recte utiq; nancisceretur. ME. Est ita. ATHE. Quid porro? an hęc quoq; a legislatore distribuenda esse dicemus? ME. Maxīe. ATHE. Vis ne partitionē cunctorū in opera singula & minima quęq; illi relinquamus? Tripartitā uero diuisionē / qm̄ & ipsi legū quodāmodo studiosi sumus: tenemus: maxima & media & minima inuicē secernemus? ME. Sūmope. ATHE. Oportere itaq; dicimus ciuitatē / quę pro humanis uiribus salua felixq; futura sit/ recte honores & obprobria distribuere. Recta aūt distributio est / ut prima & maxime honorāda censeanť animi bona/ si adiuncta illis tēperantia sit. Secūdo dignitatis gradu corpis bona ponantur. Tertio externa possessio & pecunię. Hæc siqs legislator ciuitasue transgrediť / uel pecunias pceptoris honorando/ uel posterius aliqd honore prius collocādo/ neq; sancte/neq; ciuiliter faciet. Rata hęc nobis habenda? an qūo? ME. Prorsus quidē. ATHE. Hæc latius dicere nos induxit persice gubernatiōis consideratio. Inuenimus aūt eos peiores adhuc factos esse. Causamq; esse ducimus: qa nimiū populi libertate sublata/ dominādi potestate magis q̄ oporteret/adaucta/ societatē in ciuitate & amicitiā sustulerunt. Quibus corruptis/principes quoq; nō subditis ac populo sed pprio impio consulunt. Quinetiā sæpe exigui sui cōmodi gratia/ funditus euerti ciuitates genresq; amicas igne absumi nō curant. Ita hostiliter & absq; misericordia/oderunt: & odio similiter habenť. Ac siqn̄ opus sit ut pro eis populi pugnent/nullū rursus cōmunē in ipsis cōsensum inueniunt: ut uelint ex animo subire picula & pro principibus dimicare/sed cū innumeris pene hoībus dominenť/inutiles tamen oēs habent ad bellum. Et tanq̄ hoīum indigentes / alios mercede cōducunt/p mercēnarios extraneosq; milites saluos se fore putātes. Pręterea & insanire coguntť cū te ipsa pdicent nugas esse ea q̄ in ciuitate/honesta esse & honorāda dicunť/ si ad argentū & aurū cōferanť. ME. Ita fit. ATHE. Sed de rebus psarū/quod pter nimiā dominationē seruitutēq; non recte modo se habeāt / iam satis sit dictū. ME. Omnino. ATHE. Atticam deinceps gubernationē similiter pcurrere decet: ut pateat quēadmodum libertas nulli subdita magistratui nō paulo deterior est q̄ illa quæ mediocritatē/ magistratuū dominatiōe cōsequiť. Nobis enī tpe quo pse Gręciā imo uniuersam pene Europā aggrediebātur/ prisca quędā erat res. p. & magistratus aliqui ex censu quadrifariā diuiso erant: pudorq; inerat/quasi dominus: cuius causa legibus subiecti uiuere uolebamus. Pręterea magnitudo terrestrium maritimarūq; copiarū / usq; adeo nos exterruit / ut obseruātius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. Quibus de causis maior inter nos exorta ē beneuolentia. Ferme nāq; decēnio anteq̄ bellum nauale in Salamina gestū sit/ Datis ipse a Dario missus classem psicā in Athenienses Eretriensesq; duxit. Cui mors a Dario nisi has gentes ditioni suę subiiceret/est indicta. Datis igiť ipse Eretrienses breui tpe inumerabili militū copia penitus expugnauit: terribilisq; inde rumor ad urbem puenit nostrā: neminē Tretriensiū effugisse. Sed manib⁹ inuicē milites iunctis/ atq; ita uniuersa regione Tretriensiū circundata / oēs penitus cōprehendisse. Hic rumor seu uerus siue nō: cū cęteros gręcos: tum uel maxime Atheniēses pterruit. Quibus cū uniuersam Gręciā passim legationib⁹ missis ad opem ferendā cohortarenť/ nemo pter Lacędemonios auxiliari uoluit. Et isti quidē seu bello qđ aduersus Messenē gerebant īpediti siue alia quadā causa: nō enim scimus sequēti post pugnā Marathonicā die opitulaturi uenerūt. Post hæc magna indies parare/ multaq; minari

Modesta responsio ad duo difficilia.

Recta distributio honorum & obprobriorum.

De Attica gubernatiōe populari.

rerum

rerum dicebat. Interea Darius naturæ cessisse nūciat: ac filius eius atrox iuuenis imperium accepis
se: nec a ceptis paternis desistere uelle. Cuius apparatus oēs in se cōuerti Athenienses pp Maratho
nicam stragē credebant. Porro audiētes defodi Athon cōiungi Hellespontū/classis imensam ma-
gnitudinem cumulari nec mari nec terra salutem sibi fore putabant: ꝑsertim quia in nullius præsi-
dio confidebant: quippe qui memoria tenerent/neq; tunc cū primo illoꝝ ingressu capti Eretrien-
ses fuerāt/quēq̃ sibi opem ferre & pro eoꝝ salute subire periculū uoluisse. Idem igiť tunc terra sibi
euenturum putarunt. Mari uero nullam prorsus salutē inueniebāt: cū naues plus q̄ mille aduehere-
tur. Vnam uero salutē quāuis tenuē dubiamq; solūmodo uidebant. Nam cū respicerent quę antea
gesta fuerunt/& quod desperata salute/tū uicerūt/hac spe euecti/in seipsis ac diis tm̄ inuenerūt sibi
refugium fore. Hæc igiť oīa eos maiori inter se beneuolentia copularunt: præsens inq̄ metus: & q
a legibus iāpridem inerat: quē seruientes legibus assecuti sunt. Hunc sæpe pudorē in superioribus
noīauimus: cui seruire oēs oportere diximus/q̄cūq; boni futuri sunt. Quo quisquis afficiť/liber est
& interitus. Ac nisi præsens ille metus pudori huic iunctus fuisset/nunq̄ ex hmōi cōcursione illi pro
uocati & una conuenientes/deoꝝ tēpla/maioꝝ sepulchra/patriam ipsam/cæterosq; familiares atq;
amicos defendissent: ut fecisse narranť: sed sparsi alius alio abiissent. ME. Probe hospes: ac sicut te
patriāq; decet/dixisti. ATHE. Vera hæc sunt o Megille. Nam quę tūc gesta sunt/ea par est tecū/qui
parentū naturam seruas/referre. Sed & tu & Clinias attente considerate: si quæ ad legū lationē ꝑti
nent/dicimus. Neq; enim cōfabulandi gratia hæc enarro. Cuius autē gratia ista dico inspicite. Vt
scilicet uideamus idē nobis ac ꝑsis quodāmodo accidisse. Dum illi quidē in oēm seruitutē plebem
traherent/nos cōtra in merā libertatē. Q̄ño uero & quid deinceps dicamus/habita iā uerba & cō-
mode dicta quodāmodo demōstrāt. ME. Probe loqueris. Sed conare quod modo dicebas aptius
eloqui. ATHE. Faciam. Non erat o amici apud nos ex ueteribus legibus alicuius rei plebs domi-
na: sed sponte quodāmodo legibus seruiebat. ME. Quibus legibus. ATHE. Illis inq̄ quæ de musi-
ca positæ fuerūt: ut incremētū uitæ nimiū liberæ a principio repetamus. Distincta enim nobis tūc
per species & figuras erat musica. Fuitq; una species cātus ad deos ꝑcibus placādos/quos hymnos
uocabāt. Huic altera cantus cōtinua species. Querulos hos cātus q̄s maxime appellaret. Alia spēs
Pæon. Alia Dionysii generatio/quā dithyrābū arbitro appellatā. Erat & alia cantus spēs: quā leges
citharædicas noīabant. His itaq; aliisq; q̄busdā legē statutis non licebat alio genere cantus pro alio
abuti. Auctoritas aūt cognoscēdi hæc iudicādiq;: & dānādi siq̄s cōtra fecisset nec sibilo nec ineptis
clamoribus multitudinis ut modo tribuebať: nec rursus laudādi licentia plaudēti strepētiq; turbę:
sed ꝑstantibus in doctrina uiris id erat cōcessum: dabaturq; ipsis ad finē usq; magno cū silentio au-
dire. Adolescētes aūt pædagogi & plebs uniuersa castigatione uirgæ ammonebanť. Hæc cū ita or
dine fierēt/multitudo ciuiū libenter parebat: nec audebat tumultuose quicq̃ iudicare. Tēpore de
inde ꝓcedēte principes quidē transgressionis a musica/alienæ poetæ ipsi fuerūt: q natura qdē poeti
ci erāt: sed qd iustū atq; legitimū in musa nō satis intelligebāt: debacchantes utiq; & uoluptati ma-
gis q̄ oportuerit/indulgētes. Hi sane & lugubria hymnis & dithyrābis pæonas cōiunxerūt. Tybia-
rūq; sonos & cātus/citharæ cātibus imitati sunt: oībus oīa cōmiscentes. Qui & præter sniam ex in
scitia cōtra musicā mētiti sunt: asserentes eā qdē nullā rectā in se normā habere: sed audiētes uolu-
ptate/siue ꝓbus ille uir sit/seu contra/rectissime iudicari. Cum igiť hmōi poemata cōponerēt/& ta-
lia uulgo dicerēt/iniquā adeo & audacē aduersus musicā/multitudinē effecerūt/ut se sufficiētes sen
tentiā ꝓnunciare de musica crederēt. hinc spectacula frequēter exclamare cœperūt/cū silere antea
cōsueuissent: quasi quid pulchrū in musis qd non/acute sentirēt: atq; ita ex optimatū ꝑtāte/in prauā
theatri potētiam res ipsa desiluit. Si.n. popularis potētia solū liberoꝝ hoīum extitisset/ nullū utiq;
ingens malū fuisset. Nunc aūt ex musica nobis incepit oīum ad oīa opinio sapiētiæ ꝑuaricatioq; se
cuta est & libertas. Intrepidi enim erāt/quasi sciētes/hæc licētia īpudētiam pepit. Nēpe si melioris
opinio pp audaciā non timeť/idipsum pene ꝑniciosa est īpudētia. quæ a libertate quadā temeraria
ꝓficisciť. ME. Verissima loqueris. ATHE. Hanc libertatē ea licētia sequiť/quæ facit/ne magistrati
bus subesse uelimus. Ex hac originē habet & illa/p quā patris matrisq; & senioꝝ seruitutē & ꝓcepta
cōtēnimus. Cūq; ꝓpe transgressionis huius extremum simus/legibus quoq; parere recusamus. In
ipso aūt extremo/iusiurandū/fidē/& oīno deos negligimus. Vnde ad priscā illā tyrānicāq; reuoluti
naturā eadē illa iterū patiemur/duraq; sæcula rursum degemus: nec maloꝝ finē ullum repiemus.
Sed cur hæc nobis dicta sunt/repetendū mihi uideť: ut oratio quasi equus retrahať: ne si os effrena
tum hēat/dicēdi cōcita īpetu/ab asino ut ꝓuerbio ferūt/excutiať. Interrogandū est igiť/cuius causa
hæc dicta sunt. ME. Est utiq;. ATHE. Hæc ergo illoꝝ gratia diximus. ME. Quoꝝ? ATHE. Dixi-
mus nēpe ad tria quædā eē latori legū respiciēdum/ut ciuitas quæ legibus instituiť/libera sit sibiipsi
amica/& mentē habeat. hæc dicta sunt? an non? ME. Dicta prorsus. ATHE. Propterea duas guber
nationū species in mediū adduximus. Vnā in qua arctissima seruitus/alteram in qua resoluta liber
tas. Cōsiderauimusq; utra recte gubernareť. Perspeximus aūt medioctitate alteri dominādi/alteri

libertatis addita/feliciter nimiũ utrasq; se habuisse: infeliciter uero/cũ seruitus in altera/in altera libertas ad extremũ usq; pereuit. ME. Vera narras. ATHE. At qui huius quoq; ipsius gratia Porici exercitus cõstitutionẽ cõsiderauimus/& radices montiũ Dardani/habitationẽq; maritimã primos pterea illos q a uastitate diluuii relicti fuerãt. horũq; cã de musica & ebrietate/neq; prioribus ẽt habita nobis oratio est. Hæc.n.oĩa ob eã cãm dicta sunt/ut intelligamus qũo optime gubernari ciuitas possit: & quo pacto priuatim qsq; optime suã uitã disponat. Si uero qcq̃ contulimus/quæ nã nobis ipsis aduersus nos o Megille & Clinia redargutio erit? CLI. Ego hospes mihi uideor nõ nihil inspicere. Secunda qppe fortuna supiora oĩa nobis dicta uident. His.n.ẽgo quodãmodo indigebã. Quo circa oportũe ambo/tu dico & Megillus hic me repperistis. Neq; cœlabo uos quod mihi accidit. Quasi.n.augurio his sermonibus cõfirmatus sum. Maxima pfecto Cretensiũ pars coloniam mittere quãdã cogitat: ac Gnosiis eius rei curã cõmittit. Gnosiorũ uero ciuitas mihi aliisq; nouẽ uiris id mandat curandũ. Leges aũt ponere iubet/& quæ nobis ex cretensibus placeãt/& quæ aliunde colligi possint. Edicitq; nobis ne pegrinas leges horreamus/modo pbent. Nunc igit & mihi & uobis hãc gratiã pbeamus. Collectis undiq; legibus/oratione cõdamus ab initio ciuitatem. Sic.n.& illud/quod a nobis quærit/diligentius cõsiderabit: & mihi forsitã disputatio hæc ad futuræ ciuitatis cõstitutionem cõferet. ATHE. Non bellũ indicis o Clinia. Quare nisi id Megillo incõmodũ mea qdẽ pro uiribus tibi parata sunt? ME. Probe dicis: ego quoq; paratus sum. CLI. Optime ambo dixistis. Quare conandũ est primum oratione ciuitatem condere.

¶ARGVMEN. MARSI. FICINI IN DIALOGVM QVARTVM DE LEGIBVS.

Q Vartus hic dialogus/quẽadmodũ & tres supiores/ac ẽt pars quinti prima/in ipso cõditoris legum cõsilio officioq; uersat. Huius uero consiliũ circa ciuitatis materiã atq; formã: materiã inq̃/sitũ & cõpositionẽ/dispositionẽq; urbis: formã uerbo modum publicæ gubernationis & ordinẽ. At qm forma hæc formosa esse nunq̃ põt/nisi ciuiũ aĩ sint formosi/idcirco in formandis a tenera ætate perq; oẽm uitã suorũ ciuiũ aĩs legifer inuigilare iubet. Materiã igit ciuitatis paucis expedit uerbis/formã uero eius/& aiorũ ipsorũ formationẽ accuratissime tractat. Vtpote qui præ aiorũ dignitate exteriora oĩa quãuis amplissima uideantur/nihilpendit. Profecto Plato noster si corporũ esset medicus/in eligẽdo aere saluberrimo ad firmam ualidãq; corporis habitudinẽ cõferente incũberet diligẽtius. Sed qui in eligenda pro se achademia in salubri loco/nõ corpori sed aĩo moribusq; cõsuluit/is nimirũ in urbe cõdẽda nõ admodũ accuratus appareret/in formandis uero una cũ ætate moribus tanq̃ medicus aiorũ/ut ita loquar: curiosissimus. Præterea si tanti fortunæ faceret bona/quanti cæteri solẽ/certe agrũ/& sitũ & modũ ad diuitias cumulandas amplificandũq; impriũ cõmodissimũ diligenter exquireret. Cõtra uero facit oĩno. Sit ergo urbs procul a mari atq; portu: non mercaturæ pſertim cauponariæ dedita/nõ luxuriosa: non diues. Sit tẽperata ciuitas & sobria & pudica: præcæteris uero pia. Quid nã aliud mãdaturum putas sanctũ aliquẽ religiosæ uitæ pontificẽ in edificandis tẽplis habitaculisq; sanctorũ/q̃ quod Plato noster iubet in urbe condẽda? Et qui pauca hic de urbis corpore uerba facit: idẽ in beata illa republica decẽ dialogis expressa/nullũ de urbe cõdẽda fecit uerbũ/neq; id qdẽ iniuria. Illam nãq; reliquit cœlo: hãc in terris/ædificat ad exẽplaris illius quoad fieri põt imaginẽ. Propositũ igit erit legiferi: quæ pter aĩ bona sunt pro bonis aĩ paruifacere: in oĩq; eius institutione ad uniuersam uirtutẽ tanq̃ ad signũ intendere. Ideoq; nihil uel in ciuitate uel circa urbẽ pmittere/unde ciues malis aliqñ moribus assuescere possint: ẽt si inde uictoria multarũ gentium potẽtiaq; amplissima/& copia rerũ oĩum abundãtissima cõsequat. Lex enim non extra aĩum/sed in aĩum ipsum aciẽ suã dirigit oĩ ex parte pficiendũ. Itaq; iubebit ne ciues habeant summo in pcio falsæ huius uitæ salutẽ. Neq; tã ut sint saluiq; sint pcurent: q̃ ut q̃diu sunt/optimi sint. Ad uniuersum uero legiferi institutũ pficiendũ tria in primis cõducere arbitrat: deũ uidelicet fortunamq; & artẽ. Quæ tria humana oĩa gubernare dicunt. Et quo difficiliora q̃ cæteri auctor legũ molit/eo maiori ab his tribus q̃ cæteri indiget patrocinio. Quod aũt Plato dicit deũ & fortunã atq; artẽ simul cũ deo humana oĩa gubernare breuiter sic expone. Deus in oĩbus p oĩa mouet oĩa. Mouet mundi spæras. Quarũ cõcursio fatũ quidẽ alicubi/sed hic fortuna libentius noĩat. Hinc casus uarii circa externa corporaq; pueniũt. Mouet & aĩas/lumen mẽtibus inspirãdo: unde ars nõ speculandi solũ accẽdit/sed agẽdi. Ab arte tandẽ dispositio externorũ & corporis pficiscit. Quãobrem a deo quidẽ cuncta dependent. Qui ut ait Paulus/ oĩa in oĩbus operat. Verum ab ipso deo alia quidẽ per fortunam pcedunt/alia uero p artẽ. Quo fit ut neq; fortuna neq; ars aliqñ deo ualeat aduersari. Quippe cum semp ab ipso utraq; moueant. Inter se uero duo hæc ita se habent. Aut enim consentiunt inuicem/aut forte dissentiũt. Si dissident/ aut fortuna supat artem/aut ars fortunã. Id aũt accipe hoc exẽplo dum mouet deus spæras/interdum p fortunã/in mari cõmouet tẽpestatem. Tempestas quatit nauẽ. Interea mouet deus idẽ eandẽ

nauem per aīum quoq; gubernatoris:idest partē ipsam a deo continue dependētē. Q ſi gīf ars na uē ad certū dirigit portū: atq; ad eūdē tēpestas quoq; uehit/tūc ars ſimul cū fortuna cōsentit. Q ſi uero alio quidē impellit uentus/alio uero ars certat ducere:tunc ars & fortuna diſſentiunt: ac tandem uel ars cedit fortunæ/uel arti fortuna: interim ꝓuidētia dei utrobiq; agit utrūq; ad finem ſibi ſoli notum/cui nihil unq̄ diſſonat/cuncta uidelicet in uniuerſam ſui operis harmoniā occultis modis contēperāti. Cæterū illa ipſa concurſionum cœleſtiū diſpoſitio/ q̄ſi talis prouenit/ut artē neceſſario ſupatura ſit/fatum dicif potius q̄ fortuna. q̄ſi uero talis ut exſuperare inertē poſſit/ & ſuperari ab arte/fortuna potius nominatur. Neq; diffidas artem q̄ſq; uincere poſſe fortunā. Vt enim fortuna/ſic & ars ꝓcedit ex deo. Aīaduerte uero ubi Plato de occaſione diſputat: quā uir magnus nouas conditurus leges eroptet/ad id magnopere oportunā/ſub illius tyrāni noīe iuniorē Dionyſiū ſignificare. ſeipſum uero ſub appellatione legiferi:atq; indicare fauorē fortunæ ſibi integrū defuiſſe. Itē Platonem in Sicilia apud Dionyſium quędā harū legū prohœmia inchoaſſe:ut ex epiſtolis intelligi pōt. Opus uero id legū expulſo Dionyſio perfeciſſe. Deniq; per hęc dicta reditū in Siciliā ſuū ab infamia uindicaſſe. Scito aūt Platonē in eo itinere atq; reditu nihil aliud cōtendiſſe: q̄ ut ſalua Dionyſii proſperitate uiolenta tyrānis in regnū moderatū cōuerteref. Inter hæc aūt ubi de tēperantia & prudentia principis loquif/memento/Platonē/mediocrē q̄dē tēperantiam & prudentia manifeſte diſtinguere: mediocrem quoq; prudentiā a ſapientia ſimili ratione diſcernere. Cōſumatā uero tēperantiā ſæpe appellare prudētiā:abſolutā quoq; prudentiā nōnunq̄ ſapientiā noīare. Quod q̄dē in Phædone & tertio legū & hic & alibi ſæpe patet. Adducit præterea naturales quaſdā ingenii dotes/uirtutibus quidē ſimiles. Sed tunc demū/q̄ſi recte fuerint excultæ ad uirtutū munera cōducentes. Qua q̄dē de re latius in re. p. diſputat. Mandabis interea memoriæ:quales ſunt principū mores/tales quoq; fieri ciuiū reliquoꝝ. Neq; ulla de cauſa mores ciuiū facilius citiuſq; q̄ ex hac mutari poſſe. Item beatū eſſe prudentē & tēperatū doctorē populi: beatum quoq; populū qui audit uerba ex ore doctoris eiuſmodi ꝓfluentia. Pręterea neq; rēpublicā felicem fore:neq; leges bonas exorituras/prius q̄ in gubernatore potētia una cū ſapientia tēperantiaq; cōcurrat. Proinde diuinū ad ciuitatem cōſtituendā auxiliū inuocandū. Hactenus quartus hic liber munus legiferi circa materiam ciuitatis & formam cōmunis pertractauit. Pergit uero deinceps ad figuram muneris huius diſtinctiorem. Quærens utrū ciuitatis forma regnū eſſe debeat/an optimatū ſenatus/an potētia paucorum:an popularis. Q̄m uero nihil inter hoīes bonū reuera dici pōt/niſi diuinū imitef bonū/nō iniuria formā prius diuinæ gubernationis exponit/q̄ ex humanis gubernationibus/aliis alias anteponat/uidelicet diuinæ ſimiliorē abſq; controuerſia cæteris ꝓfecturis. Probat aūt gubernationē diuinam eſſe regnū optimatūq; ſenatū regno cōiunctū. Cenſetq; ex oībus ciuibus illos eligendos eē ad gubernandū/quotcūq; ſint qui tm̄ cæteris prudētia & tēperantia præſtant/quantū uiri pueris ꝓſtare ſolent. Atq; ſiquis inter electoꝝ numerū ſimili ferme interuallo cæteros antecellat/regē eē cōſtituendū. Id uero tū ex ꝓſiti Saturni myſterio/tū ex ſimili quodā in politico/tū ex epiſtolis & re. p. pōt eſſe conſpicuū. Cæterū ut ꝓſis ſaturni myſteriū aptius ītelligi poſſit/meminiſſe oportet/platonicos coniectare mundū a uita quadā & aīa contineri atq; duci/ex tribus potiſſimū argumentis: ex firma uidelicet diuerſarum mūdi partium copula:ex mirabili motu cœli: ex perpetua rerū generatione ſub cœlo. Coniectare rurſus mundū a mente regi ex triplici quodā ordine/ſcilicet ex ordine qui & in ipſa partium mundi copula/& in ſperarū motu/& in rerū generatione cōſpicif:utrūq; uero ſcilicet aīam atq; mentē platonicus ille noſter breuiter cōprehendit. Spiritus intus alit/totāq; infuſa ꝑ artus/mens agitat molē. Coniectare tādem & aīam & mentem ab ipſo bono unoq; dirigi ad regendum/ex eo ꝓcipue quod & cōnexio partiū motuſq; & generatio & oīs hoꝝ triū ordo in unū tendit bonūq; dirigif. Quāobrē ſub ipſo bono regnū geminū cōtinef intellectus uidelicet atq; aīæ. Illud q̄dē Saturni/hoc aūt Iouis regnū oīs appellat antiq̄tas. Quæ Iouē iccirco fingit ſaturni regnū occupaiſſe:q̄m utriſq; ad regnū ꝓprium uocātibus aīas. ſ. illuc ad intelligibile/hinc ad ſenſibile bonū/pauciſſimæ quędā aīæ ad intelligibile Saturni bonum cōteplationemq; ſe cōferunt:q̄ plurimę uero ad ſenſibile Iouis bonū actionemq; quotidie cōfluunt. Tradunt antiq̄/aīas quondā beatas: ſub Saturni regno uixiſſe. Duobus id modis intelligentes. Prīo q̄dem dū īter diuinas angelicaſq; mentes uiuebant/anteq̄ in corpora laberenf. Deinde etiā quotiens & quotcūq; uoluptuoſam q̄dem uitam negligentes/actiuā uero parū admodū diligentes/contemplatiuæ uitæ ardentiſſimo amore ſe dedunt. Vtcūq; uero accipiaf in uita ītellectuali beatæ/in animali ſunt miſeræ. Accedit quod ſub hac miſeria ita fallunf/ut cum duo in cœlo planetæ ſint/primus q̄dem ſupioris Saturni nūcius: ſecundus aūt nuncius Iouis ſuperioris/laudent q̄dem Iouis ſtellā/Saturni uero uituperent. Cū tñ hęc q̄dem ad temporanea magis prouocet bona/illa uero reuocet ad æterna. At q̄m homo gregabile aīal a cōmuni hoīum cōmercio ſegregatus mediocrem uiuendi habitū ſeruare nō pōt. Cogiturq; ut ita dixerim/uel infra hoīem deſcendere/uel aſcendere ſuper hoīem/factum eſt/ut Saturnus hominum ſegregator crimen & infamiam apud inſcios reportauerit/eoꝝ uidelicet culpa/qui uel ni

ſtione quadam ineptiori uel educatione peruerſa tales euadūt/ut qñ a Saturno extra hoīem ſe uo-
cantur. Deſcendāt/ab homine potius q̄ aſcendant. Verum de his alibi diligentius: reuertamur ad
argumentum. Addit Plato Saturnum quondā hoīes diſtributos in greges cuſtodiæ dæmonū cō-
mendaſſe. Id aūt pluribus modis exponiſ. Primo quidē diuinā mētē aīas hoīum ut Timæus ait in
uarios ordines ab initio diuiſiſſe ſtellarum aīarum numerū comitantes. Differentiā uero noſtrarū
inter ſe aīarum/alii inter platonicos numeralē tm̄ eſſe putant/alii ēt ſpecialem/ut unum aīarum no
ſtrarum ſit genus: in eo multæ aīarum ſpēs: ſint ēt multæ ſub eadē ſpecie. Vtcūq; uero diſtribuan-
tur/diuerſis non ſolū ſtellis/ſed dæmonibus ēt accōmodari dicuntur. Alioq; modo exponi pōt my
ſteriū: ut uidelicet uel ab orbis initio/uel ſtatim poſt diluuiū rudiores hoīes diuina ꝓuidentia ange
lorum ſiue dæmonū melioꝝ miniſterio rexerit/donec paulatim facti peritiores ipſi ſe regerēt. Ra
tiōi uero conſentaneū eſt/ rectius feliciuſq; a ſupis q̄ a ſeipſis hoīes gubernari. Exponiſ inſup tertio
hūc in modū ut quotidie quicūq; uitæ rōnem eligunt ab aliis quodāmodo ſegregatā/riteq; educa-
ti fuerint/ſtatim in cōtēplatiuū beatūq; ſaturni regnū cōmigrare dicanſ. Sed quatenus ſub cōtem
plationis officio in ritus uarios diſcernunſ/eatenus & in multos greges ſecerni uidenſ / & aliis atq;
aliis pro uitæ ſimilitudine inſpirari numinibus atq; regi. Mitto in pñtia multas præſtantiū philoſo
phorum ſcholas quaſi greges ſub Saturno paſtore mirabiliter congregatos. Sub Saturno inq̄ tri-
bus præcipue modis. Sub mente diuina & angelica primū: deinde ſub aīa planetæ primi eiuſq; ſpe
ræ: tertio ſub ipſius planetæ corpore. Sed mēs ipſa facit. Aīa conficit. Planeta portēdit/portendit
inq̄: qñ in magnis Saturni cū Ioue coniunctionibus/Saturnus ipſe uel exaltatione ſua uel domicilio
gaudet: & tanq̄ coniunctionis dominus foueſ qdem ab Ioue. Vtiſ & ſolis Mercuriiq; & Veneris be
neficio. Sic magicā Zoroaſtris eiuſq; ſectatoꝝ pepit/ſeu portēdit potius diſciplinam: Triſmegiſti
quoq; theologiam. Orpheiq; myſteria. Archana Pythagoræ. Socraticā ſanctimoniā. Platonicā ma
ieſtatem. Ita eſſe manifeſtis quibuſdā argumētis cōpertum habemus. Hinc & Plato in pñti libro ſa
turnum eē affirmat dominū eoꝝ qui mentē hñt. Gubernationē uero eiuſmodi ſub Saturno regiā
optimatūq; extitiſſe demonſtrat. Siqdē genus humanū ab ipſo deo tanq̄ rege ꝑ electos optimoſq;
dæmones aſſerit gubernatū. Hos multi angelos appellarent: & Plato in Critia uocat deos: facilita
tēq; gubernationis & hic indicat & in Critia/dicens occulta quadā ꝑſuaſionis inſpiratione fuiſſe ho
mines gubernatos gubernādos quoq; ſimiliter/quotiens ab inferioribus uacātes motibus ſeſe ſu-
peris ſubiecerint ꝑducendos. In his Plato monet: primo diuinā ꝓuidentiā nūq̄ deeſſe hoībus/mō
ſibiipſi nō deſinit. Deinde humanū ingeniū in ſumma rerū licētia potētiaq; laſciuū ſupbūq; euade
re. Tertio ſicut beſtiæ nō poſſunt a beſtiis abſq; humano quodam paſtore ſic neq; hoīes ab hoībus
abſq; duce deo optime gubernari/& q̄diu mortalis aliqs ſine deo dominabiſ/tādiu laborioſam mi
ſerāq; uitam fore: quaſi fruſtra uigilaturus ſit qlibet ciuitatis cuſtos/niſi deus ipſe cuſtodiuerit ciui
tatem. Quarto ipſam mētis diſtributionē eſſe legē: eiq; in oī & priuata & publica gubernatiōe/ſem
per obtēperandū: ut ꝑ noſtram mentē feliciter a diuina mēte ducamur. Quinto nullas cōſtitutio-
nes appellādas eē leges/niſi cōe ciuitatis totius bonū ꝓcurent. Sexto qui obſeruātius parēt legibus
his magiſtratibus maxime diuiniq; cultus munera cōmitti debere. Septimo interitū ciuitati para-
tum eē/in qua nō leges magiſtratibus/ſed magiſtratus legibus dominenſ. Octauo/iuuenes qdē ut
plurimū hæc obtuſe uidere: ſenes aūt acute ꝑſpicere: niſi forte qñq; deus uel iuuenilā ꝓbet pietatē/
uel ſenilē reprobet īpietatē. Multa iā uerba Plato facit ad ipſum legis latorem pro ſuo officio īſtruē
dū. Nonnulla facit deinceps ad populū leges eiuſmodi ſuſcepturū/ut & accipiat libentius & ſeruet
īpenſius. Cohortaſ aūt ad ſacras leges in primis: perq; illas ad humanas a diuinis inuentas & con-
firmatas. Sed una cū exhortatione uenerationē terrorēq; cōmiſcet. dicens deū mundi totius artifi
cem/totū in ſeipſo cōplecti. Ideoq; īſpicere ſingula: ne quis confidat ꝑuaricādo poſſe latere: pq; oīa
circūuolui ne qs ſperet manus eius poſt delictū ſubterfugere poſſe. Hūc eſſe oſtēdit legū oīum fun
datorē: ubi ait recta definit & ꝑagit: idest recta quadam legis regula determinat ſingula. Determi
nat inq̄ primo ſingulis naturæ ſuæ modū: quæ qualia quot quātaq; ſint: & ubi & qñ & qūo mouean
tur. Deinde aīs qd agendū ſit/qdue cauendū. Determinationē eiuſmodi legē eſſe cōſtat rerū oīum
penes deū oīum auctorē. Eāq; eodē actu ab ipſo deo ſanciri/quo & oīa ab eo īntelliguntſ & fiunt/actu
ſcilicet circulari/quē Timæus ait eſſe diuinæ īntelligentiæ naturalē ex ſeipſa uidelicet ſeipſam reſpi-
cienti/ſeq; reſpiciendo oīa ſemp cōſpicienti. Forſan uero ultra circularē/ut ita dixerim/motum deo
intimum/ſubinſinuat motū quoq; rectum. i. reꝝ a deo ꝓceſſum: deiq; per res oēs influxum/ideo re
cta dixit: & ꝑagit. Et motum rectum a circulari pēdere ſignauit. Item ubi ait deum reꝝ principia &
fines & media cōtinere/intellige deum eē cām rerum efficientē atq; finalē: ſeruare oīa/oībuſq; ad-
eſſe. Ac ne quis putet irritam fore legem/addit hanc ſemp iudicium comitari/quo & perſpicaciter
ſeruatores legis præuaricatoreſq; diſcernanſ: & efficaciter qui potiſſimum debeaſ/ cuiq; decernā
tur. Quod quidē iudicium/qm̄ potenter & diſcernit & decernit ineuitabilis ſequiſ ultio peccatoꝝ
& p̄mium obſeruantium. Seruari uero maxime diuinā inquit legem ab his qui humilem ceruicem

ſuam

suam diuinae legis iugo subiiciunt: quo premium futura beatitudo censet: respui uero maxime a supbis: qui mox sicut dei legem dereliquerunt. Ita deserunt a deo. Deserti aut & peccant atrocius: & miserabilius cruciantur. Tu uero euangelica haec aureaq praecepta seruabis alta mente reposta. Quod aut mysteria haec antiquo ait sermone constare. Mosayco possumus intelligere. Possumus quoq mercuriali quoda & orphico: apud quos eiusmodi multa perlegimus: & illa quide euidentissima. Quae recensere grandius iam phibet argumentu. At si orphicos de Ioue/de lege/de iudicio & iustitia & Nemesi hymnos legeris/haec ad uerbum inuenies oia. Post haec Plato populum exhortat: ut unusquisq magnopere studeat in eo numero esse qui deu sequunt/cotendens in oibus placere deo: atq ut id consequat similem deo se reddes: simile inq per teperatiae puritate/qua tanq regula examussim sua oia metiat. Siquidem mesura quod & Pythagoras inquit oium optima iudicatur: simillimuq deo efficit aium. Quippe cu deus oium sit mensura/praecipue nobis/qui uidelicet eatenus uel psequi uel fugere debemus singula/quatenus diuinae menti uoluntatiq uel consonare uel dissonare censent. Hinc illud in Platonis epistola. Sapienti qde uiro lex deus est. insipienti uero libido. Ambiguus uero hic legit textus. Alibi enim legit ut traduxi. Quibus uerbis Plato uidetur Protagoram cosutari dicente re mensura hoiem esse. Cuius error in libro de scia subtiliter cosutat. Alibi uero legit no q qs homo sed siqs homo/hunc in modu/deus oium nobis est mesura/ multoq magis siquis/ut ferunt/homo est. Tu hanc particula siquis/ut feru/homo est: exponere potes/ siquis homo mensura est/multo magis deus est mesura: no enim nobis sed deo per quem uiuimus/ debemus uiuere. Posses forsan exponere si deus aliquis homo est. i. siqui fiat homo/ut ferut. i. oracula pphetarum. Quae qde expositio utina q pia est apud multos/tam accepta foret apud Platonicos. Vt aut appareat quanti fructus sit obseruatio legu/subdit solis haru obseruatoribus licere atq expedire uota diis sacraq facere. Caeterorum uero preces & munera a deo respui. Hoc ipsum uero quod est placere deo/dicit esse signu/quo singulas uitae actiones quasi sagittas debemus intedere. Sagittas aut ad hanc ipsam dei gratia attingeda esse ait/sedulu religionis cultu. In quo eosde dispo nit gradus/quos & in carminibus pythagoricis legimus. Iubet enim hic sicut & ille/ut coelestes primum oes colamus deos: illos praecipue qbus patria quasi patronis est dedicata. Deinde sequentes sub coelo deos. Quos oes terrestres appellat. Mos. n. Platonis est/& si oia sub coelo elemeta ponit/ oiaq in coelo modo coelesti/tu oia sub coelo appellatione terrę coprehedere/oia item in coelo coeli ignisq noie. Coelestes qde deos tum angelos intelligit superiores/tum sperarum coelestium stellaruq aias: deos uero terrestres/tum inferiores angelos/tum elemeto quatuor aias. Tertio madat coli daemones. s. puriores quasi deo ad nos interpretes. Quarto heroas. i. hoium aias deo acceptos a corpore separatas. In his oibus ita distribui praecipit/cultu/ut maioribus numinibus maiora/minoribus minora/aequalibus equalia munera conferant. Quinto no tam coli & adorari q honorari & quodamodo honorari deo patrio statuas imperat/legibus consecratas. Qm uero oem ad diuinum cultu exhortatione ab uno inchoauit deo/euideter ostedit caetera numina: neq per se/ sed participatione primi dici deos/neq pp se/sed illius gratia ee coleda. prasertim cum uniuersum eiusmodi cultum/dutaxat ut illi unico placeas/dicat suscipiedum. Sexto paretes quasi dei uicarios praecipit uenerari. Septimo propinquos genere/& familiaritate coniunctos & hospites pegrinosq ex diuino iussu/amare charitate non ficta. His aute praeceptu inserit euangelicu/uano. s. uerboru exactam ronem diuino iudici ee reddendam: cuius angelus nobis praeest quasi supioris iudicis uicarius & minister: ut nos a turpibus reuocet. puocet ad honesta: & consentiets quide tranquillitate conscientiae nutriat & delectet: dissentiętes uero/pturbatione conscientiae uexet: ubi delectat: ab antiquis gratia nominat. ubi uexat furia. Et gratia quide triplex: quoniam pteriti psentisq & futuri gratia bonos oblectat. Furia quoq triplex/quia malos similiter cruciat. Et utrobiq fatum/& parca triplex cognominat. Dicit & Nemesis/psertim ab Orpheo/ubi in supbos aiaduertit. Profecto ueteres ut iudicaret supbiam deo maxime oium dissonare obedietiam humillima exigeti/dixeru supbos no solum diuina cesura/ut caetera uitia: sed et indignatione puniri: ppriuq ad punitionem eiusmodi nume introduxerunt: Nemesis noie nucupatum: quod quide facit potetiam in brachio suo/ dispergitq supbos mete cordis sui. Collige e multis noibus praecipue quatuor: lege/iudicium/iustitiam/Nemesim. Ho exeplum accipe in teipso. Habes in mete legem quid agedum sit/quid no/co muni norma dictante. Et honestu quide prosequedum ee. Turpe uero uitandu. Habes & in ratione iudicium distinctiori quadam argumentationum discursione discernens/id quod in hac uel illa actione positum est honestum ee uel turpe. Habes in uoluntate iustitia/eligentem: ita prosequi / ita fugere/ut ratio per mentis leges prosequendum iudicauit uel fugiendum. Habes in imaginatione eiusq affectu Nemesim turpibus actionibus uerbisq succensentem/atq legitime indignantem. Similiter in deo lex iudicium iustitiaq & Nemesis/sed modo diuino. Distinctius autem in deo quide lex angelisq superioribus. In animae uero mundanae ratione/iudicium. In eiusdem uoluntate/iustitia. In angelis inferioribus seu daemonibus mediis Nemesis. Vtcunq distribuas haec omnia diui-

næ legi mirabili quadam connexione subseruiunt ad uirtutum premium & supplicium peccatoꝝ.

¶DIALOGVS QVARTVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

Ge iam/quam nam fore ciuitatem cogitare debemus? Neq̧ uero nūc de p̄nti eius nomine/aut de futuro īterrogo. Id enim forsan aut coloniæ auctor dabit/aut locus. Vel ēt fluuii aut fontis aut deoꝝ qui ea in regiōe sunt alicuius/ciuitatem nouā suo cognomine nūcupabit. Sed illud potius quæro/utrū maritima erit/an mediterranea? CLI. Distat fere hospes a mari hæc/de qua loqmur/ciuitas/stadiis octoginta. ATHE. Portus uero sunt ne ꝓpe? an mare illud penitus importuosum? CLI. Portuosa est hospes ea regio/q̄ maxime fieri pōt. ATHE. Heu/qd ais? Ager aūt ille fert oia? An aliquoꝝ indigus? CLI. Fert pene oia. ATHE. Ciuitas uero aliqua ne illi ꝓxima? CLI. Non ualde/atq̧ iccirco habitatores illuc cōducere cogitamus. prisca enim quadā hoīum inde facta ꝓpulsione: magno tp̄is spatio iacet regio desolata. ATHE. Quo ad cāpos aūt montesq̧ & siluas ꝑtinet quo pacto disposita est. CLI. Similis est reliquæ totius Cretæ naturę. ATHE. Asperā igiť ipsam potius & siluestrē q̄ cāpestrem eē dicis? CLI. Aio equidem. ATHE. Non est igiť ad acquirendam uirtutem incōmoda. Nam si mari proxima esset & portuosa/nec ferret oia/sed multarū reꝝ egeret: maximo sibi salutis fundatore opus eēt, diuinisq̧ legū latoribus/ne multos ac uarios mores/simulq̧ prauos hmōi regionis naturā contraheret. Nunc uero iuuat/quia stadiis octoginta remota est a mari: ꝓpinquior certe q̄ oportet mari/eo ferme quod portuosior est/ut ais. Satis tū & hoc esse uideť. ꝑfecto mare ciuitati proximū quotidiana quadā iucūditate eam afficit. Verūtū uicinitas ea nimiū reuera salsa ē atq̧ amara. Nam cū mercibus & pecuniis cauponādo ciuitas repleať/dolosi animi instabiles & infidos mores parit. Vnde parum & ipsa ad seipsam & ad gentes alias fidē & amicitiam colit. Aduersus hæc tū illud habet remedium quod oia fert. Cūq̧ siluosa sit & aspa/licet oia ferat/non tamen abunde oia. Nam si eēt ad oia ferax atq̧ fœcunda multum auri atq̧ argenti ex emissione reꝝ colligeret. Qua una re nihil/ut breuiter dicam: pernitiosius est: si unū uni cōferas ad generosos iustosq̧ mores. ut in superioribus quoq̧ si recordamur est dictū. CLI. Recordamur quidē. Et illa tunc & nunc ista recte dicta concedimus. ATHE. Materia uero ad fabricandas naues/nunqd illic abundat? CLI. Neq̧ illic abies est mentione digna: nec arbor picea. Cupressi itē copia parua: pinūq̧ & platanū illic raram inuenies. Quibus necessario fabri nauium ad interiores nauium ꝑtes utunť. ATHE. Atq̧ in his ēt non male se habet regionis ipsius natura. CLI. Quid ita? ATHE. Q̄m operepretium est ut ciuitas facile imitari hostes improba imitatione nō possit. CLI. Cuius nā supradictoꝝ potissimū gratia ista dicis? ATHE. Obserua me uir præclare. Nēpe illius gratia quod est ab initio de cretensium legibus dictū: quas uos ad unū aliqd. i. bellū aspicere dicebatis. Ego aūt adieci eas/q̄m ad uirtutem quodāmodo referrenť: ꝓbe positas esse: q̄m uero nō ad uniuersam/sed ad uirtutis partem ferme equidē nō ualde laudabam. Nunc igiť me quoq̧ uos in p̄nti legum latione diligenter obseruate: siqd/aut quod ad uirtutē nō ꝑtineat/aut quod ad partē solūmodo/legibus sanctio. Eum q̄ppe solū recte ferre leges existimo: q ueluti sagittarius illuc aīum semꝑ intendit: unde continuo aliqd semꝑq̧ sequať eoꝝ quæ bona sunt. Cœtera uero relinqt/siue diuitias seu hmōi aliud: quod a uirtutibus sit separatum. Imitationē uero hostiū improbā tunc fieri dicebā: cū iuxta mare q̄spiam habitās/ledať ab hostibus. Quale illud fuit. Dicam. n. nō tū ꝑteritæ iniuriæ cōmemorandæ studio. Minos olim nauali copia fretus: crudele Atticæ tributū imposuit. Athenienses uero nondū naues ut nūc ad bellū paratas habebant: nec illa in regione arboꝝ copia erat/unde naues facile fabricarenť. Quare non potuerunt/rerū imitatione naualium ipsi quoq̧ nautæ facti statim hostes tūc suos ulcisci. Meliusq̧ secum actū eēt/si sæpius septē adolescentes amisissent: q̄ quod illis accidit ꝑpeti. Nā pro terrestribus firmisq̧ copiis/nauales factæ cōsueuerunt cursim naues insilire ac cito decedere/nihil turpe facere arbitrantes/cū nō audeāt hostiū impetū expectare/ac mori: sed occasiones hēant paratas/ut armis amissis/minime ut aiunt/turpiter fugiāt. Huiusmodi uero ex nauali bello uoces audire cōtingit/nō laudē qdē ulla/sed uituperatiōe summope dignas. Nunq̄. n. malis moribus/ꝑsertim optimā ciuiū partem assuefacere decet. Apud Homerū quoq̧ nauiū refugiū hoc reprobatū uideť. Vlixes nāq̧ Agamenonem reꝑhendit/qui ꝑlio græcis apud troianos occupatis naues in mare deducere iubebat. Quod moleste ferens Vlixes ait. An iubes instāte belli turbine bene tabulatis instructas naues in altū deducere? ut troianis ad uotum cūcta succedāt: nos autē pernitiosa strages cladesq̧ sequať? neq̧ enim graui sese pugnæ cōmittent/cū naues mari ad fugā paratas aspicient: sed neglecto bello cedēt: atq̧ inde uolabunt. Vbi quale cōsiliū hoc tū fuerit/apparebit. Patet igiť Homerū quoq̧ sensisse/obesse triremes ad pugnantiū fugam paratas. Quippe uel leones his moribus usi ceruos fugere cōsuescerēt. Præterea ciuitatum potentiæ quæ naualibus copiis fretæ/salutem cōsequunť: haud quaq̄ honores optime bellicarum rerū parti retribuūt. Nā cū arte gubernatoria/& quinquaginta

uirorum

Vide unde nomē urbi fieri solet.

Qui sit⁹ uult esse urbis.

Mare urbi ꝓximum affert iucunditatē.

Minos coegit Athicā ad dedendos septenos pueros.

Prouerbium Armis amissis fugit.

indigens oium decẽtissimus & optimus est. Nam hic nobis ad oia cõsonans accõmodatusq; uitã a doloribus remouet. Liberis ergo nõ auri sed pudoris multũ oportet relinquere: putamus aũt uerbis impudentiã iuuenũ castigantes id nos facturos. Sed hoc non ex ea castigatione fit / qua iuuenibus incutiunt dicẽtes q adolescentẽ oporteat in oibus uerecũdum esse. Sapiẽs itaq; legũ lator / senioribus pcipiet potius ut sint corã iuunioribus uerecũdi. Ac summopere caueant ne qs iuuenum eos / aut uideat / aut audiat agentes turpe aliqd uel loquẽtes. Nam ubi senes minus pudici sunt / necesse est ibi iuuenes impudẽtissimos eẽ: prẽstans enim & iunioꝝ & senioꝝ disciplina est nõ uerboꝝ increpatio / sed ut quę increpando quis diceret & monẽdo / eadẽ ipse in omni uita facere uideatur. Quisqs pręterea cognationẽ & uniuersam sub eisdẽ penatibus generis cõmunionẽ honorat & colit / hos deos merito ppitios in liberis procreandis habebit. Amicoꝝ quoq; & sodaliũ in uitę consuetudine summã beneuolentiã cõsequetꝰ / qui illoꝝ in se obsequia maiora prẽstatioraq; putabit q̃ illi: sua uero in illos beneficia minora: q̃ ipsi existimabit. Atqui & erga ciuitatẽ ac ciues optime ille se geret / qui omni uictorię quæ in olympicis / aliisq; tam belli q̃ pacis certaminibus cõparatꝰ / illam gloriam anteponet / quã patriis legibus ministrãdo nanciscitꝰ: atq; in hoc ministerio cęteris oibus per totam uitam prẽstare conabitꝰ. Ad peregrinos uero sanctissima esse fœdera quisq; cogitet. Ferme enim oia peregrinoꝝ & contra peregrinos peccata prę illis quæ inter ciues cõmittuntꝰ / ultori deo curę sunt. Nam cũ peregrinus amicis cognatisq; careat / maiorẽ & apud deos & apud hoĩes meretꝰ misericordiã. Quare qui magis ulcisci potest / is ad ferẽdum auxilium est paratior: potest aũt maxime / hospitalis cuiusq; dęmon ac deus hospitalem secuti Iouẽ. Diligenti igitꝰ cautione cogitandum cuiq; / cui non nihil est consilii / ut ĩnocens ab iniuria in peregrinos semp uiuat. Sed oium tam in peregrinos q̃ in ciues peccatoꝝ maximũ est / quod in supplices est cõmissum. Deus enim per quẽ supplex fœdus est cõsecutus / diligẽtissimus eius est custos. Quare nullus in supplices sceleratus / impunis abibit. Hactenus officia cuiusq; in parẽtes: seipsum / sua / patriã / amicos / cognatos / peregrinos / atq; colonos pene oia exposuimus. Qualis uero quisq; quo ad seipsum esse debeat / qui optime uiuere uelit / nunc iam exponamus. Vt non lex / sed laus & uituperatio singulos decens / refrenet magis / & obtẽperatiores ferẽdis legibus faciat / atq; hæc nobis deinceps dicẽda sunt. Veritas pfecto / tum diis / tum hoĩbus dux oium est bonoꝝ. Cuius qui felix beatusq; futurus ẽ / statĩ ab initio pticeps eẽ debet: ut in ueritate plurimũ tps uitã agat. Fidus hic certe ẽ: infidus aũt q sponte mẽtitꝰ: q uero nõ sponte amẽs. Quoꝝ neutrũ optabile est. Nam & infidus & amẽs ab amicitia admodũ alienus. Ac pcedente tempore cognitus in tantũ in odiosa senecta uitęq; termino solitudinẽ incidit: ut seu uiuant siue decesserint amici ac filii / pene similiter orbã uitam misere agat. Honorãdus certe est qui nihil iniuriatꝰ. Qui uero nec alios id facere patitꝰ / duplici honore / imo ẽt magis est honorãdus. Ille enim uni / hic multis hoĩbus cõparatꝰ / cũ principibꝰ cæteroꝝ iniuriã nunciet. Qui aũt una ẽt cũ magistratibꝰ iniuriã quoad põt / ulciscitꝰ / is magnus pfectusq; in ciuitate uir preconio pdicetꝰ. Nã uirtute cunctis excellit. Eadẽ quoq; tẽperantię & prudentię laus est. Et qui aliis bonis abundat / quæ in alios quoq; trãsfundi possunt / si cęteros pticipes efficit / tanq̃ uir summus est honorãdus. Qui autẽ id facere uellet qdem / sed nõ põt secũdo loco habẽdus est. Inuidum uero qui sponte nihil boni cæteris cõferat / uituperare debemus / nec pter hoĩem qui male possidet / rem ipsam uituperare / sed eam pro uiribꝰ adipisci. Certet pterea apud nos quisq; de uirtute absq; inuidia. Qui enim sic agit / ciuitatẽ suam amplificat: cũ ipse qdem cõtendat / & alios calũniis nõ detineat. Inuidus uero dũ cęteris derogãdo putat prẽstare / & ipse minus recte ad ueram tendit uirtutẽ: & cõcertatores iniusta uituperatiõe tardiores efficit, ideoq; uehemẽs acquirẽdę uirtutis studium e ciuitate tollens / ipsam pro uirili pte glorię amplitudine priuat. Oportet pterea unũquẽq; aĩosum esse. Ac maxĩe mitem. Nam alioꝝ iniurias quę uel difficile / uel nullo modo sanari possunt / non possumus aliter effugere / q̃ pugna / defensione / uictoria / & nullius peccati remissione: qđ absq; aĩositate facere nemo potest. In iis aũt iniuriis quę tales sunt ut sanari possint / nosse in primis oportet / nullum iniustũ / spõte iniustũ eẽ. Nemo enĩ unq̃ maximoꝝ maloꝝ aliqd alicubi uellet hẽre: multoq; minus in his quę sibi pstãtissima sunt. Est aũt aĩus ut diximus reuera in oĩbus oium pstãtissimus. Quapropter in eo cũ maxĩe sit honorãdus / nemo sponte summũ accipiet malũ / uoletq; per totã uitam id possidere: porro miserabilis oĩno est iniustus oĩs: & qui mali quicq̃ hẽt. Misereri aũt decet eoꝝ qui sanabiles sunt & cohibere iram: ne aduersus eos muliebri iracũdię feruore aĩus efferatur duriusq; insistat. Qui aũt ita sunt flagitiosi ut incurabiles sint / eis ira uehemẽtius immittenda. Propterea diximus aĩosum .i. generosę iracũdię non expertẽ / ac simul mitẽ / bonũ uirum semp esse debere. Omniũ uero maximũ quiddam malũ in multoꝝ hoĩum aĩs est innatum. Cuius qdẽ: cũ facile sibi ignoscant: remediũ nullũ excogitãt. Est aũt hoc qđ dicere solent / qđ natura sibi quisq; amicus est: recteq; ẽ ita id se hẽre. Sed reuera nimius in seipsum amor oium peccatoꝝ oĩbus semp est causa. Obcecatꝰ quippe circa amatũ q amat. Quapropter qui se amat / cũ seipsum magis q̃ ueritatẽ honorandũ putet qd iustũ / bonũ pulchrum sit / male iudicat. Decet sane eũ qui magnus uir futurus est / neq; seipsum / neq; sua diligere: sed iusta

Decẽs census

Liberis nõ aurũ pudor relinquẽdus.

De existimatiõe obseqoꝝ erga alios.

Officia erga patriam.

Officia erga peregrinos.

Erga supplices.

Veritas dux bonoꝝ oium

Quis fidus: & fidus & mendax.

Quis honore simplo & duplo honorandus.

Quis pconio extollẽdus.

Quis fuidus: res bona: ĩ malo nõ uituperanda.

Nullum iniustũ spõte iniustum esse.

Malũ insitũ aĩs oium maximum est nimiũ in seipsum amor.

Qui magnus futurus ẽ: nec sua: nec seipsum diligere.

semp/ siue a seipso/ seu ab alio quouis geranť. Ex hoc ipso delicto accidit oĩbus / ut ignorantiã suam esse sapientiã opinarenť: hic fuit ut q̃uis nihil ut ita dicã sciamus/scire tamen oĩa arbitremur. Cum uero nec aliis cõmittamus facultatẽ agendi quę ipsi facere ignoramus/ faciẽtes ipsi errare cõpelli-mur. Quãobrem nimiũ sui ipsius amorẽ fugere quisq; debet: & meliores sequi/ nullo rubore uere-cundię impeditus. Sunt & alia nõnulla: quę & minora his sunt & sæpe dicunť. Sed cũ nihilominus utilia sint/ ea quoq; dicẽda. Nam cõmemoratione opus est. Semp enim quasi aliqd effluat: contra aliquid oportet influere. Recordatio uero est: prudentię deficiẽtis influens. Profecto a risu nimio & lachrymis abstinendũ oĩbusq; est ab oĩbus pcipiẽdum: ut lętitia nimia tristitiaq; cõpressa hone-sto in habitu se cõtineant siue in felicitate queq̃ dęmon cuiusq; sistat/ seu per fortunę casus tanq̃ ad ardua difficiliaq; tendẽtibus opationib⁹ qbuidam dęmones auersantes insurgãt. Sperare semper boni uiri debẽt munera quę talibus uiris dare deus solet/sibi nõ defutura. Ac siqui graues labores inciderint/ deũ leniores eos facturũ: & pñtia in melius cõmutaturũ: bona uero/ cõtra oĩa una cũ bo na fortuna sibi affore. Hac spe singuli uiuant & tam ioco q̃ serio & se & cæteros ad frequentẽ horũ cõmemorationẽ sedule adhortenť. Sed iam quę facere unusq̃sq; debeat/& qualis esse/ quo ad diuia spectat officia dictũ est: humana uero nõdum explanauim⁹. Dicẽda aũt sunt. Hoĩbus enim nõ diis pcipimus. Sunt porro natura maxime humana/uoluptates/ dolores/ cupiditatesq;. Ex qb⁹ necesse est mortale omne aĩal quasi pẽdere: & maximo quidem cũ studio. Laudanda certe honestissima ui-ta est/nõ solum qa glorię habitũ superat/uerũetiã quia siquis uelit gustare: nec inde statim a iuuẽtu-te fugere/ eo quoq; superat/ quod oẽs expetimus/ut per totã uitã lętemur magis q̃ doleamus. Q̃d uero erit ita/ siquis recte gustet facile ualdeq; patebit. Quo aũt pacto recte id fiat/ rõne iam cõside-randum est/ siue ita nobis fm naturã insit: siue aliter pter naturã. Vitam itaq; ad uitã / iucũdiorẽ & molestiorẽ ita conferre oportet. Voluptatẽ adesse nobis uolumus. Dolorẽ uero nec eligimus neq; uolumus. Mediũ aũt statũ pro uoluptate nequaq̃ uolumus: doloris tamẽ loco accipimus. Dolorẽ etiã minorẽ maiore cum uoluptate uolumus. Voluptatẽ minorẽ cum maiore dolore nequaq̃. Pari aũt mõ utrũq; hoꝝ hẽre nos nolle/possum⁹ declarare. Hęc oĩa multitudine/magnitudie / itẽsione/ ęq̃litate: horũq; cõtrariis ad electionẽ singuloꝝ uoluntatẽq; & differũt & nõ differũt. Cũ hæc neces sario sic se habeant/ eam qdem uitã in qua cũ utraq; multa magna intẽsaq; fiunt/ uoluptates tamen excedunt/uolumus. Eam aũt in qua cõtraria/nolumus. Atq; eã rursus/in qua licet utraq; parua: re-missa sint/molesta tamẽ superant/nolumus: sed eã in qua cõtraria/uolumus. Si autẽ ęqualia sunt/ de ęquali uita ut diximus cogitãdum. Volumus enim quę illo excedunt q̃d nos diligimus: & nolum⁹ quę cõtrario superant. Considerare oportet queãdmodũ oẽs uitę nostrę in his cõnexe naturaliter sunt: & quas natura uellimus. Siquid aũt pter hæc uelle nos dicimus / ignorãtia quadam impitiaq; uitarum id dicimus. Quę nam igiť & quot uitę sunt in quibus nolle oportet quod uolendum & q̃d uolendum quod sponte fieri solet & q̃d contra / hisq; cognitis legem sibiipsi pscribere. Atq; inde quod sibi amicũ est simul & iucũdum & optimũ pulcherrimũq; eligere/ut quis quoad homini licet beatissime uiuat? Temperatã uitam unã esse dicamus: prudentẽ alterã. Tertiam fortẽ: sanã deniq; quartã. Et quartã. Et quattuor his alias cõtrarias quattuor statuamus/imprudentẽ/ignauã/ intem-peratam/ ęgrotantẽ. Quisquis uitam nouerit temperatã/ mitẽ in oĩbus & moderatam ponet: quæ dolores quietos/uoluptates remissas/molles cupiditates/amores minime furiosos habeat. Intem peratã uero in oĩbus acrem: quę doloribus uehemẽtibus & uehemẽtibus uoluptatibus / cupiditati bus ardentib⁹/furiosisq; & insanis mirũ in modum amoribus agiteť. Sed superãt in uita qdem tẽ-perata uoluptates/dolores aũt superanť. In uita intẽperata contra/ uoluptates a doloribus supanť/ magnitudine/multitudine/ atq; frequentia. Quo fit ut necessario altera nobis secũdum naturã ui-ta iocũdior sit/altera tristior: & uolentem iucũde uiuere/ sponte intemperanterq; uiuere nõ pmit-tat: constat enim siquod nunc dictũ est recte est dictũ/ quod necesse sit intemperatũ omnẽ pter sen/ tentiam esse talem. Quippe uel per ignorantiã/ uel incontinentiã/ uel utrãq; omnis humana tur ba expers temperãtię uiuit. Similiter de sana & ęgrotante uita est cogitãdum: quod & dolores & uolu/ ptates habeant: sed in sanitate uoluptates excedant/ in ęgrotatione dolores. Nostra uero uoluntas in deligendo genere uitę/ non est ut dolor superet. Vbi aũt superať/eam uitam iucũdiorẽ iudicaui mus. Temperatus igiť intemperato prudens imprudentẽ: fortis ignauo / utraq; pauciora: mino-ra/rarioraq; habet: & alter uoluptatibus/ alter doloribus superat. Ita ut fortis ignauũ / prudẽs amẽ tem/ temperatus petulantẽ/ sanus ęgrotantẽ uoluptate superet. Vtq; in summã rediganť/ quę uita. uirtutis/corpore aut animo particeps est: ea est iucũdior altera & pulchritudine: rectitudine: potẽ tia & gloria pręstat/ita ut qui in ea constitutus est felicius contrario in omnibus uiuat. Verum exor dium legum iam finem accipiat. Post exordium/legem sequi necesse ẽ. Immo uero leges deinceps rei.p. reuera conscribendę sunt. Queãdmodum igiť quęcũq; texuntur: non ex similibus omnino trama stamineq; texunť / sed staminis genus robustius atq; firmius est / tramę mollius ut facilius cedat: ita homines qui magistratus gesturi in ciuitate sunt eodem modo discerni semper oportet

& cos

Vnde accidat ut dum nihil sciamus oĩa scire arbitre-mur.

De eligẽda ui ta quo ad uo-luptatẽ & do lorem.

De uita tẽpe-rata & intem perata.

Oĩs humana turba expers temperantię uiuit.

Q̃d uitę ge-nus deligitur

& eos qui in leuiori eruditione cōprobenť. Duæ uero sunt in re.p. species. Altera magistratuū: altera legū constitutio. Ante uero hæc oīa ita cogitandū est. Cū pastor atq; bubulcus equorūq; curator/cæteriq; huiusmodi greges & armenta susceperint/non antea curant/q̄ singulis conueniētem purgationē adhibeant: porro sanis Ab egrotātibus/generosisq; ab ignauis segregatis/altera in greges alios mittēt/altera uero curabunt non ignorātes aliter frustra se tā pro corpore q̄ pro aīa laboraturos. Nēpe naturæ & educatiōis prauitas ita corrūpit ut nisi quis segreget/sanorū integrorūq; morū ac corporū genus: in singulis cōtagione interimāt. Sed de cæteris quidē aīalibus minor cura & exēpli causa solū eoꝝ mētio faciēda. De hoībus uero maximū studiū legis lator habebit: ac diligēter rimabiť oīa: ut singulis cōsentanea scribere queat/tū de lustratiōe tum de cæteris omnibus actionibus. Sic igiť ciuitatis lustrationes se habēt. Multæ enim sunt: & aliæ leuiores/grauiores aliæ. Ac si quis tyrannus simul legisq; lator sit/difficilibus & optimis lustrationibus uti poterit. Legis aūt latori absq; tyrannide/qui leges nouas atq; rē.p. fundet/satis erit factū si purgationē mitissimā adhibuerit. Nā exactissima purificatio quēadmodū medicina quæ ualidior corporibus adhibeť: doloris plena est & cū ultione iusta pœnā infert/morte peccantē aut exilio dānans. Eos enim qui maxima peccata patrarūt/si insanabiles sint: qm̄ ciuitati maxime noceāt/remouere oīno solet. Mitior uero purgatio huiusmodi nobis est. Qui enim ob inopiā uictus duces quærunt: hisq; spōte se offerunt secuturi ex egestate aduersus eos qui nō egent: hos tanq̄ morbū ciuitatē labefactantē honesto coloniæ noīe benigne expellit. Hæc oī legū latori quodāmodo a principio ut diximus faciēda. Nobis aūt difficiliora quædā in pñtia euenerūt. Nā neq; coloniā neq; delectū aliquē purgādi gratia ad pñs excogitare oportet. Sed quasi ex multis fontibus torrētibusq; aqua ad lacunas easdem cōfluat/necesse est obseruare ut qui undiq; cōfluit humor/partim exhauriēdo effundēdoq;/partim deriuādo atq; diuertēdo q̄ mundissimus sit: Labor aūt ut uideť/& periculū est in oī cōstitutiōe ciuili. Qm̄ uero nō re nunc sed uerbis agiť perfectus iā nobis sit delectus/sitq; ut desideramus facta purgatio. malos qui hāc ciuitatē adire gubernaturi cōtendēt/cū satis longo tēpore exaīauerimus oī persuasione accedere phibemus: probos autē pro uiribus beneuolos ppitiosq; facientes alliciemus. Sed neq; latere nos debet/q̄ feliciter nobiscū actū sit. Quippe quēadmodū herculidarū coloniā/felicē fuisse diximus: qm̄ diuidēdorū agrorū innouādarūq; tabularū grauē: & periculosam cōtentionem effugit/quā quidē rem ueterū ciuitas leges ferre coacta: neq; prætermittere pōt oīno: neq; mouere quodāmodo: ita ferme & nobis accidisse uideť. Solū ergo ut ita dicā restat uotū: paruaq; mutatio cauta/parū longo in tpe trāsmutantibus. Est aūt hæc/ut in his mutationibus faciendis una cum debitoribus multis/multos quoq; agros ciues possideant uelintq; humaniter cū egenis cōicare/ptim mittendo/partim accipiēdo: colentes mediocritatē/existimantesq; paupertatem nō in diminutione pecuniarū: sed in acquirēdi insatiabili cupiditate cōsistere. Hoc enim ciuitati maximū est salutis initiū: super quo quasi stabili fundamento/ędificare postea quicqd ciuitati decorū & huic constitutioni cōgruū sit/facile quisq; poterit. Sed si fundamētū hoc debile ruinosumq; fuerit/nulla ciuilis opera prospere deinde succedet. Itaq; nos id fugientes/imo uero uerbis quo pacto fugiendū sit ostēdētes/dicimus nullā eē aliā aut latā aut angustā fugiēdi uiā/nisi ut colamus iustitiā: neq; acqrendi cupiditate sequamur. Atq; hoc iā nobis quasi quoddā ciuitatis substēraculū & præsiduum sit fundatū. Census enim quos sibi ciues parauerint/careāt quodāmō crimine oportet: uel ulterius in acqrendo pgredi ultro desistāt: qbus inuicē uetera crimina habenť: quiq; uel paulū mentis cōpotes sint. Illi āt qbus deus dedit quēadmodū & nobis nouæ ciuitatis cōstitutionē in qua nullæ inimicitiæ sunt si pp habitationū agrorūq; distributionē inimicitiarū sibi causas dederint/non humanitate cuiusdā: sed pessimæ ignorantiæ crimine notabunť. Quis erit igiť recte distributionis modus? primum qdē quātū eē oporteat numerū cōstituendū cēseo. Deinde asseuerandum: per quot qualesq; partes distributio sit ciuibus faciēda: postremo agros habitationesq; ipsas ęqualiter q̄ maxime diuidendū. Quanta aūt multitudo sufficiēs sit nō aliter recte diciť q̄ agrorū uicinarumq; ciuitatū collatiōe. Ager qdem tantus sit/ut tot moderatis hoībus sufficiat neq; maiori opus. Tot uero esse debent: ut iniuriātes uicinos possint depellere: & iniuriā patientibus auxiliari. His inspectis & agrū: & uicinos opere uerbisq; definiemus. Nūc uero exēpli descriptionisq; causa/ut res ipsa pficiat ad ferendā legē sermo descendat. Quinquies mille & quadraginta sint cōueniēdis cuiusdā numeri gratia agroꝝ pricipes distributionisq; defensores. Ager autē & habitatiōes similiter easdem in ptes distribuanť/ut uir & portio cū distributione cōueniāt. Et in primis duas in partes totius numeri partitio fiat: deinde in tres: licet & in quarta: & in quinta & usq; ad decē deinceps. Oportet certe oēm legis latorē tm̄ de numeris intelligere: ut qs qualisq; numerus singulis ciuitatibus commodissimus sit/nō ignoret. Dicamus autē eū numerū qui plurimas & præsertim deinceps ordine dispositas in seipso distributiōes recipit. Porro uniuersus numerus oēs in oīa ptitiones habet. Sed quinqes milium & quadraginta numerus & ad bellum & ad pacē ad cōtraria oīa: societates: tributa: distributiones nō in plures q̄ unā de sexaginta partes incidi pōt. Aliter legiť: in sexaginta partes unā dētā.

De diuidēdis agris & de numero ptium.

De nūero apto ad plures distributiōes q̄ ē qnq̄es mille & quadraginta.

rat indigẽtes incidi põt. Ab una aũt ad decẽ usq̧ cõtinuas. Verũ in ocio hæc illis firmiter capienda quibus lege res ista cõmissa sit. Atq̧ hæc nõ aliter q̃ ita se habẽt. Diceda hæc sunt huius rei gratia illi qui ciuitatẽ cõdit. Nẽpe siue ab initio nouã fundet/seu ueterẽ dissipatãq̧ restituat/circa deos & sacra quæ singulis statim in ciuitate deceat & a q̃buscũq̧ diis uel dæmonibus noĩari: nemo mẽtis cõpos innouare illa conabit̃/quæ ex Delphis aut Dodone aut Hãmone accepta sunt/uel prisca quadã oratione per uisiones inspirationesq̧ deorum sunt asserta: q̃bus approbatis ueteres sacra solẽnitatibus mixta cõstituerint/siue ab indigenis orta/siue tyrrena dicant̃ siue cypria siue undecunq̧ uolueris. Et his sermonibus famã traditã simulachraq̧ cõsecrarint/aras quoq̧ & tẽpla: sacrosq̧ horũ singulis agros statuerint. In his oĩbus nec nimiũ q̃d legũ conditor innouabit. Sed deũ ptibus singulis uel dæmonẽ uel heroẽ aliquẽ tribuet. Et in agro℞ distributione primis lucos agrosq̧ eximios & cõsentanea oĩa dedicabit: ut singularũ ptiũ cetus/statutis facti tpibus & facultatẽ sui facilius ad quoslibet usus exhibeãt: & sacrificando alter alterũ benigne accipiãt unde & domestici fiãt inuicẽ/seq̧ cognoscant. Quo quidẽ nihil ciuitati melius q̃ uidelicet ut ciues inuicẽ: seq̧ cognoscãt. Vbi enim nõ lux inter ciues est in eorũ moribus sed tenebræ/ibi nec honores pro dignitate neq̧ magistratus recte dabunt̃: neq̧ ius suũ cuiq̧ tribui poterit. Nihil est aũt/si unũ uni cõferas / in quo maius studium in oĩbus ciuitatibus ponere quisq̧ debeat / q̃ in hoc ut nec ipse adulterinus esse unq̃ uideat̃/simplex semper ac uerus: nec alius ipsum talis fraudet̃. Verũ iactus qui mõ sequit̃/in ipsa legũ positione sicut in tessaris/ut prouerbiũ habet/a sacro/cũ insolitus sit: forte primũ mirari auditorẽ faciet. Cogitanti tñ atq̧ experto uidebit̃/secũdo loco quo ad optimũ statũ ciuitas sic institui: fortasse quispiam ipsam nõ suscipiet: q̃a cõsuetus nõ fuerit cũ legũ latore/more tyrãnico in ferẽdis legibus nõ uteti. Recte sane aget si optima res.p. & secũda: & tertia ꝓponat̃ deturq̧ optio cuiq̧ arbitratu suo quãlibet electuro. Id nunc similiter nos agamus. Et cũ primã uirtute rẽ.p. secundãq̧ & tertiã exposuerimus Cliniæ optionẽ demus: & cuiq̧ uolenti hæc suo more deligere: partiq̧ suæ q̃d sibi placet/tribuere: prima igit̃ ciuitas est & res.p. legesq̧ optimæ/ubi q̃ maxime per uniuersam ciuitatẽ priscũ illud ꝓ-

Pria ciuitas & res.p.

uerbiũ locũ habet/quo fert̃ uere amico℞ oĩa esse cõmunia. Certe in hoc pcipue uirtutis erit terminus/quo nullus poni rectior poterit si alicubi uidelicet aut sit istud aut unq̃ fiet/ut cões mulieres sint cões & liberi/cõmunis quoq̧ oĩs pecunia/omniq̧ studio q̃d ꝓpriũ dicit̃ undiq̧ e uita remotum sit usq̧ adeo ut ea ẽt quæ propria singulis natura sunt/cõia quodãmodo fiãt/ut & oculi & aures & manus cõem in usum cernere: audire: agere uideant̃. Laudẽtq̧ & uituperẽt eadẽ similiter oẽs/eisdẽ rebus gaudẽtes eisdẽq̧ dolẽtes: ac deniq̧ pro uiribus sub his legibus uiuant/quæ unã q̃ maxime ciuitatẽ efficiunt. Talẽ utiq̧ ciuitatẽ siue dii alicubi siue deo℞ filii uno plures habitẽt/ita uiuẽtes eãq̧ seruantes/oĩ certe referti gaudio uiuũt. Q uapp rei pu. exẽplar nõ alibi considerare oportet: sed hac inspecta/talẽ maxime pro uiribus quærere. Ea uero quã hic nos aggressi sumus/si fiat/pxĩe quodãmodo ad immortalitatẽ accedet: ac si non primo/saltẽ secũdo loco erit una. Sed de tertia postea si uoluerit deus determinabimus. Nũc uero quæ nã hæc sit & quo pacto talis fiat/consideremus. Primum igit̃ domos agrosq̧ sortiant̃: nec agros/cõiter colant. Nã maius hoc est q̃ hæc generatio nutritioq̧/& educatio ferre possit. Sed hac mẽte ita distribuãt: ut putẽt singuli sortẽ suã toti ciuitati esse cõem. Quippe cũ ea regio patria sit magis eã colere debẽt/q̃ filii matrẽ: hæc enĩ cũ dea sit/dña mortaliũ est. Idẽ quoq̧ de indigenis tã diis q̃ dæmonibus est cẽsendũ: sed ut hæc sic oẽ per tps durẽt: dãda opera est/ut quot nũc foci numero distributi sunt/totidẽ semp futuri sint/neq̧ plures unq̃/neq̧ pauciores. Quod ita firmiter ĩ omni ciuitate fiet/si sortẽ nactus q̃sq̧ semp unũ de filiis suis tm̃ / quẽ malit domus ipsius hæredẽ relinquat: & successorẽ/cultorẽq̧ deorũ & ciuitatis & generis tam uiuẽtium q̃ defunctorũ: ex reliq̃s aũt filiis si plures uno sibi nati sunt/fœminas quidẽ ẽm legem quæ sancit̃/collocet: mares aũt/ciuibus illis/q̃bus filii nõ sunt/adoptiõe cõmittat: maxime q̃dẽ per gratiã. Si uero gratiæ quosdã deficiãt/aut si plures uel mares uel fœminæ singulis nascant̃: aut cõtra si pauciores: cũ mulieres forte fœcũde nõ fuerint/de oĩbus istis maximis pstãtissimusq̧ magistratus/q̃d fieri oporteat/diligẽter cõsideret: uiãq̧ oĩno inueniat: siue abundet filiorum fœtura siue deficiat: & quinquies mille & quadraginta habitationes solũmodo semp maneãt. Multæ autẽ sunt uiæ: nam & prohiberi genere/cũ nimis affluit põt. Et cõtra cum opus est ut augeat̃/curari/ac uel honore uel dedecore monitionibusq̧ senũ ad iuuenes licet ad eã hoĩes adhortari. Deniq̧ hinc oĩs defectus orit̃: & inopia/cũ quinq̧ miliũ & quadraginta domorũ numerus nõ seruat̃. Quod si ob nimiũ in pcreãdis liberis studiũ sic aucta sit ciuitas/ut numeri modũ excedat/atq̧ ita inopia rerũ præmat̃/uetus illud repetat̃ consiliũ/quod sæpe iã dictũ est/ut colonia mittat̃ chara a charis quo cõmodius agi posse uidebit̃. Si uero cõtra morborũ lues bellorumue calamitas ueluti quadam illuuione ita deuastauerit ciuitatẽ: ut multo pauciores statuto numero supstites sint/sponte quidem alicui ciues adulterina educati disciplina: suscipiendi non sunt. Necessitatẽ autẽ nec deus ut dicit̃ uiolabit præsentem igit̃ orationem existimemus hunc in modum nostrorũ auribus insonare. O uirorũ omnium optimi: similitudinem & ęqualitatem/quodue idem est & consentiens/honorate ẽm naturam: neq̧ id

Prouer. amico℞ oĩa coĩa

Secunda unitas & res.p.

Vt est patria ueneranda.

Quo mõ fit uel nũerus focorum.

Ciues adulterina disc. nõ admittendi.

Prouer. Necessitatem nec deus uiolat.

unquam

unquã transgrediamini: siue secundũ numerũ siue sm̃ potentiã/bonaq; rerum: atq; pulchrarũ. Et nunc quidẽ in primis per oẽm uitã numerũ quẽ prædiximus cõseruate. Deinde cẽsum quẽ ab initio mediocrẽ sortiti estis ne negligite/emendo inuicẽ & uendendo. Alioquin neq; deus ipse distributor/neq; legis cõditor uobis fauebit. Nunc enĩ primũ refragantibus lex p̃cipit præfata/ut in his sortiant̃/quicũq; uelint uel nõ sortiant̃: perinde ac si regio ipsa in primis/ diis oĩbus sit sacrata: deinde sacerdotes oẽs tã mulieres q̃ uiri precaturi sint/primis in sacris secundisq; & tertiis/ut & emptor & uenditor domiciliorũ & p̃diorũ quæ sortiti sunt quæ in his p̃peti cõuenit: patiant̃. Scribent autẽ in sacris ad posteritatis instructionẽ cupr̃ssea monimẽta: p̃terea ut ista seruent̃ eorũ custodiam magistratui illi cõmittent/qui acutissime uidet̃ inspicere: ne lateat eos/siqua forte præter rõnẽ hãc cõmercia fiant: sed quicũq; legi ac deo nõ obtẽperat/puniat̃. Atqui quãtũ bonum sit qđ mõ præd pr̃ suo ordine præparatũ: quãtũq; profit obsequentibus ciuitatibus secũdũ antiquũ prouerbium nullus unq̃ prauus intelliget: sed exp̃tus dũtaxat & æquis in moribus educatus. Quæstus in hac ciuitate nõ multus: neq; enim oportet in ea neq; licet illiberali quæstui queq̃ incũbere: neq; mechanicum illud & infame quærere lucrũ: qđ mores generosos inquinat: neq; existimare ullo pacto uilibus ex rebus & turpibus pecunias cumulandas. Accedit ad hæc & alia lex quæ iubet neq; priuatus uel aurũ habeat uel argẽtum. Sed q̃a nũmis opus est quotidianæ cõmutationis gratia quæ inter artifices & huiusmodi ferme ẽ necessaria/cum mercẽnariis & seruis & colonis merces aliqua debeat̃: iccirco nũmos habere cõcedimus tales ut apud eos quidẽ habeant̃ in p̃cio/a cæteris uero gẽtibus contẽnant̃. At uero cũ & bella sæpe gerenda sint & peregre p̃ficiscendũ/q̃n ad externas gentes legati nunciiq; mittunt̃/necesse est ut ciuitas semp̃ cõmunẽ græciæ monetã possideat. Siqua uero necessitas priuatũ peregre proficisci coegerit/magistratuum uenia p̃ficiscat̃. Reuersus aũt/si peregrinis nũmis abundat/cum ciuitatis nũmis eos cõmutet: ciuitatiq; restituat. Quod siq̃s occultare eos & in priuatum usum cõuertere deprehẽsus fuerit/publicũ fiat quod occultabat. Conscii autẽ q̃ nõ accusauerunt/maledictis atq; obpropriis una cum illo subiiciant̃: atq; etiã non minore mulcta puniant̃ q̃ allatus peregre nũmus fuerit. Nemini p̃terea aut dare dotes aut accipere liceat neq; pecuniã deponere apud eum cui nõ adhibes fidẽ neq; fenerare: liceatq; siq̃s in fœnus acceperit/nec usuram nec sortẽ reddere. Hæc aũt ciuitati optima eẽ/sic recte quispiã iudicabit/si ad præcipuã ipsam recti legũ latoris semp̃ referat uoluntatẽ. Nã uiri ciuilis mentẽ habentis nõ ea uolũtas est ut nos asserimus/quã in legũ latore optimo esse debere multi affirmant: ut q̃ maximam & ditissimã eẽ uelit ciuitatẽ: auro & argento refertã: ac terra mariq; plurimis dominãtẽ: q̃bus addũt/ut q̃ optimã etiã ac felicissimam eẽ uelit/si recte leges laturus est. Sed horũ quidẽ alia fieri p̃nt: alia minime: possibilia igit̃ uolet fundator legũ impossibilia nec uolet/nã uana eẽt cupiditas neq; aggrediet̃. Felices ergo: & p̃bos esse/quæ simul necessario ferme fieri solẽt/uolet quidẽ. Diuites aũt ualde simulq; p̃bos esse impossibile: dico aũt diuites: ut multi existimãt asserentes eos eẽ diuites/qui pauci e multis pecunias plurimas possident/quas ẽt posset malus quilibet possidere. Quod si ita est/nunq̃ ego his cõcedã diuitẽ reuera esse felicẽ/nisi etiã bonus sit: fieri uero non põt ut diuitiis aliquis simul præstet & probitate. Cur ita? forte q̃spiã dixerit. Quia dicemus/acq̃sitio tã iniuste q̃ iuste facta/plusq̃ duplo eam superat/quæ solũmõ iuste fit. Et impendia quæ nec honeste nec turpiter impẽdunt̃/duplo minora sunt illis quæ honesta sunt/honesteq; impendunt̃. Nunq̃ igit̃ illo qui duplo plus acquirit & dimidio minus erogat/ditioris erit qui cõtra facit. Est aũt alter istorum p̃bus: alter nõ malus q̃dem q̃n dũtaxat parcus est: nõnunq̃ uero malus oĩo: bonus aũt ut mõ diximus nunq̃. Nam qui & iuste pariter & iniuste pecunias cumulat/neq; iuste impẽdit neq; iniuste/diues fit q̃n est parcus. Sed q oĩno malus/q̃m utplurimum nepos & p̃digus est ualde pauper fit. Atqui honeste expẽdit: & iuste solum acquirit: neq; facile diuitiis excellet unq̃/neq; premet̃ inopia. Recte itaq; sermo noster asserit: ualde diuites/ bonos uiros nõ esse qđ si boni nõ sunt felices quoq; non erunt. Nobis autem legum huc sanctio respicit/ut felicissimi ciues sint: ac maxime inter se amici. Qui sane amici nunq̃ erunt: si mutuis iniuriis uexati plurimis litigando uti cogãtur iudiciis: sed si q̃ minima hæc sint atq; paucissima. Quapropter oportere dicimus nec aurũ nec argentũ esse in ciuitate: neq; quæstũ insup̃ multũ in mechanicis operibus cauponatiõibusq; & fœnore: nec ex pecoribus turpiter: sed ab his quæ agricultura offert ac prebet: atq; hoc ita/ut quæstus non cogat ea negligere/quorum causa quærũtur pecuniæ: hæc uero anima & corpus sunt quæ absq; gymnastica: & alia disciplina/nullius præcii unq̃ erunt. Quare pecuniarum cura: ut sæpius iam dictum est: ultimũ honoris teneat locũ. Quippe cum tria sint omnia in quibus homines studiũ ponunt/ultimum ac tertium est/si recte habeat̃: pecunię studium. Medium corporis/animi primum. Atqui hæc ipsa/quã nunc condimus/res pu. si honores ita distribuit: recte disponitur. Siqua autem lex aut tẽperãtiæ sanitatem corporis/aut sanitati & temperantiæ diuitias anteponit/non recte posita esse uidetur. Sæpius itaq; legis lator protestari debet/quid ipse uelit quid si contigerit/bene succedet. Sin minus instituti sui spes eum frustrabitur: Atq; ita forsan & ipse a ferendis legibus sese ac cæteros uindicabit: aliter nullo mõ. Qui

Prouer: Praui nõ ĩtelligere p̃nt.

De quæstu.

De auro habẽdo & nũmis.

De ditibus.

De deposito & fœnore.

Valde diuites bonos nõ esse.

Tria sunt ĩ q̃bus hoĩes studiũ ponũt bona aĩ bõs cor. & pecunia.

ergo partẽ suã sortitus est eam quã diximus cõditione possideat: pbe autẽ fieret si cętera oĩa quę ueniunt in coloniã eqliter possiderent. Cũ aũt fieri id nõ possit/sed alius ueniens plus hẽbit pecunię/ alius minus/multorũ & equalitatis in ciuitate tẽporũ oportunitatũq; causa/opus est ut inequales in ea census cõstituanť:ut magistratus uectigalia/distributionesq; secundũ dignitatẽ singuli non solũ suæ maiorũq; uirtutis aut formæ aut uiriũ corporis/uerũ etiã secundũ diuitiarũ & pauptatis usum quoad fieri põt ęqualiter/uidelicet inęquali quidẽ portiõe sed facile coęquabili accipiẽtes/nequaq̃ cõtendant. Horũ causa quatuor magnitudine differentes bonoꝝ census fieri oportet. Primos. Secundos. Tertios/& Quartos :aut qbusuis aliis nominibus appellatos:ut alii eodẽ in censu pmaneant/alii ditiores pauperesue facti/in censum sibi cõuenientẽ pertranseant. Ad hæc legis figurã/quæ sequiť/ego ponã. Nẽpe oportere dicimus ut in ciuitate quæ summi morbi exps futura sit:qđ dissidium aut seditionẽ rectius appellarim/nec extrema in aliqbus ciuiũ inopia sit:nec ingẽtes diuitiæ. Nam utraq; illa ab utrisq; his pariunť. Quare oportet ut a legislatore utriusq; terminus statuať. Sit itaq; pauptatis terminus/cẽsus sortis:quã stabilẽ esse oportet:quãue minorẽ alicui esse nec magistratus ullus patieť:nec alius quisq;/cui curæ sit uirtus:cũ legis lator his mẽsurã suam præscripserit/duplũ ad hanc & triplũ & quadruplũ haberi pmittet. Plura uero si qs habeat siue repta: seu donata:quæstu siue parta seu quauis alia fortuna huiusmodi cõparata/si oẽ quod supest ciuitati & diis ciuitatis tutoribus dederit:indẽnis & laudibilis sit. Sin autẽ legi nõ obtẽperauerit/quisqs hoc detulerit dimidiũ cõsequať:dimidium diis cõsecreť. Ille aũt ęquali suorũ bonoꝝ parte mulcteť. Quæcunq; uero possidẽt ultra sortẽ apud magistratũ hoꝝ custodẽ a lege constitutũ aperte scribanť:ut oĩa de pecuniis iudicia facilia sint:& ualde clara:post hæc urbs primũ in medio regionis quoad fieri põt condať:in loco qui cætera quoq; ciuitatis habeat cõmoda:quæ nec intellectu nec dictu difficilia sunt. Deinde in ptes duodeci partitio fiat: ut Vestę prima Iouiq; & Palladi consecreť eaq; arx/ circulo circũducto/a quo & regionẽ & urbẽ partes duodecim partianť:quæ qdẽ ita ęquales fiãt: ut agri fœcundi minores sint/ infœcundi maiores. Sortes uero quinquies mille & quadraginta scindanť:quarũ bipartito quælibet diuidať. Consortiri quoq; oportet portiones duas/quaꝝ utraq; remotioris:& ppinquioris sit pticeps/ita ut pars urbi proxima cũ remotissima parte sors una fiat:secunda quoq; ab urbe:cũ secunda a remotissima:cæteraq; oĩa eodẽ pacto:danda etiã opera est ut in geminis his partitionibus qđ mõ de fœcũditate regionis & infœcũditate diximus/pagať:ut uidelicet in eis multitudine/& paucitate distributionis ęquatio fiat. Quinetiã diuidere in partes duodecim uiros oportet:quẽadmodũ:& cætera bona/omniũ prorsus ęqualitate seruata:omniaq; describere. Deinde duodecim sortes/diis duodecim attribuere:& partẽ quãlibet sortis participem: suo consecrare deo tribũq; ipsam uocare. Sed & duodecim urbis mẽbra/sicut in reliqua regione factũ est:sigillatim in habitationes duas diuidẽda sunt. Vnã quidẽ circa mediũ/circa extremũ alteram: Et habitationis quidẽ ordo hũc habeat finẽ. Illud aũt cogitare oĩno debemus qđ ea quæ diximus nunq̃ talem oportunitatẽ nacta oĩa:ita cõcurrent ut quẽadmodũ descripta sunt fiant: & uiri habitationem huiusmodi nõ ferant moleste:sed ęquo aĩo patianť:pecuniasq; habere uelit per totã uitã ut statuimus. Mediocres filiorũ præterea generationes:ita singulis sint ut diximus:ac auro & argẽto careant:& cæteris oĩbus:quæ legis lator ex supradictis/dicturus eẽ uideť. Ad hæc regionis & urbis in medio & in extremis sicut ordinauimus ubiq; habitationes. Quæ quidẽ oĩa quasi somni quędam/dicunť:ciuesq; p hæc & ciuitas quasi ex cera formanť. Hæc utiq; mõ quodã nõ male opponũtur:sed ea quoq; narranda:quę legis lator aduersus diceret. Ne fugere me existimetis amici quod modo dictũ est uere quodãmodo dici. Sed par est ut arbitror in singulis ut is qui exẽplar proponit ad cuius similitudinẽ opus fieri debeat nihil oĩno prętereat:qđ ad uerissimã eius cõueniat pulchritudinẽ. Si quis aũt ex his nõnulla imitando assequi negt/quæ supra uires sunt p̃termittat qđ: & his proximũ est/eorũq; quæ fieri cõuenit/cognatissimũ/oĩ studio psequať pmittatq; legis latorẽ uoluntati suæ finẽ imponere. Quo facto cõiter cũ illo cõsideret. Quid ex dictis cõferat quidue ferẽdis legibus aduerseť. Nam opus undiq; sibiipsi cõsentiens/artifex omnis ubiq; agere debet etiã in re minima:si modo sit laudem consecuturus. Nunc iam post duodecim partiũ distributionem aĩaduertendum est/quod cũ duodecim partes hæ plurimas in se portiones/portionibusq; cõnexa & orientia ex cõnexis habeant usq; ad quinq; milia & quadraginta. Vnde & tribus & gẽtes & uicos habent & ad rẽ bellicam ordines atq; ductus:nũmos præterea & mẽsuras siccorũ atq; humidorũ & põdera similiter/hæc oĩa cõmensurata & cõsona inter se a legis latore ordinari debẽt: ptereа timẽda nõ est pusillanimitatis opinio/quasi parua nimiũ cõsidereť/si qs iubeat ut uasa: & supellectilia ciuium oĩa mensurã habeant suã:nullũq; sine certa mẽsura possideať. Et cõmuni ratione cẽseat ad oĩa per utiles esse numerorum partitiones uarietatesq;:sm quas & ipsi inter seipsos uarii sunt:& in longitudine & profunditate/ac uocibus uarietatem accipiunt:in motibus quoq;/tam recto motu ascendẽdo uel descendẽdo q̃ circuitu. Ad hæc omnia ita respicere debet legis lator/ut ciuibus oĩbus præcipiat/ne ab huiusmodi numerorũ ordine quoad possunt/discedant. Nulla enim alia una pueritiæ disciplina/

Nec extrema inopia neq; ingẽtes pecunię in ciuibus.

De situ urbis

Diuisio agrorum.

De mẽsura supellectiliũ.

disciplina/ad rei familaris gubernationē/ad rem.p.ad artes denicp uniuersas tantā habet uim quā tam huiusmodi numerorū cognitio: quodcp maximum est/somnolētos etiā: & natura rudes exsuscitat/& dociles: memores: solertesq facit/præter naturā suā diuina arte pficientes. Quæ quidem oīa/si mō legibus aliis/atq officiis/illiberalitas & auaritia ex eorū animis extirpata sit/qui ea sufficiēter & utiliter suscepturi sint bona rudimēta: & cōmoda sunt. Sin minus: malitia hinc potius q̄ sapiētia clam originē trahet: qd' Egyptiis & Phœnicibus multisq aliis gētibus nunc uidemus contingere: pp cæterarū artium facultatūq illiberalitatē: siue quis rudis legū lator id fecerit/siue fortuna infensa siue alia huiusmodi quædā natura. Nec enim illud o Clinia & Megille nos fugiat/magnā eē locorū ad ferendos meliores peioresq hoīes differentiā. Quibus diuersa put expedit legibus sanciēda sunt. Quippe alii uarietate uētorum & turbine difficiles & puerui sunt: alii propter aquas: alii propter cibos: qui ex terra nō solū corporibus cōmodi aut incommodi oriunt: uerū animis quoq nō minus. Maxime autē loca regionis differunt: in qbus inspiratio quædā diuina est/& quæ dæmones sortiti sunt: qui habitātes propitii uel cōtra suscipiūt. Quibus pro humano ingenio consideratis: mentis cōpos legū cōditor/se ad leges ferendas cōuertet. Quod & tibi est o Clinia faciundū. Prius enim hæc tibi animaduertenda sunt/q̄ habitari facias regionem. CLI. Egregie o atheniensis hospes hæc abs te dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

Cōmendatio arithmetice & necessaria pueris:

De locorum ui erga hoīes

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIA. VI. DE LEGIBVS.

Tria sunt genera causarū: quibus diuersa diuersis in locis hominū ingenia fiunt. Quæ quidē tria genera Plato in superioris libri fine breuiter cōprehēdit. Ego uero operæ preciū fore arbitror hac ipsa materia quasi quodā nodo sextū cū quinto ligare. Sit ergo plurimū in loco discriminis ad meliores deterioresq hoīes generādos. Causa uero sit uel humana/uel naturalis/uel diuina. Humana qdē/lex/educatio/ cōsuetudo diuersa. Naturalis aūt elemētorū alimentorūq diuersitas. Diuina uero/ut cœlū quoq diuinū/uocē/syderum numinūq potestas. Siquidē Plato iudicat queadmodum aliæ cœli plagæ aliis reguntur stellis/aliisq diis.i. supioribus angelis: sic alias terræ plagas/aliis quoq dæmonibus/inferioribusq angelis gubernari. Accedit ad hæc astronomorū sentētia & plagas terræ cœli plagis: & urbes ascēdentibus signis accōmodans. Mitto in presentia quantum ingeniorū discrimen afferat familiariū cuiusq hominis uarietas dæmonū. Quod aūt spūum superiorū uires/nostris qūocunq id fiat/spiritibus influāt/negare nō possumus/qñ manifeste uidemus corpora nostra corporibus supioribus agitari assidueq ab aere aliter atq aliter pmutari. Quod si spiritus illi in nostros agūt spūs/agunt insuper & in corpora. Passio uero corporum humanorū/siue a spiritibus illis siue a corporibus supioribus inferat/eatenus redūdat in aīa/quatenus tā cōparato q̄ naturali affectu aīus sese mergit ī corpus. Verū hoc interest/qd' corpora illa p corpora nostra mouēt aīas: spūs aūt/tū aīas per corpora mouēt tū per aīas/tū etiā per illū spūm quē physici sæpe nodū aīæ inuicē corporisq cognominānt. Memēto uero uim oēm atq morū a supioribus in nos descendentē/semp ad bonum suapte natura cōducere. Qñquidē & cœlestes influxus/semp ad bonū. Sed neq tu hic uel rigidiorē hoīum tristitiā & parsimoniā reiicias in Saturnū: uel temeritatē ferocitatēq in Martē: uel fraudulētā malitiā in Mercuriū/uel lasciuos amores in Venerē. Quid uero? si Saturni grauitas in nobis cōplexionis/naturæ/nutritionisq & educatiōis uitio/in simile quiddā grauitati uitiū cōuertat. Similiter magnanimitas martia in audaciā magnanimitati quodāmō similē: mercurialis industria similiter in malitiā uenerea charitas in libidinē? Nōne sub solis radiis/qui natura sua ad uidēdū cōferūt & uiuēdū quotidie accidit: alios uisum: alios uitā amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt: in cōcauis urūt. Queadmodū uero sub benefico radiorū influxu ob inferiorē naturā resultat alicui malū: non uniuerso: sic sub stellarū uiribus natura bonis: atq sub numinū muneribus optimis/pōt interdū inferioris uel naturæ uel cōsuetudinis uitio/uitiū uel corporis uel animi suboriri. Nihil uero uniuerso uitiū aut malū: queadmodū in cōcentu. Secūda uel septima uox/quæ seorsum audita dissonat/interim cōiūcta cæteris cōsonat uniuerso. Solēt uero Platonici infimos dæmones malos aliqñ nūcupare: quoniā ad infimum generationis & sensibile bonū suo quodā/ut aiunt officio nos alliciant di uertere autē a summo bono ad minimū cōparatione summi malū iure cēsef. Missum facio in pñti quod aiunt supremos dæmones ad contēplationis/medios ad actionis/infimos ad cōcupiscentiæ bonum ducere. Quod ue his oībus: & uti possumus & abuti: & utentibus quidem bona contingūt: abutentibus uero mala. Appellat uero Plato dæmones & deos indigenas patriæ/nō quia inde geniti: sed quia ciues inde genitos peculiari quadam cura custodiunt. Dicit preterea beatā ciuitatem a diis deorumq filiis coli: intelligens partim quidem cœlestem hierusalem/ab angelis purisq animis habitatam/partim quoq felicē illorum uitā: quos in Phædone inquit editissimas terræ partes incolere numinū familiaritate beatos. Descendit post hæc in sexto ad magistratus constituendos:

scilicet qđ eē oporteat/& quo pacto creari: quidue magistratus cuiusq; sit officiū. Inquit aūt diligētiam in his creandis tāti eē momēti/ut uel bonarū constitutio legū absq; magistratibus bonis: non modo nōmine profutura sit ciuitati/uerūetiam plurimū nocitura. Oportere uero ait tā eos qui magistratus electuri sunt q̄ qui eligēdi/eē ab adolescentia ꝓbatissimos/maioribusq; ꝓbatissimis genitos: & qui conciuiū mores pfectissime caleant. In his notabis mirā Platonis prudentiam in ordine magistratuum eorumq; officio in rebus humanis & sacris/bello & pace/in urbe atq; agris. Cognosces & probabis optimatū gubernationē/aliquid regii/necnō popularis habentē: & quodāmodo inter unum & populū mediā cōstitutā. Aīaduertes in ciuilibus muneribus distribuendis seruandā semp ęqualitatē: nō arithmeticā quidem: per quā numero uel etiā mensura & pondere paria singulis tribuunt: quæ sæpe iniustissima est: sed geometricā potius/per quā considerant merita singulorum: atq; ea rōne singulis distribuit: ut quæ ꝓportio meritorū est ad merita/eadem quoq; munerꝰ sit ad munera: neq; ęqualia sint munera muneribus: sed munera meritis. Geminam ergo considerabis ęqualitatem tū muneris ad munus/tum muneris ipsius ad meritū: Et illā qdem sæpe noxiam raro utilē: & tunc demū utilē si fiat sorte. Hanc uero quotidie necessariam. In hac utiq; totā cōsistere iusticiæ rationē. Atq; hāc ipsam in Iouis iudicio eē positā. Eiusq; notionē hoībus uix paucisq; tribui. Sed quātacunq; nobis adsit per hanc solā cuncta seruari. Nec immerito ęqualitatis huius officium supremi iudicis adscribit iudicio. Qui cū solus secreta oīum penetret/ideoq; merita pfecte cognoscat/nimirū solus perfecte pōt meritis ęqualia reddere. Idq; ita facit/in cœlo primū/deinde in uniuerso: ut hac sola pro cuiusq; naturæ capacitate ubiq; distributione/fieri cūcta atq; seruari: & ab antiqs ꝓbatū & in Gorgia fuerit cōprobatū. Sed inter hæc Plato iterū/qui mos eius est frequentissimus pueris educandis incūbens/peculiarē ad id procreat magistratū: eumq; haberi uult oīum in ciuitate summorū magistratuū p̄stātissimum existimās absq; colēdæ puerilis semētis ꝓuidentia: totā ciuitatis culturā fore uanam. Aduertes hic humanū ingeniū bene qdē cultum ītādē māsuetissimum diuinissimūq; euadere. Contra uero si cōtrā: sed cur nā humanū ingenium ferocius euadere posse dicit q̄ ferarū? Quia: qđ maximā uim habet ad bonū/maximā quoq; habere pōt ad malū. Item optimū qñ deprauatione sui uertit in oppositū/fit pessimū? Quod qdē in re. pu. disputat. Præterea ferocitatē ī hoīe deprauato auget/machinatio perspicacissime mētis ad malū. Adde qđ subtilitas spirituū humanoꝶ in ira/cōuertit in furorē. Accedit & quorūdā dæmonū irritatio: quod Plato in epistola ad syracusanos significat: & Homerus Egyptiorū snīa frequenter usurpat/heroas inducēs a diis. i. dæmonibus ad iras & sanguinē animatos. Cōmēdat iterum numerꝰ illū quinquies mille & quadraginta in magistratuū/domiciliorū/agrorū partitione/oīum cōmodissimum: utpote qui in multas deinceps portiōes integras diuidat. Sane si uniuersumq; hunc numerū in duas diuiseris ptes: pars dimidia duo milia cōtinebit/quingētaq; & uiginti. Si uero in tres/pars tertia/mille sexcēta octoginta. Si in quatuor. Quarta quælibet/mille ducēta sexaginta. Si in quinq;. Quinta quælibet: mille cōtinebit atq; octo. Si in sex: sexta oīs: octingēta: & quadraginta. Si in septē septima: septingēta uiginti. Si in octo octaua sexcēta triginta. Si in nouē: nona/quingēta atq; sexaginta. Si in decē: decima/quingēta & quatuor: huc usq; partes oēs sunt integre. Sed si in undecim: undecima quatercēta qnquaginta & octo: atq; insup duas undecimas portiūculas. Quod si in duodecim/duodecima/quatercētū atq; uiginti. Hic siste pedē. At qñ nobis sexaginta cōmemorat: si uniuersum illū numerum in sexaginta ptes diuiseris: pars sexagesima/octoginta & quatuor cōprehēdet: ac si cōuersione quadā in partes octoginta quatuorq; secueris/pars quæq; sexaginta tenebit. Videt aūt Plato pluri/mi facere/quod ille numerus duodecies diuidat in quatercētū atq; uiginti: quodue hic rursus duodecies in trigintaquinq;. At uero hic duodecies in duo atq; insup undecim duodecimas unius partes. Atqui & ipse numerus quatercētum atq; uiginti multiplicat ex numero uigexies uigiti & uno. Nam uiginti numerus uigexies semelq; replicatus/quatercētū uigintiq; cōplet. Laudat duodenarium numerū: & uniuersum illū/qui duodenario prorsus accōmodato: ꝓpea quod duodecim sint apud eum mūdi sphæræ: & signa duodecim in Zodiaco: & partes duodecim in elementis. Siquidē quodlibet ex quatuor elemētis in tres diuidit regiones/in summā: & infimā atq; mediā. Nō solum situ: sed uirtute etiā differentes. Adde elemētorum alterū duodenariū. Quo & substātiæ elemētorum quatuor & qualitates octo cōprehēdunt. Qualitatū uero quatuor quidē masculę sunt. s. calor frigus: leuitasq; & grauitas. Quoniā primo duę alterationis principia sunt: sequētes duę principia motionis ad locū. Quatuor uero fœminæ sunt quæ passioni magis subiiciunt. s. humor siccitas: rarumq;: & densum. Hæc uero Egyptiorū misteriis cōtineri. Iāblichus asserit. Accedit qđ duodenario mēsiū numero sol dñs planetarū & cursum peragit ꝓpriū & uarios ꝓducit effectus. Deniq; singulas uult ciuitatis partes deo cōsecratas existimari: ꝓprie uero diis duodecim. i. duodecim sperarum aīabus. Itē diis duodecim Zodiaci signa regētibus. Rursus duodecim ordinibus dæmonum cœlestia signa sequentiū. Cum uero dicit partes urbis duodecim seq circuitū uniuersi forte etiam intelligit totū octauæ spæræ circuitū triginta & sex milibus annorū perficiēdū. Qui sane numerus

tribus

tribus annorũ mille duodenariis pfecte cõplet adeo ut in primo mille annorũ duodenario intelligas ex antiquorũ snia iuuenilẽ mũdi totius habitũ. In secũdo uirilẽ. In tertio uero senilẽ. Verum de his oportunius in Timæo. Conuenit his/qđ in Phædro inqt deorũ dęmonumq; exercitũ sub duce Ioue in duodecim ordines eẽ dispositũ. Cõcludit hic ciuitatis ptes/partim qdem p duodenarium tribuũ tẽplorũq; numerũ/ptim uero p diuinũ cultum bis quolibet duodecĩ mẽsiũ solẽniter instauratũ: sic ad dei munera præparari/ut diis ipsis quasi insidẽtibus gubernent. Bis autẽ instaurari præcipua uult publicaq; solẽnia: quo & duodenario tribuũ: & ciuitatis reliquæ agriq; duodenario satis fiat. Quod aũt sacra iubet fieri diis deorũue filiis/deos qdẽ intelligi uult spærarũ aĩas/filios aũt/dæmones puriores. Cuncta uero hæc Iouis unius oĩum principis gratia iubet fieri. Neq; uero silẽtio ptereundũ est duodenarios quos ptinẽtes ad uniuersum cõmemorauimus a duodenario cuiusq; hoĩs pprio quasi repræsentari. Qui sane ex quatuor corporis humoribus totidẽq; sensus ipsius pturbatioĩbus: ac totidẽ uirtutibus cõstare uẽ. Post sacra deorũ ad nuptiarũ sacra descẽdit. Vbi leges ritusq; nuptiales: exhortationẽ ad matrimoniũ: officia uiri & uxoris tũ inter se/tũ erga liberos & generãdos: & educãdos cõsiderabis. Notabis ante oĩa nõ decere in ebrietate uel alia mẽtis pturbatione pcreãdis liberis opam dare. Atq; ob hmõi delictũ filios quotidie nasci tã aĩo q̃ corpore ęgrotãtes. Mãdabis quoq; memoriæ mysteriũ ubi ait principiũ & numẽ hoĩbus insitũ/si cõueniẽti sibi honore a singulis/munere ipsius utẽtibus afficiatr/oĩa seruat. Quid ergo principiũ/qd numen insitum aut insidẽs? Principiũ quidẽ idea est formationis humanę principiũ. Numẽ uero familiaris dęmõ/dæmon quoq; generationis princeps sæpe sub noĩe lucinæ significatus. At cur insitũ aut insidens: aut incubãs: ut intelligas numẽ nõ adesse solũ: sed inesse assidue atq; fouere. Præcipue uero fauere: & fauẽdo seruare si grate colat ab his qui munere eius utunt. Post mutua uiri uxorisq; officia/cõsequẽter ad mutua dñorum seruorũq; descẽdit officia. Post hæc solita quadã arte rediit ad mœnia: tẽpla/palatia: quæ añ nuptias tractãda fuisse dicit. Vbi notabis in primis curias iudicum magistratuumq; palatia/iccirco tẽplis pxima collocari/ quo humani iudices semp iudicãdo meminerint se adeo dñ iudicãt hoĩes iudicari: meminerint quoq; custodes urbis nisi custodiẽte deo custodire nõ posse. Itẽ nihil in ciuitate uel minimũ sine certo quodã ordine eẽ debere. Siquidẽ qđ caret ordine/alia insup ordinata cõfundit. Maxime uero ordine & cõtinua cura muliebria ĩdigere. Alioqn si mulierum res negligant/duplo plus/imo & supra duplũ detrimẽti puenit ciuitati/q̃ si uirorũ neglectæ res fuerint. Inter hæc ubi mundi antiqtas repetit: qđ dr ipm generatioĩs principiũ nos inextimabili tpis magnitudine pcessisse/intellige si obseruas Moisem: inextimabili dierũ horarumq; numero. Conclude librũ ea snia ut triplicẽ impetũ. s. ad cibũ/potũ/coitũ/neqñ pcipitemur triplici cohibeamus freno/timore. s. atq; lege ueraq; rõne. Præterea moderato honestorum ludorũ a pueritia usu. Quo per honesta solatia reuocemur a turpibus & ad seria paulatim studia prouocemur.

¶DIALOGVS. VI. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE

ATHE. Post oĩa quæ hactenus diximus/ferme iã magistratus in ciuitate cõstituẽdi uidet. CLI. Ita certe. ATHE. Duæ pfecto hæ spẽs in hornatu rei pu. sunt prima magistratuũ cõstitutio: quot eẽ oporteat: & quo pacto cõstitui. Altera legũ redditio magistratibus: quæ quot qualesq; sunt singulis cõsentaneę. Sed parũper anteq̃ magistratus eligamꝰ/cõmorati: nõnulla ad ipsorum electionẽ ptinentia declaremus. CLI. Quænam hæc? ATHE. Audi iã. Nemini dubiũ est/qđ cũ magna res legũ latio sit/ siqs ciuitati p leges bñ parate nõ idoneos magistratus cõstituat/q̃uis leges bñ positæ sint: tũ nõ mõ id nihil pderit risumq; mouebit/uerũetiã calamitates maximas ciuitatibus pariet. CLI. Plane. ATHE. Hoc itaq; cõsiderãdum amice/queadmodũ in hac tua ciuitate re publicaq; cõtingit. Vides enim eos/qui recte magistratꝰ accepturi sint/oportere primo satis ab adolescẽtia probatos fuisse/tam ipsos q̃ suos/ usq; ad ipsam electionem. Deinde eos etiã qui suffragia ferunt/legittimis esse moribus educatos: ut facile queãt admittendos & repellẽdos cognoscere/& erga utrosq; pro dignitate se gerere. At uero qui nuper conuenerunt/cum nec se inuicẽ satis cognoscant/neq; adhuc eruditi sint/quomodo recte unq̃ magistratus eligere poterunt? CLI. Nullo ferme unq̃ pacto. ATHE. Sed enim certamen excusationes non facile suscipit. Hoc aũt & mihi nunc: & tibi faciendum est: postq̃ & tu ciuitatis cretensibus instituendæ officium/libenti aĩo suscepisti/ac decimus es in hoc opere: ut ipse dicis: & ego tibi auxilium præsenti confabulatione afferre promisi. Quare sermonẽ hunc nostrũ sine capite restare nõ patiar. Nam si uagaretur: deformis omnibus appareret. CLI. Optime dixisti hospes. ATHE. Immo etiam sic/pro uiribus faciã. CLI. Faciamus sic prorsus ut dicimus. ATHE. Faciemus utiq; si deus uoluerit: sic ut etiam senectam in hac parte superemus! CLI. At deum uelle/credendũ est. ATHE. Credẽdũ profecto. Quare ipsum sequẽtes: hoc etiã dicamus. CLI. Quid nã? ATHE. Quã audacter simul atq; periculose modo ciuitatis habitatio: nobis constituetur. CLI. Quorsum

Qui non idonei magistratus.

hæc! A T H E. Quia facile & intrepide rudibus hoībus leges damus/atq; ipsas suscipiāt/iubemus. Cum oībus ferme o Clinia etiam non multū sapiētibus/perspicuū sit/neminē leges nouas facile susceptur ū. Si uero tādiu expectaremus donec legibus instituti pueri. Viuaq; & diu sub eisdē legibus conuersati suffragia uniuersæ ciuitati ferre possint:atq; id pro uiribus recte fieret:certe & tūc: & in posterū:procul ab errore sic instructa ciuitas pmaneret. CLI. Sic ratio monet. A T H E. Perspiciamus ergo si modū quēdam ad hæc cōmodum ita ferre possimus. Gnosios oportet o Clinia præcæteris Cretēsibus nō solū quasi libādo inchoare quā nūc rem.p.cōditis:sed omni studio puidere:ut q̄ tutissime atq; optime primi magistratus cōstituant. In aliis qdē cōstituendis opera breuior:legū autē custodes ante alios creare summa diligētia necessariū ē. C L I. Q ua uia istud rōneq; faciemus! A T H E. Hac o Cretenses inq̄. Oportet Gnosios qū multarū ipsi ciuitatū primi sunt/ cōiter cū his qui in eadē cōuenere coloniā a seipsis & ab illis septē & triginta uiros eligere. Nouē quidē decemq; ex eorū numero qui coloniā habitabūt. Ex Gnoso ipsa reliquos. Hos utiq; Gnosii tuę dent ciuitati. Te quoq; ipm:ut huius coloniæ ciuē & unū de octo decēq; uiris:hæc aut psuadēdo/aut ui mediocriter cogēdo faciāt. C L I. Quid uero! nōne & tu hospes & Megillus hic rei.p.huius nobiscum participes! A T H E. Magni o Clinia athenienses magni quoq; lacedæmonii se faciunt: & longe utriq; incolunt. Tibi autē oīa cōmode se habēt:& habitatoribus aliis similiter fm ea quæ de te modo dicta sunt:& quę tibi atq; illis hac tēpestate cōuenientissime fieri pñt/exposita. Progressu aūt tpis & re.p. permanēte/huiusmodi/magistratuum designatio fiat. Quicunq; arma siue eqtes siue pedites ferre pñt/bellisq; in ętatis suæ ordine interfuerūt suffragiū incāt:comitiaq; in tēplo habeant: qđ pstātissimū ciuitas ducat. Vnusqsq; aūt in ara dei nomē suū & patris & tribus & gētis in tabula scriptum deponat:liceatq; cuiq; si uelit/quācunq; tabulā nō recte scriptā suspicabit/in loco publico ponere/ubi nō minus q̄ trigīta dies pmaneat. Trecētasq; tabulas sic approbatas uniuersæ ciuitati magistratus ostēdāt:quæ quos uelit de istis iterū:& accipiat & reiiciat:centumq; ita secūdo delecti rursus oībus ostēdant. Tertio uero noīe de centū uiris quilibet quēcunq; uoluerit. Septē aūt trigintaq; uiri: eos qui pluribus delecti suffragiis sunt/magistratus declarēt. Qui nā igitur o Clinia Megilleq;/hæc omnia de magistratibus eorumq; pbatione in ciuitate cōstituent! Nū intelligimus in ciuitatibus sic ab initio cōciliatis pręesse aliquos oportere! Q ui uero ex oībus magistratibus deligant/in eis nequaq̄ reperiunt. Cū tamen eos esse oporteat/non uiles quosdā/sed summos uiros atq; præstātes: principium enim dimidiū totius operis esse prouerbio dicit:atq; eū qui bñ cœpit oēs laudamus. Mihi autem hoc plusq̄ dimidiū esse uidet. Rectūq; principiū nunq̄ satis ab aliquo laudatū fuisse. C L I. Recte loqueris. A T H E. Quare cū nos id non lateat ne silētio ptereamus:sed qūo fiat/pspicue declaremus:q̄uis ego nihil in pñtia nisi hoc unū necessarium atq; perutile habeā dicere! C L I. Q uid nā! A T H E. Equidē ciuitatis huius quā cōdituri sumus neminē aut patrē aut matrē esse aio/pter ciuitatē illā quæ coloniā mittit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias a ciuitatibus quæ miserūt/dissidio distractas. Q uēadmodū uero erga parētes se gerit filius qui q̄uis aduersaturus illis qñq; sit: in ipsa tamē pueritiæ indigētia:genitores diligit ac uicissim diligit: & ad suos semper refugiens in his solis psidiū reperit ita quoq; nouā arbitror ciuitatē erga curatores eius Gnosios:& Gnosios erga ciuitatē nouā affici. Repeto igit qđ mō dixi. Nō enim nocet bis dicere:qđ bene dicit. Oportet ut Gnosii horū oīum curā suscipiāt:& de colonis uiros seniores atq; optimos non pauciores q̄ centum deligant deq; ipsis Gnosiis alios centū:quos in nouā ciuitatē pfectos oportere arbitror operam dare ut magistratus fm leges cōstituant & statuti cōprobent:his factis Gnosum gnosii redeāt noua uero ciuitas seipsam seruare ac feliciter uiuere conet. Q ui aūt in septē & trigīta uirorum numero cōputati sunt:& nūc & postea semp istas res curēt. primo qdē legū custodiā habeāt: deinde etiā tabularū:ubi qsq; magnitudinē sui cēsus cōscripserit. Sitq; maximus cēsus minarū quatuor / secundus triū:duarum. tertius. quartus unius. Quod siqs plus q̄ in tabella scriptū dederit / hēre dephēdat qđ supest/publicū fiat:pterea reus sit uolentis eū tanq̄ infamē accusare qñ pp lucrū spernere leges inueniat. Atq; eū quicūq; uoluerit turpis lucri noīe/apud legū custodes accuset. Et q dānatus erit: publicarum possessionū sit exps:acsi qua bonorum in ciuitate distributio fiat/nihil pter sortē primā asseq possit dānatūq; ipsum eē q̄diu uiuit ibi scribat/ubi qcūq; uoluerit:possit legere. Custos aūt legū nō plus q̄ annos uiginti hūc habeat magistratū/nec pauciores natus q̄ qnquaginta/eū gerat. Ac si sexagesimū ętatis annū agēs magistratū hūc nactus ē/solū pstit decēniū hac utiq; rōne:ut qui septuagesimū ānnū excesserit/tm magistratū nō teneat. Hæc igit tria de legū custodibus pcepta sint pficientibus uero legibus quiuis poterit his uiris pcipere quorum maxime curā pter ea quæ mō diximus/ habere eos oporteat. Nūc uero nos deinceps de aliorū magistratuum delectu dicamus:post hæc duces exercitus eligēdi sunt:eorūq; ministri in bello/magistri eqtū:tribuni militū peditūq; ordinatores:quos merito multorum more præfactos ordinū nūcupabimus. Igit ipsi custodes legū hmōi exercitus duces futuros aliquos ciuitatis huius ciues pponāt:suffragiū ineant oēs qui bellis in ętate cōuenięti interfuerūt/aut iā itersunt. Quod siqs aliquē a nullo ppositū pposito aliquo pstātiorē existimet/liceat

Prouer. Principiū dī midiū opis.

Quod bñ di/ citur repetet nō nocet.

Maximus cē/ sus ciuiū:quē uult Plato.

met/liceat ei loco eius aliű noĩare si modo prius qđ ita iudicet iureiurãdo cõfirmauerit. Et noĩat⁹ maiore suffragiorű numero deligaẽ. Tres aũt qbus fauet plurimű duces exercitus/bellicarűq; re⸗rű curatores queadmodű custodes legű cõprobenẽ. qui pfectos ordinű duodecim/ Vnű cuilibet tribui noĩent. Pronoĩario aũt & suffragiű designatioq; & iudiciű ita in his fiat/queadmodű in exer citus ducibus. Comitia uero in pfiria anteq creet cõsiliű & pfecti cõsilio deligant/ custodes legű in sanctissimo sufficiẽtissimoq; loco hẽant: ubi seorsű pedites & eqtes sedeãt: tertioq; deinceps cæte⸗ri/quocűq; in armis uersant. Et in eligẽdis qdẽ ductorib⁹ & magistris eqtű/oẽs suffragiű ineãt. In p fectis oridinű solũmõ q scuta ferűt. in tribunis militű eqtes oẽs. At leuis armaturæ aut sagittariorű cæterorűq; hmõi pfectos/ipsi duces exercitus sibi cõstituãt. Restat magistrorű equitű designatio. hos igit illi noĩent qui ductores etiã exercitus noĩarűt. suffragiűq; feratur similiter. similiter quoq; cõparatio pro noĩando fiat. Ferãt uero suffragiű pftibus peditibus eqtes. Atq; duo q maior suffra giorű numero delecti sunt/oĩbus psint eqtibus. pnoĩationẽ aũt bis fieri liceat. Tertio siqs dubitet illi suffragio iudicent/qui comitiorű modű ĩ singulos statuere. Cõsiliű triginta cõstet duodenariis. Nã distributio huic per sexaginta trecẽtosq; uiros cõuenit. & in quatuor partes p nonaginta distri buaẽ: ita ut a censibus singulis cõsiliarii nonaginta ferãtur. Et primű quidẽ necessario ferãt oẽs qui maximo cẽsu sunt: & qui ferre supersederit/pro arbitrio cõdẽnetur. postq uero delati sunt: cõscri⸗banẽ. Sequẽti die a secũdo cẽsu eodẽ pacto ferant. Tertia a tertio ferat qcunq; uelit. Necessariű ue/ro sit hoc triű cẽsuum uiris. Quartus aũt minimusq; cẽsus a pæna sit liber/siqs eorű ferre noluerit. Quarta die ex quarto minimoq; censu oẽs ferãt hac cõditione ut siqs ex tertio uel quarto censu nõ tulerit/minime dãnet. Sin uero qspiã primi secũdiue cẽsus ferre neglexerit/cõdẽnet: ita ut qui secű di cẽsus est in triplo primi dãni cõdẽnet/q uero primi ẽ ĩ quadruplo. Die qnta magistratus ad oẽs ciues descripta efferãt noĩum de qbus oẽs fuerãt. qui uoluerit/primo dãno condẽnet. Eorű uero q ex oĩbus cẽsibus electi fuerint/dimidiű/hoc est centű octoginta sorte ad annui senatus ordinẽ com probet: sic utiq; magistratuű creatio facta inter unius: & populi potestatẽ erit media. Quarű me⸗diű tenere semp oportet rẽ.p. Serui enim & dñi amici nunq erűt. Nec pbi & improbi/si æqualibus afficianẽ honoribus. Inæqualibus enim æqualia inæqualia fiűt/nisi mensurã accipiant. Nam ppter hæc utraq; seditionibus replent res pu. Vetus enim priscus ille sermo ab æqualitate amicitiam p⸗creari/recte admodű & cõcinne fert. qm uero nõ satis aptű est quæ nã sit æqualitas qua id efficit/ic⸗circo nos ualde turbamur. Duæ qppe sunt æqualitates eodẽ qdẽ noĩe appellatæ/sed effectu in mul⸗tis pene cõtrariæ: & alterã oĩs ciuitas legűq; lator sorte disponẽdo põt ĩ distribuẽdis honorib⁹ adhi bere: eã dico quæ numero/põdere & mẽsura est æqualis. Sed uerissimãq; æqlitatẽ nõ facile quiuis p⸗spiciet: Iouis enim iudiciű est: & hoĩbus qdẽ pauca semper suggerit: quatenus aũt suppetit/tam pri uatis q ciuitatib⁹ bona oĩa reddit. Hec sane maiori plura/minori pauciora tribuit: utrisq; uidelicet fm eorű naturã moderata: Atqui & honores/uirtute maioribus semp maiores. Minoribus aũt uir tute & disciplina minores: & utrisq; fm rõnẽ qđ decet/impertit. Ea eni certe nobis est ciuilis iustitia. hanc & nos appetere debemus atq; ad hãc ipam o Clinia æqualitatẽ respicere/dű hãc nouã cõdim⁹ & disponimus ciuitatẽ. & qsqs aliã/instituit/eodẽ debet in legibus ferẽdis aspicere. Nõ aũt ad pau⸗cos tyrãnos uel ad unű uel populi potestatẽ/sed ad iustitiã semp inspiciendű. Ea est quã mõ diximus⁹. Equalis ipsius fm naturã quotidie inequalibus distributio. Verumtamẽ necesse est/ut his duab⁹ æq litatibus in denotatiõe similibus ciuitas uniuersa utaẽ si tota uelit pcul ab omni seditione manere. Equabilitas enim illa laudabilis & æqua diiudicatio perfecti atq; exacti/cű pter rectű iudiciű fit uio latur & frangitur. Ideoq; æqualitate sortis uti etiã necesse est ad multorű indignationẽ penitus deul tandam. Qua in re deum bonãq; fortunã pcibus inuocare oportet/ut sors ad id qđ est iustissimum dirigaẽ. Sic igit necessario utrisq; æqualitatib⁹ uti debemus: sed in rebus admodum paucissimis/ea æqualitate cui fortuna opus est. Hæc ita ob hãc cãm o amici/necesse ab ea ciuitate/quæ salutẽ sic cõ⸗secutura/seruari. Quemadmodum uero nauis in medio pelago/die nocteq; custodibus indget/ita quoq; ciuitas in medio aliarum ciuitatum: fluctu posita uariis subiecta seditiõibus ac semper capti uitatis periculo pxima perpetua eget custodia. pptere & ex die in noctẽ & ex nocte in diẽ succede⸗re sibi inuicem magistratus & custodes oportet: ut tradentium suscipentiűq; custodiam: successio nunq desinat. Quorum nihil multitudo celeriter facere potest. Est autem necessarium ut plurima consilii pars plurimum tempus permittatur in priuatarum suarumq; rerum administratione uer sari: duodecima uero pars eius/in menses duodecim distributione facta/alia post aliam sigillatim custodiat. Quæ unicuiq; siue a ciuitate ipsa siue aliunde uenienti parata sit seu nunciare quicquam seu interrogare quispiam uelit de his rebus/de quibus ciuitatem oporteat uel respondere cæteris ciuitatibus uel ab eis interrogationum responsiones accipere. Nouarum etiam gratia mollitionű quæ sæpe fieri solent. Maxime quidem ne fiant. ac si acciderint / ut quamcelerime sentiat ciuitas: & remedium afferat. quod per centum ciuitati presidentium fieri semper oportet: ut & quæ legi⸗bus: & quæ repente ciuitati difficultates accedunt / dissoluantur. Hæc omnia curet duodecima

consilii pars quietē in menses undecim habitatura. Quā quidē custodiā hæc cōsilii ps cōiter cum
aliis maigstratibus in ciuitate semp agat oportet. Atq; urbana quidē pbe hoc pacto ordinata erūt.
Totius aūt reliquæ regionis quæ cura? qs ordo? An cū ciuitas tota & uniuersa regio in partes duo-
decim sit diuisa/in ciuitate quidē ipsa uiarū habitationū ędificationū. portuū. fori. fontiū. sacrorū
locorū. tēplorū. cæterorūq; huiusmodi oīum cōstituere curatores oportet? CLI. Cur nō. ATHE.
Dicamus igit tēplis ędituos/& sacerdotes tā uiros q̄ mulieres pfici oportere. Ad uiarū aūt ędifica-
tionūq; exornādarum curā/ne aut hoīes iniurient/aut ipsæ feræ noceant/sed ut tā in ipso urbis am-
bitu q̄ in suburbiis/ciuitatibus cōsentanea quæq; gerant/tres sunt magistratuū spēs eligēdæ. Et re-
rum mō dictarum curatores: appellent ędiles. Qui uero fori uēditionisq; curā habebūt/rerū uena
lium curatores. sacrorū aūt sacerdotes. Et sacerdotia quidē quæ a parentibus per successionē seu
uiris siue mulieribus tradita sunt/nequaq̄ mouēda. Si uero aut nullis aut paucis aliqua huiusmodi
sunt/qd accidere par est illis qui in nouæ ciuitatis habitationē cōueniūt/ubi hæc desunt sacerdotes
tam uiri q̄ mulieres & ęditui cōstituēdi sunt. Quæ oīa partim delectiōe/ partim sorte fieri oportet.
Atq; in omni regione ciuitateq; plebs cum illis qui extra plebē sunt/per amicitiā coniūgēda/ut ma
xima sit in oībus his cōsēsio. Et quæ ad sacerdotum creationē attinēt/deo cōmittēda sunt/ut quem
admodū illi placet/ita diuina fortuna cui tributū id sit sortes ferat. In eorū aūt qui sortis suffragiū
assecuti sunt/examinatione/ille est cōprobandus/qui īteger sit atq; legitimus: deinde a domo q̄ ma
xime munda exps quoq; cædis omniūq; huiusmodi/quæ aduersus diuinam rē cōmittunt. cuius &
pater materq; similiter uixerint. Leges autē de rebus diuinis adelphis petant: cōstituātq; illarum
interpretes atq; his utendū. Sacerdotiū nō diuturnius sit q̄ annuum. Nec pauciores annos q̄ sexa-
ginta natus sit qui sm sacras leges res diuinas sufficiēter est tractaturus. Eadēq; de mulieribus sa-
cris/quæ & de uiris statuta intelligant. Interptes aūt ter quatuor ferāt tribus ipsæ quatuor/ ex earū
ordine unaquæq; tres. ac tribus pbatis/qui maiori suffragio delecti sunt reliquos nouem delphos
mittāt: ut ex quaq; trinitate unus oraculo deligat. Cōprobatio ipsorū ętasq; talis/q̄lis & sacerdotum
dicta est. Hi per totā uitā interptandi & exponēdi habeāt potestatē. Et in defuncti uicē quatuor tri-
bus inde aliū eligant/unde puer ille defecit. Quæstores & asseruatores sacræ pecuniæ in tēplis sin-
gulis/qui lucorū agrorūq; ipsis dedicatorū & fructuum/cōductionūq; & locationū dñi sint tres de
maximis cēsibus pro tēplis maximis eligātur. duo pro minoribus. pro mediis maximeq; cōcinnis
unus. Qui nō aliter q̄ duces exercitus eligant & cōprobētur. Atq; hæc in rebus sacris ut diximus/
peragantur. Danda uero opa est/ut quoad fieri potest/nihil sine custodia sit. Ciuitatem qdē curent
exercitus duces ordinū pfecti magistri æquitū. tribuni. consilii principes. ędiles. atq; cēsores. post
q̄ electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiat. Duodecim in partes ęquales p uiribus re-
gio tota diuisa fuit. Vna itaq; tribus parti cuilibet sorte data. quinq; in annū q̄si agrorū curatores
tribuūq; principes deligat. quorū quisq; sua ex tribu duodecim iuuenes hēat/non minoris ętatis q̄
quinq; & uiginti annorū: neq; maioris q̄ triginta. his singulis singulæ regionis partes per sortē mē
struo tpe tribuant ut totius regionis oēs pitiā hēant. biēnio aūt impandi & custodiēdi curā habeāt
principes & custodes. Cū primū partes custodiendas sortiti sunt: per mēses singulos loca pmutēt
ad pximū quēq; locū: & ad dexterā primū circulariter custodiæ principes ducāt. dexterā uero pla-
gam appello quæ solē orientē spectat. Deinde in altero anno ad sinistrā cōmutentur: ne regionis
quo ad unū anni tēpus solū piti sint: sed & quid in quolibet tpe in quacūq; regionis parte cōtingat/
agnoscant. Tertio aūt anno quinq; alii agrorū & custodiæ principes a primatibus tribuum deligā
tur ipsorū duodecim curatore. Cura uero & opera singulis in locis talis sit. Primum ut q̄ maxime
aduersus hostiū impetum regio munita sit/Foueis ubicūq; opus sit effossis turribusq; & claustris p
uiribus circunductis. nocere uolentes arceant. Ad hæc utiq; facienda subiugalibus seruisq; indige
nis utantur: quando minime in suis operibus occupantur: nonnullos ipsis preficientes loca omnia
ita disponant: ut per ea difficile transire inimici possint. amici uero homines pecudes. Iugalia faci
le: quibus maxime per uia regio fiat. Diligenterq; procurent. ut pluuiales aquæ non solum non no
ceant/uerumetiam conferant ab altis montibus cauas in ualles fluentes: ubi foueis parietibusq; sta
gnare ea cogant ut illic alueis pluuiales aquæ combibitæ inferioribus locis agrisq; omnibus scare
bras fontesq; aquarum efficiant/locaq; isto modo siccissima humore multo salubriq; irrigent. Fon
tes autem & fluuios arboribus ędificationibusq; exhorent/lucos quinetiam iugi irrigatione & de-
dicatos diis agros aqs īmissis pinguefacere curēt: & metallis humorem scatebrasq; adhibeāt. Atq;
ita & abundantia omnia & templa deorum reddant hornatiora. Vbiq; autem in his gymnasia iuue
nes tam sibi commoda quā senibus preparent. calidis balneis constitutis: & copiose siccis apposi-
tis lignis/ut & remedium ęgrotantibus & lenimen labore defessis beneuole afferatur: quæ sane cu-
ratio longe melior est q̄ medici parum piti medela. Hæc omnia cæteraq; huiusmodi his locis hor-
namēto utilitatiq; sunt/grato quodā cū ludo. Sūmatim aūt circa hæc studiū huiusmodi sit Sexagin
ta uiri singuli ad scriptū sibi locū custodiant: non hostiū causa solū sed eorū ēt qui se amicos dicunt.

Et siquis

Et si qs inter uicinos ac ciues seu seruus siue liber alicui iniuriã ĩferat.iudicẽt in patuis qdẽ ipsi qnq;
principes.In maiorib⁹ aũt decẽ & septẽ uiri una cũ duodecim/usq; ad minas tres de quocũq; alter
de altero cõquerit.Nemo aũt iudex magistratusue sit: qui gesti officii sui rõnẽ nõ referat:pter eos
qui regũ instar finẽ rebus ĩponũt.Atqui & agrorũ curatores/siqd aduersus eos quorũ hñt curá/cõ
tumeliose gerãt/inæqualiter onera inferẽtes/aut ui aliqd ab agricolis accipientes siue adulatorum
largitionibus/qbus iudiciũ corrũpat:muneribus qdẽ adulatiõibusq; capti/obprobrio per uniuer
sam urbẽ afficiant.In aliis aũt iniuriis usq; ad minã sponte sua uicinis colonisq; dẽt mulctã. Quod
si nolũt in maioribus uel minoribus iniuriis qd debẽt/psoluere/qa sperẽt/cũ de loco ad locũ p sin-
gulos menses trãseant/iudiciũ ac penã effugere/si cõmuni iudicio accusentur:& qui dãnabit/duplũ
reddat ei quẽ oppressit. Viuãt aũt tã principes q̃ cæteri curatores agrorũ biẽniũ hoc pacto.Primũ
quidẽ oĩbus cõia singulis in locis habeãtur cõuiuia:qbuscũq; defuerit:ẽt si uno die aut nocte excu-
barit:cũ nec princeps ita ordinauerit/neq; necessitas ulla coegerit:si qnq; uiri eũ danẽt/scribãtq; in
foro deseruisse custodiã:magnis afficiat obprobriis/utpote qui quãtũ ĩ se est rẽ.p. pdidit.Et a quo
cũq; obuiã facto/uolẽtiq; cedere/impune cædat.Oẽs aũt sexaginta uiri obseruẽt/ne de principib⁹
aliqs qcq̃ tale cõmittat:& qui sensit audiuitq; si non accusauerit/similiter eademq; lege reus sit/ qua
qui peccauit/& acriori iuuenũ cẽsura punitus in oĩbus iuuenũ magistratib⁹ cõtẽnat.Atq; hæc qdẽ
oĩa custodes legũ diligẽter puideãt/primo quidẽ ne fiant deĩde ut facta/put ius postulat/ puniant. Qui nõ serui uit nõ põt eẽ laudatus dñs.
Existimare de oĩbus hoĩbus id quisq; debet/q qui nunq̃ seruiuit/is laude dignus eẽ dñs nunq̃ pote
rit.Ideoq; gloriari quẽq; oportet magis qd bene seruiuerit/q̃ qd bene fuerit dñatus:primũ quidẽ
legibus:qbus qui seruit/diis seruit deĩde senioribus qui honeste uixerũt.Postremo totũ hoc biẽniũ
custodes agrorũ humillimum tenuissimũq; uictũ agãt.Itaq; duodecim uiri cũ qnq; cõgregati iter
se cõsultẽt/quasi alios seruos nõ habituri.Nã agricolis quidẽ colonisq; nõ in pprio ministerio/sed ĩ
publico solũ utant.In cæteris sic cogitẽt/ut suiẽtes sibiipsis uicturi:æstate præterea atq; hieme sem
per armati regionẽ oẽm plustraturi:ut custodiãt diligẽtius dum loca oĩa nouerint.Nulla qppe co
gnitione minor hæc esse uidet:qua exqsite ab oĩbus regio uniuersa cognoscit.Atq; huius gratia nõ
minus q̃ uoluptatis utilitatisq; alterius/adolescẽtes alẽdis canibus/& reliquæ uenatiõi dare opam
debẽt.Hosipsos studio etiã illo uti oportet:qd ab occultando a nonnullis appellat.sed siue sic siue
agri custodia sit noĩanda/siue qñocunq; aliter quisq̃ uelit/oportet ut qui ciuitatis suæ salutẽ exoptãt
in ea se re pro uiribus diligẽter exerceãt.Sequit ut de cẽsorũ ędiliũq; electione dicamus.Sexaginta De cẽsoribus & edilibus.
illos curatores agrorũ tres sequũtur ędiles tripartito duodecim partes urbis cõplexi:qui sane illos
imitãtur/uiarũ urbis curã hñt:uulgariumq; itinerũ/quæ a regiõe in urbẽ tẽdũt:ędificationũ quoq;
ut sm leges oẽs fiant.Aquarũ pterea/quas custodes deduci in urbẽ curãt:ut in fontes q̃ liqdissime
sufficiẽtesq; ducant.ac ciuitatẽ iuuẽt pariter & exhornẽt.Oportet hos eẽ tales ut intermissa suorũ
cura/ociũ habeãt ad publica pcurada.Quapropter qsq; a maximo cẽsu quẽ uelit ędilem futurũ no
minet.Et de sex qui suffragio cæteros supabunt:tres sorte deligãt:quibus curæ hæ sint.Deniq; cõ-
probati/magistratum sm præscriptas sibi leges peragãt.Censores deinceps/rerũ uenalium curato
res a primo secũdoq; censu quinq; deligãtur.Eorũq; electio eodẽ ferme modo quo ędiliũ trãsigat.
Quippe de decẽ:qui cæteros suffragio superauit:quinq; sorte designẽtur:& comprobati/magistra
tus declarent.Noiet aũt quẽlibet unusqsq;.Qui autẽ nolle accusabitur/drachmis quinquagita dã-
netur.atq; etiã iniquus existimet.Comitia cõemq; cetũ quicũq; uelit ingrediat.atq; ad id primi se
cũdiq; cẽsus oẽs cogãtur.Porro qui de his abfuerit/decem dãnetur drachmis.Tertii uero quarti-
q; census homines nõ cogant.Iccirco qui nõ interfuit indẽnis sit:nisi forte principes urgente qua-
dam necessitate/adesse oĩbus edixerint.Est aũt censorum officium/fori ordinem legibus statutum
seruare.Fontium quoq; & tẽplorum quæ in eo loco sunt/curã habere:ut ne quis illic iniuriose qcq̃
agat.& si quis fecerit/seruus quidẽ & pegrinus uerberibus & uinculis pœnas luat.Cuius autem a cẽ
soribus drachmis cẽtum iure cẽsorio cõdẽnet.Maiori uero mulcta usq; ad huius duplã isti/nisi ędi
les quoq; adsint:cõdẽnare non possint.Eadem quoq; ędilibus in proprio magistratu mulctandi &
puniendi conditio sit.Nam usq; ad minã cõdemnandi ipsi hẽant potestatem.Ad duplã uero mul-
ctam censorum simul auctoritas requirat.Post hæc musicæ & gymnasticæ magistratus/duplices utri
usq; facultatis cõstituant.Alii disciplinæ/alii exercitatiõis causa.Qui disciplinæ presunt/gymnasio
rum doctrinarũq; hornatum & discendi ordinem curẽt:operãq; dent ut tam mares q̃ fœminæ in
adolescentia:honeste ad ista proficiscantur:honeste etiam commorentur.Exercitationis curã ha-
beant in gymnastica & musica ipsi athlothæte qui numera imponunt atq; declarant/athletis ipsis
scilicet certatoribus.Atq; hi similiter duplices esse debent.Circa musicam alii/alii circa gymnasti-
cam:& in gymnastica quidem iidem pariter in hominum equorumue certaminibus.In musica ue
ro alii in monodia.i.cantu & oratione funebri/& imitatione ipsa/sicut rhapsodorum eorum.s. qui
decantatorium componunt carmẽ:citharistarũ:tybicinũ:cæterorũq; talium : alii in chori cantu.
Primum igit in chori ludo/ubi uiri/pueri & puellæ tripudio cæterisq; musicæ modis exercentur/

principes eligẽdi. Vnus aũt illis sufficit princeps nõ pauciores q̃ q̃dragita annos natus. Vnũ quoq; in monodia sufficere arbitramur: qui triginta annos expleuerit: qui & introducat hoies in certamẽ: eisq; sufficiẽter cognoscat & iudicet. At uero principẽ ordinatorẽq; chori/sic oportet eligere. Qui huic rei uacãt: in cõciliũ pficiscanť/mulcta ĩposita: nisi accesserint: huius rei legũ custodes/iudices sint. Cæteros si nolint: nemo cogat. Noĩent etiã qui piti sunt: & in cõprobatione/una hæc approbatio reprobatioq; habeať: qđ pitus uel impitus sit qui designať. Qui uero ex designatis decẽ/cæteros suffragio supauerit/& deinde cõprobatus fuerit/unus annuo tpe choro fm legẽ psit. Similiter etiã in monodia & tybicinio designatio fiat: electioq; & cõprobatio. & qui assecutus fuerit eodem modo a iudicibus cõfirmatus/anno præsit. Deinceps auctores declaratoresq; numerũ in exercitatione gymnastica tam equorum q̃ hominum a secũdo tertioq; censu ita constituantur. Comitia ingredi trium censuũ hoies cõpellanť, minimus autem census liber sit. Et de uiginti qui præcæteris suffragio designati fuerint/tres ante alios sorte electi/principes declarenť: quos cõprobantium suffragiũ cõfirmauerit. In cuiuscũq; aũt magistratus sorte atq; iudicio/siqs reprobatus & repulsus fuerit: alius loco eius eodẽ ordine designeť & cõprobeť. Restat princeps: qui totius disciplinæ in his quæ narrauimus tam fœminarũ q̃ mariũ curã habeat. Vnũ quoq; hũc fm leges principẽ esse uolumus: nõ pauciores natũ annos q̃ quĩquaginta: qui legitimos hẽat filios: utriusq; sexus maxime: si uero minus alteri⁹ sexus oino. Cogitare debet & q eligit & q eligiť/hũc magistratũ oĩum in ciuitate summorũ magistratuũ esse admodũ prestãtissimũ. In oĩbus qppe uiuẽtib⁹ pria ipsa germina si apte cæpint ad naturæ suæ uirtutẽ/uim hñt summã ad finẽ sibi debitũ imponẽdũ. Quod & in plantis euenit & in brutis tum siluestribus tũ etiã mãsuetis & in hoĩbus. hoĩem aũt mãsuetũ animal esse dicimus. Porro si cũ natura felici rectam quoq; disciplinã fuerit assecutus indiuinissimum mãsuetissimũq; aĩal solet euadere: sin uero non satis aut nõ bene fuerit educatus/ferocissimũ oĩum quę in terris nascunť/aĩal reddiť. Quãobrẽ non debet legum cõditor rem summopẽ necessariã pueritie educationẽ postponere: sed opam dare in primis/si rẽ hãc diligẽter est curatur⁹: ut omniũ ciuiũ ad officia queq; optimus uir eligať: qui q̃ maxime pro uiribus educãdis pueris pponať. Oẽs igitur magistratus p̃ter senatũ & quæstores in Apollinis tẽplũ pfecti/suffragiũ clã legẽ custodibus ineãt: deligẽtes singuli quẽ optime puerorũ discipliuæ existimãt pfuturũ: & qui suffragio supabit/a magistratibus qui delegerũt/exceptis uidelicet legũ custodibus/cõprobatus: qnquẽniũ præsit. Et in sexto anno alius princeps similiter statuať. Siqs aũt in magistratu publico cõstitutus pluribus q̃ triginta diebus anteq̃ munus suũ peragat/e uita decesserit/illi quibus id curæ est/alium similiter eligant. Sinaũt orphanorũ tutor/mortẽ obierit/cognati atq; affines ex utrisq; parẽtibus usq; cõsobrinos & patrueles/qui psẽtes sunt/aliũ ĩfra dies decẽ cõstituãt: alioquin dragma quotidie mulcteť singuli/quousq; orphanis tutorẽ pręficiãt. Sed nulla ciuitas reuera ciuitas erit/nisi debito ordĩe iudicia fuerint cõstituta. Iudex aũt mutus/qui nec instar arbitri aliqd plus q̃ litigantes dixerint/in causis discutiendis percunctatur/nunq̃ ad ius declarandum sufficiens erit. Quapropter nec si multi sint/facile unq̃ bene iudicabũt: nec si pauci & ignaui. Oportet aũt semp ut quod quæriť ab utrisq; declaretur. Tempus aũt & mora/frequẽsq; inq̃sitio ad aperiendã controuersiã cõferũt. Iccirco qui litigãt ad uicinos primũ & amicos/& maxime rei de qua quæriť cõscios se cõuertãt. Quod si per eos nõ sufficiẽter fuerit iudicatum: ad aliud iudiciũ pficiscanť. Tertium uero si per duo superiora reconciliati nõ fuerint/finẽ imponat. Profecto iudiciorũ cõstitutiones quodãmodo magistratuum electiões sunt. Omnem namq; magistratum necesse est quorundam etiam esse iudicem. Non tamen iudex omnis necessario est magistratus & princeps quãquam iudex ea die qua iudicium peragit/quodãmodo magistratus est non uilis. Igitur quasi iudices ipsi/magistratus aliqui sint: de his iam qui quarũq; rerum & quot in unaquaq; re esse debeant disseramus. Augustissimum certe iudicium sit quod sibimet aliqui prefecerunt: communi consensu iudicem eligentes. Reliqua iudicia duo sint. Alterum quando priuatus iniuriam priuato pati conqueritur/eũq; in iudicium trahit. Alterũ quando rei publicæ iniuriã a ciuium aliquo fieri arbitratus aliquis communibus rebus auxiliari cõatur. Dicendum est igitur/quos & quales iudices esse oporteat. Primum iudiciũm commune omnibus priuatis qui tertio inter se litigant/ita fiat. Omnes magistratus tam annui q̃ maioris tẽporis pridie kalendas mensis illius: quo post ęstiuum solstitium nouus incipit annus/in templum unum cõueniant. Vbi iureiurando interposito a singulis magistratibus ueluti quasdam deo primitias offerentes/unum iudicem deligant: qui optimus esse/& optime atq; sanctissime iudicia illo anno redditurus ciuibus uideatur. Ac postq̃ iudices designati sunt/ab eisdem qui designarunt/singuli comprobenť. Et siquis reprobatus fuerit/alius similiter eligatur. Cõprobati illis qui per pręcedentia recõciliati non sunt/iudicia reddant/& aperte suffragium ferant: audientibus spectantibusque necessario cõsultoribus: reliquisq; magistratibus qui eos declarauerunt. De cęteris autem intersit pro arbitrio quisque. Quod siquis aliquem iniustam sponte sententiam tulisse incuset; apud legum custodes / hoc faciat. Et qui damnatus fuerit; dimidiam damni partem iniuriam passo persoluat.

Si aũt

Videut hõ est aĩal mãsuetũ & ferocissimum.

Tẽpus & mora & frequẽs inq̃sitio ad aperiendã controuersiam.

Oĩs magistratus ẽ quodãdã iudex: nõ iudex magistratus.

Videut initiũ anni sumptũ ẽ a solstitio ęstiuo.

Si autē mulcta dignus maiore uideaṫ/iudices ipsi qui cōdēnarunt/quid aut pati aut reddere debet
uel rei.p.uel iniuriā passo cognoscāt.In publicis aūt accusationibus necesse ē primis multitudinē
iudicii participē facere.Nam qñ aduersus ciuitatē peccaṫ/oībus inferṫ iniuria.Ideoq; merito gra
uiter patiunṫ/nisi ad iudicādū ipsi etiā admittanṫ.Sed & principium iudicii huius & finis deferri id
populū debet.examē autē & approbatio ad tres maximos magistratus:de quibus cōueniāt litigā-
tes.At si conuenire nequeāt/cōsiliū ipsum electionē utriusq; cognoscat & iudicet.Oportet pterea
priuatorū iudiciorū oēs pro uiribus participes eē.Nā qui iudicādi potestate oīno repelliṫ/is a ciui
tate se psum existimat alienū.His de causis per ipsas quoq; tribus necesse ē iudicia fieri: iudicesq;
sorte statim īcorruptos pcibus iudicare.Et demū iudiciū illud cūcta definiat/qđ intemeratū oīno
quo ad humanis in rebus fieri pōt eē debere diximus ad eas lites determinādas quæ nec per uici-
nos neq; per cōtribulos dirimi potuerūt.Verū de iudiciis/quæ magistratus esse nec affirmare nec
negare facile sine cōtrouersia qsq̄ poterit/hæc quasi exteri? circūducta descriptio:nōnulla cōplexa
est:nōnullla etiā reliqsse uideṫ.Nā iudicialiū legum exacta positio atq; partitio longe rectius/in cal
ce ferēdarū legū locabiṫ.Quare ad id tēpus has differamus.Cæteri aūt magistratus maxima iam
ex parte dispositi sunt.Tota uero atq; pfecta ciuiliū dispēsatio siue ad unū siue ad oēs ptineat: non
antea liquido declarari poterit/q̄ tractatio ipsa/principia & sequētia media/oēsq; partes suas com
plexa ad exitū usq; peruenerit.Quæ quidē in pñtia usq; ad magistratuū creationē pgressa/ut aſce-
dentiū finis sufficiēs est ita ferēdarū legū principiū:nec morā aut segnitiē amplius patiṫ.CLI.Quā
uis supiora oīa ex aīo meo dixeris hospes/multo tñ gratius in pñtia mihi id contigit:qđ cū dictorū
exitu/dicēdorū initiū iunxisti.ATHE.Belle igiṫ prudēs seniorum ludus hucusq; nobis sit plusus.
CLI.Pulchrū sane studiū uirorum significare uideris.ATHE.Cōsentaneum est. Verum aīaduer
tamus/si hoc tibi quoq; ut mihi uideṫ.CLI.Quid nam?&quibus de rebus? ATHE.An nescis idē
in hac re quod in pictorū facultate cōtingere?Illa quippe nullū in pingēdis aīalibus terminum ha-
bere uideṫ:sed semper inūbrādo & deūbrādo/uel quomodocūq; aliter a pictoribus id uoceṫ/exor-
nare conaṫ:nec cessat unq̄.Nō enim pōt fieri ut ad pulchriora expressioraq; incremētū nō habeaṫ.
CLI.Intelligo ferme audiens quē dicis.Nullū enim huius artis usum habeo.ATHE.Nihil tibi id
obfuit.Sed hac forte nobis allata similitudine sic utamur.Siquis pulcherrimū aīal pingere uolue-
rit:qđ nō ad peius sed ad melius/futuro semp tpe pgrediaṫ/nōne uides cū mortalis sit/nisi aliquē
artis successorē reliquerit/qui si quid uel tēpore ex aīali abolitū fuerit/instaurare/uel per imbecilita
tem artis/ab artifice pretermissum addiicere possit/atq; ita fulgentius indies aīal reddere/laborio-
sum illud opus breui tpe duraturū?CLI.Prorsus.ATHE.An nō legis latorib? uolūtas hæc tibi eē
uideṫ?principio qdē ut leges sibi sufficienter & exqsite pro uiribus cōscribātur.Deinde pcedēte tē
pore:& periculo rerum facto/putas ne sic amētē legis latorē aliquem esse/talia sibi multa relinqui/
quæ emēdatiōe successoris alicuius indigeāt:ne peior qdem sed melior res.p.semp hornatiorq; ef
ficiaṫ.CLI.Probabile est.Nā qūo nolle id poterit?ATHE.Quacūq; igiṫ uia poterit/tā re q̄ uerbis
alium siue maiorē siue minorē docebit/qūo cōseruandæ & corrigēdæ leges sunt:nec unq̄ in his di-
cendis defatigabiṫ/nisi ad finē pduxerit.CLI.Ita certe.ATHE.Nōne id mihi & uobis in pñtia fa-
ciūdū?CLI.Quid ais?ATHE.Qm̄ leges laturi sumus:& legū custodes creati sunt/nos aūt ad oc-
casum uitæ appropiquamus:& custodes isti nobis iuniores sunt/oportet nos:ut diximus/leges fer
re simul atq; hos tam legum latores q̄ custodes quoad possumus facere.CLI.Quid ni?dūmō id sa
tis fieri queat.ATHE.Verūtñ impensius annitamur.CLI.Nihil phibet.ATHE.Sic ergo ad eos
dicamus o amici/legum conseruatores:per multa in singulis nos qui leges ponimus/necessario re
linquemus.Que tamen non parua erūt/imo & rē oēm pro uiribus exteriore quadā circūscriptiōe
significabimus:quā quidē impleri a nobis oportebit.Quo uero id facturis uobis respiciēdum est/
audite.Mellius/egoq; & Clinia hæc inter nos sepenumero diximus:& probe nos dixisse cōuenim?.
Vosq; rogamus ut & indulgere nobis/& imitari quasi discipuli magistros uelitis: ad ea ipsa respi-
cientes:ad quæ legum custodi & latori respiciendum concorditer nos consensimus.huius consen
sionis unum est caput:ut homo bonus efficiatur/hñs uirtutem animi hois ppriā/studio aliquo par
tam/aut usu aut certa quadam adeptione/uel cupiditate uel opinione uel aliquo genere doctrinæ.
seu masculus sit siue fœmina/siue iuuenis seu senex.atq; ad hoc ipsum quod dicimus qsq; p totā uitā
omni studio tēdat:cætera quæ impedimēto huic rei sunt/negligens.Pro patria preterea/si necesse
sit/mori parat? sit.anteq̄ uelit aut euersam uidere ciuitatem iugoq; seruitutis subiectā a peioribus
gubernari/aut fuga ipsam deserere.Quippe extrema oīa subeūda sunt potius/q̄ in eā gubernatio
nem ciuitas cōmutāda/quæ peiores solet hoīes facere.In his iampridē nos cōsensimus.& tunc uos
ad hæc utraq; respicientes/laudate leges & uitupate.Eas inq̄ uitupate/quæ hæc asseq minime pñt.
Eas aūt quæ pñt/amate:libēterq; illas amplexi/in ipsis uitā agite.Cætera uero studia quæ alia tēdūt
& ad uulgaria bona respiciūt/spernite.Sed initiū sequētiū legū/hoc nobis sit a sacris exorsū.Opor
tet primum repetere quot numerus qnq; millium quadraginta partitiōes commodas habuit/atq;

habet tum totus ipse numerus:tũ qui per tribus ipas porrigitur:quẽ totius pte duodecimã posui mus:unã & uiginti uigecies rectissime natã. Atq; ut totus numerus duodecim cõstat ptibus/ ita tribus ipsa in duodecim scindit. Singulas itaq; partes sacrum esse dei munus existimare debemus/cũ & menses & circuitũ uniuersi sequãtur. Quapropter & ciuitatẽ oẽm ducit/qđ ipsis inatũ ẽ/ ad eas sacrandas. Alii forsan rectius q̃ partiti sunt/ac diis partitiões suas felicius dedicarũt. Nos aũt nũc rectissime arbitramur qnq; miliũ & quadraginta numerum elegisse:qui oẽs ab una usq; ad duodecim decisiones hẽt:undecimo numero solũ excepto:qui minimo quodã remedio redintegratur. Restituitur enim si duæ ad alterã partẽ domus accesserint. Hæc uera esse/sermo nequaq̃ prolixus in ocio demõstraret. Credentes igitur p̃nti sermoni & rõni distribuamus:& unicuiq; parti deũ uel deorũ filium inuocantes aris cæterisq; huiusmodi dedicatis/in sacrificiis conuentus duos singulis mensibus faciamus:ut duodecim singularũ tribuũ/& duodecim ciuitatis distributioni accõmodetur. Hec deorum primo diuinorũq; colendorũ gratia fiat:deinde amicitiæ quoq; & cognitionis alternæ:& cõis deniq; cõsuetudinis gratia:quæ ad matrimonia cõficiẽda summope necessaria est:ut sublata ignorãtia/nemo in his quoad fieri põt decipiat/sed quisq; cui collocat:& quã & a qbus ducit:agnoscat. Serie admodũ huius rei gratia/ludi etiã choriq; pullorũ & puellarũ simul fieri debẽt nudatis corpibus quatenus modestus pudor patit:ut cũ rõne in ętate cõueniẽti/cõspiciant alterutrum atq; conspiciantur. Quæ qdem oĩa curent/ornentq; chori principes & cum legũ custodibus conditores:ut a nobis relicta suppleant. Necesse nãq; ut diximus/in his presertim quę multa parua q; sunt/nõnulla in prima positione legũ preter mitti:quæ magistratus sequẽtes usu rerũ cõmoniti/ quot annis mouebũt & corrigẽt donec tẽpus illud aduenerit/quo instituta hæc discussa & approbata sufficiẽter fuisse uideant. Tẽpus aũt ad hoc periculũ faciundũ/moderatũ & sufficiẽs decẽnium erit, quo ad sacra & choreas:ad oĩa deniq; atq; singula. Quæ quidẽ per experientiam e mendacio/ uiuente legũ latore/cõiter cum illo fiat. Si decesserit/singuli magistratus ad legum custodes de sui magistratus defectu referant:emendentq;/donec approbationis finẽ suum nacta singula uideant. Tunc demũ ratas has leges habeant:eisq; una cũ aliis quas ab initio legis lator cõscripsit/utantur. In quibus nihil unq̃ sponte mouebũt. Siqua uero necessitas aliqñ urgere uidebit/de hoc una cõsultent/magistratus oẽs & populus uniuersus/& oĩa deorum petant oracula. Si horũ oĩum unus erit/ consensus moueant:aliter uero nunq̃. Sed unus qui prohibet uincat ẽm legem. Quicunq; igit aliquis qnq; & uiginti annos iam natus/alios aspiciẽs/ab aliisq; aspectus/adinuenisse sibi credit conuenientem aĩo suo/atq; docentẽ societatem ad cõmunionẽ generationẽq; liberorum/intra quinq; & triginta ętatis annos uxorem ducat. Quo aũt pacto decorũ illud & aptũ quærẽdũ sit/in primis audiat. Oportet enim/ut ait Clinias/ante leges ꝓprium singulis exordiũ ponere. CLI. Oportune me monisti hospes/tẽpusq; cõmodũ orationi cepisti. ATHE. Probe loqueris:Dicamus itaq; sic. O filii qui ex bonis parẽtibus ortus est/eas nuptias sequi debet/quas prudentes uiri honestas ducũt. Qui sane monerẽt/ nec paupum fugere neq; diuitũ affinitatẽ sectari p̃cipue oportere. Sed cæteris paribus pauperiorẽ semper honorare/cũq; ipso societatem inire. Nã & ciuitati & familiis quæ iungunt: id conducit. Quippe quod moderatũ est & mediocre ĩmoderato & excedẽte mirũ ĩmodũ ad uirtutẽ præstat. Ergo qcũq; ferocioris uelociorisq; q̃ oportet ad agẽdũ animi sibi cõscius ẽ/is det opã oportet/ut q̃ quietissimorũ parentium filiã ducat. & qui cõtra natura affectus est/cõtrariã sibi adsciscat affinitatẽ. Sed una tãdẽ sit cõis rõ nuptiarũ:ut quisq; nõ iocũdissimũ sibi:sed ciuitati utile ineat matrimonium. Etenim singuli semp ad sibi simillum natura ferũtur. Vnde ciuitas tota & diuitiis & moribus inæqualis q̃ maxime redditur:ex quibus quæ minime nobis euenire uellemus maxime ciuitatibus plurimis accidũt. Sed si hæc per rõnẽ lege sanciremus/ne diues diuitiis aut potẽs potẽtis societatem admittat:cogeremusq; uelociores aĩo cũ tardiorib⁹:& tardiores cõtra cũ uelocioribus copulari:nõ mõ ridicula nostra oratio uiderei:sed & irã multitudini cõcitaret. Nõ eni intellectu facile est:qđ ciuitas similis eẽ debeat patere:in qua merũ quod prĩo infusum bullit:statim alterius dei sobrietate castigatũ:atq; optime tẽperatum:bonus & moderatus potus efficit. Quẽadmodũ uero id in mixta filiorũ ꝓcreatione fiat:nemo ut breuiter dicam:põt cõspicere. Quãobrẽ nõ lege cogẽdi sed p̃suasione inducẽdi ciues:ut ęqualẽ tẽperatãq; liberorũ suorũ generationẽ pluris faciãt q̃ opulẽtissime affinitatis ęqualitatẽ. Et eũ q in cõnubio pecuniis inhiat:non lege scripta arcere debemus sed obprobriis & increpatiõibus absterrere. Ad nuptias igit ut decet celebrãdas & hæc exhortant:& illa quæ in supioribus diximus afferentes oportere:filiorũ filios relinquendo:nostros uidelicet in diuino ministerio successores:naturam assequi sempiternã. Hæc oĩa atq; etiã plura qs de nuptiis ineundis exordiendo recte diceret . Siquis autem sponte non pareat: & alienus ab hoc consortio uiuat in ciuitate: & sine connubio quinque & triginta egerit annos:singulis annis:si de maximo cẽsu est drachmis centum mulctetur:si de secundo:septuaginta:si de tertio:sexaginta: si de quarto triginta. Quæ quidem pecunia iunoni consecranda est . Siquis autem singulis annis nonpersoluerit:decuplum debeat . Cuius pecuniæ exactor sit:dæ ipsius quæstor:ac nisi exegerit: ipse

Quæ nuptiæ sint cõtrahendæ.

Quãta pœna mulctetur qui ducere vxorẽ refugit.

Ipse debeat.atq; huius rõnem referre quisq; debeat.Sed pecuniis quidẽ qui nolit uxorẽ ducere ita
mulcteť.honore etiá sic.Primũ honores nullos a iunioribus cõsequať.Nec iunenũ ullus aliqua in
responte ipsi obtẽperet.Deinde si aliquẽ cædere ausus fuerit quilibet aduersus ipsum insurgat: &
ei auxilium ferat/qui accepit iniuriá.Si quis aũt pñs hoc non fecerit/timidus malusq; ciuis a legib⁹
habeať.De dote uero dictum est prius/& modo rursus dicatur/equalia pro ęqualibus eẽ/siquidẽ ne
q; qui acceperit neq; qui dederit/pecuniarũ inopia cõsenescet.Necessaria enim in hac ciuitate abũ
de oĩbus sunt.Mulierib⁹ ꝑterea cõtumeliosus fastus minor erit.Minor & uiris humilis illiberalisq;
seruitus.Qui paruerit/unũ sane hoc aget ꝑclare.Qui uero nõ paruerit sed aut dederit aut accepit
quod quinquaginta dragmas excedat uestimẽti gratia/alius miná/ali⁹ tres semiminas/alius minas
duas/& qui cẽsum habet supremũ tãtũdem rursus ꝑsoluat ęrario.Et qcqd datũ fuerit uel acceptũ
ioui atq; iunoni cõsecretur.Huius pecuniæ exactores eẽ uolumus horum deorum questores: quẽ-
admodũ modo dictũ fuit/cum de his qui nuptias fugiũt/loqueremur:quod ab eis debeť/eẽ a iuno
nis quæstoribus exigẽdũ.Qui si neglexerint de suo ꝑsoluãt.Fideiussio aũt primũ patris firmissima
sit:Aui deinde.Tertia fratrũ eodẽ ex patre natorum.Si nullus istoꝝ superstes sit/tunc ex parte ma-
tris similiter fideiussio ualeat.Sin aũt insolita cõtigerit desolatio/ꝓpinquiores agnati atq; gentiles
una cũ tutoribus fideiubeãt.Siqua uero sacra imitatio aut diuina alia expiatio ad futura uel ꝑterita
uel pñtia ĩ nuptiis agẽda uideať:diuinorũ interꝑtes cõsulãt:putẽtq; si illis paruerint/ moderate sin
gula pegisse.Ad nuptiale uero cõuiuiũ nõ plures q̃ qnq; amici & amicę qnq; ex latere pr̃no uocenť.
Ex cognatis & ꝓpinqs totidẽ.Impẽsa ſm diuitias fiat.Ditissimus miná expẽdat:alius se mininá: de
incepsq; ꝓportione seruata:quo decrescit census/decrescat similiter & impẽsa.Qui legi paret:lau-
detur ab oĩbus.Sed eũ qui nõ obtẽperat/dãnent custodes legũ tanq̃ a decoro alienũ/legisq; sponsa
liũ musarũ prorsus ignarũ.bibere uero ad ebrietatẽ usq;/neq; alibi unq̃ decet/ꝑterq̃ in solẽnitatib⁹
eius dei qui largitus est uinũ.Nec tutũ est.Maxime uero cõnubio cõiuncti sponsus & sponsa tũc mẽ
tis cõpotes eẽ debent:qñ nõ paruá ineũt uitæ mutationẽ:ꝑsertim ut ex q̃ maxime moderatis semꝑ
generatio fiat.Ferme enim incertũ est quæ nox aut dies cũ deo ipsam peragat.Quare ut solidus/
stabilis/& quietus cõceptus fiat/nõ oportet corporib⁹ ebrietate diffusis/dare opam liberis.Qui aũt
uino refertus est/tá aĩæ q̃ corpis rabie cõcitatus/quo uis & trahit & trahiť.Idcirco ebrius tanq̃ men
te captus/ad serẽdũ ẽ inutilis.Nẽpe uerisimile est cũ fætus ĩæquales/instabiles/obliquos tã mẽbris
q̃ morib⁹ pcreare.Quãobrẽ ꝑ totá quidẽ uitá & maxime q̃ diu gñatiõi uacat abstinebit/qsq; caue-
bitq; ne faciat/uel quæ suapte natura & sponte morbos inducũt/uel quæ ad petulãtiá iniuriáq; decli
nãt.Hæc enim in aĩos & corpora nascẽtiũ necessario trãslata illic imprimuntur:peioresq; inde na-
scuntur.Sed precipue die illo ac nocte a talibus abstinẽdũ.Principiũ náq; & numen hoĩbus insitũ/
si cõuenienti sibi a singulis munere ipsius utẽtibus honore afficiatur/oĩa seruat.Oportet aũt alteram
ex duabus sorte domibus a parẽtibus separatũ quasi ad pullorum generationem educationẽq;/ipsũ
sum accipe:atq; ibi nuptias celebrare/ubi sit cum liberis suis habitaturus.Nam si quoddam in ami
citiis desideriũ inest/mores oẽs quasi glutino quodá cõnectit & uincit.Cõsuetudo aũt satura/nec ul
lum habẽs per intermissionẽ tpis desideriũ/alterũ ab altero satietate disfũgit.Qua propter parẽ-
tibus utrisq; affinibusq; relictis/seorsum quasi ad coloniá ꝓficiscanť/ac uicissim seipsos respiciẽtes
habitẽt/liberos generando/& educando:& uitá quam ab aliis acceperunt a se quasi tedas ardentes
aliis tradant/deos semper ſm leges colẽtes.post hæc cõsiderandũ est:quarũ rerũ maxime honesta
possessio sit.In plurimis quidẽ seu cognoscẽdis siue cõparandis & possidendis nulla est difficultas.
In seruis aũt id oĩno difficile.Causa uero est/quia & recte quodãmodo & nõ recte rursus de ipsis lo-
quemur.Ná & cõtra usum & iterum ſm usum de seruis uerba dicuntur.ME.Quo pacto id dici-
mus.Non enim intelligimus hospes quid modo dicere uelis.ATHE.Non iniuria o Megille.Fer-
me enim illa lacedæmoniorũ seruitus/quá hilotiá uocatis præ cæteris græcis/maximam dubitatio
nẽ & cõtẽtionẽ facit.Cum aliis bene/aliis cõtra instituta uideať.Eraclidarũ uero minorẽ q̃ Mariá-
dinorũ.postremo seruilis apd̃ Thessalos turba.Hæc utiq; & hmõi oĩa respiciẽtib⁹/quid de seruoꝝ
possessiõe agẽdũ est? Hoc certe mihi nũc excidit:& tu merito me iterrogasti quid dicerẽ.Hoc aũt
hmõi est.Scim⁹ ꝑfecto qd̃ fateremur oẽs/seruos q̃ beneuolẽtissimo atq; optimos hñdos eẽ.Multi
enim iá serui qbusdá meliores ad uirtutẽ oẽm q̃ fratres & filii/domos & rẽ dñorũ oẽm & dños ip-
sos seruarũt.Hæc de seruis ꝑdicari nõ ignoramus.ME.Certe.ATHE.Cõtra etiá diciť/nihil in aĩo
seruiẽte integrũ inesse:nec quicq̃ seruorũ generi esse credẽdũ?Quod & sapiẽtissimus poetarũ testa
tur nobis/cũ de Ioue sic loquiť.Dimidiũ mẽtis Iuppiter illis aufert/q seruitutis sordi subiecti sunt.
Hæc itaq; adeo diuersa de suis hoĩes cogitãtes/alii nihil generi seruoꝝ credũt:sed stimulis atq; uer
berib⁹ quasi ferarũ naturá/nõ ter tñ:sed sæpi⁹ ministrorũ aĩos seruiles efficiũt.Alii cõtra oĩno fa-
ciũt.CLI.Ita ẽ.Sed cũ tá diuersa de seruis hoĩes sentiãt:qd nobis hospes hac ĩ nostra regiõe de pos
sessiõe castigationeq; seruorũ ẽ agẽdũ?ATHE.ꝑspicuũ mihi uideť o Clinia:qñ difficile domať ho
mo:& ad necessariá distinctionẽ serui a libero & dño re ipsa deduci ægre patiť:difficilẽ possessionẽ

De dotibus.

Cõuiuiũ nu-ptiale.

Vide vt non oporteat ebrios dare opam liberis.

Quid afferat cõsuetudo satura.

De seruis.

Officia optima a seruis qbusdam.

In aĩo seruiẽte nihil integrum esse.

Difficilis possessio hõ esse.

Piratæ circa Italiã maxie abundabant.

hominem esse. Quod exẽplo in crebris messenorũ rebelliõib⁹ patuit. Ciuitates præterea quæ multos eiusdem linguæ seruos hñt/planum fecerunt/quot quãtaq; hinc mala sequanť. Piratarũ quoq; furta & latrocinia/quæ maxime circa Italiã abũdabãt/hinc oriuntur. Quę oĩa siqs aĩaduertat/quid de his faciendũ sit/dubitabit. Duę igiť solummõ restãt uię/ut qui facile seruituri sunt/nec eiusdem patrię sint/& q̃ maxime fieri possit/inter se dissoni. Educẽturq; recte/nõ solũ ipsorũ gratia/sed dñorum/multo magis. Est aũt recta horũ educatio ut nulla ipsis contumelia inferať: iniuriaq; his multominus si fieri possit q̃ ęqualibus inferẽda. Liqdo enim cognoscit qui natura nõ ficte iustitiã colit/oditq; reuera iniqtatẽ/cum cauet ne iis iniuriã faciat/quibus facile põt. Qui ergo circa mores actionesq; seruorũ nihil unq̃ facit impie/nihil inique/atq; ita in his se seruat immaculatũ/ad producendas uirtutis fruges erit aptissimus. Idem quoq; de dño & tyrãno/omniq; potentiore aduersus imbeciliores recte dici põt. Castigandi cædendiq; semper iure sunt serui/neq; ita monẽdi ut liberi ne molliores fiãt. Allocutio omnis ad seruos quodãmõ imperiũ sit: neq; iocus ullus cũ ipsis seu fœminis siue masculis habeať. Quod multi stulte faciẽtes/dum delicatius eos nutriũt/difficiliorẽ uitam & sibi ad impandum & illis ad obediẽdum reddunt. CLI. Recte loqueris. ATHE. Hoc igitur pacto seruos quisq; & numero & facultate ad singula uitę ministeria aptos habeat. Verũ post hæc habitationes oratione describendæ sunt. CLI. Prorsus. ATHE. Ad nouam ꝑfecto ciuitatem & antea nullis hoĩbus habitatã in primis ędificia ꝓcuranda sunt/& modus tẽplorum murorũq; hñdus. Quę sane nuptias precedere debebãt Clinia. Sed qm̃ uerbis nunc agitur/ita nimirũ licet ponere. Quando uero rem ipsam aggrediemur/hæc añ nuptias si deus uoluerit/collocantes: reliqua deinceps oĩa peragemus. Nũc aũt tanq̃ in figura quadã hæc breuiter percurram⁹. CLI. Fiat. ATHE. Vrbs quidẽ tota in circulũ in locis sublimibus deducať/ut & munitior sit & mundior. Tẽpla circa forum struanť. Iuxta hæc magistratuum iudicũq; palatia/in quibus quasi sacratissimis iustã & accipient & ferent sentẽtiã. Partim qdem tanq̃ de rebus sacris iudicaturi/partim uero tanq̃ iudicãtiũ deorum ibi sint delubra. Ibi etiã iudiciaria domicilia: in quibus de homicidiis/cæterisq; capitalib⁹ iniuriis iudicať. De muris autem Aegille sparitatis ego cõsentio: murosq; in solo iacere facile patiar. Probe enim poeticũ illud laudať/quo ęneos & ferreos magis muros q̃ terreos cõdere admonemur. Apud nos uero id insuper ualde ridiculum est: qđ singulis annis in agrum iuuenes emittãtur: qui caueis/foueis/ędificiisq; cõfectis/longe hostes a finibus arceant. Et muros quidẽ circũducimus: qđ primũ ad sanitatẽ ciuitatibus nihil cõfert. deinde aĩos ciuiũ demolire & eneruare cõsueuit. Efficiũt enim ut facile intra eos se recipientes hostes minime fugent/putẽtq; se nõ diurna nocturnaq; custodia uigilãtes/sed murorũ septo & uallo dormiẽtes saluos fore: quasi ad desidiã nati sint. Ignorãtes certe qetẽ a laboribus originẽ trahere: atq; e turpi ocio & negligẽtia nasci labores solere. Verũ si muris aliquibus muniendi hoĩes sunt/sic ab initio priuatę domus quæq; cõdanť/ut tota urbs ęqualitate & similitudine unus sit murus/habeãtq; dom⁹ oẽs sic tutũ ad uias aditũ. Quæ certe dispositio & intuẽtibus erit grata/cum domus unius figuram tota ciuitas hẽat: & ad custodię facilitatẽ erit longe oĩum cõmodissima. hæc ita a principio cõstrui/qui habitaturi sunt/ciues maxime curent. Ediles quoq; ꝓuideant & eos qui negligũt multa cõpellant. Curẽtq; ut urbs q̃ mundissima sit/nec a priuatis unq̃ patianť aut ędificãdo aut fodiẽdo publicũ aliquid occupari. Aquarum etiam pluuialiũ/ut abunde & facile defluant/curam hẽant: Itẽ oĩum quæcũq; uel in ciuitate uel extra sunt habitanda. Sed hæc oĩa/& cætera quæ a legibus ꝓtermissa sunt/legũ custodes usu docti ordinent. Postq̃ uero hæc & circa forũ ędificia/& gymnasia/& theatra spectantium: & docẽtiũ discẽtiumq; domicilia disposita sunt ad eaquæ nuptias sequunť/in ferendis legibus deinceps pergam⁹. CLI. Sic est faciẽdum. ATHE. De nuptiis igitur ita ut diximus o Clinia res se hẽat: post q̃s uiuendi regula quæ filiorũ ꝓcreationẽ ꝓcedit/nõ breuior q̃ annui tpis sequiť. Sed qua rõne in prestantissima ciuitate sponsus sponsaq; cõuiuere debeãt/facile dictu nõ est. Immo uero cum multa in supioribus difficilia sint quæ de his dicẽda sunt/difficilius cũctis/uulgus accipiet. Quod tñ uerũ rectũq; uideť/dicendũ etiam o Clinia. CLI. Dicẽdũ oĩno. ATHE. Quicũq; itaq; publica solũ atq; cõmunia censet legibus ordinãda/propria uero etiã quę necessaria sunt/non curat/ac licẽtiã singulis quotidie uiuẽdi/ut uolunt/prebet: neq; certo ordine putat oĩa facienda/sed priuatis neglectis/publica & cõmunia secũdũ legẽ gesturos hoĩes opinať/nõ recte opinať. Quorsum hæc? Nẽpe qm̃ oportere spõsos assereremus apud nos nõ minus nec aliter aliis temporibus q̃ ante nuptias in cõmessatione uiuere. Mira quippe res qñ apud nos primũ cõmessatio instituta est/uisa fuit/quam uestri bello uel alia re huiusmodi in hoĩum calamitate coacti instituerunt: cũq; propter necessitatẽ usi fuissent: plurimũq; ad salutẽ cũferre res uisa piculo esset/legibus statuta est. CLI. Videť. ATHE. Mirũ igitur id fuit imperãdiq; primo/arduũ. Quod nũc siquis ita lege sancire aggrediatur/minus certe erit difficile factu. Verũ quod deinceps sequitur/& dictu & factu arduum est: quod quãuis nusq̃ fiat/tñ si alicubi fieret/recte utiq; fieret: sed tale est ut in eius descriptione legis lator sicuti laudentes ignem disscerpere/& alia quæuis impossibilia aggredi uideatur. CLI. Quid istud ẽ hospes/quod dicere adeo formidas?

Margin notes: Quo pacto sint tractandi serui. — De habitationibus. — Situs urbis. — De muris an ducẽdi & qua ratione. — De mõ uiuendi sponsi & sponsæ.

formidas! A T H E. Audiatis iam:ne lõgiore uos mora frustra detineã. Quicqd enĩ in ciuitate le-
gis ordinisq; est particeps cũcta ex eo bene pcedũt. Quę uero ordine carẽt/uel male ordĩata sunt:
ea etiã quæ bene sunt ordinata:cõfundũt. Quod huic rei accidit. Nã uobis o Megille & Clinia præ
clare & ut dixi mirifice ex diuina quadã necessitate uiroꝝ cõstituta est cõmessatio. Fœminarũ autẽ
cõmessatio nõ probe relicta in tenebris iacet. Quod qdẽ genus aliud hoĩum est & diuersũ:nobisq;
occultius & uersutius natura est pp imbecillitatẽ:atq; ita minus ordinari põt. Iccirco cessit legisla-
tor:neq; recte ptermisit:hoc enim prætermisso/multa nobis corrũpunt:quæ lõge melius se habe-
rent q̃ nũc/si hoc ipsum fuisset legibus ordinatũ. Nõ est enim res muliebris:si iacere inordinata re
linquit/humanaꝝ rerũ/solũ ut uideri posset dimidiũ:sed quãto natura sua ineptior est ad uirtutem
q̃ uirilis/tãto excedit/ut plus q̃ duplũ eẽ uideat. Repetendũ igit hoc:& corrigendũ oĩaq; fœminis
cũ uiris cõmunia ad ciuitatis felicitatẽ studia cõstituenda sunt. Nũc uero sic infeliciter ad hoc hu-
manũ ducit genus:ut nõ sit prudẽtis:huius rei mentionẽ/in aliis regionibus: & ciuitatibus facere:
ubi nunq̃ cõmessationes publice cõspectæ sunt. Vnde igit quisq̃ nõ ridicule ad manifestam cibi po
tusq; assumptionẽ mulieres cogere posset! nihil est pfecto qđ molestius laturũ genus hoc uideat.
Nã cũ timide:& obscure degere cõsueuerint/latorẽ legis in lucẽ conãtẽ educere oĩ reluctatione re-
pellent:hoc inq̃ genus alibi qdem quẽadmodũ dixi/nec orationẽ ipsam recte dicẽtis sine ingẽti re-
clamatiõe audiet/hic autẽ forsitã sustinebit. Quare si uobis quoq; uidet/collocutionis gratia/ne di
sputatio de re.p. manca relinquat/dicere uolo q̃ bona decẽsq; res hæc sit. Si uobis placet inq̃:aliter
uero dimittã. CLI. Mirũ ĩmodũ hospes audire desideramus. A T H E. Audeamus iam igit. Sed ne
ammiremini/si rẽ altius repetere uisus fuero. Nã ocio abũdamus:neq; aliud quicq̃ nos urget:quo
minus oĩa undiq; quæ ad leges spectant/cõsideremus. CLI. Recte loqueris. A T H E. Prima itaq;
repetamus. Scire oẽs oportet/hoĩum generationẽ uel nullũ prsus unq̃ initiũ habuisse/neq; termi-
num habiturã:sed fuisse oĩno semp & fore:aut si cœpit:ĩextimabili iã ante nos tpis magnitudine in-
cœpisse. CLI. Plane. A T H E. Nõne por oẽm terrã/urbes multas cõditas arbitramur atq; destru-
ctas:& diuersa pcepisse hoĩum studia partim cũ ordine/ptim etiã sine ordine. Cibi itẽ potusq; & ue
scendi cõdiẽdiq; usus q̃plurimos:& mutationes tẽpoꝝ uarias:in quibus aĩalia diuersis modis trãs-
mutata fuisse credendũ! CLI. Nihil phibet. A T H E. Quid porro! Vites putamus cœpisse olĩ cũ
nõ essent! similiterq; oliuas:& cæteris atq; Proserpinæ munera! quæ Triptolemus aliq; ministraue
rit. Aĩalia uero tẽpore/quo ista nõ erãt nõne sicuti modo/alterum ab altero deuorabant! CLI. Pro
culdubio. A T H E. At uero quo ad sacrificia ptinet:hoĩes ab hoĩbus sacrificari adhuc apud mul-
tos uidemus:cõtrariũ etiã de aliis audimus:sicuti qñ nec bouillas qdẽ carnes gustare audebamus:
nec aĩalia diis inuolabamus. Sed liba & fructus melle madẽtes/cæteraq; huiusmodi sacrificia pura
diis offerabant. Carnibus aũt abstinebant. Nã uesci carnibus & deorũ aras polluere sanguine/im-
pium uidebat. Ita orphica quædã uita tũc uigebat. Inaĩatis qppe oĩbus uescebant:& ab aĩalibus oĩ
bus abstinebant. CLI. Ferunt hæc passim:ut dicis/& ualde credibilia sunt. A T H E. Sed quorsum
hæc a nobis oĩa dicta modo sint:forsan aliqs pcõtabit. CLI. Probe o hospes id cõlecisti. A T H E.
Propterea si potero Clinia/quæ sequunt deinceps/declarare conabor. CLI. Dic iã. A T H E. Tri-
na quadã indigẽtia:atq; cupiditate oĩa hoĩbus depẽdere pspicio:in qbus si recte ducant/uirtus/sin
cõtra uitium nascit/harũ duæ sunt in aĩalibus statim natis cibi potusq; cupiditates. Ad quæ cũ om-
ne aĩal innatũ habeat appetitum/impetu rapit/nec uerba illius auscultat: qui monet aliud agendũ
esse:q̃ ut horũ cupiditates uoluptatesq; expleant:& dolores contrarii deuitent. Tertia uero nobis
indigẽtia ingens:& cupiditas acutissima/quæ ad ppagationẽ generis inest/posterius quidẽ innasci
tur:sed ardentissimo furore & maxima petulantia hoĩes urit:& agitat:hi tres morbi ad id qđ iucũ-
dissimũ dicit/rapientes/ab eo ad id quod optimũ est/tribus maximis rebus uertendi sunt. Timore
lege/uera rõne. Quibus cũ musæ & dii certatorii adhibeant:ut incrementũ & affluentia hoc pacto
extinguantur. Procreationẽ quidem liberorum post nuptias collocare debemus. Post ipsam uero
procreationem/educationẽ & disciplinam. Sic enim forsan procedẽte oratione lex quæq; in prio-
ra progressa in cõmessationes deniq; perducetur/quando in cetus:& cõmuniones huiusmodi pue
nerimus:atq; utrũ uiris solis an etiã mulieribus hæ cõmunes imperãdæ sint/tunc planius cõspicie-
mus/cũ propius accesserimus:& quæ illas pcedere debent/necdũ lege disposita sunt/suum digesta
in ordinẽ:ipsis pposuerimus. Ita sane ut modo dicebã/cõmessationes acutius inspiciemus:conue-
nientioresq; de illis leges trademus. CLI. Scite loqueris. A T H E. Teneamus itaq; memoria/quæ
modo dicta sunt. Forte enim usui nobis quãdoq; erunt. CLI. Quę tenẽda iubes! A T H E. Ea quę
cibi/potus/uenerisq; uocabulis appellauimus. CLI. Fiet oĩno hospes ut iubes. A T H E. Præclare
quidem. Sed ueniamus ad rẽ sponsalẽ:& sponsum ac spõsam qũo liberi procreãdi sunt: doceamus
ac nisi persuaserimus/legum quarũdam positione minemur. CLI. Quo pacto! A T H E. Cogitare
omnino sponsus & spõsa debẽt:quo pacto q̃ pulcherrimos:& optimos ciuitati liberos poterint p-
creare. Oẽs autẽ hoĩes qui cõmuniter aliquid operant/qñcunq; & ad se inuicẽ & opus ipsum inten-

De bñ & male ordinatis.

De ĩgenio & natura fœmine.

Secula & mores anteacti.

In triplici cupiditate fit uirtꝰ & uitiũ cibi potus & ueneris.

dunt aĩum/bene & pulchre oĩa faciunt. Si uero uel nõ habuerint mentẽ uel nõ adhibuerint/cõtra. Quare sponsus ad sponsam procreationẽq; liberorum aĩum uertat: & sponsa similiter ad sponsum atq; ad opus/in eo tẽpore præcipue/quo adhuc nõ genuerunt. Harũ rerum curã habeãt mulieres siue plures seu pauciores prout placuerit principibus electæ. Quæ quotidie in lucinæ congregent tertiã horæ partẽ cõmoraturæ: atq; ibi aliis aliæ nũcient: siquẽ uirũ mulierẽue illorũ qui matrimonii copula astricti gignẽdi habẽt facultatẽ/alio intẽdere aĩum uideant/q̃ ad ea quæ in sacrificiis nuptiarum iussa fuerunt. Procreatio aũt liberorũ & eorũ qui illi uacãt obseruatio decẽniũ nõ excedat: qñ adsit generãdi fœcũditas. Si quæ ad id tp̃s infœcũdæ pseuerauerint/cõsilio cũ ppinquis & mulieribus harũ rerum curatricibus habito/prout cõmodũ utrisq; est/disiungant. Siqua uero de utriusq; cõmodis acciderit altercatio/decẽ de legũ custodibus delecti: quos ipsi uoluerint/cognoscãt. Sed & mulieres ipsæ iuuenũ domos ingressæ/ptim monitis partim minis ab inscitia ipsos: & delicto depellãt. Quod si nequeãt/legũ custodibus nũcient: atq; illi id curẽt. Qui si phibere nõ potuerint/rẽ ad populũ deferãt: & scriptis errantiũ noĩbus/iureiurãdo affirment se illos meliores facere nõ potuisse. Et qui scripto delatus est: nisi accusatores cõuicerit/infamis sit. Nec nuptiis procreandisq; liberis ulterius det operã. Ac si id tẽtauerit/liceat cuilibet cædere ipsum impune. Eædẽ sint & mulierũ pœnæ. Expertes enim muliebriũ degant honorũ: nec ad nuptias partusq; liberorũ profectę recipiant/si in iudiciũ arcessitæ dãnatæ etiã fuerint. Si postq̃ ſm leges filios procrearũt/alienæ q̃sq̃ uxori cõiungit/uel mulier uiro/illis. s. adhuc generãtibus/pœnis eisdẽ subiaceãt: qbus: & dũ ipsi gignebant. Sed uiri & mulieres post liberorũ pcreationẽ/castæ uiuẽtes/in his oĩbus summopere honorent: qui cõtra uituperent. Si cõtigerit ut plures in rebus eiusmodi moderate se gerant/quæ pręcepimus silentio sine scriptis legibus habeant & fiãt: finaũt plurimi se minime cõtinebunt/legũ cõscriptione declarent: & ad eorũ normã de singulis huiusmodi iudicet: atq; agat. Vitæ totius initiũ primus annus oĩbus est: quẽ in sacellis paternis ut uiuendi initiũ tã puero q̃ puellæ/scriptũ eẽ oportet. Adscribat autẽ in pariete dealbato in unaquaq; tribu: ut qui ad magistratus idonei sunt/annorum numero cõstet: & cuiusq; tribus uiuẽtes hoĩes pxime scribant semp & naturę cedẽtes similiter deleant. Nuptiarũ tẽpus puellæ sit a sextodecimo in uigesimũ: idq; sit lõgissimũ tẽpus ad hoc institutũ: masculo a trigesimo ad quintũ & trigesimũ. Magistratus tẽpus in mulieribus/ultra quadragesimũ sit annũ: in uiris ultra trigesimũ: belli ab annis uiginti ad sexagita in uiris: in mulieribus postq̃ filios pepererunt usq; ad quinquagesimum ętatis annum. In quibus obseruandum est ut ad eũ belli usum potissimum qui: & possibilis eis sit & decens accipiatur.

Ætas puellę & iuuenis: q̃ maritari debent.

¶ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALOGVM. VII. DE LEGIBVS.

Egredit Plato in septimo rursum incõparabili diligẽtia ad prima ętatis teneræ rudimenta: imo uero pgredit. Nunq̃ enim/ut ita dixerim/ab hoc ipso digredit iudicans totũ rei. p. bonũ aut malũ/in bonis aut malis moribus priuatorũ: atq; hos ꝑterea oẽs: in bona uel mala ętatis primæ educatione cõsistere. Pręcipue uero id efficit in primis statim libris: atq; hoc iterũ septimo utrobiq; pictor diligẽtissimus. Sed ibi qdẽ adumbrando. Hic uero/ut pictorũ more dixerim colorãdo. Rursus ibi eiusmodi diligentiã phœmiũ legum uult haberi. Hic uero figurã iure substantiã legũ antecedẽtẽ. Leges eni scriptas fore irritas inquit/nisi eiusmodi pcesserit diligentia. Ibi ꝑterea simul: & hic post puerilẽ ad iuuenilẽ deinceps atq; uirilẽ pgredit disciplinã. Neq; abre post nõnullas sacrorũ leges i supioribus ad nuptiales euestigio pcessit leges quasi sacras/ut diuini aĩalis ortũ auspicaret a sacris. Mox uero post cõnubia ad formãdos pueros se accingit: nec natos tm̃/sed nascẽtes immo ẽt nascituros: nõ minus i hac ipse seminis humani cultura/sagax/puidus/& accuratus: q̃ in frugũ seminibus agricultor. Quorsum uero spectare cẽses? qd̃ ait in re muliebri multo plus discriminis eẽ/q̃ uirili. Item mulieres abstinere a uino oportere qua nocte generãdi sint filii/imo etiã & pximo pcedẽti tẽpore: & toto cõceptiõis anno ab oĩbus aĩum perturbãtibus: hæc pculdubio eo spectãt/ut nihil exactissimæ curæ ad humanã culturã spectãtis ꝑtermittat. Aĩaduertens autẽ ex his Platonẽ existimauisse nõ uirũ tm̃/sed etiã mulierem in filiis generãdis uicẽ agẽtis causæ obtinere. A quo q̃uis quodãmodo dissenserit. Aristoteles/cõsen-serunt tamẽ plurimi apud medicos pbatissimi. Profecto si suũ quisq; opus diligit/ pptereaq; pater filium diligit magis q̃ diligat a filio/materq; ardẽtius q̃ pater amat natũ cõlectare licet causam esse una cũ uiro huius operis effectricẽ. Quod qdem hinc etiã confirmari põt/quod filii non minus/ac sæpe etiã magis matribus similes sunt q̃ patribus. Similitudo uero tam ppria tanq̃ frequens indicat fœtum substantiã nõ a patris tm̃/sed matris etiã effectione suscipere. Omnis enim causæ conatus fert ad simile producendũ. Deniq; cum spẽi eiusdem sit mas: & fœmina: uires habẽt rõnis eiusdem. Vtrinq; igitur efficaces ad formã eiusdẽ rationis: & si nõ pari/simili saltẽ rõne perficiendam. Sed hæc ad leges minime pertinẽt. Tangit insup quæstionẽ hic de atra bile nõ paruam: cuius uitio

infantes

Infantes formidolosi sunt/difficilesq; & queruli. De hoc ipso humore eiusq; cura in libro de curanda litteratorum ualitudine diximus diligētius. Quantū uero ad pñs ptinet īstitutū humorē in pueris melancholicū nō ex cōpressione ꝓpria esse sciro: quē quidē sanguinea est maximeq; aerea: sed ex reliquiis quibusdā materni menstruiq; sanguinis in puero putrefactis/& adustione quadā in atrā bilē deinde cōuersis. Accedit ad pueriles formidines in causa/rerū nouitas/quæ quidē facit ut & audita uoces quasi tonitrus & uisæ formæ quasi laruæ & fulgura terreāt. Ratio interea: qm̄ nondū expergefacta/imagines a rebus ipsis nequaq̄ discernit/aīam relinqt imaginationi pro arbitrio concitandam. Ex hac ipsa formidine ꝑpetuo dolēr querūturq; infantes. Præsertim cū facillime & a tractantibus offendanē: & lædanē ab aere/& ab agitatiōe naturæ plurimū in exordio laborātis agitenē ipsi atq; uexenē. ¶ Quāobrē motu quodā fer me ꝑpetuoq; atq; numeroso in curādis infantibus adolescentibusq; uti iubet. Primo quidē quia motu geniti/seruanē & motu. Secūdo qa eiusmodi motiōe uitæ moderata īmoderatæ agitatiōi tū intrinsecus a natura/tū extrinsecus ab aere factæ resistimus Tertio qm̄ motus calorē excitat naturalē/corpusq; totū ęque uiuificat. Quarto nutrimētū cōquoquir digeritq; per mēbra. Quinto supuacua excrementa secernit. Sexto obstrusa aperit & adęquat humores. Septimo cōducit ad augumētū. Octauo mēbro apta simul reddit & solida. Non solū uero moderatione quadā ęqualitatis/uerū etiā numeri cuiusdā proportione/motū nobis oportet cōgruere. ¶ De musicæ quidē potētia/multa in multis epistolis disseruimus. Nūc uero satis sit intelligere si per ipsam sæpe in cōtraria. s. tū ad uoluptatē/tū ad dolorē distrahiē aīus nimirum posse ab utroq; ad habitū quēdā utriusq; mediū sępe reduci. Ac si a motu corporis in quietē: & uicissim a qete in motū reuocaē aīus atq; ꝓuocaē/certe posse quibusdā musicæ modulis a motu ordinis experte ad ordinatū: atq; hinc ad stabilē habitū qnq; reduci. Quē quidē habitū & hic & in epistola ad dionysiū secūda inquit/& dei ꝓpriū esse/& humanæ uitæ tutissimū. Vtrū uero uoluptas ac dolor ī motione quadā cōsistāt/& quo pacto definianē in libro de uoluptate/& in Philebi de cōmētariis latius disputauimus. Satis in pñtia factū fuerit/si cōcludamus hūc in modū. Voluptates gustus & tactus in restitutione quadā in habitū corporis naturalē nasci uidenē. Dolores uero cōtra / in casu quodā ex habitu naturali. Siue utrūq; euacuatione fiat siue repletione/siue motu seu quiete uel alteratione aliqua qualitatū. Præterea uoluptates odoratus & auditus: & uisus/in reditu quodā ad ordinē sensualem: a quo multis cōtingētibus quotidie deturbamur. Deinde uoluptas imaginādi in regressione similiter ad ordinē imaginalē a quo deiicit pturbatio. Ordo uero tā imaginalis q̄ sensualis ī quodam spirituū tēperamento fundaē: cui quotiēs cōtēperata similiter admouenē: fit uoluptas in mutua quadā sensus imaginationisq; cū rebus quæ influūt cōgruitate resultans. Post hæc rationis lætitia in reformatione quadā nasciē/per quā ratio quæ pturbatione corporea facta informis fuerat: uel deformis/formaē pro natura sua: atq; reformaē. Deniq; mentis gaudiū reformatione pficiē: p quā intellectuali quodā intuitu reformaē aliqñ in ideā/a qua ceciderat ob negociosæ uitæ tumultū si inductionē hāc recte consideraueris/uidebis humanā uoluptatē summatim fieri in reditu quodā in habitū naturalē: neq; tā reditus ipsius/q̄ habit⁹ gratia fieri/& optari. Igiē eiusmodi habitus si fieri posse/perpetuo firmus/maxime oīum est optādus. At cur cogitāti cuilibet occurrere uideē optabilior oblectatio in motu perpetuo q̄ status ille ꝑpetuus? Quoniā fallit nos imaginatio & opinio aīæ mobili coniūctæ corpori/perq; cōsuētionē eiusmodi uoluptatē mobilē appetentis. Quā merito neglectura sit præ naturalis habitus firmitate siqñ posita fuerit supra motū. Si enim reuera gustaremus saporē ipsius habitus naturalis/extra quē in terris positi sumus: sicut motiōis ad ipm̄ uergentis saporē gustamus/pculdubio longo interuallo habitū regressioni præponeremus? Profecto quēadmodū oēs bonoꝝ gradus/meliori modo se habēt in ipsa stabili ratiōe boni/q̄ in materia mobili/sic expetēdorū oīum rationes in ratione habituq; eiusmodi potius q̄ in materia mobili collocātur. Per hæc pbatū sit propriū dei diuinorūq; gaudiū in statu quodā cōsistere incōparabiliter motibus cunctis iocūdiore. Quē quidē prudentes: & ipsi debēt eligere/& cæteris/pſertim iunioribus adhibere. Præterea cūctis psuadere uoluptatē quæ fit ex motu nō solū breuē eē ac leuē molestiaq; permistā: sed etiā in multos & diuturnos ingētesq; dolores cōtinuo plabi. Distinguit aūt numerosum motū per quē incōcinnos motus ętatis tenere moderamur in duo genera/in musicā. s. & gymnasticā. Prima enim spiritū atq; animū. Secūda uero humores mēbraq; cōponimus. Sub noīe quidem musicæ non mō cātus & sonos: sed poesim etiā & quæ ad figurarū ordinem ptinent cōprehendit. Sub nomine uero gymnasticæ/motus oēs corporis in præludiis ludisq; certaminū atq; preliis. At choream saltationemq; ex utrisq; quodāmodo mistā intellige. Tum his oībus quasi pludiis infantes/pueros/adolescentes tam fœminas pariter q̄ mares ad officia & belli & pacis diligenter erudit. Eiusmodi uero rudimenta patrias appellat leges/ac reipublicæ uincula. Quibus subductis q̄si colūnis tecta reipublicæ corruant. Iubet singula in his haud aliter fieri q̄ publicis regulis statuātur Iudicans a delictis eiusmodi delicta oīa tandē in rep. prouenire: atq; ex mutabilitate ludorum iocorumq; & ornamentorū/mutationē quoq; legū & reipublicę proficisci. Notabis mutationem præ

terq̃ in malis/esse rerũ oĩum periculosissimã: adeo ut etiã si muteris in melius/saltẽ ad tẽpus sis pe/riculũ subiturus. Inter hæc sacrificandũ in ludis ait diis & deoꝝ filiis atq; dæmonibus. Dæmonib⁹ inq̃ puris ut deoꝝ filiis nos cõcilient. Deorũ uero filiis/ut deos nobis propitios reddant. Diis de/niq;/quo summi dei muneribus nos reddant paratiores. Sic utiq; prisca cõsueuit religio queadmo dum de spæra in spærã gradatim corpore ptransitur & uisu: sic de propinquis numinibus ad remo tiora deinceps suo quodã ordine pgredi. In oĩbus id pcipue uenerãs/quod splẽdorẽ summi pcipue refert. Neq; uero ego nũc uel de ciuili/immo plebea/uel de poetica/immo uero insana supstitione loquor: sed de philosophico diuinoꝝ cultu a priscis sapiẽtibus prout cognitus uniuersi ordo dicta/uerat instituto. Quẽ solũ ubiq; cõmendat Plato/reliquos duos reuera deridẽs. Et ubi duos tñ cõ/memorat idest deos deorũq; filios dæmones & heroes intelligit filios. Vbi uero cõnumerat deos: & deoꝝ filios & dæmones/itelligit deos numina sup spęras. Filios numina in spæris/ dæmones nu/mina infra spæras. Post hæc ubi legittimoꝝ ludorũ disciplinã cõmendat: ludos inquit studioꝝ gra tia potius q̃ cõtra esse cõstituẽdos. Addit res humanas si cõparenť ad diuinas nullo studio dignas esse. i. nulla extimatiõe nulloq; amore: nec tanq̃ serias/sed tanq̃ nugas esse cẽsendas. Sin autẽ ad na/turales: magnifaciẽdas esse cõsentit. Tum optimũ ait homini cõtigisse ut ingeniũ sortitus sit aptũ ludis: & deditũ. Scilicet tum ad laboriosę uitæ solamẽ/tũ ad disciplinã paulatim per ludos cõgruos: cõparandam. Quod uero aĩa per uarias uiuẽdi formas circuitũ quasi chorea ludẽs efficiat/id uni/uersæ quoq; naturæ aĩæ: uidelicet ut quæcũq; in eius potẽtia latent/uicissitudine quadã educantur in lucẽ. At cur nõ dicit cætera quoq; aĩalia ludos eẽ deoꝝ? Quoniã nec adeo diis familiaria sunt/ ut cum his illi ludãt. Nec cõparanť ad deos utpote quæ seipsa deo non cõparãt neq; diuina aliq̃ mẽ/tiuntur/unde coganť de illis sicuti nos mentiri: & pfecto si dei ridere sit/humanũ rideat ludũ conã tem ĩmensa metiri. Considerabis hic Platonis uerba eiusmodi. s. ea quæ ab aurora ad hanc horam nõ sine quadã deorũ inspiratione narrauimus/poesi quodãmodo similia mihi uidenť. In his signifi cat oĩa eius scripta in eã usq; diẽ. i. seniũ eẽ quodãmõ diuinitus inspirata: atq; poetica figura dispo si tasut sint allegorice plurimũ exponẽda. Idẽ quoq; innuit statim post exordiũ Phædri: ut sciamus & quæ in adolescentia & quæ in ultimo cõposuit senio poesim maxime redolere. Ob id in epistolis ait mentẽ suam uel a nullo uel a q̃paucissimis: & uix tandẽ & quadã uaticinii sagacitate posse cõprehẽ/di. Præterea contẽplari hic q̃ diligenter Plato effrenem cohibeat pueritiã/quãtũ somnolẽtiam qui dem detesteť/cõmẽdet uero uigiliã: q̃ oportune sua cuiusq; ętatis disponat officia/iubẽs interludẽ/dum/primo quidẽ tradi litteras. Deinde musicã. Tertio gymnasticã. Quarto arithmeticã. Quin/to geometriam. Sexto astronomiã. In septimo uero loco dialecticã. i. methaphysicã collocat in fi/ne legũ atq; re. p. Quoniã uero dicit deũ cũ diuina quidẽ necessitate pugnare nunq̃/cũ humana ue ro pugnare distingue necessitatẽ alterã quidẽ eẽ in ipso naturali rerũ ordine ita: ut est diuinitus in/stituto: ut res tales sint & tot & tante: sic agãt/sic moueanť: hæ pcedãt/hæ comitenť/illæ sequantur. Aliæ simul sint/aliæ uero seorsum/atq; ut sunt ita quoq; sint iudicandę. Alteram uero necessitatem in casu quodã ab ordine naturali ubi uel deforme uel mõstruosum uel dissidens dissolutũq; uideť. Cum prima necessitate nõ pugnat deus. Eius enĩ pcipua uolũtate necessitas eiusmodi constat. Sed nunquid pugnat cũ altera? Certe nuſq̃ pugnat deus/quid enim repugnet omnipotẽti? Verũtamẽ ob id quasi pugnare fingiť/q̃ hæc a diuina similitudine prolapsa longius in dissimilimã deo cadit deformitatẽ quasi iã rebellantẽ: sed a deo interim quasi repugnante atq; expugnãte miris modis in ordinẽ quãdoq; redactã. Aĩaduerte post hæc nõ parui momenti dictũ, non est pessimũ rerũ omniũ imperitia. Immo uero pessimũ est multarũ rerũ peritia acquisita male. Ac si præcedẽtẽ quoq; sen/tentiã aĩaduerteris: quæ hominẽ cognominat & deũ & dæmonẽ atq; heroẽ/cognosces qua ratione exponi possit Plato ubi aĩam inquit humanã in uarias species ptransire: sed hoc in theologia latius: proinde ubi ad doctrinas mathematicas iuuenes adhortať/reprehendit grecos: q̃ in geometria & astronomia oẽs errauerint. In geometria quidẽ q̃ dimensionẽ quãlibet cũ qualibet cõmensura bilẽ esse putauerint. Quod quidẽ nõ posse fieri primũ apud barbaros est inuentum. In astronomia quoq; q̃ errare planetas dixerint: cũ tamẽ in diuinis nullus sit error. Itẽ motũ uelocissimorũ/tar/dissimũ noĩauerint/tardissimorũq; uelocissimũ. Mẽtiri uero contra deorũ dignitatẽ per ignorãtiã natam ex negligẽtia/iudica non stultũ solũmodo/sed profanũ. Sed dãnat plurimũ græcoꝝ errorẽ contra diuinæ puidẽtiæ uolũtatẽ dicentiũ nõ esse inuestigandũ ipsum auctorẽ mundi deũ mũdiq; ipsius originẽ: nec eorũ quæ in mũdo sunt causam: quasi inuestigatio hæc nõ pertineat ad pietatẽ. Cum tñ maxime oĩum pia sit: utpote pcipue cũ diuina uolũtate cõsentiẽs/quæ & uniuersum eo di/sposuit ordine/qui ad inuestigationẽ eiusmodi semper alliceret: & mentẽ ipsam inuestigationis hu/ius auidissimã pcreauit Platonẽ uero ipsum existimare uerissimã pietatẽ pcipue in unius dei cul/tu sitã esse/pbauimus alias: & per superiora eius uerba in pñtia cõfirmamus. Nam & si in plurali nu mero sæpe ait deos colẽdos eẽ. Cõcludit tandẽ numero singulari & singulari cultu deum ipsum eẽ oĩ beato studio dignũ. Præterea in antecedẽtibus/iudices creaturus congregauit magistratus oẽs

in tẽplo/

in tēplo/& in ipso anni principio. Principiū uero ab æstiuo fecit solstitio: neq; te turbet/qđ in kalendis ait primę solstitiū sequētibus. Id enim certioris apud populū principii gratia dictū puta. Verę autē initiū apud eū in ipso ꝓprie solstitio fieri. Quod qdē allegorice sic exponaṫ/ut qñ solis lumē. i. dei lumē rectius huberiusq; a nobis accipiṫ/tūc reuera fit principiū uiuēdi & cogitādi atq; iudicādi & huius unius gratia cūcti simul in uno tēplo. i. una religione colāt quicqd colant. Lumē uero solis in libris de re. p. inqt unius omniū patris imaginē eē & quasi simulachrū eius in mundano hoc tēplo a patre oīum collocatū. Quid plura! Vnū deū in primis adorandū cuius gratia cætera numina sint colenda: alibi sæpe docet atq; in epistola ad Dionysiū/rursusq; ad Herminiā/& in Parmenide qui totus agit de uno/& in Timæo qui oīa ꝓducit ab uno/& in Philebo qui oīa metiṫ uno: & in epinomide qui omnia reducit ad unum manifeste demonstrat.

DIALOGVS. VII. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

ATHE.

Natis igiṫ liberis tā masculis q̄ fœminis de ipsorū educatione & disciplina post hæc nobis est dicendū. Quā oīno silētio ꝓterire/īpossibile est: ac si dicaṫ/mētioni cuidam doctrinæq; potius q̄ legibus cōgrua uideaṫ. Quæ enim priuatim & per singulas domos tum multa tū parua & occulta quotidie fiunt/cū facile ex uoluptate dolore & cupiditate singulorū ꝓter legū latoris cōsiliū agaṫ/uarios & dissimiles mores ciuium reddunt. Quę res ciuitatibus officit: cū uero parua & frequētia sint singulis mulcta imposita ea legum positione uetare/non satis honestū esset atq; decorū. Quinetiā scriptis legibus derogaret/cū in paruis & multis ad contēnendas leges hoīes consuefecerēt. Quapropter & leges de his scribere difficile est: & silere/impossibile. Sed conabor ostendēdo quasi digito quæ dico/in lucē efferre: nūc enim obscurius dicta uideṫ. CLI. Vera loqueris. ATHE. Iā uero recte alias dictū est existimandū esse/ rectā educationē posse & corpus & aīum q̄ pulcherrima & optima reddere. CLI. Ita est. ATHE. Corpora uero pulcherrima simpliciter ea fore cēseo quæ rectissima in tenera ętate cōcrescūt. CLI. Certe. ATHE. Quid illud! Nonne intelligimus q̄ maximū atq; plurimū incremēti primi ꝓgressum in oībus aīalibus fieri! adeo ut cōtendēdi ansas multis prebuerint/corpora humana a primis quinq; annis in reliquis uiginti in duplū nō crescere. CLI. Vera narras. ATHE. Quādo sine multis moderatisq; laboribus incremētū influit plurimū/an nō multa hinc mala corporibus innascuntur! CLI. Omnino. ATHE. Pluribus ergo laboribus sibi tūc opus est/qñ summopere affluit nutrimentū. CLI. Quid ais hospes! Nunquid statim natis & tenerrimis pueris: labores plurimos afferemus! ATHE. Nō his primis/sed prius etiā illis/qui adhuc in utero matris aluṅṫ. CLI. Quomodo uir optime faciendū id iubes! Nū ii qui adhuc in utero parētis geruṅṫ laborabūt! ATHE. Certe. Nec sane mirū est si uos exercitationē tantillæ ętatis ignoratis: quā uobis licet uideaṫ absurda: cupio aperire. CLI. Omnino. ATHE. Apud nos quidē huiusmodi quiddā magis ītelligi pōt: propterea qđ ibi nōnulli in ludis quibusdā magis q̄ decet/uersanṫ. Nā apud nos nō pueri solū uerę etiā seniores aliq auiū pullos alūt: & ad mutuā inter ipsas aues pugnā exercēt: ac lōge absunt/ut labores in qbus ipsas exercētes/agitāt/moderatos/ipsis putent. Sed ad hęc minores in manibus: maiores sub ulna capiētes non suæ/sed harū auiū bonæ habitudinis gratia per multa stadia gradiunṫ. In quo sane homini intelligētiæ cōpoti significāt/corporibus oībus/motū agitationēq; nō laboriosam ꝓdesse siue a seipsis siue in uehiculis siue naue siue equis/siue quomodocūq; aliter moueantur. Et ꝓpter hæc ciborū potusq; alimentū superātia/sanitatē pulchritudinē: & uires nobis ꝓbere pñt. Quæ cū ita se habeant/quid posthac faciundū cēsemus! Vultis ne cum risu uerba faciamus/leges ponētes/ut pregnans deambulet: & natus quasi cera fingaṫ: quādiu tener est! ac ad bieniū usq; institis astringatur! Nutrices ꝓterea per leges imposita mulcta cogamus ut uel ad agros uel ad templa uel alio ad suos/donec per se stare possint/pueros perferant. Ac etiam cū stare cœperint/ne ponderis uiolentia mēbra propter mollitiē distorqueantur/gestent adhuc/quousq; triēnium infantes exegerint. Sint autē robustæ quoad fieri potest nutrices/nec una solū sed plures. Et in his singulis pœnam nisi fiant/scriptis legibus imponamus! Vel nullo modo sic agamus! Quod enim modo diximus/abūde nobis accideret. CLI. Quid nā. ATHE. Risum profecto in nos ingētem prouocaremus. Nam mores nutriētium muliebres atq; seruiles/nobis obtēperare nollent. CLI. Cuius gratia igitur dicenda hæc putauimus! ATHE. Quia domini & liberi ciuium animi/forsitā cum hæc audiuerint/probe intelligent/quod nisi priuata recte administrentur in ciuitate/frustra res cōmunes speraret quis firmitatē aliquā in legibus habituras: atq; hæc intelligētes/his quę modo diximus: tanq̄ legibus quibusdam utentur: quorū usu/familia & res. p. bene gubernata feliciter uiuēt. CLI. Valde cōsentaneū est quod dixisti. ATHE. Ne desinamus ergo ab huiusmodi legū latione anteq̄ animorum quoq; studia quæ ad teneros admodū pueros pertinent/describamus: & ita simili quoq; modo ut de corporibus incœpimus/sermonē absoluamus. CLI. Recte nimiū. ATHE. Hoc igiṫ

De educatiōe liberorū.

tanq̃ elementũ ad utriusq; tã animi q̃ corporis infantiũ cultũ accipiamus: perpetuã die nocteq; nutritionẽ agitationẽq; adhibitã/oĩbus quidem cõferre: maxime uero tenerrimis. Vt si fieri possit/sic habitẽt quasi ꝑpetuo nauigarent. Quoniã aũt fieri neq̃t/q̃ ꝓxime ad hoc in curãdis infantibus accedendũ. Quod aũt fieri oporteat cõiectare hinc licet/qđ periculo tã puerorũ nutrices q̃ quæ remediis choribantiũ uacãt/id eẽ utile cognouerũt. Quãdocũq; enĩ dormire pueros ad somnũ tardiores/matres cupiũt/nõ q̃ete hoc/neq; silẽtio/sed cõtrariis faciũt. In ulnis enĩ portãt agitãtq; semp: & illos uocis modulatiõe tanq̃ tibicinio quodã mulcẽt. Et quẽadmodũ in debachationũ furẽtium remediis fit hmõi agitatiõis chorea musaq; utunf. CLI. Quæ nã horũ potissimũ cã nobis est hospes? ATHE. Non est ualde difficilis cognitu. CLI. Quo pacto? ATHE. Vtræq; hæ passiones in metuẽdo cõsistũt: sunt enĩ formidines quædã/ꝑp malũ aliquẽ animi habitũ. Quãdo igĩ ab exteriorĩbus aliqs ad hos affectus agitationẽ infert/uincit exterior motus interiorẽ illũ terribilẽ: atq; furiosum. Cumq; uicerit/trãquillã aĩo ꝓstat q̃etẽ/saltu cordis aliquãtisper sedato/atq; ita aliis ĩducit somnũ: alios uigilãtes per tibiã & tripudiũ/cũ auxilio deoꝝ/q̃bus supplices litabant a furioso affectu ad sanæ mẽtis habitũ reuocat. Atq; hæc ut orationis huius breuitas fert/rõnẽ aliquã ꝓbabilẽ habent. CLI. Oĩno. ATHE. Si hæc igĩ talẽ aliquã uim habẽt/hoc ꝓterea cogitãdũ/aĩum oẽm ab infantia in metu nutritũ/magis utiq; quouis ferri ꝑ formidinẽ cõsuescere. Nec cuiq̃ dubiũ est/quin ad timiditatẽ ista/nõ ad fortitudinẽ exercitatio sit. CLI. Ita ꝓrsus. ATHE. Cõtra uero eũ ad fortitudinẽ exercitari dicemus qui a tenera ętate metus terroresq; oẽs uincere cõsuescit. CLI. Scite. ATHE. Vnũ igĩ hoc ad uirtutis animi ꝑtẽ summope cõferre dicamus/exercitationẽ uidelicet ĩfantiũ quæ in motibus fit. CLI. Maxĩe. ATHE. Atqui facilitas animi uel morositas/nõ parꝝ momenti hñt ad bonitatẽ animi uel prauitatẽ? CLI. Est ita. ATHE. Est aũt a nobis ꝓ facultate dicendũ: quo pacto utrũ uis hoꝝ infantiũ stati aĩo innascaĩ? CLI. Plane. ATHE. Nobis ꝑfecto uidenĩ delitiæ/ difficiles morosos. Iracũdos & leui de cã excitabũdos iuuenũ mores efficere. Cõtra uero nimia seruitus atq; atrox cũ abiectos & illiberales & humana posos faciat/ad humanã cõsuetudinẽ ĩeptissimos reddere. CLI. Quomõ aũt ciuitas uniuersa infantes q nõdũ uoces intelligũt/nec disciplinã aliã gustare possunt/ut iubes erudiet? ATHE. Sic plane. Omne aĩal statĩ natũ uoce & clamore uti solet. Nec minus hoĩum genus: qđ præcæteris ad clamorẽ addit ploratũ. CLI. Sic est. ATHE. Nutrices ergo qd infantes cupiãt uolẽtes cognoscere/qđ appeti credũt offerũt: si tacẽt/recte: si clamãt fientq; nõ recte se obtulisse his signis cõiiciunt. Argumẽta sane in infantibus quas res amẽt/quas oderint: clamor fletusq; sunt/signa minime fortunata huius rei tꝑs triẽnio minus nõ est: qđ spatiũ nõ ẽ parua uitæ ꝑticula ad eã recte uel cõtra ducẽdã/si ipm recte uel cõtra ducĩ. CLI. Recte. ATHE. Nõne uideĩ uobis difficilis hõ nec ullo mõ trãquillus esse ẽt querulus atq; gemebũdus ultra q̃ bonũ uirũ deceat? CLI. Mihi quidẽ. ATHE. Siqs oĩ rõne pro uiribus coneĩ/ut in hoc triẽnio puer q̃ minime dolore/metu tristitiaq; afficiaĩ: nõne pueri aĩus pacatior trãquilliorq; reddeĩ? CLI. Perspicuũ ẽ hospes multoq; ẽt magis/siquis eũ in multis uoluptatibus educarit. ATHE. Hoc ego tibi nõ concedã o mirifice Clinia. Nã talis educatio cũ in principio statim adhibeaĩ/oĩum maxima ꝑnities est. Videamus igĩ/an quicq̃ dicamus. CLI. Dic quid ais. ATHE. De re nõ parua a nobis agi nũc assero. Attẽde & tu Megille: ac sñias utriusq; diiudica. Mea quidẽ ratio rectã uitã censet/nec uoluptates sequi oĩno: nec fugere oĩno dolores debere: sed mediũ potius illũ habitũ sequi: quẽ/& ipse mõ trãquillitatẽ uocabã: & oẽs dei ꝓprium eẽ/diuino quodã oraculo recte cõiicientes fatemur. Hunc habitũ sequi dẽt quisq̃s hominũ diuinus est futurus: adeo/ut nec ipse ad uoluptates oĩno procliuis sit: alioquin ꝓcul a dolore non erit: nec aliũ quemq̃ siue senẽ siue iuuenẽ/aut masculũ aut feminã indulgere uoluptatibus patiaĩ: minimeq; oĩum statim natos infantes: firmissimi enim tũc oĩbus mores oẽs ꝓpter consuetudinẽ innascunĩ. Ego uero nisi ueterer ne forte iocari uobis uideat/dicerem utiq; grauidas etiã mulieres maxime oĩum illo anno ita regẽdas eẽ: ut nec ad uoluptates multas furiosasq; feranĩ: neq; doloribus agitenĩ: sed tranquillã pacatãq;: & mitẽ uitã agant. CLI. Non opus est hospes ut Megillum interroges/uter nostrũ rectius sit locutus. Ego enim assentior tibi merę uoluptatis meriq; doloris uitam/fugiendã omnibus esse/& mediã quãdam semper tenẽdã. Quare & dixisti recte atq; audisti. ATHE. Recte nimiũ Clinia. Sed illud ad hæc simul oẽs tres cogitemus. CLI. Quid nam? ATHE. Quod quæ modo dicũtur a nobis/ea leges non scriptæ a multis appellãtur: nec aliæ sunt/quæ leges patriæ nominanĩ/q̃ huiusmodi oĩa. Atq; quod pauloante tetigimus: nec leges hæc esse uocanda/neq; silentio prætereũda/probe dictum est. Hec enim totius rei.pu. uincula sunt: mediumq; tenent inter scriptas scribendasq; leges: uidelicet tanq̃ primæ priscæq; omnino institutiones. Hæc si probe posita sint/seq; in eis homines recte assuefecerint / conscriptas leges stabili salute tutantur. Sin contra factũ sit/cõtra contingit: queadmodum in ędificiis accidit/ubi si ędium substentacula subtracta de medio fuerint/ concidere omnia cogunt/aliaq; ex aliis deiici: & quæ bene super structa sunt/dirutis prioribus/corruunt. Atq; hæc quidem cogitantes nouam hãc tuam ciuitatẽ o Clinia undiq; uincire debemus/nihilo prorsus relicto quoad fieri potest quod uel

ad leges

Exercitatio ĩfantiũ cõfert ad uirtutẽ capessendam.

Vide quid gignant delitię puerorum.

Quid nimia seruitus.

Statim natos pueros amare & odisse.

ad leges uel ad mores uel studia pertineat: his enim oĩbus ciuitas nectit. Alterũ uero istorũ sine al-
tero permanere nõ potest: quare nõ est mirãdum/si quæ nobis multa simul & parua legittime uidẽ
tur instituẽda uelut cõsuetudines confluẽtia longiores leges efficiũt? CLI. Recte tu quidẽ/& nos si-
militer cogitabimus. A T H E. Siquis igit ad eũ qui tres agit annos colẽdum seu masculũ siue fœ-
minam/hæc diligẽter adhibeat ac sedulo supradictis utat/non paruã afferẽt nuper enutridis utilita
tem. Atq; id ingenio eorũ qui tres & qui quatuor & quinq; & sex agunt annos cõueniens erit a qui/
bus delitiæ remouẽdæ sunt: & castigatio sine contẽptu adhibenda. Cæterũ quẽadmodũ seruos di/
ximus castigare sine cõtumelia oportere ne in iracũdiã efferant/castigare tñ oĩno/ne nimium deli-
tiosi reddant: ita & liberos uolumus: horũ ludi quidam sunt/ipsis quodãmõ naturales: ad quos qñ
cõueniũt spõte ferunt. Congregãdi hi pueri sunt a triennio ad sex usq; annos/singuli in suæ tribus
solẽnitate: quotũ & adguc tãtillorũ nutrices modestiã incõtinentiãq; obseruẽt. Et cuiq; cetui nutri
cibusq; una quædã præsit de mulieribus duodecim annuo tẽpore imperatura ꝑut legũ custodes
ordinauerint: has deligant mulieres nuptiarũ curatrices/ex quaq; tribu unam ętate ipsis ęquales.
Quæ ad hunc magistratũ assumpta est: ita se gerat ut in sacrũ quotidie proficiscatur: semperq; iniu
riantẽ puniat. Seruũ quidẽ & seruã/peregrinũ & peregrinã ipsa/per urbanos quosdã ministros. Ci/
uem aũt/cuius aĩaduersio in cõtrouersia sit ad ędilium trahat iudiciũ de quã aũt nõ sit cõtrouersia
puniat ipsa: post annorũ sex ętatẽ fœminæ a maribus discernant: puerique deinceps cũ ęqualib⁹ ma
ribus: & puellæ cũ fœminis ęqualibus cõuersent. Et ad sciẽtias utriq; se uertant. Mares qdẽ ad ma/
gistros equorũ/arcuũ/telorũ & fundæ: fœminæ quoq; ad eadẽ si cõcedat: usq; ad sciẽtiã tñ: & maxi/
me ad armorũ usum. Quo pacto aũt nũc in his se res habeat/pene ab oĩbus ignoratur. CLI. Quid
ais? A T H E. Quod uidelicet dextera a sinistris quo ad manus ꝑtinet differre iam uideant in singu
lis operationibus natura: pedes enĩ inferioresq; ꝑtes ad opera nihilo differre uident. Manibus aũt
matrũ nutricũq; simul ignorantia quasi claudi facti sumus. Nã cũ natura fere ad utrãq; partẽ ęque
se habeat/ipsi per cõsuetudinẽ/nõ recte utentes differẽtiã fecimus. Et certe in qbusdã parum id re-
fert. Nihil enim interest ad uitã/si lyra in sinistra sit/in dextera plectrũ: in cæterisq; huiusmodi simi/ *Vide ut dex/tera non sint natura sed usu.*
liter. Quorũ exẽplo idẽ in reliquis oĩbus facere/demẽtia est. Hæc ita esse lex Scytharũ ostẽdit. Nõ
enim sinistra solũ arcũ/dextra sagittã tenẽt: sed utrisq; similiter ad utrũq; utunt. Multa exẽpla huius
modi in aurigarũ aliorũq; operibus reperiunt. Ex qbus intelligere licet eos qui destris: sinistra im/
becilliora reddũt: præter naturã id facere. Quæ res ut diximus in corneis plectris/instrumẽtisq; ta
libus impedimẽto non est. Sed permultũ interest: qñ in pugna/ferro/arcu hasta cæterisq; huiusmo
di uti necesse est: plurimũ aũt: qñ armis arma pellunt. Differt autẽ multũ qui didicit: ab eo qui non
didicit & exercitatus ab eo qui minime exercitatus est. Nam quẽadmodũ qui aut in pugili certami
ne aut lucta aut utroq; simul ꝑfecte se exercuit/potis est cõgredi a sinistris: & ꝑsto se accõmodat' qñ
ad partẽ alterã trãsferre se cogit/id ipsum arbitror in armis ac cæteris rebus rectissimũ esse. Quare
oportet si duo quædã quis possidet/qbus se defendat/& alios cædat/ut nihil horũ pro uiribus ocio/
sum inexercitatũq; relinquat. Et siqs Gerionis aut Briarei naturã habeat/cũ cẽtimanus sit/ centum
oportet ab eo iacula mitti posse: horũ oĩum curã habeant principes/tã mulieres q̃ uiri: & mulieres
quidẽ ludos alimẽtaq; cõsiderent: uiri aũt disciplinas ut oẽs pedibus manibusq; utrinq; ęque potẽ/
tes facti/per cõsuetudinẽ naturę nõ noceant. Disciplina uero duplici uti cõuenit: & corporis quidẽ
gymnasticã: animi musicam uocari. Sed gymnastica rursus est duplex saltatio: & luctatio. Saltatio
quoq; alia musæ uerba imitat/magnificentiã ipsius libertatẽq; obseruans. Alia bonæ habitudinis:
leuitatis & formæ tũ corporis ipsius/tũ partium mẽbrorũq; eius gratia/apte flectit tenditq; singu-
la: ita ut sufficiẽter motus harmonicus diffundat: consequaturq; uniuersum saltationis ordinẽ. Lu/
ctationis autẽ genera illa/quæ Anteus & Cercyo in artificium inutilis contentionis gratia deduxe-
runt. Vel Epius uel Amycho in pugili concertatione: cũ nihil ad prelium cõferant/digna mentio
ne non sunt. Quæ uero in recta luctatione a collo/manibus/laterũq; motu cum uictoriæ studio ho
nestoq; habitu adhibent: & ad sanitatem uiresq; conducũt/cum ad oĩa utilia sint/prætereũda non
sunt. Sed discentibus docẽtibusq; simul præcipiẽdum ut quando ad hoc in cõdendis legibus uene
rimus alteri beneuole hæc largiant: alteri gratiose suscipiant. Nec uero omnes imitationes capes/
sendæ quæ in choreis sunt: sed hic quidem armatorũ curitarum ludi. In Lacedæmone Castoris atq;
Pollucis. Apud nos quoq; non est negligendũ quod Minerua ludis choreæ delectata/nõ nudis ma
nibus ludendum censuit/sed armis tota hornata/saltandi officio est perfuncta. Quæ quidem ado-
lescentulis sunt/maribus: & fœminis imitanda deæ munus ad usum belli solẽnitatumq; hornamen
tum honorãtibus: pueros uero anteq̃ prodire in bellum possint/armis equisq; oportet in deorum
omnium põpis hornatos/modo ueIociores modo tardiores in chorea: & itinere ad deos deorũq;
filios supplicationes fundere: ludi porro atq; præludia si rerum aliquarum gratia nullarum certe
nisi harum sunt adhibenda. Hæc enim in pace & bello tam priuatim q̃ publice utilia sunt. Cæteræ
uero corporis exercitationes seu ludo siue serio fiant o Clinia atq; Megille non sunt liberales. Eam

iam gymnasticam/quā tractandam in primis sermonibus/dixi/ferme peregi/atq; hæc tota & perfecta est. Vos autē si meliorem habetis/in medium proferatis. CLI. Non est facile hospes his neglectis/narrare alia de gymnastica & certamine meliora. Reliquum est ut de musarū apollinisq; muneribus differamus: de quibus ita satis dictum esse putabamus: ut de gymnastica solum restare uideretur. Nunc autē patet nonnulla esse relicta: quæ dicenda in primis sunt: quare deinceps illa dicemus. CLI. Dicantur omnino. A T H E. Audiatis igitur: audistis enim & in superioribus: q̄uis & in dicēdo & audiendo qđ ualde mirū est & insolens cauere decet. Equidem in præsentia non nihil dicturus sum/quod dicere merito ueteri quis debeat: dicā tñ. CLI. Quid illud est hospes? A T H E. Nusq̄ cognosci assero/q̄ maximam ludorū genus ad legū conditarū stabilitatem & mutationē habeat potestatem. Quippe si hoc ita ordinatum fuerit: ut iisdem ludis s̄m eadem: & eodem modo: iidē homines semper utant̄ & delectent̄/leges quoq; serio positas stabiles: manere permittit. Sin autem mutet̄ id genus/nouiq; ludi quotidie inducant̄/semperq; nouis delectetur iuuentus tum figuris gestibusue corporis tum reliquo apparatu & supellectili ac decens: & indecens in his rebus aliter indies & aliter iudicent/atq; inuentores nouarū rerum colorū scilicet: & figurarum cæterorūq; huiusmodi semper honorent pestē hac nulla ciuitati maiorem fore censemus recte admodū iudicantes. Mutat enim iuuentutis mores occulte. Facitq; ut prisca quidem uilia/noua uero digna honore uideant̄. Qua oratione & opinione/nihil rursus assero pernitiosius ciuitatibus esse. Sed audite quantum id malum esse censeo. CLI. Vituperari ne prisca malū esse in ciuitatibus ais? A T H E. Aio equidē ualde. CLI. Non malos ad hanc orationē nos auditores habebis/sed quātum fieri pōt beneuolentissimos. A T H E. Consentaneū est. CLI. Dic iam. A T H E. Agite audiamus hæc diligentissime. Atq; ita inter nos differamus. Mutationē aio omnibus in rebus præterq̄ malis esse periculosissimam. In tēporibus omnibus inuentis. In dieta corporū in moribus animorū. In omnibus simpliciter præterq̄ in malis/ut modo dicebā. Corpora quidē cum primis cibis aliquibus: & potibus laboribusq; utunt̄/turbant̄ quod amodo: deinde ex diuturno harum rerū usu concrescunt pinguiaq; reddunt̄: atq; huiusmodi uictu utpote iam consueto: familiari & amico/delectantur admodum & optime ualent: ac si ex probabili aliqua ad aliam cogantur trāsire dietā in morbos initio cō/turbata incidunt: anteq̄ nouo uictui consuescāt. Idē quoq; in cogitationibus hominum animorūq; naturis fieri cogitandū. Omnes enim eas leges colūt/& innouare formidāt/in qbus educati sunt: si illæ diuina quadā fortuna lōgis tēporibus stabilitæ fuerint: adeo ut nullus aut recordet̄ aut audiuerit: eas unq̄ se aliter habuisse. Quapropter excogitare debet legislator qua uia id in ciuitate quodā/modo fiet. Hūc igit̄ ipse modū excogitaui: adolescētum ludos quotidie uariatos ut supra diximus existimant oēs/nihil aliud esse q̄ nugas: neq; quicq̄ ad officia uitæ habere momenti. Quare cedunt & mutationē hanc innouationēq; fieri facile patiunt̄. Nec intelligūt/quod necesse est pueros diuersis ac priores ludis gaudentes/diuersos differētesq; a prioribus uiros fieri: diuersos uero effectos: diuersam quoq; uitam quæsituros: atq; hinc noua studia legesq; desideraturos: hinc nemo formidat pestem quam dixi maximam ciuitati futuram. Sed cætera quidem/præsertim circa figuras mutata: minus nocent. Crebra uero in laudandis uituperandisq; moribus innouatio grauissima etiam ut arbitror: & plurimum formidanda. CLI. Quid ni? A T H E N I E N. An non superioribus sermonibus credimus? In quibus diximus quod rhythmi: & cætera musicæ genera: imitationes quædam sunt morum/tum bonorum hominum/tum malorum? Vel quid dicemus? CLI. Nullo modo aliter sentiemus. A T H E N I E N. Omni igitur ratione conandum ne pueritia in cantibus: & saltationibus noua unq̄ audeat imitari: neue ullus ad nouitatem puero/uoluptatum blandimentis alliciat. CLI. Optime dicis. A T H E N I E N. Habet ne quisquam nostrum artem ad hæc Egyptia meliorem? CLI. Quam illam dicis? A T H E N I E N. Vt tripudii cantusq; genera diis omnia consecrentur: & primum quidem festi dies singuli in certis anni temporibus: diis singulis deorumq; filiis: & dæmonibus statuantur. Deinde quæ sacrificia quibus diis offerenda sunt ordinētur. Quiue cantus & choreæ quibus conueniant sacrificiis distinguantur. Quæ postq̄ distincta sunt/communi ciues omnes libatione/tum parcis: tum diis aliis sacrificent certosq; cantus: & choreas: certis diis eorumue filiis: & dæmonibus dedicent. Ac si quis aliter q̄ constitutum sit hymnis choreisq; in deorum sacris utatur sacerdotes tam uiri q̄ mulieres una cum legum custodibus: eum sancte: & legittime arceant: & qui repulsus erit: nisi libenter obtemperauerit/per totam uitam uolenti cuiq; pœnas impietatis persoluat. CLI. Probe. A T H E N I E N. Verum quoniam huc oratione deuenimus: ut nos decet/affiniamur. CLI. Quorsum hæc? A T H E N I E N. Omnis non senex tantum/uerumetiam iuuenis quotiens mirum quid: & insolens uiderit uel audierit non utiq; accurrat illico quodq; dubium est concedat: sed quasi ad triuium siue solus siue cum aliis uenerit/ignoretq; uiam/perquirat sane nec ulterius progrediatur: anteq̄ certior fuerit/quo iter ferat. Similiter nobis in præsentia faciundum. Nam cum in sermonem de legibus mirum: & insolitum inciderimus/diligentissime

Nouæ blandi tiæ & cantus modulationis nouę non audiendæ pueris.

tissime considerare debemus. Non enim decet subito tantos uiros de re tanta ferre sententiam & quasi planam prinus affirmare. CLI. Vera loqueris. ATHENIEN. Ergo tempus ad hoc assumamus. tunc demum affirmaturi/cum satis fuerit cōsideratum. Verum ne frustra/ cōsequentem legum pſtium ordinem relinquamus/ad finē propositorū festinem? Forte nāq; si deus uoluerit. finē suum hæc tractatio cōsecuta/plane qđ mō dubitaƭ aperiet. CLI. Præclare loq̃ris hospes. Qua re sic faciamus? ATHE. Decreto igitur mirum hoc & insolens: ut dicimus/affirmetur. quo nobis odæ cātusq; constare legibus uideantur: sicuti prisci de citharedia dicebant/ut illi quoq; nō longe a nostro absint ꝓposito/sed tanq̃ in somno/aut etiā i uigilia/uel somniauerit/uel uaticinati hoc sint. Hoc igiƭ ita decernaƭ. Nemo audeat ꝑter publicos sacrosq; cātus aliquid canere. & præter cōstitutam iuuētutis choreā moueri tripudio/quēadmodū neq; contra leges alias quicq̃ facere licet. Qui paret/indēnis abeat. Eū uero qui nō obtēperauerit/quēadmodū paulo ante dictū ē/legū custodes sacerdotesq; tam mulieres q̃ uiri puniāt. Sed hæc quidem ita se hēant. CLI. Ita ꝓrsus. ATHEN. Quomodo aūt legibus hæc quispiā ita sanciet/ut ridiculus nō uideaƭ? Atqui ita cōsideremus. Tutissimus ad hæc mihi modus uidetur/ut imagines quasdā oratione fingamus: Quarū unam hāc eē dico/Sacrificiis factis/& uictimis de more pustis/accedat priuatim quispiā ad arā sacraq;/ filius aut frater qui miserabilem ꝓrsus & noxiā orationē fundat/nōne dicemus hūc patri & suis male ominatum fuisse? CLI. Dicemus sane. ATHE. In nostris ciuitatibus ferme oībus ut breuiter dicā/hoc ita fit. Nam postea q̃ magistratus quispiā publice sacra fecit/non unus/sed multi solēt chori cōuenire. Qui cum prope aras steterint/miserādis uocibus rem sacrā temerant. Quippe uerbis/numerisq; & cōcentibus flebilibus audientium inficiunt aīos & qui turbā ad lachrymas uehementius cōmouet uictoriæ his premia refert. Hanc nos legem nōne abrogabimus? & si quærulam orationem audiri a ciuibus qnq; oporteat/nā faustis diuinarū solēnitatum diebus: sed nephastis potius cōuenire dicemus? Tūc eant si placet ꝓmio conducti chori/externiq; cantores quēadmodum in funeribus fieri uidemus. ubi quidam mercede cōducti/Caricæ gētis instar misere defunctū ipsum deplorāt. Hoc certe huiusmodi cātibus conuenire uidetur. Eosq; cum flebiles mæstiq; sint lugubris quoq; uestis/ ut breuiter dicam non coronæ neq; ornatus aurei decent. Igitur a nobis ipsis hoc rursus exquiro. Verum primā hanc imaginē placeat cantib⁹ adhiberi? CLI. Quā? ATHE. Bonū inq̃ omen. Ipsūq; cantuum genus semꝑ in benedicēdo & feliciter ominādo uersetur. An forte nihil interrogandū? Sed adspergēdum id potius & sanciendū? CLI. Immo uero sanciēdum prorsus. Cunctis enim hæc lex digna suffragiis. ATHE. Quæ nā igitur post benedictionē laudes bonūq; omen musicæ secunda lex erit? Nonne ut ꝓces diis/quibus libamus/effundanƭ? CLI. Certe. ATHE. Tertia uero ut arbitror/erit lex: ut cum poetæ ꝓces ipsas/petitiōes hominum a diis esse non ignorent/diligenter aīaduertant/ne mala quasi bona postulēt. Ridicula nimium illius conditio/qui ita precatur. CLI. Procuildubio. ATHE. Nonne supra concessimus/non oportere in ciuitate aureas & argenteas diuitias esse? CLI. Omnino. ATHE. Cuius igitur exemplar sermonem hunc esse dicemus? Nonne huius? Quod uidelicet poetarum genus non omne quæ bona sunt quæ nō satis cognoscere potest. Quare si quisq̃ poetarum uerbis aut cantu preter ipsam rationem preces non rectas nobis tradiderit/ is contraria in rebus maximis petere ciues faciet. Quo quidem errore sicut diximus non multos maiores reperiemus. Vnam igitur hanc quoq; in musica legem formamq; ponamus. CLI. Quā? Dic apertius. ATHE. Nemo poeta preter ciuitatis leges & iusta/uel honesta/uel bona/fingere quicquam audeat. Nec liceat quæ composuerit/ulli priuatorum ostēdere. anteq̃ constituti hac de re iudices: legumq; custodes & uiderint & approbauerint. Qui uero musicæ & disciplinæ presideāt: ferme ostensum est. Nunquid ergo/quod sæpe iam quæro/lex ista nobis formaq; & imago tertia sancietur/An aliter? CLI. Sanciatur omnino. ATHE. Post hec rectissimum erit/ut hymni laudesq; deorum precibus mixte canantur. deinde demonum heroumq; similiter/cū laudibus preces idoneę. CLI. Nil prohibet. ATHE. Ad hæc sequitur confestim hæc sine inuidia lex. Decens est eos ciues laudibus exhornare qui cesserūt e uita corporis uel animi uiribus res arduas preclarasq; gesserint & legibus libenter paruerint. CLIN. Quid ni? ATHENIEN. Viuentes autem adhuc laudibus hymnisq; honorare tutum non est/priusquam uita functus quispiam finem uiuendi preclarum fecerit. Hæc omnia uiris mulieribusq; uirtute insignibus communia sint. Cantus autem & tripudia ita constituantur. Multa priscorum sunt circa musicam antiqua poemata & saltationis genera / de quibus decentia & commoda constitutæ ciuitati deligere / nulla inuidia est. Quorum electores/ non pauciores quam quinquaginta sint annos nati. hi quæ sufficienter dicta esse uideantur/eligāt. Quæ uero improbe dicta/oīno reiiciāt: & quæ minus sufficienter: poetis uiris musicisq; adhibitis corrigāt & absoluāt. Atq; uirtute ipsorū poetica/non uoluptatibus neq; cupiditatibus nisi i paucis quibusdam utātur. Ita ut legum latoris exposita uolūtate saltationem/cantūq; & oēm choreā/prudenter ad eam dirigant. Oīs profecto ordinata musa/q̃uis suauis musa nō adiungaƭ/longe melior est q̃ cum est sine ordine. Suauitas autem atq; iucunditas musis oībus est coīs. Nam in quacunq;

Lex a recēsendis poematis anteq̃ publicētur.

Qui mortui laudandi.

Viuentes nō laudandi.

a primis annis/ad etatem usq; matura uersatus aliquis fuerit/eam iucundam arbitratur. Quippe si in musa temperata atq; ordinata fuerit educatus/cõtrariam cum audit odit/illiberaleq; appellat. Sin uulgarē iucũdãq; semp andire cõsueuerit/huius cõtraria/frigidã & aspam eē ducit. Quapp ut mõ dicebã iucũditatis & molestiæ in utraq; pro cõsuetudine nr͞a par ratio est. sed emolumẽti & detrimẽti rõ impar. Nẽpe altera meliores altera deteriores facit utẽtes. CLI. Præclare. ATHE. Preterea cantus qui uiris cõueniãt/& qui fœminis forma quadã distinguere debemus. & cõcẽtibus numerisq; accõmodare. Absurdũ est enim cõcẽtui uniuerso uel numero dissonare: & his singulis nõ idonea reddere. horũ igiť formæ necessario legib⁹ statuẽdæ sunt & utrisq; cõueniẽter attribuẽdæ. Et quid uirũ qd ue mulierẽ deceat: ex ipsa utriusq; naturæ differentia/declarare. Porro qđ magnificũ est & ad fortitudinẽ tẽdit/uirile dicẽdũ. Venustũ aũt modestũq; magis/fœminis eẽ accõmodatius & disputatiõe asseuerãdũ/& legibus sanciẽdũ atq; ordo qdẽ hic sit. Deinceps declaremus quõ hæc & qbus tradẽda apiendaq; sint: & qñ agẽda. Queadmodũ uero nauiũ faber carinulas primũ ad nauis formã supponit/sic ego mihi facere uideor. Nã dũ uitæ conor figuras distinguere: s͞m aiorum naturas formulas quasdã quasi carinulas iacio: ut qua uia & rõne/huius uitæ nauẽ per hæc maria ducturi simus/recte conspiciatur. Humanę qdẽ res magno studio dignæ nõ sunt. Studere tñ necesse est: qđ infortunatũ dixerim. Postq̃ uero hic sumus si mõ quodã cõuenienti id fecerimus/satis forsan nobis erit factũ. Sed qd dicã/recte fortassis aliqs quæret. CLI. Recte admodũ. ATHEN. Oportere igiť aio quod studio dignũ est/studiose sectari nõ: digna uero nequaq̃: Ac deũ qdem oĩ beato studio dignũ: Hoĩem uero sicut ẽt supra diximus: dei ludo eẽ fictũ: atq; id uere ipsius optimũ esse. Ita igiť affectos hoĩes cõsequẽter/& mares & fœminas uersari in ludis q̃ pulcherrimis oportere/cõtra q̃ modo cogitãtes. CLI. Quo pacto? ATHE. Nunc certe studia ludorũ gratia sequẽda eẽ ducũt. Nã rẽ bellicã putãt studio dignã pacis gratia bñ disponẽdam eẽ. Cũ in bello nec ludus inesse soleat neq; disciplina rõne digna fuerit unq̃/nec sit mõ/neq; futura sit. Nos aũt eã disciplinã studio dignissimã arbitramur qua hoĩes instituti q̃ longissime atq; optime ĩ pace uitã agãt. Quæ aũt ludẽdi in uita recta sit rõ: & quales ludi in sacrificiis canẽdo saltãdoq; adhibendi sint/ut & dii nobis reddanť ꝓpitii/& hostes fundanť in pugna. & quas potissimũ res cantu & saltatione imitati hæc utraq; consequi ualeamus/qbusdã quasi formulis ꝑsignatũ est: & uiæ per quas eũdũ constratæ sunt. Qua sane in re credẽdũ est poetam bñ cecinisse. Cũ ait. Telemache/alia quidẽ tu mẽte uersabis. Alia tibi dæmon suggerit. Nõ enĩ te puto sine numine diuũ genitũ & nutritũ. Hoc ipm alũnos quoq; nr͞os cogitare oportet/& superiora qdem sufficiẽter dicta existimare/& siqua desunt dæmonẽ deũq; sperare sibi suggesturũ quibus. s. sacrificiis choreisq; & qñ & quæ numina ludendo placare debeãt/s͞m modũ naturæ uiuẽtes: cũ ipsi res quædã miræ sint ut plurimũ ueritatis parũ pticipes. ME. Genus hominũ hospes penitus paruifacis. ATHE. Nõ mireris se ignosce o Megille. Nã cũ ad deũ respexerim/cõmotusq; fuerim/hæc dixi. Genus ergo nostrum/si tibi sic placet/nõ uile/ sed aliquo dignũ studio sit. Post hæc gymnasiorum/doctrinarumq; publica ędificia tripartito in media urbe locata sunt. Foris quoq; equoq; gymnasia in suburbiis similiter tripartito. loca insuper ampla ordĩata/ubi iuuẽtus ad arcũ & telorum iactum istruať exerceaturq;. Quod si in supioribus nõ sufficiẽter de his est dcm̃/nunc & sermone dcm̃ sit & lege sancitum illorũq; oĩum pegrini magistri ꝑcio cõducẽdi: q illic hitantes: & ad rẽ militarẽ & ad musicã/uenieẽtes instituãt/ac nõ illo tm̃ quos parentes uoluerint oportet discere. quos uero noluerint disciplinas missas facere. sed ut diciť uiri oẽs quoad fieri põt/ & pueri: utpote qui ciuitatis magis sunt/q̃ genitorum/necessario discant. Eadẽ quoq; de fœminis q̃ & de masculis lex mea sanciet. eadẽ enim ab utrisq; uolumus exerceri. Neq; uerebor dicere/ equestrem disciplinã atq; gymnasticã/ita mulieribus ut uiris/honestã esse. Hoc enĩ ex ueteribus audiui fabulis/fidẽq; adhibeo. Nostris etiã tẽporibus/nõ ignoro esse circa pontum innumera mulierum milia: Sauromatidasq; uocari: quib⁹ nõ equorum mõ uerumetiã arcuum cæterorumq; armorum ęq̃ lis cura cum uiris & exercitatio sit instituta. Sed rationem quoq; ad hæc hanc habeo. Aio equidem si hæc ita fieri possunt/stultissimum hoc in nostris regionibus esse: ut nõ iisdem studiis mulieres ac uiri omni conatu consensuq; dent operam. Ferme enim ciuitas omnis hoc modo pro dupla/dimidia fit/ex eisdem laboribus atq; tributis. Qui sane legis latoris error est ingentissimus. CLI. Sic apparet. Verum multa nobis hospes præter rerum. p. cõsuetudinem dicta sunt. ATHE. Totam primo disputationem decet percurrere: deinde quod potissimum uidetur/eligere. CLI. Scite admodum modo dixisti: fecistiq; ut meipsum reprehẽdam: quod illa dixerim. Quare deinceps ut lubet dicas. ATHE. Hoc ipsum mihi placet Clinia quod modo dicebam. Nam si re ipsa nõ satis pateret fieri hæc posse/cõtra dici forsan nõ nihil posset. Nunc uero siqs legẽ hãc aspnať/aliud certe quærat oportet. Præceptum uero nostrum nõ cessabit asserere/qđ oporteat doctrinæ cæterorũq; q̃ maxĩe mulieres cum uiris pticipes fieri. Sic enĩ de his cõsiderare oportet. Dic. Age/si mulieres cum uiris in oĩ uita pticipes nõ sint/annõ necesse erit ipsis aliũ quẽdã ordinẽ assignare? CLI. Necesse. ATHE. Quẽ aliũ eorum q nũc sunt potius q̃ nostræ cõlonis ordinẽ assignabimus. Vtrũ sicut thraces mulieresq; aliæ

Homo ludus deorum.

Circa pontũ mulieres militares: q̃ sauromatides uocantur:

tæq; aliæ

tæq; aliæ gētes/agriculturā/bubulcorū pastorūq; officia & reliqua opa nihilo a seruorū ministeriis differentia mulieribus tribuemus? An quēadmodū nos/uiciniq; oēs nostri/recōditis in unā domū rebus ut dicit oibus fœminis penu custodiā:radios.lanficiū.& similia cōmittemus. Vel laconicum a Megille quasi mediū eligemus? ut uirgines qdē gymnasiis & musicæ uacent/mulieres aūt in ocio quidē lanificiū curēt/uitā tñ nō abiectā & tenuē/sed solertiorē quādā agāt. Quinetiā domestici cultus custodiēdi penu:educādorūq; liberorū mediā quādā curā suscipiāt. Nec bellis īterfint:ut si patriā liberosq; tueri necesse sit/nec sagittas emittere ut amazones/nec alia tela suscipe artificiose possint nec scuto hastaq; sumpta/imitari deā/ac pro pria obsessa generose resistere/ut si nihil aliud maius/terrorē saltē in acie uisæ hostibus ipsis incutiāt. Quippe si ita uixerint/sauromatas imitari nunq̄ audebūt:sed apud ipsas mulieres/mulieres illorum uidebūtur uiri. In his itaq; uestrarū legū latores/pbet qui uelit. Ego profecto aliter nunq̄ dicam. perfectum nāq; officium/nō mediū a legū latore regro/qui nō finat resolui delitiis mulieres/nec maribus solis attendat:ne pro felicitate ciuitatis duplici/simplicem solū afficiat. MEGIL. Quid hic agemus o Clinia? An patiemur ut spartā sic hospes inuadat? CLI. Certe. Nā cum dicēdi libertas sibi cōcessa sit/quousq; satis de legibus tractatum non fuerit/ interturbandus nō est. ME. Probe dicis. ATHE. Meum igit ē quæ sequunt/explanare. CLI. Proculdubio. ATHE. Quis igit uitæ modus erit qbus necessaria mediocriter sint pparata? Artes uero aliis relictæ. agricultura seruis cōmēdata/qui fructus/ex agris reddāt q satis sint hoibus modeste uiuentibus. quibus pterea cōuiuia publica sint instituta. Virorū quidē seorsum. & prime propinquorū filiarūq; una atq; matrū. hisq; cōuiuiis principes qdā & uiri & mulieres ppositi sint:q in eis obseruēt quotidie aiaduertātq; singula. deinde cetus ipsos dissoluāt. & postq̄ tam principes q̄ cæteri/diis ipsis/quibus dies illa uel nox dicata est libauerint/domū pficiscant. his igit hoibus sic institutis nullū ne erit reliquū op⁹ necessariū ipsisq; cōueniēs? sed dediti uentri/more pecorū uiuēt? At uero nec honestū id ducimus. Neq; possibile est ita uiuētem hoiem ī id tādē qđ sibi cōuenit nō incurrere. Cōuenit aūt desidi obesoq; per inertiā aiali/ut ab alio laboribus exercitato & quasi extenuato fortiq; raptū dilaniet. Hæc utiq; si sufficiēter exacteq; ut nō uidemur pergramus forte nūq̄ fierent:donec mulieres & liberi & domus & reliqua ppria cuiq; erūt. Si tñ quæ secūda ad ea sunt & nō tractant/assequamur/mediocriter certe fiet. Opus igit ita uiuētibus nō paruū neq; uile restare dicimus:sed maximū oium a iusta lege mādatū. Nā cum singuli uiuēdi modi a cæteris oibus operibus distrahāt/ut siqs pythia uel olympia uincere studeat is aliis rebus uacare nequeat. Duplici/imo uero multiplici adhuc cura/uita illius plena ē:qui recte animi corpisq; uirtuti uacat. Nihil enī exercitationis corporeæ/nihil doctrinarū animi morūq; pter alia negocia/negligēdū est. Ferme enim tota dies totaq; nox ista curāti ad sufficiētiā eorū pfectionēq; cōsequēdā non sufficit. Cū igit hæc ita se hēant/ordo totius tpis liberis hoibus:ab ortu solis ppetuus ad alterū solis ortū est hūdus. Ridiculus fortasse legis lator hēbit/si multa/freqūētiaq; & minima quæq; de familiari administratione narrauerit/cū in aliis tum ēt in nocturna uigilia/quā necesse est ut cōseruaturi ciuitatē exhibeāt. Nā siue lex siue officiū id appellādū sit quod nō pcipimus certe oibus turpe illud & illiberale uideri debet ut ciuiū aliqs per totā dormiat noctē:nec prim⁹ excitet & surgat ita ut hoc toti familiæ pateat. Quinetiā ut dña ab ancillis/nō ancillæ ab ipsa primū excitet/turpe dicendū apud seruos: ancillas/pueros. & domū deniq; si possibile sit/uniuersam. Nocte igit exsurgant:& magistratus publicū aliquid/patres uero matresq; familiæ in domibus ppriis rē suā curēt. Sōnus enim multus/nec corpibus nec aīs/neq; rebus gerēdis/natura cōducit. Nemo qdē dū dormit/alicuius pcii est:nō magis q̄ si nō uiueret. Quare qcūq; uiuere & sape cupit maxime/q̄ longissimo tpe uigilet/sola sanitatis commoditate seruata. Ad hāc uero nō multo opus est somno:si bene assueueris somnus magistratus pfecto:nocte in urbibus uigilātes malis hoibus tum hostibus tū ciuibus terrori sunt. Amādi honorandiq; iustis & tēperatis:sibi & ciuitati utiles uniuersæ. Sed nox quidē ita pacta ad ea quæ diximus fortitudinē quoq; in aīs ciuiū creat. Sole uero surgēte:pueri ad magistros pficiscantur. Qm̄ uero nec pecudes nec alia prsus ulla sine pastore uiuere debent nec pueri etiā siue pædagogis sint : neq; absq; dñis serui. Est aūt puer omni bestia ītractabilior. Nā cū prudentiæ fontē nōdum perfectum habeat insidiosissimus est acerrimusq; & petulantissimus oīum bestiarum. Ideo multis quasi frenis uincendus est. Et cum primum a matribus nutricibusq; seiungit:pædagogis eum ad puerilē lasciuiam regendam cōmendare oportet. deinde ut liberum quidē doctrinarū potissimum gratia pceptoribus:ut aūt seruum castiget quicunq; ex liberis forte:deprehēderit:puerum ipm & pædagogum & pceptorē:siqua in re delinquere eos cōspexerit. Si uero pñs qs iure nō castigauerit:maximo subiiciat obprobrio. Rem hanc ille qui de custodibus legum ad principatum puerorū electus fuerit cognoscat:siue ille qui eos dephēdit:nō castigauerit:cum oporteret siue nō more castigauerit: acute autem uideat hic oporteret diligentissimeq; educatiōem puerorum curet naturas eorū sm leges ad bonum ipsum dirigens semper & cōuertēs. Quomodo aūt hūc ipm nobis lex sufficienter erudiet? Non enim satis:nec apte adhuc dictum est:sed alia tacta:alia pretermissa. Oportet autem

De familiari admīstratiōe pauca.

De sōno multo & vigiliis.

Puer oī bestia intractabilior.

pro uiribus nihil relinquere/sed rõnẽ oẽm exponere/ut interpres hic aliis & educator sit. De choreæ qdẽ cantus & saltationis forma dictũ est: quæ eligẽda/corrigẽda/dedicãda sit. De scriptis autẽ oratione soluta nõdũ diximus: quæ nã horũ & quo ordine o optime pueritiæ cultor/alumnis tuis tradenda sint: q̃uis quæ in re bellica uiscẽda exercendaq; ipsis sunt/iã hẽas. Eteni qđ pcipiẽda sint quæ ad litteras ptinẽt primũ deinde quæ ad lyrã a legis latore dictũ est. Præterea quæ ad cõputationẽ numerorũ spectãt: qbus opus eẽ diximus: & oĩno quæcũq; ad bellũ ac rẽ familiarẽ publicãq;/cõducũt. Itẽ quæ ad diuiorũ astrorũ solis lunæq; circuitũ pquirẽdũ ut uniuersa ciuitas nõ ignoret/ordinẽ dierũ in mensem/mẽsiũq; in annum: atq; ita tẽpora/solẽnitates/sacrificia: ut decet disposita naturali quodã ductu/uiuã ciuitatẽ uigilãtẽq; reddant/& diis honorẽ tribuãt/& hoĩes ad hæc prudẽtiores afficiãt. Hæc tibi sic o amice a legis latore sufficiẽter distĩcta sũt: sed quæ sequũtur aĩaduerte. Nam de litteris nõdũ satis distinctũ fuisse diximus: qm̃ quatenus his uacãdũ sit/nõ est declaratum: Vtrũ uidelicet exacte eas cõprehẽdere debeant/qui mediocres futuri sunt ciues: an nihil omnino. Similiter quoq; de lyra. Ad litteras ergo decẽnes queri proficiscãtur: triẽnioq; insistãt. Et qui tres ac decẽ egerũt annos lyræ similiter tres annos incũbãt. Nec liceat aut patri plus uel minus in his liberos detinere. Aut liberis siue tedio affectis citra id tẽpus/siue desiderio cõpulsis ultra/ his rebus cõtempta lege uacare. Siquis nõ paruerit/honores qui disciplina præditis danſ/quos postea narrabimus: nõ consequaſ. Sed qd in his annis docere magistri/adolescẽtesq; discere debeãt/audi. Litteras donec legere scribereq; possint/perdiscant. Velociter aũt aut ppulchre faciãt/nec ne/nisi natura in hoc tpis spatio iuuerit/nõ ẽ curãdum. Monimẽta uero poetarũ in qbus lyra nõ utunſ / partim metrice scripta/partim sine metro: quæ qdẽ rhythmo harmoniaq; carẽtia fallacia scripta sunt nobis a nõnullis hmõi hoĩbus tradita/qua rõne usui dabitis o oĩum optimi custodes legũ? Legũ quoq; latorẽ/qualem istorũ usum uobis recte tradat dubitaturũ arbitror. CLI. Quid hospes tecũ ita dubitasti? ATHE. Recte tu Clinia: sed ad uos qui de legibus cõmuniter mecũ cõsideratis necesse est: ut & quæ certa & quæ dubia mihi uidenſ/apiam. CLI. Quid ergo de his modo dicis? qd te mouit. ATHE. Dicã eqdẽ. Profecto innumeris hoĩbus nõ ẽ facile cõtradicere. CLI. Nũquid parua & pauca de legibus iã dicta putas multis cõtraria? ATHE. Vere prsus id dicis. Iubere nãq; uideris/ut q̃uis multis hoc iter arduũ odiosumq; sit/peragã tñ cõfidenter perq; legũ semitã/pñtibus sermonib⁹ patefactã/nihilo ṗtermisso ꝑgrediar: cũ iter huiusmodi forsan nõ paucioribus/& si paucioribus/ nõ deterioribus placeat. CLI. Certe. ATHE. Nihil igiſ prætermittã. Dico eqdẽ/poetas multos hexametro carmine/multos trimetro/aliisq; generib⁹ metrorũ scripsisse: ac alios seria/alios iocosa fuisse cõplexos. Quæ cũcta multi facultatis hmõi ꝓfessores/asserũt recte educãdis iuuenibus ediscẽda ut ex uariorũ poetarũ pitia facundi reddanſ. Alii capita quædã ex oĩbus electa/& in idẽ conducta: memoriæ cõmẽdãda cõtendunt si mõ quis nostrũ ex multorũ pitia atq; notitia/ꝓbus uir & sapiens est futurus. Tu uero quid ab his recte dicaſ qd contra libere a me nunc explicari iubes? CLI. Quid ni? ATHE. Ego igiſ quid potissime de his oĩb⁹ uno uerbo sufficiẽter dicã? hoc equidẽ arbitror. qđ mihi ab oĩbus cõcedeſ. Multa a poetis probe/multa etiã cõtra esse dicta. Quod si ita se habet/multorum ediscendorum studiũ iuuenibus periculosum esse assero. CLI. Quomodo ergo & quid custodi legũ precipis? ATHE. Qua de re dicis? CLI. Quo nã sibi respiciẽdũ quasi ad exemplar quoddã ut alia perdiscẽda iuuenibus: alia ne attingẽda qdẽ/iubeat: ne dicere id graueris obsecro. ATHE. O bone uir Clinia/uideor quodãmodo fortunatus. CLI. Qua in re maxime? ATHE. Quod penitus exẽplo nõ careã. Nẽpe cum ea quæ ab aurora ad hãc horã nõ sine quadã deorũ inspiratione ut mihi uidemur/narrauimus/aĩaduerto/poesi quodãmodo similia mihi uidenſ. Nec mirum est/si ꝓprios sermones quasi simul oẽs collectos respiciens/sic afficior/ut admodum læter. Omniũ enim quæ aũt poetice aut soluta oratiõe dicta didici & audiui/moderatissima hæc mihi/instruẽdisq; iuuenibus idonea maxime uidenſ. Quãobrẽ qđ melius exẽplum legum custodi atq; doctori ꝓponam/non hẽo/q̃ ut magistros cogat pueris hæc exponere: & quæcunq; alia his similia/siue poetice seu soluta oratione scripta sint: siue simpliciter dicta quidem & huic disputationi consentanea: quæ nullo modo pretermittat oportet: sed operam det ut scribantur. ac primum preceptores ipsos compellat discere hæc atq; probare. & eos qui non probent repellat: his uero qui probant erudiendos instituendosq; adolescentes committat. Sed de litteris/earũq; magistris: iam satis. CLI. A proposito quidem hospes ut mihi uidetur/non aberrauimus: sed utrum recte totam rem an contra agamus forsan difficile dictu. ATH. Tunc demum Clinia id quoq; patebit: ut decens est/quando sicut sæpenumero diximus: legum tractatio finem accipiet. CLI. Recte. ATHE. Verum post litterarum magistrum nonne de citharista dicẽdum? CLI. Cur non? ATHE. Si superiorum memores erimus uerborũ/citharistis cõgruũ & docẽdi & educãdi quantũ ad sua spectat/ut reor/officium dabimus. CLI. De quibus dicis? ATHE. Oportere diximus dionysiacos cãtores sexaginta annos natos rhythmorum naturas harmoniarũq; constitutiones acute sentire: ut in cãtibus affectus animi imitãtibus/ꝓbi animi imitationes/ab imitationibus improbi secernere possint. & has qdẽ reiiciãt/illas in

medium

medijs deductas/adolescētū auribus cōcināt/trahātq; eorū aīos imitatione quadā pductos ad uirtutis ipsius possessionem. CLI. Vera loqueris. ATHE. Qua propter citharistam discipulūq; eius oportet lyræ uocibus uti/eius expressionis gratia: quæ ex canoris fidibus prouenit/& uocibus uoces cōsonas reddere. Diuersitatē uero uarietatēq; lyræ/cū alios fides modulos reddant/alios poeta cantus ipsius auctor/ut spissitudinē ꝓterea raritati/uelocitatē tarditati/ acumē grauitati/ & oino consonum simul & dissonū ꝓstent: rhythmorūq; uniuersa uarietas/lyræ uocibus accōmodet/afferre illis nō licet: qui triennio utilitatē musicæ sunt facile percepturi. Contraria enim cū se inuicē cōfundant/difficile discitur. Oportet aūt facile iuuenes discāt. Nā nec parua nec pauca sunt: quæ necessario illis perdiscēda mandamus. Hæc aūt oratio progrediēs cū tempore simul ostendet. Hæc de musica doctores ꝓcurent. Quæ uero uerba/cantusue chorearū magistri docere debeāt/ea nobis in superioribus distincta sunt: quæ dedicanda cōmode solēnitatibus diximꝰ ut una cū felici oblectamēto utilitatē quoq; ciuitatibus ꝓbeāt. CLI. Vere hæc etiā distinxisti. ATHE. Hæc itaq; uere distincta electus ad musam magistratus suscipiat: curetq; feliciter. Nos uero sicut musicæ docendi modum qui restabat/adiecimus/ita nunc saltationi & uniuersæ corpis gymnasticæ/cū idem reliquum sit/idem quoq; adijciamus. Pueros etenim puellasq; oportet tripudiū & gymnasticā discere Nōne? CLI. Sic oportet. ATHE. Saltandi igitur magistri pueris/ac puellis magistræ dentur: ut his apte exerceātur. CLI. Dent̄ prorsus. ATHE. Rursus uirū illū plurima negocia subiturū uocemꝰ/ pueritiæ curatorē: qui cum & musicæ & gymnasticæ curā hēat: nunq̄ ocio abundabit. CLI. At quo pacto tantā cū senior sit curā sufferre poterit? ATHE. Facile o amice. Lex enim ipsi concessit/cōcedetq;/ut ad eā curā quos uelit ciuiū & uirorū & mulierū accipiat socios. Ille aūt qui deligēdi sint cognoscet: uoletq; socios ꝓbos deligere. Cum magistratus ipsius magnitudinem prudēter & cognoscat & uereat̄, nec ignoret quod si pueritia recte educata sit: educeturq; oīs in uita recta sit nauigatio. Sin cōtra/quid cōtra sequat̄: nec dictu dignū est: neq; nos dicimus/pnitiosum in ciuitatē nouā omen fugiētes. Multa iā de saltatione deq; omni motu gymnastico/diximus. Gymnasia eni oēs ēt exercitationes bellicas appellamus: ut sagittandi: iaculandi: peltasticē quoq; & oēs armatorū dimicationes: acierū ordinationes: ductiones exercitus: castrorꝫ positiōes & quæcūq; ad equestrē ꝑtinēt disciplinā. Quorū oīum publicos oportet eē magistros a ciuitate cōductos, qui pueros & puellas: uiros & mulieres doceāt: ut oēs qui in ciuitate sunt hæc oīa sciāt, & puellæ qdē saltare pugnareq; cū armis cōsuescāt. Mulieres aūt castra mouere ordines struere/& arma sumere atq; deponere: si nullius rei alterius gratia/attū si res cogat ut in militiā uiri oēs ꝓficiscant̄/possint ipsæ interim si qd aduersi acciderit: ciuitatē defendere: uel si tanta hostium multitudo agros inuaserit ut necesse sit mulieres quoq; pro ciuitate arma capere/quorū nihil ē quod nō facile euenire possit. Magno certe rei ꝓuitio dandū est: ita graue mulieres educari/ut nec ueluti aues quidē pro filiolis cōtra feroces audeant bestias pugnare/motiq; potius uelint/cūctaq; subire picula: q̄ statim ad aras tēplaq; cōfugere/opinionēq; de genere hoīum dare/oīum ignauissimū aīalium esse. CLI. Per iouē hospes & dedecori hoc & detrimēto est ciuitati. ATHE. Legē igit̄ hanc sanciamus/ut rē bellicam mulieres nō negligant: sed ciues oēs tam mulieres q̄ uiros illi dent opam. CLI. Sāciamus. ATHE. De luctatione quidē partim nobis est dictū. Quod uero ut arbitror/maximū est/nō diximus, nec facile dictu est/ nisi quis uerborū declarationi corporis gestus adiungat. hoc ergo tunc iudicabimus/qn uerba rebus cōiuncta aptius aliqd etiā de cæteris significabit/& luctationē maxime oīum motuū prelio affinē eē, & oportet nō ꝓlio huius causa/sed huic gratia ꝓlii opam dare. CLI. Probe id quidē. ATHE. Sed de luctandi qdē facultate hactenus sit dictum. Cæteros uero corpis totius motus/ quorū plurimi saltationis noīe recte appellari ꝓnt/in duas spēs distribuimus. Nā alius qdem motus decentioribus gestibus corporis honestū dignūq; aliqd imitamur/alius contra indecentioribus/ad uile aliqd imitādo deducit. Et utriusq; rursus duæ sunt spēs. Honestus enī dignior q; motus alius est cū ī bello uiolētisq; laboribus egregio corpore fortiq; aīo implicamur: Alius dū aīus in rebus secūdis moderate lætat̄. Hūc siqs pacificū appellet motū/ſm naturam appellare uidebitur. Illum uero a pacifico diuersum pyrrhichē recte qsq; uocabit/qui imitat̄ flexus corporū/qbus tela plagasq; uitant̄/ dēclinādo/cōcedēdo/exiliēdo in altum/humiq; se cōtrahēdo. Contrarios itē gestus quibus uidelicet aduersus alios quicq̄ infert̄ sagittādo/iaculando/cædēdo. In his oībus arbitrari oportet/quādo intrepidꝰ & cōstās habitꝰ ī mēbrorū rectitudīe & fortitudine aī adhibet̄/recte fieri: qn uero cōtra/nō recte. Sed & paci cōuenientē saltationē hoc pacto ī singulis ꝯsideremꝰ/utrū recte nec ne ꝑ natura honestæ saltatiōis decēter qs in choreis optīa lege eruditorū uirorū uerset̄. Primū uero ābigua q̄ ī cōtrouersiā cadit saltatio a nō ābigua distiguēda ē, q̄ nā igit̄ hæc? & quo pacto utraq; distiguēda? Ambiguā arbitramur/q̄ bacchica/Bacchūq; sequētiū ē. Quas nymphas/panes/syllenos ac satyros uocāt: q̄ qdē ut aiūt uinolētos imitat̄/lustratiōes & sacra faciētes. Totū hoc saltatiōis genꝰ neq; qđ bello cōueniat neq; qđ paci/neq; qd sibi uelit facile determīari pōt. Rectissimū igit̄ mihi ur̄ id ita distiguere/ut seorsū a belli seorsū ēt a pacis saltatiōe id ponamꝰ. Negātesq; hoc eē ciuile/atq; iō reliquē

Quę mulieres oporteat arma & castra tractare discere.

tes/ad belli pacisq quæ sine cõtrouersia est/saltationẽ ad nos pertinentem iam reuertamur. Genus autem illud musæ/quo in pace & pspitatis opione utimur deos deorũq filios honorãtes/bipartito distinguit. Alterũ enim cũ picula laboresq euasimus & bona adepti sumus/ adhibet: qđ maiores continet uoluptates. Alterũ priorib⁹ bonis seruatis auctisq agi solet: in quo remissior ẽ uoluptas. In hmõi uero rebus/quisq ex maiori uoluptate cõcitatius/ex minore/remissius qsq mouet. Modestior etiã qlibet & ad fortitudinẽ exercitatior pacatius mouet. Ignau⁹ cõtra & ad tẽperãtiã minime exercitatus/maiores uehemẽtioresq mouendi pmutationes agit. Cõiter aũt seu cãtu siue aliter qs loquat: quieto id corpe facere neqt. Quapropter uerborũ imitatio corporis figuris expssa/ artem oẽm saltatricem pepit. Qua cõcine nõnulli alii incõcinne mouẽtur. cũq in aliis multis noib⁹ bñ & fm naturã positis laudanda antiqtas sit/in hoc quoq pbanda est/qđ saltationes cũctas moderato rũ hoium in rebus secũdis tẽperate gaudẽtiũ/recte admodũ musiceq & secũdũ rõnẽ cõcinnitates quisqs ille fuerit/noĩauit: duasq honestæ saltationis cõstituit spẽs. & belli quidẽ pyrrichẽ/pacis cõmode cõcinnãte uocauit. Hæc debet legis lator figuris qbusdã exponere. custos aũt quærere. & inuenta cũ alia musica cõiungere. atq in solẽnibus sacrificiis distributa/singula singulis dedicare. & ita ordinata stabilire ut nihil eorũ postea nec in cãtu aliter fiat. sed in eisdẽ uoluptatibus ciuitas eadem perseuerans ciuesq iidem similes semp pro uiribus permanẽtes/bñ beateq uiuant. Sed iã de honestis pulchrorũ corpum/generosorũq aiorũ choreis dirimus. Deformiũ uero corpoꝝ cogitationũq motus q ad risum & comediã/uerbis/cantu saltatione/oĩbusq hmõi imitationibus spectãt considerare & cognoscere necesse est. Nam seria sine ridiculis & oĩno sine cõtrariis cõtraria cognoscere quidem impossibile est: siqs prudens est futurus. Fieri aũt ambo minime pñt/si quo pacto uirtutis participes euasuri sumus. Sed hæc huius gratia cognoscẽda sunt: ne pter ignorãtiã ridiculũ aliquid agat aut dicat: cũ minime oporteat. Serui igit & pegrini pcio cõducti talia imitent. Studiũ uero ipsis nullũ adhibeat. Nec adeo liber sit ciuis/seu uir siue mulier qui discere ista cernat/sed noua semper de his appareat imitatio: atq ita ad risum spectantes ludi qui comædiæ uocabulo appellant/rõne ac lege dispositi sint. Tragædi uero poetæ qui res ut aiũt serias narrant: si nos sic interrogent/licet ne o amici in regionem ciuitatẽq uestram nobis uenire: poemataq nostra ad uos pferre? An aliter uobis de re tragica uisum est? quid ad hæc diuinis uiris recte nos rñdebimus? Nã mihi quidẽ ita uidet. Nos uero o uiri optimi tragædiæ q̃ pulcherrimæ & optimæ quoad fieri põt sumus poetæ. Nẽpe uniuersa res. p. nostra pulcherrimæ optimæq uitæ imitatio est: quã rẽ nos certe tragædiã uerissimã arbitramur poetæ ergo uos estis. poetæ quoq eiusdem poematis ipi sumus: & quasi emuli ad opus pulcherrimũ tragædiæ cõtẽdimus: qđ sola lex uera: ut speramus põt pficere. Verum nolite credere/facile a nobis admitti: ut scænas in foro cõstituatis/& clamosos conducatis histriones/qui altius q̃ nos exclament: atq ita ad liberos nostros/ad uxores/ad turbã urbis oẽm/ de eisdem rebus non eadẽ quæ nos sed contraria sæpe cõcionemini. Insaniremus enim & nos oĩno & ciuitas oĩs: si anteq̃ magistratus uiderint quæ composuistis & dicenda ad populum iudicauerint admitteremini. Nunc igit o uiri optimi mollium musarum aluñi. istos cantus uestros cum nostris apud principes cõparabimus: & si quæ dicũtur eadem aut meliora nostris esse uidebũtur/chorum uobis dabimus. Sin uero aliter o amici/nunq̃ dare poterim⁹. hæc ita de omni chorea eiusq doctrina legibus & moribus constituta sint: & seruorũ quidẽ seorsum a dominorũ officiis: si uobis quoq uidet. CLI. Videt certe. ATHE. Sed liberis tres adhuc restant doctrinæ. Vna cõputatio numerorum. altera longitudinis/latitudinis/profunditatisq mensura. Tertia circuitus astrorum notitia. Quæ omnia non exacte multi perdiscent/sed pauci: quos ad finem progressi significabimus: sic enĩ decet. Multitudini uero/quæ necessaria sunt/ rectissimeq dicunt/turpe ẽ nescire. Sed exqsite cũcta pergrere/nec facile est nec oĩno possibile. Quod ex ipsis necessariũ est/reiici nõ põt. Immo uero ad hoc ipm respexisse uidet/qui prouerbio primus ita de deo est locutus. Quod nec deus unq̃ cũ necessitate pugnabit: qđ eqdem de diuinis necessitatibus intelligẽdũ arbitror. Nã si hoc de humanis necessitatibus dicat: ad quas multi respiciẽtes tale quid aiũt/longe omnium stultissima erit oratio. CLI. Quæ nam igitur hospes non humanæ: sed diuinæ doctrinarum necessitates sunt? ATHE. Illas arbitror/quas qui non discit ullo modo nec experitur/nunquam hominibus deus fit/ nec dæmon/nec heros: ut curam hominum studiose habere possit: longe etiam aberit: ut homo diuinus fiat: si nec unum nec duo tria nec paria/omnino atq imparia potest cognoscere. si nec numerare nouit: nec dies & noctes dinumerare. nec solis ac lunæ cæterorumq astrorum lationes accepit. Quæ siquis necessaria neget homini pulcherrimarum doctrinarum quamlibet percepturo/ stultissime cogitabit. Sed qualia horum singula sint & quot & quando discenda: & quid cum alio/& quid sine aliis solum: & quæ sit uniuersa istorum mixtura/recte ante omnia est discendum. deinde his doctrinis ducibus ad alias gradiendum. Sic enim natura necessitas ipsa obtinuit: qua cum deorũ nullum dicimus aut pugnare nunc aut unquam pugnaturũ. CLI. Recte hospes ac fm naturam que dicis ita dici uident. ATHE. Sic se res habet o Clinia. Sed difficile est de his hoc ordine propositis leges

Quę necessaria sunt: turpe ẽ nescire.

Nũq dii cum necessitate pugnabunt.

tis leges ferre. Quare in aliud tẽpus si uidet dilata diligẽtius hæc legibus sanciemus. CLI. Videris hospes nostrã de his rebus impitiã formidare. Neq; id iniuria. Verũtñ exponere coneris: nihil hac de causa ueritus. ATHE. Formido eqdẽ qd dicis: sed multo magis eos phorresco: qui hac doctrinas gustarũt qdẽ: sed male gustarũt. Nõ enim graue admodũ qddã est & durũ rerũ oĩum impitia. Nec summũ malũ: sed multo pernitiosius ẽ male cõparata multarũ rerum pitia atq; notitia. CLI. Vera loqueris. ATHE. Oportet igit liberos hoies ea discere: quæ una cũ litteratura/magna puerorũ turba in Egypto pdiscit. Primũ enim cõputationis doctrina fit propter pueros excogitata cũ ludo & uoluptate pcipitur. Pomorũ coronarũq; pluribus paucioribusue distributio fit/iisdẽ cõpetentibus numeris. Pugilum quoq; & luctatorũ/cõsẽssus & cõsorotii alternus: & cõsequens ordo ut fieri solet/digerit. Fialas aũt aureas/ęneas & argẽtes/similesq; alias ludẽdo ĩmiscẽtes uel totas aiter alteri tradẽtes necessarios ut dixi ludis numeros aptãt/atq; ita utilitatẽ prebẽt discẽtibus/ad exercitus ducẽdos: castrorũ ordines: ad rẽ. p. disponẽdã: & ad reliqua oĩa uigilãtioresq; ipsos reddũt. Deinde cũ natura ignoratio turpis atq; ridẽda de mẽsura lõgitudinis & pfunditatis oẽs hoĩes teneat/ hac eos pcul abducũt. CLI. Quã igit & qualẽ ignorantiam dicis? ATHE. O amice Clinia/ego etiã cum aliqñ audiuissem/sero tandẽ hanc nostrã ignorãtiã miratus sum. Nec hoĩum/sed suum pecorũq; cõsiderãti mihi uisa est. Ideoq; nõ mea solũmodo/uerũ etiã græcorũ oĩum cã uehementer erubui. CLI. Dic planius hospes/quid hoc est? ATHE. dicã eqdẽ. Immo uero interrogãdo apiã. Responde quæso. Longitudinem nosti. CLI. Quid ni. ATHE. Quid latitudinẽ. CLI. Certe. ATHE. An quod hæc duo sunt. & pfunditas tertiũ. CLI. Et hoc. ATHE. Vident tibi hæc oĩa inuicẽ posse cõmẽsurari. CLI. Sane. ATHE. Lõgitudinẽ inq̃ ad longitudinẽ & latitudinẽ ad latitudinẽ: & pfunditatẽ similiter cõmẽsurari posse natura. CLI. Vehemẽter qdẽ. ATHE. Quod si aliqua neq; uehementer neq; remisse id pñt: sed alia pñt qdẽ/alia minime: tu aũt putas oĩa posse/quo modo ad hæc es affectus. CLI. Male. ATHE. Quid rursus/longitudinẽ latitudinẽq; ad pfunditatẽ/uel latitudinẽ longitudinẽq; inuicẽ. nõne græci oẽs opinãtur quodãmõ posse cõmensurari. CLI. Oĩno. ATHE. Quod si nullo pacto pñt: oẽs aũt græci/ut dicebã/posse existimãt: nõne pars est nos oĩum causa rubore cõmotos ad eos dicere: hoc unũ de illis est o græcorũ optimi/quæ ignorare quidẽ turpe esse dicebamus. Nosse aũt necessaria/nõ admodũ pclarũ. CLI. Cur nõ. ATHE. Preterea alia quædam sunt his affinia: in quibus similiter erramus. CLI. Quæ nam? ATHEN. Qua natura factũ sit: ut alia inuicem cõmẽsurari possint qdem/alia uero nõ possint. hæc sane cognoscere necessariũ est/uel oĩno inutilẽ ẽẽ illũ qui ignorat. In his ergo: animi causa: trahere morã oportet. Senilis enim hic ludus multo iocũdior erit q̃ talorum & tesserarum: liberoq; homine dignior. CLI. Quid ni? Multũ enim tesseræ hæq; doctrine inter se distare uident. ATHE. Hæc ipse o Clinia discenda iunioribus censeo. Nam nec noxia neq; difficilia sunt. & ludendo percepta/pderũt ciuitati. oberũt aũt nunq̃. Attendendum est aũt/siquis aliter dicat. CLI. Quid ni. ATHE. Si hæc ita hẽre se uidebunt/pbabimus utiq;. Sin aliter/reprobabimus. CLI. Ita certe. Nõne igit hospes hæ nobis tanq̃ necessariæ doctrinæ modo sanciẽdæ sunt? ne inanis nobis fit legũ tractatio? ATHE. Sanciant qdẽ: sed ea cõditione ut solui a reliquo disciplinæ ciuilis ordine possint si forte nullo modo uel ponentibus nobis uel uobis/quibus posita fuerint pbabunt. CLI. Iusta hæc est positio. ATHE. Sed aduertam⁹ nũc/utrũ stellarum nobis doctrina placeat. CLI. Dic mõ. ATHE. Mirũ qd ĩ his accidit: qd tolerari minime põt. CLI. Quid illud? ATHE. Maximum deum/totũq; mũdum dicimus inquirẽdũ nõ esse/nec rerum causas multo studio indagãdas. nec pium id ducimus. Cum tñ cõtrariũ uideat recte fieri posse. CLI. Quo pacto dicis? ATHE. Nempe hæc/aliena quidẽ a senioribus doctrina uidebit: sed cũ probam/ueram/ciuitatiq; utilem ac deo ipsi amicam putem/silere non possum. CLI. Consentanea loqueris. Sed nunquid circa stellas doctrinam talem reperiemus? ATHE. Mentimur nunc o boni uiri de magnis diis/sole dico ac luna ut breuiter dicam/greci oẽs. CLI. Qua rõne mẽtimur? ATH. Solem ac lunam nunq̃ inter idem facere opinamut: & alias quasdam cum his stellas errare dicim⁹ quas planetas uocamus. CLI. Per iouem hospes uerum ẽ quod dicis. Sæpe nãq; ipse oculis uidi luciferum & hesperum & alias quasdam nunq̃ eundem facere cursum: sed omnino errare. Solẽ autẽ ac lunam errare semper omnes cognouim⁹. ATHE. Hec o Megille & Clinia sunt quæ iunioribus ciuibusq; nostris de diis cælestibus usq; adeo discenda cẽseo: ut in eos pfanum nihil loquãtur: sed sacrificando pieq; uouendo laudibus semper honorent. CLI. Rectum quidem hoc: si modo possibile primum est: quod dicis perdiscere. deinde etiam si minus recte de his nunc loquimur: postq̃ uero didicerimus recte loquemur: si inq̃ ita est/ego quoq; talem doctrinam eatenus discendam ẽẽ cõcedo. Hæc igit ita se hẽre: conare tu qdẽ diligẽter exponere nos uero audiemus atq; discemus. ATHE. Non est facile quod dico percipe: nec rursus oĩno difficile: nec longo ut discutiat: indiget tpe. Cuius signũ est: & qd ipse nec nup nec iam olim audiui/& nũc ĩ breui tpe significare uobis possum. Quæ tñ si difficilia penitus ẽẽnt/nec ego declarare/nec uos pecipe in hac ętate possetis. CLI. Vera dicis: sed quæ nã hæc ẽ doctrina: quã mirabilẽ ẽẽ dicis & iuniorib⁹ necessariã/nobisq; ignotã?

Qur alia cõmensurabilia alia incõmẽsurabilia.

Qur cõparandæ sint mathematicæ sciæ.

Sol & luna magni dii.

Quod Platae p ŏ errāt: neq; quod uelocissimū id tardissimum.

Conare apertissime istud ostēdere. ATHE. Conabor eqdē. Nō ē o uiri optimi uera hæc de sole & luna cæterisq; stellis opinio/qđ unq̄ perrent. Sed cōtra se res habet. Vnū enī quoduis illorū iter nō multa circulo peragit: q̄uis uideat permulta ferri. Quod uero in eis uelocissimū est/nō recte tardissimū/& cōtra cōtrariū iudicam?. Peccateq; ita opinātes patet. Nā si in olympico ludo/cursu certātes spectaremus/& uelocissimū tardissime/tardissimū uelocissime currere p̄dicarem?: laudibusq; uicisse uictū caneremus/nō placerēt ut arbitor/laudes nostræ cursoribus. Nūc uero cū de diis similiter peccemus/nōne ridiculi sumus/ similiterq; aberramus a recto. CLI. Ridiculi qdē nullo pacto neq; rñ accepti deo/dū falsa de ipsis canimus. CLI. Si hæc ita se hñt/uera dicis. ATHE. Atq; si ita habere se ostēderimus/discēda usq; adeo hæc oīa. Sin minime/dimittēda: nobisq; ita de his cōcessum sit. CLI. Prorsus. ATHE. Sed instituta iā de doctrinarū disciplina finē hēant. De uenatu aūt similiter iudicādū: ac de hmōi oībus. Videt enim legū latoris officiū nō solū hoc eē ut leges cōscribat: sed etiā ut medio utaē illo qđ inter admonitionē est & leges: quo & nos sæpius usi sumus: p̄sertim cū de educatione infantiū loqueremur. Nā in hac re multa esse diximus/quæ nō ita dici pñt/ ut leges de ipsis ponanē. Idq; tētare demētis eē. Ita uero cōscriptis legibus & re. pu. cōstituta nō ē p̄stantis uirtute ciuis perfecta laus/qua dicit eū bonū eē ciuē/qui legibus q̄ optime ministrauit: & q̄ maxime paruit: sed p̄fectior illa est: eū eē talē: qui legū latoris/leges ferētis: & laudātis uitupantisq; scriptis oino per totā uitā paruit. hæc ciuis p̄cipua laus est. Nēpe oportet ut legis cōditor leges nō solum cōscribat/sed ēt declarationē quādam his adiūgat: qua quæ honesta turpiaue sibi uident/significet. Ciuē quoq; summū oportet nō minus hæc/q̄ quæ mulcta īposita a legibus mādata fuerint/obseruare. Ad hoc uero rē/qua de agit/quasi testē adducimus. Magis enī quod uolumus/apit. Venatus enī res latior est/nomine uno cōprehēsa. Alius aquaticorū. alius uolatiliū. alius pedestriū: nec ferarū solū/uerūetiā hoīum/horūq; nō bellicus tm̄modo uerūetiā q per amicitiā. & alius qdē laudē alius uitupationē hēt. Rapinæ quoq; latronū/castrorūq; uenatus sunt. Quāobrē qui de uenatu leges est cōditurus/nec ista p̄terire pōt. neq; singulis ordine certo atq; mulcta/minaces leges imponere. Quid ergo de his faciēdū est? Oportet ut legis lator quæ ī uenatiōe laudāda sunt/laudet: quæ cōtra/uituperet/ad iuuētutis exercitationē. Iuuenes aūt cū audiuerint/ita parere debēt/ut nec labore nec uoluptate reuocati aliter faciant q̄ legis lator cōsuluit. Immo uero magis honorēt quæ cum laude dicta & exhortādo p̄posita sunt q̄ quæ minaci & uīdice lege firmata. His ita p̄positis cōgrua deinceps laus & uitupatio uenatiōis cōscribi pōt: ut quæ meliores aīos iuuenū facit/laudet: quæ cōtra uitupet. Dicamus igit deinceps ad eos sic/p̄cibus interpositis. Vtinā uos o charissimi nunq̄ marinæ uenatiōis hamiq; cupiditas cupiat. nec oīno aquaticorū aīaliū die siue ēt nocte p ociosam uenationē segena capiendorum nec pyratice amor/per maria uenatores hoīum iniquos atq; atroces uos faciat. Furti uero latrociniiq; cupiditas in urbe uel regione cōmittēdi nec in mētem qdem ueniat uestrā. Nec uolatiliū iucūda uenatio seruilis magis q̄ libera. Pedestrium ergo uenatio uobis sola relinquit. sed nec dormiētiū quæ uicibus qbusdā interpositis fit nocturnaq; uocat & occiosorum hoīum est/laude digna habet. neq; ēt quæ in laboris remissione fit: & retibus laqueisq; nō cōstantis animi uiribus ferarū domat atrocitatē. Sola ergo quadrupedū uenatio ille restat oībus optima: q̄ eqs/canibus/corpis uiribus agit. Nā qbuscūq; diuina curæ est fortitudo/ii quadrupedes oēs/cursu uulneribus/telisq; manu p̄pria uenādo uincere debēt. Sed laus uitupatioq; uenādi ita distincta sit. Lex aūt ista. Sacros qdē hos uenatores ubicūq; uenari uelint/nemo p̄hibeat. Venatorem nocturnū retibus & canibus suis fidētē nemo uspiā sinat uenari. Anceps per incultos agros mōtesq; uagari p mittat. A cultis locis/sacrisq; incultis a quocūq; pellat. Piscator nec in portibus/nec sacris fluuiis: paludibus/stagnisq; uenetur: in aliis liceat/dummodo succorum non utatur permistione. Sed iam institutiones de disciplina finem habeant. CLI. Præclare loqueris.

De uenatione.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN DIALO. VIII. DE LEGIBVS.

q

Væ modo de p̄cipuo singularīq; unius dei cultu ex multis Platonis nostri testimoniis asseruimus/possumus preterea per Phædrum/Gorgiā/politicum Critiam: quartū legum absq; controuersia confirmare. In his enim uniuersam deorum/ut ita dixerim/synagogam/unico subdit regi prout uult singulis imperanti: aliaq; aliis officia iuste dispertienti: & humana per illos ordine dispēsanti: non quasi absente hinc illo sed ut apparet in quarto legum potius ita uolēte. Iubet itaq; Plato primū qdem deū p̄pter se adorari. Sequētes uero qui participes eius dii quoq; dicuntur amari tanq̄ illi similiores. Honorari etiā ut uicarios immo & aduocari quasi conciliatores. Audiri etiam ut diuinæ mentis īterpretes. Exaudiri denique ceu maiestatis diuinæ p̄cones. Iubet & tēpla condi in urbe: & urbem ipsam quasi ēdem sacrā in partes distribuit duodecim. Quemadmodum & deus templum sibi ipse construxit/mundum/duodecim sperarū choris hornatū. Sacerdotibus quoq; munitū. i. spiritibus p̄ditis rōne/deum ubiq; laudantibus.

dantibus. Diuinū uero id templū Plato pro uiribus imitās & multos in suis templis admittit deos queadmodū deus ipse multos admittit in suo: & uaria disponit simulachra: sicut & deus stellas locauit in cœlo: quasi suorum statuas angelorum. Praeterea inter multas multorum aras altare primū consecrat primo/queadmodum stellas iter peculiarē sibi statuam deus elegit Solē/ut in re publica Plato inquit/de quo forte dictum uideri possit. In Sole posuit tabernaculū suū. De sacrificiis aūt statuisq diligentius alibi pertractabit: uerum ut in pñtia summatim dicam primū deum/utpote materiae aut similis naturę nihil hñtem/unica uult mente coli. Sequentibus uero numinibus hostias & sacrificia qua rōne lex patria iubet adhiberi pmittit. Hinc theologi gētium in numinū cœlestium igneorūq sacris: figuras & lumina multaq ad uisum spectantia inserebāt. In sacris aūt aereorum musicos quoq concentus/& odores uaporesq addebant. An in sacrificiis aqueorum atq terrestriū/iis insup quae ad gustū & soliditatem attinēt utebant. Quaobrē nemini mirū uideri debet Platonem pfitm adeo grauem leges suas oēs qdē/pcipue uero sacras/nō nisi consultis oraculis promulgare/principio uidebatur tpibus indulgendum. Necessariū qdem erat humana diuino quodā cōsilio & auctoritate firmare. Impossibile uero ea tempestate eos hoies ita natos ita educatos rōne ulla a consuetis alienissima in diuina reuerentia cōseruare. Deinde Plato prudentissimus iudicabat: & si possent ipuri spiritus hoies per oracula fallere sępe tñ abstractas ob diuinam reuerentiā a corpore mētes quasi iam puras a puris subito numinibus corripi. Et quemadmodum ligna quae casu exsiccauit uentus/saepe mox natura ignis accendit/similiter posse aios ex religioso quodam ritu quis apud sapiētes minus pbato perfunctos occultis modis meliori numine corripit: ut qui nescientes quo in mentē ipsam seorsum a sensibus ascenderunt/exalto iam feliciter accendant. Neq tam attendendū Plato uult/quo ritu colas diuina/q cuius gratia colas. Si. n. id summi oīum regis gratia aeternorūq bonorum desiderio feceris/pbabile ē undecūq & quocūq cœpis te quoq per eiusmodi uenerationē ad summū ppius accedētē/uel imenso illius lumine circūfundi/uel exuberāti saltē bonitate seruari. Quapp eiusmodi Plato fiducia fretus de sanciendis legibus sacrificiisq oracula consulit: pcipitq quotidie aliquē ex magistratibus sacra publice facere: pro salute patriae primū/deinde pro sua atq suorum. Et certo quodā ordine post iuuenilis aetatis rudimenta in septimo tradita/mox in octauo ad sacra descendit: utpote qui intelligi uult hoies ob idipsum recte a primis anni istitui: ut rite interesse sacris & uelint pariter atq possint. Siquis aūt uel cauillator uel meticulosus tot diis demonibusq in ciuitate platonica interesse formidat: huic pariter adire licet urbē pipateticā/nō demonū deorūq tñ: sed dei ēt uacuam. Sed pfecto opepcium est supstitioso supercilio stomachoq posito ex oībus eligere potiora: pietatēq pbare platonicā: neq exigere christianū fuisse illū: quē solū tpis interuallū prohibuit esse xpianum. Prima qdē sacra sunt duodecim: in mensiū Kalendis. Secūda quoq duodecim ī mediis mensibus. Tertia sunt tercētum & sexaginta & quinq. s. quotidiana. Fiunt autē pcipua diis cœlestibus/terrestribus uero media. s. diis sub luna regentibus. Oēs enim sub cœlo terrestres appellat. Inferiora daemonibus. Infima heroibus. Oportere uero putat sacra his oībus duodecim distingui generibus. Siqdem sm sparum signorūq duodenariū ēt ī qualibet spa daemones/heroesq duodenario distinguant: Cōmemorationē uero solēnitatū/earūq distinctionē quotannis declarari populo iubent mēse ultimo. quē more cōi accipimus februariū. Praecipue uero platonico more mensem ante aestiuum solstitiū. Vltimū mensem merito Plutoni dicāt. Est. n. Pluto puidentia proprie & separans aīas & iudicās separatas. Ingt aūt cōiunctionē aīae cū corpore nō esse meliorē separatione. Intellige de corpe caduco/& quatenus caducū est. Nō de cœlesti: uel cœlo simili: quali corpori cōiungi pstat. huic aūt quatenus caducū est: nō pstat. Ac si opepcium eē dicat huic quoq coniungi: nō pp hoc ipsum pprie/sed alterius finis gratia id dicēdū. De his aūt in theologia diffusius. Sed nunqd demonibus ēt impurioribus platonici litāt? Nōnulli his insup/partim quia naturalibus psint officiis/partim uero ne inuidia noceāt. Plato uero id nequaq cōcesserit. Quippe cū purgandae mētis gratia primiq dei ueneratione dūtaxat sacra iubeat facere. Affirmat aūt ciuitatem legibus cōsilio diuino utentē fore felicē. Addit ad felicē tū ciuis tū ciuitatis uitā id maxime ptinere: ut nec aliis iniutiā iferat: neq afficiat iniuria. Vtrūq uero uirtute consequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniuriis/statuit sacrificia/in qbus & diuinū auxiliū ipetret/& ludi qdam solēnes festiuiq frequentent bellicas pugnas q maxime imitantes. Quibus exerceri uult ad pugnam tā fœminas q mares: & in singulis qdē tam sinistrā manū q dextram: ut & cintas ex utroq sexu aeque utili itegra sit: & quilibet ex utraq manu pariter utili/sit itegerrimus. Inter haec notabis q detestet auaritiā ob id maxie ciuitati noxiam/quod pprijs uilibusq lucris occupatos aīos a publicae salutis cura detorqueat. Notabis iterū quāta cautione musicā choreas/pœsimq ī sacris bellicisq ludis admittat. Deinde solū illud iperiū legitimū eē pariter atq tutum: i quo uolēs uolētibus iperat. At qm in iuuenilīū ludorū cetibus saepe amores icidūt/& ii qdē turpissimi/iccirco his diligentissime praecipit occurrendum: q uis expte iam occurrerint/ubi aurum & argentū ciuibus substulit/& i laboribus assiduis educauit & oculis iudicū mores ubiq circūspicientiū subiecit assidue oēs/maxime iuuentutē. Quae qdē tria

esse remedia censet aduersus lasciuiæ & petulantiæ morbū admodū salutaria. Occurrit & quarto quodā pstiti remedio: ut uidelicet ab auditoribus legum magistratibusq; fama quotidie diuulgef: p quam cuncti cōi cōsensu cōsuescant existimare/cōcubitus cōtra naturā/nō minus turpes esse nec minori apud deū odio haberi/q̄ cōcubitū inter filios & parentes. Putat uero Plato cōis famę cōsensum mirā ad mres habere potētia. In his audies feliciter eū uiuere/qui supat uoluptaté: infeliciter qui supaf. Audies & pceptū ad abstinentiā maxime salutare a Paulo apostolo summope cōprobatum ut si athlethæ corporeæ uictoriæ studio uoluptatibus abstinēt/ multo magis oēs gratia uictoriæ ad aīum ptinētis debeāt filr abstinere. Præterea geminā eē beneuolētiā. alterā qdē moꝝ silitudine/alterā uero ex quadā indigentia pcreatā. Et utrāq; cū sit uehemētior/amorem cognominari. Amorē quoq; quātū ad ppositū spectat triplicē. Aut.n.pulchritudinē animi/aut corporis tm̄/aut utriusq; simul amari. In his cōsidera q̄ acute in legibus ferendis īcedat. ut qui nōnunq̄ in dialogis honesto formæ corporeæ amatori nō nihil īdulserit/hic tñ nihil īdulgeat. Nēpe corpis solius amorem euidenter exterminat. Vtriusq; uero cōiuncti q̄uis moderatū in legibus nō audet admittere. Solū deniq; erga aīum solū manifeste approbare uidef. Tum uero hoīes deprauatæ naturæ sui dominos esse negat:nec iniuria. Quisqs.n.a rōne discedēs/rōnalem hoīs dimittit naturā/nimirū & libertatem quę rōnis munus est/simul amittit:neq; tñ amittit culpā dū quasi delinquit īpulsus:qppe cū ipsemet cām necessitati eiusmodi dederit. hoīes aūt his cōtrarios.i. ītegre naturæ appellat eos: q deum colūt. Et īter humana maxime oīum timēt īfamiā: nec corpis ullius.s. uel sui uel alieni/sed animi moruq; pulchritudinē diligūt. Quod aūt in supioribus dixit/officium eē dei/eiusmodi delictis obsistere/si ab eo hæc ordinari possent/sic accipe/ut dei naturarū ordinatoris ppriū sit:quæ ab ordine naturæ collapsa sunt/in ordinē restituere:psertim cum multoꝝ opinio sit aīam in eiusmodi scelera/nō tā sensibus q̄ demonibus qbusdā instigātibus uel ab initio corruisse. Vbi uero ait/si ordinari a deo possent/nō de diuina potētia:sed humana diffidit/pōt qdē deus quantū in ipso est ordinare:sed non tā facile ordinari homo pōt. Posset & deus cogere/si modo uellet necessario trahere/ quē uult modo quodam libero ducere. Mox ēt de cōuiuiis quæ īter solēnia sacra ludosq; celebranf/ mentionē facit. Itē ex cōuiuiis de uictu legibusq; ad hūc ptinentibus. Oportune uero post educationem animi/legesq; ad hāc attinētes/ad corporis nutrimentū legesq; eiusmodi iā descēdit. Tum de agris/terminis/aqs/fructibus pecorib⁹ atq; pascuis similibusq; leges tradit. Vbi uero de terminis loquēs puaricatorē terminoꝝ puniri dicit ab Ioue cōtribui atq; hospitali/Iouē unū intellige contribulis pariter & hospitis curatorē. Et qm̄ statutos lege terminos pterire/& alienū sibi dominiū usurpare/supbiæ pprium est:iccirco dicit Iouē ad hāc iniuriam ulciscēdā excitari/atq; īsurgere cū pliis inimicissimis/quasi dicat deū cōtra supbos nō tam ut iudicē q̄ ut hostē ultorēq; insurgere. Post uero multas cōstitutiones inquit ad seniorē plim nō ptinere/minimas quasq; leges accurate describere:psertim quę ad lites rerūq; cōtrouersias ptinēt. Sed de rebus qdē externis paucas quasdā cōesq; leges adducere quas in minima quæq; iuris deriuent interpretes:de moribus aūt & animi disciplina ad unguē diligētissime ptractare. ac dū de uariis opificibus uerba facit/tria de his pcepta tradit admodū memorāda. Primū qdē nullū ciuē.i.publicis aliqū muneribus pfunctutū/ullo debere opificio occupari:neq; ēt eius seruum. Quippe cū ars rei.p.gubernandæ longa exercitatione multisq; doctrinis indigēs integrū sibi hoīem uēdicet. Secundū uero/neminē artes duas uel studia exercere uel debere uel posse. Tertiū deniq;/artificē nō decere alterius artis opifici psidere. Vetat prudēter & exportare ciuibus necessaria/& īportare supflua/& in primis cauponari/psertim quæstus gratia. Tū urbis ptes uicosq; ac tēpla & foros duodecim digerit forisq; tā sobrias q diligētes leges īponit.

DIALOGVS OCTAVVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

Equif deinceps ut leges de solēnitatibus p delphica oracula sanciamus/quæ sacra qbusq; diis sacrificare feliciter ciuitas debeat. At qñ/& quot numero sacra facere oporteat/forte nostrū est nō nihil lege sancire. CLI. Fortasse numerū. ATHE. De numero igif primo dicamus. Quē ego trecētoꝝ & sexagintaquinq; eē oportere cēseo:ut un⁹ aliqs semp ex magistratibus/deoꝝ alicui/aut dæmonū/pro ciuitate/pro seipsis/pro rebus suis sacrificet. Interpretes uero & sacerdotes tā uiri q̄ mulieres/uatesq; una cū legū custodibus cōgregati ea ordinēt quæ ī his legū lator necessario deliquerit. Nā derelictoꝝ cognitores/istos eē oportet. Lex ergo uidebit/ut duodecim solēnitates diis duodecim/qbus singulæ tribus cognominanf/ciues pagāt:diisq; ipsis sacra p singulos mēses facianti:choros ptérea ludosq; musicos & certamina gymnica/put diis singulis & tpibus cōuenit. Erūt aūt solēnitates distinctę/ut cōstet/quas sine ultris/& quas nō agi oporteat. Terrestriū quoq; cœlestiūq; deoꝝ/cæteroruq; q hos sequunf solēnitates miscēdæ nō sunt/sed separādę in duodecimo mense:q Plutoni dicatus ē/ut legitime celebrētur. Non.n.abiiciēdus bellicosis hoībus is deus ē/sed colēdus/tanq̄ generi hoīum semp optimus.

Nam

Nam aīæ corporiſq; cōiūctio/nullo modo melior eſt q̄ ſolutio/ut ego ſerio loquēs affirmo. Præte-
rea qcūq; ſufficienter hæc diſtincturi ſunt illud cogitare oīno debēt/noſtram hāc ciuitatē talē eſſe/
qualis mō & ocio tpis & neceſſarioꝝ copia & libertate repiri non poſſit. Verū oportet ipſam ꝑinde
atq; hoiem unū bn̄ uiuere. Feliciter aūt uiuētibus hoc neceſſario ineſſe ī primis oportet/ ut nec ipſi
aliis/nec alii ipſis iniuriā inferāt. Quoꝝ alterū nō eſt admodū difficile. Alterū uero ut nulla poſſis
iniuria lædi:difficillimū:nec ꝑfecte id qſq̄ aliter aſſeq pōt/q̄ ut ꝑfecte bonus efficiat̃. Idē eſt & in ci-
uitate:nā ſi bona erit in pace uitam ager:ſinaūt praua/& inteſtinis ſeditionibus & externis bellis aſſi
due īfeſtabit̃. Cum hæc ita ferme ſe hēant:non belli tp̄s expectandū: ſed in ipſa pace ciues ad rem
bellicā exercēdi. Ergo ciuitas niſi mente capta ſit/ſingulis mēſibus bellicas uires expiet̃/non minus
uno die:ſed pluribus ēt/ꝓut magiſtratibus ipſis uidebit̃:uiri ſimul & mulieres & pueri: nec hieme/
nec æſtu uitato:ut parati ſint oēs/qñcunq; uniuerſum quodāmodo educere populū magiſtratibus
uiſum fuerit:ad idq; ludi ēt cōuenīētes una cū ſacrificiis excogitādi: ut pugnæ quædā ſolēnes feſti-
ueq; fiāt bellicas pugnas q̄maxime imitātes. Et uictoribus ꝓmia laudes uictis cōtra uituperationes
fiāt/ꝓut ſinguli/& in certaminibus & in oī uita ſe geſſerūt. Sic optimus qſq; laudibus efferat̃: & uitu
peratione cōtrarius deprimat̃. Nec oēs haꝝ reꝝ poetę ſint:ſed primū/q nō pauciores q̄ qnquagin
ta ānos natus ſit. Deinde q nō ſolū poeticā muſam ſufficiēter poſſideāt/ uerū ēt ꝓclarū & inſigne alī
qd fecerint. Eoꝝ ergo q boni uiri/honoreq; digni ſunt in ciuitate:& res ꝓclaras geſſerunt/poemata
ēt ſi minus muſica ſunt/decātent̃. Cuius rei iudicium/puerili doctrinæ ꝓpoſitus/cæteriq; cuſtodes
hēbant legū. Hi ꝓbis uiris honorē hūc tribuāt:ut ſolis libertatē in muſis ꝓſtēt: cæteros uero prohi
beāt. Nemo igit̃ audeat muſam/hoꝝ iudicio nō ꝓbatā canere:ēt ſi Thamiræ Orpheiq; hymnis ſit
ſuauior. Sed canant̃ poemata ſacra:quæ iudicio approbata/diiſq; dicata ſunt. Viroꝝ quoq; bonoꝝ
poemata/qbus laudant̃ uitupanturq; aliq:& moderate id facere iudicata ſunt. Hæc eadē de militia
& de libertate poetica iudico mulieribus & uiris ſimiliter faciēda. Sed oportet legis latorē ſecū ita
plærūq; loq. Cedo in ciuitate inſtituēda/quales ciues educare ſtudeo. An nō certaminū maximorū
athletas:qbus īnumeri ſunt aduerſarii. Prorſus ita recte qlibet rñdebit. Si ergo pugiles aut pācra-
tiaſtas/aut alios ſimiles educaremus/ita ne in ip̄m certamē educeremus:ut cū nullo antea unq̄ pu-
gnauerint? Vel ſi pugiles eſſemus/nōne pluribus añ diebus pugnare didiciſſemus/oīa faciētes/ qb⁹
in uero certamīe ubi ad uictoriam cōtendit̃/uti oporteat:q̄ ꝓxime ad id quod ſimile ē/ accedētes ꝓ
ceſtibus annectētes ſpæras & pilas/ut uulnera & īferre & uitare ꝓmeditatione diſceremus. Quod ſi
nulli qbus cū exerceri poſſemus/ſocii nobis darent̃:nunqd ſtultoꝝ ueriti riſum nos contineremus/
quin in aīæ ſimulachrū ex aduerſo ad quod exercitatio fieret/ſuſpēderemus? Ac ſi nec aīati nec aīa
carentis aduerſatii copia nobis eſſet/nōne ipſi ſoli ad umbrā ꝓpriam pugnaremus? An id aliud qc
q̄/manuū huc & illuc flexus/& præparatio hmōi excogitata eſt? CLI. Ad nihil aliud ferme q̄ ad hoc
ipſum. ATHE. Quid igit̃/ciuitatis pars quæ militiæ ſtudet? An peius q̄ certatores hmōi præpara
ta audebit ad certamē maximū deuenire/ꝓ uita/pro liberis/pro rebus ſuis/ pro patria pugnatura?
Non ergo uerebit̃ legis lator/ne gymnaſia hæc inuicē aliqbus ridicula uideant̃, ſed lege ſtatuet/ut
res militaris agat̃ maxīe:quotidie qdem minori exercitatione ſine armis:choros oēmq; gymnaſti
cā ad hæc īducens/& cōcitans:maiore uero nō rarius q̄ ſemel in mēſe:ut certēt ſinguli ad capienda
uel retinēda loca & inſidias:oēmq; rē bellicā imitent̃:& pila ſe exerceant/ undiq; ſe uertētes/ac telis
utant̃ ad uera & ꝑiculoſa tela q̄proxime accedētibus, ne oīno abſq; timore ludus hmōi inter ciues
agat̃ ſed formidinē inferat:atq; ita q magno ſunt aīo quodāmodo ignauoſq; oſtendat:ut his hono
res/illis obprobria/ut cōuenit/tribuant̃. & hac rōne ciuitas oīs ꝑ totā uitā ad uerū certamen utiliter
præparet̃. Siquis aūt cæde inuoluntaria in his certaminibus moriet̃/q interfecit lege expiatus mū
dus ſit in poſterū. Putare.n. debet legis lator/pacis ita mortuis hoībus/cæteros nō deteriores futu
ros. Timore uero in oībus his extincto/nihil amplius ſe inuenturū/quo a deterioribus meliores dī
ſcernat. quod ni fiat/multo maius ciuitati malū eſt q̄ illud. CLI. Cōcedimus hoſpes ita hæc eē lege
ſancienda/& uniuerſæ ciuitati agēda. ATHE. Nūqd cām nūc oēs cognoſcimus? ob quā mō in ciui
tatibus chorea talis atq; certamē nuſq̄ ferme:niſi parū admodū fiāt. An ꝓp multitudinis legūq; la
toꝝ ignorantiā ita fieri affirmabimus? CLI. Forte. ATHE. Nequaq̄ o beate Clinia. Sed duæ huius
rei ſufficientes cāæ ſunt. CLI. Quæ nā? ATHE. Vna qdem qꝛ diuitiarū cupiditate/cæteris oībus
neglectis/ſolūmodo rē priuatā curamus. Ad idq; incūbens ciuiū aīus/nulli ꝓrſus niſi pecuniis quo
tidie cumulādis dare operā pōt. Nā artes & ſtudia quæ ad lucrū cōducunt libentiſſime cōplectunt̃
oēs/cætera ſpernunt. Hæc igit̃ una cauſa eſt/ne ciues id aut aliud quicq̄ honeſtū bonūq; officiū cu-
rent. ſed inſatiabili auri & argenti cupiditate/& honeſta pariter & inhoneſta artificia cōplectant̃/&
quoduis agāt/ſeu fas ſiue nefas id habeat̃/ut pecunias cumulent:qbus ſubminiſtrantibus ueluti pe
cora/uentri ac ueneri ſeruiant. CLI. Recte dicis. ATHE. Hæc inq̄ una ſit cauſa:qua fit ut nec aliud
qcq̄ ꝓclare neq; rem bellicā ſufficienter ciues exerceant. Sed qui natura modeſti ſunt ad mercatu-
ram/nauigationem/uiliaq; miniſteria cōuertant̃:qui uiriles & generoſi/ad furta/latrocinia/ſacrile-

gia/insidias/sceleraq; tyránica: qui cũ bene a natura cõstituti fuerint/infelices tñ hac consuetudine
euaserunt. CLI. Quo illud ais? ATHE. Immo cur nõ eos oĩno infelices appellẽ: qui fame cogunt
p oẽm uitam suam aĩam cruciare? CLI. Hæc utiq; una cã est: alteram uero cãm hospes/quam dicis?
ATHE. Recte cõmonuisti. CLI. Ergo ut ais hęc est una ppetua & inexplebilis diuitiarũ cupiditas:
qua occupati singuli/prohibent rem bellicã/ut decet/curare. Sed alteram iam exponere. ATHE.
Num uobis uideor quia ad alterã desit facultas in hac nimium ĩmorari? CLI. Non ita: sed odio p-
citus uideris hos mores hoĩum ad quos sermo hic incidit/magis q̃ deceat in sectari. ATHE. Opti
me o charissimi me nunc increpatis. Quare quod sequitur audietis? CLI. Dic tñ. ATHE. Causam
equidem esse assero gubernationũ genera illa/de quibus sæpe iam diximus/popularẽ gubernatio-
nẽ/paucoꝝ potentiã/& tyránidẽ. Nulla certe ptãs hmõi/res. p. est: sed seditiões appellari oẽs recti-
ssime pñt. Nulla. n. uolẽtibus uolens sed uolẽs nolentibus sp ui aliqua dominat. In qbꝰ cũ princeps
subditos timeat/nec bonos/nec diuites/nec robustos/nec fortes/ nec oĩo bellicosos spõte unq̃ fieri
patiet. Hę duę oĩum qdẽ quodãmodo/hoꝝ certe p̃cipue cãę sunt. Quas utrasq; res. p. hęc cui nũc
leges damus/effugisse uidet. Nã & ĩ ocio maxĩo ẽ/& penitus libera: & ex his legibus hoĩes pecunia-
rum cupidi minime fiunt. Ideo uerisimile est: ut hæc sola oĩum quæ nunc sunt rerũ pub. disciplinã
bellicã/ludũq; simul/de qbus recte disseruimus/suscipe possit. CLI. Probe. ATHE. Deinceps de oĩ
bus gymnicis possumus certaminibus dicere ut his p̃mia ponant/quæ ad bellũ conducunt/cætera
dimittant. Sed quæ ista sunt a principio recensenda sunt/& legibus sancienda/& primo quæ ad cur
sum uelocitatẽq; ptinent. Nonne? CLI. Oĩno faciendũ. ATHE. Oĩum igit maxime agilitas corpo
ris/altera pedum/altera manuũ/ad bellũ cõducit. ad fugiendũ quidẽ insequẽdũq; pedũ/in pugnan
do aut luctandoq;/manuum robore indigens. CLI. Certe. ATHE. Neutra tñ absq; armis/magno
usui est. CLI. Vere. ATHE. Stadium ergo cursurũ/queadmodũ nũc ĩ certaminibus fit/p̃co primũ
uocet. Ille uero cũ armis ingrediat. Nam nudo absq; armis certatori p̃mia nos minime ponimus.
Primus igit/stadium cursurus/armatus ingrediat. Deinde qui diaulũ. Tertius qui eqs. Quartus q
dolicũ. Quintus qui leuiori armatura hornatus: quẽ primũ sexaginta stadioꝝ spatio ad aliquod tẽ
plum martis peruenturũ imittemus. Alius ẽt grauiore armatus armatura/breuius ac planius spa-
tium cursurus. Alius sagittarius omni arcuũ hornatu munitus/centum stadia p montes uariaq; re
gionis naturam ad appollinis dianæq; tẽplũ certans pueniat. Certamine igit constituto/quousq;
ueniãt/expectabimus/& uictoribus singulis premia dabimus. CLI. Recte. ATHE. Tripartito hęc
certamina distinguamus. Vnũ pueroꝝ. Alterum imberbiũ. Viroꝝ tertium. Et imberbibus quidẽ
duas cursus de tribus/partes ponemus. pueris harũ dimidias. Hi cũ sagittariis/cæterisq; armatis
cõcertent. Fœminis uero/puellis qdẽ nondũ pubescentibus/nudis stadium ponemus/& diaulũ &
equestrem & dolichũ: quæ in ipso cursu concertent. ultra uero tertiũ ac decimũ ætatis annũ donec
nupserint nõ longius uigesimo nec breuius decimo atq; octauo ad certamen cursus descẽdãt: quæ
qdem congruo utant uestitu. Hæc de cursu & uiroꝝ & mulierũ dicta sint. Ad robur uero augẽdũ/
luctationis similiũq; loco: quæ nunc habent grauiora capiant. Et unius ad unũ duorum ad duos &
usq; decẽ ad decẽ armis pugna fiat. Quæ uero quotq; facere aut nõ pati uictorẽ oporteat: sicut mõ
in palestra determinatũ est a p̃fectis luctationũ/quid sit bene aut nõ bene luctantis opus. Ita & ĩ his
armoꝝ certaminibus piti inducendi sunt/ut lege sanciant/quid aliquis nõ patiẽtes aut quid faciẽs
uincat & uictũ similiter quis nã ordo discernat. Eadẽ hæc de fœminis quoq; ad ætatẽ usq; nubilem
lege sancita ĩtelligant. Peltastica uero uniuersa pugnę paneratiacę opponat: certeturq; arcu/pelta/
lãceis/lapidũq; manu & fundæ piectione. Et qui se optime ĩ his quoq; gesserit huic lege honores uĩ
ctoriæ tribuant. Nũc de equoꝝ certaminibus uideamus. Equoꝝ usus in Creta magnus nõ ẽ. Qua
re necesse est studiũ in nutriendis equis/certãdoq; cũ eis minori curæ cretensibus eẽ. Nam currus
qdem nemo uestrum tenet. neq; in hoc operam ponere preclarũ eẽ ducitis. Cum igit cõsuetum id
non sit certatores hmõi lege statuere/dementis eẽ uidet. Solis aũt equis/pullisq; anteq; cognitorẽ
pduxerint: & mediis pfectisq; equestrem ludũ pro regionis natura tribuere licet. Huiusmodi ergo
certamen s̃m legem fit: in eoq; iudiciũ magistris equitum & tribunis tã de oĩ cursu equoꝝ/q̃ de his
q cum armis descendũt cõiter tribuat. Non armatis uero/neq; in gymnasticis ludis/neq; hic certa
men p̃miũq; ĩponimus. Sed nõ est Cretæ inutilis: q sagittã aut iaculũ ex equo ĩmittit. Quapp ĩ hoc
ẽt ludẽdi gratia cõtentio cõcertatioq; habeat. Ad hæc aũt legibus fœminæ cogẽdæ nõ sunt. Verũ
si priori disciplina cõsuetudineq; puellas uirginesq; natura cõcitat ad hæc: facitq; ne abhoreãt ad-
mittẽdæ sunt. Sed de exercitatione disciplinaq; gymnastica: siue quæ in certaminibus exequimur
seu quæ sub magistris quotidie exercemus/satis iã diximus. De musica ẽt maiori ex pte. At uero de
rhapsodis. i. carminũ cantoribus: deq; his q eos sequunt/& de cõtentione choroꝝ/quotcũq; neces
sario solẽnitatibus diis dæmonibusq; cõstituunt/statutis diebus mẽsibusq; & annis/hæc oĩa qũo di
sponẽda sint/& si p tres aut ẽt p quinq; annos fieri debeãt cõsilio deoꝝ intelligentur/agẽturq;. Tũc
uero certamina musicæ uicissim fiẽt/put athletæ ipsi p̃mioꝝ declaratores: & doctor iuuenũ/legũq;
custodes

custodes qui in his ferendarũ legum auctoritatem hñt/una cõgregati/hec ordinauerint. Hi nãq; & qñ/& qui/& quibuscum singula certamina in oĩbus choris choreisq; exercere debeãt/ordinabunt. Qualia uero singula hæc quo ad orationẽ uel cantus uel harmonias numeris saltatiõibusq; mixtas/esse debeãt/sæpenumero a primo legũ latore est dictũ: quẽ posteriores sequentes/ut singulis sacris tẽporibusq; cõueniet/ita certamina quæq; distribuẽt: festosq; dies statuẽt ciuitati. hæc qdẽ & cætera talia/nec intellectu difficilia sunt: quo pacto sint legibus ordinãda/neq; si hoc uel illo mõ cõmunẽ: multũ psunt ciuitati/uel obsunt. Sunt aũt nõnulla plurimi facienda: quæ psuadere ita difficile est/ut dei maxime opus hoc eẽ uideat: si ab illo possent cõstitui. Nũc ãt audacis alicuius hoĩs opa indigẽt: q libertate dicendi maxime fretus/quæ ciuitati ciuibusq; optima fore censet/ita statuat/ut corruptos ciuiũ aĩos ad decentẽ habitũq; legũq; obseruantiã reuocet dũ ardẽtissimis eoꝝ cupiditatibus aduerset. oĩq; ẽt auxilio carẽs/solã solus rõnẽ secutus nõ ueret. CLI. Quid nã dicis hospes? Hoc.n.nõ intelligimus. ATHE. Verisimile est. Verum conabor planius dicere. Nã cũ disciplinã ipsam uitæ aĩaduerterẽ/uiderẽq; adolescẽtes & adolescẽtulas inuicẽ humaniter cõuersari. timui ut par est/considerãs qua in re quispiam ea ciuitate utat ubi adolescẽtulę adolescentuliq; delicati sint: qui non magnis durissimisq; laboribus/qbus libido petulãtiaq; extinguit/domiti sint: sed festis diebus/sacrificiisq; & choris oẽs plurimũ uacẽt. Quõ igit in hac ciuitate ab illis cupiditatibus abstinebunt: quæ multos in extremũ duxerũt? ita ut rõ quæ abstinere impet/lex efficiat? pfecto si leges superiores/multas a nobis pellũt cupiditates/nihil mirũ est. Nam institutio illa qua nimiæ diuitiæ phibent/nõ parũ ad tẽperantiã confert: & disciplina illa oĩs supra a nobis exposita leges ad hæc cõmodas habet. Præterea & principũ oculi coacti nõ alio intueri/sed semp adolescẽtiã obseruare/cæteris qdẽ humanis cupiditatibus modũ adhibent. Sed adolescentuloꝝ adolescentularũq; cõtra naturam amores & uiroꝝ pro fœminis & mulierũ pro uiris abusus/unde innumera hoĩbus & priuatim & publice mala secuta sunt/qũo aliqs euitabit? & quod ĩ singuloꝝ piculis remedium inueniet? Oĩno difficile id est o Clinia. Nã in cæteris qdẽ multis uniuersa Creta lacedæmoniaq; nobis ad leges ponẽdas a multoꝝ moribus alienas ualde opitulant: sed quo ad mores ptinet aduersantur dissentiuntq; oĩno. Qm̃ siqs naturã secutus legẽ antea Laiũ illã posuerit/nõ dimittens maribus p fœminis abuti/testẽq; bestiarũ naturã citauerit: in qbus mares inter se ueneri opam non debet/qa fm naturã id minime fit/uerisimili forsan rõne utet: uestrisq; ciuitatibus nõ cõsonabit. Accedit ad hęc quod minime id assequet: quod a legis latore semp est obseruandũ. Semp.n. obseruari oportet qd ad uirtutẽ cõducat quod lege sancit: & qd nõ. Age uero si id honestũ aut nõ turpe nunc lege statui assentimus/qd nã uirtutẽ pderit? utrũ impsuasi aĩo fortitudinis habitum? an in eis qui persuasi/temperantiæ spẽm generabit. Vel hæc qdẽ nullus unq̃ sed potius hoꝝ cõtrariũ credet. Quippe uoluptatibus seruiẽtis/nec resistẽtis qsq; mollitiẽ uituperabit. In eo uero q fœminas imitat/nõne muliebrem ipsam imaginẽ qlibet ĩprobabit? Quis igitur hoĩum hoc cum tale sit/legibus sanciet? Ferme nullus: q ueram in mẽte legẽ habuerit. Quõ ergo uerũ hoc eẽ dicimus? Amicitiæ utiq; cupiditatis amorisq; naturã cõsiderare necesse est: siqs hæc recte sit inspecturus. Nã cũ ipsa duo sint/& tertia ex ambobus spẽs/uno cõprehensa noĩe: dubitationẽ oẽm & tenebras faciũt. CLI. Quõ? ATHE. Amicum.n. sile simili uirtute & æquale æquali asserimus. Amicũ rursus egenũ diuiti/quis genere cõtrarium sit. Qñ uero utrũq; uehementius fuerit amorẽ nũcupamus. CLI. Recte. ATHE. Amicitia q̃ a contrariis pficiscitur/dura est & aspa: & sæpe uicissitudinẽ in nobis non habet. Quæ uero a similibus/placida: cõmunisq; per uitam. Vbi uero ex utrisq; cõponit beneuolentia. primo non facile cognoscit/qd sibi uelit/qui tertio hoc amat amore. Deinde ab utrisq; in cõtraria tractus & ipse qd facit/dubitat: cũ ab altero/ætatis uti flore iubeat/ab altero phibeatur. Nam qui corpus amat: eiusq; formã quasi fructũ quẽdã esuriẽs petit/is satiari dũtaxat quærit/nullũq; aĩo amati pbet honorem. Sed qui minus de corpore curat/& aĩo cõsiderat potius q̃ desiderat/cum ipsum/ut decet aĩum diligat: corporis usum petulãtia & cõtumeliã arbitrat: cũq; tẽperantiã/fortitudinẽ/magnificentiam/& prudentiã uereat & colat/cum casto amico castus uiuere uolet. Amor autẽ ex utrisq; his cõpositus/ipse est quẽ modo loco tertio ponebamus. Cum ergo tres sint amores/utrũ oẽs lege pellendi sunt? An uidelicet eum in ciuitate suscipiemus qui uirtutẽ respicit: & adolescentẽ fieri q̃ optimũ cupiat? Duos aũt alios/si fieri poterit/repellemus? Nunqd aliter tibi o amice Megille uidet? ME. Probe admodũ de his modo dixisti hospes. ATHE. Non frustra o amice coniiciebam tuũ mihi consensum affore. Non oportet aũt me nunc quid de his uestra lex sentit inquirere: sed quod admittis accipere. Cliniæ uero postea id psuadere conabor. Quod a uobis datũ est/modo accipiat legesq; diligenter cõsideremus. ME. Rectissime loqris. ATHE. Artẽ in hac lege ferẽde quãdã habeo/ ptim qdẽ facilẽ: ptim oĩo difficilẽ. ME. Quõ istud? ATHE. Cõstat nũc quoq; plurimos hoĩum quãuis iniqs sint/bene & diligenter & sponte a pulchroꝝ coniunctiõe sese abstinere. ME. Quãdo id fit? ATHE. Quando frater aut soror eximia pulchritudine alicui sit a filio quoq; filiaq; lex eadem/quãuis scripta non sit/sufficienter repellit: phibetq; & manifestum & furtiuum istoꝝ concubitũ. Immo uero

facit/ne cupiditas quidē ulla rei huius uulgus aggrediatur.ME.Vera narras.A T H E.Vnū ergo uerbum atq; breuissimū oēs hmōi uoluptatis extinxit.ME.Quid illud? ATHE.Quod fas nihil horum eē dicit:sed apud deū odio haberi:& turpium oīum esse turpissima.Causa autē nōne hæc est? Quia nemo aliter pdicat:sed statim ab ineunte ętate & ioco simul & serio dictam & sæpius in tragędiis hæc eadem audiunt.Q ñ uel Thyestē uel Œdipodē uel Machareū mortē sibi debitam sceleris penam consciuisse pp huiuscemodi uenerem narrāt.ME.Recte istud dictū est.Miram.n.famę potentiam nouimus:qū nemo aliter q̄ iubeat lex ne respirare qdē audeat.ATHE.An nō recte dictū est a nobis:quod uolenti legis latori cupiditatē aliquam earū quæ uehementer sibi subigunt hoīes rōni subiicere/facilis cognitu modus est? Quippe si famā hmōi/apud oēs seruos & liberos/masculosq; & fœminas,& uniuersam ciuitatē quasi sacrū quiddam dicauerit/firmissimam hāc legem efficiet.ME.Ita prorsus.Qua uero rōne id assequi poterit ut libenter idem oēs predicēt.ATHE.Probe obiecisti.Ideo.n.a me dictum est/artem me ad hanc legē habere:ut fm naturam ad pcreationē uenere hoīes utant.Abstinendum igit a maribus iubeo.Nam qui istis utunt/genus hoīum dedita opa interficiunt in lapidem seminantes/ubi radices agere quod serit nunq̄ poterit.Abstinendum quoq; & ab agro illo fœminino/ubi semē germina nolit pducere.Hæc lex si perpetuo in aliis/sicut in necessitudine paterna conseruabit/innumeroꝝ erit bonoꝝ cā.Nam primo fm naturam statuta erit.Deinde ab omni amoꝝ rabie atq; furore/adulteriis/potusq; & cibi nimio luxu repellet.Vxoribus quoq; uiros conciliabit:& alia plurima pariet bona:si apud quēq; fuerit stabilita.Sed forsan si uehemens aliquis iuuenis/multo spermate plenus hanc legē ferri audierit/improperabit ptinus:& alta uoce clamabit/īpossibilia stultaq; a nobis lege sanciri.Quod qdem cū considerarē/dixi artē me habere:quodāmodo facilimā/quodāmodo ēt difficilimā/ad legē hanc obseruandā.Facile nāq; intellectu est:qūo id possibile est.Nam cū apud oēs legitima hæc snīa dedicata fuerit:aīos oēs domabit:efficietq; ut metu latis legibus pareant.Sed eo iā res puenit:ut nunq̄ effici posse uideat sicut nec conuiuii qdem studium credebat ab uniuersa ciuitate ppetuo posse obseruari.Et tñ apud nos re ipsa fieri uidet:quod inter mulieres nec ī ciuitatibus quidē uestris fieri posse putat.Hac eqdem rōne pp huius incredulitatis uim difficillimum esse dixi hęc utraq; lege seruari.ME.Et recte quidē. ATHE.Quod aūt supra uires humanas non sunt/sed fieri possunt/uultis ut uerisimilē quandā rationem uobis exponā? CLI.Cur non? ATHE.Verum facilius quispiam a uenereis abstinebit:uoletq; ordinem his īpositum moderate seruare:cū bene ex prudēti aliqua diligentia corpus affectū fuerit? An cū contra? CLI.Multo magis cū bene atq; ex arte.ATHE.Num igit de tarentino Icco non audiuimus? qui pp olympica aliaq; certamina:artificioso circa hæc studio:temperantiā simul & fortitudinē animi cōsecutus:nullā unq̄ in toto exercitatiōis suæ tempore uenerē cognouit.Idem quoq; de Chrissone Astylo & Diopompo aliisq; q̄ plurimis fertur:q̄q o Clinia multo peius aīos bonis artibus excoluerant/q̄ tui meiq; ciues,corporibus certe multo magis uigebant.CLI.Vera narras:quod a priscis ita ab athletis facta hæc fuisse pdicant.ATHE.Illi igit ut in luctando & currendo cæterisq; hmōi uincerēt alios ab ea uoluptate quæ beata uulgo existimatur/abstinere uoluerūt. Nostri adolescentes uictoriæ cā longe præstantioris/non poterunt? quā nos carminibus fabulisq; & soluta oratione & cantibus eē optimā statim ad pueroꝝ aures pdicabimus/& ut uerisimile ē oblectando psuadebimus.CLI.Quā uictoriam dicis? ATHE.Vt uoluptate inq̄ uicta feliciter uiuant:uicti aūt contra.Præterea metus ille/ne quod minime fas est/cōmittat/nōne ad idē potissimū cōferet:ut ea uidelicet superent:quæ alii q̄uis deteriores/supasse dicunt? CLI.Consentaneū id quidē. ATHE.Postq̄ huc in lege hac ferēda deuenimus/& pp multorum prauitatē in dubitationē incidimus/audacter iā manifesteq; dicamus/nō oportere ut ciues nostri auibus multisq; belluis sint peiores.Permultos enim greges ipsarum uidemus integre atq; caste/anteq̄ pcreandi tps aduenerit/uiuere,sed cum hanc ætatē attigerint/mas fœminæ & fœmina mari cōiūctæ/iuste/sancteq; in prima perseuerantes amicitia reliquā pagunt uitam.Oportet igit esse eos bestiis meliores.Quod si a cæteris græcis barbarisq; plurimis corrūpant/nec possint se cōtinere:cū uideant audiantq; inordinatam apud eos uenerem/plurimū posse/alteram pterea legē custodes legū ad ferendas leges auctoritatem nacti/excogitent.CLI.Quā modo ferre legē consulis si hanc nō susceperint? ATHE.Quę hanc o Clinia sequit? CLI.Quę nā illa est? ATHE.Vt q̄maxime laboribus corporis ueneris robur infringant:& alio uires suas conuertant.Quod erit/si nō impudenter ipsa utent.Nam si rarius pp ruborem id fiat:imbecilior erit domina.Clam ergo cōsuetudo & lex non scripta hæc fieri suadeat:contra aūt fieri uelut turpe dissuadeat.Turpeq; sic non oīo agere.Sic.n.& secundo seruabimus honestum loco.Et genus unum hoīum/tria genera continens/homines deprauatæ naturæ:quos sui dominos esse negamus:coget utiq; ne leges contēnant.CLI.Quæ tria genera? A T H E.Cultores inq̄ deoꝝ:honoris amatores:& qui non corpoꝝ sed animi morum pulchritudinem diligūt.Hæc quasi per fabulam dicta uotoq; similia multū tñ ciuitatibus oībus si ea seruare potuerint/collatura. Fortasse autem si deus uoluerit:duoꝝ alterum in amatoriis assequemur.Velut nemo generosas liberaq;

berasq; mulieres pter uxorem audeat tangere: nec ullus nothos ex concubina suscipiat: nec infoecundos marium agros pter naturam serat. Vel alterum quidē oīno tollemus: ne quis cū maribus congrediatur. siquis aūt aliis mulieribus cōmisceat q̄ cum his quæ cū diis sacrisq; nuptiis domum uenerunt emptis uidelicet/uel alio quocūq; modo acquisitis: nisi uiros simul mulieresq; oēs lateat/infamis lege oībusq; ciuitatis honoribus ceu pegrinus aliqs priuatus sit. Hæc lex siue simplex siue duplex sit: de rebus uenereis amatoriisq; oībus: quas inter nos pp huiusmodi affectus recte uel nō recte agimus/lata sit. ME. Ego equidē hanc legē ualde pbo. Clinia uero hic qd sibi uidetur/nobis aperiat. CLI. Faciam o Megille: cū occasio dabit. Nunc aūt sinamus hospitem ulterius in ferēdis legibus pgredi. ME. Probe. ATHE. Sed adeo iā pgressi sumus: ut ad conuiuia deuenerimus: quā quidem rem alibi difficilē eē dicimus. In Creta aūt nemo frustra existimabit fieri oportere. Q̄uo aūt: utrum ut hic/aut queādmodū apud lacedæmonios: an tertius quidā modus utrisq; his melior inueniatur: nec inuentu difficile id mihi uidet: nec inuentum cū fuerit maxime pfuturū. Enimuero cōcinne & nunc cōstituta uidentur. Sequitur nunc ut de uictu/quomodo haberi possit/dicamus. Victus in aliis ciuitatibus multiplex uariisq; ex locis: maxime uero duplici ex loco in cæteris comparatur. Nam ex mari ac terra plurimis græcorum ciuitatibus aduehitur: cum istis terra solūmodo aduehatur. Quæ res legum latori facilior. Multo enim maior q̄ dimidia pars legum sufficiet. Præterea conuenientiores liberis hominibus leges ponentur. Naualium enim & mercatorum cauponum diuersorii/publicanorum/pmutationum fodicinarūq; metallicarū/& mutui fœnoris/ac mille hmōi leges ferre non admodū cogitur. Quare in ciuitate hac nostra legum cōditor his omissis dūtaxat agricolis/pastoribus/apum curatoribus/talibusq; custodibus/atq; ministris leges dabit: cū de nuptiis liberorūq; pcreatione. educatione. disciplina: magistratuūq; designatione/maxima ex parte tractauerit. Nunc ergo ad leges de uictu deq; iis qui labore suo ipsum parant/uenire necesse est: & agriculturæ leges primo ponant: primaq; terminalis Iouis hæc. Nemo fines atq; terminos terræ moueat: nec ciuis uicini nec finitimi pegrini/si agri extrema possideat sed putet id eē uere qd fert/hic imobilia mouet: malitq; unusquisq; saxum ingens mouere/q̄ paruum lapidē iureiurādo a diis firmatū quo amicitiæ & inimicitiæ terminent. Alterius enim iuppiter cōtribulis alterius hospitalis/est testis: qui hostili ꝑlio semp insurgunt. Qui legi obtēperat: indēnis utiq; sit. Qui eam despexerit/duplices pœnas luat: primo quidē deo uindice/deinde lege: quæ iubet ut nemo sponte uicini agri terminos moueat. Eum uero qui mouerit quicūq; uoluerit ad agricolas deferat. agricolę ad iudicium ducant: a quo dānatus utpote terminorum clam uiq; turbator/reddat/patiaturq;/ꝑ ut iudices iudicauerit. Multa deinde paruaq; damna in uicinia sæpius facta/magnas inimicitias pariunt/uicinitatem difficilem & amarā reddunt. ppterea caueat uicinus ne uicino noceat/cū in aliis tum uel maxime in agris colendis. Nocere nāq; non difficile: sed cuiuslibet hominis est. pdesse uero non cuiuslibet. Quicūq; uero fines egressus/uicini coluerit agros damnum restituat: & impudētiæ atq; illiberalitatis pœnas luat: duplūq; loco mulctæ ipsi deponat cuius agrū coluit. Cognitores uero & iudices censoresq; huius rei agroꝝ curatores sint. In maioribus quidē ut supra dictū ē/uniuersus duodecimæ partis ordo: ī minoribus uero/qui custodiis ꝑsunt. Siquis pascuis noceat/illi cōsideratis damnis iudicent atq; condemnent. Si aliena examina quis persequit: atq; æra pulsans delectatione apes ad se trahit/damnum restituat. Siquis ignem in materiam sic īmiserit/ut uicino nō cauerit/prout magistratibus uidebitur/condemnet. Similiter qui in plantādo mensurā uicini agri non reliquit/ita plectatur/ut a plærisq; legū latoribus sufficienter est dictū. Quorū legibus uti debemus/nec putare multa & minima quæ cuiuslibet legum latoris sunt a maiori ciuitatis conditore esse sancienda. Nam & de aquis priscæ leges & bonæ sunt. Quæ profecto recitatione deriuādæ nō sunt. Sed qui aquam ad sua uoluerit ducere a publicis fontibus ita deducat/ut nullius priuati manifestum fontem perturbet. Deducat autē qua uelit/præterq̄ per domos aut sepulchra. aut loca diis consecrata: nec aliud damnum inferat/nisi quod ab ipso riuulo efficitur. Quod si aquæ inopia solo insita in locis aliquibus aquas ab Ioue prodeuntes non retinet: cū necessitate quispiam opprimatur/in loco suo ad certam usq; effodiat. & si hac in profunditate nihil aquæ inuenerit/tm̄ a uicinis aquetur/quātum necessitas postulat. Sed si uicinis quoq; pauca sit/aquandi modus/quo utatur quotidie/sibi ab agri curatoribus statuatur. Si uero aquæ pluuiales abundēt/& qui inferiores partes habitant aut colunt/defluxum ita prohibeant: ut superioribus noceant: aut contra si superior inconsiderate fluere aquas permittens: inferiori noceat/& conuenire inter se nequeant/in urbe quidē ædilis/in agris uero/qui agris preest modum imponat: quē siquis non seruauerit/inuidiæ & peruersitatis pœnas persoluat: & uicino damnum in duplo restituat. Fructuum autē cōis huiusmodi participatio sit. bina nobis gratiæ dona hæc dea largitur. Vnum dionysiacum: quod recondi non potest. Alterum uero quod repositioni aptum est. Hæc igit lex de fructibus sanciatur. Qui uuas aut ficus de rusticis fructibus ante uindemiæ tp̄s gustauerit: quod arcturo concurrit/ quinquanginta drachmis: si de suo agro collegerit Dionysio dedicandas persoluat: sin a uicinis acceperit/minam: sin ab

A sonitu æris permissū delectari opes.

aliis duas minæ ptes. Vuas aût ficusq; quos generosos noīauimus: neq; cōmode recōdi pñt qūo &
qñ uelit/si sua hęc sunt colligat. sin uero aliena/qm̄ lex est: ut nemo moueat/q̄ nō deposuit: q accæpit
nisi psuaserit: mulctet. Q d'si seruus qspiā/non psuasio agri dño/eas accępit/p singulis ficubus uua
rūq; acinis ęqualia numero uerbera patiat. Inglinus fructibus emptis ad repositionē ineptis/si cu
pit/uescat: pegrinus aût in ipso itinere si transeat solus/ aut cū uno tantūmodo fructus nō reponen
dos/si uelit hospitali cum uenia gustet. Alios aût gustare quos rusticos dicimus peregrinos quoq;
lex prohibeat. Sin uero repositioni aptos inscius tetigerit/seruus quidē plectat. Liber aût dimittat
admonitus ficus uuasq; solūmodo ad repositionem ineptas gustare licere. eas uero/ex quibus pas
sæ uuæ & uinum & caricæ fiunt/minime. Pyra uero & mala tum alia tum punica cæteraq; hmōi clā
auferre/turpe non sit. Siquis uero deprehensus fuerit/pauciores annos q̄ triginta natus/sine uulne
ribus uerberetur: atq; puniatur. nec pœna ulla pp huiusmodi uerbera libero fit. Aduenæ quoq; de
his fructibus perinde ac de iis quos superius diximus repositionis ineptos carpere liceat. Si senior
quispiam comœderit/nec asportauerit/ut aduenæ pmissum est: & ipse quoq; oīum huiusmodi fru
ctuum particeps sit. quod si legi non paruerit/ad uirtutis certamen impotens habeat. si iudicibus
huic rei presidentibus tunc relatum hoc fuerit. Aqua nutriendis hortis maxime oīum confert: sed
facile corrumpi potest. Terra uero & sol & aer/quæ cū aqua simul ea nutriunt quæ terra nascuntur
non facile ueneno uel diuersione/uel ablatione corrūpi possunt/his aût modi facile aquæ dañū in
fertur. ppterea legis auxilio indiget. De hac igit hæc lex sanciatur. Siquis sponte alienam aquā/siue
scaturientem e fontibus/siue collectam ueneno aut foueis aut ablatione corruperit/ ad ædiles de
feratur: ubi si deliquisse cōuincit/damnum restituat: & fontes aut aquarum uas: ut interpretes sin
gulis semp facundam purgationem iudicarint: ita purget. In aduectiōe aût oīum quæ ab agris col
liguntur: liceat cuiq; res suas: qua uelit aduehere: modo aut nulli dāno sit: aut sibi triplum pueniat
lucrum eius dāni quod uicino ifert. horum cognitores: magistratus sint. & cæterorū omnium quæ
per iniuriam spōte quis aut ui aut clam uel per se uel per illa quæ possident ab eo in personam aut i
rem intulerit. Hæc inq̄ ad magistratibus omnia deferātur: si tres damnum minas non excedit. sin
uero maius sit: ad constituta publice iudicia causa deferatur: & qui iniuriam intulit puniat. Quod
si magistratuum aliquis iniuste de damno alicuius snīa tulerit/duplum ei qui passus est iniuriam de
beat. Et omnino siquid per iniuriam fecerint magistratus: causa ipsa a quolibet uolente in publico
iudicio agitetur. Infinita pene paruaq; restant instituta: quibus corrigant errores in iudicii termi
no in citationibus citatoribusq;/siue inter duos siue inter multos citatio sit: & cæteris huiuscemodi
quæ nec a legibus præteriri possunt: nec tamen seniore legum latore digna uidentur. Ea igitur om
nia iuniores / priscas leges imitati/& parua ex magnis intelligentes: necessariumq; horum usum ex
perientia cognoscentes legibus donec sufficienter se habeant/ordinent. Deinde sufficienter posi
tis/imobiliter his utant. De cæteris autem opificibus/leges ita cōstituant. Primo nullus ciuis opi
ficio ullo detineat: sed nec seruus quidē ciuis alicuius. Arte enim magna quę longa exercitatione/
multisq; doctrinis indiget/occupatus est ciuis: cū cōmunem ciuitatis hornatum pcuret. quæ res
nō leui quadā opera nō cōtenta est: sed pcipuum studium exigit. Duas uero artes aut studia duo di
ligenter exercere humana natura non potest. Nemo ēt satis pōt arti quidem uni uacare: & alterius
artis opifici psidere. Hoc igitur in ciuitate statutum sit: ut nemo ærarius simul & lignarius faber sit

Vt nemo duabus artibus incūbere debet.

nec lignarius faber/fabris errariis magis q̄ opificio suo presideat: occasiōem hinc forte nactus qd
dum curam gerit multorum quasi ministrorū ipsi elaborantium inde suæ arti fiat accessus: ac per il
los artem melius curet suam sed singuli opifices singulis artibus uacet/& ab eis uictum acquirant.
hanc legē ædiles ita obseruari pcurent: ut siquis ciuis ad artē aliquā/magis q̄ ad uirtutis curam de
clinauerit/obprobrio atq; infamia notatum ad cursum suum conuertant. Sin autē pegrinorū aliqs
duabus artibus uacet/uinculis/mulcta/expulsione/unam tm̄ cōplecti cogatur. De mercede autem
opificū/de operis ipsorum approbatione aut improbatione/ de iniuria etiam quam uel patiuntur
uel inferunt/ædiles usq; ad drachmas quinquaginta cognoscāt. Maiora uero ad publica iudicia de
lata fm̄ legem iudicentur. Vectigal aût importandarum exportandarūq; rerum/ nullum penitus
sit. Thus uero cæteraq; huiusmodi quæ diis incenduntur/peregrinaq; sunt / purpuram similiter &
colores alios/qui a regione non pducuntur/oīa deniq; pegrina/nisi necessaria sint/nemo adducat:
nec rursus aliquid quod regioni necessarium sit/exportet. Hæc omnia legum custodes duodecim/
qui reliqui sunt/exceptis quinque senioribus/procurent atq; cognoscant. Arma uero & instrumen
ta bellica si aduectitia. arte est opus conuehantur. similiter quæ ad hæc idonea sunt plantæ / ænea
instrumenta/funes/animalia/quæ ad bellum conferunt. Quorum magistri equitum & ductores
exercitus curam habeant: ut ciuitas inuehendi euehendiq; simul cū opus sit facultate non priue
tur. de quibus legum custodes / sufficientes decentesq; leges ferent. Nulla uero in re pecuniæ
colligendæ gratia uel in ciuitate uel in uniuersa regione cauponatio fiat. Annonæ autem quæ
ex agris percipitur distributio / recte iuxta cretensem legem constituetur. Nam quæ a regione

producuntur in duodecim partes ab omnibus distribuenda sunt:& similiter consumenda. Duo/decima uero pars quęq;/ut tritici/hordei/cæterarũq; frugum & fructuũ/uenalium quoq; oĩum aĩalium tripartito & competenti rõne distribuat:& pars una liberis:altera seruis: tertia opificibus ac oĩno aduenis tribuat:siue aliũde uenerint aliquãdiu urbẽ habitaturi & necessariis egeãt/siue ꝓpter publicã uel priuatã ciuis alicuius utilitatẽ accesserint. Hęc igiť tertia oĩum necessarioꝝ pars/uenalis semp ac necessario tantũmodo fit. De duabus uero ptib⁹ nihil necessario uendať. Q̃uo igiť hęc recte distribuenť? patet aũt in primis recte id fieri posse:si ptim ęqualiter/partim inęqualiter distributio fiat. CLI. Quo pacto? ATHE. Meliora utiq; uel deteriora illoꝝ singula/necesse est terrã ꝓducere/atq; augere. CLI. Quid ni? ATHE. Cum tres ptes sint/quo ad hoc nemo plus hẽat:nec dominus nec seruus:nec aduena. sed ęqualis eadẽq; similiter fit oĩbus distributio. Quilibet autẽ ciuis/cũ duas ptes accęperit seruis liberis quot & qualia uelit/suo arbitratu distribuat. Quod uero plus istis est/mensura & numero sic dispticndum est:ut cum oĩum aĩalium/q̃bus a terra uictus p̃bet/numerus habeať:ita demũ fiat partitio:habitationes postea seorsum ordinãdę sunt. Ordo aũt talis maxime decet:duodecim uicos per media in singulis duodecim partibus unum eẽ oportet: & in unoquoq; uenalium rerũ loca/deorũq; templa & deos sequentiũ dęmonũ esse cõstructa/siue indigetũ magnetũ/siue alioꝝ/ quoꝝ statuę antiquissima memoria consecratę sint/ atq; his priscoꝝ uirorũ honores reddendi sunt. Vestę quoq;/Iouis/Mineruę/singulorũq; alioꝝ singulis duodecim ptibus pręsidentiũ templa cõstruenda sunt. Et primũ q̃dem iuxta templa in altissimis locis ędes custodũ sint undiq; munitissimę. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars una in urbe habitet/per duodecim urbis ptes diuisa:alię exteriorẽ undiq; teneat locũ atq; in singulis uicis opifices ad agriculturę cõmoditatẽ idonei habitare compellant? hoꝝ oĩum curam magistratus qui agris p̃sunt/habeãt:ꝓuideantq; quot quibusue singuli opificibus egent/& ubi habitãtes impedimẽto agricolis non sint/sed magnã ipsis utilitatẽ cõferant. Vrbanoꝝ quoq; similiter opificum curam ędiles habeant. Res aũt uenales curę censoribus sint/qui primo rem sacrã curent/deinde ne quis uendẽdo emẽdoue/iniuriã faciat/uehemẽter ꝓuideãt:& imoderatos/cõtumeliososq; oẽs cõpescant:hi cõsiderent nunq̃d ciues/peregrinis res singulas cõuenienter atq; ut lege cautum est uendant:primo uero mẽsis cuiusq;/ciues eorũq; ministri duodecimã tritici partẽ emẽdã pegrinis ꝓponant:emãtq; pegrini pro mensis totius tpe triticũ & similia quę primo foro uenduntur: decimo uero die uẽditio/emptioq; mensi sufficiẽs statuať. xxiii. aĩaliũ uenditio q̃bus hoĩes egẽt supellectilisq;/ut corii uestiũq; ac similiũ/fiat. Necesse aũt est pegrinos oĩa a possidẽtib⁹ emere ne cauponatio in tritico & ordeo circa farinã ac cętera alimẽta ulla fiat:nec ciuib⁹ nec seruis coꝝ cauponari oĩno liceat. In pegrinoꝝ tñ foro pegrino liceat/ opificib⁹/ eorũq; seruis uinum cibũq; cõmutare ac uendere:carnesq; coctas similiter:quę res a plurimis cauponatio noĩať. Materiã uero ignis uniuersam quottidie pegrinus iis q̃ in agris id curãt:emere possit/cęterisq; peregrinis ꝓut uelit & q̃ñ uelit reuendere. Cęterarũ oĩum rerũ & supellectiliũ q̃bus utimur in cõi foro uenditio fiat: in locis determinatis:ubi legũ custodes?censoresq; una cũ ędilib⁹ locũ designauerint & p̃cia uenalib⁹ iposuerint: hic nũmi cõmutenť reb⁹ ac res nũmis. Cõmutet aũt unusq̃sq; p̃ seipm̃ nemini cõmittẽs. Q̃d si cõmiserit/siue recepit/siue nõ/quiescat oportet. Nullũ eñi cõmutationũ taliũ iudiciũ ẽ. Siq̃d uero uẽditũ emptũq; pluris minorisue est/q̃ lex iusserit/qua rerũ uenaliũ mẽsurę & p̃cia cõstituta sunt/apud legũ custodes plus illud cõscribať:& cõtrariũ deleať. Eadẽ ipsa de cõscriptiõe bonoꝝ/ quę ab incolis pegrinisq; possidenť/fiant:liceatq; cuiuis certa cõditiõe ad urbẽ migrare/& hoc ita ut artẽ aliquã exerceat/nec plures q̃ annos. xx. a die cõscriptiõis pmaneat:quo in tpe/incolẽdi uectigal soluere nullum cogať nisi frugalitatis exẽplum:nec emptiõis uẽditiõisq; gr̃a ęrario q̇cq̃ dẽat. Cũ aũt uiginti ãni exacti fuerint accipiat rem suã/& abeat. Q̃d si magnũ aliq̃d bñficiũ itra uiginti ãnos ciuitati cõtulerit/uelitq; plus tpis/aut etiã ꝑ uitã in ciuitate manere/ fiat sibi q̃d petierit/ratũq; habeať/si modo cõsilio concioniq; persuaserit. Incolarum autẽ filiis si ipsi quoq; opifices sint post quintũdecimum ętatis annum/ ita colonię tempus incipiat/ut uiginti postea maneant annos: deinde quo uelint ꝓficiscantur:& si manere uoluerint/ manenat postq̃ similiter persuaserint. Qui autem recedit oblita descriptione/quæ sibi apud magistratus erat conscripta sic habeat.

❡ARGVMEN. MARSI. FICINI IN DIAL.IX. DE LEGIBVS.

Onus dialogus post cõmunem moꝝ disciplinam & legum multarum traditionem/ aggreditur iam iudicia. Et ualde quidem oportune. Nam & qui moribus eruditi legibusq; instructi sunt/iudicare iam possunt/ & qui eruditioni instructioniq; præcedenti non paruerunt/iam sunt iudicandi. Prudenter omnino noster hic animorum medicus seruare hactenus salutaribus studuit monitis integram animi sanitatem: iam uero perditam cunctis machinis reparare moliť. Verũ quę charitas platonica est/mi-

fericors:dolens cõpulsus ad secãdum quasi trahit & urẽdum: & id qdem tam benigna cautiõe: ut grauiter ęgrotãtes uerbis blandissimis cõsolet: cõtendatq; uerbis quasi magicis carminib⁹ sanos efficere:anteq̃ medicã adhibeat manũ/quã etiã deĩde sic admouet:ut lãguẽs & uix psentiat: & plus admodũ spei cõcipiat q̃ doloris/& ex dolore nõ pnitiem reportet sed salutẽ. Insignis clemẽtia uir/ neminẽ absq; cõsolatione punit neminẽ punitũ pdit:oẽs pro uirib⁹ seruat:& quos nece punit: psitet a morbis animi liberare ac minio mortis malo/interim ingẽti & indies crescenti obsistere animi malo. Pręstare uero asserit hinc abire q̃ in morbo uel aĩ uel corpis incurabili uiuere. Atqui neq; hac uita priuat/nisi quẽ cognouerit insanabilẽ. Neq; suppliciũ ullum a lege/quę bona est/ illatũ ten/ dere uult ad malũ. Quinimo pœnã ipsam multis de causis eẽ bonã:tum qa iusta ẽ/iustitia uero bona:tum qa uel pñs purgat uel futurũ prępedit malũ:tum qa in puniẽdo uno/ interim exẽplo pdest & multis/ciuitatẽq; purgat malis. Et ut summatim dicã/ iustitiã ubiq; mirũ ĩmodum cũ clementia miscet/neq; rigiditate torquet durius/neq; mollitia quicq̃ relinquit inultum. Quẽadmodũ uero in supioribus prius diuina pcepit officia q̃ humana / sic in pñtia prius in sacrilegia q̃ in cætera delicta prudenter aĩaduertit. Ac dum q̃ graue sit lęsę maiestatis diuinę crimẽ/ostendit:afflante deo significat nihil tale ab hoĩbus quõdam q̃diu diuina quędã in eis gratia uiguit/ fuisse aliqñ ppetratũ. Sed postq̃ pp alia delicta gratia illa est amissa/ hoĩes iam quasi alienos a deo in deũ ipsum peccare p sacrilegia incœpisse:ut sacrilegiũ ipsum nõ modo peccatũ sit/sed etiã pœna peccati : pœna inquã nõ purgãs aliquẽ/sed interimens. Non enim lege/sed trãsgressione legis pœna talis infert. Quod aũt dicit priscos legũ latores fuisse dei filios/legesq; heroibus/qui etiã ex diis erãt geniti / tradidisse:exponẽdum est p ea quę in Critia & politico & sępe alibi pertractant/deorum filios hic intelligi deos sub luna alios aliis terrę plagis gubernãdis accõmodatos. Quos possumus more etiam Platonico angelos nominare. Per quos sub mercurii nomine in Protagora leges genus hominũ accępisse do cet. Per quos in Critia quoq; dicit homines prios ex terra natos accępisse iura:hoĩesq; illos hic no/ minat heroes ex diis ortos.i.deo᷑ opera ex terra pgenitos. Sed leges illas inquit in Critia nõ scriptas ad aures/sed inspiratione quadam a mentibus diuinis in mentes humanas fuisse trãsfusas hominesq; sub illis q̃diu paruerunt/uixisse beatos. Addit ob huiusmodi legum transgressionẽ homines diuinam gratiã amisisse. Qua quidem amissa felicitatẽ quoq; amiserint:& ĩfelices in sacrilegia iam proruperint:& per sacrilegia pessimi tandem infelicissimiq; euaserint. In his & terrestris illius paradisi & eiectionis ex eo mysteriũ licet agnoscere. Considera uero ubi perquirit sacrilegii causas/ tres assignari causas grauium delicto᷑. Primã quidem cõmunẽ hominũ fragilitatem cõsuetudine confirmatã. Secundam uero dęmonicã persuasionẽ siue suggestionẽ. Tertiã deniq; culpam perni/ tiosam ex antiquis inexpurgatisq; peccatis inustam ad grauissima scelera stimulantẽ. Quę quidem originali culpę de qua multi multa theologi disputant uidet eẽ simillima. Quãobrem ubi Plato diuinus sacrilegum alloquens inquit/non humanũ ad sacrilegiũ te impulit malum:neq; diuinũ:intel lige humanũ malum/humanã fragilitatẽ ad inferiora pcliuem. Diuinũ uero malum / diabolicã ut inquiunt fraudem. Negat uero duo hæc/ non qa non sint in causa sacrilegii / sed quia non sola sunt causę. Accedit enim his tertia ppriaq; sacrilegii causa/ quã subiungit dicens / sed stimulus quidam exitialis a priscis inexpiatisq; peccatis ingenitus. Per quẽ uidelicet animus non humanus amplius/ sed ferinus/nimirũ sacrilegio peccat in deum nullam ulterius dei rationẽ habens/quãdo rationem humanã iam amisit diuinę rationis imaginẽ. Mox uero primę ad sacrilegiũ instigationi Plato quasi nascenti morbo tribus occurrit remediis:quẽadmodum morbus hic tribus ex causis orit. Primo quidem/ut ĩmanis impetus comprimat ad sacras mittit expiatiões/quas christiano᷑ more pœnitentię/confessionis/ elemosynę ieiunii nomine possumus nuncupare. Deinde ut diabolicis resistat insidiis ad orationes supplicationesq; mittit:per quas a superis liberatoribusq; spiritibus cõtra inferos prędidium impetret. Postremo quo imbecilitatẽ humanã cõtinere possit/mandat ut malorũ hominum familiaritatem deuitans/ bono᷑ adsciscat consuetudinem. Proinde/quoniã post deum more pythagorico coli patriam iusserat/ merito post sacrilegia quę in personas aut res deo consecratas perpetrãtur/ pergit ad punienda scelera & delicta/quæ proprie contra patriam cõmittunt: quæ non solum sacrilegiis pxima iudicat sed annumerat/plectitq; similiter. Hæc uero tria esse iudi cat. Peccare enim in patriam/hostemq; patrię habẽdum esse / & qui post habitis legibus principatum ad humanam uoluntatem libidinẽq; reducit:& qui cum possit/ periclitanti patrię non succur rit:& qui uel auaritia uel alia de causa pro filio euadit patrię proditor . Inter hæc officium legiferi repetit. Id autem esse uult:ut non tanq̃ dominus serui. / sed tanq̃ pater filiis conscribat leges : non minus persuadens q̃ minitans : nec minus docens q̃ imperans :nec minus alliciens q̃ perterrẽs:ut legislatoris opus non tam mandato᷑ pręscriptio sit/q̃ disciplina morũ:finis enim eius est/quacũq; id ratione fiat / ciues bonos beatosq; efficere : punire uero malos / necessitas est in eo potius q̃ uoluntas. Et quia solę inter humanas platonicę lęges / hęc omnia complectunt humanasq; omnium perfectissimę sunt:ac pœne inter diuinas potius q̃ humanas annumerandę. Neq; ab re primũ di

sputationis

sputationis huius exordiũ a deo factũ est: deinde additũ a Platone/uideri sibi hęc oĩa diuinitus inspirata. Demũ ex hac ipsa disputatõe ad beatũ summi Iouis tẽplum. i. coelũ recto tramite puenit. At qm nõ solũ in sacrilegiis paricidiisq̃/uerũ etiã in cęteris scelerib⁹ pro aliis culpaꝝ gradib⁹/alii quoq̃ pœnaꝝ gradus/& a legũ latore describẽdi: & a iudice sunt cẽsendi/cõmodissimã ad gradus eiusmodi discernẽdos distinctionẽ adducit in mediũ: habitus qdẽ oĩs aut uirtutis ẽ aut uitii. Si uirtutis/oĩno uolũtarius est: qm cõsilio libero & expedita electiõe & ppriis aĩ actionib⁹ est acquisitus. Sinuero uitii habitus ẽ inuolũtarius oĩno censet. Quia ita morbus est aĩ/sicut humoꝝ intẽperantia morb⁹ est corpis. Nemo uero morbũ dixerit uolũtariũ: q̃uis nõnulla quę pter opĩonẽ iferũt morbum/possit quodãmõ uolũtaria dicere. Pręterea eiusmodi habit⁹ ex ĩpedito cõsilio/distractaq̃ electione & passionib⁹ potius q̃ actionib⁹ inolescit: ex his cõficit platonicũ illud sæpissime decantatũ. Vitioꝝ habit⁹ inuolũtarios esse: neminẽq̃ fieri spõte malum/queadmodũ/& nemo fit sponte ęgrotus & deformis & inops. Post hãc habituũ distinctionẽ sequit distinctio actionũ. Quę qdem aut ad uirtutis/aut ad uitii habitũ gignẽdum pprie uergũt. Si ad uirtutis/ita uolũtarię sunt/ut dictus ẽ habitus uolũtarius. Sinuero ad uitii/partim qdẽ uolũtarię dicunt ppterea qđ & aĩo quodãmodo cõsentiẽte fiunt/& poterãt nõ fieri anteq̃ fierẽt: partim uero ĩuoluntarię: tum qa ad detrimẽtũ/deformitatẽ/morbũ clam deducũt. Hęc aũt uellet nemo: tũ qa ex quadã finis exitusq̃ ignoratõe consurgunt. Quaten⁹ uero p ignorantiã fiunt/eatenus pter ipsam rõnis uoluntatẽ fieri iudicant. Distingue rursus hoc pacto. Actiones humanę quãtum ad legũ iudicioꝝq̃ materiã attinet: in quq̃ capita redigunt. Aut enĩ ex affectib⁹ cõcupiscẽtię pululant: aut ex ĩpetu irascibilis naturę prũpũt/uel simplici quadã ueniunt ignorãtia: per quã qs res ipsas ignorat/q̃uis se ignorare nõ nesciat/uel ignorantia duplici fiunt: p quã qs & res ipsas nescit/& ignorantiã suã simul ignorat/uidelicet scire se putans. Vel tandẽ ex rõnali quadã opĩone pueniũt: opĩone in quã de iustis atq̃ iniustis rõni legibusq̃ credẽti. Post distinctionẽ eiusmodi distinguit & iudicii regulas p quas aliter aĩaduertat in eos q cõcupiscẽtia/aliter in eos qui ira peccãt: atq̃ in his discernat/utrum cõsulto/an incõsulto deliquerint. Pręterea utrũ ui palamq̃ an potius clam atq̃ fraude. Deinde nunqd p ignorantiã fit erratũ/siue p simplicẽ/siue p duplicẽ ignorantiã. Vbi uero de homicidioꝝ iudiciis agens priscũ adducit mysterium de interfectis interfecto res ulciscẽtibus: attẽde ex Platonis sñia/pturbatões ad sensibilia pertinentes posse in aĩa seiuncta ab hoc corpe remanere. Siqdẽ ex eiusdẽ sñia remanet & prima quędã sentiendi natura substãtialis origo sensuũ reliquoꝝ per quã aĩa & in hoc corpe/in hæc instrumenta uires explicat sentiẽdi: & discedẽs ab hoc eas quodãmodo replicat in seipsam: siue ut magis Platonice loquar/exercet in aereo corpe. Quo inuoluta & hoc ĩgredit & ex hoc egredit. De his Platonici ita distinguũt ut aĩa in corpe hoc crassiore ad breue habitet: in aereo uero multa p sęcula. In cœlesti p oĩa. Quorsum hæc? Ne mireris pturbatões in defuncti aĩa supesse/si harũ rerũ sensus memoriaq̃ supsunt. Probabile uero eẽ putabãt antiqui theologi/aĩas hoĩum repente interfectoꝝ/utpote inexpiatas pturbationib⁹ agitari. Quin & hostes exagitare: id uidelicet nõ humana tantũ indignatione efficiẽte/sed diuina etiã Nemesi ac dęmone puidente. Supesse uero ex antiquoꝝ opinione in aĩa sensum pturbationẽq̃ ultricẽ/eãq̃ aereo uti corpe Platonic⁹ noster Maro/testis occurrit. Quid enim sibi uult? Et nũc magna mei sub terras ibit imago. Platonice admodum imaginẽ rõnalis aĩę noĩat primã ipsam sentiẽdi naturã. Sed cur magnã? Quia & fons est sensuũ reliquoꝝ cõmunisq̃ sensus & magno post hoc corpus utit corpe. s. aereo: qđ qdẽ & huic insinuatũ quodãmõ fit angustũ: hoc exutũ/explicat in amplum elemẽti id aerei exigẽte natura. Pręterea/oĩbus umbra locis adero/dabis ĩprobe pœnas. Inter imaginẽ distinguit & umbrã & imaginẽ qdẽ aĩę esse uult sensum ĩ aereo corpe. Ipsum uero corpus aereũ/esse aĩę umbrã. Sed terrestre corpus cęcũ noĩat carcerem. Quod aũt in iudiciis de homicidio psertim/de paricidio dicit/de regressione aĩę humanę in corpa rursus humana/in qbus sæpe det pœnas/pares oĩo culpis in supiori uita cõceptis/uetus magorũ Egyptiorũq̃ sacerdotũ sñia ẽ. Nullum enĩ cõuenientius humanorũ delictorũ eẽ purgatoriũ iudicabãt/q̃ in corpibus humanis eadẽ aĩas qñq̃ pati quę fecerint. Qua qdẽ rõne Plotinus Egyptius in libris de puidẽtia utit ad soluẽda dubia aduersus puidentiã iustitiãq̃ diuinã quottidie ĩsurgẽtia. Inqt enim quæ a diuina puidẽtia in pñti uita nõ tependunt: in altera/& qdẽ humana pari prius rõne repẽdi. Rependi insup & in brutis in qbus sæpe aĩa quõdam hoĩs/fiat aĩa bruti. Sed in ultima hac sentẽtia solus extitisse uidet. Cæteris enim Platonis displicet aĩam hoĩs ppriã/aliqñ fieri bruti ppriã. Consentiunt tamẽ uicissim in hoĩes alios transmigrare qđ qdem etsi Plato nõ habet certũ/habet tamẽ ualde pbabile. Quod uero migret in bestias/sæpe qdem recenset: sed dedita opa adeo pter solitã grauitatẽ ridicule narrat/ut plane demõstret/negãdam qdẽ eẽ rẽ ipsam: allegoriã uero quęrẽdã. s. ut trãsire in brutũ duob⁹ modis accipias. Primo qdem in affectũ: imaginationẽ: habitũq̃ bruto cõuenientẽ. Deinde in habitationẽ consuetudinẽq̃ inter feras ad tẽpus supplicii gratia/cõsuetudinẽ nãq̃ effectionẽq̃ brutã/eẽ pœnã dũtaxat antiqui putant: regressum uero in hoĩem ubi paria & simi lima subeant/nõ solum suppliciũ esse/sed purgatoriũ. Post hæc in mentionẽ de legis necessitate in-

eidens oportune:asserit necessariã humano generi esse legẽ. Nam absq; legibus nihilo ab atrocissi-
mis feris discrepaturũ. Huiusq; cãm afferẽs. Nullius hoĩs ingeniũ ita natura institutũ inquit ut oĩa
quæ ad publicũ bonũ necessario cognoscẽda sunt/cognoscat sufficiẽter. Ac si forte nouit / ut opti-
mum id qđ nouit agere possit semp & uelit. Quod si diuina quadã gratia mens quędã inter hoĩes
surgeret/quæ publicũ oĩno bonũ cognosceret/ad idq; generose ac semp intẽderet / nullis uel huic
uel patrię suę eo tpe legibus opus fore. Mentẽ nãq; ueram ac liberã oĩ lege pstantiorẽ esse: atq; ipso
iure cũctis dominaturã. At qm̃ id nullius ingenio est tributũ/cõcludit necessario sub legibus eẽ ui-
uendũ. Ait quoq; studiũ qdem pprii boni ciuitatẽ penitus dissipare:studiũ uero publici boni cõne
ctere. Item pestẽ in ea ciuitate dominari pnitiosam/ubi iudiciũ a magistratib⁹/uel mutũ agitur/uel
clamosum. Atq; ubi familiarẽ dęmonẽ inquit multis sæpe malis obsistere / si dęmonis horres no-
men/uel cõcedente Platone angelum noĩato. Ac memẽto nostrũ dęmonẽ geniumq; / nõ solum ut
quidã putant/nostrũ intellectũ esse/sed numẽ. Pręcipit mox seniores paterna reuerentia adeo coli/
ut etiã ab his uerberatus succensere nõ debeas/sed patienter ferre. Sed natales quos hic cõmemo-
rat deos non ascẽdentia signa signorũq; dominos / planetas astronomico more debemus accipe:
sed ideam generis humani principiũ dęmonẽq; nostrę uitę custodem. Deniq; monet timẽdam eẽ
superoꝝ indignationẽ/& inferoꝝ punitionẽ. Monet mortẽ non esse ultimũ sed ultra hanc esse sup-
plicia inferorum:eaq; uerissime omnino narrari.

DIALOGVS NONVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

Vdicia uero si post hæc supioribus actionibus cõuenientia reddantur:naturalis utiq;
ferendarũ legum ordo seruabit. Sed de iudiciis qdem agriculturę similibusq; dictũ
1 est:de maximis uero iudiciis & iudicibus sigillatim nõdum diximus : de his ergo de-
inceps dicemus. CLI. Probe. ATHE. Turpe quodãmodo uideri põt / leges de hmõi
rebus / quales tractabimus illi ciuitati tribuere/ quã dicimus recte se oĩno ad uirtutis
possessionẽ habiturã. Nam cui absurdum nõ uideat/ siqs in ciuitate ita ĩstituta putet hoĩem nequis-
simũ sicut in aliis nasciturũ? adeo ut opus sit legũ minis hunc puenire/ne talis fiat : neue tale qd cõ-
mittat:& cõmissa positis legibus puniant:quasi possint in hac quoq; re pu. flagitiosissimi hoĩes re-
periri. Verũ qm̃ nõ ut prisci legũ latores agimus/qui cum deoꝝ filii essent/heroib⁹/qui & ipsi e diis
nati dicunt/leges ferebant/sed homines hoĩbus ista sancimus/uereri par est/ ne quis ciuium ita na-
tura indomitus & incox nobis gignat ut quasi legumĩa fulminis tactu pręduras: igni legum etiã for
tissimarũ decoqui nequeat. Quãobrem siquis forte sacrilegiũ cõmittere audeat/legem de hoc fere
mus/ q̃uis onerosam nobis atq; molestam. Enimuero educatũ recte ciuem/nec uolumus / nec ual-
de timemus tam graui morbi laboraturũ. Sed serui istoꝝ forsan & peregrini/ peregrinorũq; serui/
huiusmodi multa aggredient. Quoꝝ gratia maxime/& quia uniuersa natura hoĩum imbecilis est/
tam de sacrilegio q̃ de aliis quę aut uix aut nullo modo sanari possunt/leges cõscribã : sed phœmia
primũ ſm ordinẽ in supioribus institutũ/ his omnibus q̃ breuissime pręponẽda. Ad eum igit qui
nefaria cupiditate/ & die tractus/ & nocte excitus templa ut furetur/petit/hæc aliquis instructiõis/&
monitiõis gratia diceret. O mirabilis uir nõ humanũ te malum/neq; diuinum ad sacrilegia uertit:
sed exitialis quędã asillus/a priscis atq; inexpiatis flagitiis ĩnatus hoĩbus circũagitans quem cunctis
uiribus effugere debes. Q ũo aũt effugies/audi. Cum talis oborit in aĩo cogitatio/cõfuge ad expia/
tiones obsecro. Confuge ad liberatoꝝ deoꝝ sacrificia supplex. Confuge ad bonoꝝ uirorũ cõsuetu
dines. Vbi partim audias/partim tu quoq; dicas iusta honestaq; ab oĩbus esse colẽda. Maloꝝ uero
consuetudines apprime fugias. Q uę si feceris/cessaueritq; morbus/bene tecũ actũ erit. Aliter aũt
mori satius fore arbitratus/desine uiuere. Cum illis hæc exordia cecinerimus/quorũ in animos in-
cidit impia quędam & ciuitati pestifera cogitatio quicũq; ex his paruerit/eos a lege liberos dimit-
temus/sed hoĩbus phœmio nõ psuasis/ferẽtes post hæc legem/altius intonabimus. Qui deprehen
sus in sacrilegio fuerit/si seruus pegrinusue erit/in facie ac manibus calamitate ipsius litteris inusta
uerberatus put iudicibus uidebit/nudus extra fines pellat. Forte enim hoc supplicio cõtinẽtior fa
ctus/euadet deniq; melior. Nullum quippe suppliciũ lege factũ/ad malum tendit. Sed duorũ alte/
rum fere semp solet efficere. Nam aut melior aut certe minus prauus/ qui pœnas dedit fieri solet.
Si uero ciuis quispiã aliquid tale in deos/aut in parẽtes/ aut in patriã ppetrare & ad maximã iniuriã
induxisse aĩmũ deprehendat/hũc iudex/ quia ex puero bene doctus educatusq; a maximo scelere
non abstinuit:sanari nõ posse existimet:pœna huic mors malorũ minimũ. Vituperat⁹ aũt ut exem
plo alios iuuet extra fines pdat. Filiis uero eius/& generi uniuerso si mores paternos fugerint/ quia
nati ex malo fortiter uirtutẽ secuti sunt/honor exhibeat & laus. Nullius autem istorum pecunię in
fiscum redigãtur/in ea re pu. in qua fortes easdem semp & ęquales pmanere oportet. Sed qñ qs ea
patrauerit:que pecuniarũ mulcta luenda sunt/quod supra sortẽ possidet/id impendatur/sors inte-
gra maneat.

gra maneat. Cuius rei exactã ueritatẽ a descripto censu legũ custodes semp iudicibus deferant: ne quis unq̃ ppter indigennã pecuniaꝝ sua sorte priuet. Quod siqs maiore dignus dãno uideat / nec fideiussione liberalitateq; amicoꝝ liberet manifestis diuturnisq; uinculis & cęteris obpropriis puniatur: peccatũ nullum impunitũ sit: neq; pfugus ullus & impunis abeat: sed aut morte plectatur / aut uinculis / aut uerberibus / aut ignobiliter sedendo standoq; in sacris ad extremitates regionis pductus / aut pecuniis / ea rõne quã diximus mulctatusq; pœnas luat. Iudices aũt capitalis criminis legum custodes sint: & optimi quiq; ex eoꝝ numero electi: qui anno prime pterito functi magistratibus fuerint. Quo aũt modo accusationes citationesq; & similia fieri debeant: posteriores legũ latores determinent. Suffragioꝝ aũt sententięq; modũ nostri officii est lege pscribere. Manifeste igit ista ferant. Sed ante hæc corã accusante defendẽteq; q̃ prime: seruata ipsoꝝ dignitate iudices sedeant. Vbi ciues qui ocio abũdant: oẽs adsint: taliaq; iudicia diligenter audiant. In qbus cũ prima oratio ab accusatore fuerit habita / defensor alterã dicat. Deinde senior de iudicib⁹ quę dicta sunt / omni adhibita diligẽtia sufficiẽter examinet: post eũ cęteri oẽs cõsiderẽt: quodcũq; ab aduersariis dictũ uel nõ dictũ perquirẽdũ singuli putant: qui aũt nihil discussione sua dignũ cẽset / alteri examinationẽ ipsam relinquat. Ac tandẽ in Vestę sacrario scripta quę tunc cõclusa fuerunt insertis oĩum iudicũ signis deponant. Rursus in crastino die / eodẽ in loco cõgregati / eodẽ modo examinẽt / iudicentq; & signis appositis, oĩb⁹ quę dicta fuerint / deponant. Cũq; hoc similiter tertio fecerint / signis testibusq; sufficiẽter assumptis: sacrũ singuli ferẽtes suffragiũ iureiurando p Vestã: uere iusteq; pro uiribus se iudicaturos affirmẽt: atq; ita huic iudicio finẽ imponãt. Post peccata in deos cõmissa: de his dicat quę in rei pu. pernitiẽ cõmittunt. Qui principatũ ad hoĩs arbitriũ redigit: atq; ita ciuitatem subiicit factionibus / & ui adhibita cõtra leges seditionib⁹ eam replet / hic uniuersę ciuitati hostis est maximus oĩum iudicãdus. Secũdus ille hostis est qui q̃uis pticeps huius sceleris nõ sit: tamẽ cum amplissimis fungat in ea re. p. magistratibus / eas cõiurationes non aĩaduertit / & si aĩaduertit timiditate quadã patrię nõ succurrit. Quare unusquisq; uir / qui modo alicuius precii ciuis fore studet / hæc iudicibus referat: eũq; in iudiciũ trahat / cui patrię insidiatus ui ad iniquã gubernationem uertere illam conat. Iudices aũt huius sceleris sint / qui & sacrilegii: totũq; iudiciũ similiter pagat: & suffragia quę multitudine uincunt / morte condẽnent. Et ut breuiter dicã / peccata patris non luant filii / nisi pater / auus / ac pauus deinceps mortis suppliciũ debeant: hos aũt cũ bonis suis sorte semp excepta / in antiquã ciuitas patriã mittat. Et de filiis ciuium / qbus plures q̃ unus sunt / nõ pauciores q̃ decẽ annos nati / eos sorte deligant / quos patres / aũt aui paterni materniue noĩauerint / nominaq; ipsoꝝ Delphos mittant & qui oraculo Apollinis approbabit / huic feliciore fortuna sors & domus destituta reddat. CLI. Recte id qdem. ATHE. Cõmunis prӕterea tertia lex de iudicibus iudiciiq; modo / aduersus eos qui pditionis accusati sunt. Et de mansione filioꝝ atq; nepotum siue exitu e patria una lex aduersus tres similiter sit / pditorẽ: sacrilegũ: & uiolentũ legum ciuiliũ euersorẽ: de furto aũt / siue magnũ quid seu paruũ qs furatus sit. Vna lex / pœnaq; similis oĩbus sit. Dãnatus. n. quispiã furti / si ultra sortẽ bona sua sufficiunt / duplum reddat: aliter uinciat / donec aut illi psuaderit cui debet / aut reddiderit. Q d si publicũ furtũ fuerit / tum demũ a carcere liberet / cũ ciuitati psuaserit / uel duplũ reddiderit. CLI. Quo nã mõ dicim⁹ hospes nihil differre siue magnũ seu paruũ sit furtũ / siue a sacro loco / seu nõ sacro sublatũ sit / seu qũocũq; aliter id fiat? Quippe cũ multis modis cõmitti furtũ possit / sceleris uarietatẽ dissimilitudineq; cõiicere legislator debet: nec similib⁹ pœnis q̃ similia nõ sunt / punire. ATHE. Oportune o Clinia ĩpetu currentẽ me retraxisti: & in memoriã q̃ olim qñq; cogitauerã redegisti / ad hũc usq; diem leges nullo mõ recte cõstitutas fuisse. Vt nobis psentia cõsiderãtib⁹ succurrit dicere. CLI. Q ũo rursus id dicimus? ATHE. Congrua pfecto imagine usi sumus / qsi oẽs qui hactenus leges recipiũt / seruis illis cõtulim⁹ / q ab aliis seruis curarent. Illud certe ignorare nõ decet / quod si medicus quispiã coꝝ q usu quodã absq; rõne medent / liberũ medicũ philosophięq; studiosum ęgrotanti libero colloquentẽ audiat / dum morbi initia rõnibus indagat / & de natura corpoꝝ diligẽtius asserit / ridebit ptinus: & aduersus illum ea dicet quę hac in re plurimis medicoꝝ in pmptu semp esse solent. Nõ mederis inquiet ęgrotanti o fatue: sed quasi doctrina nõ sanitate indigeat / doces. An nõ recte sic loqui uidebit? Nõne & nobis merito idẽ obiiciet? qd quicũq; de legib⁹ ut modo nos disserit / nõ leges cõdit / sed ciues erudit. CLI. Fortasse. ATHE. Sed feliciter in psẽtia nobis cõtigit. CLI. Quid nã? ATHE. Quod nihil ad ferẽdas leges nos urget. Sed ipsi spõte hac cõsideratõe suscepta de oĩ rei pu. disciplina / qd optimũ atq; necessarium sit / quõq; id peragat / pspicere nitimur. Cũ ergo liceat si uolumus quid optimũ sit / aut quid maxime necessariũ in legibus cõsiderare / utrũ uobis uidet: tractãdum in psẽtia eligamus. CLI. Ridicula hæc hospes optio ẽ: manifesteq; nos illi similes facit / qui necessitate ingẽti leges ferre ita in psẽtia cõpellũtur / ut in crastinũ licere nõ uideat. Nobis aũt dei auxilio / quẽadmodũ illis q ex lapidibus uel ex alia quauis materia aliqd cõstruũt / licet fusim ea colligere / ex qb⁹ futura cõmoda opi absq; ulla festinatõe deligent. Quasi ergo ędificatores minime festinãtes: alia mõ fundem⁹ / alia hinc ad ędificãdũ sumamus.

Adeo ut in scrēdis legib⁹: alia quasi modo ponanť. Alia uero quasi iam positis apponanť. ATHE. Sic utiq; ſm naturā magis o Clinia cōpendiaria nobis fiet legū cōspectio. Sed illud p deos de legū latoribus cōsideremus. CLI. Quid nam? ATHE. Multoꝝ litterę uerbaq; ex litteris in ciuitatibus conscripta repiunť: litteras uero legis quoq; lator & uerba scribit. CLI. Quid ni? ATHE. Vtrum igiť poetaꝝ cæterorūq; scriptoꝝ opibus de rōne uiuēdi cōpositis aium applicabimus? Legū uero latoꝝ/nequaq̄? an his maxime oium? CLI. Istis oino. ATHE. Legislatorē ergo scribētiū solū oportet/de honesto/bono/iustoq; consulere/docereq; qualia hæc sint/& quomodo his agenda/q felices futuri sunt. Turpe enim est/cū Homerus Tyrteus cęteriq; poetę pbe de uita studiisq; hoīum scripserint: turpe inquā Lycurgo atq; Soloni/cæterisq; legū latoribus minus id facere. Rectū igiť ipm prę cęteris oībus scriptis leges mirifice prę se ferre debent. Cæteroꝝ uero scripta pbari/si legibus cōsentanea sunt: sin dissona/derideri. Sic igiť leges ciuitatibus conscribanť/ ut patris matrisq; psonam lator legū penitus gerat: scriptaq; charitatis prudētięq; uirtutē habeāt potius q̄ domini tyrānniq; imperiū minitātis/tm̄ & describētis/rationē uero nullā penitus assignātis. Consideremus igiť an hac uia nobis pgrediendū sit/siue possimus/siue non. Sed accingamur iam: & pro uirib⁹ hac uia pcedentes etiā si pati quicq̄ necesse sit/toleremus: qđ utinā felix sit: eritq; profecto si deus uoluerit. CLI. Recte locutus es: quare sic faciamus? ATHE. Cōsiderandū est ergo primū ut cœpimus diligenter: de sacrilegio/de furto/de cæteris oībus iniuriis: nec grauiter ferendū/si in ea ipsa legū descriptione/alia iam posuimus: de aliis disceptamus. Non enim legum latores iam sumus: sed efficimur modo/& cito fortassis erimus. Verū si de his quæ pposui ita ut dixi disserēdum uideť/ edisseramus. CLI. Sic oino. ATHE. De honestis igiť iustisq; reb⁹ oībus/inspicere id conemur/quo nobisipsis cōuenimus/& quo discrepamus qui in hoc maxime studere nos pfitemur/ut a plurimis differamus: quo item alii a seipsis dissentiūt. CLI. Quas quęso inter nos differētias dicis? ATHE. Conabor exponere. De iustitia oino iustisq; hoībus & rebus & actionibus oēs quodāmodo cōsentimus: qđ uidelicet oīa hæc honesta pulchra sint ita ut siqs iustos hoīes ēt si corpe deformes sint/ſm ipm iustitię habitū pulcherrimos asserat/nemo sit iudiciū illius reprobaturus. CLI. Nemo fere qui ita loquať pperā loqui uidebiť. ATHE. Recte igiť. CLI. Forte. ATHE. Sed uideamus age: si oīa quæ iuste fiunt honesta pulchraq; sunt: Oīum uero passiones nobis sunt/ ferme actionib⁹ similes. CLI. Quid hoc? ATHE. Actio utiq; quęcūq; iusta ē/quaten⁹ iustitię/ eatenus & honesti ē pticeps. CLI. Cur nō? ATHE. Quare passio quoq; iusta/si ęque honesti atq; iustitię pticeps eē dicať: haud dissona nobis erit oratio? CLI. Vera loqueris. ATHE. Si aūt passionē aliquā iustā qdē eē affirmabim⁹: honestā uero negabimus: iustū & honestū inter se dissonabūt. Iusta enī turpissima eē dicētur. CLI. Q̄uo id dixisti? ATHE. Nihil difficile cognitu: leges enī quę prius nobis positę sunt/cōtraria penitus pcipe his uerbis uidebunť. CLI. Quo pacto? ATHE. Sacrilegū censebam⁹ iuste moriturū legū quoq; bñ positurā hostē similiter. Cūq; multas hmōi leges scripturi essemus: retraximus nos: cōsiderātes has passiones tam multitudine q̄ magnitudine infinitas eē. Iustissimas qdē oīum passionū: sed turpissimas quoq; oīum. Nōne sic honesta iustaq; mō quasi eadē: mō quasi cōtraria uidebunť? CLI. Ita uidetur. ATHE. Multi igitur dissone sic honesta iusta quasi discrepantia quasi nūcupant. CLI. Ita prsus appet. ATHE. Sed id rursus uideamus o Clinia/ q̄uo nos de his cōsentim⁹. CLI. Quē dicis cōsensum? ATHE. In supioribus manifeste mihi dictū arbitror. CLI. Quo pacto. ATHE. Quod si supra dictū non est nūc saltē me dicere existimate. CLI. Quid nam? ATHE. Malos oēs/ oino non sponte malos esse/quod si ita est/illud quoq; sequi necesse ē. CLI. Quid? ATHE. Iniustum esse malum/& malum nō sponte hmōi esse nō sponte uero fieri/quod uoluntariū est nulla unq̄ rōne pōt. Qui igitur iniustitiā inuoluntariā putat iniuste agentē hoīem iniuste agere nō sponte putabit. Mihi quoq; mecū modo cōueniendū est: cū oēs nō sponte iniuriari fatear q̄uis possit qspiā ambitionis cōtentiōisue causa illud nobis obiicere: iniustos qdē nō sponte iniustos esse/ multos tn̄ illoꝝ sponte iniuriari. Mea quippe sñia nō hęc/sed illa est. Q̄uo ergo uerbis meis ipse cōueniā/ si me ita o Clinia & Megille interrogabitis? Si hęc ita se hñt hospes qd nobis de Magnesiensiū ciuitate cōsulis? Dare ne leges ipsis/an non? Ego uero dare leges cōsulam: tum uos ita. Distingues igiť ipsis sponte atq; item nō sponte factas iniurias: & illaꝝ maiores: haꝝ uero minores mulctas cōscribes? An oīum pares cū mille penitus iniurię sponte fiant? CLI. Recte tu hospes sed his quę mō dicta sunt/ad qd utemur? ATHE. Probe interrogasti. Vtemur enim in primis ad illud. CLI. Ad qd nam? ATHE. Memoria repetamus pbe in supioribus nos dixisse/ multā magnāq; de re iusta turbationem inter nos esse atq; dissensionē. Quod resumētes/nosipsos interrogemus: deceat ne cū differentiā hoꝝ nequaq̄ declarauerimus quę in qualibet ciuitate ab oībus priscis legū latoribus q̄si duę iniuriarū spēs positę sunt/sponte .s. & nō sponte factę: atq; ita uarie puniunť. Opinionē hanc nostrā quasi diuinitus dicta sit/ in mediū inducere/nec eam ulla rōne q̄uo recte se habeat confirmare. Minime uero sic decet. Verū necesse est anteq̄ leges ponamus/quēadmodū hæc duo sint: & quā differentiā habeant/significare, ut q̄ū supplicium utriq; imponimus: quisq; intelligat: iudicareq; ualeat

quodāmodo

quodámodo cóuenienter ne/an contra impositum fuerit? CLI. Recte nobis loqui uideris hospes. Oportet enim alterű de duobus nos facere. Vel nõ dicere: nullas iniurias spőte fieri. Vel anteq̃ ad alia pagamus/quõ recte id dicaf/exponere. ATHE. Hoꝝ ego alteꝝ minime patiar/ut uidelicet qđ ita esse existimo/negẽ. Nec officii mei id esset/neq; pium. Quõ aũt hæc si in eo qđ est sponte fieri: & nõ sponte minime differãt/duo sint/& quo alio differãt/quodámodo apite conemur? CLI. Nõ aliter certe hospes ista nos intelligere possumus. ATHE. Ita fiet. Age igiť / nõne multa inter ciues in cõmutatione cõsuetudineq; dãna & incõmoda fiunt/in qbus uoluntariű & inuoluntariű abundare uidétur? CLI. Quid ni? ATHE. Nemo uero cum incõmoda nocumẽtaq; iniurias putet duplicem quoq; in ipsis eẽ iniuriã arbitretur non sponte alterã / alterã sponte cõmissam. Dãna enim oĩum nõ sponte facta/nec numero nec magnitudine/minora illis sunt/quę spõte fiunt. Sed cõsiderate quęso utrű deinceps ueri aliqd afferã? An penitus nihil? Ego enim o Clinia & Megille/siqs cuiq̃ nocet nolens: dicã iniuriari nolentẽ/neq; ꝓpterea quasi iniuriã nõ sponte factã in legib⁹ istud ponã: imo nullam id dãnű iniuriã dicã/siue maius/siue minus sit. Sępe ẽt eű/qui utilitatẽ minus recte cõtulit/iniuriari dicimus: si hęc minime supat. Nã ferme o amici/nec siqs cõferat/nec si cõtra qcq̃ auferat / par est ut iustus aut iniustus ita simpliciter appelleť. Nõ igiť id: sed si pbis moribus iustoq; mõ psit alicui/uel obsit/an cõtra: hoc est legű latori cõsiderandű & ad hęc duo illi respiciendű/ ad iniuriam dico & nocumentű: ita ut ad indẽnem integrűq; statű pro uiribus quęq; pducat; amissum restituať; qđ decidit/rursus cõsurgat: occisum uulnet atq; repareť: sempq; conãdum ut discordię nocumẽtis suscitatę/per leges in amicitiã rediganť. CLI. Probe ista dicűt. ATHE. Iniusta itaq; dãna emolumentaq;/siqd forte ex iniuria sequaf lucri quasi morbos animi/si sanabilia sunt curare oportet. Cura uero iniustitię illuc ferať. CLI. Quo nam? ATHE. Vt quisqs iniurias seu magnas siue paruas cõmisit/ per doctrinã corrigaf a lege cogaturq; oĩno: ut uel nunq̃ amplius tale qd audeat sponte cõmittere/uel rarius admodű pene impositione deterritus; ꝑfecto legum optimaꝝ officiű esse dicimus: ita aĩos hoĩum instituere: ut oderint iniustitiã: iusti uero naturã uel diligãt: uel saltẽ nõ oderint siue operib⁹ seu uerbis legislator id assequaf: seu uoluptate siue dolore uel honore uel infamia: aut pecunia mulctãdo: aut donis: aut alio quouis modo id faciat. Quos uero insanabiles legislator esse senserit: ultimo supplicio hos afficiet: nõ ignorãs satis fore his qui insanabiles sunt; mori q̃ uiuere: ac si uita priuanť dupliciter ꝓdesse cæteris. Nam hoꝝ exẽplo a peccato cęteri deterrenť: & improbis hoĩbus ciuitas ipsa műdaf: hac de causa insanabiles hoĩes: morte legis cõditor plectet; alia minime. CLI. Moderate admodű hęc abs te dicta uidenť: sed iterű iniurię dãniq; differentiã; & quõ sponte & nõ sponte fiant: clarius te dicentẽ libẽter audiremus. ATHE. Et facere conabor & dicere ut iubetis. Constat sane: quod de aĩa inter uos differẽtes hoc sæpe dicitis: & auditis. Vnű in ea affectum siue partẽ natura inesse: quã iracundiam dicimus contẽtiosam atq; difficilem; quæ incõsiderata ui multa euertit. CLI. Proculdubio. ATHE. Voluptatem aũt non eandem cum ira dicimus; sed ex cõtraria potentia dominantẽ: quæ psuasione simul & uiolenta quadam deceptione cõpellit; ut quicqd ipsa uelit: hoc pagas. CLI. Et maxime quidem. ATHE. Tertiã delinquẽdi causam quisquis ignorantiã posuerit: non errabit. Sed qui hanc bipartito distinxerit: legű lator melior erit: alteram quippe simplicẽ is ponet: alterã duplicẽ & simplicẽ qdẽ leuium peccatoꝝ causam arbitrabitur: duplicẽ uero uocabit/qñ non ignoratione solum quispiã detineť/sed etiã sapiẽtię opinione inflatus/quæ oĩno ignorat/ea scire se prsus existimat: hanc si uires roburq; cõsecuta fuerit / ingẽtium turpissimorűq; scelerű causam esse censebit: si aũt imbecillitate ꝑmaf/peccata & pueroꝝ & senioꝝ inde ꝑfecta/peccata quidẽ esse putabit: & illis tanq̃ peccãtibus leges pscribet / sed mitissimas oĩum plurimaq; uenia & indulgẽtia plenas. CLI. Equum id est. ATHE. De uoluptate atq; ira consentimus ferme omnes/alios qdẽ homines illas uincere/alios uinci. Atq; ita est omnino. CLI. Ita prsus. ATHE. Ignorantiã uero alios supare & ab aliis supari/nunq̃ audiuim⁹. CLI. Vera narras. ATHE. Singula hæc ad se rapere hominẽ dicimus/sæpe simul ad cõtraria tractum. CLI. Immo sæpissime. ATHE. Nunc iam tibi quid iustű/qđue iniustű dico / clare absq; ulla ambiguitate exponã. Irę nãq; atq; timoris/uoluptatis & doloris / inuidięq; & cupiditatis tyrãnidem in aĩo / siue noceat / siue non/ oĩno iniustitiã nomino. Sed opinionẽ optimi qua uidelicet rõne ciuitas uel priuati aliqui putabunt si aĩo dominata oẽm uirű exhornet/etiã siqd minus recte illi successerit/ iustitiã nomino; & qcquid inde gestum est/iustum appello: atq; eos qui hmõi principatui libẽter parent/optime uiuere duco. Illiusmodi uero dãnű iniuriã nõ sponte cõmissam plurimi opinanť. Nos aũt de uocabulis nõ cõtendimus. Verű qm̃ tres peccatoꝝ spẽs dictę sunt/memoria hę primo diligẽtius repetẽdę: doloris quidemq uẽ iram timoreq; uocamus/unam spẽm arbitramur. CLI. Prorsus. ATHE. Voluptatis rursus cupiditatűq; alterã. Speĩ autẽ ac de optimo uerę opinionis/ appetitionẽ/desideriűq; / spẽm tertiam. Quibus rursus bipartito diuisis: spẽs quinq; conficiunť: quibus leges inter se differẽtes spẽb⁹ quinq; in duobus generibus sunt ponẽdę. CLI. Quę sunt ista genera? ATHE. Alterű qđ ui apte cõmittiť: alterű qđ clam & cű deceptõe in tenebris. Ac nõnunq̃ utroq; modo agiť. Quod si iure tra-

Qui insanabilis: bis satius esse mori q̃ uiuere.

ctabitur/asperrimis legibus coercebit̃.CLI.Equũ est.ATHE. Sed redeamus illuc iam / unde huc
digressi sumus:terminãdisq; legibus incumbamus.Erat aũt nobis ꝓpositũ de sacrilegis:de ꝓdito
ribus;de his qui mutãdo rem pu.leges corrũpunt:hoꝝ aliqd qs forte cõmittet/ ꝓpter insaniã / uel
morbo/uel senio pressus/uel in ętate puerili cõstitutus ita ut ab istis nihilo differat. Ac si tale qppiã
electis iudicibus fecisse declarabit̃/ipsoq; aut defensore referẽte sic affectus iudicabit̃ cõmisisse/dã
num qđ intulit/simplex oĩno restituat.Cętera sibi remittant̃/nisi homine interfecto/mũdus adhuc
a cæde nõ sit.Sic enim alio ꝓfectus/annũ peregrinet̃.Et si priusq̃ cõstitutũ a lege tempus p̃terierit
reuersus fuerit/aut etiam intra fines deprehendat̃/in publico carcere biẽnio ad legum custodibus
detineat̃:post hac liber a uinculis esto.Sed ut ĩcepimus / de unaquaq; specie cędis leges absolutius
cõscribamus.Et primo qdẽ de ui & nõ sponte factis dicamus.Siqs in certamine publicisq; gymna
siis nõ sponte/siue cõfestim/siue postea ex uulneribus secuta mors sit/amicũ hoĩem interfecerit/uel
in bello similiter/uel in exercitatõe bellica a magistratibus ĩstituta/siue nudis corporib⁹/seu ad imi
tationẽ ueri belli armatis/ſm legẽ/a Delphico Apolline latam mũdus sit. Omnes autẽ medici qui
curantes nõ sponte/occiderint/mundi sint. Quod si manu sua quispiã nõ sponte / siue nudo corpe/
siue instrumẽto/uel telo/uel cibo potuue:ignis frigorisue & fluct⁹ adiectione aut priuatiõe spiritus/
siue id suo corpe/siue per alia quędam faciat/aliquem interfecerit/ oĩno ut manu ꝓpria interfector
existimet̃:atq; ita ut dicã plectat̃.Si alienũ seruũ interemit suũq; putauerit : domino dãnũ restituat
uel duplum precii reddat.Quãti uero precii fuerit seruus a iudicibus statuat̃: purgationibus uero
pluribus maioribusq; utatur q̃ qui certando aliquẽ interfecerũt. Quaꝝ idonei sint interpretes / hi
quos dei cõprobauit oraculum.Sin uero seruũ suum / purgatus ſm legẽ / sit absolutus. At si liberũ
qs nõ spõte hoĩem ĩterfecerit/iisdẽ purgatõib⁹ utat̃/qb⁹ q seruũ ꝑemit.Et priscumysteriũ nõ cõtẽ
nat.Fert̃.n.interfectũ ui hoĩem q libere uixit/ĩterfectori ꝓxio statĩ post mortẽ tpe irasci:ac pp uio
lẽtã mortẽ/ terrore turbatõeq; plenũ maxĩe si uiderit ĩterfectorẽ ĩter suos more solito uiuere / ĩter
fectorẽ ipsum eiusq; actiones/uim ad hoc suppeditãte memoria/cunctis uiribus terrere atq; turba
re.Quare opus est ut homicida interfecti hoĩs gratia anno integro exul a patria / omniq; ea regiõe
ꝓcul uitam ducat.Sinuero q interiit peregrinus fuerit/a patria quo peregrini annuo tpe homici
da pellatur huic legi si obtẽperauerit/genere ꝓximus interempto qui utrũ paruerit attendet/illi ue
niam prestet:qui etiã pace ipsi recõciliatus & ęquus oĩno erit.Sinuero nõ obediuerit/sed cũ ĩmun
dus sit templa deoꝝ petere sacrificareq; audeat/uel statuto tpe uniuerso nõ ꝑegrinabit̃/genere ꝓxi
mus interempto id iudicibus deferat/eũq; de cęde accuset & dupla oĩa sumat ab eo supplicia.Q đ
si ꝓximus ille neglexerit/quasi scelere in ipsum reuoluto ipso uidelicet ĩterempto passionẽ in illum
cõuertẽte a quolibet uolente accuset̃/& quinq; annos patria carere cogat̃.Si peregrinus nõ sponte
peregrinũ in ciuitate occiderit/eadẽ lege a uolente quocũq; id iudicibus deferat̃ & similiter iudice
tur.Sin uero incola id fecerit anno exulet uno.Q đ si ꝑegrinus oĩno ꝑegrinũ / siue incolã / siue ciuẽ
necauerit/ultra purgationẽ:tota ẽt a regione in qua leges hmõi dominant̃: ꝑ oẽm exulet uitã.Ac si
cõtra leges redierit:morte a legũ custodib⁹ puniat̃:& bona siqua possideat : ꝓximo interfecti tra
dant̃.Q đ si non sponte qspiã in eã regionẽ delat⁹ fuerit:tẽpestatis qdẽ ui & fluctu maris depulsus:
nauigãdi oportunitatẽ pedib⁹ mare tangẽs/expectet:ui aũt ꝑ terrã ab aliqb⁹ adduct⁹: a magistra
tu cui prĩo res delata fuerit soluẽdus ẽ:& intact⁹ in exiliũ retrudendus. Siqs uero manu sua liberũ
hoĩem ira cõcitus interfecerit bipartito irã primo oportet distinguere : ꝑ irã enim facit & q subito
absq; uolũtate interimẽdi uerberib⁹/uel quouis mõ ĩterfecit ita cõfestim post ĩpetũ pœnitentia se
quat̃:& q cõtumelia uel iniuria lacessiti:ideoq; in uindictę cupiditate ꝑseuerãtes:postea uolẽtes in
terfecerũt:nec pœnitet ita fecisse:duplicẽ igit̃ cędẽ ponere placet:utrãq; ira factã.Quas ĩter uolũ
tarias & inuolũtarias actões medias iure posuerim. Neutra.n.uolũtaria reuera uel inuolũtaria est.
Sed altera alteri⁹ ẽ imago.Nã ille qdẽ q irã seruat nec repẽte/sed cũ insidiis se postea uindicat homi
cidę uolũtarii ẽ ꝑsimilis.Et q nõ seruat sed prĩo in re ĩpetu fert̃:& absq; ꝑmeditatõe interficit/ inuo
luntarii homicide similis iudicat̃.Nõ tñ oĩno inuolũtarius ẽ/sed inuolũtarii hẽ similitudinẽ dicit̃.
Quocirca ꝑ irã cõmissę cędes/difficile determinant̃:utrũ uolũtarię:an cõtra ponẽde sint. Optima
igit̃ & uerissima snĩa ẽ/utrasq; imagies appellare:easq; seorsũ ita distĩguere/ut altera cõsulto/ altera
ĩcõsulto cõmitti dicat̃. Maiora uero supplicia illis decet ĩponere q cõsulto ꝑ irã ĩterfecerũt. Illis cõ
tra q repẽte & incõsulto/leuiora.Nẽpe qđ grauiori malo fit/e/aspius/qđ uero leuiori/mitius puniẽ
dum,Ita certe nostris legib⁹ agẽdũ est.CLI.Ita ꝓrsus.ATHE. Sed de ira iterũ repetẽtes ita dica
mus.Siqs manu ꝓpria liberũ hoĩem ira cõcitus incõsulto occiderit/cętera qdẽ/eadẽ patiatur mala
quę & homicidę q nõ ꝑ irã occiderit/debent̃:sed duob⁹ oĩno ad irã suã coercenda exulet ãnis.Qui
uero ꝑ irã qdẽ sed ex insidiis liberũ quenq̃ occiderit/ cętera utiq; similiter ac primus cogat̃ facere.
Non aũt biẽniũ tm̃ ut ille/sed triẽniũ exulet:ut ira eius diuturnior/diutius puniat̃. Vniuersalis autẽ
istoꝝ hęc dispositio sit.Nẽpe difficile ẽ/ sigillatim exacteq; de his leges ponere. Aliqñ.n.quę trucu
lentior cędes lege statuta ẽ/leuior uidetur:nõnunq̃ cõtra quę leuior/truculentior/ꝓut atrocius/aut

mitius

falsa psperitas est: q̃ & statuto tẽpore dabit pœnas dubitare nos cogat. Profecto deus si itelligẽdo facit/cõsequẽter quod facit itelligit/ac si totũ facit/itelligit quoq; totũ. Si cognoscit totũ/cognoscit & ptes ex qbus totũ necessario cõstat:si ptes:ergo pticulas ex qbus necessario ptes. Põt ergo & scit uniuersum regere:qui põt & scit puidere. Vult quoq; utiliter gubernare totũ opus suũ. Guberna ri uero bñ nõ gubernatis ptibus nunq̃ põt. Ita neq; medicus neq; architectus opus totũ absq; partibus ad id necessario cõducentib⁹ optime curat. Non negligit deus minima gubernare/qui facere minima nõ neglexit. Neq; difficilius ẽ gubernatio deo:cui est pcreatio facilis. Neq; mollitie ad curãdum tardior est/qui oĩum est fortissimus/qui accuratius cuncta gubernat q̃ uel ars uel natura quę ab arte naturaue fiũt. Nã quãto magis a deo dependent opa dei/q̃ artis uel naturę opa ab arte siue natura/tanto deus opib⁹ suis puidet diligẽtius:p cuius puidẽtiã cętera quoq; id hñt/ ut similiter suis neq; puideãt. Q̃m uero ars quo pfectior est/eo facilius parua simul expedit atq; magna / in deo autẽ ars est ĩmensa/nimirũ minima simul & maxima summa facilitate gubernat. In qbus utiq; dispensandis/nõ totũ gratia partiũ/sed ptes totius gratia disponit bonũq; cuiusq; ppriũ refert ad uniuersi bonũ. Inter oĩa uero sub luna maximã habet circa humanã spẽm diligentiã:tũ qa pfectissima ẽ:tum qa ipsa colit deũ quasi ipsa singulariter excolaf a deo. In his notabis a deo summo p singula rerũ genera spẽsq; diuinos distributos eẽ rectores:uel minimaꝶ actionum passionũq; curatores. Qui sicut p potentiã eius possunt qcqd pñt/ ita per puidentiã ipsius uel minimoꝶ pcuratricẽ/ minima quęq; pcurant. Notabis in syderibus esse sensus/& ut Plotinus Hermiasq; disputãt:uisum pprie atq; auditũ. Sed in alio quodam genere longeq; pstantiore q̃ sensus aĩaliũ terrenoꝶ. Notabis & aĩam humanã semp corpori eẽ cõiunctã/assidue qdẽ ęthereo corpi:p successionẽ uero tũ terreno/tũ aereo corpi. Itẽ motũ aĩę/qa primus est atq; ex se/ideoq; liber/ posse in formas uarias deriuari:usq; adeo ut aĩa alias in habitũ inferiorẽ hoĩe/alias in supiorẽ hoĩe cõuertaf:& illo qdem quasi quadã grauitate ad loca inferiora descẽdere:hoc aũt/ceu leuitate sublimia petere. Ex quo appet cõceptos ex ppriis motib⁹ habitus cũ diuinę uoluntatis lege cõcurrere. Sicut enim lex illa dictat bonis qdem aĩs cœlestia/malis uero terrestria cõuenire:sic oĩno nullo extrinsecus impellente:& quasi naturali quodã instinctu & bonoꝶ habit⁹ spõte supiora petũt/maloꝶ uero ad inferiora labunt:hic pfecto si longius cõmentari liceret:exponerẽ illud obscurissime dictũ:ubi inducit aliquẽ trãsmutare conantẽ/ignẽ in aquã aĩatam/quasi difficillima molientẽ. Nã cũ & aqua igni cõtraria sit/& anima creari nõ possit ex igni:nimirũ impossibilia tentat/q ignẽ in aquã aĩatã trãsmutare molif. Neq; minus obscure dictũ est/qđ de resolutiõe & diuisione dialectica est exponẽdũ. Nẽpe siqs diuidẽdo pcedat per tres gradus : scilicet a genere quodam generalissimo ad species subalternas / ab eisq; ad specialissimas deniq; species facile diuidit:similiter qui per eosdem gradus resoluit / a specie specialissima ad subalternum genus / & inde ad generalissimum facile quoq; resoluit. At uero qui per singula numero infinita peruagari uoluerit / irritum opus aggredietur. Sed de his in cõmentariis in Philebum. Inter hęc notabis Platonis uerba Dauidis prophetę oraculo q̃ simillima : neq; ascensu in cœlum/neq; descẽsu in infernum diuinũ posse iudiciũ euitari. Post hęc ostẽdit deũ a prauis nõ posse muneribus iniuste placari. Vbi cõsiderabis deũ diligentiorẽ esse humani generis curatorẽ q̃ pastorẽs ouium:gubernatores nauiũ:duces exercitus:agroꝶ rustici:equoꝶ aurigę:medici ęgrotãtium. Prӕterea oĩa sub cœlo plena maloꝶ/perpetuũq; circa aĩas bellum. In quo uitia deorsum trahunt:dii uero dęmonesq; sursum. Considerabis uiuas esse in deo uirtutes:imo uitas : quaꝶ scintillis qbusdã in aĩa inde succensis:aĩa ad sublimia eleuaf. Post uero phœmia:seueriori cẽsura aĩaduertit in impios:neq; solum nefarias actiones/sed impudentiã quoq; uerboꝶ:imo & cogitatiões ipsas cõtra diuinã dignitatẽ diligẽter explorat : ac tres spẽs ĩpietatis in supiorib⁹ positas/in sex deducit: uidelicet in duo quãlibet partiendo. Tres enim ille in opinione cõtra deũ falsa consistunt. Põt aũt una cum falsa opiniõe:iniquitas quoq; moꝶ cõcurrere:põt & tolerabilior ęquitas. Cognosces hic & pœnas maleficoꝶ hęreticoꝶ superstitiosoꝶ:illorum prӕterea qui Pseudo prophetę cognominãtur. Rursus quãtum plebeam dãnet superstitionẽ. Dãnauit & supra poeticam / a qua plebea etiã confirmatur. Vbiq; uero Plato tam poeticam q̃ plebeam superstitionem improbat:& ante omnia humana officia pietatem philosophicam ueneratur.

¶DIALOGVS.X. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

ATHE.

POst leges de cęde/uulneribusq; & uerberibus/cõmunis lex illa de omni ui sanciaf. Vt nemo ferat asporteq; rem alienã/aut uicini re ulla utaf/nisi possidenti antea persuaserit:hinc enim mala oĩa quę narrauimus/dependerũt: pendentq; iam & in posterum dependebũt. Reliquoꝶ uero maxima sunt petulantũ iuuenum contumelię atq; iniurię:quӕ tunc in maxima:quãdo in sacra cõmittuntur / pręsertim cum in publica atq; sancta:uel in tribuũ aliquaꝶ cõmunionẽ/uel alioꝶ huiuscemodi. Secũdo uero loco habenda sunt/

quando in sacra priuata atq; sepulchra. Tertio quæ in parentes seorsum ab his quæ narrauimus. Quartum cōtumeliæ iniuriæq; genus est/quādo quis cōtemptis magistratibus/rem illorum abducit: uel ea utitur/anteq̄ illis persuaserit. Quintū cum ciuis alicuius ciuilis dignitas lædit uel offendit qđ genus omnino ultionē poscit:atq; his singulis cōmuniter puidere lex debet. De sacrilegio quidem summatim dictū est:quid fieri oporteat:si ui aut clam peragat. De his autē quę uerbo uel opera in deorum contemptū aguntur/quomodo punienda sint/deinceps prohœmio quodam pposito/dicēdum uidet. Huiusmodi uero prohœmiū sit. Qui deos esse putat fm leges/nec facit unq̄ sponte impium quicq̄:nec loquit. Faciunt autē aut dicunt impium aliquid in deos/ uel quia deos esse negāt: uel quia & si putant esse deos/de rebus tamē humanis curare ipsum minime arbitrātur : uel tertio/ q̄uis & sint & de hoibus curam habeant:facile tamē placari eos uotis & sacrificiis opinantur. CLI. Quid faciemus igit? quid ad ipsos dicemus? ATHE. Audiamus o bone uir prius quid in nostrum cōtemptū ioco quodam dicturos illos coniicio. CLI. Quid nam dicent? ATHE. Ita ferme in nos nugabuntur o atheniensis hospes:uosq; lacedæmonie/atq; gnosie/uere illud dicitis: quod nostrum alii nequaq̄ esse deos/alii nihil nostra curare/alii muneribus facile placari existiment. Quod igitur uos in oibus legibus ferēdis/faciēdum esse putauistis:hoc & nunc a uobis fieri uolumus: ut scilicet ante legum minas:sufficiētibus signis deos esse nobis persuadeatis : nec posse illos præterq̄ fas est/ muneribus ullis moueri. Nunc enim hęc & similia quędam audientes prędicari quottidie ab iis q excellere putantur:poetis/ oratoribus/uatib⁹/ sacerdotibus/aliisq; pmultis/ ab iniuria quidē facienda non remouemur:sed cum fecerimus / placare deos conamur. A uobis autem qui atroces nullo modo sed mittes legum latores eē gloriamini/ poscimus ut persuasione prius adhibita qđ dii sint ita doceatis/ut etiam si non multo sublimiora q̄ alii ueriora tamē loquamini. Forte nāq; uobis credemus. Quare si equū quid postulamus/morem gerite. CLI. Atqui o amice facile est ueritatē hāc ostendere qđ dii sint. ATHE. Quo pacto? CLI. Primū quidē terra/sol/sydera/ipsumq; uniuersum. Temporum quoq; hornatissima uarietas/annis/mensibusq; distincta/id ostendunt:græcorum præterea barbarorūq; omniū consensus/deos esse fatentium. ATHE. Timeo o beate uir scelestos homines. Timeo inquā non erubesco nec uereor:ne forte uos contēnant. Vos enim differentię istorum causam ignoratis : & incōtinentia uoluptatum cupiditatūq; tantūmodo putatis ad impiā animos eorum uitam corruere. CLI. Sed quæ nam pręter ista/alia istorum causa hospes est? ATHE. Quod uos ipsius expertes/penitus fugit. CLI. Quid hoc? ATHE. Ignorātia quędam certe grauissima: quæ maxima uidetur esse prudentia. CLI. Quo pacto inquis? ATHE. Feruntur apud nos sermones/ partim metro/partim soluta oratione conscripti:qui apud uos propter disciplinę ciuilis excellentiam:ut audio:non reperiuntur. Quorum antiquissimi / primā cœli aliorūq; naturam deorum factā fuisse affirmant:nec multum progressi/deorum generationē consuetudinēq; inter se narrāt. Quę quoniā prisca sunt/quātum ad alia quidem siue recte seu non recte se habeant:reprehendere: nō facile est:ad cultum tamē honorēq; genitorum/nec utilia ipsa nec uera esse fatebor: prisca igitur dimittamus:deq; illis ut diis placet dicamus. Iuniorum uero sapientum uerba/sicubi mala hoibus afferant/incusemus:profecto istorum uerbis illud efficit:ut cum ego & tu hæc ipsa signa esse / quod dii sint/asserimus:soleq; ac lunam:sydera & terram/quasi deos & res diuinas in medium adducimus/ tunc iuuenes ab istis sapientibus aliter persuasi/terram & lapides hæc esse dicant: nullāq; humanarum rerum curam habere posse:sed uerbis tamen hornatis uerisimiliter sermonem de istis esse digestum. CLI. Graue id certe hospes etiam si solūmodo unus dixisset. Nunc uero eo grauius & molestius est/ quo plures sunt:qui dicūt. ATHE. Quid ergo dicere/quidue facere nos oportet? Vtrū quasi apud impios homines accusati simus quod falso deos esse/legibus affirmamus: ad defensionem accingemur? An his dimissis ad legum tractationem iterum reuertemur:ne prohœmiū legū nobis hoc excrescat in longum? Cum oratio breuis futura non sit/si pronis ad impietatē hominibus quæ requirunt/sufficienter ostendere uoluerimus : atq; etiam terrore illos a scelere amouere: demū uero quēadmodum cōuenit/leges ferre. CLI. Sæpe numero in hoc breui tempore hospes a nobis dictum est breuitatē non eē prolixitati anteponēdam. Nihil enim nos/ut dicit/ urget. Quare ridiculum simul & prauū esset/si breuiora melioribus pręferremus. Multū enim cōferet/ si uerisimili rōne sermo noster ostenderit:qđ dii sint & boni sint:iustitiāq; multomagis q̄ homines colāt. Quod fere optimū pulcherrimūq; legum omniū erit exordium. Quāobrē absq; ulla molestia atq; festinatione/pro uiribus nihil prętermittamus:qđ ad hanc rem psuadēdam ptineat. ATHE. Iste sermo tuus adeo te paratū promptūq; ostendit:ut ad pces uotūq; uideat prouocare:nec morā amplius patiat. Verum quomodo sine ira esse aliquis deos differat? pręsertim cū necesse sit grauiter ferre odisseq; eos:qui horum uerborum nobis causam prębuerunt. Hi certe a pueritia ad deos affirmandos eo maxime inducere animū potuerūt/qđ dum lacte nutrirentur a nutricibus matribusq; multa de illis ioco & serio dicta decantataq; in orationibus audiebāt:& in sacrificiis uidebant consentanea quęq; illis fieri/quę suauissime pueri & uident & audiunt:dum parentes eorum summo studio pro

dio pro se liberisq; sacrificare/orareq; supplices:deos/quasi q maxime dii sint/uiderēt: necnō quotidie in ortu & occasu solis ac lunę gręcos & barbaros omnes tam in rebus aduersis q secūdis conspicerent/ suppliciter adorare:atq; ex hoc non suspitionem quod dii sint afferre: sed testimonium quod sint absq; controuersia perhibere. At uero qui hæc omnia/nulla ratione/ ut mentis compos quilibet dicere/modi despiciunt: proptereaq; nos ad hæc dicēda compellunt. Quo pacto eos nūc mansuetis uerbis corrigere/& primū quod dii sint docere possumus:audeamus tamen: nec enim decet/ cum illi uoluptate perdantur/nos quoq; ira in eos corrumpi. Quapropter omni cōcitatione animi extincta prohoemiū ad eos qui ita mente corrupti sunt aggrediamur: & quasi ad unum eorum ita orationem mansuete uertamus. O fili/ iuuenis adhuc es:nec dubito/quin pgressio temporis faciat:ut de multis aliter q nunc sentias. Expecta igitur oro/ut tunc de rebus maximis iudices. Maximū autem est / quod tu modo nihil arbitraris / ut recte de diis sentientes / bene uiuamus. Verum si hoc in his permagnū tibi sacrificauero/ minime mentiar. Non tu solus nec amici tui primi/ hanc de diis opinionē habetis. Sed aliqui semper/tum plures/tum pauciores hoc morbo laborant. Quod uero plurimis illorum contigit/tibi narrabo. Profecto nullus eoꝝ ab adolescentia usq; ad senectam in hac opinione quod dii non sint/ perseuerauit. Reliqui autem duo morbi q̄uis non multis/nōnullis tamē permanserunt:qđ dii sint qdem:sed de rebus humanis nihil curent. Vel qđ curent/sed facile precibus sacrificiisq; placentur. Tu igit si mihi credes/expectabis/donec plane cōstet tibi pro uiribus/ quid de his iudicandum sit. Vtq; id assequaris/diligenter considerabit/siue sic siue aliter se res habeat:& a cæteris omnibus & a legū latore maxime sollicitaberis. Interea noli tam temerarius esse: ut impie de diis sentias. Is enim qui tibi leges ponit/& nūc & postea/quomodo ista se habeant/docere conabitur. CLI. Optime hucusq; hospes nobis ē dictum. ATHE. Prorsus ē ita o Megille atq; Clinia. Sed in mirabilem quendam sermonē nescientes incidimus. CLI. Quē nam? ATHE. Qui a multis sapientissimus esse putaē. CLI. Dic clarius. ATHE. Res omnes nōnulli aiūt/ quę fiunt/quę futurę quęq; factę sunt/uel natura/uel fortuna/uel arte fieri. CLI. Et probe quidem. ATHE. Certe non absurdū est uiros sapiētes probe dixisse. Quare sequamur ipsos: inquiramusq; quid nam intellexerunt. CLI. Omnino. ATHE. Maxima dicūt atq; pulcherrima natura fortunaq; fieri. Arte uero minora eamq; dicunt accepta a natura magnoꝝ primorūq; operum generatione fingere/fabricareq; minora omnia: quę artificiosa ab omnibus appellātur. CLI. Quomodo id ais? ATHE. Sic planius dicam. Ignē/aquam/terram/aerem:omnia hęc non arte sed natura & fortuna esse dicunt. Corpora etiam quę post hęc sunt: rerum terrenarū/solis/lunę/stellarū oium / ex illis aia prorsus carentibus facta fuisse aiunt:fortunaq; uirium lata singula casu singulis conuenisse:atq; ita frigida calidis/sicca humidis/mollia duris:& omnino contraria contrariis/duce fortuna / necessario cōtemperata fuisse. Hoc pacto cœlum totum & quę in eo sunt omnia: aīalia quoq; & plantas & anni tempora fuisse producta:non per intellectum / neq; per deum aliquē:sed natura / ut diximus/ atq; fortuna. Ex quibus artem postea mortalem a mortalibus factam/posteriores quasdam res genuisse/non penitus ueritatis particeps/sed simulachra quędā sibiipsis cognata: qualia pictura/ musica:cæteręq; artes his similes generant. Siq; uero artes serium aliquid faciunt: eas esse quę uim suā cum natura cōmunicant qualis est medicina/agricultura/gymnastica. Ciuilem pręterea peritiam aiunt/parua quadam parte cum natura: magna uero cum arte cōcurrere. Atq; ita uniuersam legū positionē non cum natura/sed cum arte/cuius positiones uerę non sint/cōuenire. CLI. Quo nā pacto? ATHE. Deos o beate uir/non natura/sed arte & legibus quibusdam cōstare uolunt: eosq; aliis alios esse/put singuli secum cōsentientes: lege sanxerunt. Pulchra uero uel honesta / alia natura/alia lege cōsistere. Sed iusta natura minime esse. Immo uero hoīes de his semp inuicē disceptare:& nouas quottidie cōstituere:& quę nup statuerūt: quatenus illis sic placet eatenus esse iusta/non natura quidē/sed arte & legibus stabilita. Hęc sunt o amici quę sapientes uiri/ tum pœtę / tū scriptores alii iuniorib⁹ tradiderūt: dicētes iustā esse eā possessionē: quę ui & uictoria cōparaē. Vnde iuniorib⁹ impietas inascit: ut credāt nō esse deos/quales credere leges iubent. Hinc ēt seditiones oriunē: p quas ad eā hoīes uitā quasi fm naturā rectā trahunē/qua ita uiuāt ut cęteros uincāt/nec fm leges aliis seruiant. CLI. O qualem hospes rem narrasti! qualēq; pestem iuuenū & publice ciuitatib⁹ & priuatim domib⁹ suis illatā! ATHE. Vera narras o Clinia. Sed cū ita se res hēat / qd legū latori agēdū cēses? An solū minari oībus hoībus debet? eos oīno pœnas daturos/ nisi deos eē credāt: talesq; opinenē/ quales a legibus tradunē: deq; honestis & iustis & maximis qbusq; rebus ac de uirtute & prauitate/ ita oīno arbitrenē & agant/ut legū lator pscripserit. Si igitur non paruerint/alios mortis supplicio/ alios flagellis & uinculis/alios dedecore/alios exilio/egestateq; puniēdos. Ita ne minabitur qdē tm̄ legū lator? ut aūt in legū latione psuasionem minis adiungat/qua mitiget/nihil curabit? CLI. Minime hospes:sed siqua in huiuscemodi reb⁹ uel modica psuasio iueniri pōt/nō debet legum lator qui modo alicuius pręcii sit/labore inde deterreri. sed q maximo/ut dicitur/clamore potest/ priscę legi auxiliū ferre: rōnibusq; ostēdere qđ dii sint:& q̄cūq; ipse pauloante dicebas. Atq; ipsi legi & arti/ita

Multoꝝ sapientū opiones res tēporeas: uel natura: uel fortuna: uel arte fieri.

Quę pulcherrima fiūt a natura & fortuna fieri: minora uero ab arte.

Vide ut medicina ad naturā: ciuilis ad artē magis inclinet secūdū ueteres sapiētes.

Prouer: Quā maximo clamore auxilium ferre.

suffragari:ut uel natura/uel non minus q̃ natura constare affirmet: cum mentis ipsius proles sint: ut recta ratio monstrat:quá tu modo dicere mihi uideris:& ego credo.ATHE.O paratissimi an/mi Clinia:nõne arduũ est/ea rationibus prosequi:quæ ita per omnes diuulgata sunt:ipsaq; prolixa sunt/nec breuitatẽ patiuntur.CLI.Quid hospes? cum tam multa de ebrietate & musica dicerẽtur: eam ꝓlixitatẽ ęquo animo tulimus:de diis uero talibusq; rebus plura dicentẽ non auscultabimus? Enimuero legum lationi prudenter dispositę/magnũ hinc patrociniũ est futurũ:cum legũ manda ta litteris tradita quę toto tpe futuro redargutõi subiecta esse solent/sic cõprobata quiescãt.Quare terreri non debemus:si auditu ardua in principio sunt:quæ uel tardi ingenii hoĩes sæpius repetẽ do aĩaduertere poterunt.Hæc igiẽ licet prolixa/si modo utilia sunt/non uidentur abiicienda. Nec equũ est hos sermones pro uiribus nõ defendere.ME.Optime mihi hospes Clinia loqui uidetur.

Proponitur: demonstrare deos esse.

ATHE.Et maxime qdem o Megille:quare faciẽdum est/ut dicit. Profecto nisi sermones isti inter omnes/ut ita dixerim/hoĩes uulgati essent/nihil opus esset/deos esse rõnibus demonstrare.Nũc ue ro necesse est.Cum igiẽ maxime leges ab improbis hoĩbus corrũpanẽ/ cuius nam magis q̃ legũ la/ toris officiũ est/auxilium ferre?ME.Nullius certe.ATHE.Verũ dic mihi Clinia: participẽ enim te rõnis huius esse oportet.Nõne qui hæc dicit/ignẽ/terram/aquã & aerem:prima oĩum putare ui/ detur?atq; hæc eadẽ naturã uocare:& ex his posteriorẽ animã arbitrari?Immo nõ uideẽ solum:sed ista nobis oratiõe sua uere significat.CLI.Ita ꝓrsus.ATHE.Num igiẽ per iouem quasi fontẽ quẽ dam inuenimus stultę illoꝝ opinionis:qui unq̃ quęstiones rerum naturaliũ attigerunt. Considera obsecro & rõnem oẽm scrutare.Non enim parũ interest: si ostenderimus eos qui impiis rõnibus inituntẽ/cæterosq; ad impietatẽ trahunt / nõ recte sed peruerse differere. Mihi igiẽ de his ita uideẽ. CLI.Probe dicis:sed coueris ista ostendere.ATHE.At uidebor rõnibus uti nõ cõsuetis.CLI.Ne uerearis amice.Intelligo enim ꝙ putabis longe te a proposito ferẽdarum legum abire / si disputa tionem hanc ingrediamur. Verũ si non aliter cõuincere possumus recte se habere quæ de diis ẽm legem modo dicunẽ/dicendum est oĩno.ATHE.Dicam iam nouã hãc pene inauditãq; rationem.

Reiicitur opinio dicẽtium oĩum princi/pia eẽ corpa.

Quod generationis corruptionisq; oĩum prima causa est/non primũ/sed posterius factum illi ser mones affirmarunt:qui animos impios effecerunt. Quod uero posterius/id prius. Quare ueram deoꝝ substantiã ignorarunt.CLI.Nondum intelligo.ATHE.Qualis anima sit/& quã habeat uim omnes ferme ignorasse uideneẽ:tum quo ad alia:tum quo ad eius generationẽ/ qđ ante oĩa corpo ra nata sit:& transmutatiõis decorisq; corpoꝝ ipsa sit maxime oĩum princeps.Si hæc ita sint/ nõne quæ animę ipsius ꝓpria sunt necessario priora his erunt/quę ad corpus pertinent: cum ipsa corpe sit antiquior?CLI.Necesse est.ATHE.Ergo opinio/cura/intellectus & ars & lex/duris & mollibus/ grauibus atq; leuibus priora sunt.Quare ingentia & prima opera / operationesq; ipsę artis in pri mis erunt.Quę uero natura sunt/& natura ipsa quã non recte sic appellant:posterius sunt:& artem intellectũq; sequũtur.CLI.Cur non recte?ATHE.Quia naturam generationẽ circa prima dice/ re uolunt:primaq; ponunt corpora.Si autẽ non ignis nec aer:sed anima primo esse uidebiẽ:anima ipsa corpore antiquior rectissime affirmabiẽ:& hæc ipsa ita natura constare: si animã corporibus antiquiorẽ esse constiterit:aliter uero nequaq̃.CLI.Vera loqueris.ATHE.Num deinceps ad hęc ita nos comparabimus?CLI.Ita prorsus.ATHE.Rationem cauillatoriã fallacẽq; fugiamus: ne si forte iuuenilis ipsa non senes fefellerit:ridiculos reddat:uideamurq; magna aggressi: ne parua q dem consecuti fuisse.Si amnẽ ꝓfundum rapidumq; tres ipsi transire uellemus:& ego iunior uobis fluctusq; magis expertus dicerẽ:periculum me primũ uobis in tuto relictis facere oportere: utrũ transiri fluuius a uobis senioribus possit:an non?& postea facto periculo/aut hortari uos ad transi tum:aut si transiri nõ possit/me solum periculum subiisse:modeste loqui uiderer.Non aliter inquã cum ratio profundior adeunda sit/fermeq; uestris uiribus non accessibilis:ne uertiginẽ tenebrasq; uobis faciat/ad eas uos quęstiones ducens:quibus consueti non estis atq; hoc pacto dedecore tri stitiaq; afficiat:periculum in me primo ita faciũdum censeo:ut & meipsum iterrogem & mihi ipsi respondeam:& hoc pacto uobis in tuto audientibus totam hanc de anima disputationem pertran seam:qua prior esse corpe ostendaẽ.CLI.Optime hospes loqui uideris: facitoq; ut dicis. ATHE. Age igitur modo magis q̃ unquam deum omni studio inuocemus:cũ deos esse diligenter demõ strare conemur: rationemq; ingrediamur: rudentibus tutissime tensis. In hac autem disputatio ne:interrogatõibus huiusmodi sic securissime respondere uideor: siquis roget. O amice stant ne omnia/ nihilq; mouetur/an contra/ stat nihil/cuncta mouentur? Vel aliqua mouentur: aliqua pma/ nent: huic utiq; respondebo manere alia / alia uero moueri. Nõne in aliquo loco stant & mouen tur?Quid ni? Nõnulla in una sede id faciunt/nõnulla in pluribus.Ea ne dicis quæ stantium in me dio uires capiunt/in uno moueri? queadmodum circuli stare dicuntur/licet circũferentia eoꝝ uer/ tatur.Ita prorsus.Intelligimus autem ꝙ in hac circulatione cum huiusmodi motus / maximum si mul minimumq; circulum circunducat/secundum proportionem: seipsum maioribus minori busq; dispẽit:& ipse quoq; proportione seruata maior est & minor.Propterea cunctorum factus est fons

Aggreditur demonstrare deos esse.

fons mirabiliū. Vna enim cū magnis paruisq; circulis uelocitates tarditatesq; cōuenieñtes ita transigit/ut incredibile quidam peragere uideat. Vera narras. In multis uero moueri/dicere mihi uideris/quęcūq; ex alio in alium semper transeunt locum:& nōnunq̄ alicuius centri unius obtinent basim:nōnunq̄ plura:eo qđ circūuolantur:& cum singula sibi inuicē passim occurrant/ si stantib⁹ resistentibusq; obuia fiunt/scindunt:sin uero contra latis/unū facta tam hæc q̄ ipsoꝝ inter media coniungunt/atq; cōdensant:fateor utiq; hæc ita se habere/ut tu ais. Atqui cōiuncta densataq; augent/disiuncta uero rarefactaq; minuūtur/quādo prior singuloꝝ habitus pmanet:quādo uero nō pmanet/ppter utraq; corruptio sequit. Fit igitur omniū generatio/quādo passio quędam fit:cū uidelicet principiū capto incremēto ad secūdam perueniat translationē:& ab hac in pximā:cūq; ad tres usq; peruenerit/in sentiētibus sensum habuerit. Hac ergo transmutatione atq; translatiōe quodlibet gignit. Vere aūt est/quando permanet. Quod si in alium habitū permutatū fit/iam penitus est corruptum. Species motuū omnes pręter duas o amici iā diximus. CLI. Quas illas? ATHE. Illos o bone uir motus nōdum diximus:quoꝝ pene gratia tota hæc consideratio est. CLI. Dic planius. ATHE. Animę gratia disputationē hanc aggressi sumus. CLI. Maxime. ATHE. Sit ergo alter motus quo quid alia semp mouere pōt quidem:seipsum uero non pōt. Alter quo quid & seipm semp & alia potest mouere/cōiungendo/disiungendo/augendo & cōtra:generādo pterea & corrūpēdo. Qui motus a cæteris omnibus est distinctus. CLI. Sint ut uis. ATHE. Nōne motū illum nouū ponemus:quo aliquid ab alio mouet/& alia mouet? Decimū uero collocabimus illum / quo & se mouet & alia:qui certe omnibus actionibus & passionibus se accōmodat:rerumq; omniū quęcūq; sint reuera motus & transmutatio nuncupatur. CLI. Ita prorsus. ATHE. Quę potissimū ex decē motibus cęteris omnibus tanq̄ robustissimū & efficacissimū pręponemus? Necesse est eum quo quid & se & alia mouere potest/longissimo interuallo pcedere/cæteros aūt omnes eē longe posteriores. CLI. Probe. ATHE. Sed unum uel duo nō recte locata/aliter ponēda sunt. CLI. Quę nā? ATHE. Quod de motu decimo diximus/non recte est dictū. CLI. Quare? ATHE. Quia qui decimo enumeratus est/tam generatione q̄ robore ſm rationē primus est. Secundus uero / quē nono absurde loco enumerauimus. CLI. Quomodo hęc dicis? ATHE. Sic. Quando aliud ab alio mouetur:idq; rursus semper ab alio/erit ne in talibus aliquid quod primo moueatur? At quomodo id cū ab aliquo moueat / eorum quę mouentur/primū erit? Certe impossibile id est. Sed quādo aliqd seipsum mouens/aliud quoq; mouebit:illudq; aliud:& sic deinceps plurima mouebunt/an aliud totius motus principiū erit/q̄ mutatio eius:quod seipsum mouit? CLI. Egregie dictū id:& concedendū est. ATHE. Pręterea sic nos ipsos interrogemus/& ipsi nobis respondeamus. Si quo uis modo uniuersa simul/steterint/ ut plurimi talium audent dicere/quē motū potissimū ex omnibus primū in ipsis fieri asseremus? Eum pfecto/quo quid seipsum mouet. Motus enim dependens ab alio / non prius incidet/q̄ alia quędam ipsis inciderit pmutatio. Quapropter initium oīum motionū primūq; motum qui & in stantibus factus sit:& in his quę mouent modo insit/illum fateri necesse est / quo quid seipsum mouet:& hanc esse antiquissimā oīum potentissimāq; mutationē:secundam uero illā: qua quid ab alio mutat/& alia mouet. Verissime dicis:postq̄ hucusq; disputando deuenim⁹/ hoc quoq; respondeamus. CLI. Quid nam? ATHE. Si primū motum in terreno uel aquatico uel igneo corpore/siue simplici/seu mixto uiderimus/quam inesse ipsi passionem dicemus? CLI. Nunqd rogas/ si uiuere ipsum dicendum sit/q a seipso mouetur? ATHE. Id ipsum. CLI. Viuere certe. ATHE. Quid uero cum animā esse in aliquo uiderimus/ num ob aliud uiuere ipsum q̄ ob hoc putabimus? CLI. Ob hoc ipsum? ATHE. Attende per iouem obsecro/nunquid uelis tria in re qualibet intelligere. CLI. Quo pacto? ATHE. Vnum substantiam ipsam. Vnum substātię rationē. Vnum quoq; nomen ipsum. Interrogationes etiam de omni re duas eē. CLI? Quomodo duas? ATHE. Quod uidelicet nōnunq̄ nomine nobis proposito/rationē ipsam quęramus:nōnunq̄ rationē assecuti/nomen iam inuestigemus. Sed uolumus ne hoc iterum dicere? CLI. Quid nam. ATHE. Bipartita distinctio & in aliis & in numero reperit:& in numero sic diuiso/nomē qdem par est. Ratio autem numerus ī duo ęqualia diuisibilis. CL°. Certe. ATHE. Tale aliquid dico. Nōne idē in utroq; significamus? siue nomen interrogati rationē:siue rōnem interrogati nomē reddamus:qñquidē unam eandēq; rem noīe qdem parē/ rōne uero numerū in duo equalia diuisibilem appellamus. CLI. Idē oīno. ATHE. Rei uero illius cui nomē est aīa/quę nam rō est? Num hēmus aliā rōnem/pter eā quā modo diximus:qđ ipsa possit seipsam mouere? CLI. A seipso moueri asseris rōnem eē illius substātie:q̄ noīe oēs aīam appellamus? ATHE. Assero equidem. Quod si ita est/an adhuc desideramus sufficientius demōstrari/idem eē aīam/& primā generationē ac motū rerum quę sunt: quę fuerūt: quęq; futurę sunt:oīumq; rursus istis contrarioꝝ: quādoquidem transmutationis motusq; omnis oībus causa esse apparuit. CLI. Minime. Nam sufficiētissime mōstratū est aīam oībus antiquiorem esse:cū motus principiū sit. ATHE. Nōne igit motus qui ab alio in alio fit:quoue nihil unq̄ seipm mouet/secūdus est:& quoto quis uelit numeroꝝ interuallo supiori motui postponēdus: siquidem

Quę antiqssima & potētissima motio.

Videtur ī nomine & rōne sint duę interrogationes.

Aię rō potē seipsam mouere.

corpis uere inaiati mutatio est.CLI.Probe.ATHE.Recte igit & pprie/ureq & absolute diximus prius corpore aiam factam fuisse:corpus uero posterius atq secũdo:animç fm naturã dominanti subiectũ.CLI.Verissima hçc sunt.ATHE.Recordamur nos in supioribus concessisse/si antiquior corpore aia declaret/illa etiã quæ animç cõpetunt/iis quç corporis ppria sunt/ priora eẽ simul declarari?CLI.Maxime.ATHE.Affectus ergo/mores/uoluntates/cogitationes/ueręq opiniones/curę/memorięq:oia hæc lõgitudine corpoꝝ/latitudine/pfunditate/robore/prius facta sunt/sicut & aia corpore.CLI.Necesse est.ATHE.Num etiã cõcedere cogimur bonoꝝ & maloꝝ/ honestoꝝ & turpiumq/iustoꝝ & iniustoꝝ/cæterorũq contrarioꝝ causam esse/siquidẽ cãm omniũ ipsam asserimus? CLI.Cur nõ?ATHE.Animã cuncta gubernantẽ/& in oĩbus quæ mouent habitantẽ:nõne & cœlũ gubernare necessario confitebimur?CLI.Omnino.ATHE.Vnam igit an plures? plures certe/ut ego pro uobis rñdeam.Nec pauciores q̃ duas ponere debemus:unam beneficã/ contrariã alterã. CLI.Recte admodum.ATHE.Vniuersa ergo quç in cœlo sunt:quç in terra:quç in mari suis motibus anima ducit:quibus nomina sunt/uelle/cõsiderare/curare/consultare.Recte & nõ recte opinari/lętari/dolere/audere/metuere/odisse/diligere/& cęteris pręterea motibus oĩbus:qui hoꝝ affines primiq sunt:qui & secũdos corpoꝝ motus suscipiẽtes / oĩa in augmẽtũ decrementũq pducũt cõcretionẽ/uel cõdensationẽ/ & discretionẽ/uel rarefactionẽ:& in ea q̃ ista sequũtur : caliditates:frigiditates:grauitates:leuitate:durum:molle:album:nigrum:austerum:dulce:amarum.Et deniq omnibus:quibus anima usa si intellectũ quoq semp diuinum acceperit:recte cuncta diis recta feliciaq perducit:sinuero amẽtia cõiuncta fuerit/omnia his cõtraria facit.Damᵘ ne ista sic se habere? an adhuc ambigui sumus?CLI.Nullo modo ambigimus.ATHE.Vtrum ergo aię genus/ cœlum terram:totũq orbem regere arbitramur?quod mente uirtuteq refertũ est?an quod caret utrisq? Vultis ne ut ita respondeamus ? CLI. Quo pacto.ATHE.Ita dicamus o mirifice uir : si uniuersus cœli circuitus/& omniũ quç in eo sunt/pgressio/mentis motui & circulationi & rõni similem habet naturã:& simili quadam rõne pagit/constat optimã animã totius mundi curã habere cõcedẽdum esse:unde tali ratiõe circũuoluat.CLI.Recte.ATHE.Sinuero furiose & sine ordine mouet/ malã. CLI.Hæc quoq recte.ATHE.Quã igitur mentis motus naturã habet?Sed ad hanc quęstionem o amici prudenter respondere difficile est.Quare par est ut ego uobiscũ respõdeam?CLI.Probe loqueris.ATHE.Cauere itaq debemus/ne quasi ex opposito ad solem conuersi & in meridie noctẽ agentes/pinde respondeamus:ac si mortalibus oculis mens sufficiẽter conspici cognosciq possit. Tutius enim uidebimus:si ad imaginẽ eius respiciamus.CLI.Quo pacto dicis?ATHE.Videamᵘ cui potissimũ decem illaꝝ agitationũ similis sit intellectus:ut tanq̃ imagine hac utamur.Eam ego in memoriã uobis reducã:& pro oĩbus respondebo.CLI.Optime.ATHE.Meminisse oportet & illud a nobis in supioribus esse dictũ:omniũ quç sunt/alia stare / alia uero moueri.CLI.Sic dictum fuit.ATHE.Quinetiã eoꝝ quç mouẽtur/nõnulla uno in loco/nõnulla in pluribᵘ agitari.CLI.Hoc quoq.ATHE.Motus aũt qui semp in uno fit/necessario circa mediũ aliquod agit:& circuli torno confecti similis est:ideoq mentis circuitum pro uiribus imitat.CLI.Quomodo id dicis?ATHE. Per eadem certe:eodẽ modo:in eodẽ:circa eadẽ : ad eadem. Vna rõne & ordine uno ferri utraq assero.Nempe si dicamus mentẽ motũq/q in uno fit spęrę torno confectę lationibus similes / nũq̃ rudes bonarũ imaginum opifices erimus.CLI.Recte admodum.ATHE.Cõtra ergo motus qui nũq̃ siĩr:nec per eadẽ:nec ĩ eodẽ:neq circa eadẽ:neq ad eadẽ : neq in uno fert:nec ordine & hornatu rõneq aliqua/omni pfecto amentię cognatus est.CLI.Proculdubio.ATHE.Iam ergo aperte possumus clamare/cum ab anima cuncta circũducant / necessariũ esse cœli circuitũ a procurãte exornanteq anima circũduci:siue optima illa quidem/siue cõtraria.CLI.At hospes ex dictis iam apparuit/nefas esse aliter dicere q̃ ab anima/omni uirtute referta/siue una seu pluribus hæc omnia circũagi.ATHE.Optime tu Clinia citoq hçc intellexisti:sed illud adde.CLI.Quid nam?ATHE. Si solem/lunam:cæteraq sydera anima ducit cuncta: nõne singula quoq?CLI.Quid ni ? ATHE. De uno igitur uerba faciamus:quæ astris omnibus possunt accõmodari.CLI.De quo? ATHE.Solis quidem corpus omnes homines uidẽt:animã nemo nec etiam alterius animaliũ corporis : nec uiui/nec mortui.idq genus cũ nullo corporis sensu percipiat / sola mente cõprehendit.Quare & nos de ipso hoc sola intelligentia capiamus?CLI.Quid nam?ATHE.Cũ solem aia moueat/ si triũ modoꝝ aliquo ab ea fieri hoc asserimᵘ/fortasse nõ aberrabimᵘ.CLI.Quos dicis modos.ATHE. Quod uel intus in hoc rotũdo corpore inest:& quolibet ipsum trãsfert:quẽadmodum nos anima nostra quolibet ducit.Vel ipsa foris quidem est:& corpus aliquod ignis uel aeris nacta:ut quidam aiunt per uim corpus corpore pellit.Vel tertio/q̃uis ipsa nuda corpore sit / quia tamen alias uires supra modum mirabiles habet / facile ducit.CLI.Certe uno illorum modorum ab anima agitari cuncta necesse est.ATHE.Præstat autem ut sine curru quodam intrinsecus teneat corpus illud/ eius anima lumẽq ita cunctis effundat:siue foris sit seu quomodocunq quis excogitet / deum esse ipsam omnes arbitremur:An aliter?CLI.Ita certe / nisi quis extrema dementia teneatur.ATHE.

De

Affectus & mores uolũtates:cura memoria antiquores longitudine & latitudine corpis.

Vniuersa quç in cœlo terra & mari anima ducit.

Quç sint nomina motuũ animç.

Aĩa cõiuncta intellectui pducit oĩa recta seiũcta cõtrarium.

Quã reuerenter modesteq censẽdũ sit de deo aliisq rebus altis.

Translatio disputatiõis:ut res altior iudicetur in re faciliore.

Solẽ mouet anima.

De uniuersis pręterea stellis & luna/annis/mēsibus/cunctisq; tēporibus/quid aliud q̃ hoc ipsum dicemus? Q̃m aīa aut animę oībus uirtutibus prędite horū oīum causę demonstratę sunt / deos esse eas affirmabimus: siue in corporibus sint & tanq̃ aīalia quędā cœlum totū exhornēt: siue quocūq; aliter agere id dicanť. CLI. Oīno. A T H E. Ita ergo istis cōcessis/poterit ne aliqs negare plena deorum oīa esse? CLI. Nullus adeo mēte captus est/hospes. A THE. Ei ergo qui deos esse negat/ positis terminis o Clinia & Megille sermonē iam relinquamus. CLI. Quos terminos īponemus? A THE. Vt uel doceat nos nō recte opinari/cū aīam generationē primā oīum dicimus: cęteraq; a nobis cōsequēter dicta: uera nō esse. Vel si nihil melius q̃ nos dicere pōt/nobis credat: & ita in posterum uiuat: ut deos esse nō ambigat. Verū cōsideremus nunc utrū sufficiēter deos esse aduersus negantes ostendimus/an nō? CLI. Sufficiēter dictū est hospes. A THE. Disputatio igiť aduersus istos / finem habeat. Sed ille iam qui q̃uis deos eē dicat/curā tamē humanarū rerū negat habere/sic a nobis ē suadendus. O uir eximie dicamus/natura quędā diuinitati cognata ad rem tibi coniunctā affirmandā colendāq; ducit: qsi deos esse asseris. Sed improborū iniustorūq; hoīum publice priuatimq; successus/qui licet reuera felices nō sint/uulgo tū felices hn̄tur/& carminib⁹ frequēter cęterisq; sermonibus extolluntť/temere ad impietatē te pcipitē agunt. Aut ēt cū scelestos hoīes uideas ad seniū usq; ita deuenire/ut filios atq; nepotes in maximis relinquāt honoribus/ualde turbaris? Audisti fortassis/aut etiā ipse uidisti nōnullos/q̃uis iniuste & impie multa gesserint/ppter ipsa tū scelera ex re parua in magnā & ex infimo gradu ad tyrānidem peruenisse. Propterea cum deos harū rerum auctores eē ppter ipsam cū illis cōiunctionē incusare & aduersus eos peccare nolis / nōnulla ductus absurditate: ac diis ipsis succensere nō ualens huc tandē delapsus es / ut licet deos eē arbitreris / humanas tū res ab illis negligi credas. Ne igiť hęc opinio ad grauiorē te trudat impietatis morbū: remedium pro uiribus: opinionē hāc refutātes adhibeamus. Quocirca sequentē disputationē cū pcedēte illa rōne iungemus: qua aduersus eos eē qui deos eē negabāt usi sumus. Tu uero Clinia & Megille/ pro adolescente ut fecistis hactenus/rn̄dete. Atq; ego si arduū qd inciderit/uos suscipiens ut nunc feci/ trans fluuiū ducā. CLI. Recte dicis: & ita facito: nos quoq; pro uiribus faciemus. A THE. Nō erit forsan difficile demonstrare/deos nō minus minimarū rerum q̃ maximarū curā habere. psertim cū pauloante dictū fuerit/eos omni uirtute refertos/puidentiā oīum sibi ppriam uendicare. CLI. Et maxime qdem. A THE. Quod sequiť/cōiter inuestigemus: quę sit uirtus eorū qua boni eē cōcedūtur. Age nōne tēperatū esse/mentēq; hr̄e/uirtuti danť/& contraria uitio. CLI. Certe. A THE. Quid porro? Nōne fortitudo uirtuti etiā dať: timiditas uitio? CLI. Valde. A THE. Et horum alia turpia/ alia honesta dicunť. CLI. Necesse ē. A THE. Et quę in his uitia sunt/nobis qdem inesse posse: deos uero eorū participes nullo modo dicemus. CLI. Hęc etiā quiuis cōcederet. A THE. Nunqd negligentiam: delitias: ocium: animi uirtutē putabimus. An aliter? CLI. At quō? A THE. Num contra? CLI. Ita sane. A THE. Horum ergo cōtraria in cōtrariū. CLI. Sic utiq;. A THE. Qui delitiis/negligentię: ocioq; deditus est quē Hesiodus ignauis maxime fucis similē dicit nōne odio nobis habeť? CLI. Rectissime pfecto poeta ille cecinit. A T H E. Non ergo dicendus deus eos mores habere: quos odit: nec pmittēdus est ullus ita dicere? CLI. Nullo modo. A THE. An ille/ad quē opis alicuius effectio & cura maxime ptinet/magna in eo ope curabit/parua contēnet? Quō si hāc opinionē laudauerimus: nō errabimus? Sed ita istud cōsideremus. Nōne siue homo siue deus duabus de causis negligit? CLI. Quibus? A THE. Vel qa nihil interesse totius putat/si parua negligunť. Vel quia licet interesse opineť/pigritia tamē mollitieq; detētus / negligit. Aliter enim negligētia non cōtingit. Nam quādo qs nō pōt oīum curā gerere magnorū paruorūq;: atq; ideo imbecilitate impeditus/nō curat: negligētia tūc in eo eē nō diciť. Siue homo qdam sit impotēs/ siue deus aliqs nō posse fingať. CLI. Non certe. A THE. Sed nūc illi duo tribus nobis rn̄deant: qui licet deos eē cōcedant/ alter tamē facile placabiles/alter in rebus paruis negligētes putat: primūq; sic interrogenť. Ambo deos asseritis scire: uidere: audireq; omnia: nihilq; ipsos effugere posse eorum: quæ aut sensu aut intellectu percipiunť: hæc ne ita se habere dicitis? An Aliter? Sic. Deinde omnia eos posse quęcunq; mortales īmortalesue possunt? CLI. Absq; dubio ita esse concedent. A THE. Bonos etiā: imo optimos esse omnes quiq; confessi sumus. CLI. Omnino. A THE. Nulla ergo pigritia / nulla mollitie capi eos possibile: quādoquidem tales sunt/quales esse consensimus. Nā a timiditate in nobis ociū nascitur: pigritia uero ab ocio atq; mollitie. CLI. Vera loqueris. A THE. Nullus ergo deorū ocio pigritiaq; corruptus qcq̃ negligit. Nullius eni timiditatis deus est pticeps. CLI. Probe. A T H E. Ergo relinquiť si paruas paucasq; in uniuerso res negligūt ut ita negligāt/aut qa cōtēnenda illa esse sciunt: aut qd nam aliud reliquū est/q̃ huius cōtrariū? CLI. Nihil penitus. A THE. Vtrū ergo o uir eximie te dicere affirmabimus? an qd ppter ignorantiā cū puidere debeant nō puideant? an sicut īprobos hoīes dicim⁹/meliora qdē uidere sed uoluptate aut dolore fractos deteriora seq / sic deos q̃uis sciāt puidēdū eē/silr̄ nō puidere? CLI. Quō id fieri pōt? A THE. Pręterea res humanę/uiuētis naturę pticipes sunt: & hō ipse pręcęteris aīalib⁹ dei cultor diligētissimus ē. CLI. Appet. A THE.

Deos humanarū rerū curā hēre.

Deos curā habere tam maximarū q̃ minimarū rerū.

Quę uirtus deorū qua boni sunt.

Quinetiā mortalia cuncta uiuētia a diis fieri possideri quēadmodū & cœlum uniuersum dicimus.
CLI. Proculdubio. ATHE. Iam ergo seu parua hæc siue magna qs dixerit diis esse / nullo mō cum
puidētissimi atq; optimi sint/negligēda sibi sua possessio est. Sed istud ꝑterea consideremus. CLI.
Quid nā? ATHE. Num sensus & uires cōtrario iter se mō ad facilitatē difficultatēq; se naturaliter
hēant. CLI. Quid ais? ATHE. Parua qppe difficilius q̄ magna uidenť & audiunť. Facilius aūt renē
tur ferūturq; & ꝑuidētia gubernanť/pua oīa & pauca q̄ eoꝝ contraria. CLI. Certe multo facilius.
ATHE. Quid uero? cū medicus totū corp⁹ curare uelit ac possit/si magnis ꝑuiderit/ pua cōtēpse-
rit/an bn̄ huic unq̄ se totū hēbit? CLI. Nunq̄. ATHE. Sed nec gubernatores: nec īpatores/ nec pa
tres familias/neq; ciuitatū moderatores/neq; ulli oīno tales / paucis paruisq; neglectis recte multa
& ingētia gubernabūt. Nā lapides quoq; magnos siue puis bn̄ strui negant architecti. CLI. Certe.
ATHE. Caueam⁹ aūt ne deū mortalib⁹ opificibus uiliorē putem⁹. Isti sane quāto pitiores sunt/tā/
to arte una in ꝓpriis ipsoꝝ opib⁹ & pua simul & magna exqsitius absolutiusq; pficiūt. Deus uero q
sapiētissim⁹ est/& curare pōt ac uult: magnis qdē ꝑuidebit solū: parua aūt q̄ facilius gubernari psit/
pp pigritiā & ignauiā negliget? CLI. Nullo mō hāc hospes de diis opionē admittēdā putam⁹. Ne/
faria enī hęc & falsa penit⁹ cogitatio. ATHE. Satis iam aduersus eū/q negligētię crimine deos in-
cusat/disputasse uidemur. CLI. Certe. ATHE. Verum hacten⁹ quodāmō rōne coegim⁹/ut falsa se
opinari cōfiterer. Indigere quoq; psuasione/qua ueluti cantu quodā capiať/existimo. CLI. Quę nā
hęc psuasio ē? ATHE. Huic adolescēti psuadem⁹: eū q toti ꝑuidet/ad uirtutē salutēq; toti⁹ oīa ordi
nare: cuius pars quęq; pro uirib⁹ qđ sibi cōuenit agit & patiť: atq; his singulis ꝓpositi prīcipes sūt:
qui minimaꝝ ēt actionū passionūq; p singulas & extremas uniuersi pticulas distributiōe ad ultimū
usq; pacta curā hūt. Quaꝝ una tua o miser pticula ē: q̄ & ad totū semp respicit: q̄uis minima sit. Tu
uero ignoras oēm singuloꝝ gn̄atione illius gr̄a fieri/ut uniuersi ipsi⁹ btā uita sit: ei⁹ substātia nō tui
gratia ē: sed illius tu gr̄a factus es. Medicus.n. & artificiosus opifex oīs/ totius gratia singula facit/&
ad cōem pfectionē dirigit oīa: nō totū ad ptē/sed ptes ad totū singulas referēs. Tu aūt moleste fers
qa ignoras quo pacto qđ tibi optimū ē/uniuerso simul & tibi pro cōis gn̄atōis uirib⁹ cōuenit. Qm̄
uero aīa cū corpe semp/mō cū alio/deīde cū alio cōiuncta/uariis mutatōib⁹/aut pp seipsam/aut pp
aliā aīam cōmutať/nihil aliud harū rerū ordinatori tanq̄ talos iacēti restat/q̄ ut q̄si transponēdo p-
mutet/meliores qdē mores in meliorē locū: in deteriorē uero deteriores/ꝓut singulis conuenit/ut
sortē sibi cōgruā singula cōsequanť. CLI. Quo id ais? ATHE. Ea rōne mihi dicere uideor/qua faci
lime dii cunctis ꝑuideāt. Nā siqs ad totū semp respiciēs/fingit quęq;/& ad ipm oīa transfigurat / ut
ex igne aquā animatā/nec multa simul ex uno/uel ex multis unū: primę aut secūdę aut tertię genera
tionis pticipāria multitudine infinita trāspositi huius hornatus erūt. Nūc aūt mira facilitas in eius
opere est/qui toti ꝑuidet. CLI. Quo pacto id rursus ais? ATHE. Ita. Qm̄ rex actiones hominū oēs
aīatas eē pspexit: multāq; ipsas in se uirtutē/multā etiā prauitatē hēre. Quodue factū ē aīam & cor-
pus/pditionē nō pati/neq; tn̄ ęternū eē: qua lege dii sunt. Nā si alterutrū hoꝝ perderet/oīs cessaret
aīaliū generatio: ꝑterea qđ ipsius aīę bonū est/iuuare: qđ malū/cōtra nocere: hęc inquā oīa / qm̄ p-
spexit/iccirco excogitauit ubi pars quęq; locata maximę/optimę/facilimęq; uirtuti uictoriam/uitio
uero ne uincat/īpedimentū in uniuerso pbere possit. Adinuenit igiť ad uniuersum hoc/quale factū
quodlibet qualē sedē habitationēq; & qualia loca sortiri debeat. Causas uero talis gignēdi uolūtati
bus nostris dimisit. Vbicūq; enī qs cupiat/qualisq; aīus sit ibi ferme semp habitat: & talis fit/ut plu-
rimū. CLI. Cōgrue. ATHE. Quęcūq; igiť aīam hūt/ transmutanť: qppe cū trāsmutatiōis in seipsis
cām habeāt. Transmutata ſm ordinē legēq; fatoꝝ feruntur. Et quę minus peccarūt/minus ꝓfunde/
ac in regionis supficie uaganť: quæ magis atq; atrocius/decidūt in ꝓfundū. Et in regionē inferiorē
delabunť/quā inferoꝝ uocabulo similibusq; noībus appellātes/tam uiuentes q̄ a corporibus soluti
somniāt atq; formidant. Aīa uero quę maioris uirtutis uel uitii cōpos est/qn̄ ꝓpria uolūtatę & assi-
dua cōsuetudine uehemētius pmutata/diuinę uirtuti adhęsit/talisq; pcipue facta est: in locū simili-
ter longe meliorē sanctūq; trāsferť: quę uero cōtrario mō affecta est/in cōtrariū translata uitā pagit
suā. Hoc deoꝝ qui cœlum habitant o puer & adolescēs qui a diis negligi putas/iudiciū ē/ut q peior
fit/ad peiores: qui melior/ad meliores aīas: tam ī uita q̄ in omni morte pficiscať: patiaturq; & agat
quę a similib⁹ ad similes fieri oportet. Quare nec tu/nec alius ullus optet cōfidatq; se adeo felicem
fore/ut iudiciū hoc deorū effugiat atq; exsuperet. Nam qui hoc sanxerūt / firmius q̄ cætera oīa sta-
bilierūt: ut cauēdum oīno sit. Nunq̄ enim ab illo negligeris/nec si ita paruus sis/ut in terrę ꝓfundū
ingredieris: nec si adeo sublimis fias/ut pēnis eleuatus in cœlum uoles: sed cōuenientia supplicia da/
bis: siue hic manēs: siue ad inferos pfectus: siue ad remotiorē aliquē inaccessibilēq; locū trāslatus.
Eadem quoq; de illis rō sit: quos per nefaria scelera ex paruis in magnos uiros euasisse intuitus pu-
tasti ad felicitatē ex miseria peruenisse. Quorū in operationibus uelut in speculo/deorū ad oīa negli/
gentiam inspexisse existimasti: quid uidelicet ignorabas ad quid eoꝝ pgressus uniuerso cōducant.
Non oportet aūt hoc o uir prestantissime ignorare quid qui nescit/nec uiuendi formā unq̄ conspi/

ciet: nec

ciet: nec uerba de uitæ beatitudine uel miseria facere poterit. Quare si Clinias hic & uniuersus hic seniorũ cetus tibi psuasit/te quid de diis dicas penitus ignorare/satis tibi deus fauerit: sin uero rõnem adhuc aliquã desideras/audi quæ ad tertiũ illũ dicemus/siquo pacto mẽtis es particeps. Profecto deos esse/hoĩbusq; puidere/satis arbitror demonstratũ. Sed iniquorũ hoĩum eos muneribus corrũpi/nullo mõ dici pmittẽdũ est: & si dicat/oĩno pro uiribus refutandũ. CLI. Præclare dictũ: & sic agamus. ATHE. Age igit per deos ipsos quo nã modo placabiles fiũt: siquo pacto fiant: & qui & quales sunt/si placant: prĩcipes enĩ eẽ eos necesse est: q totũ cœlũ ppetuo gubernaturi sunt. CLI. Certe. ATHE. Sed qbus nã principibus siles sunt? que illis principes siles? ut possibile nobis sit minores maiorib⁹ cõparare. Vtrũ aurigæ aliq certãtiũ bigarũ tales sunt? aut nauiũ gubernatores? Fortasse ãt exercituũ ducibus cõferri pñt. Vel medicis. Qui bella morborũ ab humanis corpibus arcẽt atq; ppulsant. Aut agricolis inimicas oriẽtibus stirpib⁹ tẽpestates timẽtibus cauẽtibusq; aut etiã gregũ atmẽtorũq; pastorib⁹. Nã cũ iter nos cõuenerit multorũ bonorũ multorũq; malorũ & qdẽ pluriũ plenum eẽ cœlũ/imortale aliqd bellũ hoc est/& mirabili custodia indiget: sed opitulant nobis dii/ simul & dæmones. Nos ãt deorũ dæmonũq; possessio sumus. Verũ iniusticia & intẽperantia una cũ iprudẽtia nos corrũpunt. Iusticia uero & intẽperãtia cũ prudẽtia quę in uiribus deorum aĩatis inhabitãt/salutẽ nobis afferũt. Breue ãt aliqd horũ habitare in nobis manifeste hinc licet cõspicere. Nã aĩæ in terra quædã habitãtes iniuste/& ferarũ instar atroces aduersus custodũ aĩas/canũ puta aut pastorum/uel ẽt pcipuorũ oĩno dñorũ insurgunt uerborũq; lenociniis/dpcationeq; quorũdã cãtuũ psuadẽt: ut fama malorũ est licere male agẽdo inter hoĩes sibi plurima usurpare: nec aliquã inde pœnã psoluere: hoc nos delictũ quo ad usurpationẽ pluriũ inhiat/in corpibus aĩaliũ morbũ uocamus/in ãni tpibus pestilẽtiã. In ciuitatibus rebusq; publicis cõmutato noĩe iniusticiã. CLI. Omnino. ATHE. Necesse est igit eũ/q credit deos ueniã hoĩbus iniustis pbere/ siqs ipsis rapinæ ptẽ tribuerit/dicere eos eẽ ueluti canes/qbus lupi pticulã rapinæ cõcedãt/& illi muneribus his placati/greges diripi patiant. Nõne hic eorũ sermo ẽ/q placabiles esse deos prædicãt? CLI. Hic certe. ATHE. Sed qbus pdictorum custodũ deos aliqs cõferẽs non erit oĩum hoĩum ridiculosissimus? Vtrũ gubernatoribus/q libatiõe uini atq; nidore carnium deuoluti/nauẽ simul nautasq; euertunt? CLI. Minime. ATHE. Sed neq; aurigis q dum certãt corrupti muneribus/aduersariorũ curribus uictoriã ipsam cõcedãt. CLI. Nõ certe. Turpis enim hæc in deos cõparatio. ATHE. Atq nec imperatoribus/nec medicis/nec agricolis/nec pastoribus siliter psuasis/nec ẽt canibus astutia luporũ blãde seductis. CLI. Bona uerba quæso. Hæc enĩ audiẽda nõ sunt. ATHE. Nõne custodũ omniũ maximi: & in maximis rebus dii oẽs? CLI. Ita prsus. ATHE. An optimarũ rerum custodes & i uirtute custodiæ nimiũ excellẽtes/deteriores eẽ dicemus q̃ canes hoĩesq; mediocres? q nunq̃ muneribus ab iniustis hoĩbus ĩpis acceptis iusticiã pderẽt. CLI. Nequaq̃ hic sermo ferẽdus est: & qui hac opiniõe laborabat ĩpiorũ oĩum iure pessimus & pfanissimus iudicabit. Tria igit illa quæ proposuimus/deos uidelicet eẽ/ oĩumq; curã hẽre/nec pter iustũ pcibus ullis flecti posse: sufficiẽter ostẽdisse uidemur. CLI. Certe & his nos rõnibus assentimus. ATHE. Vehemẽtius quodãmõ pp ĩproborum hoĩum cõtrouersias diximus. Sed hac de cã o amice Clinia cõtẽtiosa usi sumus oratiõe/ne praui dicẽdo se uicisse putãtes licẽtiã sibi datã credãt faciẽdi quæcũq; uelint: & qliacũq; aduersus deos existimant faciẽda: hac inq̃ de causa/noua quadã: & uehemẽtiori dicẽdi rõne uti uoluimus. Quod siqd ad psuasionẽ attulimus/ut iã uelint mores suos odisse & cõtrarios cõplecti/ pbe nobis exordiũ legũ de ĩpietate/dictũ est. CLI. Speramus ita fore sin minus: At genus oratiõis legũ latori dedecori nõ erit. ATHE. Post exordiũ sermo legũ interps recte sequit: qui impiis oĩbus pdicet/ut a suis moribus ad pietatẽ sese cõuertãt. Aduersus eos aũt qui nõ paruerint lex ista de ĩpetate ponat. Siqs impie quicq̃ agit uel loquit/qui forte psns fuerit/deos defendat/magistratibus significet. Quorũ q primi audierint/ad harũ rerum iudiciũ/sm leges deferãt. Quod siqs magistratus audierit neq; detulerit/ipse ĩpietatis reus fiat: & qui uelit/pro ultiõe legũ psequat. Et siqs cõdẽnatus fuerit/iudices hunc pro singulis impie cõmissis/singulis qbusq; afficiat suppliciis. Carceribus quidẽ oẽs coerceãtur. Tres uero sunt in ciuitate carceres. Vnus plurimis cõis in foro rerum uenaliũ: ubi multi ne fugiant/custodiunt. Alter ubi cetus eorũ fit: qui nocte cõgregant: correctionis noĩe appellatus. Tertius in media regione: ubi q̃ maxime desertus siluestrisq; locus est supplicii nomine/ notatus. Tres quoq; impietatis ut supra narrauimus: causæ sunt. Cũq; ex singulis huiusmodi causis duo quędam proficiscantur: sex erunt aduersus deos genera peccatorũ: quæ ut diiudicent digna sunt: nec ęquali similiq; pœna indigent. Nam alii q̃uis deos esse nõ credãt: tamẽ propter iustum aliquẽ nature affectum: malos oderunt: & odio quodã aduersus iniusticiã moti ab iniuriis abstinent. Iniquos fugiunt: iustos homines diligunt. Alii uero ad hanc opinionẽ quod deorũ præsentia: destituta omnia sint: proniores quoq; ad uoluptates doloresq; sunt: acumine etiam: & memoria pollent. Vtrisq; .i. cõmune ut esse deos negent. In hoc autẽ differunt: quod cęteris hominibus ille minus: hic plus nocet. Ille quidem libere aduersus deos: sacrificia: iusiurandũ obloquitur: atq; ita alios deridẽdo: nisi

puniatur multos forsan sibi similes faciet. Hic uero tandẽ habet opinionẽ sed acriori ingenio prædiitus uulgo putať: dolo\q & insidiis plenus est. Ex istis multi sortilegi fiũt: & ad omne ueneficii maleficii\q genus prõpti: fiunt præterea ex istis nõ nunq̃ tyrãni exercituũ duces. Concionatores/ & qui solẽnitatibus priuatis insidianť & qui hoĩes captiunculis sophistarũ decipiũt: horum ꝑfecto multę sunt spẽs: sed legũ positione dignæ duæ quarũ quæ dissimulatione refecta est: scelera parit non una tãtũ morte uel duabus digna sed pluribus. Altera castigatione simul: & uinculis indiget. Similiter opinio qua dii negligentes existimantur duo gignit & qua facile uotis muneribus\q placabiles: alia duo. Cũ ita impii distincti sint: eos q̃dem/ qui nõ malis moribus sed amẽtia quadã tales facti sunt in correctionis carcerẽ nõ minus q̃ q̃nquẽniũ pmãsurus iudex cõiiciet. Quo in tpe nullus cum ipsis ciuiũ colloquať ꝑter eos qui nocturni cœtus pĩcipes sunt: hi uero admonẽtes: ad salutẽ aĩæ colloquãtur. Cũ aũt uinculoꝝ tps exactum fuerit: qui modestior factus est: una cũ modestis habitet: quod si rursus ĩpietatis crimine cõdẽnabiť: morte plectať. Sed sunt nõnulli qui ad eã opinionẽ q̃ dii sint: uel negligẽtes uel placabiles sint/ ĩmanes quo\q fiunt: hoĩes\q despiciũt: & uiuẽtes ad se multos alliciunt attrahũt\q necnõ defunctos se trahere cõsolari\q dicũt: ꝓfitẽtur\q se deos ipsos cãtibus: sacrificiis: uotis\q mulcere. Et hoc lenocinio conanť domos & ciuitates uniuersas pecuniarũ gratia ꝑdere. Eorũ qui dãnatus fuerit ĩ mediterraneis carceribus uinciať. Nec ullus liber unq̃ ad eũ accedat: sed statutũ ipsi a legũ custodibus cibũ serui afferãt. Vita deni\q functũ/ extra regiõis fines insepultũ eiiciãt. Quẽ siquis liber sepelierit/ a uolente ĩpietatis crimine accuseť. Quod si filios reliq̃rit ciuitati sufficiẽtes orphanoꝝ tutores/ horũ non minus q̃ reliquoꝝ/ ab eo die quo dãnatus fuerit curã habeant. Sed cõis de oĩbus his lex ista ponať: quæ faciet ut multi minus uerbo & re in deos peccẽt: & ut ab amẽtia reuoceť: ex eo q̃ nõ licebit deos sibi deorum\q sacra ꝑter leges effingere. Sit aũt lex huiusmodi simpliciter cunctis imposita. Sacella nemo in priuata domo hẽat. Cũ uero aĩum q̃s ad sacrificãdũ induxerit: ad publica sacrificaturus accedat: & sacerdotibus hostias ꝑbeat: qui curã harũ rerũ castissime gerunt. Quibus cũ & ipse oret: & q̃cũ\q cũ eo simul horare uelit: hæc ideo ita fiant: qui sacella & deos instituere nõ facile est. Quippe magni ingenii est recte rẽ istã facere. Solẽt ãt mulieres ꝑcipue/ ac imbeciliores: & in piculo cõstituti & indigẽtes ubicũ\q q̃spiã indigeat/ & contra q̃ñ facultas rei alicuius affluit: q̃ adesse uideť/ semper consecrare: hostias\q uouere: & statuas diis at\q dæmonibus & deorũ filiis polliceri. Fantasmatibus cõmoti uigilãtes: & insomniis similiter/ multa se uidisse prę formidine recordati. Vbi remedia singulis afferre conanť & aris sacellis\q oẽs domos uicos\q replerũt. Quoꝝ oĩum gratia lex ista ponẽda est: ac ꝑterea impioꝝ cã/ ne ista sibi opatiõibus usurpãtes sacella & aras suis in domibus statuãt: putẽt\q deos clã uotis sacrificiis\q placere: at\q ita ĩ infinitũ suã iniusticiã augeãt. Vnde tã ad se q̃ ad eos qui sibi ista pmittũt quis illi meliores sint/ indignationẽ deorũ ꝓuocent. Quo pacto tota ciuitas iure quodãmõ ĩpietatis crimine teneať: legũ quidem latori deus minime irasceť. Lex enim sit/ sacella deoꝝ/ nemĩnẽ in priuatis domibus possidere. Si uero q̃spiã habuisse sacrificasse\q alibi q̃ in publicis deꝓhendať: qui sensit/ ad legũ custodes deferat. Ipsi ãt si nihil magni sceleris a fœmina siue a uiro factũ sit ad publica tẽpla iubeãt priuata sacra deferri: & si nõ illico delata fuerint/ mulctẽt: donec deferanť. Si q̃s ãt nõ puerilẽ: sed nefariã ĩpietatẽ cõmiserit/ siue in suis priuatim siue in publico deoꝝ cultu sacrificando deliquerit/ morte ut impure sacrificans/ condẽnetur: puerile uero esse uel non/ custodes legum iudicent: tractos\q ita impios in iudicium impietatis reos esse declarent.

Nemo facella in domo priuata habeat.

❡ARGV. MARSILII FICINI IN DIALOGVM. XI. DE LEGIBVS.

PLato noster/ quẽadmodũ & pliorũ oĩum sapiẽtissimus/ & eloquentissimus oratorũ: ita iuris cõsultoꝝ oĩum prudẽtissimus/ ne in cõtractibus cogereť ut solẽt cæteri uastũ legum interpretationũ\q/ & id q̃dẽ frustra opus cõficere merito anteq̃ descenderet ad cõtractus forẽsia\q cõmercia/ studuit disciplinis/ legibus/ iudiciis/ religione ciues bonos efficere: sperãs iustos hoĩes uel abs\q legibus spõte fidẽ & ueritatẽ in omni cõmercio ꝓstituros. Et ꝑfecto admodũ oportune post leges de iudiciis ptinẽtibus ad ꝑsonas leges iudicioꝝ ad res spectãtiũ adducit in mediũ: q̃bus tã aduenæ q̃ ciues discant iuste deponere/ seruare deposita/ at\q pacta/ aliena nõ mouere/ sua cui\q reddere/ uti liberis/ & libertis/ & seruis/ uẽdere/ emere/ reddere/ ducere/ militare/ tueri pupillos/ testari/ testamenta seruare/ hæreditates administrare/ nuptias conciliare/ diuortium facere/ familiam gubernare/ præceteris uero parentes religiose uereri: nihil adulterare/ ueneficia odisse: iram insaniam\q uitare/ iurgia/ cõtumelias/ detractiões fugere: restituere dãna. Veritatẽ in testimoniis iuramentis\q seruare/ at\q hæc ferme est undecimi huius libri materia. Post hæc autẽ/ ut solemus/ obscuriora quædam arbitramur breuiter exponẽda. Principio deã itineris geminã esse scito indicatricẽ. s. at\q seruatricem. Et illã quidẽ eẽ lucẽ sub noĩe Lunę: hãc uero sub Dianæ noĩe fidẽ: & quicq̃d casu quodã alienũ in itinere reptũ est/ deo eẽ dicãdũ: ut agnoscas fortunã

scas fortunã

fcas fortunã pſperã/eẽ ad dei ꝓuidẽtiã referẽdã. Cõtẽplare platonicã bonitatẽ/uidelicet uetantẽ in emẽdo atq; uendẽdo/nõ ſolũ rẽ adulterare/mẽtiri/peierare:ſed iurare etiã:imo uero & rẽ uenalẽ laudare & in eadẽ die ꝑciũ ꝑmutare. Vbi illud edifce. Nemo diis inuocatis mẽdaciũ dicat/aut decipiat/aut adulterare uerbo uel re quicq̃ audeat/niſi deo uelit odio eſſe:cui quidẽ primũ odio eſt/q falſo iurãs deos paruipẽdit:deinde qui corã maioribus ſuis mẽtit:& uide iterũ atq; iterũ q̃ libera & integra Plato optet ingenia ciuiũ a qbus oẽm cauponãdi licẽtiã ꝓcul expellit. Addit quoq; tũ opulẽtiã tũ egeſtatẽ eẽ morbũ ingenioꝝ. Inde enĩ inflatiores/hinc debiliores abiectioreſq; hoĩes fieri. Vbi uero ait palladẽ/uulcanũq;/& Martẽ artibus pſidere:ex multis Platonis myſteriis alibi atq; alibi traditis collige. Ioui ſummo mũdi architecto trinitatẽ quãdã numinũ:quã opificiã platonice nominamus/ſemp aſtare. In qua qdẽ trinitate prima ſit Pallas:ſecũdus aũt Vulcanus. Mars uero tertius. Sed queadmodũ trinitas tota ad Iouẽ ipm a quo eſt/refert:ita ferme Vulcanus & Mars referunt ad Palladẽ. Mitto nũc qd in Marte/potẽtiã. In pallade/ſapiẽtiã. In Vulcano/igneũ ſpũm ſomniaſſe uidet. Tria certe ad ipſam Iouis artẽ/qua uniuerſum pficit regrunt. primũ quidẽ rõ ipſa:per quã ſingula ſit facturus. ſecũdũ efficax eoꝝ quæ rõne cõceperat/expeditio. Tertiũ eoꝝ quæ in effectũ expediẽda ſunt ſalus atq; defenſio. Idea primi/palladẽ. Secũdi/Vulcanũ. Tertii/Martẽ noĩat. Et qa utrũq; .ſ. tã cõſeruatio ſiue defenſio q̃ expeditio uel expſſio reꝝ indiget rõne atq; ſapiẽtia: iõ Pallas & Vulcano pẽſt & Marti:& qcqd uel a Vulcano fabricat:ul'a Marte poſtq̃ fabricatũ eſt defenditur & in ſua forma ſeruat:Pallade duce peragit:hoꝝ uero triũ in arte diuina regnãtiũ:tria quoq; in natura uidemus ueſtigia:p Palladẽ qdẽ/ordinẽ:quo ſingula diſponunt:p vulcanũ uero/ efficacẽ ꝓgreſſum & prõptũ q̃ſi partũ:ad quæ oĩa ꝑperãt:per martẽ deniq;:munitiſſimã ſtructurã a generãtibus adhibitã genitis:& uaria ꝓpugnacula naturã ꝓpriã a cõtrariis defendẽtia. Tria ſĩlĩter ĩ arte humana qdẽ oĩ:maxĩe uero ciuili eſſe debẽt. Vt ſingula & ſapiẽter priuſq̃ fiãt excogitentur: & mature ſtrenueq; expediant:& ea forma quã excogitata exprõptaq; ſunt/ſeruent atq; fortiter defendãtur. Et ut cognoſcamus artẽ humanã in his oĩbus abſoluẽdis/nõ minus q̃ naturã ab ipſo deo ideiſq; pẽdere:inqt tres illos deos humanis artibus pſidere. At ne ſolas a diis artes habuiſſe putemus: addidit deos uitæ datores reuereri maxĩe oĩum oportere:adeo ut uel eoꝝ noĩa nõ ſint uel ĩpudẽter uel temere ꝓferẽda:ſed oĩa uel minima ad eos ptinẽtia pure reuerent/caſteq; tractãda. Quibus præceptis nihil põt ſanctius cogitari:ſi mõ nõ deos/ſed deũ noĩauiſſet. Sed ecce/unã Iouis ſummi ſubſtãtiã introduxit:neq; multiplicauit ſubſtãtias/dũ multiplicaret ideas/qd nã ultra in eo deſideramus? Quinetiã ubi deos noĩat:nõ aliter ſentit q̃ qui dixit millies mille miniſtrabãt ei. Neq; uero ſilẽtio ꝓtereundũ eſt/qd ait aĩam a deo uitã accipere/intelligẽdũ eſſe uitã mediã inter illã quæ in eternitate manet/qualis eſt angelica tota ſimul/atq; illã quæ quodã tpe claudit:mediã inq̃ ex ęternitate tpeq; cõpoſitã. In qua cœli inſtar ſubſtãtia qdẽ ſemp manet/actio uero & affectio fluit ſemper. Ideoq; in libro ſupiore/aĩam dixit & eẽ ſimul & fieri/eſſeq; impdibilẽ. Nõ tñ ęternã/qua lege ſunt dii. i. nõ oĩno manentẽ. Dixit aũt deos. i. angelos manere:nõ ex ſe quidẽ/ſed lege diuina/eos per ſe mobiles ęterne ſiſtẽte. Ait corpus quoq; impdibile eẽ corpus certe cœleſte. Forte uero & elemẽtale/quatenus & elemẽtoꝝ moles/& materia prima nõ diſperdunt:ex qbus in politico inqt corpus idẽ qſiq; diuinitus recreari. Notabis ubi de teſtamẽtis loquit & pſonã & rẽ cuiuſlibet ciuis/nõ ſuiipſius eẽ/ſed patrię. Itẽ ubi de orphanoꝝ cura tractat/aĩas defunctorũ res noſtras ſentire:atq; curare:ſentire inq̃ p corpus cœleſte atq; aereũ/& curare præ aliis alia ad quæ uel natura/uel habitu/uel diuina ꝓuidẽtia magis afficiunt. Præſertim aĩas quæ cũ mediã tenuerint uitã/mediam quoq; obtinẽt regionẽ. Mediã dico tũ ſitu tũ qualitate. Situ quidẽ inter cœlũ & terrã/qualitate uero inter beatitudinẽ ſummã extremamq; miſeriã. Meminiſſe nãq; oportet in libro ſupiore fuiſſe dictũ/ queadmodũ certe quædam naturæ cõgrua loca & cõueniẽtes naturas aſciſcũt/ſic aĩas cũ factæ ex ſe tales fuerint aut tales cõſequẽter pro ſimilitudinis ipſius natura ad gradus ſedeſq; & ſĩl'es & ſimiliũ trãſmigrare. Vt cœleſtes quidẽ factæ cœleſtia/terrenæ uero terrena aereæ aũt aerea petãt. Profecto cũ alia nõnulla circa aĩas Plato affirmare nõ audeat/hucuſq; tñ/& hic & in libro de ſciẽtia euidẽtiſſime aſſerit:atq; alibi ſæpe ſignificat. Vnde & ait cauẽdum eẽ pupillos ledere/ne parẽtũ aĩæ nobis iure ſuccẽſeãt. Ideq; in nono dũ ageret de homicidiis/inqt/aĩas. ſ. interfectoribus indignari. Huic illud ſimile. Marianorũ aĩæ Syllã ſolicitabant:hinc & tragœdiæ furẽtẽ Oreſtẽ agunt. Aĩaduertes poſt hęc ubi de parẽtum cultu tractat honorãdas quidẽ ſacratas deoꝝ ſtatuas/nõ pp ſe/ſed quia deos nobis ſignificãt. Sed magis honorandos eſſe parẽtes/quaſi animata deorũ ſimulachra. Addit impcationes parẽtũ in filios exaudiri a deo/neq; quicq̃ accidere filiis peſtilentius. Audies poſt multa iterũ/qd eſt ualde platonicũ. Pœnis maligni uexant/non quia fecerũt. Nam quod factũ eſt infectũ eẽ nõ põt. Sed nequid tale poſt hac fiat:& ut iniuſticiã odio tam qui puniunt/q̃ qui puniri intelligunt pſequant/aut ſaltẽ minus in ſimili uitio delinquat. Præterea iudicẽ legũ latoris interpretẽ eẽ/iuſticiæq; miniſtrũ. Punit deinde ſuſurrones detractoreſq;/& qui in ira obiurgant atq; cõuitiant/& qui grauiores pſonas mordacibus iocis offendũt:& qui inter iocãdũ acrius iraſcunt. Audies maxime timẽdã eẽ di

uinam uindictã/ubi quis in testimoniis iuramẽtisq; mentit. Audies denique in testimonio/atque iure iurando/ueritatẽ ipsam p Themidẽ Iouẽq; & Apollinẽ/eẽ firmandã. Per Themidẽ quidẽ significatur ius fasq;/& ciuile & sacrũ: & apud hoĩes & apud deũ:ut intelligat quisqs iurãdo testificãdoq; mẽtitur/cõtra ius fasq; humanũ: diuinũ/cõtra hoĩes/cõtra deũ grauiter se peccare. Per Iouẽ uero q nu tu oĩa cõcutit/cognoscat: si peccauerit diuinæ potẽtiæ ultionẽ se nequaq̃ euitaturũ. Per Phœbũ aũt ne cõfidat delicta sua/pñtia/ uel pterita/eũ latere posse qui futura oĩa uaticinio presagit.

ℭDIALOGVS. XI. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

ATHE.

Equit ut dicamus de pactis:cõuenientẽq; iis ordinẽ tribuamus. Simplex aũt illud fit: ut nec mea quisq̃ pro uiribus tãgat/nec moueat meoꝝ quicq̃ etiã minimũ/nisi mihi p suaserit. Atq; ego idẽ dũ mẽtis cõpos fuero/alienis in rebus efficiã. In primis quidem thesaurũ cũ dicimus quẽ sibi quisq; & suis deposuit qui meorũ parẽũ nõ erat/nec repi re unq̃ optarim nec si reppererim/mouẽã: nec ariolis depositũ accipere cõsulentibus credã. Nunq̃ enim mihi tñ pecunia pderit/si accepero: quãtũ uirtute animi iusticiaq; excellã/si nõ accepero. Pro possessione igit pecuniæ melior mihi possessio animi iusticia erit/si uirtutẽ diuitiis p posuero. Quippe cũ bñ de multis dicat: quæ immobilia sunt: mouẽda nõ eẽ/ ppulchre etiã de hoc uno dicet. Sed uulgatæ quoq; de his rebus famæ credendũ est/generationi hæc liberorũ nõ cõferre. Siquis uero de liberis nõ curet/legisq; latorẽ negligat: ac ideo quæ nec ipse nec suoꝝ aliqs deposuit eo inulto qui deposuit/auferat: is legẽ illam optimam & simplicissimã aspernat/quã generosus uir promulgauit/qui dixit. Quę nõ deposuisti/ne tollas. Quid ergo hũc pati oportet? qui hos duos legislatores despexit/quodq; ipse nõ deposuit/ substulit/nec paruũ quiddã qđ abstulit/ sed magnus thesaurus fuerit. Quæ pœna huius a diis debeat: deus quidẽ ipse nouit. Quæ uero ab hoĩbus declarabimus. Qui prius inspexit/iudicibus indicet. Ac si in urbe delictũ est/ędilibus: sin uero ĩ agro agrorũ curatoribus eorũq; principibus. s. in foro rerũ uenaliũ/earũdem curatoribus id significet. Req; ita patefacta Delphos ciuitas mittat/& qđ oraculo dei tã de pecunia q̃ de illo qui pecuniã mouit/dictũ fuerit/id ciuitas deũ secuta cõfirmet. Et qui fecit indicium si liber fuerit in uirtutis ueniat opinionẽ: & cõtra uitii/si sciens cœlauerit: sinaũt seruus fuerit/pcio a ciuitate dño eius collato/liberãdus est. Seruus uero qui cœlauit/morte plectẽdus: hanc legẽ illa deinceps similis de paruis simul & magnis sequit. Siqs rẽ suã alicubi uolens/uel cõtra/reliquerit/nõ tãgat/qui forte repperit/ sed putet deã itineris a lege ebi hæc cõsecrata seruare. Quicũq; uero hac lege spreta/domũ hæc suam asportauerit si seruus sit & parui pcii a quocũq; obuiã facto/& ultra annos triginta nato uerberibus multis pulset. Sinaũt liber/illiberalis primo puaricatorq; habeat/deĩde ẽt decuplũ prætii rei illius, quã mouit/ei qui reliqt retribuat. Q si qs magnũ aliquid de suis uel paruũ ab aliquo teneri cõqueritur: quod ille habere qdẽ fatet/sed eius qui petit/eẽ negat/si res apud magistratus cõscripta est sm legẽ/ uocet ad magistratus qui tenet. Req; ipsa patefacta/si cõscriptũ est/alterius de aduersariis rẽ eẽ ille ipse habeat. Quod si neutrius esse/sed absentis cuiusq̃ inueniat/qui sufficientẽ fideiussionẽ nõ dederit/illi se absenti cuius est/rẽ traditurũ/is tantũdem deponere cogat. Verũ si apud magistratus res qua de agit/cõscripta non sit/tũc apud tres inter magistratus seniores usq; ad latã sentẽtiam deponat: ac si animal est de quo ambigit/lata sñia qui cecidit causa magistratibus ipsis impendiũ alimẽtorũ restituat. Tribus uero diebus id iudiciũ absoluat. Mentis quilibet cõpos seruũ suũ ducat quo uelit/honeste ipso usurus: ducat etiam amicorũ necessariorũue / ut fugitiuum restituat in gratiam. Quod siquis aliquẽ ut seruum ductũ ad libertatẽ uendicet/dimittat quidẽ qui sustulit / qui uero ita ductus est si tres fideiussores dignos pbuerit sic iure sit ereptus. Aliter si abduxerit/uim intulisse uideatur: dãnatusq; duplum dãni ei restituat/a quo abstulit. Libertum quoq; suum unusquisq; ducere possit/si ab eo non colit/aut si nõ sufficienter colit. Cultus aũt est/ primũ ut ter dñi domũ mensibus singulis ueniat: paratũq; se ostẽdat facere quicqd honestum possibileq; sibi sit: deinde ut de matrimonio quicqd dño uidet/faciat. Nec ei liceat maiores sibi diuitias cõparare q̃ ille possideat/ qui liberauit. Sed quicqd plus habuerit/dño det: libertus aũt sicut & peregrini: ultra uiginti annos in ciuitate non maneat: sed post id tẽporis bonis suis acceptis abeat: nisi domino quodam suo & magistratibus persuaserit. Si autẽ liberti & peregrini alicuius bona tertiũ censum excesserint/ trigesimo die postea q̃ hoc factũ deprehẽsumue sit/rebus suis acceptis recedat/nec ulla sibi ulterius manendi facultas a magistratibus cõcedatur. Huic legi siquis nõ obtẽperasse cõdẽnatus fuerit/morte plectatur & bona sua in publicum redigant. ℭHæc tribuũ iudices cognoscant: nisi prius per uicinos: & arbitros/litigantes cõciliati fuerint. Siquis animal aut rẽ aliam suã eẽ dicit qui habet: ad eũ referat qui uẽdidit: uel legittime sufficienterq; donauit: uel quomodocũq; aliter ualide firmiterq; tradidit & ueritas si ad ciuẽ uel urbis incolã ille retulit: intra trigĩta dies inueniatur: sinautẽ ad externos mẽsibus quinq; quorũ medius ille sit mensis in quo ab ęstiuo sol circulo ad hyemalem recurrit. Quæcunq;

cunq; emendo uendendoq; cõmutant̃ in ſtatuto fori loco pmutent̃/dando accipiendoq; ultra ci troq; rẽ & rei pciũ illico/nec alicubi alibi. Nulla uero emptio uẽditioq; ad terminũ fiat. Quod ſi ali/ ter aut in aliis locis pmutatio facta fuerit/nullũ fit ſm legẽ/de ipſa iudiciũ. Sed ne de collatiõe/ cum nõnulli ad aliqd inter ſe agendũ/pecuniã uel qđ ius aliud cõferãt/iudiciũ reddat̃. Venditor/qui pciũ rei uẽditæ nõ minus q̃ triginta dragmas accepit decẽ in ciuitate neceſſario dies expectet:nec diuerſoriũ eius emptor ignoret. Id uero querelaꝝ redditionũq; legittimarum gratia quę in his cõtingere ſolẽt/ita fieri uolumus. Redditio aũt legittima non legittima ita diſcernit̃. Quãdo qs ſeruum uendidit:phreneſi:uel calculo:uel ſtrãguria uel eo morbo quẽ ſacrũ appellant/aut alia quauis plurimis occulta & lõga & ęgre ſanabili corpori ſiue mẽtis ęgritudine laborantem/ſi medicus aut gymnaſticus emit/reddere nõ liceat. Sed nec etiã qñ uenditor emptori cuiuis ueritatem pdixerit. Sin aũt artifex aliquis huiuſmodi rerũ peritus/ignaro & rudi cuipiã tale aliquid uẽdidit qui emit/citra ſex menſes in aliis in morbo uero ſacro uſq; ad annũ integrũ reddere poſſit. Iudiciũ uero harũ rerũ apud medicos agat̃:quos cõi cõſenſu litigantes elegerint. Et qui cõdẽnatus fuerit/duplũ pcii eius quo uendidit/emptori perſoluat. Quod ſi impitus imperito uendidit/queadmodũ de ſupioribus dictũ eſt/redditio iudiciũq; fiat:& qui cõuictus fuerit:ſimplex pciũ deferat. ¶ Quãdo qs homicidã uendidit ſi ſciens quidẽ ſciẽti nõ reddat̃:ſi neſcienti/tunc reddat̃/qñ ſenſerit emptor. Id uero iuniores de legũ cuſtodibus quinq; cognoſcãt. Ac ſi nõ ignoraſſe inueniet̃/emptoris domũ primo ſm legẽ interpretũ a piaculis purget:deĩde pcii triplũ illi deponat. Qui minimũ pro minimis aut quæuis aĩalia:& cætera quæcũq; uelit/cõmutat/nec afferat nec accipiat adulteratũ quicq̃. legẽq; iſtam diligenter obſeruet. Sed huic quoq; legi queadmodũ legibus aliis exordiũ pponat̃. Adulterationẽ quidẽ mẽdaciũ deceptionẽq; quaſi genus unũ putare oportet. In quo ſane multoꝝ dãnandus eſt ſermo:qui hoc ipſo/qñcunq; oportune fit recte ſe uti affirmãt. Cũq; occaſionẽ ipſam ubi:& quando nõ determinent/& ſibi & aliis hoc uerbo multũ officiunt. Legis aũt lator ita indeterminatum iſtud nõ obmittet:ſed diligenter pluribus paucioribuſue terminis declarabit. Atqui & nũc ita determinet̃. Nemo diis inuocatis mendaciũ dicat:aut decipiat:aut adulterare uerbo uel re quicq̃ audeat/niſi deo uelit odio eẽ. Cui quidẽ primũ odio eſt qui falſo iurãs/deos paruipendit. Deinde q corã maioribus ſe mentit̃. Maiores uero aliis eos dicimus qui aliis pſtant:ut ſeniores cõiter iunioribus:parẽtes natis:uiros mulieribus atq; pueris:prĩcipes ſubditis. Quos reuereri par eſt/ cum in omni principatu tum uel maxime in ciuili. Cuius gratia in hunc ſermonẽ incidimus. Quicũq; enĩ aliqd in foro adulterat/mentit̃ certe ac decipit/diiſq; aduocatis aduerſus rerũ uenalium curatores eorũq; iura peierat:qua certe in re nec hoĩes ueret̃:nec deos colit. Æquũ pfecto eſt nõ a deorũ nõ facile inquinare nec ea huc atq; illuc deuoluere : ſed oĩa quæ ad deos ptinent/pure caſteq; ſeruare. Qui his rõnibus nõ pſuadet̃/hac lege urgeat̃. Qui uendit in foro aliquid/nunq̃ ſuę rei uenalis duo prę cia dicat. Sed cũ ſimplex ĩpoſuerit pciũ ſi non uẽdiderit:referat iteꝝ/& eadẽ die/nec maius/nec minus pcium petat. Laus aũt rei uenalis & iuramẽtũ longe abſit. Eũ uero qui hanc legẽ trãſgredit̃: quilibet ciuis nõ pauciores q̃ triginta natus annos/cũ iurantẽ audierit/impune uerberibus cædat. Quod ſi nõ fecerit/legũ pditor habeat̃. Eũ uero qui legi nõ obtẽperauerit/remq; adulteratã uendiderit:quicũq; aduertit poteſtq; arguat:& qui corã magiſtratibus redarguerit/ſeruus quidẽ aut inquilinus rẽ adulteratã ſecũ aſportet. Ciuis uero ſi accuſare neglexerit/quaſi diis ſubſtulerit/improbus habeat̃:ſin accuſauerit cõuiceritq;/diis qui foro pſunt/dedicet:huius aũt rei qui dephẽſus fuerit manifeſte uẽditor nõ ſolũ re ipſa priuet̃:uerũetiã tot uerberibus publice cædat̃/quot drachmis uendebat/pconũ uoce cauſa cur uerberet̃/declarata. Sed uẽdentiũ omnẽ malitiã adulterationeſq; ipſi rerũ uenaliũ curatores cuſtodeſq; legum ab hoĩbus harũ reꝝ peritis diligẽter inquirãt: & in columna conſcriptas in foro pponãt ut plane ex his pateat/quid oportet/& quid nõ uẽdẽtes facere. De ędiliũ uero legibus ſatis ſupra diximus. Et ſiquid deeſſe ędilitiis legibus uideat̃/ędiles ipſi cũ legũ cuſtodibus habito conſilio ſuppleãt:deinde in colũna primas ſecundaſq; inſtitutiones inſcribant. Poſt adulterationẽ ſequit̃ ut de cauponatione dicamus:de quo conſilium primo:& rõnẽ dabimus legẽ deinde ponemus. Cauponatio oĩs in ciuitate nõ nocẽdi gratia:ſed cõtra oĩno naturaliter adinuẽta eſt. Quomõ enim ille nõ proſit? qui rẽ pecuniariã immoderatã & inęqualẽ/ad ęqualitatẽ modumq; redegit? Quod nũmularius:mercator:mercennarius : & hoſpitalis diuerſorii magiſter faciunt:hi enĩ cæteriq; huiuſmodi/ſiue honeſtiores ſiue turpiores:indigentiã ſupplere: rebuſq; ęqualitatẽ prebere conant̃. Sed cõſideremus quæ nã huic rei cã calũnię ſit:& cur honeſta non uideat̃: ut & ſi nõ totũ/attamẽ ptẽ legibus ordinemus. CLI. Res hæc ut uidet̃/nec exigua eſt/nec paruã uirtutẽ poſtulat. ATHE. Quomõ dicis Clinia? Pauci admodũ natura hoĩes:& ii quidẽ optima educatione perducti qñ egeſtate cupiditateq; rerũ aliquaꝝ afficiunt̃/ita cõtinere ſe poſſunt:ut moderate ſe gerãt:& cum liceat magnã pecuniã capere/modica cõtẽti ſint: mediocritateq; exceſſui aññponãt. Vulgus autẽ contrafacit omnino. Immoderata enim cupit:& cum mediocriter lucrari liceat: inexplebili lucri cupiditate uexat̃. Quocirca oĩa genera hoĩum quæ in cauponatiõe mercatura/ diuer

forioq; uersant/calũniæ & obprobrio subiacent. Nã siqs: qđ absit neq; fiat unq̃: mõ cogeret/dicam
enĩ etsi dictu ridiculũ ẽ: siqs inq̃ cogeret optimos ubiq; uiros ad aliqđ tp̃s diuersoriis p̃esse aut cau
ponari/aut hmõi aliqd facere/mulieres quoq; sanctissimas aliq̃ fati necessitate ad hæc siñter descẽ
dere: cognosceremus plane honesta & approbãda hæc oĩa eẽ. Quippe nisi corrupte fierẽt: matrũ
nutricũq; p̃sonã gerere/nõ iniuria qui hæc faciũt/putarent. Nunc uero in desertis locis ad quę mul
tæ longeq; ducũt uiæ/cauponandi gratia domos ędificant: optato diuersorio tẽpestate pulsos susci
piũt: & caloribus p̃ssos recreant: deinde non tanq̃ amicos hospitalibus muneribus donatos remit
tunt: sed ut inimicos atq; captiuos crudeliter se redimere cogũt: rebusq; oĩbus spoliãt. Hæc aũt cæ
teraq; hmõi in his oĩbus turpiter acta faciũt/ut huiuscemodi studia quæ indigẽtibus opẽ ferũt: ca
lũniæ sint subiecta. Quorũ remediũ a latore legũ excogitandũ est. Recte igit iã olim trito p̃uerbio
Prouer. Arduum ad/uersus duo pugnare. dicit. Arduũ esse aduersus duo contrariaq; pugnare. Quẽadmodũ in multis aliis morbis & in isto
cõtingit. Pugna enim nũc nobis ad duo ĩminet: diuitias atq; egestatẽ: quorũ alterũ hoĩum aĩum de
litiis mollitieq; corrũpit: alterũ doloribus ad ĩpudentiã trudit. Quod igit remediũ in ciuitate pru
dẽter instituta ad pellẽdũ hunc morbũ excogitabimus? Dãda est opera primũ ut q̃ minimo p̃ uiri/
bus cauponũ genere in ciuitate utamur. Deinde his hoĩbus cauponãdi artes cõmẽdandæ sunt: q
bus corruptis/nõ magnum ciuitas detrimẽtũ incurrat. Tertio inueniẽda uia & rõ est/ne facile ĩpu
dentia atq; illiberalitate illorũ hoĩum animi repleant. His dictis hæc Magnesiẽsibus lex de hmõi re
bus bona fortuna ferat: quorũ urbẽ deus erigens coli iterũ facit. Nullus eorũ qui de quadraginta: &
quinq; milibus domorũ sunt/caupo mercatorq; nec sp̃õte nec ĩuitus fiat: nec priuati cuiusq̃ fiat mi
nister/qui nõ ex ęquo in eadẽ sorte sibi respondeat/nisi patris ac matris aliorũq; genere maiorũ: cæ
terorumq; seniorũ: qui liberi sunt & libere uiuunt. Liberũ uero & nõ liberum/non facile põt legibus
exquisite distingui. Discernat tñ ab optimatibus ac odio & amore ipsorũ diiudicet. Eũ uero q illi
berali cauponationi in aliqua arte operã dederit/uolẽs qlibet ad optimates uirtuteq; primos quasi
generi suo dedecori sit accuset. Et si paternã domũ indigno studio maculasse deprehendat: ab hoc
opere uinculis annuis arceat. Qui si iterũ lapsus fuerit: biẽniũ uinciat. Ac deinceps quotiẽs peccas
se deprehendit/duplo tẽpore semp detineat. Altera lex iubet ut peregrini dũtaxat & aduenæ cau
ponarias artes sequant. Tertia lex cauẽdum monet/ut peregrinus ille uel ĩcola: aut q̃ optimus aut
q̃ minime malus sit. Nec ignorare legũ custodes debẽt/nõ solum obseruatores illorũ se eẽ/quos ab
iniquitate prauitateq; amouere difficile nõ est: qui bñ nati educatiq; sunt: uerumetiã illorum mul
tomagis qui tales nõ sunt: & in auribus his uersant qbus ad improbitatẽ/facilius impellũtur. Cum
uero cauponatio multiplex atq; uaria sit cum peritis singulorũ eius generũ custodes legum cõueni/
ant: & ut pauloante de adulteratione huic affini dicebamus/quæ necessaria ciuitati uidebunt/ea fie
ri primo cõstituant. Deinde impẽdio & emolumẽto diligẽter examinato/qd mediocre cauponi lu
crum sit/uideãt: & tã impẽdiũ q̃ emolumẽtũ cõscribant. Obseruent autẽ alia ab ędilibus: alia a rerũ
uenaliũ curatoribus/alia ab agri magistratibus: sic fere cauponãdi artes singulis p̃derint: & mi
nime oberint. Siqs nõ uideat pacta seruasse/nisi lex aut decretum p̃hibeat/aut necessitas & uis illa
ta coegerit/aut ĩopinatus casus ĩuitũ detinuerit. In aliis nõ seruati cãm pacti/tribuũ iudices cogno/
scant nisi uicini aut arbitri prius recõciliauerint. Vulcano & Palladi opificum genus qui uitã nobis
suis artibus instruxerunt cõsecratũ est. Marti uero & Palladi genus eorũ qui artificũ opera cæteris
quibusdã ad tutãdum auxiliandũq; paratis cõseruãt artibus. Nec ab re horũ genus his diis est cõse
cratum. Hi enim oẽs regionẽ populũq; curãt. Alii qppe bellicis certaminibus p̃sunt. Alii stipẽdia
ria opera instrumẽtaq; efficiunt: hi p̃fecto deos auctores ueriti neminẽ mẽdacio decipere debent.
Si aũt artificum aliqs in tpe statuto opus per malitia nõ absoluerit/ac deum uitę datorẽ cæcitate q̃
dam animi ignoscere sibi tanq̃ domesticũ suum aliquẽ arbitratus/ip̃m minime uereat: primũ deo
ipsi pœnas dabit: deinde hac lege reus factus operis qđ in tpe nõ fecit/ mercedẽ p̃soluat: ac ab ini
tio rursus in eodẽ spatio tpis opus grãtis efficiat. Sed qđ uẽditori de rerũ uenalium p̃cio lex cõsu
lit/idipsum opifici quoq; cõsulit. Caueat ergo ne pluris q̃ ęquũ est ipse suũ liceat opus: sed q̃ simpli
cissime: & ut dignum est/licitatio fiat. Nõ enim ignorat opifex quo p̃cio dignũ opus suum sit. Nec
debet in libera ciuitate artifex arte ipsa quæ aperta res est & a mẽdacio lõge remota/rudes decipe/
re. In his igit iniuriã patiẽti aduersus facientẽ iudiciũ reddat. Siquis opifici mercedẽ s̃m pacta nõ
dederit: sed Iouẽ ciuitatis tutorẽ: mineruãq; huius rei participem neglexerit/& paruo lucro motus
magnã hoĩum societatẽ pro uiribus parte dissoluerit/lex una cum deorũ auxilio ciuitatis uniõi pa
trocinet. Qui operis accepti mercedẽ tẽpore quo pactus est nõ obtulerit/duplũ reddat: ac si ann9
p̃terierit/q̃uis pecuniæ acceptæ mutuo sine usura reddi debeãt hic tñ pro singulis drachmis singu
las sextas drachmæ partes mensibus singulis dato: harum rerũ causas tribuum iudices cognoscãt.
¶ Verum qm̃ de opificibus mentionem fecimus/& imperatores cæteriq; bellorum artifices: mõ
quodam opifices sunt/non alienũ est/ut de his quoq; dicamus. Si ergo quispiam horum opus ali
quod publicum/siue sp̃õte/seu iussus susceperit: recteq; quod cepit absoluerit/iuste sibi lex honores

qui bellicosis

qui bellicosis uiris pmia sunt ita reddet ut laudare nunq̃ desinat. Sin aũt ei qui rẽ bellicã bñ gesserit nihil reddit/iuste cõquereť. Itaq; lex quædã de his cũ laude mista/quę nõ cogat qdẽ sed cõsulat multitudini ciuiũ ponať. Honorent boni uiri qui aut fortitudine aut bellica q̃dã pitia/ciuitatẽ totã seruauerint: & maximi honores illis primo attribuanť/q bonoꝝ legũ cõditorũ leges pcipue coluerũt. ℂIam igiť de pactis quæ maxima hoĩes inter se tractãt/pter q̃ de orbis atq; tutoribus/fere iã dictũ est: de qbus nũc necessario est dicendũ: hoꝝ oĩum initiũ est/tũ eoꝝ qui mortui sunt ut libuit testãdi cupiditas/tum eoꝝ qui nihil restati sunt/fortuna. Ob id aũt necessario dicẽdũ o Clinia dixi qm̃ hui⁹ rei difficultatẽ cõsiderabã. Nec enĩ possibile est absq; ordine id relinqre. Nam multa singulis diuersaq; & inter se ac legibus & uiuẽtiũ moribus/maioribusq; suis cõtraria ppere testabunť/siqs statuet quodcũq; testamẽtũ in fine uitæ cõditũ fuerit/id oĩno fore inuiolatũ. Stulta enĩ: & abiecta quadam morositate ferme oẽs pmunť: qũ morituros se iã arbitranť. CLI. Quomõ id ais hospes? ATHE. Difficilis quædã res est o Clinia homo iã moriturus/hisq; uerbis frequẽtissime utiť/quæ legum latores terrẽt atq; fatigãt. CLI. Quõ istud? ATHE. Nẽpe cũ uelit suoꝝ oĩum eẽ dñs/hæc solet/& qdẽ cum ira dicere. CLI. Quæ nã? ATHE. Graue inqt est nimiũ o dii/si mea mihi nõ licebit cuicunq; uolo relinquere: & aliis plura/aliis pauciora/put erga me boni maliue liqdo inuẽti sunt/tũ in morbo/tũ in senio/tum in aliis fortunis meis sufficienter cõprobati. CLI. An non recte hospes tibi loq uidenť? ATHE. Prisci legũ latores o Clinia molles fuisse mihi uidenť/& ad minimũ qd humanaꝝ rerũ in ferendis legibus respexisse. CLI. Quo nã pacto? ATHE. Illis morituri hoĩs uerbis o optie uir cõmoti legẽ illã scripserunt: per quã licet cuiq; utcũq; uelit simpliciter sua disponere. Ego aũt & tu in ciuitate tua morituris cõmodius rñdebimus. CLI. Quomõ? ATHE. O amici dicemus: ac breui pculdubio morituri/difficile uobis ẽ res uestras atq; etiã uosipsos ſm delphicũ epigrãma cognoscere. Ego qui leges condo nec uos uestros eẽ arbitror: nec rẽ familiarẽ hanc oẽm eẽ uestrã: sed toti⁹ uestri generis pteriti atq; futuri: multoq; magis uniuersę ciuitatis & gen⁹ omne & diuitias eẽ. Hæc cũ ita sint/siqs assentatiũculis in morbo: & senio uos aggressus pter honestũ testamẽtũ cõdere persuaserit nunq̃ id fieri sponte cõcedã. Sed qđ ciuitati uniuersæ generiq; cõferat cõsiderans ita leges cõscribã: ut singulorũ cõmoda minoris q̃ cunctorũ ut par est/ęstimem. Vos igiť mites atq; beniuoli nobis ite modo/quo naturæ humanæ uos necessitas uocat. Nõbis ãt reliqua uestra nobis curæ erunt: q nõ aliis magis q̃ aliis rebus studemus: sed oĩum ęque pro uiribus curã gerimus. Hæc in prohemio solamina & uiuẽtiũ & morientiũ o Clinia sint. Lex aũt sit ista. Qui liberos habet: & testamẽtũ cõscribit/primo hæredẽ de filiis unũ/quẽ dignũ putauerit/cõstituat. Deinde quẽcũq; aliorũ adoptãdũ aliis dederit/cõscribat. Et si filiorũ aliqs supest/nulla hæreditate munitus/quẽ ſm legẽ in coloniã spãrat pfecturũ huic liceat patri de alia pecunia quãtũ uelit legare/paterna sorte semp excepta: & oĩbus quæ ad illã prinẽt. Quod si plures sint eis pater quæcunq; ultra sortẽ sunt/ut uelit distribuat. Ac si alicui eoꝝ iã domus est: ei pecunias nõ tribuat: neq; filiæ similiter quæ uiro sit desponsata: si despõsata nõ fuerit/tribuat. Et si filiorũ filiarũue alicui sors aliqua in regione post cõditũ testamẽtũ aduenerit/testatoris ipsius hæredi relinquať. Si autẽ nõ filios sed filias habet (qui testať cuius filiæ uelit uirũ hæredẽ sibi ac filium fore cõscribat. Et si alicuius filius siue naturalis siue adoptiuus: anteq̃ togã uirilem assumat/decesserit/has etiam fortunas suas/testator significet: & quẽ uelit loco illius melioribus auspiciis filium sibi fore/declaret. Siqs absq; liberis oĩno testamentũ condit/decimam partẽ fundi ultra sortẽ acquisiti leget cuicunq; ciui uoluerit. Cætera oĩa futuro per adoptionem filio benigno/sine querela & ſm legẽ tribuat. Si cui liberi tutoribus indigent: & idẽ moriẽs testamento tutores quoscũq;/& quotcunq; uelit cõstituerit/qui tutandi officiũ suscipere uelint ita fiat sicut descripserat. Sin uero uel intestatus naturæ cõcesserit uel tutores nõ conscripserit/qui genere proximi sunt/duo ex parte patris duoq; ex pte matris/atq; unus ex mortui amicis/tutelã suscipiant. Quos legũ custodes indigẽtibus pupillis statuere debẽt. Nã quidecim ipsorũ cæteris seniores: orphanoꝝ oĩum quinquẽnio curã sic habere uolumus/ut terni pro dignitate singulis annis curẽt. Et exacto quinquẽnio similiter quindecim alios atq; id pro uiribus nunq̃ deficiat. Siquis autẽ nihil testatus decesserit, filiosq; tutela egẽtes reliquerit/iisdẽ legibus filiis eius prouideať. Qui uero inopinata fortuna decesserit/filiasq; reliquerit/latori legum/ueniã concedat si ad duo de tribus respiciẽs eius filias collocet: ad ppinquitatẽ uidelicet generis: sortemq; seruandã. Tertiũ autẽ quod paterni officii est/vt moribus ciuium diligẽter cõsideratis/idoneũ: & sibi filium: & filiæ sponsum deligat: id quoniã impossibile cõsideratu est/ptermittat. Lex igiť pro uiribus hac de re/huiusmodi sit. Siqs ex intestato mortuus filias reliquerit/frater eius ex patre aut ex matre: si absq; sorte sit mortui filiã: & sortem suscipiat. Quod si frater non extat/eius filius/nisi ętas obstet/accipiat. Tertius sororis filius si nullus illorũ extat. Quartus patris frater. Quintus filius eius. Sextus sororis paternæ filius. Et similiter per fratres cõsobrinosq; generis semper propinquitate seruata: si filias reliquit ita pcedať: ut in eodẽ genere mares fœminis añponanť. Conuenientiã uero etatis ad nuptias & contra. Iudex nudos oĩno mares/nudas quoq; ad pubẽ usq; fœminas cõspiciens iudicet. At si ad fratrũ usq; auos

Querimonia eorũ q morituri testamenta faciunt.

Taxantur prisci legũ latores.

Nosce te ipsum hoc ẽ te & res tuas.

Nihil cuiusq; certa possessione esse: sed uniuersę ciuitatis.

rumq; filios:cognaroꝝ penuria fit/quęcunq; ciuiũ sponte puella cũ tutoꝝ cõsilio deliget.is si uolue
rit:eã in uxorem atq; insup hæreditatẽ accipiat.Quod si magna in penuria illoꝝ qui urbem habi-
tant:aliquẽ in colonia missum puella hæredẽ facere sui patris optauerit:is si ex eodẽ genere fuerit:
hæreditatẽ ꝭm legẽ adeat:sin uero ciuis quidẽ:sed nõ ex genere sit:ducat eã si uoluerit:ꝭm tutorũ
puellæq; electionẽ:& hæreditatẽ domum reuersus adeat.Siquis absq; liberis oĩno:masculis fœmi/
nisq; ex intestato decesserit:cætera quidẽ ꝭm superiorẽ legem agant.Mas uero:& fœmina ex eodẽ
genere tanq̃ cõsortes:desertã domũ ingrediant:qbus sors ꝓprie cõpetat.Prima soror:deinde fra
tris filia.Sororis filia:tertia.Quarta:paterna soror.Paterni patris filia quinta.Sexta paternæ soro
ris filia:hæ cũ illis ut fas est qui genere ꝓximi sunt:uitã agent:queãdmodum in superioribus sanxi/
mus.Sed ne fugiat nos q̃ graue sit eaꝝ legũ imperiũ:qbus genere ꝓpĩquã ducere uxorẽ iubemus.
Quippe qui hmõi legem fert minime cõsiderare uidet:q̃ multa impedimenta reperiri posse:quæ
faciant:ne quis his p̃ceptis uelit obtẽperare.Multi etiã quod uis potius perpeti uolẽt:q̃ ducant:nu
bantue illi:cuius uel corpus ęgrotũ mancũue sit uel insanus aĩus.In his ergo legũ lator forte nihil
pensi habuisse uidebit.Et ꝑfecto in plerisq; nõ recte ita uidebit.Quare tã pro cõditore legũ q̃ pro
subiectis cõe huiusmodi sit exordiũ.Veniã dare legũ latori hi quibus leges ponunt debent.Quo-
niam publicis gubernãdis incũbẽs:nunq̃ poterit priuatis quoq; calamitatibus simul cõsulere.Sub
iectis p̃terea ignoscendũ:si legislatoris ea nõnunq̃ p̃cepta cõplecti nequeãt:quæ singularũ calami-
tatũ ignarus conscripsit.CLI.Quid igit hospes hac in re agere decet?ATHE.Arbitri o Clinia q
legibus his ciues cõcilient eligẽdi sunt.CLI.Quomodo id dicis?ATHE.Nõnunq̃ diues aliquis
iuuenis:delitiis deditus & ad maiores nuptias inhiãs:patrui auiculiue filiam aspernat.Nonnunq̃
calamitate maxima puellæ seu corporis animi siue coactus:legi illi nõ obtẽperat:qua ad insana cõ/
nubia inuitus trahit:qbus ĩplicitus uiuere nollet.Quare nobis hæc lex de istis sanciat.Siqui testa-
menti aut nuptiarũ aliorumq; gratia de legibus quærant:afferantq; legislatorẽ si uiueret minime
impulsuꝝ hanc ducere uel huic nubere:& propinquus aliquis seu tutor legislatorẽ affirmet orpha
nis tutandis cõciliãdisq; tanq̃ arbitros & parẽtes quindecim de legũ custodibus reliquisse:ad hos
ipsos litigantes cõfugiant:eorũq; iudiciis pareant.Quod si alicui maiora legũ custodes urgere ui/
deant:rem ad electissimũ iudiciũ deferat:expetatq; sñiam:& qui dãnatus est/infamia notet:qđ pe
cuniarũ multarũ mulcta apud eũ qui sapit longe maius supplicũ est.℄Sequit post hæc quasi secũ/
da quædam orphanorũ procreatio.Est autẽ post primã/educatio disciplinaq; de qua dictũ ẽ:post
secũdam uero operã dare debemus/ut priuati parentibus q̃ minime miserabili calamitate p̃man-
tur.Legum ergo custodes quasi alteros istorũ parentes/primis non peiores cõstituimus/& per sin-
gulos annos quasi suis prouidere iubemus.Sed in primis de orphanorũ educatione tam pro legũ
custodibus q̃ pro tutoribus ita exordiamur.Oportune uidemur ĩ superioribus narrasse defuncto/
rum animas uim quandã habere:qua de rebus humanis curam habent.Id uera quidem sed longa
oratione approbatur.Quãobrem & aliis tritis antiquisq; de hac re sermonibus/& legum latoribus
sic se habere ista sancientibus credere debent:nisi omnino demẽtes sint.Cum uero hæc ita natura
sint/primum deos maxime superos timeant/qui de puerorum desolatione procurat deinde etiam
mortuorũ manes/quibus natura inest/ut p̃cipua illorum cura teneãtur/qui ab eis geniti sunt/adeo
ut honorantibus eos propitii/contẽnentibus infensi sint.Præterea seniorũ uiuentiũ animos/q ma/
ximis in ciuitate felici fungunt honoribus.Quos filii nepotesq; dum colunt iocundissime uiuunt.
Hi acute hæc audiũt:& acute perspiciunt:eisq; qui iuste orphanos tractant/beniuoli sunt.Illis autẽ
maxime indignant:qui contumeliis parentibus orbos afficiunt.Orphanos quippe maximum sa-
cratissimũq; depositum putant.His omnibus tutor & magistratus cõmonitus/mentẽ siquã habet:
ad hanc rem adhibebit:ac de disciplina educationeq; orphanorum ita prouidebit pro uiribus:ut
sibi & suis prouidere uideatur.Quicunq; hoc ante legem exordio persuasus ab omni in orphanos
contumelia se continebit/iram legum effugiet.Atqui præfationem hanc aspernatus:aliquem pa-
tre aut matre priuatum iniuriis afficit/dãnum/duplum restituat ac siquem parentes ambos habẽ-
tem læserit.Sed leges quæ sequuntur/tutoribus prout erga orphanos se gerant magistratibus ꝓut
de cura tutorũ inquirant conscribimus.Si ergo educationis liberorũ ipsi propria & distincta quæ/
dam haberẽt exẽpla/ac ipsos educantes/de rebus suis aliter prouiderent/legesq;/de istis mediocri-
ter distinctas haberent/nõ absq; causa tutoris leges:quoniam multũ ab illis differrẽt/seorsum ede-
remus:aliis studiis orphanorũ uitam/aliis non orphanorum munientes.Nũc uero ad hæc uniuer/
sa orbitas eiusq; cura non multum differt quantum ad leges attinet a gubernatiõe paterna:sed ho
nore:contemptu:cura exæquari minime solet.Quapropter lex consolando minandoq; orphano-
rum curæ studet.Neq; ab re fuerit:si hunc in modum minemur.Qui fœminam maremue tutatur
& qui de legum custodibus tutorem obseruare constitutus est:non minus orphanos q̃ si genuis-
sent:eos diligant:neq; res illorum peius q̃ suas gubernent.Immo etiam affectu animi melius.
Vnam uero hanc legem semper in animo habentes tutelam peragant.Siquis huic legi derogaue-
rit/tutor

tit/tutor qdem a magistratu cõdẽnetꝭ.Magistratus aũt ad electorũ iudiciũ a tutore uocatus/ duplo
dãno afficiatꝭ.Id dãnum snĩa iudicum ęstimetꝭ.Quod si tutor negligere aut malitiose agere propin
quis aut cæterorũ ciuiũ alicui uidebitꝭ/in idẽ iudiciũ adductus/quadruplũ dãni restituat/cuius pars
altera puero/accusatori altera deferatur.Postq̃ uero ad pubertatẽ orphanus uenit / si male secum
egisse tutorem duxerit ad quinquẽniũ usq; ab exacta tutela ĩ tutorẽ sibi agere liceat.Et si tutor quiſ
piam condẽnabitur quid pati dareue debeat a iudicibus decernatꝭ.Si magistratũ aliqus per negli
gentiã obfuisse orphano uideatꝭ/quid ipsi restituẽdũ sit/iudices statuant. Sinuero etiã per iniuriam
nõ solũ dãnũ restituat/uerũ ẽt magistratu legis custodũ priuetꝭ.& alius ꝑ eo ciuitati regioniq; a po-
pulo confestim creetꝭ.Solent patrum aduersus filios querelæ fieri/filiorũ quoq; in parentes/maio-
res q̃ deceat.Duarũ cã patres scribi oportere a legis latore forte putent/liceat sibi si uelint publico
preconio filium abdicare.ne amplius ẜm legem filius sit.Et filiis parẽtes morbis uel senio turpiter
affectos liceat amentiæ accusare.Hæc oĩa ubi pessimi oĩno mores hoĩum sunt accidere solent. Nã
si dimidiũ solũ/esset malũ/ut si parentes mali uel filii solum essent tã grauium inimicitiarum calami
tates non euenirent.Profecto in alia quauis republica abdicatus filius/nõ necessario ciuitate priua
tur.In ea uero quæ his legibus gubernabitꝭ/alio abire patre priuatũ necesse est.Quippe cũ ad qua
draginta & quinqes mille domos nulla possit accedere.Quapropter oportet filium iure abdican-
dum nõ a patre solo:sed a genere uniuerso depelli.Itaq; in rebus huiusmodi tali quadã lege agẽdũ.
Q ñ aliqs infelici indignatiõe cõmotus/siue iure seu iniuria irascatꝭ/quẽ genuit educauitq; a cogna
tione sua cupit reiicere/non liceat leuiter subitoq; id facere.Sed primum genere sibi propinquos
species certo quodam numero & ordine disponūtur. Per hæc utiq; religio cōfirmatur. Nam ex li-
bero animę motu diuinam substātiam per se existentē uaticinamur:& ex perpetua in speciebus pse
uerātia idearum auguramur ęternitatem. Audies sentētiam mosaico mysterio similem. Ait enim
siquid mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis inferꝛ/non diuinā naturam culpādam
esse:sed humanā/ quę iniuste ultrā suam distribuit. In sequētib⁹ legum finē manifeste cognosces his
uerbis. Finis hic legū tibi ꝑpositus est/ut dei cultu & uitę puritate optimū atq; pulcherrimū exitū
cōsequaris. Mos repetit tria pietatis capita:primū ut deum esse credas. Secūdū ut maximoꝵ simul
& minimoꝵ curā habere cōfitearis. Tertium ut nullis ꝑcib⁹ aut donis inique flecti eum existimes.
Cōfirmat & iterum diuinitatis fidem ex ipsius aīę excellenti quadam diuinitate. Putat autē quicqd
ita corpore melius est ut sit/ & diuinius.i.diuinis similius : q̄ corporeis.i. corporibus cunctis anti-
quius esse. Propterea ꝙ in quolibet rerū genere siue ordine/quod perfectius est/esse quoq; magis
possidet:ideoq; rām imꝑfectioribus exhibet existendi. Quod uero alteri esse prebet/nimirū est &
antiquius. Addit qū ex cōgressu animę/ cū corpore/cōficiꝛ animal/unā quādam ibi formā in corpe
resultare.i.uitam corporeā in subiecto ex accessu uitę incorporeę ꝑcedētem. Ponit & duo rerū ge-
nera. Alterū quidem corporeū/incorporeū uero alterū. Et huic qdem actionem/illi uero attribuit
passionē. Huius item unā esse dicit formā ob id potentissimū:qđ & simplex est & in ipsa semper for
ma substātię ꝑmanet. Sed ꝙ legiꝛ/ nō enim est aliud/ & quę sequūtur:alibi ita legiꝛ: nam qđ in alia
transmutaꝛ/nō est incorporeum & oīno coloris expers pręter diuinissimū reuera animę genus. In
genere uero corporū quinq; collocat corpora. Quę ideo uocat solida/ quia & in ꝑfundū adaucta
discernūtur a planis:& in omni corpore uel liquidissimo ē aliquid solidi/tum per ipsam naturę ꝑ-
prie cōsistētiam/tum platonice per quādam terrenę naturę similitudinē ad cœlum usq; diffusam.
Cœlum qdem ex eo ignē noīat:qđ ꝑpriā habet lucem quę pręcipua ignis ē qualitas/ hēt & perēnē
motū/ qualem uidemus in igne:& instar ignis nō patiꝛ mixtionē:& quia nondum naturali depelliꝛ
loco ideo nō cogitur ascensu redire:sed reuoluiꝛ. Et actu quidē lucet/ uirtute uero calet/oīno uero
diuersissimi generis est a nostro. Post cœlestem ignē/ alterā collocat ignis spēm/calentē iam magis
q̄ lucentē sub luna ętheris noīe nuncupatā. Cuius qdē uestigiū quoddā est noster ignis iam nō solū
calēs : sed adurēs:adurēs inquā ob nimiā aspitatis terrenę ꝑmixtionē. Qui uero in tenui uiget ma-
teria lucet purius:caletq; suauius. Pręsertim ubi a nullo coarctatus spatiaꝛ in amplum. Huic subdit
aerem. Aquāq; & terram. Putat autem quālibet mundi spęram ex his quinq; componi : ut perfe-
ctissima inter omnes sit/tam in substantia cōnexio q̄ in uirtute & actione cōmunio. Verum in qua-
libet spęra unum esse pręcipuum ac pro natura sua reliqua : insuper contineri. Sic & ęther in terra
terrenus est : & terra in ęthere euadit ętherea/similiter & in cœlo. Sed de his non nihil in theo-
logia : non nihil in Timęi cōmentariis diligentius. Proinde animalia in cœlo/ęthere/aere/aqua/
terra rationalia collocat. Quę dicit ab anima fieri : ab anima inquam triplici. Vult enim ultra
unam mundi totius animam/duodecim esse spęrarū duodecim animas:deinde in qualibet spęra
duodecim esse ordines animaꝵ : hi ordines in cœlo sydera sunt & stellę. In terra hoīes. In ęthere:

aere:aqua.s.sublimiori sunt dęmones.In his singulis animatis animã rõnalem corpori suo cõiunctam aial pcreare.i.compositum quiddam ex pprio corpore uitaq; corpori prorsus infusa. Quę quidem uita iam facta corporea a triplici dependet anima. Nam & ad ppria & ab anima spærę & a mundi totius anima. Quod aũt cœlestia animas habeant argumento sunt apud Platonẽ diuinitas substãtię cœlestis/quãtitatis amplitudo/qualitatis uirtus uiuifica omnium/ motionis uelocitas atq; efficacia. Quod insup animę cœlestes mentẽ habeant/ex ordine tenorisq; eiusdem perseuerãtia conijcit. Subdit necessitatẽ animę mentẽ habentis esse q̃maximã/duobus id modis intelligens. Pimo qdẽ qa naturalis necessitas / puta in hac uel illa:ignis parte ad comburẽdum & ascẽdendum: agit aliunde ducta. Animę uero intellectualis natura/quatenus participat intellectum/eatenus suę actionis est domina. Deinde qa motus animę cũ sit natura liber puaricati facile potest / uicissimq; peruagari/nisi mente uelut auriga regaẽ:mente inquã perfecta:& optimũ actionis finẽ/ & electissimã uiam ab initio prouidente. Quę quidem cum optima optime adest animę / qualis est in stellis/ necessario pręscriptum opus assequitur. Nam & optimę animę.i.potentissime non reluctanẽ corpora:& mens optima consilium non permutat. Hinc ergo ait tres parcas conseruare pfectũ qcqd certo consilio cœlestes dii deliberarunt. Tres ait parcas fatum unum ad diuinarum mentium nutum tria disponens:principia.s.ac media finesq; rerum. In superiori uero libro quæ fatis cõstituta sunt materiis ad ignem elaboratis siue directis siue contortis dixit esse similia. Nam ut hę materię In oppositum ultra flecti nõ possunt:ita neq; fatalia: neq; iniuria ad ignem cõtorta cõmemorauit. Nam ignee cœlorũ spærę fati sunt instrumenta. Pręterea ubi stellas ait uel sempiternas esse uel longeuas sufficienter orphicam & forte mercurialem tangit opinionẽ. Mundum.s. post multa secula in ignem resolutum iri. Nam & dissolubile esse tandem quod compositũ: & ignem uelut maximũ omniũ atq; potentissimũ in se omnia tandem mirabiliter assumpturũ. Mentem uero diuinã operis huius artificem ex igne rursus opus simile & simili fato facilimoq; nutu reformaturã. Quã quidem sentẽtiam Anaxagoras:Empedocles:Heraclitus:& stoicorũ plęriq; confirmauerunt fatẽtes deum quidem omnipotentẽ posse opus suum semper in ordine simul tradito conseruare. At opus ipm/ quia & finitę naturę est & intra se repugnans non posse seruari:deum uero quod formationi deest/ reformatione rependere. Sed hęc illi uiderint. Tu uero notabis hic Platonem eos redarguere/qui cœlestia iccirco negant uiuere: quia semper eodem modo ferantur. Quod quidem non absentis uitę:sed pręsentis sufficientię atq; sapientię esse omnibus debuit argumentum. Memento pterea animã a corpore adeo diuersam existimari/ut nihil sit utrisq; cõmune.i.nulla cõmunis materia. Itẽ quia anima ex materia non dependet. Rursus/quia natura corporea/neq; uera substantia/ neq; uera essentia iudicatur. Appellat animos stellarum deos:eorũ uero corpora deorũ simulachra. Proinde in diis cœlestibus Iouem nominat prouidentię munus. Iunonẽ uero/ uim animalem prouidẽtię subditam:ait & stellas singula acute sentire per sensum uidelicet a nostro longe diuersum. Describit quoq; naturam dęmonum prudentia/sensu/memoria/ motu potentem : inter deos hominesq; mediam:intercessionis interpretationisq; gratia honorandam. Cogitationes nostras cognoscentem ex nostris uidelicet figuris & motibus & affectibus : diligentem bonos / malis infensam: omnes hic dęmones uidetur bonos existimare / quos uidelicet deceat coli. Alibi uero nonnullos significat esse malos. Et ęthereos quidem aereosq; inuisibiles. Aqueos uero / quos nominat semideos uideri ait nõnunq̃ & uix uisu scilicet intimo potius q̃ externo. Addit admoneri animos a dęmonibus per somnia/uoces/uaticinia/ostenta/maxime uero quo tempore animus migrat e corpore. Multa his admonentibus religioni addita/esse inquit:ait pręterea non licere quę in religione legibus firmata sunt mortali naturę mutare. Mortali in quit:diuinę enim licet. Edisce diuinum dictum:ratio omniũ diuinissima uisibilem cõstituit mundum quẽ uir felix admirans charitate accenditur diuinitatis inueniẽdę:unde felix & hic & in altera uita euadit fitq; per sapiẽtiam uere unã uere unus ad cõgrua uirtuti loca translatus reliquũ esse omne tẽpus diuina cõtemplaturus. Mox ubi traductũ est. Res enim diuinas/& quę sequũtur/alibi legiẽ: nõ enim prudẽtis ẽ diuinorũ alia qdem honorare/ alia uero negligere. Narrat inter hæc astronomica quędã notissima. Laudat ad ingenii uirtutẽ tẽperatã aeris qualitatẽ. Deinde ubi ait motiones ad bonũ tendentẽ a bona aia pficisci/desinentẽ uero in malum:cõtrario se modo habere:ne cogites alterã qdẽ mundi animã bonã eẽ/alterã uero malã. Sed ab ipsa mũdi aia pficisci bona/quatenus mẽtis est particeps. Aliogn puẽtura inde mala.i.ordine numerorũ oĩno carẽtia. Mala enim in supiorib⁹ noĩauit: quę cõcordi numero & pulchritudine carẽt. Bona uero quę cõsentiẽtibus numeris coaptanẽ. Subdit mala.i.priuationẽ ordinis uicta fuisse a bonis.i.ab initio rerũ ab ipsis diuinę mẽtis ideis. Itẽ uinci oportere.s.mundo pseuerante. Hæc uero fuisse dicta ẽm iudiciũ impios puniens:quia uidelicet diuinũ iudiciũ malos puniens iniustitię malum uincit iustitię bono. Notabis uirtutẽ maximã esse religionẽ/negligẽtiãq; religionis cãm ĩfelicis ignorãtię hoĩb⁹ extitisse. Itẽ optimũ ĩgeniũ esse/ qd ex tẽperãtia/& fortitudine mixtũ sit/docile/memor/ad diuina ppẽsum. Cũq; eiusmodi ingenia recte educata sunt / religionis

cultum

cultum ab iis in alios uerissimũ pficisci/ ciuitatiq; omniũ utilissimũ/& sapientiã nisi adiuuãte deo di sci nõ posse:ab eo aũt qui modũ in docendo nõ seruat:satius fore nõ discere. Itẽ deoꝝ plena eẽ oĩa adeo ut superni/neq; obliuiscant̃ nostraꝝ rerum/neq; nos deserant. Quę uero de numeris attingit raptim/ubi oportunius fuerit latius explicabimus. Nunc ita pstringe. Numeri in se qdẽ incorporei sunt qñ nihil aliud sunt q̃ repetita unitas/hæc aũt indiuidua est. At cũ primũ situm sortiri putãtur/fingi pñt in puncta cõuerti. Itẽ ex tractu quodã a puncto in punctũ nasci lineam/ ex cuius ductu supficiẽ:ex cuius descẽsu pfunditatẽ. Numeri lineares qdã sunt/supficiales alii: alii uero cubi atq; solidi: primi sicut binarius unitati q̃ primus. Secũdi sicut quaternarius/p binariũ ab unitate pcedẽs. Tertii ut octonarius ex binario in se reuerso pfectus. Perfecta item proportio dupla putat̃. Primo qdẽ qa prima est inter unũ.s.atq; duo pgenita. Secũdo qa dum uidet̃ discessisse ab uno geminãdo restituit unũ. Tertio qñ oẽs pportiões intra se cõtinet. Nam & sexquialtera & sexqtertia/ similesq; uelut ptes sunt infra duplam. Hãc natura obseruat in coelo / seruat & huius gratia sexquialtera etiã sexquitertiã: ex qbus dupla cõponitur. Pythagorici enim ubi spęraꝝ interualla dimetiunt̃ terrã ad firmamentũ cõparãt. Itẽ ad Lunã & Solem. Solẽ quoq; ad firmamentũ. In qbus sane cõparatõibus interuallum a terra ad Solẽ cõparatũ ad ĩteruallum ab eodẽ ad firmamentũ: efficit qdẽ inter terrã ac solẽ sexquialterã. Inter hũc uero & firmamentũ sexquitertiã: & in illa qdẽ pportõe diapente consonãtia nascit̃: ex hac aũt diatesseron. Ex qbus certe ambab⁹ cõficit̃ pportio dupla cõsonãtiaq; diapason: uolunt & a terra ad lunã fieri diatesseron/sicut ad solẽ fit diapẽte & a sole ad firmamẽtũ iterũ diatesseron. Quẽadmodum uero natura pportiones eiusmodi obseruat in spęris: ita in actiõibus passionibusq; elemẽtoꝝ: ut enim actio pfecta pueniat/oportet agens duplo potẽtius esse subiecto. Sed quare. Quia cũ intendat in agẽdo geminare seipsum/nimirũ pportione indiget geminante. Alioqn si miore spatio supatit/reluctãs subiectũ pfectã impediet actionẽ. Sicut uero dupla cõducit ad substãtialem spẽm generãdam/ita sexquialtera ad familiarẽ speciei affectionẽ atq; figurã / & sexquitertia ad accidentia quędam cõmuniora. Pręterea pportionis eiusdẽ modus in nostris seruat̃ humoribus. Duplum enim esse uolunt sanguinẽ ad pituitã. Duplam & hãc ad bilem: hãc similiter ad atrã bilem. Qđ si duplas hñt cõsequẽter sexquialteras & sexquitertias/ quę ĩ dupla sunt cõtinẽt. Similes quoq; in auditu cõsistunt. In quo quattuor aeris insunt gradus. Tres ignis. Duo aquę. Terrę unus. Scis aũt inter quattuor atq; tres pportionẽ fieri sexquitertiã. Cõtinet enim quaternarius ternarium: ac insup unitatẽ/ partem ternarii tertiam. Scis quoq; ternariũ inter atq; binariũ sexquialteram collocari/quãdo ternarius binariũ continet insuperq; unitatẽ alteram.i.dimidiam binarii portionem. Quãobrem in ipsa auditus affectione pportiones omnes manifestius q̃ aliis insunt. Itaq; & cõsonantię. Diapason quidem.i.octauę uocis in dupla. Diapente uero.i.quintę in sexquialtera. Diatesseron autem.i.quarte uocis in sexquitertia. Mitto q; in quattuor elemẽtis pportiones possunt similes cogitari. Sed de his alias. Consentiunt his & medici. In iis quę ad tactum & quodãmodo ad gustum pertinent/ gradus quattuor numerãtes. Primũ qdem qui uix sensu percipiatur. Secundum uero qui manifeste percipiatur/sed non offendat. Tertium iam offendentem & deinde lędentem. Quartũ breui interimentẽ. In his quidem gradibus / dupla & sexquialtera & sexquitertia reperitur: sed hæc medici uiderit. Adducit hic Plato unum/duo/quattuor/sex octo/duodecim. A quattuor ad duo/dupla est: ab octo ad quattuor quoq; dupla: hi quidem excessus duo / pportiõe sunt pares/ uterq; enim fit per duplam/non tamẽ pares numero: octonarius enim quattuor superat quaternario. Hic uero binario excedit binariũ: compara rursus senariũ / hinc quidem ad quaternarium: ĩde uero ad octonarium. Hinc certe fit sexquialtera. Inde uero fit sexquitertia. Hi ergo excessus pportione sunt impares/numero uero pares. Vtrobiq; enim per binariũ fit excessus. Rursus cõpara sex ad duodecim pportione dupla: & inter hęc ad utrũq; cõferas octonarium. Certe a duodenario ad hũc sexquialtera nascit̃. Ab hoc ad sex oritur/sexquitertia/ex quibus dupla inter sex duodecimq; cõponitur. In qua duo illi excessus tam pportione q̃ numero impares euidẽter apparent. Hæc omnia in cõmentariis Timęi cõmodius pertractantur.

Proportio humo nři corporis

FINIS ARGVMENTI IN EPINO. VEL PHILO:

¶PLATONIS EPINOMIS VEL PHILOSOPHVS.

PERSONÆ DIALOGI.

CLINIAS ATHENIENSIS HOSPES MEGILLVS.

CLI.

Am ut cõmuniter statueramus/huc tãdem oẽs tres & hospes recte puenimus / ego & tu & hic Megillus de prudentia quęsituri/qua rõne illud attingere ualeamus: quo intellecto humanus habitus optime se quantum natura fert: ad prudentiam habet. Cętera enim quæ ad ferendas leges ptinebant iam tractauimus. Quod uero & inuen-

tu & dictu maximum est / quo nam uidelicet si cognitum sit sapiens homo fiat / neq; inuenimus / neq; diximus. Verū nullo pacto ꝑtermittēdum censeo: ne fere imꝑfectū illud relinquamus: cuius aperiēdi gratia hucusq; ꝓfecti sumus. ATHE. *Scite loqueris o amice Clinia.* Sermonē uero quē-dam nunc mirū/& rursus quodāmodo nō mirū/auditurū te puto. Multi enim fluctibꝰ huius uitę ia ctati illud ꝓdicant: humanū genus felix atq; beatū esse nō posse. Attēde igiť & cōsidera utrū & ipse recte ac de re dicere uidear. Impossibile arbitror hoīes in hac uita pręter admodū paucos felicita-tem & beatitudinē assequi. Bona tū spes est/ut post mortē quis ea oīa consequatur: quoꝝ desiderio accensus/optime pro uiribus egit uitā atq; exegit. Nec inauditū aliqd nouūq; adduco/ sed qđ bar-bari oēs & gręci modo quodam cognoscimus. Nemo enim ignorat quāta sit in prima generatiōe aīalium difficultas: in cōceptione & utero primū: deinde in natiuitate & partu. Post ea in nutritiōe atq; educatione. Nam p mille labores fieri hęc nō ignoramus. Breue aūt tēpus est nō solum respe-ctu diuturnitatis maloꝝ/uerūetiā quocūq; modo quis cogitet: qđ quasi circa humanę uitę mediū respirare parūper nos facit. Sed cito tristis senectus supueniēs efficit ne quis optet rursus in uitam redire/cum ꝑteritas molestias cogitet: nisi puerili opinioni ferať. Quę oīa ita se habere/illud mihi argumēto est qđ modo rimať. Quęrimus enim quo nā pacto fieri sapientes possimus quasi aliqua hmōi uis singulis insit. Quę qdem tunc nos fugit/qñ ad aliquā eaꝝ facultatē/quę artis uel pruden-tię uel scię noīe cōmuniter appellanť/ quis prererit tanq̃ nulla istarum in huiuscemodi humanis re bus digna sit sapiētię uocabulo nuncupari. Animus tamē ualde cōfidat uaticineturq; aliquā hmōi ꝑim sibi ſm naturā inesse: quę uero sit & quādo & qūo adsit facile inuenire nō possit. Nōne dubita-tio & inquisitio hęc nostra de sapiētia/ huc spectat maxime: plena nimirū spe in singulis: quicūq; & seipsos & alios prudenter cōcorditerq; possunt in omni genere sermonis disputatōisq; examinare. Ita ne? an aliter hæc se habere dicemus? CLI. Nos qdem hospes ita cōcedimus: sperātes uidelicet una tecū deinceps ad uerissimā de his snīam ꝑuenturos. ATHE. Alias igiť artes quę cum scientię appellenť/hoīem sapientē nō faciunt primū ꝑcurramus: ut illis remotis/ eas qbus egemus admo-ueamus cōparemusq; & facta cōparatione discamus. Atq; eas in primis uideamus: qbus humanū genus maxime indiget. Vere enim hę primę sunt/& maxime oīum necessarię. Quaꝝ artifices q̃uis ab initio sapiētes uisi sint: nunc tamē & sapientis nō habenť: & propter eas artes uituperanť. Dicen dumq; igiť quæ nā hę sint: & quod quicūq; optimi uiri capiūt uideri artiū huiusmodi studia fugiant. Prima uero sit/quę ab humanaꝝ carniū esu/qui ferarū ritu quōdam inter hoīes inoleuerat ut fabu/lę fuerunt/abstinere iussit: & ad uictum modestiorem: nos reuocauit. In quo sane prisci hoīes q̃uis mansuete & humaniter nobis cōsulerint: ualeant tū: nec sapiētię nomē usurpēt. Deinde cibi cerea/lis artificiū utile qdem & pulchrū: sed sapientē absolute uirū nunq̃ efficiet. Difficultatē enim & mo/lestiā potius q̃ sapiētiā afferet. Neq; etiā & agricultura id faciet. Non enī arte/sed natura & dei quo/dam fauore terrę culturā aggressi uidemur. Sed nec domoꝝ cōstructio & reliqua oīs ędificatio: su/pellectiliūue effectio: nec ęraria/ uel lignaria fabrica/aut figulina/aut textura: nec instrumentorum oīum artificia: quę plebi accōmodata nihil ad uirtutē afferūt. Venatrix etiā ars oīs q̃uis uaria & in-geniosa sit/magnificentiā tū sapientiāq; nō tribuit. Sed nec diuinatio aut interpretatio ulla. Nā & si quę dicunť cognoscit/ utrū tū uera sint nec ne nō intelligit. Postq̃ uero nullā eaꝝ artiū qbus neces-saria paranť/ sapientē hoīem facere nobis cōstitit/reliqua ē imitatrix quędā facultas minime seria. Sæpe enim instrumētis imitatio fit. Plerūq; deformibus corpoꝝ gestibus & figuris. In eloquio etiā & musis imitatio est: & in fingendo pingendoq;: ubi multa & uaria in corporibus tam duris q̃ mol/libus exprimunť: horū nihil hoīem imitationi deditū sapientē reddit: imitatōe uero sublata: artes illę restant quę in ferendo auxilio uersari uidenť: hę qdē multę & uarię sunt: sed oībus bellatrix quā imꝑatoriā uocāt/excellit. Hæc summopē ꝓpter usum ꝓbať: sed felicitate maxime indiget: & forti-tudine magis naturali q̃ sapiētia ꝑficiť. Medicina quoq; nobis opitulať cōtra īmoderati frigoris & caloris impetū cęteroꝝq; hmōi qbus natura aīalium lędiť: sed horū nihil ad sapiētiam uerā cōdu-cit: incertis enim cōiecturis opinionibusq; ꝓcedunt. Nautas quinetiā gubernatoresq; ferre auxiliū nō negabimus. Nec tū eoꝝ quenq̃ sapientē uocari ab aliquo ꝑmittemus. Nullus enim eoꝝ irā uen torū amicitiāue cognoscit: qđ & optimū est & maxime in gubernādi arte reqriť. Neq; etiā sapiētes dici eos uolumus: qui litigātibus dicēdi uiribus adsunt. Quippe cū memoria & usu opinionis mo ribus se accōmodent: & a uere iustitię intelligētia ꝓcul aberrent. Reliqua est mira quędā uis: quæ sibi opinionē sapientię similiter uendicat: quā naturā magis q̃ sapientiā multi dicerent. Hæc in eo cōsistit/qñ facile quispiā discit quę uelit: & multa diu ac firmiter meminit & qđ unicuiq; idoneū est cū oporteat: cito & cōmode reddit. Hæc enim oīa alii naturā: alii sapientiā: alii naturę solertiā nū-cupabunt. Sed nullus mētis cōpos uere sapientē ꝓpter hæc esse quenq̃ cōcedet. Verūtamē necesse est/scientiā aliquā inuenire: quā quisqs habuerit/nō solū uideať/sed reuera sit sapiens. Attentōe opꝰ est. Nā arduā oino rem aggressi sumus: qui aliā ꝑter dictas artes scrutemur: quę iure sapiētię uera dicať: quam qui adeptus est/nec abiectus/nec stultus erit/sed sapiēs bonusq; ꝓpter ipsam ciuis mo destusq;

De ui natura/li igenii & so lutio quę ui/ detur sapia.

destusq̃ ciuitatis princeps & subditus. Hanc igitur primã inspiciamus: quę ex oĩbus humanis artibus ita se habet/ut si hęc una se moueat/ amẽtissima & insipiẽtissima hoĩs natura reddat. Non est aũt hoc inuentu difficile. Nam si uni unã cõferes/illa quę numerũ mortaliũ generi dedit/id pfecto efficiet. Deum autẽ aliquẽ magis q̃ fortunã ad salutẽ nostrã hoc munus nobis arbitror contulisse. Quẽ uere deũ putẽ/uobis dicã: etiã si absurdus uidebor & rursus modo alio nõ absurdus. Nam ipsum bonoꝝ oĩum auctorẽ/ cur nõ etiã maximi boni prudentię dico/ cãm arbitrabimur? Quę uero deũ laudibus o Megille & Clinia effero? Cœlum ferme qđ par est/sicut dęmones alii simul oẽs cęterique dei faciunt nos quoq̃ honoribus colere/ ac pcipue adorare. Atqui cęteroꝝ oĩum bonoꝝ cãm nobis cœlum fuisse oẽs cõfiterent. Dedisse pterea numerũ/ atq̃ etiã siqs obseruare uelit daturum/ nos affirmam⁹. Quod qdẽ is assequet/ qui in rectam eius speculationẽ ascẽderit: siue mundũ: siue olympũ: siue cœlum id libeat appellare. Dũmodo uarietates ipsius consideret: & qũo anfractu circuituq̃ astroꝝ diuersa efficiat tẽpora: alimẽtaq̃ aĩalibus largiat/ac sapiẽtiam una cũ numero cęterisq̃ bonis/hoĩbus tribuat. Id uero maximũ est: siquis numeroꝝ munus ab eo suscipiẽs/oẽm pcurrat circuitũ. Sed memoria repetamus dictũ & rectissime qdem in supioribus a nobis fuisse/ siquis ab hoĩum natura numerũ auferat nunq̃ prudẽtes nos fore. Nunq̃ enim ferme aĩalis huius aĩa uirtutem oẽm pcipiet a quo rõnem abstuleris. Nec animal qđ duo & tria & par & impar ac numerũ prsus ignorat rõnem de rebus reddere unq̃ poterit/quas sensu solum atq̃ memoria pcipit. Reliquã uero uirtutẽ/fortitudinẽ dico & temperantiã habere nihil phibet. Qui aũt uere rõnis est exps/ is quomodo sapiẽs unq̃ euadet? Cui uero deerit sapiẽtia/uniuersę uirtutis pars maxima/is cum bonus absolute eẽ non possit nunq̃ beatitudinẽ assequet. Ita necesse ẽ oĩno numerũ psupponere. Idq̃ necessariũ esse/pluribus etiã rõnibus monstrari licet. Sed recte nũc rõne hac ostendit. Quod cęterę artes quas omnes pauloante/enumerauimus/sublato numero penitus euanescent. Forte uero q de artibus cogitabit/pauca esse arbitrabitur in quibus humanũ genus numero indiget. Quãuis & hoc magnũ sit. Verum siquis qđ diuinum in generatione & quod mortale est / inspexerit qua in re pietas erga deos & uerus numerus cognoscet/is pfecto inueniet nullum uatẽ quãte uirtutis nobis causa numerus sit si modo uniuersus affuerit cõprehẽdere posse. Nam & tota musica motus & uocum numero indiget. Et quod maximũ est/ bonoꝝ qdem omniũ/mali uero nullius cãm esse numerum hinc facile cognoscere possumus/qđ irrationalis & iordinata: deformis: inepta: incõcinnaq̃ agitatio/omnia deniq̃ in qbus mali quidpiã inest/omni numero carent. Quod sane qui beatus tãdem futurus est ignorare nõ debet. Et qui iustum: bonũ: honestũ cęteraq̃ huiusmodi ignorauerit/ nec ueram opinionẽ de his acceperit/ad seipsum & alios psuadendos numeri rõnisq̃ ui uti nõ poterit. Sed cõsideremus iam quomodo numero uti dicimus. Age unde unum & duo pcepimus? Vt illud aĩaduerteremus: ad qđ cognoscẽdum ab uniuerso naturã uimq̃ accepimus. Profecto cum multis aĩalium natura negauerit/ne a patre queant usum numeri discere / nobis id primũ indidit deus/ ut possimus in eo qđ ostẽditur numerũ intelligere. Deinde ostẽdit aptius idẽq̃ assidue facit. In qua explicatione rerũ nihil aliud/si unũ uni conferat/pulchrius aspicere possis q̃ diei lucẽ. Vnde & noctẽ oculoꝝ officio uicissim cõsideres ubi maxima apparet diuersitas. Nam si reuoluere hęc nõ desinas multas noctes: & multos dies uidebis: qbus cœlum nunq̃ cessat docere hoĩes / unum atq̃ duo: ut etiã q tardissim⁹ est/hinc uti numero discat. Sic eni & tria & quattuor & multa qlibet cernẽdo hęc intelliget. Sed de his unã deus Lunã formauit: quę modo minor: modo maior apparẽs/ita quottidie uaria ad qndecim usq̃ dies ac noctes cernit. Hic aũt circuit⁹ est: siqs totũ circulũ in unũ cõferre uoluerit. Quare ut ita dicã tardissima ẽt aĩalia / qb⁹ naturã aliquã deus dedit ut possint discere numerũ pciperẽt. In his igit ad hęc usq̃: quodcũq̃ aĩal discẽdi ptãtẽ hẽt/ unũquodq̃ p seipm cõsiderãdo ad numerandũ idoneũ maxime factũ est sed numerũ oẽm ad numerũ conferre/ maius opus est. Atq̃ iccirco lunã ut diximus modo crescentẽ/modo decrescentẽ fecit. Hinc mẽses ad annum cõstituit: numerũq̃ oẽm felici quadã fortuna cõferri ad nnmerũ docuit. Hic terra fœcũdior facta cõcipit: fructusq̃ ad alimentũ aĩaliũ oĩum parit cum & suauiter uenti flant: & imbres in terrę gremiũ salubriter defluũt. Ac siqd mali in his accidit nõ diuina culpãda natura est: sed humana q̃ iniustę uitã suã distribuit. Nobis aũt de legibus modo scribẽtib⁹ cętera quę hoĩbus optima sint/facilia cognitu esse uident. Et quẽlibet posse sufficiẽter quę de iis dicunt/intelligere: ac pterea facere postq̃ quid cõfert & qd non cõfert pspexerit. Cætera inquã nobis uisa sunt/ & modo uident non nimisi ardua. Quo aũt pacto hoĩes boni efficiant/ penitus difficilimũ. Reliqua rursus bona / possibile est/ ut dicitur & nõ arduum possidere. Opes quatenus oportet/& quatenus non: & corpus quale decet/& quale nõ decet. Animũ quoq̃ bonũ habere oportere quisq̃ fatetur quomodo etiã bonus futurus sit interrogatus quisq̃ ita respõderet: si iustus moderatus: fortisq̃ sit: cæteraq̃ huiusmodi. Sapientẽ quoq̃ animũ esse debere/ quis neget. Quę uero sapientia comparanda sit/ut nup disseruimus/nullos de multis inter se cõuenire cognouimus. Nũc ergo pręter oẽs quas supra narrauimus sapiẽtias non uilem quãdam ad hoc ipsum inuenimus / ut qui iam dicta didicerit / sapiens uideat.

De pstãtia numeri i cognoscẽdis rebus

Vnde didicimus numerũ

Vtrum uero sapiens bonusq; sit/qui hæc didicit rõne quęrẽdum.CLI.Scite nimium locutus es hospes/cum affirmares magna te de magnis dicturum.ATHE.Certe nõ parua sunt hęc o Clinia/& quod maius est/penitus uera.CLI.Ita sane o hospes.Labori ne cedas: quin ut cœpisti pgrediare. ATHE.Dabo operã:sed uos etiam labori audiendi ne cedatis.CLI.Sic utiq; faciemus:ut ego pro utrisq; rñdeã.ATHE.Probe.Quare altius repetẽdum: & primo qdẽ siquo modo possumus uno noĩe cõprehẽdendũ uidet: quę nã ea facultas sit/quã sapiẽtiã esse arbitremur.Sin minus id fieri põt saltẽ alterũ declarãdum quę nã & quot sunt:artes qb⁹ habitis/sapientẽ more nostro hoĩem appellamus.CLI.Dic iam.ATHE.Omni crimine legũ lator carebit/si melius de diis q̃ prisci sentiat:& optima usus disciplina:deos hymnis colat:beatitudineq; extollat: atq; ita feliciter uiuat.CLI.Recte tu hospes qñ qdẽ finis hic legũ tibi ppositus ẽ/ut dei cultu & uitę puritati optimũ atq; pulcherrimũ exitum cõsequaris.ATHE.Quo ergo dicemus Clinia? An deos hymnis magnopẽ honorabimus? supplicabimusq; ut sequẽtẽ de illis disputationẽ optime & pulcherrime trãsigamus? Ita ne? An aliter agẽdum censes? CLI.Ita prsus:sed o uir felix diis fide habita pcibusq; pmissis/bñ de diis atq; deab⁹ loquaris.ATHE.Sic erit/si deus ipse nos duxerit.Et dũmodo mecũ ores dubitãdũ nõ est.CLI.Prosequaris ergo.ATHE.Principio deoꝝ aĩaliũq; pgeniẽ:qm̃ male maiores nostri de iis tradiderunt nũc melius tractãdũ ita suscipe operępreciũ est/ut supiorem aduersus impios disputationẽ a nobis habitã resumam⁹.Qua asserit esse deos rerũq; oĩum maximaꝝ simul & minimaꝝ curam hẽre:nec pcib⁹ ullis muneribusq; pter iustum placari.Recordamini ne hęc dicta eẽ o Clinia? Profecto ita nũc accepistis/ut meminisse debeatis.Præsertim qa maxime uera eẽ constitit.Omniũ uero maximũ illud habitũ est? Antiquiorẽ oĩ corpe oẽm aĩam eẽ.Num recordamini? Vel maxime id qdẽ.Nam qđ melius id & antiquius atq; qđ diuinius est:id inferiore ac uiliore prius est.Et similiter dux ducto & princeps subiecto natura prius.Id igit admittamus/aĩam corpe antiquiorẽ esse. Quod si ita se hẽt/primũ primi in generatiõe uerisimilius pfecto principatũ exordiũq; eẽ credet. Quare ponam⁹ principatũ principiũq; principii decẽtius se hẽre & sic rectissime in sapientiam de deoꝝ generatõe nos ĩgredi.CLI.Maneãt ista pro humanis uirib⁹ affirmata.ATHE.Age igit non ne uerissime aĩal ſm naturã tũc affirmamus/cũ una aĩę corpisq; cõstitutio. Vnã suo cõcursu formã parit? CLI.Recte.ATHE.Aĩal ergo hmõi aliqd merito nuncupat.CLI.Certe.ATHE.Solida uero corpora quinq; cõueniẽter dicere possum⁹/ex qbus pulcherrima optimaq; fingunt.Alterũ aũt genus uniuersum unã possidet formã.Nõ enim est aliud quicq̃ qđ ĩcorpoteũ esse queat & oĩno coloris expers extra diuinissimũ illud genus in quo est aĩa.Cuius generi soli fingere fabricareq; cõuenit:corpi uero fingi:gigni:atq; oculis cerni:sed aĩę generi ut iterũ repetamus cõuenit:ut inuisibile sit:cognitionis cõpos intelligibile/memorię rõnisq; in ipsis imparib⁹ paribusue trãsmutationibus pticeps.Sed cũ quinq; sint corpa:ignis:aqua:tertiũ aer:quartũ terra:quintũ ęther: hoꝝ principatib⁹ multa uariaq; singula aĩalia pducunt.Qđ ĩ uno sic discere possum⁹:ponam⁹.n.prio terrenũ aĩaliũ genus eẽ hoĩes aĩalia multipeda/pedibusq; carẽtia:pgressiua simul & stabilia/radicibusq; cõnexa.Vnũ autẽ id ubiq; existimãdũ:ut q̃uis oĩa ex oĩbus corpoꝝ generibus sint: plurimũ tñ in hoc terrę solideq; naturę insit.Alterũ aĩaliũ genus ponẽdũ/qđ etiã gignit cerniq; põt/& ignis plurimũ possidet.Terrę quoq; & aeris cęteroꝝq; omniũ paruas particulas habet:uariaq; iccirco hinc omnino animalia & uisibilia gigni dicendum.Hæc cœlestia putamus animalia eẽ/diuinum astroꝝ genus/corpore pulcherrimo/animaq; beatissima & optima constitutũ: his utiq; animalib⁹ e duabus sortibus alterã tribuendam putamus.Nam aut absq; pernitie ĩmortalia prorsus atq; diuina necessario singula sunt:aut uitam longeuã agunt: singulis adeo sufficientẽ ut longiore non egeant. Hæc inquã duo esse animaliũ genera cogitemus.Rursusq; dicamus utraq; uisibilia eẽ: quoꝝ alterum ex igne totum:ex terra alterum uideatur.Sed terrenum quidem absq; ordine.Igneum uero omni ordinis ratione mouetur.Quod absq; ordine fertur/amens esse putãdum est:quod plerũq; faciunt/quęcunq; apud nos animalia sunt.Quod autem ordine in cœlo pgreditur/id mentẽ habere sufficienter eo uestigio demonstratur/quod per eandem semp & similiter pficiscitur: agitq; & patitur eadem.Animę uero intellectum habẽtis necessitas oĩum necessitatũ maxima est: ducens enim sed nõ ducta gubernat.Quando autẽ anima quę res optima est consilio ſm optimũ intellectũ se gerit/tunc sine puersione id quod uere ſm intellectum pficitur/necessario eueniet. Nec adamas solidius ĩmobiliusq; esse poterit.Sed tres pfecto parcę/quod singuli deoꝝ optimo deliberarũt cõsilio/pfectum cõseruant.Oportebat igitur hoĩbus argumẽto esse: qđ astra uniuersusq; ille circuitus mentem habeant/quia eadem semp agunt:Maximo enim atq; mirabili temporis spatio iam ante quid sibi agendũ sit deliberarunt.Nec sursum deorsumq; modo hoc mõ illud cõsilio pbãt. Quare nec errant:nec pter antiquũ ordinẽ reuoluũtur.Multis autẽ nostrũ cõtra uisum est/hęc qa eadẽ & similiter semp agunt/aĩam nõ habere:hãc insanã opinionẽ secutum uulgus/genus humanũ qa moueatur/uitã menteq; hẽre putauit.Diuinũ uero qa in eisdẽ pmanet lationib⁹/mẽte carere.Decebat aũt pulchriora melioraq; & diis gratiora sentire/qđ propterea mentẽ habeãt/qa p eadẽ similiter profecta

Quę facultas sit illa quã sapientiã eẽ arbitramur.

Quid pcedat ex eo qđ mentem habet.

fecta

fecta/eadem semp ꝑ agunt. Hanc astroꝝ naturā eē/uisu pulcherrimā: quę ꝓgressu & chorea optima
utens oīumq́ choreaꝝ magnificētissima cūctis aīalibus cōmoda ꝑbet. Quod aūt nō imerito aīata
hęc eē dicamus/magnitudo quoq́ ipsoꝝ testat͂. Nō enim tanta sunt dūtaxat quāta cernuntur: sed
incredibili magnitudine singula sunt. Quod ideo credēdū est qa sufficientibus demōstrationibus
id ostendit͂: quibus solē totū tota terra maiorē esse: & quęcūq́ ferunt͂ astra mirabilē hēre magnitu-
dinē intelligemus. Cogitemus igitur quō fieri possit ut tanta magnitudo ab aliqua natura possit tā
to tpe circūferri. Ego igit͂ assero deum cām esse, nec aliter fieri posse. Animarū enim nō aliter q̄ ꝑ
deū fieri posset/ut nos declarauim⁹. Qm̄ ergo id facere deus pōt: facile sibi fuit primū oī corpi ma
gnitudiniq́ uitā tribuere. Deinde qua rōne optime fieri cogitarit/hac ducere. Demū de his oībus
uerā hāc sniam ferri uolumus. Impossibile esse terrā/cœlum/stellasq́ oēs/& quę ex his cōstāt moles/
nisi aīa singulis aut adsit aut insit adeo exquisita rōne annis mēsibus diebusq́ circūuolui nobisq́ oī
bus bona oīa facere. Hoīem uero decet quo uilior est/eo minus de ipsis nugari: sed conari potius
certi aliqd dicere. Siqs aūt īpetus corpoꝝ/aut naturas/aut hmōi qcq̄ ordis huius agitatiōisq́ cām
esse dicet: ꝑspicuū nihil adducet. Verū qd̄ diximus iterū cōsideremus ut pateat utrū oratio illa ꝓ
babilis sit/an oīno futilis iaceat: qua primo dicit͂/duo quędā esse, aīam atq́ corp⁹: & quę ad utrūq́
genus ꝑtinet esse multa: eaq́ ab aliis in genere suo differre: & utraq́ genera a se inuicē esse diuersa:
adeo ut tertiū nihil sit utrisq́ cōmune. Animā uero ita differre a corpe/qd̄ illa mentē hēat/hoc nō
habeat. Illa dominet͂/hoc subiiciat͂. Illa oīum passionū corpib⁹: hoc nullius causa sit. Quocirca siqs
cœlestia ab alio quoq̄ facta fuisse/nec ex aīa & corpe ut diximus cōstare cōtendat/stultus oīno impe
ritusq́ habēdus est. Igit͂ si rōnes in his oībus adductę quicq̄ ualent/atq́ hęc oīa diuina ꝓrsus iudicā
da sunt/duoꝝ alterū arbitrari oportet. Nam aut deos esse hęc & rectissime qdem putabimus. Aut
deoꝝ imagines & quasi statuas esse/ab ipsis diis prudentib⁹ dignissimisq́ artificibus fabricatas cre
demus. Alterū inquā horū decernamus: & quod decreuerim⁹ firmiter teneamus: multoq́ magis
hęc q̄ alia quęlibet simulachra ueneremur. Nunq̄ enim pulchriora cunctisq́ hoībus cōmuniora si
mulachra reperient͂: nec in excellentioribus locis locata/puritate maiestateq́ & perpetua uita pol
lentia/q̄ hęc quę undiq́ similiter cōstructa sunt. Sed nunc id quoq́ de diis asseuerem⁹. Nempe cū
duo aīalia nobis uisibilia cognouerimus/quoꝝ alterū īmortale: alterū uero qd̄ terrenū est/omne
mortale sit: iam tria de quinq́ mediū sortita locum ꝓbabili rōne declarare conemur. Æthera post
ignē ponam⁹: ex quo aīam aīalia gignere arbitremur quę similr̄ ut in cęteris generib⁹ fit/plurimū
de suo hēant/minimū aūt copulę gratia de generib⁹ alienis: post ęthera ex aere alterū aīaliū genus/
tertiū ex aqua similiter ab aīa fingi. Quę oīa cū aīa finxerit: totū aīalib⁹ cœlū iplenit/oībus quoad
fieri poterat generib⁹ usa: quę oīa uitę ꝑcipia sunt. Secūda uero & tertia/quarta & qnta a manife
stoꝝ generatōe deorū incipiētia ad nos tandē hoīes deducunt͂. Deos igit͂ Iouē & Iunonē cęterosq́
oēs quōcūq́ aliqs uelit locato, modo legē eandē seruet atq́ hāc rōnē stabilē teneat. Visibiles itaq́
deos maximos: summopeq́ honorādos: acutissimeq́ undiq́ cūcta uidētes ac primos/naturā astro
rum & quę cū astris facta sentim⁹/fatendū. Deiceps uero sub his dęmones gen⁹ aereū in tertia me
diaq́ regione: q interpretatōis cā sunt collocatos/orationib⁹ colere/gratia laudabilis intercēssiōis
interpretatiōisq́ debemus: horū qdē duorū aīaliū alterū ex ęthere/alterū deinceps ex aere est. Ac
neutrū cōspici totū pōt: sed q̄uis hi dęmones ꝓpe nos sint: nunq̄ tn̄ manifeste nobis apparēt: pru
dentię mirabilis ꝑcipes sunt: acuto qppe īgenio tenaciq́ memoria cogitatōes nostras oēs cogno
scunt. Honestos bonosq́ hoīes mirifice diligūt: improbos uehemēter oderūt: utpote qui doloris
ꝑcipes sunt. Sed deus q diuinā sortē ꝑfecte possidet a dolorib⁹ uoluptatibusq́ liber sapiētia cogni
tioneq́ penitus fruit͂. Cū aūt refertū aīalib⁹ cœlū sit: & dii summi & dęmones se inuicē iterpretāt͂.
Media enī aīalia tum ad terrā tum ad cœlū leui motu ferūtur. Quintū uero qd̄ ex aqua ē/recte se
mideū uocabim⁹. Id nōnunq̄ cernit͂ nōnunq̄ aspectui nostro se subtrahit: & cū uidet͂ tenui uisu ꝑce
ptū admirationē affert. Cū igit͂ quinq́ hęc aīalia sint quę aut somniis: aut uaticinio: audituq́ ꝑ uo
cem sanorū/aut ęgrotātiū aurib⁹ ꝑcepta/aut etiā in ipso/e uita excessu nobis sese offerentia/nostros
aīos mouent. Vnde multa multis sacra & priuatim & publice his opinionib⁹ instituta sunt īstituē
turq́ in posterū: horū oīum legislator q uel minimū mētis hēat: nunq̄ aliqd inouabit. Cauebit enī
ne ad nouū minus certe religiōis cultū ciuitatē suā uertat. Nec quę patria lege uel cōsuetudine de
sacrificādo firmata sunt: mouere audebit. Scire nāq́ debet mortali naturę nō eē possibile certi qcq̄
de his cognoscere. Eadē rōne pessimi hn̄di sūt hi: qui deos uere oculis manifestos nō ꝑdicāt/& hoc
sacrificiis debitisq́ honorib⁹ relinqui eos ab hoīb⁹ patiunt͂: ꝑinde enī faciūt/ac siqs Solem Lunāq́
oīa lustrare nulloq́ in honore haberi uideat: nolit tamen pro uirili sua parte clara hęc hoībus red
dere: ut solēnes dies eis sacrificia agantur ac tempora maiorum minorūq́ sæpe annorum certa di
stribuantur. Nonne malus & sibiipsi & cognoscenti cuiq́ si dicatur/merito dici uidebitur? CLI.
Immo uero pessimus. ATHE. Id ipsum o Clinia/scias nunc mihi accidisse. CLI. Quo nam pacto?
ATHE. Scitote octo in cœlo eē uirtutes/sibi iuicē sorores: quas ego inspexi/nec magni aliqd feci.

Oīum stellaꝝ uirtus una.

Cuiuis enim hoc facile est:harū tres hę sunt/ solis una/lunę una/stellaꝝ oīum : de quibus ante dixi-
mus una/atq; alię quinq;:has oēs & eos qui in his sunt/siue ipsi ꝑgrediant/ siue in uehiculis ferant/
nullus ita habere se putet/ut alii eoꝝ/dii sint/alii minime/alii legitimi/ alii tales / quales nefas est di-
cere.Sed oēs fratres:& in fraternis sortibus uiuētes dicamus iisq; honores reddamus:nō alii ānū/
alii mensem/alii nullam sortē/nullūue tēpus:in quo circulum suū ꝑcurrit : mūdum hornatūq; una
ꝑficiens:quē ratio oīum diuinissima:uisibilem statuit: hūc uir felix primū summopere amiratur:
deinde cupiditate ardet ea discēdi quęcūq; a natura mortali ꝑcipi possunt . Sic arbitratus optime

Quę una uera sapientia.

atq; felicissime se uicturū & cum decesserit ad cōgrua uirtuti loca uenturū. Atq; ita uere initiatus:
& ipse unus unā reuera sapientiā nactus/reliquū tēpus in rerū oīum pulcherrimaꝝ cōtemplatione
uersat.Post hæc qui & quot sunt/dicēdum est . Equidē affirmare audeo nunq̄ nos in hoc mēdaces
fore.Iterū octo esse dicimus.Quaꝝ tres dictę sunt: quinq; restant. Quarta uero & quinta latio &
amfractus ęquali ferme uelocitate cum sole ferunt.Itaq; neq; tardiores sunt/ neq; ueIociores / atq;
harū trium semp sufficiens ductor est intellectus.Solis dico & Luciferi/& tertii illius:qđ cum igno
retur noīari non pōt.Quod ꝑpterea factū est/qm̄ primus harū rerū spectator barbarus fuit. An-
tiqua enim regio illos aluit qui ꝑpter ęstiui tēporis serenitatē:primi hæc inspexerunt. Talis Egy-
ptus & Syria fuit:ubi stellę semp oēs ut ita dixerim clarę cernunt : qa cœli aspectū nubes & pluuię
nō impediunt.Inde huc & alio quocūq; infinito tpe ꝓbata ista manarūt.Quapropter magna cum
fiducia hęc legibus sanciant.Res enim diuinas non esse uenerādas arbitrari/aut hæc nequaq̄ eē di
uina:extreme dęmētię foret.Quod aūt noībus caruerūt causa dicta est/agnomina tū deorū tenēt.
Lucifer enim qui & Vesper est/stella Aphroditis.i.ueneris esse dicit.Quod dictū syrio nominū au
ctori ualde cōgruū est.Stella uero quę ęqualiter ferme cū sole & hoc currit Mercurii. Restant tres
adhuc lationes eorū qui ad dexterā cū sole lunaq; mouent.Octauū ꝑterea circa unū oportet dice-
re:quē iure mūdum supernū qs nūcupabit:qui cōtra q̄ cęteri mouet cęterosq; secū trahit:ut homi
nibus pauca de iis sciētibus uidet.Sed necesse est ea dicere/quę sufficiēter cognoscim⁹.Vera enim
sapiētia hac rōne quodāmodo illi apparet qui uel modicū quid rectę diuinęq; itelligētię nactus ē.
Reliquę sunt stellę tres:quarū una/cęteris tardior est : quę Saturni noīe a quibusdā cognominat:
quę post hanc situ & tarditate ponit Iouis esse dicat.Deinde Martis / qui cęterorū maxime rubeus
est/hęc intellectu siqs exponat:difficilia nō sunt:sed post q̄ intellexeris/ ita de diis ut diximus existi-

Laus ꝓuincię Gręcię.

mandū est.Illud etiā cuilibet gręco sciēdum est:nos regionē ad uirtutē oīum pene optimā habita-
re.In hoc maxime laus regionis huius consistit:qđ inter hiemalem ęstiuāq; naturā media est.Qm̄

Tardius gręci q̄ barbari ꝑci pere.sed qc-qd ab illis ac-ceper:melius reddidere.

uero magis q̄ barbari ut diximus ab ęstiua serenitate distamus/horū deorū ordinē tardius intelle-
ximus. Verū quicqd gręci a barbaris accepere/melius reddiderūt.Quod & in his quę modo tra-
ctamus cogitare debemus:qđ q̄uis inuentu hæc difficilia sint/magna tū spes nobis est gręcos prę-
stantiori cultu q̄ a barbaris acceperit hos deos oēs honoraturos:ac tum disciplina : tum delphicis
oraculis monitos omni legitima obseruatione diligēter ꝓsecuturos. Nec gręcorū qspiā existimet
nō oportere mortales de diuinis rebus tractare.Sed cōtra oīno putet: nec mente carere deū/neq;
naturā humani generis ignorare.Scit enim se docentē ita secuturos hoīes ut quę docent / ꝑdiscāt.
Quod aūt numerū numerareq; docet/quodq; uos id ipsum discimus/nō ignorat: si enim id igno-
raret/esset oīum amentissimus. Certe & qđ fert/accidere.Ipse enim seipsum ignoraret/si potenti-
bus discere inuideret magis q̄ gratularet:qđ ꝑpter deum boni efficiant: ꝑfecto uerisimile est: qū
primū hoīes de diis cogitare cœperunt/qđ essent & ęquales quidue agerēt nō ut prudētes qdem
nec ut secūdi iudicauisse qui antiquissima eē putauerūt:ignē & aquā & cætera corpora. Mirabilem
aūt aīam/posteriorē. Vnde & corpis motū potentiorē/honorabiliorēq; ducebant.Nēpe seipm ca-
lore & frigore cęterisq; hmōi agitare. Animā uero neq; corpus neq; seipsam mouere : nūc uero cū
dicamus si aīa corpri adsit/nihil mirū esse ut & seipsam moueat & corpus circūferat/dubium nobis
nullum est qn pondus ab ea circūferri possit.Cū aūt uniuersi causa aīa sit:& rerū alię bonę sint/ alię
malę.Latiōis qdem oīs motusq; casum animā eē dicēdum: sed lationē motūq; ad bonū ab optima
aīa ꝑficisci/motū uero ad cōtraria/cōtrariū.Mala aūt a bonis uicta esse uinciq; oportet.Hęc nobis
ſm iudiciū impios puniēs dicta sunt oīa.Quātum uero attinet ad id qđ modo ꝓbat: dubitādū nō
est:qn bonus uir sapiēs sit dicēdus.Sed uideamus nunqd hāc sapiētiā quā iam diu quęrimus ꝑ di-
sciplinam uel artē aliquā assequamur.Quod si ignorauerimus exptes ignariq; iustitię futuri simus.
Ita ꝑfecto mihi uidet:quare dicēdum ē.Quod igit sursum deorsumq; inuestigādo cognoui / ora-
tione uobis aperire conabor.Nam maxima uirtus neglecta ignorātię causa fuit.ut prædicta nobis
significare uident.Maiorē uero uirtutē religione pietateq; in deū nullam in humano genere inue-
niri quisq̄ sibi persuadeat:id ex maxima ignorantia in optimis naturis factum non est.Optimę aūt
naturę sunt quę rarissime reperiuntur/& siquādo reperiantur maxime ꝓsunt.Animus certe facilis
ille est:qui tardam contrariāue naturā mansuete & mediocriter possidet : fortitudinem ammirat
& temperantiā diligit:& quod maximū est in his naturis ad discendum promptus ē : ac memor &
huiusmodi

huiusmodi rebus maxime delectat/discedi studio deditus. Hęc utiq; nec facile innascunt & cũ innata fuerint si educationẽ disciplinãq; idoneã/cõsequant/plurimos inferiores ita moderari & cõtinere pñt ut cogitãdo/loquẽdo atq; agẽdo singula erga deos ut oportet & qñ oportet/in sacrificiis purificationibusq; eorũ quæ in deos & hoies facta sunt nõ simulatione/sed ueritate uirtutem maxime colãt: qđ ciuitati oĩum utilissimũ est: hãc igit partẽ natura principalissimã esse asserimus: posseq; q̃ maxie atq; optime siqs doceat: discere. Nemo aũt docebit nisi deus adiuuenerit/ab eo uero q modum in docẽdo nõ seruat pstat nõ discere: necessariũ tñ ex his quæ mõ dicta sunt/uidet hæc discere & a nobis naturã hanc optimã dici. Quare conemur exponere quę & qualia sint & qũo pdiscenda: idq; pro uiribus & mei differẽtis agat/& eorũ qui exaudire poterint quo pacto cultus diuini nõnulla discant. Inusitatũ quid forsan audietis: nomẽ tñ rei dicamus: qđ nullus pp huius rei imperitiam arbitraret. Nolite ignorare astronomiã sapiẽtissimũ quiddã esse. Nẽpe necesse est uerũ astronomũ esse/nõ eũ qui ẽm Hesiodũ oẽsq; hmõi: occasum ortumq; cõsideret sed eũ potius qui circuitus octo & qũo septẽ sub primo uersant: quoue ordine circulos suos singuli pagant. Quod nulla natura nisi mirabilis sit facile unq̃ inspiciet. Vt mõ diximus: & dicemus/declarãtes qđ oporteat & qũo oporteat discere: primo igit id dicat: qđ Luna celerrime circulũ suũ euoluit: atq; ita pleniluniũ primũ & mẽsem peragit. Sol deinde inspiciẽdus est: qui solstitia uersionesq; tẽporũ circuitu efficit suo: pterea & qui una cũ Sole currũt/cõsiderãdi. Deniq; ne eadẽ de eisdẽ sæpius differamus/cursus omnes quos pauloante tetigimus/quiue nõ facile intelligunt/cõtẽplari debemus. Ita ut naturæ prius doctrinis ad hæc ptinẽtibus longo usu laboreq; a iuuenta/immo uero & a pueritia pparent. Quocirca doctrinis quæ mathematicæ appellant/opus est. ¶ Primo uero ac maxime numeris: nõ iis dico numeris qui corpus habẽt. Sed qui oẽm paris ĩparisue generationẽ atq; uirtutẽ: quã ad pficiẽdã cognoscendãq; rerũ naturã conferunt. Quibus pceptis illa deinceps quã ridicule geometriam appellant/discẽda est. Numerorũ uero inter se natura dissimiliũ similitudo ad planorũ partẽ relata clarescit. Quod qdẽ nõ humanũ sed diuinũ miraculũ/siquis plane intelligat/uideat oportet: post hanc numeri/qui in tres usq; dimẽsiones adaucti sunt: naturæ solidæ similes: ac rursus dissimiles alia quadam arte stereometria uidelicet huic simili cõsiderãdi sunt: sed hãc quoq; qui in ea uersati sunt geometriã/noiauerunt. Illud aũt mirum diuinũq; intelligẽtibus est: qđ cũ rerũ uirtus in duplo semp: & in suo opposito reuoluat/in singulis proportionibus p genera spẽsq; uniuersa natura format: prima igit dupli uirtus ẽm numerũ/per unũ ad duo pportione pcedit/duplũ potẽtia possidẽs. Sed in solidũ & tangibile rursus ab uno in octo dupli rõ proficiscit. Alia uero dupli in mediũ: sed forte minore maius: & minus maiore ęqualiter. Verũ aliud eadẽ pte extremitates excedit/ab eisq; excedit. ¶ In medio uero senarii ad duodenariũ numerũ/sexqualtera: & sexqtertia emersit pportio: horũ ĩ medio uis hmõi ad utraq; uersa cõcinnũ hoibus usum cõmodumq; attribuit: ludi: & tẽporalis numeri cõcẽtusq; gratia/choreæ musarũ felici tributa. Hæc igit ita fiant: & ita se habeãt: horũ finis est ut ad diuinam generationẽ: & eorũ quæ cernũtur oculis pulcherrimã diuinamq; naturam considerandam nos cõferamus: quatenus hanc hoibus inspiciẽdã deus largitus est. Quã nunq̃ sine dictis artibus assequemur. Ad hæc singula quæq; ad spẽs suas/oĩa deniq; ad unum in disputationibus/referenda interrogãdo & arguẽdo siqua minus recte dicãtur. Recte enim oĩum pulcherrima & prima hoibus huiusmodi examinatio est. Vbi uero nõ talis reuera/sed simulata inqsitio est frustra contendit: pterea tẽporũ considerãdus est ordo/q̃ exacte cœlestia oia perficit: ut quicũq; uere dictum fuisse crediderit antiquiorẽ diuinioreq; corpore animã esse/putet pclare sufficienterq; illud quoq; eẽ dictũ. Deorũ plena eẽ oĩa adeo ut superi neq; obliuiscant nostrarũ rerũ neq; nos deserãt. Sed hoc in his oĩbus aiaduertẽdũ est maxie illi qui recte pceperit pfutura: ei uero q nõ recte/deũ inuocãdũ esse. Modus uero hic est. Necesse enĩ est id quoq; tãgere. Omnẽ linearũ descriptionem: cõstõnemq; numeri: & cõcẽtus rõne: circuitusq; astrorũ cõueniẽtiã: & quæ una cũctorũ cõspiratio est pspici oportet ab eo qui mõ cõgruo discit: pspiciet aũt siqs qđ dicimus ad unũ recte respiciẽs discat. Vnũ enĩ horũ oĩum intelligẽti uinculũ apparebit. Qui uero aliter hæc adipisci studet/fortunã ut dicimus inuocet. Nunq̃ enim absq; his natura ĩ ciuitatibus ulla felix efficiet. Etenim hic modus est: hęc educatio: hæ disciplinæ: per hæc itaq; siue facilia siue difficilia sint: eũdũ. Nefas aũt est deos negligere: cũ felix oĩum illorũ doctrina oĩbus recta tõne patuerit. Eũ sane qui cũcta hæc ita pcepit uere sapiẽtissimũ appellamus. Quẽ ego et ioco & serio affirmo/cũ diẽ suũ obierit/non amplius multorũ sensuũ ut nũc sed unius sortis participẽ fore: unũq; de multis factũ/felicẽ/sapientissimũ atq; beatũ: & siue qs in cõtinẽti siue in insulis seu publice seu priuatim uixerit/mõ ita se gesserit/eãdẽ a deo sortẽ reportaturũ. Sed qđ in principio diximus nũc quoq; uerũ nobis apparet: nõ posse hoies p̃ter paucissimos pfecte beatitudinẽ cõseq. Quod quidẽ recte nobis assertũ est. Nam q diuini modestiq; simul/aliisq; uirtutibus natura pditi sunt. Disciplinas pterea felices consecuti/quas diximus/iis solũmodo satis ad felicitatẽ oĩa se hẽre uident: his igit q ita & priuati & publice in his elaborarũt/cũ ad senectã peruenerit/maxios tradi magistratꝰ iubemus. Cæteros uero seq: & deos simul deasq; laudare: ac cetũ no

Astronomiã eẽ sapientiss. quoddam.

Vide ut male appellata sit geometria.

Deorũ plena omnia.

Quis uere sapiens.

cturnũ ad hãc sapientiã oẽs diligẽti examinatiõe pacta q̃ rectissime adhortari.

EPINOMIS FINIS.

ARGVMENTA MAR. FICI. IN EPISTOLAS .XII. PLATONIS.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PRIMAM.

d Io Syracusanus uir profecto magnus/Platonis nõ auditor solũ/sed etiã imitator: a tyranno expulsus:& magno aĩo pecuniã quã miserat tyrannus statim remittit:& utpote Platonicus/pro summa iniuria/summo quodã Dionysiũ afficit beneficio: tribus.s.p̄ceptis salutaribus admonẽs. Primũ est/principes nõ pecuniarũ sed amicorũ defectu perire. Secundũ nullã potẽtiã maiorẽ esse bonoꝝ prudentiũq; cõsensu. Tertiũ oportere errata p̄terita recognoscere:& quãto nobis detrimẽto sint augurari: quo a futuris delictis absterreamur.

ARGV. IN EPISTOLAM SECVNDAM.

i N hac Epistola quã Plato scribit ad Dionysiũ iuniorẽ post primũ ab eo discessum & expulso Dione quattuor sunt præ cæteris obseruãda. Primũ quidẽ/qđ ait magnã potẽtiã naturali quodã instinctu atq; sapiẽtiã se se inuicẽ petere quo in unũ cõgrediant̃. Id qdẽ in diuinitate/in natura/in arte cõpertũ habemus. Principio penes deũ infinitã dei potẽtiã ĩmensa sapiẽtia comitat̃. Quod hic sub Iouis & Promethei noĩe indicat/Iouẽ quidẽ potẽtiã: Prometheũ uero p̄uidentiã esse iudicãs. Nẽpe diuinæ intelligẽtiæ fontẽ atq; spectaculũ eiusdẽ potẽtiã eẽ putat. Siquidem & quia põt intelligere/iccirco intelligit:& potẽtiã eãdẽ cõtẽplat̃ intelligẽdo. Apparẽt: & hoꝝ uestigia in natura. In his eni quæ naturaliter cõposita sunt/siue lapides & metalla/siue plãtæ:& aĩalia/ĩmo & in primis in ipso cœlo/ita natura cõparatũ est: ut ex intima naturæ potẽtia naturaliq; uigore procedat/ordo quidã tũ in ipsis hoꝝ formis/tũ in actionibus atq; effectibus. Ordo uero eiusmodi extrinsecus euidẽs/interiorẽq; uigorẽ potẽtiæ comitãs/sapiẽtiã quãdã præ se ferre uidet̃. Nõ enĩ aliter in progressibus ordinatis natura p̄cedit/aliter sapiẽtia: sed similis oĩno est utriusq; progressio. in arte quoq; humana siue priuata siue publica similis qdã uꝭ potẽtiæ sapiẽtiæq; cõgressus. Naturalis qdẽ ingenii/memoriæ/uoluntatis uirtus ad potẽtiã p̄tinet. Ex hac uero acq̄sita orit̃ sapientia:& in actionibus ipse ad sapiẽtiã p̄tinẽs ordo seruat̃. Huius aũt mysterii diuinitate/natura/arte cõstantis/in cõsuetudine elegãti habemus exẽpla/qualia hic Plato recensẽt: in mutua uidelicet potentũ sapientũq; familiaritate: & quasi naturali quadã necessitudine. Qua de re nos admonet cœlũ: in quo planetæ significatores principũ his p̄ximi sunt/qui significãt sapiẽtes. Nã & Iuppiter Saturno est situ proximus:& Sol ferme a Mercurio nõ discedit. Moralẽ igit̃ apud Platonẽ p̄ceptũ esto: principes sapientes honorẽt: sapiẽtes libenter principibus cõsulant. Nã & sapiẽtia absq; potẽtia p̄dest paucis:& potentia remota sapientia obest multis. Potentia quidẽ exps sapiẽtiæ quo maior est/eo p̄nitiosior. Sapiẽtia uero p̄cul a potẽtia mãca uꝭ. Docent hoc magnæ planetarũ cõiũctiones. Iuppiter quidẽ dñs est. Saturnus uero philosophus: hi p̄fecto nisi cõiungant̃ nihil uel magnũ uel stabile moliunt̃. Felicẽ quidẽ familiaritatẽ Plato uult esse ex potẽte sapiẽteq; cõflatã. Felicissimã uero copulã/ubi utraq; in eodẽ aĩo cõiungunt̃. In quo & ipsum Palladis sedet numẽ potentiã una cũ sapientia copulãs. Pallas enim sola & artes callet simul & uibrat hastã. Hactenus de primo epistolæ huius mysterio dictũ sit. Ad secundũ iã p̄gamus. Animi bonitate excellẽtis/est gaudere bono/maxime uero diuino/hoc est amplissimo. Tale uero est/quod & q̃ plurimis & q̃ diutissime p̄dest eiusmodi ẽ uera uirtutis gloria ad doctrinã & mores tã posteris q̃ p̄sentibus cõferens: hac ergo uiri optimo ingenio p̄diti: duabus de causis maxime oĩum delectant̃/tũ q̄a sicut intimã uirtutis lucẽ amant sic exteriorẽ quoq; diligunt uirtutis splendorẽ: tum quia splendore hoc optant semper prodesse q̃plurimis:& hoc certe perpetuo in genus humanũ beneficio gaudent. Gaudẽt inq̃ quatenus sentiunt. Cum uero sempiterna gloria studeant posteritati prodesse/sperãtes uidelicet/sicut nunc ita:& tunc splẽdore hoc: & beneficio se gauisuros: profecto id se post hanc uitã persensuros uaticinant̃. Naturæ siquidem diuinioris instinctu ad tantum beneficiũ instigãntur. Non tam quia hoc ipso gaudeant q̃ ut gaudeant. Ac si multæ animaliũ species in ipsa nidorum escarũq; opera instigante natura non frustra futuro usui consulunt/multominus diuinos animos sperãtes se sempiterno quodam officio gauisuros frustratur euentus. Eiusmodi uero uirtutis splendorẽ & beneficium tam in doctrina q̃ in moribus his uerbis propheta Daniel cõprehendit. Fulgebunt docti tanq̃ splẽdor firmamẽti:& qui multos erudierint ad iusticiam/sicut stellæ in perpetuas ęternitates. In quibusdã uero animis a sua diuinitate degenerantibus beneficium uerę glorię studiũ uel extinguitur uel in uanam gloriam permutatur. Tertium epistolæ huius mysterium/surgit altius. Sed quoniã in theologia: & in libro de amore latius exposuimus/satis fuerit in præsentia leuiter delibasse. Quando diligẽter formas ab artifice factas cõsideramus

ctas consideramus paulatim qua ratione factę fuerit animaduertimus:& quãdo rationes per quas efficit formas apprehendimus:facile per eas ad ipsas ideas artificiosæ mentis accedimus: ad quarum exẽplar rationes suas ad formas direxit efficiendas. Quẽadmodum uero in artificiis a formis ad rationes:ab his ad ideas:idest exẽplaria proficiscimur sic in ipso rerũ ordine contẽplando pulcherrimas rerũ formas cognoscimus artificiosissimis rõnib⁹ eẽ cõpositas:ac si rõnibus. Ergo ideis idest exẽplaribus/ad quoꝝ similitudinẽ ipsa ratio formas producit in ordinẽ. Tres ergo in uniuerso sunt ordines. Formarũ.i.& rationum & idearum. Ordo quidẽ formarũ quæ patẽt sensibus:ad animã ipsam mũdi reducitur:quæ utiq; uelut principium motus:formas in materia generat/generat autẽ alias aliis rationibus atq; seminibus:hunc uero ordinẽ in aĩa rationũ ad mentẽ redigimus aĩa altiorẽ:a cuius ideis aĩa gubernandarũ rerũ suscipit rationes. Ordo deniq; ideaꝝ in mentẽ ab Imẽso:& simplici diuini boni splendore descẽdit. Si quidẽ una hoĩum idea bonorũ: idest ipse deus alias alioꝝ bonorum/mẽti angelicæ ideas infundit. Quãobrem tres rerum ordines ad tres principes fontesq; reducunẽ. Ordo quidẽ formarũ ad mundi animã:ordo uero rationũ ad mentẽ angelicam. Ordo deniq; idearũ ad ipsum bonum. Et quia per ideas cuncta referunẽ ad bonũ:ideo Plato inquit/circa oĩum regẽ cuncta sunt:idest circa ipsum bonũ sunt ideæ perq; ideas omnia/ circa secundũ.i.mentẽ sunt secunda:idest rationes quæ sequunẽ ideas. Circa tertiũ uero tertia:idest circa animã mundi formæ. Significauit autẽ deum esse rerũ causam exẽplarẽ/ubi dixit circa. Item Finalem/ubi ait eius gratia. Rursus efficientẽ quando subiunxit ipse causa est pulchrorũ omniũ: quod enim nõnulla sint deformia nõ ob id habẽt quod ab ipso sunt:sed quatenus ab eo degenerãt. Neq; mirum Platonici uideri uolunt:qđ Plato quodlibet illorum triũ principium nominauerit. Nominasse enim similiter:sed nõ ęque. Deum quidẽ per se unum bonũq; existere. Cum uero unitas bonitasq; amplissima sint sequiẽ:ut deus per se sit oĩno. Mentẽ uero summã deo proximã per deum esse quatenus unũ quiddam est & bonum:ꝑterea & per se/quatenus mens est & ordo naturæ secundæ. Mundi deniq; animã ꝑductã quidẽ:& ipsam a primo deo:qua unũ atq; bonum. Productam quoq; ab ipsa mente/qua mens. Sed qua per se mobile est/a seipsa productã. Hucusq; ait Plato ꝓcedere diuinorũ origines/rerumq; principia. Præterea animũ nostrum esse diuinũ/quãdo addidit affectare diuina/Verum nõ cõprehẽdere q̃diu aspicit in ea que sibi cognita sunt.i.uel sensus:& sensibilia:uel formas horũ obiectu cõceptas ab aĩa. Hæc enim oĩa a diuinis longe diuersa sunt: unde animus in hæc aspiciens cogiẽ de diuinis aliter sentire:& ꝓnunciare q̃ sint. ❡ Sequiẽ quartũ mysteriũ de diuinorũ ꝑceptione. Primo quidẽ ait inuestigationẽ diuinoꝝ nõ recte factã:idest nõ debitis/tum purificationis/tũ disciplinarũ gradibus instructã/malorũ esse omniũ causam. Quia uidelicet qui sic inuestigant deum/tandẽ eo ꝑueniũt:ut uel negent deũ esse uel de deo affirment quę non sunt dei. Hinc uera perit religio:extincta religiõe mala oĩa confluũt. Deinde ait stimulũ inuestigandoꝝ diuinorũ esse maloꝝ causam:idest si hoc abutamur:& oĩno quomodocũq; utamur nõ ꝑmittit ꝑsentibus oblectamẽtis frui:& hac in uita quiescere:altioribus hanelãtes. Verũ quid sibi uult ubi ait nisi qs hũc ex aĩo stimulũ eruat/ueritatẽ nunq̃ assequeẽ? Profecto negat ueritatem rerum a deo dependẽtium haberi posse/nisi ipsa de deo ueritas habeaẽ. Præterea per illa quæ mox subiungit/scito Platonẽ ipsum assidue in diuinorum inuestigatione:uexari consueuisse:& qui Platonem primo audiebant diuina contẽplantem/solitos sub nimio diuinoꝝ splendore protinus caligare/diuq; uexari: donec uidelicet mentẽ deniq;/tum ab affectibus sensuum/tũ a phantasiæ imaginibus segregarent/quo quidem facto diuina quadã sorte:idest luce ueritatẽ non prius inuẽtam reperiebant. Propterea Pythagoras quem Plato noster in omnibus neneraẽ/sacra doctrinarũ mysteria ab exactissima expiatione mẽtis exordiebaẽ. Præcipiebatq;/& Plato similiter ꝑcipit:ne efferãtur in uulgum : ne uulgus accepta peruerse uel contẽnat uel incidat in errores. Si enim in uulgum edideris:deum nihil ex iis quæ sentiũtur in se habere:uel te ridebũt uel deum esse negabũt:hinc illud Lysidis pythagorei ad Hipparcum. Haud pium est/mysteria philosophiæ cũ his cõmunia facere:qui ne somniare quidẽ purificationem animi potuerũt. Sunt ꝑterea nõnulla mysteria theologorum circa deum:quę nõ uulgũ modo uerũetiam elegantes plæroſq; fatigent. E quibus id unum est nihil ex his quæ intelliguntur absolute de deo affirmari debere. Quicquid enim intelligẽtia definitum est/infra infinitum deum extare cõpellitur. Ad hæc itaq; secretiora mysteria ita plæriq; docti adhuc sunt inepti/sicut: & uulgus ad leuiora:usq; adeo ut enim nõnulli q̃uis acumine/memoria/iudicio ualeant/diuq; hæc audiuerint/nõdum tamen perfecte comprehẽdant quia uidelicet:& si ad alia quædam/tamẽ ad theologica nati non sunt. Vel si nati/nõ tamẽ congrue ad hæc eruditi atq; educati:uel si educati:& eruditi/nõdum tamẽ ętatis maturioris beneficio a perturbatiõibus segregati:perturbatio uero: quia & mouet & per diuersa distrahit:& ad materiam trahit/iccirco alienam reddit mẽtem a deo:quo nihil a motu a diuersitate a materia:potest remotius cogitari. Nõ ergo iniuria Lysis Hipparcum sic admonuit. Operæpreciũ est recensere:quãtum tẽporis in abstergendis maculis:quæ nostris inustæ pectoribus erant/consumpserimus anteq̃ ꝑcepta Pythagoræ percipere digne possemus. Ac

cedit ad hæc qđ siquis etiā tranquillo:& erudito ad deum intellectu se cōferat.Ita ferme ab ipsa in telligentia circa deū decipitur:quēadmodum:& uulgus sensu imaginationeq; fallit: & plerię; do∕cti pturbationibus repellunt.Intelligētia enim pro natura sua iudicans/cōpellit nos deū ipsum uel intellectū quēdam uel intelligibile quiddam asseuerare. Immensum uero bonum neq; intellectus est/qui uelut egenus ad intelligibile se uertit tanq̃ bonum quo illustrante proficiat:neq; intelligibi/le est dicendum/quod quidē cōmunem quandam cum intellectu naturam habet per quā etiā pro∕portionem habet cum intelligentia congruam. At nulla est immenso bono ad finita bona naturæ cōmunio/nulla proportio.Hinc in Parmenide probat nos neq; nomen neq; definitionem: neq; sci entiam habere de deo:utpote qui sit super intelligentiæ limites.Idem ante ipsum Mercurius asse∕rit.Idē post ipsum Dionysius Areopagita probans deū nō esse dicendum ens atq; intelligibile:sed super utrūq;.Quáobrem cū deus intellectū atq; intelligibile infinito superet interuallo/ nemo ulla intelligentiæ actione diuinam substantiā potest cōsequi:potest tamē quandoq; assequi passiōe.Pas/sione inq̃ benigna per ipsam beneficā infiniti boni actionē nobis illatā.Illatam inq̃ in unitatē ipsam nostræ mētis caput:quādo uidelicet mens in unitatē suā/quæ expressa est diuinæ simplicitatis ima∕go/totam undiq; se collegerit. Verum quod menti unitatē hanc indutæ sub diuino Sole subrutilat tunc ferme abit:cum unitatem exuta rursus induit multitudinem.Ex his utiq; patet ex Platonis no stri sententia diuina a nobis non inueniri:sed potius desuper reuelari:neq; mente cōprehendi pos/se substantiā proprietatemq; diuinorū:ne dum uerbis : & litteris explicari. Ideoq; de his ea mente disserendū describendumq;:ut per uerba & litteras exhortari:& præparare animos ad diuina spe∕remus potiusq̃ demonstrare.Sic & Plato de substantiæ proprietatisq; diuinæ definitiōe scribit ni∕hil.Scribit tamē multa quæ: uel per negationes:uel per relationes:uel adhortando : uel instruēdo ad eum mentis statū quādoq; perducant:cui tādem ex alto pādit ur domus omnipotentis olympi. Vbi postq̃ se & ab inferioribus receperit ad seipsam: & a seipsa ad superiora cōuerterit:statim uno quodam statu simplici ipsam unitatē/stabilitatē:simplicitatem:ut ita loquar:attingit. Sed quæ atti gerit/non licet apud Paulū homini loqui:& apud Platonē multominus licet scribere ne detur san∕ctum canibus.Cum uero neq; uerbis neq; litteris in diuinorum explicatione confidat tutius tamē cōmittenda uerbis censet q̃ litteris:litteræ nāq; cuiuis cōmunia faciunt.Atqui & q̃ electissimis di∕cenda permittit:omnino uero iudicat diuinorū dignitatem exigere: ut ex mente in mentem uer∕bis potiusq̃ scribendo in exteriores materias traducantur.Hac ratione iudæi aiunt mysticum suæ legis sensum ab ipso deo per Moisem non tam litteris traditum/ q̃ animis cōmendatum. Sed hoc illi uiderint.Pythagorici certe id obseruabant.Et Plato seruauit.Nā & hic pollicetur nonnulla per archedemum potius q̃ per litteras se missurum. Asserit autem quæ ab ipso scribuntur esse Socra∕tis:cuius proprium in purificando erat officium.Sed cur additum est Socratem etiam:& in iuuen tute fuisse pulchrum:idest diuinitus illustratū.Vt intelligamus/Socratem tam educationis primæ perfectione q̃ naturæ felicitate a deo per familiarem dæmonē mox accepisse quæ cęteri uix tādem multis laboribus assequuntur.Rursus mysteria eadem per diuinā reuelationem accepta in Plato∕nem transfusa fuisse & per Platonis exhortationes in homines similiter affectos posse transfundi. At,ne quis me in hac expositione existimet somniare/audiendus est Proculus hæc ita confirmans. His qui ad summū bonū peruenire cupiunt non scientia:& exercitatione ingenii opus est : sed fir∕mitate:quiete tranquillitate.Quæ quidem diuina fides est.Quæ nos ad suummū bonum diuinaq; omnia ineffabili ratione trahit:atq; coniungit.Profecto non per scientiā/aut actionē ullam ingenii exquirere summū bonum:aut ad ipsum aspirare debemus.Sed offerre cōmēdareq; nos diuinæ lu ci:& præclusis sensibus in illa incognita:& occulta entium unitate quiescere.Hoc enim fidei genus omni doctrina antiquius est.Hæc Proculū a Plotino accepisse constat.Siquis autē hæc diligēter cō siderauerit:non exiget a Platone in dialogis suis consuetum illū apud humanos disputatores ordi nem doctrinalem.Sed eo dūtaxat stillo cōtentus erit:qui rectiori tramite perducat ad deum.Eius∕modi uero stilus siue ordo in purgando & conuertendo consistit.Oportet enim mentis oculum/& purgare a caliginosis materiæ sordibus/& purgatum in ipsam diuini solis lucē rite dirigere. Vlte/rius uero perquirere:aut contēdere non oportet.Immensa enim lux ubiq; p̄sens sua prorsus natu∕ra creato ad ipsam mentis oculo/cum primū/in eam/purus rite respexerit se infundit. Ac si ad su∕scipiendū deum intellectus assidue actione utatur propria/quæ:& accidens quiddam est: & multi∕plex & modo quodā suo mobilis profecto per ipsam a dei substantia simplicissima & ab omni mo∕tionis imagine remotissima/quodāmodo disiungetur.Sat ergo fuerit post conuenientē inquisitio/nem purificasse mentem: atq; direxisse. Reliquum Mercurius sacro mentis silentio tribuit.Deum enim a mente/suo quodā silentio potius q̃ sermone suo censet pronunciari.Omnes itaq; Platonis dialogi in hoc ipso uersantur:& alii quidem in purgando solū: alii uero solum in conuertendo alii in utroq; consistunt.Mysteria uero hæc in epistola ad Syracusanos iterum confirmantur.Atq; hæc confirmata mirum immodum præcepta euangelica comprobant.

¶Argumētū

¶ Argumentum in tertiam epistolam.

h Æc Platonis epistola scribit ad Dionysiũ iuniorẽ post f̃m Platonis ab eo discessum. Et pri/
mo qdẽ ad Dionysii quæsita rñdet: deinde calũnia in se a Dionysio conflatã dissoluit. ¶ In
rñsione igit ad quæstionẽ/docet nõ esse in deo uoluptatẽ. Illã scilicet quæ dolorẽ habet op/
positũ: & in motu quodã uel indigentiæ expletione uersat. Esse aũt in deo totũ id bonũ cuius causa
bona uidet uoluptas/nõ negat. Addit uoluptatẽ: scilicet mobilẽ: esse causam detrimenti: scilicet in
pecuniis & honore. Itẽ doloris in corpore. Rursus auferre acumẽ: memoriã: iudiciũ: grauitatem.
Post hæc cõtra Dionysii insimulationẽ probat se iustissimis de causis in Siciliã pfectum/de restituẽ
dis urbibus olim dirutis: ac de ęqua gubernãdi forma cõsiliũ manifeste dedisse.

¶ Argumentum in Quartam epistolam.

p Ost Dionysium expulsum tyrãnide/scribit ad Dionẽ in patriam iam reuersum/ammonens
eum atq; etiam Heraclidem & Theodotem cæterosq; amicos penes quos rerum potestas
erat/ut procul a tyrannide uiuerent: formamq; gubernandi tenerent ex optimatũ guber/
natione plurimum: atq; ex populari quodãmodo tẽperatam. Sunt hic pcepta quædã memoriæ cõ
mendanda. Primum quidẽ ad principes proprie pertinere cunctis excellere/Veritate/Iusticia/Ma
gnificentia/Tẽperantia. Omnino autẽ prudentia tãtum cæteros superare/quãtũ uiri pueros pru/
dentia superant. Secundũ uero oportere tales pstare seipsos/quales uideri uolunt. Tertiũ circũspi
cere oculos omniũ in se esse cõuersos: ut meminerint/neq; uitia sua latere posse: neq; mediocri dũ/
taxat uirtute se expectationi maxime satisfacturos. Quartũ probatissimos imitari legum latores: &
discordiam inter collegas quasi pestem uitare. Quintũ meminisse cõmunẽ beneuolẽtiã esse ad re/
agendas summopere necessariam. Hanc uero sola humanitate cõparari posse atq; seruari.

¶ Argumentum in quintam epistolam.

e T si quintã hanc consuetudo quædam Platoni inscribit epistolam/uidetur tamẽ potius ẽẽ
dionis Platonẽ in seipso totum pro uiribus effingentis. Instruit autẽ perdicã principẽ con/
stitutum in monarchia ut meminerit se iuuenem esse: ideoq; consilio ac ministerio seniorũ
indigere: non quidẽ omniũ: sed probatissimorũ/non quauis in re sed in gubernandi forma: qui in
telligant/quid potissimum gubernationis cuiusq; sit proprium/siue gubernet unus/siue pauci/siue
multi. Vocem uero gubernationis esse uult spiritum uitamq; eius. i. legẽ. Quæ officia: & erga deũ
& erga homines congrua instituere debet & exequi. Alioqain salua esse non possit. At quoniam si/
gnificat se & Euphreum disciplina Platonis imbutos/tenere quæ ad ciuilem pertinent disciplinã.
Iccirco ne perdicas hac de re diffidere: propterea quod Plato ipse nunq̃ populo suo in ciuili disci/
plina profuerit/subiungit Platonẽ cognouisse populum suũ morbo insanabili laborare: ideoq; me
dicorum prudẽtũ more noluisse: & frustra & cũ sui discrimine bestiã insanabilẽ curandã suscipere.

¶ Argumentum in sextam epistolam.

p Lato diuinus/Hermiam/Herascum/Coriscum/finitimos inter se principes ad uerissimam
concordiam cohortatur: hac sola saluos fore uaticinans perq; hanc aspirãte deo qui unio/
ne gaudet bona omnia consecuturos: præterea eo denique peruenturos: ut rebus rite com/
positis diuinam sapientiam propensiori studio q̃ humanam: ut par est. prosequi ualeant. Concor/
diam uero stabilem firmari inter illos posse tradit pacto dumtaxat atq; lege: pacto inq̃ legittimo:
sacris rite peractis inuicem stabilito ac iureiurando interposito: deum ipsum testando: atq; obse/
crando tanquam unionis auctorem omnis: atq; seruatorem. Testando inq̃: & obsecrando sub im/
pari: quo deus gaudere dicitur numero. Tria enim summa rerum principia. Quę in prima quoq;
epistola attigit/hic adducit. Vbi enim ait omnium ducem: præsentium atq; futurorum/mũdi ani
mam uult intelligi: quæ utpote principium motus res omnes a futuro in presens/a præsenti in prę
teritum temporali ratione perducit. Vbi uero patrem dicit: & dominum: summũ deum ipsumq;
bonum significat. Sed mediam inter duo hæc mentem quandam diuinam uidetur inserere: quã/
do dum repetit ducis: subiungit: & causæ. Nam apud Platonem sæpe rex significat ipsum bonum:
causa uero mentem: dux denique animam. Et quoniam causam refert ad mentem. Ideo in Timæo
platonici disputant intellectum ipsius boni filium mundi architectum proximum extitisse. De quo
in Epinomide scribitur ratio diuinissima: siue diuinissimum uerbum/mundum uisibilem exorna/
uit. Appellat autem hic ipsum bonum/tum patrem/tum dominum: ut per primum quidem desi/
gnaret mentis patrem/per secundum uero animæ dominum. Ita forsan platonicus numerus ex/
ponet. Ita quoq; platonicus christianus: sed Arrianus poterit: & quispiam per ducem: sanctũ spi/
ritum intelligere: per mentem uero filium. Nam ubi Plato patrem dicit filium pariter subintelli/
git: ac siquis unam trium ponat essentiam platonicis quidem multis uidebitur aduersari. Platoni
tamen manifeste non repugnabit. Exhortatur autẽ ad grauiora simul studia doctrinarum: atq; ad
iocundiores quasdã disciplinas his cognatas: scilicet eloquentiæ poesisq;: & musicæ. Quibus om/
nibus eo consilio iubet incumbere: ut per hæc quasi uestigia odorem diuinũ inuestigantes ipsum

nus nõ prius desinet in malis uersari/q̃ aut philosophi dominentur aut qui dominãtur/deo illustrã te philosophentur: delicata luxuriosaq; educatio ingenia uel diuina deprauat. Nullus intemperãs potest esse prudens. Ciuitas in qua ciues incõtinẽtes sunt nulla legũ potentia contineri potest/quã/do frequẽtes mutationes ac semper in deterius patiatur. Violẽtia neq; patriæ neq; parentibus inferenda. Sed utrisq; procul a uiolentia cõsulendũ. Auctoritas antiquorum sacrorumq; sermonum cæteris opinionibus anteponẽda est. Bono uiro nihil mali potest cõtingere. Anima ab hoc corpore seiuncta sub diuini iudicis sentẽtia scelerũ luit pœnas. Præstat grauissimas iniurias pati: q̃ inferre. Auari atq; intẽperati ad res diuinas cæci surdiq; sunt: adeo ut neq; ipsi uideant/neq; ab aliis uel audire sustineant/uel auditas percipiant. Impietas omnibus peccatis mista est: atq; uicissim. Impietas ipsa mista peccatis/stimulus est quo præcipue in peccatores/tum in hac uita solicitãtur/tum in altera cruciãtur. Post hæc ubi de cõsuetudine sua cũ dionysio/ac de philosophiæ studio scribit: probat neminẽ in philosophia aliquid profecturũ/nisi amore sapientiæ accensus/omnes eius gratia: & labores sustineat: & oblectamẽta contẽnat. Tum uero quoniã sapiẽtis est cõtemplari diuina/oportune ostẽdit diuina/neq; litteris unq̃ uulgo neq; uerbis exprimi posse/immo etiã nõ debere: nõ posse quidem: quia quod maius est/neq; etiam mẽte omnino cõprehendũtur. Nõ debere etiam: quia & qui in plebe infimi sunt tanq̃ monstrosa riderent: & qui paulo in plebe superiores his auditis uel in hæresim falsam inciderent: uel ob leuẽ quãdam altiorum rerũ opinionẽ uani supra modum cõtentiosiq; euaderent. Non inquit Plato usq̃ nihil ueri certiq; de diuinis intelligi posse. Sed neq; posse exprimi: quod de his intelligitur: neq; propriã horũ ueritatem intelligi eadem ratione qua cætera: formæ quidẽ aliæ omnino sunt cõiunctæ corporibus/aliæ penitus segregatæ. Illæ naturales: hæ diuinæ uocãtur. Sunt & mediæ cõiunctæ quidem quodãmodo: & quodãmmodo separabiles: idest rationales animæ/inter diuina: & naturalia mediæ. Quæ quatenus corporibus cõiunctæ sunt/eatenus a diuinis necessario distinguũtur. Cõiungi enim formis a materia separatis/nisi separatione nõ possunt. Separãtur autẽ a materia duobus præcipue modis/tum morali purgatiõe/tum resolutione cõtemplatiua. Philosophiæ studium utrũq; facit: & quemadmodum qui humidũ lignum exsiccat prius sole/deinde admouet igni/occasionẽ quidem ligno præbet: ut accẽdatur: neq; tamẽ ipse/sed ignis accendit lignum: ita studiũ philosophicum: & per moralem disciplinam: & purificando præparat animã ad diuinam: & per contemplatiuã resoluẽdo admouet mentem diuinis: atq; coniungit: neq; tamẽ ipsum diuina ueritate format mẽtem: sed deus ipse ignis instar mẽtem quasi materiam philosophiæ beneficio paratã: & propinquantem/ueritatis suæ luce perlustrat. Plato igitur cum dixisset diuina neq; litteris neq; uerbis exprimi posse/ significauit præterea: neq; posse doceri uel inueniri eadem ratione qua cætera. In aliis enim percipiendis inquisitio nostra intellectum: & parat & format. Cũ tamen in diuinis percipiẽdis inquisitio uel purgatissima atq; emẽtissima paret quidem: sed nõ formet. Idcirco inquit opus esse diuturna cum diuinis consuetudine/significãs speculationis assiduitatem/item uitæ coniũctione/siue cõmunione/significans purificationem morali disciplina perfectam. Addit/in mẽtem deniq; sic affectam non paulatim quidem humano quodã more: sed subito lumen ueritatis accendi: sed unde natura? ab igne. i. deo. Pro siliente siue scintillãte. Per scintillas designat ideas exempla rerum in mẽte diuina: designat: & formulas idearum nobis ingenitas. Quæ per desidiam olim cõsopitæ/excitantur uentilãte doctrina. Atq; uelut oculorũ radii emicantes ideis uelut stellarum radiis collustrantur. Subdit eiusmodi lumen non accendi solum: sed fieri in anima/ut ostendat/tum formulas esse innatas animæ/tum splẽdorem eiusmodi familiarem euadere. Ac ne putes in eo statu mentem ambiguã solicitamq; esse: addidit seipsum iam alit: idest lumẽ hoc primũ diuinitus in mẽte accensum/deinceps sua uirtute diuinorũ haurit copiã radiorum atq; almo mẽtem gaudio complet. Hic animus seipsum nutrit. i. nihil quærens extrinsecus uiuit seipso contẽtus & q̃ beate intus afficiatur: & si uelit/nequit tamen: & nescit exprimere. Plato quinq; in hac contemplatione meditatur gradus/quos in theologia legito diligẽtius a nobis expositos. Iubet enim cupidũ ueritatis/tũ per auditũ ab ipso rei noĩe/tũ per uisum aliosq; sensus a rei ipsius accidẽtibus ad ipsam rei definitionẽ ꝓcedere per hãc ad formulã rei innatam mẽti: per formulã deniq; ad ideã tam formularũ q̃ rerũ procreatricẽ. Docetq; interea ideã a reliquis lõge differre/quatuor ꝑcipue modis. Quia. s. idea substãtia est/simplex/immobilis/cõtrario nõ ꝑmixta. Reliqua uero quattuor. i. nomẽ & accidẽtale simulachrũ & definitio: & formulæ notio a substãtia/simplicitate/stabilitate/puritate/ideæ degenerãt. Idcirco haud sufficiẽter ideã nobis imprimũt: sed ad diuinã impressionẽ nos utcũq; possunt accõmodant: Deniq; mens impressa diuinitus/siquãdo studeat idearum characteres uerbis litterisq; exprimere pulcherrimarũ rerũ deformes reddet imagines: uerum si crediderit pythagoricis non tam cõtendet ut depingat ideas q̃ ut audientium animos excolat ac uelut tabellas expoliat. Quibus tandem diuinæ formæ diuino digito depingãtur. Ipsa sane cœlestes suspiciens radios: nõ conabitur apud cæcos radiorum formas frustra describere. Immo si insanabiles sint dimittet si sanabiles dũtaxat purgare aciem aggredietur sursumq; eri-

gere:utpote quæ intelligat alio se pacto frustra laboraturam.

¶ Argumentum in epistolam octauam.

I N superiori epistola principes syracusanos instituens latius in connubiis præceptis: & in rebus a se Dioneq; gestis uersatus est. In hac uero propria iam instituta breuioribus comprehendit medium semper inter unius ac populi gubenationem obtinens: maxime uero omnium studens/ut concilientur ciues potius q̃ expellantur: quantum fieri potest sine aliena iniuria rei.pu.status rite stabiliatur. Mox in principio asserit homines impio scelere pollutos insanabiles esse:neq; his ullum consilium profuturum. Item omnibus in rebus:& dicendis:& cogitandis a deo principium faciendum. In tota uero epistola obseruabis q̃ cautus simul: & clemens gubernator sit Plato quamue diligens animorum cõciliator. Comprobat ut sui moris est gubernationem Lacedæmoniæ similem. In qua plurimum sit optimatum. Sit quoq; regia quędam forma: sit: & populare non nihil. Damnat extremam seruitutem: per quã omnia libidini humanæ subduntur. Improbat: & extremam libertatem siue licentiam: in qua quilibet ferme absq; delectu sortitur rei.pub.gubernacula. Medium uero probat. Nota aureum dictum. Moderata seruitus est/qua seruitur deo: immoderata qua hominibus. Temperatis quidem hominibus lex deus est: intemperatis uero libido.

¶ Argumentum in nonam epistolam.

I N epistola ad Architam philosophum publicis rebus occupatissimum/consilium dat contemplanti/ne honestam simul: & necessariam deserat actionem. Prodesse enim hominibus: & publice & priuatim/actionem honestam uocat: & necessariam. Honestam quidem: quia quemadmodum quodlibet corporis membrum non suiipsius tantum est: sed aliorum etiam maxime uero totius. Ita homines alii aliorum sunt: ac potissimum speciei. Necessarium uero qui & nisi aliis uixeris/non potes tibi uiuere: & nisi domesticis patriæq; succurreris: res profecto familiaris: & publica uel destituta gubernatore nutabit: uel a deterioribus gubernata periclitabitur: ac deniq; faciet naufragium.

¶ Argumentum in decimam epistolam.

a Ristodemum Dionis famililiarem elegantia morum in primis philosophãtem/in sua opinione: & uita confirmat / asserens substantiam quidem philosophiæ moralem uirtutem esse: quod & nomen ipsum declarat amore quodam cultuq; definitum. Speculationes uero humanas esse uel hornamenta quædam philosophiæ extrinseca: uel uias ad ipsam mentis firmam puritatem quæ ad mores pertinet: comparandam. Qua comparata diuina potius q̃ humana: & infusa desuper potius q̃ acquisita sequitur contemplatio. Ad quam speculatio illa prior si conferatur: ludus quidam a Platone cognominatur. Id autem Pythagoræ Socratisq; maximum est præceptum. Vbi uero hornamenta traducimus græcum uocabulum hornamentum significat argute cuidam uanitati: & superbiæ mistum. Quasi dicat: scientia inflat: charitas ędificat. Item in maleuolam animam/sapientia non intrabit. Sinceritatem quidem siue sanitatem ponit in animo simplici: & tranquillo. Fidem uero in uerbis: firmitatem deniq; in gestibus: atq; actionibus.

¶ Argumentum in undecimam epistolam.

p Rincipi Laodamanti de gubernatione optima consultanti consuetum illud suum dat consilium/ leges quidem omnes fore uanas: nisi præterea probatissimi uiri per quos uiuunt leges / ingentem in re.pub. habuerint potestatem. Ac nisi constitutus sit magistratus quidam in ciuitate: & is quidem maxima cum auctoritate qui morum censor/per exploratores singulorum actiones diligenter obseruet/ ad id semper intentus: ut quotidiana ciuium uita animos ad fortitudinem temperantiamq; perducat.

¶ Argumentum in duodecimam epistolam.

e Pistola duodecima nobis argumento est q̃ liberalis: & simplex Plato fuerit: utpote qui secretiora quædam commentaria sua nondum absoluta Architæ crediderit. Argumentum quoq; id est Architam non minus moribus q̃ uerbis philosophantem: dignum fuisse: cui charissima queq; commodo traderentur. Forte uero commentaria hæc ad explendum Critiam non absolutum: & ad conscribendum Hermocratem nondum compositum pertinebant. Epistolam uero ad Dionysiũ quæ ab ignorantibus his adiungitur: ideo non traduximus quia: & ipsa epistolæ uerba: & docti omnes negãt esse Platonis. Est autem operepræciũ in his epistolis animaduertere q̃ magno: & constanti animo Plato noster/præsertim in amicorum rebus fuerit: & quã grauia sæpe discrimina pro amici salute subierit. Præterea q̃ libere atq; benigne tyrannum sæpius corripuerit: ab adulatione quidem maxime omnium alienus: charitate uero: atq; officio nemini cedens: ut nõ minus uita: & moribus q̃ disputationibus cõducere nobis possit ad bñ beateq; uiuẽdũ.

LIBER XXXVI. PLATONIS EPISTOLARVM XII. EPISTOLA .I.

¶ Dio Dionysio beneagere.

Go dũ apud uos diuturna opa ita imperiũ uestrũ admĩstrarẽ:ut cæteris utilitates uestras captãtibus fidei dignitate præstarem/grauibus calũniis me supposui. Sciebam enim qđ me uobiscũ una res uestras administrante crudele nihil cõmisisse unq̃ uideremini. Oẽs aũt qui eadẽ in gubernatione uersati sunt, testes mihi eẽ pñt. Quorũ ego permultas summo conatu a dãnis nõ mediocribus liberaui. Imperio quinctiã apud uos fungẽs/ciuitatẽ uestrã sæpius custodiui. Tandẽ uero ignominiosius a uobis expulsus sum/q̃ uilissimũ aliquẽ expelli conueniat. Ipse ego iussus a uobis abire: qui tã diuturnã opam uestris sum cõmodis imptitus. Igit post hac mõ quodã ĩhumaniori mihi ipsi cõsulã. Tu aũt talis tyrãnus gubernabis solus. pecuniã uero illã egregiam abs te in uiaticũ missam p bachiũ hũc una cũ his litteris ad te remitto. Neq; enĩ ad uiaticũ sufficit. Neq; ad cæterã uitã satis est utilis. Tibi dãti dedecus allatura maximũ & mihi nõ multominus accipienti. Itaq; illã accipere nolui. Tua uero nihil interest/& dare & accipere tantũdẽ. Sed illa recepta tuorũ quẽuis alterũ honorabis/quẽadmodum me honorasti. Ego enĩ abs te satis iam sum honoratus. Et mihi oportune nũc curypidis illud uenit in mẽtẽ te rebus qñq; poscẽtibus talẽ tibi uirũ assistere optaturũ. Meminisse aũt te uolo & alios tragicos plurimos: eũ tyranũ aliquẽ pereuntẽ inducũt/huiusmodi illi uoces attribuere. Heu miser, pereo nullis fulctus amicis. Auri uero defectu peũtẽ aliquẽ nullus adhuc retulit poetarum. Illud quoq; poeticũ mentẽ hñtibus ualde pbat. Nõ auri fulgor in misera mortalium uita rarissimi nõ adamas/nõ argẽteæ mensæ quæ apud hoĩes habentur in precio: ita oculis coruscant: neq; lati fundi aut pinguia culcta tantum ualent ad uitam/quantum mens bonorum uirorum consentiens. Vale: atq; considera tantum erga nos erratum/quo erga cæteros probabilius te geras.

¶ Plato Dionysio beneagere. Epistola. II.

Vdiui ex Archedemo te cẽsere nõ solũ me/sed familiares ẽt meos pter unicũ Dionẽ nihil mali aduersus te loq debere uel agere. Hoc aũt qđ de Dione excipis/ostẽdit me in familiares meos impiũ nõ hẽrem cũ in alios tũ in Dionẽ ac te impiũ/tam uobis q̃ cæteris græcis bona ut arbitror plurima puenirent. Nũc aũt ĩ hoc dũtaxat magn' sum qđ meipm pstorõni meæ obediẽtẽ. Atq; hæc dico quia nihil sinceri Cratistolus & Polyxenus ad te detulerũt. Quorũ alterũ dicere ferũt/audisse olympiis multos eorũ qui mecũ erãt de te obloquẽtes fortitã acutius q̃ ego ille audit. Ego enĩ tale nihil audiui. Videt autẽ mihi posthac quotiẽs huiuscemodi aliquid ad te defert/te ita facere oportere, ut scribas ad me: & rẽ ipsam pquiras. Ego enĩ uerũ fateri nec formidabo nec erubescã. Mihi autẽ & tibi ita se res inuicẽ habet. Neq; nos alicui ut ita dicam græcorũ incogniti sumus neq; familiaritatẽ nostrã huius seculi hoĩes cõticescũt: certũ quoq; illud hẽto neq; posteros tacituros. Tales sũt qui eã excepunt/utpote neq; puã neq; obscurã. Quorsum hæc? Stati aperiã/superius aliquãto exorsus. Nature qdẽ lege sapia potẽtiaq; excellẽs ĩjdẽ tẽdũt. Sẽperq; ista duo se inuicẽ affectãt/psequunt/cõgrediunt. Deinde ẽt istis hoĩes admodũ delectant: quotiẽs siue ĩ carminibus poetarum siue priuatis colloquiis huiusmodi quædam referunt aut audiunt: ceu cum de Hierone & Pausania lacedæmonio loquuntur homines / gaudent Simonidis familiaritatem quæ cum illis fuit/commemorare: & quæ ad eos dixit fecitq;/referre. Similiter Periandrum corinthiũ, & Thaletem milesium una celebrare consueuerunt. Periclem & Anaxagoram/Cræsum atq; Solonem: ut sapientes: & Cyrum ut potentem. Atqui hæc imitati poetæ Creontem & Tiresiam simul inducunt. Polydumq; & Minoa. Agamẽnonem & Nestorem. Vlixem & Palamedem: atq; ut mihi uidetur eadem ratione prisci homines Ioui Prometheum coniunxerunt. Horum uero alios cõsentientes alios dissentientes inducũt. Alios aũt qñq; concordes/quandoq; uero discordes. Eorũq; tã dissensiones q̃ consensiones canunt. Cũcta uero hæc iõ dixi ut illud ondẽrẽ: qđ ẽt cũ mortui fuerimus de nobis hoĩes nõ silebunt. Quo circa nõ est negligendũ a nobis: sed curã hñdum tpis subsequẽtis. Fit enĩ natura quadã ut ignauissimi hoĩes nihil curẽt quæ sit de ipsis futura opio. pbatissimi aũt uiri cuncta faciãt quo ĩ futuris seculis bñ de se loquẽtes hoĩes audiãt. Quã ego cõiecturã facio esse aliquẽ sensum iis qui mortui sunt: rerũ nostrarũ. Q m optimi aĩ sic forte diuinãt, deterrimi aũt nequaq̃. Validiora uero sunt diuinorũ uirorum presagia/q̃ aliorũ. Puto aũt si liceret superioribus illis defunctis de quibus loquor suã cõsuetudinẽ emendare: plurimã opam adhibituros/ut meliores de se q̃ nũc opiniones circũferrent. hoc nobis qdẽ ẽt nunc fauẽte deo facere licet: & si qd in superiori familiaritate nfa nõ recte factũ est/tã factis q̃ dictis emẽdare illud atq; corrigere, ut uera & optia pferri quãtũ ad phiam attinet de nobis supsit opio, ac fama nostrarũ reꝝ si qdẽ bona est/melior: sin mala/bona efficiat. Atq nos ista curãtes/nihil religiosius agere possem?: & negligẽtes/ nihil pphanius. Quẽadmodũ autẽ hoc fieri conueniat/ac iuste fieri possit/ego iam dicã. Quando in Si-

Vide ut cura habẽda sit futuri tẽporis.

Cõiectura sensum aliquẽ eẽ iis q mortui sunt.

Optimi animi diuinant.

